UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2174.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SVMMA
R. P. D.
ANTONINI
DIANA.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SVMMA.
DIANA,
IN QVA R. P. D.
ANTONINI DIANA,
PANORMITANI CLERICI REGVL.
Coram S. D. N. Vrbano VIII. & Innocentio X.
Episcoporum Examinatoris, & Sancti Officij
Regni Siciliæ Consultoris,
OPERA OMNIA
Vndecim partibus comprehensa:

Septem nempe priores, DIANA ipso committente & approbante,
ANTONIO *verò* COTONIO, *aliàs* AVSONIO NOCTINOT *Sicul. Tertij Ordinis S. Francisci operam dante:*

Quatuor denique postremæ, tum à R. D. ANDREA GVADAGNO Quintianæo, S. T. D. & Prædicatore; tum IACOBI PONTANI Doctoris Theol. aliorumque Theologorum Colonienſium, studio recèns collectæ, in vnicum Volumen arctantur:

Alphabetico simul, & doctrinali ordine digestum, cum Additionibus † notatis eorum, quæ vel ad Summa integritatem necessaria, vel ad explicationem, aut ad Doctrinæ confirmationem, vel aliter, vtilia visa sunt: vnà cum Breuiario ad marginem omnibus aptissimo.

Editio omnium noviſſima.

Collegij Societatis Jesu Paderbornensis.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM BVSÆVM Bibliopolam.

M. DC. LVI.
Cum Privilegio S. Cæs. Maiestatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ADMODUM REVERENDO

Et

EXIMIO DOMINO,

D. FERDINANDO STROBELIO

SS. THEOLOGIÆ DOCTORI,

Collegiatæ Ecclesiæ S. Cassii

BONNÆ CANONICO,

Ad Sancti Remigii ibidem

PASTORI VIGILANTISSIMO,

Capituli Burgensis Decano, &c.

PATRONO ET DOMINO MEO PLURIMUM COLENDO.

ANtoninum *Dianam*, inter illos, qui Theologiam Moralem hac nostra ætate Commentarijs suis illustrârunt plurimi, notum Orbe toto & nobile Nomen, quod *Tibi* potissimùm inscripserim, *Admodũ Reverende & Eximie Domine*, Virtus *Tua* & Eruditio effecerunt, quæ non unius patriæ Vrbis mœnibus continentur, sed longè latèque pervagatæ, veræ constantisque Famæ indicio, ad aures primùm meas allapsæ, animum deinde affectumque meum ita *Tibi* adstrinxerunt, vt pridem occasionem, qualem modo nactus videor, offerri mihi exoptaverim, amoris cultusque mei sinceritatem *Admodum Reverendæ & Eximiæ Dominationi Tuæ* comprobandi.

Virtutis certè *Tuæ* eiusque singularis prorsus atque eximiæ,

tot testes habes & admiratores, quot Bonna, quæ *Te* genuit, cives numerat & inquilinos; qui uno omnes ore indefessâ illâ, & nullo discrimine universis ac singulis expositâ promptamque Pastoris sui vigilantiam, diligentiam, & plusquam paternam solicitudinẽ, atq; incredibilem animarum zelum privatim sibi publicéque gratulantur, illustribus Summorũ Virorum exemplis provocati, quos inter reticere nõ possum eum, cuius memoria apud bonos omnes in benedictione est, Septemvirorum, Præsulum, Principum Sidus, Imperii, Germaniæ, Patriæ Delicium, Serenissimum Colonien sem Archiepiscopum *Ferdinandum*: qui quanti *Te* faceret, neq; semel, neque obscurè patefecit, quando & pro sacris rostris disertissimè perorantem audivit perlibenter, & multiplicibus Naturæ Gratiæque dotibus ad præclara omnia magnificè efflorescẽtem indolem, & incoctum generoso pectus honesto amavit ornavitq; liberaliter. Huius (fatebor enim) Maximi Optimique Principis, & Arbitri longè æquissimi, tam magnificum & constans de *Te* iudicium postquam ab integræ perspectæque fideï authoribus non ita pridem commemoratũ mihi fuit, inter cultores mox *Tuos* nomen meum profiteri cœpi, propterea; quòd nõ vanè existimarem, eximiam omninò exaggeratamque eam virtutem esse oportere, quam tantus Princeps benevolentia favoreque suo complecti nequaquam dubitasset: præsertim, cum eius *Tu* splendorem non retinueris modò ex eo tẽpore, sed veluti novâ semper radiorum diffusione, egregiis moribus & factis, ad maximam Nominis *Tui* commendationem, luculenter amplificaveris.

Eruditionem porrò *Tuam*, vel me tacente, loquuntur laudũ

Tuarum

Tuarum Tituli, quos in divinis humanisque scientiis supremos jure *Tibi* optimo, sacri profaniique Lycei concorde consensu, peperit Ætas omnis, in libris literisque summâ cũ laude transacta, ubi eos progressus fecisti, quos excellenti ingenio sociatum studiũ laborq; perdius ac pernox præstare consueverunt, quosque in *Te* suspiciunt & mirantur, quicunque vel exiguo *Tibi* usu consuetudineque junguntur, quorũ hæc est constans, & nullo modo auribus aut gratiæ, sed veritati ipsi data testificatio, eos omnes qui *Te Theologiæ Doctorem* salutant, istud semper addere posse ac debere:

——*Tanti mensuram Nominis imbiet.*

Plura non addam, ut pudori *Tuo* & Modestiæ consulam; cùi quantumvis hæc ipsa paucula molesta accident, eiusmodi tamen sunt, quæ Nuncupationis huius meæ audaciam *Tibi* abundè purgare possint: quem præterea subinde oro, velis in Bibliothecâ Tuâ instructissimâ, quam que ad usum magis quàm pompam, lectissimis libris quotidie amplificare pergis, forulum unum aliquem indulgere Summæ Theologi Moralis non infimi, *Tibi*, insigni Theologo Morali, Scholastico, & Mystico, meæ in *Te* perpetuæ, ac singularis observantiæ monumentum & pignus, pronissimo animo dedicatæ, eamque æqui bonique consulere. Coloniæ, die festo S. Iosephi, Patroni *Tui*, Anno Christiano M.DC.LVI.

ADMODVM REVERENDÆ & Eximiæ D.T.

deditissimus servus

IOANNES BVSÆVS, Civis & Bibliopola Colon.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO.

QVAM suis libris Auctores in Præfationibus captare studeant, tuam meo huic operi, benigne Lector, reconciliare potiùs benevolentiam debeo: non iniustè querentis, quòd longissimo puerperio traduxerim tua vota. Ea siquidem, in celebertimum DIANA nomen ipontè propensa, ad mei instituti rationem allicere, tam facile mihi fuit, quàm me illis satisfacere maturioribus typis, ob multa & varia impedimenta difficile. Etenim, dum has lucubrationes, octimestri labore absolutas, typis subiicio, dum pergo, tam multa, tam varia in dies impedimenta emersere, tot casuum, tot rerum malè succedentium series partui lucem invidit, vt ex integro prodire non nisi post quadriennium, quiuerit: deficientibus mihi pene verbis & fronte, quibus studiosorum postulationibus satisfacerem, exemplaria comminus & eminus, verbis & litteris flagitantium, etiam mercatoribus ex Galliis & Hispaniis, ad copiosiorem subinde messem novo prælo multiplicanda. Piget prolixam & parum iucundam narrationem attexere. Scias tamen præcipuam eius partem Typographos facere ob lubricam ipsorum fidem, multis simul oppignoratam auctoribus, supra operationum numerum, & prælorum sufficientiam. Et verò, quam ingrata tibi fuit expectatio diutissima, gratior vt spero succedet consecutio: non solùm quia, quæ diutius desiderantur, iucundiora probantur obtenta; sed eo præcipuè, quòd in tanto molimine opus SEXTÆ PARTIS adiectione augeri contigit, suis locis insertis.

Meorum autem laborum causam & institutum, quamvis in tanta expectatione paucis ignotum) aperturo, initium sumendum foret ab elogio P. DIANA, de cuius floribus hanc corollam intexui. Sed hoc ipsum, quod ingenium & operam in eius Operibus compilandis insumpsi, maximum elogium eius est, quod tantillo ingenio præstare potui. Quicquid dicerem, vel scriberem, semper minus fore & suo merito, & mea de eius doctrina sententia. Vir præterea modestissimus, quamuis omni elogio maior, necessarii & suspecti hominis elogium non admitteret. Satis denique

que gloriæ ſuo accedit nomini ex communi Doctorum virorum plauſu, verbis & ſcriptis honorificam de eo mentionem habentium, quorum aliquos, quos caſu inter legendum notavi, infrà ſubiiciam. Satius porrò ex quartadecima ſuorum operum luce, quæ in multas exemplarium myriades ſolo decennio multiplicata, ſtudioſorum aviditati nondum ſufficiunt. Sat iſſimè acerrimo Romanæ aulæ iudicio, in qua examini Epiſcoporum præfectum, maiora in dies & honores manent. Id ſolùm calamo permittam, quod mihi DIANA nomen in familiaribus colloquiis non ſemel ſubminiſtravit. Equidem, ſive ipſum conſideres, ſelectiora quæque DD. placita, in magnis voluminum ſylvis, velut inter ſaltus & nemora, deliteſcentia, curioſa indagatione prædantem, ac de luce in lucem eruentem: ſive in obſcura moralium perplexitatum caligine ſuam admoventem plauſibilis ſententiæ facem, ac veluti in concubia mentis nocte facile, ac tutum inter monſtrantem: DIANAM vtique dices, nunc ſylveſtrem, nemoroſam & venatricem; nunc cæleſtem, luminoſam, & nocturnarum caliginum propulſatricem, à ſuperſtitioſa vetuſtate cultam, & Poëtarum fabulis decantatam. Neque verò eius gloriæ quicquam detraho, quòd inter altiores, & primæ magnitudinis, ſtellas non recenſeam. Ego enim, vel toto cœlo errare mathematicos puto, dùm erroris ſenſum accuſant, Lunam maiorem reliquis à Sole ſyderibus iudicantem; vel, ſi rectè eos philoſophari concedam, certè iſtorum magnitudinem illius ſplendor imminuit, dum viciniori obtutu, clariorique, res oculis obiectas diſtinctè demonſtrans, inter primarias mundi lampades, non hominibus ſolùm, ſed Deo ipſo nomēclatore, meruit recenſeri. Laudo itaque ſapientum virorum conatus, qui regulari, integro ve doctrinæ curſu, nec vnquam ab orbita declinante, lumen velut altiores ſtellæ promicant in faſtigio. Sed his præferendum DIANAM exiſtimo, qui ad peculiares caſus deſcendens, commodiore conſcientiis doctrinâ, velut præſentiori radio mentis noctem illuminat, cordiſque nebulas longè lateque propellit. Quamquam verò vnus, vel alter Eroſtratus non defuerit, qui obſcurum aliàs nomen illuſtrare ſtuduerit incendio Templi, quod DIANÆ noſtræ meritum, & famæ conſtruxit: hi tamen ſycophantæ mordaculi, cornices Dauliæ, Rhinocerotes Naſidieni, ſilentii, quàm paræneſis, fuſte digniùs vapulant, *dum* (litteratorum præcipuis genu de elephantum more flectentibus, ipſis quoque ſuis latratibus triumphi ſpecies implentibus, glorioſos in immortalitatis curru.) *Peragit rurſus ſurda* DIANA *ſuos.* Sed revertamur ad ſcopum. Tanti ergò viri monumenta, vt primùm vulgari, & per ſtudioſorum manus tam felici exitu circumferri cœpere, deſiderium omnes ſubiit, vt, celebriorum auctorum more, in compendium redigerentur; quod ſub mole leviori faciliùs teri, & præ manibus frequentiùs haberi poſſent. Multiplicato quoque Tomorum numero,

multi sumptus formidare: multi etiam Tractatus Miscellaneos sub propriis materiarum titulis dispositos velle: nonnulli Resolutiones ipsas connexas inter sese. Plerisque incommodum erat, eandem quæstionem pluries repeti: quod tamen Auctori necessarium fuerat, vt si quæ opinio in priori parte excusa oppugnata fuisset, in posteriore confirmaret; aliquas nouis adgeret inuentis, in aliis iudicium, priùs suspensum, determinaret: in aliis demum modificaret, vel supereuenientibus Sacræ Congregationis oraculis reuocaret. Commune hoc est omnibus horum doctrinarum Scriptoribus, suas lucubrationes non simul & eodem tempore in lucem edentibus, non solùm ob ea, quæ à Veritatis interpretibus manant in dies responsa, quibus cervicem flectere necesse est: sed ob temporum etiam, aliorumve accidentium vicissitudinem, nostrique flexibilitatem ingenii, quæ nos pro diverso temporum statu rapiunt in diversa. Quamuis autem *Ioannes* primùm *de la Val*, dein *Matthæus Dejndi*, aliique pauci, suam huic lapidi manum admouerint, ac multa compendia struxerint, illa tamen tenuia, mutila, & parum fida: nec congruenti methodo continuata, & omnino non talia, vt tam variis Lectorum placitis satisfacerent. Ex his ergo ipsemet DIANA consilium iniit, summam suorum operum marte proprio colligendi, vt vnà omnes sui nominis studiosos voti compotes faceret. Sed obstiterunt grauia & quotidiana negotia & studia, quæ illum præingenii aptitudine & sufficientia occupare non desinunt, suum quoque scribendi genus successiuis lucubrationibus prosequentem. Etsi porrò non defuissent, quibus id negotium committere potuisset, sui Ordinis viri, peritiores & aptiores; in me tamen respicere ideo fortè sibi complacuit, quia inter paucos agnouit, sui nominis studiosos & amatores.

Cœpi igitur opus, & absolui. Eo quidem labore, vt herculeum facilè iudicatus sis, vbi structuræ compagem, & nexum perpendes; considerabisque, me, vt vnà omnibus morem gererem, sex magna Volumina in vnum coegisse, & in tanta brevitate, nec styli facilitatem oblitum, nec aliquid prorsus doctrinæ omisisse, quod huc non retulerim. Neque enim singulas opiniones referre, aut quibus singulæ innituntur rationibus, quoue ab Auctore nomine censentur. Quòd vt fideliùs præstarem, iisdem ipsius verbis sæpe locutus sum, & semper æquiualentibus. Quòd si qua in re varias pro temporum diversitate sententias docuit, postremam apposui, cum mentione loci, in quo oppositum senserat. Et sic, quotquot loca eandem continerit doctrinam, refero, citando Partem, Tractatum & Resolutionem, vt ad cuiusuis editionis exemplaria recursus haberi posset. Ne verò quis Magnis illis Voluminibus posthac opus habeat, etiam ex Doctoribus aliquos priùs recognitos citaui, vtriusque opinionis Patronos, qui instar omnium essent, & apud quos alii haberi possent. Adieci aliquando iudicium proprium, aliquas sententias limitaui, & in nonnullis lo-

gis

cis novos Doctores adhibui: in iis præsertim, in quibus aliquem habemus caluniniatorem. Ne autem iniucunda tibi lectio casuum foret, casuali serie digestorum, materias omnes, sub proprio verbo locatas, doctrinali ordine disposui, & pro molis quantitate in varia membra & articulos dissecaui, additis etiam definitionibus, explicationibus terminorum, regulis generalibus, & doctrina alicubi præmittenda ad intelligentiam dicendorum. Et ne quid exactius optare possies, addidi in marginibus Breuiarium ità ordinatum, vt paucis tota doctrina comprehenderetur, cum sua etiam continuatione & vnitate. Denique absolutum tanto studio opus ad DIANAM transmisi, vt probaret, num genuinus partus esset, magnis suis voluminibus, & publica sui nominis luce dignus. Approbauit ipse humaniter, litteris ad me rescriptis in hunc tenorem.

REMITTO M. S. SUMMÆ DIANA, *quam non sine multa delectatione percurri. Inueni namque fidelem & integram: non mutilam, non redundantem; concinna methodo breui ac dilucide stylo compositam, & omninò qualem desiderabam. Quapropter meorum operum studiosis non mediocriter auguror placituram. Ego verò me tibi multum debere confiteor, qui multigenæ eruditionis refertum ingenium, & maioribus aptum studiis, meis illustrandis operibus impendere non recusaveris, &c.*

D. ANTONINVS DIANA.

De tuo iam suffragio post Dianæum augurium, amice Lector, non dubitabam: etiamsi post vulgatum intentum eam sitim, quæ mihi sæpè rubori fuit, non ostendisses. Sed nec multùm fuissem de eo sollicitus, vbi semel opus illi placuerat, cui vt obtemperarem, hos labores insumpsi. Hæc habui, quæ te hoc loco monerem. Reliquum est, vt tuo Diana commodiùs fruaris, & me tuæ commoditati studentem amare pergas. Vale.

SE-

SERIES

TITULORUM HVIVS OPERIS.

A.

Abbas pag. 1
Abbatissa 2
Abjurare 4
Abortus 8
Absolutio 14
Absolutio à reservatis 16. V. etiam Reservata.
A Censuris 22. ab Hæresi, &c. 29
Ae, particula 33
Accessus ad Moniales 34
Accusare ibid. *Vide* Inquisitorum
Actus inducentes consuetudinem Vide usus.
Adulterium ibid.
Advocatus 36
Ægrotus 38
Ætas ibid.
Affabilitas 39
Affinitas ibid.
Aggressus *Vide* Occidere invasorem.
Agnus Dei 40
Alienare 41
Alimenta Rei confugientis ad Eccleſiã, *Vide* Immunitas Ecclesiarum n. 4. Filij *Vide* Pater.
Alloqui Moniales 42
Altare, *vide* Celebrare, n. 28. & 29. Missarum, num. 16 & sacerdos, n. 7. † Altare Privilegiatum 43
Animæ Purgatorij 45
Anniversaria, *vide* Reductio.
Apostata, A Fide, A Religione, *Vide* Inquisitorum, n. 63. & 64.
Appellatio 45
Approbatio ad Confessiones, *vide* Confessarius quoad iurisdictionem, & sacerdos, à num. 10.
Aqua benedicta 48
Archiepiscopus 49
Argumentum ibid.
Attritio & contritio ibid.
Aspectus turpis, *vide* Tactus
Assassinium, *vide* Immunitas Ecclesiarum num. 29
Astrologus, *vide* Inquisitorum, n. 75

B.

Bannitum occidere, *vide* occidere Bannitum.
In Ecclesia tueri, vid. Immunitas Ecclesiarum, num. 36
Baptismus 52
Baptismi Necessitas ibid.
Baptismi Materia 55
Baptismi Forma. 58. *vide* etiam Sacrament.
Baptismi subjectum 59
Baptismi Minister 63
Baptismi Effectus 67
Barbaries. *vide* Fugna, n. 18
Barones quoad protectionem & chentelam 67
Bellum ibid.
Beneficiarius 68
Beneficium 69
Bestialitas *vide* circumstantia, n. 17
Bigamia. vide etiam inquisitor.
Blasphemia ib. *vide etiã* suspectus de Fide
Blasphemus consuetudinarius, *vide* Cõfessarius, à n. 30. & Pœnitentiam. n. 9.
Bulla Cœnæ 79
Bulla Compositionis 84
Bulla Cruciatæ quoad Indulgentias. 85
Bulla Cruciatæ quoad Confessarium 87 Quoad Reservata 89. Quoad Censuras 90. Quoad vota. 93. Quoad carnes & lacticin. 95 Quoad reliqua privilegia 96 Quoad susceptionẽ 97. Quoad Durationem 98. Quæ privilegia suspendat 99. Quoad alia 100

Bulla Gregor. XIII. de datis, & promissis *vide* Pœna, n. 1.
Sixti V. contra Astrologos, *vide* Lex, n. 45. & inquisitores, n. 75. & 163
Eiusdem contra Procurantes Abortum, *vide* Abortus, n. 3
Gregor. XIII. contra ingredientes in monasteria Monialium, *vide* Ingredi monasteria.
Pij V. contra Clericos Sodomitas, vide Clericus Sodomita.
Eiusdem, de egressu monialium causa epidemiæ, &c. *Vide* Clausura.
Clem. & Vrb. VIII. de largitione munerum religiosis interdicta, *vide* Paupertas Religiosa.
Eiusdem Gregor. XIV. contra procurantes Abortum, *vide* Abortus. n. 4. de immunitate Ecclesiarum. *vide* Immunitas Ecclesiarum.
Gregor. XV. contra Confessarios sollicitantes, *vide* Denunciare Confessarium, & Inquisitores. n. 70
Pij V. *Et si mendicantium, vide* Regulares num. 17.
Clem. VIII. de Casuum reservatione, *vide* Casus reservati.

C.

Calix 100
Cambium ibid
Campanæ, *vide* Reus n. 10
Canonici, *vide* Beneficium, & Horæ Canonicæ.
Capellanus 103
Capitulum; V. Vicarius Capituli.
* Capitulum. Sede vacante 104
† Carcer 109
Cardinalatus ibid.
Cardinales 110
Cardinales in eligendo Pontifice 116
In suis Titulis 117
Episcopi 119
Religiosi 121
Cardinalium familiares ibid.
Carnes 122
Carthusiani ibid.
Castrare, *vide* Pater.
Casus reservati 123 *vide etiam* Reservata
* Casus reservati & fortuiti 125
Causones, *vide* Ieiunium, à n. 30
Celebrare Missam. Quoad obligationē
ex eleemosyna, *vide* Missam applicare, & Sacerdos
Quoad Ritum, 76. Ministrum 78. Tēpus ibid. Locum, 79. Dispositionem, ibid. etiam sacerdos, n. 9.
Censura 137
* Censura ob Clerici percussionem 143
* Huiusmodi absolutio 147
Census 149
Charitas, *vide* Præceptum, à n. 9
Chorus, v. Horæ Canonicæ, à n. 48
Chrisma 6. Confirmationis
Christiani, apud Turcas, v. Metus. & Furtum.
Cessio bonorum 149
Circumstantiæ peccatorum 156
Circumstantiæ Quis. 157. Quid 161 vbi. 162. Perquæ, 163. Quoties 165. *v. etiam verb.* Confessarius, n. 38. cur, 170 Quomodo, 170. & 172. Quando ibid. *vide etiam* Pœnitens.
Citare, *vide* Episcopi, num. 50
Clausura, 173. vide etiam ingredi monasteria.
Clericus Quoad forum. 174. *Vide* etiam Immunitas, & Statutum laicale.
Negotiator, *vide* Negotiari.
Sodomita 179
Quoad Bellum, vide Pugna, à n. 36
Quoad Horas Canonicas, *vide* Horæ Canonicæ
Quoad alia. 179
Cliens 181
Cœcus ibidem
Cœmeterium. *vide* Immunitas Ecclesiarum quoad loca.
Cognatio, *vide* Impedimenta, à n. 7
Collatio, *vide* Ieiunium quoad collationē.
Commendæ Religiosorum militum, *vide* Religiosi milites.
Commissarij 181
Commissarius Cruciatæ ibidem
Communicatio, *vide* Regularium, à n. 19
Communionis Necessitas 183
Vtilitas, 187. Dispositio. 188. *vide etiam* Ieiunium, Tempus & locus 197. Minister. ibid.
Comœdia 201
compensare. 201. *vide etiam* Salarium, n. 5
complicē revelare in Confessione, *vide* Confessarius, n. 39. & Pœnitens, n. 5.

In

In iudicio, *vide* Reus, n.14
Conciliator 203
Concubinarius, *vide* Cõfessarius quoad examen.
Condemnatus, *vide* Reus condemnatus
Conductor, *vide* Salarium.
Confessarium eligere, *vide* Bulla Cruciatæ & Iubilæũ. Quoad Confessariũ. Prælati, n. 44. & Vicarius Conventus
Confessarium concedere, *vide* Prælati, num. 43 & 44.
Confessarius Quoad Ordinem 204 Quoad iurisdict. ibidem *vide etiam* sacerdos. Quoad proprietatem 208 Quoad scientiã, 209. Quoad examen 210. Quoad absolutionem, *vide* absolutio. Quoad Pœnitentiam, vide Pœnitentiam Sacramentalem. Quoad sigillum, v. sigillum Sacramentale. Quoad alia. 213
Confessarius Regularis 215. *vide etiam* Regularium privilegia.
Confessionis Necessitas, 218. Modus, 221. Requisita, 226. *vide etiam* Confessarius n.38
Repetitio. 231
* Ante Eucharistiam 232
Confirmatio 233
Confirmationis Necessitas, 234. Materia, 234. & 235. *vide etiam* Sacramentũ. Forma 235. subiectum, ibidem. Minister, 236. Effectus 237
Confiscatio, *vide* Hæreticorum pœnæ.
Confricatio, *vide* Tactus
Cõgregatio Cardinaliũ, *vide* Cardinales
Coniugati, vide, Copula, Debitum, Tactus, vxor.
Consanguinei. 237
Conscientia Dubia 237 Erronea, ibid.
Consecrare, *vide* Celebrare, Eucharistia, Sacerdos, & Sacramentum.
Conservator, 239. *vide* Regulariũ n.11
Consiliũ, consulens, *vide* Abortus, n.6 Duellum, n.11. & Restituere, à n.12
Constitutio, *vide* Bulla. Lex. & Statutũ
Consuetudo, 239. *vide etiam* Vsus.
Consuetudinarius, vide Confessarius quoad examen.
Contractus 241
Contractus Census. 244
Contritio *vide* Attritio
Contumelia. 245
Copula coniugalis, ibid. & seq.
Correctio 247
Creditor. 256
Crimen Hæresis, *vide* Hæresis. Nefandum, *vide* Sodomia.
Crimina misti fori 256
Curator, *vide* Tutor.
Curatus, *vide* Parochus.
Custodes, *vide* Restituere, à n.17. & Statutum laicale, n.15

D.

Dictum, & Promissum 257
Debitor 259
Debitum Coniugale 262
Decimæ 264
Declarationes Cardinalium 265. *vide* Cardinales, num.23
Decretum, *vide* Bulla.
Defensio, *vide* occidere invasorem
Delectatio morosa 265
Delinquens, vide Reus
Denunciare, Hæreticum, & alios criminosos 267
Confessariũ sollicitantẽ ad turpia 272
Desiderium pravum 276
Detractio, 277. *vide etiam* Restitui, n. 32.
Diaconus, vide Ordinis.
Dispensare 280
Dispensatio 282
Distributiones, 294. *vide* Horæ Canonicæ sub quo onere, &c.
Divinatio, *vide* Inquisitorum à n.69
Diuites, vide Eleemosyna à quibus, ex quibus &c.
* Diuortium 295
* Dolor ibid.
Dominus ibid
Donatio, 297. *vide* Promissio.
Donatiua, *vide* Parlamentũm.
Dos, vide Pater.
Dubium 307. *vide* conscientia Dubia.
Duces exercitus, vide Pugna quoad Duces
Duellum 307

E.

Ebrietas, Ebrius, *vide* inebriari.
Ecclesia, 310. *vide etiam* Immunitas Ecclesiarum, & pollutio Ecclesiæ.
Ecclesia polluta 310

Ecclesia Rom. *vide* præscriptio
Edictum, *vide* Lex, & Statutum.
Electio 311
Eleemosyna Quibus præbenda. 313
A quibus, & de quibus 316
Eleemosynæ Effectus 321
Emere, emptor ibid.
† Emphyteuta 324
Ensalmus ibid.
Episcopus 325
Episcopus Religiosus 327
Episc. Iurisdict. in Regulares, 328. in cõfess. solicitantes, 330. In suos familiares. *Vide* Immunitas Ecclesiast. à n. 15. In Irregularitate 330. In vota, & iuramenta 335. In Reliquias, 338. In usum Pontificalium, ibid. In conferendis Ordinibus, *vide* Ordinis Minister. In Reductionem Missarum *vide* Missarum Reductio, & Reductio Missarum.
In Reliquis 339
Palatium, *vide* Immunitas Ecclesiarum, num. 7
Familiares 343
Equites Religiosi. 344. *vide* Religiosi milites
Eucharistia ibid.
Eucharistiæ materia, 345. Forma 348. Minister, 349. Custodia, ibid. Susceptio, *vide* Communionis
Eunuchus 349. Vide Circumstantia, n. 14. & impedimenta, nu. 10
* Examinare 349
Examinatores, *vide* Beneficium, à n 3
Excommunicatio. 350
Excommunicationes aliquot ibid.
Excommunicationis Effectus 351
Executor testamenti, 363. *vide* Testamenti executor
Exemptio, *vide* clericus quoad forum, Immunitas, & Regularium Priuilegia.
* Explorator 366
*, Extrahere ibid.
Extrahere Reum de loco Sacro, *vide* Immunitas Ecclesiarum.
Victualia a Ciuitate, *vide* Statutum laicale num 15
Extremæ Vnctionis Necessitas, ibid. utilitas, 367. Materia, ibid. Forma, 369 Subiect. ibid. Minister. 370
Exilium, *vide* Reus condemnatus.

F.

Falsam monetam expendens, *Vide* Restituere, num. 28
Falsarius 371
Falsus testis, *vide* Testis.
Fama, 372. *vide* Detractio
Familia Cardin. *vide* Cardinalium Familiares. Episcoporũ, *vide* Episcopi Familiares. Nuncij Apostolici, *vide* Immunitas Ecclesiarum, n. 20. Inquisitorum, vide Inquisitorum, à n 25.
Famulus, *vide* Salarium, & Servus.
Festum Servare, 372. Statuere. 375
Fides ibid.
Ficus, 377. vide Denunciare, n 4
Fornicatio ibid.
Furtum 378

G.

Gabellas imponere 381
Gabellas solvere 385
Gabellas fraudare 387
Gula 388

H.

Hæresis 388
Hæreticorum pœnæ 391
Hæreticorum filij 396
Hæreticorum Libri 397
Hæres 399
† Homicidium 400
Horæ Canonicæ, 401. Quid, & à quibus recitandæ, ibid. Sub quo onere recitandæ, 404. Qualiter recitandæ, 408 Quibus de causis omitti possint 414
Hospitale 416

I.

Iactantia 417
Ieiunium quid, & quotuplex, 418. Quando obligat, 421. Quos obliget, 421. Quibus cibis explendum, 427. Quoad collationem, 430
Ignorantia 432
Illegitimus 434
Immunitas Ecclesiarum. Quoad loca 435. Quoad personas, 437. Quoad delicta 440. Quoad effectus 451
Immunitas Ecclesiastica 454
Impedimenta Matrimonij 462
* Incendium 468
Incestus ibid.

Indulgentia ibid.
Indulgentiæ requisita 470
Inebriari 474
Infamia 475
Infirmus 476
Ingredi Monasteria ibid.
Ingredi Religionem, *vide* Novitiatus, *vide* Novitius, *vide* Professio. 478.
Iniurare 481
Inquisitores ibid.
Inquisitorum Iurisdictio, Qualis 482 quas personas, 488 In quæ delicto, 490. Quoad torturam, 496. Quoad pœnas, 503. Praxis in procedendo 512. Circa testes, 516. In torquendo, 519. In ferendo sententiam, 522.
Interdictum 524
Interdicti localis & personalis effectus. 526. & 527.
Interdicti ablatio. 528
Invasus, *vide* Occidere invasorem
Invidia 530
Irregularitas in genere, ibid. Ex defectu. 530 Ex delicto 533. Ex homicidio, 537. Ex mutilatione 543
Irregularitatis effectus. 544
Dispensatio & absolutio 545
Iubilæum Quoad requisita, ibid. Quoad Confessarium, 548. Quoad reservata, 549. Quoad Censuras, 550. Quoad vota. 551. Quoad alia, 552
Iudæi, vide Immunitas Ecclesiarum, n. 21. in prima parte Inquisitorum, num 103. & Lex num. 47.
Iudex, 552. vide etiam Excommunicat. num. 51.
Iudex Ecclesiasticus. 555 Laicus 560.
Iudicium temerarium 568
Iuramentum, ibid. *vide etiam* Votum.

L.

Lactans, vide Ieiunium, n. 32
Lacticinia 572 Laicus. 573
Latrones, vide Immunitas Ecclesiarum Quoad delicta.
Lectores ibid.
Legatum 574
Legatus. 579
Legati exemptio, vide Princeps n. 17
Lex, Quid & quotuplex ibid. Quos obliget, ibid. Qualis obliget, 582. Quomodo obliget, 587. Quomodo interpretanda. 590
Lex Laicalis, *vide* Statutum Laicales Papalis, *vide* Statutum Papale.
Lex reservationis, 591
Lex annullans actum ibid.
Libertas Ecclesiastica, vide Immunitas in 2. p.
Libri hæreticorum, vide Hæreticorum libri.
Licentia Audiendi confessiones, vide Confessarius quoad iurisdictionem, & sacerdos.
Alloquendi Moniales, vide Alloqui Moniales.
Largiendi munera inter Religiosos, vide Paupertas.
Litteræ pœnitentiariæ, vide Vicarius Episcopi, & Capituli, & *vide* voti, n. 40 & 41.
Litteræ peccatorum, *vide* Sigillum quas obliget.
Litteras aperire, *vide* Secretum.
Locare 591
Locus exemptus, *vide* Immunitas Ecclesiarum quoad loca.
Ludus. 593
Luxuria. 603

M.

Magia, *vide* Inquisitorum, nu 59
Magister novitiorum, vide Regulares.
Magistratus, *vide* Iudex.
Mandatum homicidij. Quoad Immunitatem *vide* Immunitas Ecclesiarum, n. 26.
Quoad irregularitatem, vide Irregularitas, nu. 43
Quoad restitutionem, vide Restituere. num. 13
Mandans & Mandatarius. 604
Maritus 605
Mater ibid. vide Testator, num. 4. Tutor, & abortus
Materia levis ibid.

Matri-

Matrimonium Quoad naturam & causas. 607. Quoad procuratorem, 612 Quoad denunciationes, 613 Quoad Parochum & testes, 614. Quoad alia. 616.
Medicus. 617
Mendacium ibid.
Mendicantes *vide* Regulares.
Mentiri, *vide* iurare & Compensare.
Mercator, merces, *vide* Emere, vendere
Metus. 618
Metus excusans a peccato ibidem *vide etiam* inebriari. Irritans contractum. 619.
Meretrix 622
Milites *vide* Pugna quoad milites.
Milites religiosi, *vide* Religiosi milites
Militis testamentum, vide Testamentū.
Ministri Clericorum, vide Statutum laicale, num. 15
Episcoporum, *vide* Episcoporum familiares.
Cutia laicalis, vide Iudex laicus.
Minor, vide Restituere, num. 29
Miraculum. 622
Missa quoad obligationem dicendi. ibid.
Missam applicare 625
Audire. 627
Missarum Deductio. 630. *vide etiam* Reductio missarum.
Stipendium, 631. vide etiam Sacerdos. Monasterium 634
✠ Moneta ibidem
Monialis 635
Monitio, *vide* Censura.
Monomachia, siue Duellum
Monopolium 635
Moribundus. ibidem
Mulier, *vide* Vxor
✠ Munera. 636
Munera, vide Inquisitores, n. 4. Paupertas Religiosa, Restituere, n. 33. & Simonia.
Mutilare 636
Mutus. 637
Mutuum. 638

N.

NAufragium, *vide* Confessarius, num. 2 & Confessio num. 45
Necessitas 641
Negotiari ibid.
Neophitus, *vide* irregularitas n. 28
Nouitiatus 643
Nouitius, Nouitia. 644
Numerus peccatorum, vide Circumst. 684. Quoties, & confessarius, num. 38.
Nuptiæ, *vide* Matrimonium. n. 41
Nutrix, *vide* Ieiunium, num. 32.

O.

OBsides, vide Occidere innocentem a pugna, n. 13
Obstetrices 647
Occidere Tyrannum ibid. Bannitum, ibidem, Inuasorem 648. Innocentem, 653. Semetipsum. 654
Officiales, *vide* Pugna quoad Duces, & officiales.
Officia vendere, *vide* Prorex, & Vendere, à num. 21
Oleum. 655
Opinio probabilis, ibid. *vide etiam* Conscientiam
Oracula, 658. vide etiam Privilegium, num. 5.
Orare ibid.
Oratorium. 659. *vide etiam* Immunitas Ecclesiarum quoad loca
Ordinarius 662
Ordo ibidem
Ordinis maioria, 663. Forma, 664 *vide etiam* Sacramentum, n. 3. Subiectum, ibid. Minister, 673. Effectus & Ministerium, 676
Oricula. ibidem

P.

PAlatium Episcopi, *vide* Immunitas Ecclesiarum quoad loca.
Papa 677
Quod eius potestatem ad Sacramenta, *vide* Sacramentum.
Parlamentum 679
Parochus. 683
Pater. 687. *vide etiam* Salarium n. 5
Patrem bannitum occidere, vide Occidere bannitum. Hære-

Hæreticum denunciare, vide Denunciare, num. 4
In matrimonio parui pendere *vide* Matrimonium num. 11. & Paternum. 5.
Patrimonium 689
Patrinus ibidem
Pauper 691
Paupertas religiosa 691
Peccatum 698
Peccato cooperari 700
Pecunia 703
Pensio ibid. *vide* Simonia
Pensionarius. 704
Percussio. ibidem
Peregrinus ibidem
Periculum 705
Periurium, *vide* Iuramentum
Pœna. 706
Pœnitens. 707
Pœnitentia 708
Pœnitentiam imponere ibid. Acceptare 711. Commutare. 712. Implere. 715
Pollutio 716
Pollutio Ecclesiæ. 718
Pragmatica, vide Pretium, & vendere.
Præcedentia. 719
Præceptum. 720. vide Lex.
Prædicator, *vide* Concionatores Papa, num. 3.
Prægnans, *vide* Abortus, & ieiunium, n. 43. & 32.
Prælati Regularis obligati 723. Iurisdictio præcipiendo 725. In dispensando. 726. In absoluendo 728. In alienando. 729. In reliquis. 731.
Priuilegia 732. Duratio 734. Territorium & requisita. ibid.
Præscriptio 735
Pretium 736
Princeps Quoad Ecclesiasticos 737 Quoad bellum vide Pugna. Quoad Repressalias 741. Quoad alia. 742
Privilegium 743
Priuilegia Immunitatis, vide Immunitas Cardinalium, *vide* Cardinales Religiosorum, *vide* Regularium Priuilegia Prodigus 745
Professio religiosa 748
Promissio 752
Propositum, *vide* Attritio, & Pœnitens.
Prorex 753
Puer 755
Pugna, seu bellum, An licitum, & quæ in eo licita 756 Quoad causas. 761 Quoad Duces & officiales 764 Quoad milites. 766. Quoad Ecclesiasticos assistentes. 768
Pugna duorum, *vide* Duellum.

R.

Raptus, *vide* Circumstantia, n. 18. & Impedimenta, n. 21
Ratihabitio 769
Reclamatio, *vide* Professio
Reductio Missarum. 770
Regulares 771
Regularium Clausura, vide Clausura.
Exemptio, vide Episcopi iurisdictio in Regulares
Indulgentiæ 773
Novitiatus, vide Novitiatus.
Paupertas, *vide* Paupertas.
Prælati, *vide* Prælati.
Priuilegia, In Absolvendo, *vide* Confessarius Regularis. In Celebrando, *vide* Celebrare, n. 14. & n. 22. 25. & 29 & reductio. In Dispensando, vide Confessarius Regi.
In Ministrandis Sacramentis 774. In prædicando 776 in Suscipiendis Ordinibus, vide Ordinis subiectum. In Reliquis. 777
Quoad usum, & communicationem. ibid.
Regularium professio, *vide* Professio.
Reservata, *vide* casus & reservata.
Relapsus, *vide* Abiurare, à n. 26
Religiosi milites, 779
Reliquiæ. 780
Remiges, *vide* Absolvere, n. 22. Peccato cooperari n. 13. & Prorex n. 3.
Repressaliæ, *vide* Princeps.
Reservata. 780. *vide etiam* Casus, & Pœnitens.
Residentia 781
Restituere Quisteneatur. 781. Ex

iniusta actione ibid. Ex omissione Horarum Canonicatum, *vide* Horæ canonicæ, num. 21

Restituere Quis non teneatur

Restitui Quid debeat 792. cui, quantum quomodo quando debeat, 795

Revocatio Oraculorum, *vide* Privilegium num. 5.

Reus delinquens, 798. Captiuus. ibid. indiciatus 799. Calumniatus ibidem interrogatus, 800. Condemnatus ibid.

Rex. 802.

S.

Sacerdos 803

Sacramentum. 806

Sacrificium, *vide* Celebrare missam, & verb. Sacerdos

Sacrilegium. 810

Salarium. ibidem

Scandalum 811

Schisma, *vide* Inquisitorum, n. 100

Scientia confessarij, *vide* Confessarius quoad scientiam.

Ordinandi, *vide* Ordinis à num. 1.

Secretum. 817

Semen corrumpere, vide Tactus, n. 4.

Sententia, vide Inquisitorum praxis inferendo sententiam, & principes. num. 16.

Sepultura in loco sacro 818

Sepulturam eligere 820. Non Eligens 821.

Sequestratio, vide Hæreticorum, num. 11.

Seruus 821

sigillum 831

Sigillum Sacramentale Quid. ibidem Ad quos se extendat 832. Ad quæ se extendat. 834. An certis locutionibus frangatur, 835. An aliquando aperire liceat, 836. An frangi possit ob aliquem bonum finem 839. Frangens. 841.

Simonia 843

Sodomia 848

Sollicitatio, *vide* Denunciare: Confessarium Sollicitantem.

Sortilegium, *vide* Inquisitorum num. 69.

Sponsalia. 849

Sponsio, vide Restituere 853

Sponsus, vide Tactus, n. 6

Spurius. 856. Irregularitas, num. 13. & Testator, à num. 3.

Staturum laicale, ibidem Papale. 865.

Stuprum. 865

Subditus 866

Suffragia, *vide* Orare, & Missam applicare, num. 9

Suffragium, vide Electio & parlamentum.

Sumere medicinam corruptivam seminis, vide Tactus, num. 4.

Sterilitatis, vide Abortus, num. 4. cum periculo pollutionis, vide periculum pollutio, & Tactus.

Sumere venenum, *vide* Vitam, num. 10.

Superior, *vide* Prælati. Episcopi, &c.

Surdus 866

Suspectus de fide 867

Suspensio ibidem

Suspensiones aliquot in particulari. 869.

Suspensionis Effectus. 870. Cessatio. 871.

Suspicio. 872.

T.

Tactus ibid.

Tertiariæ 873.

Testamentum 874.

Testamenti executor 875.

Testamentum privilegiatum ibid.

Testari 883.

Testator 886

Testis. 887

Thesaurus. 888.

Titulus Cardinalis, *vide* Cardinales in suis Titulis.

Ordinandi, *vide* Ordinis subiectum.

Tortura, *vide* Inquisitorum iurisdictio, & praxis quoad torturam.
Tutor & curator. 891
Tyrannus, *vide* occidere Tyrannum.

V.

VAgus *vide* peregrinus.
Vasa Sacra. 892
Vendere venditor. 893
Venenum sumere, *vide* Vitam exponere, num. 10
Vestes Clericales, *vide* Clericus, an. 6
Sacerdotales. 897
Pontificales, *vide* Episcopi iurisdictio in usum Pontificalium.
Vexatio, *vide* scandalum.
Viaticum, *vide* Communionis Necessitas, per tot.
Vicarius Episcopi. 898
Capituli 899. Cardinalis. 900. Conventus. ibidem
Vicerex, *vide* Prorex.
Vidua. ibid.
Vir, vide Debitum, copula, Tactus, Vxor.
Vitam exponere. 901. Abbreviare. 903
Vnctio Extrema, vide Extremæ Vnctionis.
Vocalis, vide Electio & Regulares.
Voluntarium, *vide* Ignorantia, & Metus.
Vot. Natura, 904. Species 908. Obligatio 909. Relaxatio. 912
Vsura. 917
Vsus, Consuetudo. 918
Vulnerans. 925
Vxor. ibid.

ADMONITIO
PRO PRAESENTI
EDITIONE.

QVÆ acciſæ priùs, ac præcipuis veluti membris mutilæ Epitomes huius apici, ad iuſtam vt excreſceret molem, viſa ſunt deſiderari, iam abundè ſupplent eximiæ notæ, deque Auctore, cuius illuſtrarunt opera viri meritiſſimi Andreas Guadagnus, & Iacobus Pontanus Salenſis, ambo S. Theologiæ Doctores: ille quidem preſſiore calamo, ſtudio alter, curaque paulò impenſiore. Hic ſanè octavæ modò, ac decimæ parti incumbens (cæteris antè ad compendium elaboratis) brevem ſe atque dilucidum, ſed & ordinis potiſſimùm amatorem præbuit. *Ordo* quippe *eſt*, ait Orator, *qui memoriæ maximè lumen affert*: *Scire* verò *noſtrum*, vt Philoſophus, *quoddam eſt reminiſci* *Plus* denique *prodeſt*, nunc loquitur Seneca, *ſi pauca ſapientiæ præcepta teneas: ſed illa in promptu tibi, & in vſu ſint, quàm ſimulta didiceris, ſed illa non habeas ad manum.* Quæ omnia concinnâ methodo præſtat Pontanus: conciſione erudita tractat materias, luce & claritate perfundit: anguſtis periodis clauſæ, manent apertæ: adeo vt cuncta ad manum, cuncta ſint ad vſum, doctèque reſolvere & reſpondere poſſint eruditi. Qui verò poſt Summæ editionem Lugdunenſem è fœcundiſſimi ingenii penu Reſolutionum partem undecimam Auctor vulgavit, dederunt hoc precibus meis è celebertima Colonienſi Vniverſitate Theologi aliquot inſignes, ut quæ in eadem parte pertractãtur, ſuis quæque locis aptè accurateque inſererentur. Quid plura? Facie hactenus veluti dimidiatâ iam verò integrâ figurâ, pleno perfectoque orbe ſublunarem hûnc in Orbem ſuos emittit DIANA ſplendores, doctrinæ ſpargit rutilum iubar, quo recreati omnes ad pietatem, mentiſque integritatem tuendam impelluntur. Hoc eſt, omnia partibus undecim abſoluta R.P. D. ANTONINI DIANA toto Orbe celeberrimi Scriptoris Opera hac in Summâ facili negotio, minimis expenſis euoluenda iam liberaliùs exhibentur.

APPRO-

APPROBATIO.

NOs infrà scripti Doctores Theologi Parisienses, Librum, cui titulus est, *Summa Diana*, ab AUSONIO NOCTINOT *Collecta* approbauimus, atque vt in lucem prodeat dignum esse iudicauimus, & ne quemquam lateat censura nostra, syngraphas nostras apposuimus. Datum Lugduni die 9. Maij, 1644.

Fr. BERNARDINUS MOLLIASSON, Ord. Minorum.
Fr. IOANNES ROBE, Ord. Prædicatorum.

IMPRIMENDI FACVLTAS.

IOannes Claudius de Ville in Sacra Theologia Magister, in Ecclesia S. Crucis Custos, & D.D. Alphonsi Ludouici du Plessis de Richelieu, Eminentissimi Cardinalis ac Reuerendissimi Archiepiscopi Lugdunensis, Vicarius Generalis substitutus: Librum inscriptum, *Summa Diana*, ab AUSONIO NOCTINOT *Collecta*, à Theologis visum & approbatum, in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni die 9. Maii, 1644.

DEVILLE.

CONSENSUS.

LIbrum hunc inscriptum, *Summa Diana*, ab AUSONIO NOCTINOT *Collecta*, typis mandari & in lucem edi, ego Regis Consiliarius, & Procurator in Lugdunensi præfectura, non impedio. Lugduni die 10. Maii, 1644.

LORIN.

LIbrum inscriptum, *Summa Diana*, typis mandari permittimus. Lugduni die 11. Maii, 1644.

SEVE.

APPROBATIO ORDINARII.

SVmma Antonini Diana, Panormitani Clerici Regularis Coram S.D.N. VRbano VIII. & Innocentio X. Episcoporum examinatoris, &c. prout in Gallia approbata fuit, sic approbatur à nobis, Coloniæ, 16. Ianuarii, 1656.

ADRIANVS de VVALENBVRG
Metrop. Eccles. Presbyter Canonic. ac
Censor Librorum Ordinarius.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII CÆSARII.

FERDINANDUS TERTIUS Divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex: Archidux Austriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & *Wittenbergæ*, Comes Tyrolis, &c. Notum facimus *tenore* præsentium universis, quod cum Nobis Noster & Sacri Imperii, fidelis dilectus *Ioannes Busæus* Civis & Bibliopola Coloniensis humillimè exposuerit sequendam librum: cui titulus *Summa Antonini Diana* Panormitani Clerici Regularis, coram S.D.N. Vrbano VIII. & Innocentio X. Episcoporum examinatoris &c. Opera omnia undecim partibus comprehensa excudendum dare decrevisse: vereri autem, ne, quod fieri solet, Typographi questus causa, hanc editionem suam imitentur, ideoque demisse Nobis supplicavit, ut in æmulationi ipsius consulere atque adversus eiusmodi periculum Privilegio Nostro Cæsareo munere dignaremur: Nosque id genus precibus, uti equitati consentaneis benignè annuendum censuerimus, prout per præsentes annuimus. Idcircò omnibus ac singulis Typographis, Bibliopolis, aliisque quibuscumque librariam Negotiationem exercentibus firmiter inhibemus & vetamus, ne quis prædictos libros per sex annorum spatium, à primâ editionis die computandum, intra Sacri Romani Imperii Regnorumque & Dominiorum Nostrorum Hæreditariorum fines, simili aut alio quovis typo vel forma, sive in toto sive in parte recudere, vel alio recudendum dare, vel etiam alibi impressum vendere, vel distrahere, clam, palâ, citra voluntatem & absque ipsius *Ioannis Busæi* inscriptis obtenta licentia, præsumat. Si quis verò secus faciendo Privilegium & interdictum hoc Nostrum Cæsareum spernere, negligere aut transgredi ausus fuerit, eum non modo huiusmodi libris perperam quippe recusis & adductis, si quos quidem prædictus *Ioannes Busæus* ubicunque deprehensos sive propriâ auctoritate, sive Magistratus illius auxilio sibi vendicare poterit: de facto privandum sed & pœnâ insuper decem marcarum aurei puri fisco Nostro Cæsareo fraudis vindici vendenda, omni spe noxiè sublata, decrevimus mulctandum uti latiùs patet in litteris datis Viennæ die 11. Decembris An. 1655.

V.t FERDINANDVS
Comes Curtius.

Ad mandatum Sac. Caes. Maiestatis proprium
I. VValderode.

SVMMA

SUMMA VNDECIM PARTIVM RESOLUT. MORAL.

R. P.

ANTONINI DIANÆ

CLERICI REGVLARIS.

ABBAS.

ABBAS Sacerdos, & benedictus potest.

1.† HOc nomen, *Abbas*, est nomen jurisdictionis eum dignitate. De ejus origine vide Tamburinum *de jure Abb. c.* 1. *disp.* 1. *initio*, in qua *per totam* multa congerit de Abbatum appellatione. Et signanter *q.* 6. observat, Abbates, Sacerdotes & benedictos in favorabilibus venire nomine Pontificum, quia participant Episcoporum insignia, bacùlum, mitram, &c. habentque aliqualem Episcopalis ordinis potestatem.

Consecrare Altaria, & Calices Benedicere vasa, & vestes sacras. Etiam aliarum Eccle. siarum.

2. In primis ergo Abbas Sacerdos, & benedictus consecrare potest Altaria, & calices, benedicere campanas, pyxides, & alia vasa sacra suæ Ecclesiæ †; Aliarum Ecclesiarum de jure communi non potest: Suarez *de relig. tom.* 4. *lib.* 2 *c.* 30. *num.* 8. cum aliis. Potest tamen ratione consuetudinis fundatæ in privilegiis Innocent. VIII. Urbani II. & Pauli III. de quibus Barbosa *de potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 26. *num.* 36. Sic declaravit Sacra Congregatio anno 1614. apud Naldum *v. Abbas num.* 4. Etiam quoad eas benedictiones, quæ unctionem requirunt, si aliàs ad id privilegium habeat, ut habet Abbates Regulares, &c. *p.* 3. *tr.* 2. *resol.* 15.

3. Hoc autem privilegio († sicut & aliis nonnullis †) non gaudent alii Religionum Prælati, etiam communicantes: quia Abbates benedicuntur, & habent in suis domibus jurisdictionem quasi Episcopalem, quam alii Prælati non habent. *tom.* 2. *q.* 40. *art.* 4 *ibid.* §. *Notandum.* † Hoc autem procedit de benedictionibus, requirentibus unctionem; nam aliàs Prælato quicunque præstare possunt, etiam corporalium, & vasorum sacrorum, etiam aliarum Ecclesiarum, ut Suarez *loc. cit.*

In quo, quatenus ad ea, quæ unctionem requirunt non cõmunicãt aliis Religionum Prælati.

Potest etiam concedere dimissorias ad ordines suis subditis, Etiam laicis.

4. Deinde, Abbates concedere possunt suis subditis Regularibus dimissorias, ut ordinentur. † Subditis autem laicis, vel clericis, secundum Tamburinum *tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 26. *num.* 1. non possunt, nisi sint ordinarii privativè quoad Episcopum, & habeant jus visitandi, & synodum congregandi. Secundùm Villalobos *tom.* 1. *tract.* 11. *differt.* 9 *num.* 4. & alios, possunt, etiamsi tale jus non habeant, nam his dimissorias non potest concedere Episcopus, cùm non sint ejus subditi, *part.* 3. *tom.* 2. *resolut* 95. & *part.* 4. *tom.* 4 *resol.* 147. *in fine.*

Et conferre tonsuram, & minores ordines suis subditis Non autem alii etiam cum

5. Tertiò, potest Abbas conferre minores Ordines suis subditis Regularibus, *part.* 5. *tract.* 13. *res.* 93. & *p.* 7 *tr.* 11. *res.* 42. Non tamen Novitiis, Sanch. *li.* 6. *summ. c.* 10. *in fine* idque probabilius est contra Laym. *l.* 5 *tr.* 9. *c.* 9. & *alios*: quia hi

Dimissoriæ ad Ordinatii.

non censentur illius subditi, nisi ad prebationem *p.11.tr.2. miscell.res.30.* Nec aliis sive Regularibus, sive sæcularibus, non sibi subditis, etiam habentibus dimissorias à suis Ordinariis, ex novissimo Decreto *S. Congreg. Card. Concil. Trid. Interp. die 23. Novemb. 1641.* In quo tam concedentes prædictas dimissorias, quàm ordinantes, suspenduntur à collatione Ordinum, præter alias pœnas arbitrio ejusdem Congregat. reservatas, *p. 7. tr.11. resol 42.*

An verò alii qui Abbates possint conferre majores ordines, controvertitur inter DD.

Unde corruunt, quæ alias probabiliter docuit Henriquez *lib.14. cap. 18. n.2. in glos. lit. P.* & ego ipse *p.7 tr. 10. resol. 42. & tract. 13. resol. 93.* & novissimè P. Leone *de cens. resolut. 6. num.18. & seqq.* Temerarium verò est, quod docet Bruno Chassaing *de privil regular. p.2. tr.7. c.2.* scilicet, Abbates adhuc posse conferre Ordines, ante ætatem à Tridentino requisitam tam suis religiosis, quam aliis sæcularibus, aut regularibus non subditis, &c. est enim manifestè contra decretum S. Congregationis relatum *p. 7. tr.11. res.42.* prout fusius *p 11. tract. 2. miscell. res.17.*

6o Petes; An aliqui Abbates possint conferre suis subditis ordines *Majores*?

Resp. Magnam esse inter Doctores altercationem. Affirmant Caramuel *in Regulam D. Benedicti cap. 62.* & plurimi alii. Negat Candidus cum pluribus à se citatis, *tom. 4. disquis. 4. art. 3. dub. 20.* Resolutio petenda, & expectanda à Sacra Congregatione *p.7. tr.11. resol. 42. §. Sed an.* Quidquid autem sit de potestate concessa (ut putatur) Abbati Cistertiensi, & quatuor primis ejusdem Ordinis Abbatibus, jam non usu desiit; Navar. *lib.3. cons. 14. de regular. edit. 2.* Vasq. Laym. *tr. 9. c 7. n. 4.* & licet adhuc perseveraret privilegium, non comunicaretur aliis Abbatibus, *p. 11. tr.2. miscel. res. 40.*

Abbates & similes Prælati an gaudeant privilegiis Episcoporum.

7. Petes iterum: An Abbates, & Prælati similes gaudeant facultate data Episcopis à Tridentino *sess. 24. de refor. c. 6.* circa censuras, & casus Papales occultos? Respondeo id inter DD. utrinque probabiliter controverti, *p.4. tract.4. res. 231. & p.7. tr.2. res. 4.*

An possint in suis domibus habere oratorium, ac in eo celebrare.

8. Abbates habentes jura Episcopalia, posse in suis domibus habere oratorium, & in eo celebrare, vel audire Missam, posset aliquis adducto simili ex Joannis B. Ciallini opinione asserere. Quia scil. privilegium immunitatis Episcopalis Palatii, habet locum in Palatiis Prælatorum qui jura Episcopalia, & territorium distinctum habent; quippe ab Episcopalis in omnibus æquiparantur, ac ab illis sola consecratione differunt Sanchez de *matrim. lib.8 disp. 2. n.12.* Quinimo decreta Tridentini habere locum in his Prælatis habentibus jura Episcopalia tradit ex Riccio Belletus.

Negativa sententia tenenda.

9. Sed negativa sententia prorsus est tenenda ex praxi & consuetudine. Nam in *cap. quoniam, de privil. in 6.* sub nomine Episcopi non intelliguntur Prælati habentes jura Episcopalia; sed solùm verè & propriè Episcopi. Sic Trullench. *p.9. tract.1. resol.48.*

ABBATISSA.

Abbatissa non habet jurisdictionem spiritualem in Moniales; unde non potest eis præcipere sub excommunicatione.

1. ABbatissa non habet potestatem spiritualem in Moniales, sed solùm domesticam, quam habet materfamilias, & ideò non potest præcipere aliquid sub pœna excomunicationis: sunt enim mulieres incapaces jurisdictionis ecclesiasticæ, *ex c. nova, de pœn. & remiss.* ita ut ex D. Thom. *in 4. q.1 art.1. dub.19. q.3 ad 4.* nec Summus Pontifex posset illis committere hanc potestatem, quod etiam docet Coninch *de sacr. dis. 13. dub. 3. n.35.* quicquid contrà sentiat Cornejo *in 3 p tr.5. dis 2. dub 3.* Probabilius item est, nec posse præcipere in virtute obedientiæ, sicut possunt Prælati regulares: sed tantùm imponere præcepta instar matrisfamilias, quæ ad Monasterii pacẽ, & domesticam gubernationtm conducũt, quæ præcepta obligant juxta levitatem, aut gravitatem materiæ, sicut etiam præcepta parentum. Ita Sanchez *sum to. 2. l.6. cap. 1. n. 21.* & alii contra Rodriquez *sum. to.1. cap.3. n.9.* cujus etiam sententia est probabilis, *p.5. tr.9. res.16.*

Neque in virtute obedientiæ.

Abbatissa

2. In Abbatissam, & Priorissam eligi potest

an possit esse vidua? potest vidua secundum Portellium *dub. Regul. v. Abbatissam n.* 10. Et hoc ratione cōsuetudinis antiquæ, quæ, si aliquod statutum in contrarium est, jàm abolevit. Hanc opinionem probabilem putat esse Suarez *de Relig. tom.* 4. *l.* 2. *c.* 6. *nu.* 16. maximè, ubi talis consuetudo viget. Ita etiam Sanchez *sum. t.* 2 *l* 5 *cap.* 5. *n.* 22.

Sed negat cum aliis Castellinus, adducitque pro se Sacræ Congregationis declarationem, *p.* 3. *t.* 1. *res.* 99.

An illegitima? 3. Idemque docet de illegitima. In quo eum sequitur Barbosa *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 100. *nu.* 13. & alii. Probantque *ex c. indemnitati.* §. *sanè, ver. verùm si quæ, de elect. in* 6.

Sed cōtrarium tenent multi cum Rodriquez *comp. qq. Reg. res.* 2. *n.* 21. qui adcitati capitis auctoritatem respondet. Et Lavorius *tit.* 4. *c.* 24. *num.* 38. testatur Sacram Congregationem pro hac sententia declarasse, quod constitutio Sixti V. contra Regulares illegitimos: quia eas non exprimit, sicut neque exprimit *cap* 1. *de filiis Presbyter.* fœminæ verò in odiosis non veniunt sub nomine masculorum, ex regula, *C. Generalis, de elect. in* 6.

Adverte etiam, quòd stando in prima sententia, possunt Prælati Monialiū ad dignitates cum illegitimis dispēsare. Ita Portellius *dub. Reg. v. Abbatissa, nu.* 6. & apud illum Rodriquez *p.* 3 *tr.* 2. *res.* 101.

An quæ attingat tantū 40. annum. 4. Quòd si quæras, quæ ætate Monialis possit eligi in Abbatissam? Respondet idem Portel. *in Consil. Reg. part* 1. *cas.* 13. *n.* 1. posse eligi eam, quæ tantum annum 40. attingat. Tum quia ubi lex utitur ablativo in constituenda ætate ad aliquod officium, non petit annos completos, sed sufficit quod sint inchoati: Concil. autē Trid. *sess.* 25. *de reg. c.* 7. loquens de Abbatissa, inquit, *Non minor* 40. *annis, &c.* Tum quia, *ex Sylvestro verbo Tempus* in dubio juris an loquatur de annis completis, vel inchoatis, in favorabilibus annus inceptus habetur pro completo. Verùm opinioni Portel, videtur obstare Responsum Sacr. Congreg. ad Episcopū Abulensem, quæ declaravit Decretum *Concil. Trid. sess.* 24. *de Ref. c.* 12. §. *Ad ceteras autem dignitates, &c.* intelligendū esse de anno completo, & non inceptō; ergo à pari, cum dicit, quod Monialis eligenda in Abbatissam non sit minor 40. annis, non sufficiet annus inceptus. Ideo tu cogita, *p.* 7. *tr.* 12. *resol.* 19.

Non durat ultra triennium. 5. Officium autem Abbatissæ finito triennio expirat, nec potest Episcopus illud prorogare *ex Dec. Sac. Congreg episc.* 20. *Feb.* 1615. *teste Gavanto in Manual. Episc. v. monialiū officialem n.* 20. Potest quidem Abbatissa post expletum triennium, per eos dies, in quibus nova electio efficitur, regere monasterium sub aliquo titulo, seu nomine, ex Miranda *in Manual. Prælat. Tract. de sacris monialibus q.* 7. *a.* 9. *concl.* 3. Hoc enim pertinet ad bonū regimen, & administrationem monasteriorū Monialiū, *p.* 7. *tr.* 12. *resol.* 19. §. *Ad primū.*

Abbatissa nō potest accipere parentibus novitiæ nisi victum, vestitum Sed an possit mutuum, vel accommodatum. 6. † Ex Tridentino *sess.* 26. *c.* 16. non potest Abbatissa à parentibus novitiæ aliquid recipere præter illius victum, & vestitum; † In quo decreto dubium est, an comprehendatur mutuum vel accōmodatum? Negat Miranda, *tom.* 2 *qu.* 8. *art.* 9. Quia Tridentinum vitare in voluit, ne Monasterium aliquid debeat parentibus novitiæ, unde opus aliquando sit, novitiam invitè manerè, ad hoc ut debitum computetur in dotem. Sed hic finis cessat adhibita cautione. Ergo.

At Suarez *de Relig tom* 3 *tr.* 7. *lib.* 5. *c. num.* 16. & Villalobos *tom.* 2. *tr.* 35. *diff.* 19, *num.* 4. contrarium sustinent *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 100.

Certum est, non posse ad compensandā vilitatem conditionis, infamiam. &c. 7. Abbatissa non potest aliquid ultra dotem Novitiæ recipere ad compensandam vilitatem conditionis, infamiam, vel defectus corporis. Nam hæc esset Simonia, & teneretur hunc excessum restituere. Ita Miranda, *de Monial. q.* 8. *a.* 6. & alii. *Ibid. in fine.* §. *Notandum.*

Potest tamen pacisci de certa summa annuali donec solvatur dos, ratione damni emergentis. Potest tamen pacisci de certa summa pecuniæ donec eos Monialis solvatur, ratione damni emergentis, etiāsi Monasteriū sit opulentum. Ita cum aliis uterq; Rodriquez *Eman. sum. tr.* 3. *c.* 144. *nu.* 8. *Hieron comp. res.* 98. *n.* 20. Et probat Hieronymus ex paritate; quia, dū dos nuptæ nō solvitur, sumi possunt fructus possessionis pignori obligatæ pro illa, nec cō-

Putandi sunt in sortem principalem, ex *c. salubr. de usuris.* Cum enim dos Monialis pro ejus alimentis detur, est eadem ratio, *p. 3. tr. 2. res. 96. & 100. §. Notandum.*

Abbatissa potest concedere licentiam Monialibus quoad largitiones munerum, quæ possunt Prælati Regularium suis subditis. Nisi talis facultas sit ipsi limitata constitutione, consuetudine, &c.

8. Abbatissa potest concedere Monialibus licentiam circa munerum largitiones, quam dare potest Prælatus Religionis suis Religiosis. Quia habet liberam bonorum Monasterii distributionem, sicut Abbas. Unde secundùm aliquos dare potest licentiam expendendi decem aureos: quia hanc licentiã dare potest Prælatus secundùm eos. Potest etiam concedere licentiam habendi peculium, & convertendi in proprios usus, quæ propriis operibus acquirunt: Advertit Sanchez *Sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 44.* nisi ex consuetudine, constitutione illius Religionis, aut præcepto Prælati talis facultas illi limitata esset. *p. 1, tr. 6. res. 22.*

Cum qua limitatione potest concedere licentiã prabendi a, liquid confessario ultra justum stipendium.

9. Et cum eadem limitatione, potest Abbatissa concedere licentiam Monialis, aliquid Confessario præbendi ultra justum stipendium assignatum, si serviat cum magna charitate, patientia, assiduitate, &c. Ita Scortia. *In Bull. pontif. epit. 158. thes. 395.* & alii *p. 1. tr. 6. res. 17.*

Loquens cũ Abbatissa, non incurrit excommunicationem.

10. Loquens cum Abbatissa, non incurrit excommunicationem Gregorii XIII. quia Abbatissa non venit nomine Monalium, sicut nomine Monachorum non venit Abbas. Sed Graffius *de cas. resol. l. 2. cap. 5. n 34.* contrarium tenet, *p. 3. tr. 2. res. 48. §. Nota tertiò.*

ABIVRARE.

Abjuratio- nis descri- ptio Fini.

† 1. ABjurare est, detestari cum juramento. Abjurant autem hæretici, vel de hæresi suspecti; ad excludendam suspicionem, vel infamiam hæresis, detestando hæresim, de qua convicti, vel indicati sunt; promittentes se nunquam in idem lapsuros sub pœna, quæ in sacris Canonibus contra hæreticos decernitur. Et hoc cum juramento super Evangelia, vel, si Judæus sit, supra vetus testamentum.

Species.

2. Quoniam verò triplex est suspicio, levis, vehemens, & violenta; triplex abinquisitoribus indicitur abjuratio, quæ aut de levi dicitur, aut de vehementi, aut de violenta. Præter quartam, quæ est de formali.

Forma prima Christiani.

3. Abjurationis cujuscunque formam ponit Eymericius. *p. 3. rubr. de 4. modo termin. num. 126. 167. & 175.*

Pro Judæo.

4. Quando abjurat Judæus, hæc est ejus forma, *Ego N. Sacrosanctæ Dei legi posita coram me, & meis manibus tacta, juro me credere corde, & ore profiteor illam veritatem, ac fidem, quam lex Dei sacrosancta docet; ac in primis Deum esse invocandum, solumque adorandum, & per consequens detestor eum errorem, qui dicit, Dæmones invocandos, eisque divinos honores tribuendos;* aut similia, juxta qualitatem erroris commissi. Ita Pegna, *p. 2. comm.* non enim abjurare debet hæresim, quæ in ipsum non cadit, *p. 4. tr. 7. res. 2. §. Ego.*

Et fautoribus.

5. Abjuratio fautoriæ secundum Zanardum. *p. 3. c. 134.* dupliciter fieri potest. Primò in genere, abjurando omnes hæreses, quando fautor omnibus hæresibus indiscriminatim favorem tulit. Secundò in singulari, quando Calvinistis, v. g. vel Lutheranis. At Pegna *p. 2. comm. 77.* ait, tunc abjurationem fautoriæ indicendam in generali, quando auxilium exhibitum esset personæ potius, quàm errori; nam si adesset suspicio de profitendis erroribus illius, cui favet, indicendam esse illius erroris in particulari *p. 4 tr. 7. res. 21. §. Hoc supposito,* post initium.

† An abjuratio hæresis de levi possit indici quoad omnes hæreses; quæ sint abjurationis requisita, & quando post abjurationem quis dicatur relapsus, dicemus infra. †

Abjuratio qualibet requirit delictum plenè probatum.

6. Nunquam verò indici potest abjuratio, etiam de levi, nisi judicium, vel delictum, ex quo nascitur indicium, sit plenè probatum. Ita Menochius *l. 1. cons. 82. num. 155 p. 4 t. 8. res. 39. §. Notandum.* Quamvis Pegna. *p. 2. comm. 92.* doceat, solam infamiam cunctis adminiculis suffultam ad abjurationem sufficere. *p. 4. tract. 8. resolut. 82. §. Respondeo.*

Abjurãt de vehemẽti, de vehemẽter, de

7. Abjurant ergo de levi leviter de fide suspecti; de vehementi, qui vehemẽter. Quinam dicantur leviter, qui verò vehe-

levi leviter de fide suspecti.

vehementer suspecti, vide Farinacium *de har. q.* 187. *à num.* 23.

Sed suspicio alteratur pro circumstantiarum diversitate præsertim ætatis.

8 Advertant verò Inquisitores personarum, & causarum circumstantias. Nam interdum suspiciones leves convertuntur in graves, & vehementes in leves. Ita Zanardus *p. 2. pr. 1. c. 1. §. 15.* Unde advertit Sousa *lib. 2. c. 40. n. 15.* processus minorum in causa fidei, quando de hæresi formali non constat, regulariter terminari per abjurationem de levi, quia circumstantia ætatis, quamcumque suspicionem facit levem. *p. 4. 1. 7. resol. 1. §. Quaritur secundo.*

Nec quoties detur, aut dari potest tortura, in dicipotest generaliter abjurasse de vehementi.

9. Neque valet generaliter, & in omni casu, quod abjuratio de vehementi indici possit, quoties sunt sufficientia indicia ad torturam, ut videtur colligi ex instruct. Madrilliana *an* 1561 *c.* 46. 47. 48. Nam aliquando dantur sufficientia indicia ad torturam, & non potest indici abjuratio de vehementi, ut advertit Pegna *p. 3. comm.* 39. Quia abjuratio, ob periculum relabendi, est pœna gravissima. Instructio verò loquitur de eo, quod communiter accidere solet. Adde quòd, licèt reus fuerit tortus, potest ei imponi abjuratio tantum de levi, ut videre est apud Canteram *qq. crim. c. 1. de har. n. 95. p. 4. tr. 8. res* 110.

Regulariter ergo abjurant de vehementi apostata à fide vulgò (renegati.)

10. Igitur descendendo ad particularia regulariter abjurant de vehementi apostatæ à fide vulgò *renegati*, ad quamlibet sectam transeuntes, & fidem, abnegantes, si sponte redeant, & negent intentionem. Nisi sint parvuli, qui abjurant de levi. Ita Pegna *p. 2. comm. 59. p. 4. tr. 7. res. 3. §. Ad pœnas.* Et ita practicatur in tribunali hujus Regni cum Mauris factis Christianis, ad terras Turcarum fugientibus, etiamsi torti negent intentionem. Nec excusantur metu, nisi metu cessante, statim ad fidem revertisi sint, *Ibid. §. Et tandem.* Imò si metus non sit mortis, vel tormentorum: sed famæ, exilii, fustigationis, famis, &c. non cadens in virum constantem, aut metus reverentialis, & persona sit gravis, ut Prælatus, Monachus, Theologus, abjurare debet de vehementi, Secus si talis timor incussus fuit personis non benè instructis in fide, & delicti gravitatem ignorantibus. Ita Ricciullus *lib. 6. c. 5. n. 7. p. 4. tr. 7. res. 3. §. sed quia.*

Sortilegi quorum sortilegia sapiunt hæresim manifestè.

11. Abjurat item de vehementi sortilegus, quando sortilegium sapit hæresim manifestè, ut si admisceantur sacramenta, sacramentalia, res, orationes, aut verba sacra. Nam significat, & credere, quod res illæ sacræ habeant efficaciam ad maleficia peragenda. Et hoc etiâsi tortus, id non fateatur se credere. Ita Raphaël de la Torre *in 2. 2. q. 96. art. 4. disp. 2. p. 4. tr. 7. resol. 11. §. Ideò.* Si verò Sortilegus invocaret Dæmonē ad flectendum animū meretricis, vel ad alium effectum, qui ejus vires non excedit, nullum habens errorem in intellectu, adhuc esset aliqualiter de fide suspectus, propter commercium, quod habet cum hoste Dei sui. Et quamvis in Inquisitione Romana, in qua leviter suspecti torquentur, tali suspicio purgari possit per torturam, ut ait Zanardus *p. 3. cap.* 64. in nostra tamen Hispania, ubi tales non torquentur, debet abjurare saltem de levi. *p. 4. tract. 7. resol.* 10. *§. Huic.*

Et assistētes concionibus hæreticorum in terris Catholicorum.

12. Abjurant tursus de vehementi, tanquam hæreticorum credentes, qui illorum concionibus, & conventiculis assistunt in terris Catholicorum, etiam semel, nisi ignorantia, vel alia circumstantia excusentur. Ita Pegna *p. 2. q. 50. vers. Si & plurimum.* At Assistentes concionibus hæreticorum in terris Infidelium per duas vices, sunt suspecti leviter, & abjurare debent tantum de levi. Ita Sousa *in Bull. Cæn. c. 2. disp. 8. num.* 10. contra Zanchium *de har. c. 3. num* 55. *p. 4. tr.* 18. *res.* 93.

Abjurant de levi Religiosi & sacris initiati matrimonio contrahentes. Et conjugati sine consensu uxoris Religionem intrantes.

13. Abjurant autem regulariter de levi Religiosi, & sacris initiati, Matrimonium contrahentes, (si-cut è contra, conjugati sine licentia uxoris manentis in in sæculo sacros Ordines suscipientes, aut Religionem intrantes, *p. 4. tr. 7. res. 4. in fine.*) Nisi qualitas personæ, & aliæ circumstantiæ, abjurationem de vehementi requirerent præcedente tortura, ut si quis esset de Provincia infecta hæresi Lutheranæ:

nam in tali casu servanda esset opinio contraria Canterae *qq. crim. c. 1. de har. n. 71. p. 4. tr. 7. res. 5 §. Verùm hodie.*

Laici & Clerici non Sacerdotes audientes Confessionem.

14. Abjurant item de levi laici, vel Ecclesiastici non Sacerdotes, audientes Confessionem. Et ita practicari in Hispania, docet Sousa *lib. 1. c. 33.* Nisi tamen essent de Provincia infecta haeresis Lutheri, quod omnis homo sit minister hujus Sacramenti. Nam tunc abjurare deberent de vehementi, *p. 4. tr. 7. res. 11. §. Verùm in fine.*

Aut celebrantes.

15. Item de levi abjurant laici, & Ecclesiastici non Sacerdotes celebrantes. Acugna *de conf. folic. q. 13. n. 10. p. 4. tr. 7. res. 11. §. Verum quando, ante medium.*

Astrologiâ judiciariam frequenter exercentes.

16. Item de levi abjurant secundum Sousam *lib. 1. c. 148. n. 15.* Astrologiam judiciariam frequenter exercentes; maximè cum aliorum detrimento. Quod si tales affirment, astra inclinare non posse, non cogere, Zanardus *p. 1. pr. 1. c. 5. q. 16* ait, non debere abjurare. Sed advertant Inquisitores, nam, cum tales non torquéantur, facile ita respondebunt ad pœnas vitandas *p. 4. tr. 7. res. 17. §. Quibus, usque n. fin.*

Et retinêtes ac legentes libros haereticorum, Necromanticorum pentacula, &c.

17. Itē de levi abjurant retinêtes, & legentes libros Hæreticorum, Necromanticorum pentacula, &c. Et sic testatur practicari Suarez *de fide disp. 24. sect. 2. n. 4.* In aliquo tamē casu raro sequi poterit opinio Farinacii *de har. q. 180. n. 9.* & illis indicia abjuratio de vehementi, quando suspicio ex circumstātiis redderetur vehemens. *p. 4. tr. 7. res. 9. §. Verùm & infrà.*

Pro qualitate autē suspicionis de levi, aut de vehementi abjurant cōspuentes & percutientes sacras Imagines.

18. Pro qualitate autem circumstantiarum de levi, aut de vehementi abjurant secundum Zanardum, *p. 3. c. 64.* conspuentes, & percutientes sacras imagines; quia malè videntur sentire de justitia Dei. Non tamen de formali, si sunt Catholici, *p. 4. tr. 7. res. 9 §. Verùm.*

Impedientes S. Inquisitionis officium.

19. Eodem pacto, pro qualitate suspicionis abjurant impedimentum, & fautoriam impedientes officio S. Inquisitionis, modo quo cum Pegna supra diximus, *num. 6* Quamvis Palaus *tom. 1. tr. 4. disp. 8 punct. 5. §. n. 1.* putet tales abjurare debere tantum de levi. *p. 4. tr. 7. res. 13. §. Verùm his omnibus,*

Testes falsi. negantes haereum, quam eum commisisse sciunt.

20. Similiter pro qualitate suspicionis abjurare fautoriā debet testis, qui in favorem inquisiti falsum deposuit, negando haeresim, quam eum commisisse cognovit. Ita Palaus *sum. tom. 1. tr. 4. disp. 8. punct. 15. §. 6 n. 910.* In aliis casibus falsi testis numquam abjurant *p. 4. tr. 7. res. 16. §. sed audiamus, circa medium.*

Transferentes arma, equos, &c. in terras infidelium.

21. Idem dic de transferentibus arma, equos, &c. in terras infidelium, animo illis adjuvandi in bello contra Christianos: nam contra tales Inquisitores possunt, tanquam fautores haereticorum, inquirere, & pro gradu suspicionis torquere, & abjurationem imponere. Secus, si animo negotiandi hoc faciant, *p. 4. t. 7. res. 19. §. non desinam.*

Fautores, defensores, & receptatores haereticorum.

22. Fautores verò, defensores, & receptatores haereticorum, cum pro qualitate circumstantiarum, & indiciorum levem, vel vehementem suspicionem incurrant, de levi, aut vehementi abjurabunt Inquisitorum arbitrio. Ita Pegna *p. 2. comm. 76. lit. C. p. 4. t. 7. res. 1. §. Hoc supposito.*

Et Schismatici.

23 Schismatici similiter, pro temporis diuturnitate, personarum qualitate, & aliis circumstantiis, de levi, aut de vehementi abjurabunt, & si errorem habuerint in intellectu, abjurabunt ut haeretici de formali. Ita Duardus *in Bull. Cœn. lib. 3. Can. 1. q 156. n. 12.* Abjurabunt autem non solùm haeresis suspicionem, sed etiam schisma, *p. 4 t. 7. res. 29. §. Hoc supposito,* & infrà.

In diverso item Tribunali. Romano scilicet, aut Hispano de levi, aut de vehementi abjurant Confessarii solicitantes.

24 Porrò in abjuratione indicenda Inquisitio Hispanica in aliquibus casibus propter opinionum varietatem discrepat à Romana. Atque ità, ubi Inquisitio Romana, putans cum Piasecio *pr. p. 2. c. 4. ar. 6. n. 10.* & aliis, Confessarios solicitantes esse vehementer de fide suspectos eos torquet, & cogit abjurare de vehementi, Inquisitio Hispanica, sequens cōtrariam sententiam Acugnæ, *tr. de Conf. folic. q. 2. n. 20.* & aliorū, illos non torquet & cogit abjurare tantum de levi, *p. 4. t. 7. res. 7. §. Difficultas.* Verū Cōfessarii abjurare debent in omnibus casibus solicitationis expressis in Bulla Greg. XV. quidquid afferat Sousa *Aph. lib. 1. c. 34. n. 68. p. 4. tr. 5. res. 50. §. Quoad alios.* 25. Si-

Consuetudinarii in blasphemando.

25. Similiter consuetudinarii in blasphemando in Inquisitione Hispanica, ut testatur San Vincente *manuscrip. c.* 1. *§.* 3. abjurant tantùm de levi, in Romana verò de vehementi. Ideò Inquisitores in hoc crimine sequantur praxim suæ Inquisitionis. Aliquando tamen ex qualitate blasphemantis, & blasphemiarum, etjam in Tribunali Hispanico imponenda erit abjuratio de vehementi, *p.* 4. *t.* 7. *res.* 8. *§. Nota tamen.*

Et insordescentes in excommunicatione per annum non ex causa fidei.

26. Deinde, in Inquisitione Hispanica insordescentes per annum in excommunicatione non ex causa fidei, Inquisitores non cognoscunt. At in Romana Genuensis, *pro Archiep. c.* 68. *n.* 8. Asserit tales abjurare de levi, quamvis Sousa *Aph. l.* 1. *c.* 27. *n.* 6. & alii negent, *pat.* 4. *t.* 7. *res.* 18. *§. Verùm.*

Non abiurant Sodomitæ.

27. Sodomitæ in Regno Portugalliæ (ubi ab Inquisitoribus cognoscuntur) non abjurant, neque de levi, ut testatur Moura *de incant. opus.* 1. *sec.* 3. *c* 1. *n.* 18. *p.* 4. *t.* 7. *res.* 20. *§ Notandum.*

Abiurantes de levi cogi possunt abiurare omnem hæresim.

28. Abjurantes de levi cogi possunt ad abjurandum generaliter omnem hæresim. Et ita observari in Inquisitione Romana, testatur Pegna, *p.* 3. *comm.* 4. quod etiam de Tribunali Inquisitionis Hispanicæ, testatur, Acugna *de Conf. solicit. q.* 24. *n.* 22. *p.* 4. *t.* 8. *res.* 68.

Abiuratio, qua publica, qua secreta? Et quandonam publicè indicenda, quando secretò.

29. Abjuratio ex textu in *cap. ad abolenda, §. præterea, de hæret.* debet fieri publicè. Et ita habetur in Instructione Hispalensi *anno* 1484. *n* 5. & docent Barbosa *collect. to.* 2. *l.* 5. *tit.* 7. *c.* 9. *n.* 11. & alii. Quando abjuratio dicatur publicè facta vide Decianum *tr. crimin. l.* 5. *c.* 47. *n.* 5. Sed his non obstantibus ex causa Inquisitoribus benè visa, abjuratio fieri potest secretò. Ita Zechius *sum. to.* 1. *tit. de fide. c.* 11. *n.* 17. Unde Simanca *tit.* 1. *n.* 24. ait, non debere abjurare publicè, qui hæresim occultam sponte confessi sunt, & eos, qui leviter de hæresi suspecti sunt, sed privatim in adjutorio Inquisitorum, *p.* 4. *t.* 8. *res fol.* 81. *§. Verùm*, usque ad finem.

Publicè, quando suspitio est publica, Secretò, quando secreta.

Verũ hoc in aliquibus criminibus nõ servatur. Nam contrahentes binas nuptias, sunt leviter suspecti de hæresi, & de levi abjurant, & tamen dicta abjuratio efficitur publicè. Et idem faciunt quandoque blasphemi, legentes libros hæreticorũ, & Astrologi judiciarii. Ideo libenter adhæreo sententiæ Eymericii *par.* 3. *n.* 161. quod si reus est suspectus publicè de levi, abjurare debet de levi publicè, si autem non, abjurabit secreto in audientia Inquisitorum secundum quod apud plures, vel pauciores suspectus fuerit, Inquisitorum arbitrio.

Standum igitur Inquisitorum arbitrio.

Etiam in abiuratione de vehementi.

Adverte etiam, quod abjuratio de vehementi, rationabili causa id suadente, fieri potest secretò. Pegna *p.* 3. *comm.* 40. *p.* 161. *p.* 4. *tr* 7. *res* 33.

Abiuratio requirit ætatem.

30. Requiritur in qualibet abjuratione ætas, quæ in masculis est annorum 14. in fœminis 12. ut patet ex Conciliis Toletano *c.* 11. & Bituricensi *c.* 31. Ante hanc ætatem, etiamsi doli capaces sint, non abjurant, nisi rarò. Sousa *Alp. l.* 2. *cap.* 4. *p.* 4. *tr.* 7. *res* 33. *§. Nota etiam.*

Præsentiam Episcopi.

31. Requiritur item præsentia Episcopi, vel ejus vices gerentis. Unde si Inquisitores sine Episcopo abjurare reum cogerent, non remaneret subjectus pœnæ relapsi, secundum Castrum, *to.* 1. *tr.* 4. *disp.* 8. *pun* 13. *n.* 18. Quamvis cum Farinac. *de hær. q.* 186. *n.* 79. contrarium tenendum sit, *p.* 4. *t.* 8 *res.* 49.

Et subscriptionem.

32. Pegna *ubi sup.* docet, requiri etiam in abjuratione subscriptionem, quando reus pœnitens scit scribere: si verò nesciat, debere Inquisitores & Notarium subscribere: quod esse tutissimum, ait Decianus *tr. crim. lib.* 5. *c.* 41. *n.* 69. *p.* 4. *tr.* 8. *res.* 77. *§. Sed ad ornatum.*

Abiurans non incurrit irregularitatem.

33. Porrò abjurans, sive de levi, sive de vehementi, non incurrit irregularitatem: quia in jure nulla imponitur, nisi hæretico. Villalobos *in sum tom* 2. *tr.* 21. *diff.* 15. *n.* 2. & alii contra Azor. *tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 21. *q.* 8. *p.* 4. *t.* 8. *res.* 64. & 85. *§. utrobique Notandum.*

Sed, si Regularis sit inhabilis ad officia, & dignitates.

34. Sed regulares per quamcumque pœnitentiam redduntur inhabiles ad officia & dignitates, ex decreto Sacræ Congr. S. Officii, annuente S. D. N. Urbano VIII. nisi pœnitentia fuerit salutaris, quod observat Leone *de off. & pot. Conf. p.* 2. *recoll.* 1. *num.* 211. *p.* 4. *tr* 5. *res.* 48 & *tr* 8. *tr.* 8. *res.* 14. *§. Sed an.*

Et Confes-

34. Ad Confessiones audiendas, si quis abju-

sionis audiendæ.

abjuravit de vehementi, admitti non potest, ex declaratione ejusdem Congr. apud Locatum *pr. Inquis. in fine.* Idemque testatur Genuensis, *pr. archiep. c. 45. n. 2.* practicari in Curia Archiepiscopali Neapolis. Abjurans autem de levi, admittitur, ex eadem Sacra Congr. apud Genuensem, *ibid. p. 4. n. 8. res. 64.*

Bis abjurans non est relapsus.

36. Qui post abjurationem de vehementi iterum abjurat, non est relapsus, quia redditur de novo suspectus de hæresi. Ita declaravit Pius V. apud Locatum *pr. inqu. v. vehemens suspicio num. 1.* Unde hæresim abjurans, si iterum illis favet, non est relapsus. Deciarus *tr. crim. lib. 5. cap. 56. num. 17. p. 4. tr. 8. res. 10. §. Notandum est.*

Sicut nec qui post abjurationem de levi convincitur de hæresi.

37. Rursus non est relapsus, qui post abjurationem de levi, de hæresi convincitur. Secus si post abjurationem de vehementi. Ita habetur *in cap. si accusans, de hæret. in 6.* & docent multi DD. apud Barbosam *in coll. tr. 3. l. 5 tit. 2. c. 8. n. 2. ibid.* initio.

Nisi primum crimen plenè probetur.

38. Fit etiam relapsus, qui in secundo lapsu plenè convincitur, & præterea plenè probatur, quod verè commiserit illud crimen de quo leviter indiciatus abjuraverat tantum de levi. Ità Squillacensis *de fide cathol. c. 31. n. 2. Ibid. §. Mota verò.*

Nec etiam, qui post abjuratam hæresim redditur vehementer suspectus de secundo lapsu, quando plena probatio deficit in quæstione iuris.

39. Non est tamen relapsus, qui post abjuratam hæresim realem, redditur de secundo lapsu vehementer suspectus, quando de hæresi non plenè convincitur, idque defectu qualitatis delicti, non defectu probationis: Ita Roias *de har. par. 2. n. 333.* Quamvis Palaus *tr. 4. disp. 6. punct. 2. n. 9.* etiam, in primo casu putet esse relapsum, & Consilium supr. Inquisitionis apud Canter *qq. crim. c. 1. de hæret. n. 58.* in unico casu tanquam relapsum puniendum, *p. 4. t. 7. res. 26. §. Solum.*

Convictus de hæresi abjurare recusans, tradendus Curiæ sæculari. At solum suspectus prius excommunicandus.

40. Abjurare recusans, habetur pro convicto, & Curiæ sæculari tradendus est, ex Const. Martini V. quæ procedit, quando quis confessus, convictus, aut in hæresi manifestè deprehensus fuerit. Nam, si solum sit suspectus, sive leviter, sive vehementer, & abjurare nolit, excommunicari prius debet, &, si in excommunicatione per annum steterit, tanquam hæreticus condemnari. Ita Locatus *pr. Inq. verbo Suspicio, n. 8. p. 4. tr. 7. res. 14. §. Nota etiam*, post initium.

Sacræ Congregationi adhærendum est.

41. In abjuratione Christianorum fingentium se infideles, & petentium se baptizari propter certam summam pecuniæ, adhærendum est declarationi sacræ Congregationis, & stylo, & praxi Tribunalis Inquisitionis, *p. 9 tr. 8. res. 45. in fine.*

ABORTVS.

Abortus quid & quas cuplex.

1. ABortus est ejectio fœtus immaturi. Hoc autem fieri potest vel ante fœtus animationem, vel post. Qui ejicit immaturè fœtum animatum, punitur tam à Jure Civili, quàm Canonico pœnis homicidarum. Qui vero ejicit fœtum nondum animatum, licèt non committat homicidium, gravi tamen se scelere obstringit, & à jure Civili, is qui id egit, punitur exilio, cum amissione partis bonorum, si sit honestæ conditionis; si verò sit humilioris & inferioris conditionis, damnatur ad metallum, *l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, p. 7. t. 7. r. 1. & 3.*

Et quid procurare Abortum.

2. Procurare autem Abortum nihil est aliud, nisi studiosè quærere, sive per se, sive per alium, ut fœtus immaturè ex utero matris ejiciatur.

Et quotupliciter id fiat.

Tripliciter porrò hæc procuratio contingere potest. Primò impediendo ne fœmina concipiat, v. g. si vir ante concubitum potionem aliquam fœminæ præbeat, per quam sterilis evadat. Secundò procurando ut fœtus conceptus quidem, sed necdum animatus ejiciatur. Tertiò procurando, ut fœtus animatus abigatur, quibus autem modis Abortus fiat, vel procuretur, tanguntur obiter à Six. V. *in const. quæ incipit, Effrænatam editam anno 1588. p. 7. tit. 1. §. 2.*

Pœnæ Procurantium Abortum in Bullam Sixti V.

3. In qua quidem Bulla Sixtus V. Constituit varias pœnas contra Procurantes Abortum fœtus animati. Nam §. 1. statuit eos teneri pœnis omnibus iure divino, Canonico, & Civili statutis contra veros

veros homicidas, §. 2. 3. 4. Decernit eos incurrere irregularitatem, unde nec promoveri possint, nec si jã promoti sint, ministrare, sed eo ipso omni Privilegio clericali, officio, & beneficio esse privatos, quæ sic vocatura reserventur dispositioni Papæ, atq; inhabiles in futurum, etiamsi delictum fuerit occultum. Et qui foro Ecclesiastico sunt subjecti degradati tradantur foro sæculari capitali pœna puniendi. §. 5. Similibus pœnis vult teneri eos, qui sterilitatis potiones, ac venena propinaverint mulieribus, aut quo minus fœtus concipiant, impedimentũ præstiterint, consuluerint, ac auxiliati fuerint: necnon & mulieres, quæ ea scienter sumpserint, §. 6. Ut detur in hoc crimine puniendo inter Judices præventio contra quoscumque, & testes jure inhabiles suo arbitratu recipiant, & pœnis afficiant reos, *p. 7. t. 5. r. 4.* §. 7. & 8. eos omnes tam principales, quam socios consociosve talis criminis, nec non opem, consilium, aut favorem dantes, subjicit excommunicationi, quam ipso facto incurrant, & à qua nequeant absolvi (nisi in mortis articulo) nec etiam in Jubilæis, aut vigore Concil. Trid. nisi à Romano Pontifice, & similiter ab irregularitate, hac de causa contracta ab eo tantum urgentissimis de causis dispensari possit, *ib. r. 4.*

4. At Greg. XIV. *in Constit. 8. edita anno* 1591. quæ incipit, *Sedes Apost.* moderavit prædictam Bullam Sixt. V. Unde §. 2. statuit, si fœtus animatus fuerit, tam ad eos, qui hactenus deliquerunt, quam qui in futuro delinquent, ut à peccato, & excommunicationem possit quilibet Presbyter tam sæcularis, quàm Regularis ad confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per ordinarium loci deputatus, in foro tamẽ conscientiæ absolvere, *p. 7. tr. 5. ref. 15.* Si verò fœtus animatus non fuerit, pœnas abortum procurantium, & exhibentium mulieribus, & suscipientium venena sterilitatis, aut quocumque modo dantium auxilium, & consilium, reducit, §. 3. ad terminos juris communis, sacrorum Canonum, & Concil. Trid. tam quoad prætenta, quã quoad futura, §. 3. Cætera verò omnia, quæ in Bulla Sixti continentur, vult in suo robore manere. *p. 7. tr. 5. ref. sol. 5.*

5. Quòd si quæras, quando proles animetur anima rationali, ita ut, qui de illa abortivum facit, incurrat excommunicationem, & irregularitatem? Resp. Covaruv. mares animari die 40. à conceptu, fœminas 80. & ita communiter sentire DD. A qua quidem opinione, ut communi) licèt nonnulli contrarium sentiant, ut Lessius *c. 9. dub. 10. n. 65.* & alii, non est recedendum. Ita ut, qui ante 40. dies procuravit abortum, non sit censendus irregularis, neque in pœnas Bullæ Sixti V. incurrisse dicendum sit, juxta constit. Greg. XIV. Si verò dubitetur, an masculus sit, vel fœmina, præsumendum est fœtum esse animatum post quadragintadies, *ib. ref. 6.*

6. Hinc inferas primò, omnes procurantes abortum per se, vel per alios aut cooperantes ope, consilio, vel alia ratione in Bulla Sixti V. explicatas excommunicationem ipsius Bullæ contrahere, cujuscumque status, gradus, & ordinis, vel conditionis, existant, tam laici, quàm clerici sæculares, aut Regulares, cujuscumq; ordinis, imo etiã mulieres, sæculares, vel professi, & ipsæmet fœminæ, seu matres prægnantes, sive sociæ, sive conscię abortus. Textus enim loquitur non solum de cooperantibus, verum etiam de ipsismet fœminis, quæ velut principales, vel ut sociæ conscię sunt talis criminis per opem, consilium, favorem, potionem, &c. quamvis Nald. *in sum. v. Abortus n. 1.* videatur contrarium tenere, *p. 7. tr. 5. ref. 7.* Excipe, nisi mater cogatur, per metum cadentem in constantem virum, sumere potionem, ex qua abortus sequatur, tunc enim in nullas incurreret censuras; quia quoties coacta sumit potionem, ex qua sit secuturus abortus, non dicitur studiosè quærere, ut fœtus abigatur, ergo non dicitur procurare abortum, *ib. §. Not.*

7. Inferas 2. in easdem censuras incurrere eum, qui procurat abortum per alios, quia Sixtus V. in Bulla asserit, qui de cætero

1. Pœna capitis.
2. Irregularitas.
Et Degradatio.
Quæ extenduntur ad prabentes potiones sterilitatis: & ad mulieres eas scienter sumentes
Etiam cum præventione Judicum.
3 excommunicatio; à qua nisi à Rom Pont. Absolvi possunt.
Quam Bullam Greg XIV. moderavit.
Tam circa excommunicationem à qua quilibet confessarius ad id specialiter deputatus potest absolvere quoscumque
Quam quoad alias pœnas, quas reducit ad ter-minos juris communis, si fœtus non sit animatus.
Fœtus si sit mas animatur die 40 si fœmina die 80.
In dubio quid judicandum.
Incurrunt in Bullam Six. V. omnes, & quotcumq; procuratores abortum quocumque modo.
Etiam ipsa mater sumẽs potionem ad id.
Nisi cogatur hoc facere per metum cadentem in constantem virum.
Et procurãtes per alios.
Vel quovis modo juvan.

ter vel consilium antes.

cætero per se, aut per interpositas personas, &c. Itemque in easdem incurrere scienter cooperantes ad abortum ope, consilio, favore, potione, vel alio cujusvis generis medicamento, aut juvare scribendo litteras privatas, vel apochas, aut alia ratione verbis, aut signis, sic enim expresse dicitur in Constitut. Sixti V. *ibid resol.* 10.

Et Monialis, quæ sumit potionem vel pugnis se percutit ad abortum efficiendum.

8. Infer 3. Monialem, quæ sumit potionem mortiferam fœtui, vel pugnis se percutit ad abortum efficiendum, si sequatur effectus incidere in pœnas Constitut. Sixt. V. non autem in Censuram *cap. Si quis suadente Diabolo.* Vt tenet Bellochius *in Praxi p. 2. q. 8. n.* 108. & alii, quia licet talis percussio sit violenta naturæ, non est tamen injuriosa statui ecclesiastico, nec violenta religiosæ personæ, cum non intendat sibi injuriam inferre, sed tantum fœtui. *p. 7. t. 5. r. 4.*

Non tamen incurrit excommunic. cap. si quis suadente, &c.

Non licet procurare abortum fœtus inanimati, nisi ad tuendum honorem maius aut vitandum vitæ periculum remotum.

9. Infer 4. non licere procurare abortum fœtus etiam nondum animati (ergo multo minus jam animati) ad tuendam vitam vel honorem alicujus puellæ prægnantis, cujuscumque conditionis sit, vel nobilis, vel Monialis, & Deo sacræ, aut etiamsi scandalum timeatur. Non enim sunt facienda mala, ut eveniant bona *p. 3. t. 5. r. 11. p. 6. t. 8. r. 37. & p. 7 tr. 5. res. 32.*

Nec ullo pacto, vel causa procuranda sterilitatem in uxoratu.

10. Et eodem modo illicitum omnino est, quacumq; ex causa procurare in uxoratis sterilitatem. Nam impedire generationem, quæ nata est sequi ex copula carnali, est contra naturam, & ideò intrinsecè malum. Ita Turrianus *to. 2. disp. 26. dub. 2. n.* 45. & alii contra Torreblancam *Libr 12. c. 13. n* 31. & 36. existimantè id licere, si mulier cum vitæ discrimine pariat *p. 5. t. 13. r. 90. & p. 7. t. 5. r. 35.*

Censendus procurator Abortus, qui suis dictis ad id inducit mulierem.

11. Inferas 5. Non liberari à pœnis impositis contra procurantes abortum, illum, qui in præsentia mulieris, cum quarem habuisset, diceret, nollem te esse gravidam, quia inde grave aliquod malum tibi, & mihi suspicor eventurum: unde ipsa & malo itura obviam, & amatori gratificatura, abortum procuraret. Intellige tamen hoc verum esse, quoties desiderium hoc exprimèdo averteret futurum, ut perdita fœmina abortū procuraret: in hoc enim casu diceretur per aliū procurare abortum *p. 7. t. 5. resol.* 30.

In dubio an fœtus sit animatus, censendus est irregularis, qui procurat abortū. Et quid intelligatur hic nomine Irregularitatis.

12. Quæres 1. Utrū quis sit censendus irregularis in dubio an fœtus sit animatus? Negant Moura, Præpositus, & alii citati *p. 4. t. 2. r. 16.* At non est recedendum ab affirmativa sententia, quæ est cōmunis: Unde talis se debet tenere tanquā homicidam, tāquam obnoxium reservationi, tanquam excommunicatum, & irregularem. Probatur ex celebri illa regula juris, *In dubiis tutior pars est eligenda. p. 7. t. 5. r. 24.* Quæ quidem irregularitas intelligenda est solum de privatione quoad suscipiendos ordines, & in illis jam susceptis administrandi; has enim privationes intrinsecè includit Irregularitas: secus verò quoad alias pœnas, quæ à Judice imponi solent pro contracta irregularitate, qualis est privatio beneficiorum, & aliæ similes Ita Fagundez in Decal. *to. 1. lib. 2. c. 10. n. 15* qui citat Vasquez, Suarez, Salas, Sayrum, & alios, *ib. res. 25.*

An Confessarius qui conatur retrahere consilium. um videatur esse irregularis.

13. Idē judicat dicendum Cornelio *in 3 p. tr. 5. dis. 1. dub. 2. n. 3.* & alii, de eo, qui dedit consilium de abortu faciendo, si non potuit dimovere fœminam à consilio dato, ita ut remaneat irregularis. Quorum quidem sententia est tutior, & probabilior. Sed probabilis quoque est sententia negativa Villalobos *tom. 1. tr. 21. diff. 20. n.* 8. & aliorum. Nam is fecit, quod potuit; neque verò consilium influit Physicè, sicut venenū, unde debeat impediri Physicè, sed satis est, ut impediatur suasionibus, precibus, &c. quæ si non juvant, non imputabitur consiliario *p. 4. tr. 2. res. 15. & p. 7. t. 5. res. 29.*

Prægnans infirma potest uti medicamentis directè curativis, etiāsi indirectè sequatur abortus.

14. Quæres 2. Quid sentiendum de muliere prægnante infirma? Resp. si prægnans post fœtus animationē in periculosum morbū incideret, nec aliud remedium esset, possent illi præberi medicamenta directè tendentia in curationem illius, ut sectio venæ, pharmaca purgativa, balnea &c. licèt per accidēs sequatur abortus, quia mater habet jus ad servandam vitā talibus remediis. Ita DD. communiter contra Pontium *de matr. l. 10. c.*

13. n.

Etiam directè expulsivus fœtus nondum animati.

13. n. 6 p. 3. tr. 5. resol. 11. & p. 7. tr. 5 resol. 35. Si verò fœtus nondum sit animatus, ejusque expulsio unicum est remedium ad vitam matris, licet etiam ex intentione sumere medicamentum ad illud expellendum, juxta probabilem, & tutam in praxi sententiam Trullench Decal. l. 2. l. 5. c. 1. dub. 4. n. 1. contra Lessium, Bonacinam, & alios p. 7. tr. 5. resol. 34.

Etsi matris, & fœtus desperata vita possunt adhiberi remedia aquè directa ad matris salutem, & fœtus abortum.

15. Item si de vita matris, & fœtus omninò desperatum sit, licitum erit medico imò & debitum, secundùm Sanchez *de matr. t. 3. l. 9. disp. 20. n. 10. & 20.* applicare medicinas matri, æquè primò directas ad ipsius salutem, & ad fœtus abortum. Si tamen remedium, quod applicatur matri sit ex sua natura mortiferum fœtui, & solum hac ratione sanativum, quatenus est fœtui mortiferum, non potest licitè adhiberi. p 3. t. 5. resol. 11. & p. 7. tr. 5. resol. 36. Idque etiam procedit in dubio, an medicamenta vitam, an verò mortem sint allatura: quia melius est, dubium auxilium experiri, quam omni remedio destitutam finere perire. *ibid.*

Nisi valdè probabile sit fœtum è matre mortua vivum extrahendum.

16. Quod si certum sit, aut valdè probabile prolem sine tali medicamento vivam edendam, illicitum erit illud adhibere cũ notabili prolis periculo, & mortaliter peccat contra charitatem medicus talia medicamenta applicando, & mulier assumendo. Ita Lessius cum aliis *lib. 2. c. 9. dub. 10. n. 63.* qui etiam notat, quod si tali remedio non adhibito, valdè probabile sit utrinq; morituru̇m; eo verò adhibito probabile sit, matrem salvam posse conservari, in tali casu licitè posset illud adhiberi. p. 3. tr. 5. resol. 11. & p. 7. tr. 5. resol. 37.

17. Utrum verò mater, quæ probabiliter timet se esse in statu peccati mortalis teneatur abstinere à supradictis medicamentis, si speretur fœtum in lucem edendum, & baptizandum; Affirmat Card. de Lugo *de Iust. tom. 1. disp. 10. sect. 5.* Negat Ludovisius Caspensis *in cursu Theologico tom. 2. tract. 18. sect. 5. n. 139. & seq.* Unde utraque sententia videtur probabilis, & tuta. p. 7. tr. 5. resol. 38.

Qui curantes

18. Non incidunt in censuras Bullæ Sixti V. Primò qui procurat abortũ ante animationem fœtus; Licet enim abortus fœtus inanimati sub excommunicatione, & Irregularitate esset interdictus in illa, nihilominus hac in parte abrogata est, & ad terminos juris communis, sacrorum Canonum, & Consilii Tridentini dispositionem reducta fuit per subsequentem Gregor. XIV. Constitutionẽ. Eodem dicendum de præbentibus opus consilium, &c. p. 7. tract. 5. resol. 8.

abortum ante animationem non incidunt in censuras Bullæ Sixti V. Nec consulentes &c.

19. Non incidunt 2. procurantes abortum fœtus animati, si non sequatur effectus. Quamvis enim Belloch. *de cas. reser. part. 2. q. 8. n. 69.* & alii doceant incurri non sequutò effectu; quia in reservatione Episcoporum casus contra procurantes abortum, includuntur etiã illi, qui abortum procurarunt, non sequuto effectu. Attamen non est recedendum à negativa ieatentia, quam docet Ponac *tom. 3. disp. 2. q. 2. punct. 10. n. 6.* quia Sixtus V. in suaBulla, ut lata excommunicatio incurratur, requirit effectum, ut patet ex illis verbis; *ut re ipsa abortus secutus fuerit.* Immò cum Mazuchello, *tract. de cas. reserv. disp. 2. c. 3. q. 2. num. 27.* contra Bellochium, & alios probabiliter teneo, non incidere in casum Episcopalem procurantes abortum, si non sequatur effectus, quia reservatio comprehendit tantum actum externum cum effectu. *p. 7. tr. 5. resol. 9.*

Nec qui procurant abortum fœtus animati, non sequuto effectu.

Qui non incidunt in casum reservatum Episcopo.

20. Non incidunt 3. qui abortũ procurant cum ignorantia juris, vel facti etiamsi hæc ignorantia non sit probabilis, sed vincibilis, crassa, supina, vel etiam affectata, modo conjuncta non sit cum ingenti temeritate. Ita Bonac. *tom. 3. disp. 2. q. 2. punct. 10. n. 10.* Et ratio, quia Summus Pontif. adjecit particulam, *scienter*, quæ quamlibet ignorantiam excludit, modò cum ingenti temeritate conjuncta non sit. *Ibid. resol. 11.*

Nec qui operatur ex ignorantia iuris, vel facti, etiamsi sit crassa, supina, & affectata.

21. Non incidunt 4. qui propinant remedia sterilitatis mulieri, ut impotens fiat ad generandũ. Ita Machadus, *de perfect. Confess. tom. 1. lib. 2. par. 2. tr. 17. num. 2.* quia Gregorius in hoc correxit Bullam Sixti V. Sed petes an in terminis Bullæ Sixti V. ante correctionem Gregorianam

Nec qui curantur steriles efficere mulieres.

incideret incensuram, qui porrigebat remedium sterilitatis alicui viro? Affirmat Petrus Gregorius *in Syntag. juris, part. 3. lib. 36. c. 15. n. 20.* Sed prorsus negativa sententia tenenda est; quia Sixtus V. in Bulla expressè dicit, *Prægnantes mulieres.* Sed pœnæ non sunt extendendæ extra casum, ergo, *ibid. resol. 12.*

Vel viros.

Nec qui in actu carnali retrahunt se à seminis effusione, vel receptione in vase debito.

22. Non incidunt 4. Vir, vel fœmina, qui in actu carnali retrahunt se à seminis emissione, vel receptione in vase debito, causa generationem impediendi, docet Scortia *in Bull. Pont. Theorem. 377.* quia mens Pontificis est agere de abortu fœtus sive animati, sive inanimati, ubi autem seminis receptio non est, non fit fœtus, & consequenter nec abortus. Hinc colligas, ex casu abortus Episcopali excipi illum, qui ne liberos suscipiat, vel alia de causa, putà ex odio, præbet potionem muliери: quo minus concipiat, quia istè non dicitur propriè abortum procurare, sed tantum impedire conceptionem sive agere, ut semè non sit prolificũ, quæ duo distincta sunt, ut patet *p. 7. tr. 5. res. 13.*

Nec qui fœtum habet abortum factum nomine suo.

23. Non incidunt 6. qui approbant abortum jam factum etiam nomine suo. (Secus dicendum si ante executionem approbavit, incideret enim in pœnas Sixtianas.) Unde in casum reservatum non incidit mulier, cui insciæ, & ignoranti amasius medicamentum, & potiones præbuerit, ut abortus sequeretur, etiamsi post sumptionem potionis rem illi amasius aperiret, & ipsa facto gauderet, & illud ratum haberet, ea enim necdum esset dicenda procurasse: proindeque tantum mortaliter peccasse. Ita Floronus, *par. 2. casu de Procur. Abor. num. 14. v. 13.* Addo hoc idem dicendum, etiamsi postquam fuisset monita de procuratione Abortus, illum nollet impedire, cum tamen posset; adhuc enim non diceretur incidere in casum, ut quæ non diceretur abortum procurare, sed illum tantum permittere, *ibid. resol. 14.*

Vel non impedit cum possit.

Nec ex abortu casuali.

24. Non incidunt 7. qui casu abortum causant. Ille autem dicitur abortus casualis, quem quis fecit non ex intentione, & animo abortiendi, sed alio fine, sive malo, vel ex odio, vel ex morte succederet in hæreditate, sive bono, ne sequeretur infamia, &c. Idque patet ex Constitut. Sixti V. ubi facit mentionem de abortu voluntario, non casuali. Hinc multos casus in facti contingentia poteris resolvere, quorum plurimos habes, *p. 7. tract. 5. resol. 20.*

Nec qui procuravit abortum, sed dubitat de effectu subsecuto.

25. Non incidunt 8. nec censendi sunt irregulares, qui procurarunt abortum, sed dubitant de effectu subsecuto. Etsi quis dederit consilium, puto posse stari dicto personæ fide dignæ, cui datum est consilium, si dicat non fuisse ab eo motum, *ibid. res. 26.* Sed circa præsentem quæstionem vide Fagundez *in Decal. t. 1. lib. 2. c. 10. n. 16. 17. & 18.*

Nec pater, qui non impedit abortũ adulteræ.

26. Non incidit 9. Pater, qui non impedit abortum adulteræ. Quamvis enim Naldus *in Sum. verb. Abortus n. 6* teneat esse irregularem, quia putat patrẽ teneri ex justitia custodire vitam filii; Tamen negativa sententia, quam tenet Baunius *in Theolog. moral. tom. 2. tr. 11. q. 32.* est etiã probabilis, quia probabile etiam est patrem ad id teneri solum ex pietate, *p. 4. tr. 2. res. 8. & p. 7. tr. 5. res. 27.*

Nec maritus habẽs copulã cum uxore, si ex magna corporis agitatione sequatur abortus, nõ intentus licet pravisus. Vel verberãs uxorem, unde sequatur abortus.

27. Non incidit 10. maritus habens copulam cũ uxore, si ex magna corporis agitatione sequatur Abortus, dummodo id fiat solum ad explendam libidinem, & non intendant abortum, quamvis illum aliquo modo prævideant. Secus autem dicendum, si vir, & uxor tantum nimia libidine ea intentione, ut abortus sequatur, tunc enim incideret in casum. Hinc licèt aliqui asserant incurrere pœnas abortus, qui uxorem suam graviter verberasset, unde illa furore percita abortum passa fuisset: tamen magis placet non incidisse nisi quoties uxorem suam verberasset ea intentione, ut abortus sequeretur. Verbum enim ipsum *Procurare*, significat studiosè, & ex industria quærere. *p. 7 tr 5. res. 30.*

Nec mulier mingendo, vel ejiciendo semẽ statim post coitum, quæ nec peccat id faciendo.

28. Non incidit 11. Mulier, quæ post coitum mingit, vel digitis ejicit semen, non enim dicitur procurare abortum, cum semen nondum sit conceptũ. Quæ quidem fœmina nec etiam peccat mortaliter de se, id faciendo, nisi fortè ex con-

nisi fortè ex conscientia erronea.

conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum. Licèt contrarium videatur docere Marchantius *in resol. 1 part. 1. c. 6 q. 21.* Ubi tamen admittit non peccare mulierem vi oppressam, si post coitum statim semen ejiciat, quia hoc est defendere se contra invasorem, quæ invasio censetur adhuc moraliter perdurare, in semine illius, qui oppressit. Neque hic casus erit his temporibus extraordinarius, cum passim milites opprimant fœminas, *p. 3. tr. 5. resol. 11. & p. 7. tr. 5. res. 31.*

Sicut nec peccat ejiciendo statim semen oppressoris.

Licet suadere abortum mulieri, quæ parata est se occidere.

29. Quæres an licitum sit suadere abortum, quando mulier gravida parata est se occidere ad infamiam vitandam? Negat Candidus *in disqu. tom. 1. Disq. 1. art. 2. dub. 2. num. 5.* Ubi videtur in hac materia non admittere consilium ad minus malum. Sed tenenda affirmativa sententia cum Mazuchello *tract. 2. de cas. reserv. dis. 2. c. 3. q 3. diff. 1. num. 63.* quia communiter Doct. admittunt, licere consulere minus malum, ad evitandum majus, quando ille, cui id suadetur, firmum animum habebat utrumque, vel certè gravius malum faciendi, nec aliter potes illum avertere à graviori malo, *p. 7. tr. 5. res 39.*

Excommunicatio incursa propter abortum tollitur per Confessarium ab Episcopo ad id deputatum in foro interno.

30. Absolvere ab excommunicatione incursa propter abortum, poterat solus Papa in terminis Bullæ Sixti V. quam tamen postea moderavit Gregorius XIV. Et ideò nunc in foro interno quilibet Confessarius approbatus ab Ordinario, & ad id specialiter deputatus à dicta excommunicatione potest absolvere. Pro absolutione verò in foro exteriori obtinenda, recurrendum est ad Summum Pontificem, cui ea est reservata. Ita Mazuchellus *tr. de cas. reserv. disp. 2. c. 3. qu. 1. num. 2.*

Et quisnam dicatur Confessarius ad id specialiter deputatus.

31. Petes, quisnam dicatur Confessarius specialiter ad id deputatus? Respondet Bonac. *tom. 3. disp. 2. q. 2. punct. 10. nu. 16.* eum dicendum, qui habet privilegium absolvendi ab omnibus censuris Episcopo reservatis. At Mazuchellus citatus tenet in terminis Bullæ Greg. XIV. hanc facultatem absolvendi in foro conscientiæ ab hoc casu, penes eum Confessarium tantum esse, qui specialiter sit per Episcopum ad id deputatus, *p. 7. tr. 5. res. 15. & 19.*

Item tollitur à Prælatis habentibus Episcopalem jurisdictionem, nisi casus reservetur abordinario.

32. Prælati item habentes Episcopalem jurisdictionem poterunt absolvere ab eadem censura, ex Thesauro *in praxi p. 2. c. 1. num. 1.* Nisi fortè ordinarii locorum hunc casum abortus sibi reservarent, tunc enim nec privilegiati possent absolvere, sed solum ad id specialiter deputati, *p. 2. tract. 2. resol. 13. §. Not. 4. & p. 7 tract. 5. resol. 16.*

Et includit in facultate Jubilæi absolvendi à casibus & censuris reservatis.

33. Præterea ex facultate Jubilæi absolvendi à casibus, & censuris reservatis, includitur absolutio abortus. Ut contra Lavorium *de Iub. p. 2. c. 28. nu. 23.* tenet Angelus Bossius *de Iub sect 1. casu 6. nu. 1. & 2.* quia cum jam ex Constitut. Greg. XIV. Abortus sit casus Episcopalis: casus Papales in Jubilæo censentur omnes concessi. Sententia autem Lavorii procedit tantum, quando Episcopus, seu ordinarius generaliter concedit alicui Confessario facultatem absolvendi à casibus, & censuris sibi reservatis, hanc enim non censetur concessus abortus fœtus animati per dictam Greg. Constit. nisi specificetur, *p. 7. tit. 5. resol. 19.*

Ab Irregularitate ex abortu non dispensant Episcopi.

34. Ab irregularitate verò contracta ex abortu licèt crimen sit occultum, dispensare non possunt Episcopi; quia cum irregularitas abortus oriatur ex homicidio voluntario, ad illum non se extendit auctoritas Episcopi. Non igitur audiendus Novarius *in summa Bullar. tom. 2 tr. de abortu. nu. 21.* qui contrarium asserit. Imò observat Thesaurus *in praxi, par. 2. c. 1.* quod supplicans in Sacra Pœnitentiaria, in casu videlicet occulto, pro dispensatione super Irregularitate ex abortu, debet exprimere, si fœtus erat à se genitus: alias gratia esset subreptitia, *p. 7. tr. 5. res. 21.*

Dispensant quidē Prælati Regulares cum suis subditis, etiā habilitando ad officia.

35. Possunt quidem superiores Regulares ex vi suorum Privilegiorum dispensare suos subditos tam in irregularitate contracta ex abortu fœtus animati, quam habilitando ad officia suos religiosos, etiam pro foro externo. Ut probat latè Bordonus *in cons. Reg. resol. 13. q. 5 num. 19.* Idemque possunt hanc potestatem

ſtatem delegare & committere uni Confeſſori ſubdito, ut diſpenſet in foro conſcientiæ cum delinquente, *p.7. tit.5.reſ.22. & 23.*

Privatio Privilegiorum Clericalium impoſita in pœnam abortus antè animati, non obligat ante ſententiam Iudicu, cum caſus eſt occultus. Secus ſi ſit manifeſtus.

36. Quæres Primò, quomodo obliget privatio Privilegii Clericalis, & omniũ dignitatum, & officiorum, & beneficiorum impoſita in Bulla Sixti V. contra procurantes abortum? Aliqui reſpondent has pœnas obligare ante Iudicis declarationem: Alii negant. At Theſaurus *in praxi, p.15.20.* ſequitur mediam ſententiam tutiorem, & in praxi receptam, præſertim ex ſtylo Curiæ, quod dicta privationis officiorum Eccleſiaſticorum pœna obliget in conſcientia juxta priorem ſententiam, quando caſus eſt manifeſtus, & ratio eſt, quia tunc ſuperioris acta incipiunt eſſe nulla, ceſſante titulo colorato ob privationis notoriętatem. Quamdiu autem privatio eſt occulta, non videtur obligari in conſcientia, quia ejus acta ratione publici officii ſunt valida, manente titulo colorato, *p.7. tit.5.reſol.17.*

Idem dic de inhabilitate ad beneficia.

37. Idem dicendum de inhabilitate ad beneficia, quæ continetur in eadem Bulla, non obligare ſcilicet ante declaratoriam; niſi fortè inhabilitatis pœna ſit lata ſolum quoad illud numero beneficium, tunc enim obligaret in conſcientia ante omnem declaratoriam, *ib.reſ.18.*

Nomine privationis officii intelligitur munus habens adminiſtrationem cum ſuperioritate.

38. Quæres 1. quidnam intelligatur in Bulla Sixti V. ſub privatione officiorum contra procurantes abortum? Reſp. nomine officii intelligi munus habens adminiſtrationem rerum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum cũ ſuperioritate. Quænam autem ſint, necne hujuſmodi officia, vide apud Theſaurum *in praxi part.1.cap.28.q.1.ibid.reſol.27.*

Abortum procurans gaudet immunitate.

39. Quæres 2. An qui procuravit abortum fœtus animati, ſequuto effectu, gaudeat immunitate? Reſp. affirmativè contra Peregrinum, & Farinacium, *p.3.t.1.reſol.72. & p.7.t.5.reſol.42.*

ABSOLVTIO.

Abſolutio conſiſtit in illu verbu (Abſolvo te) vel aliis æquivalentibus.

1 † Absolutio eſt forma Sacramenti Pœnitentiæ. Conſiſtit eſſentialiter in illis verbis, *Abſolvo te*, vel in aliis æquivalentibus †, quæ tamen abſolutionem ſignificent modo indicativo, non autem deprecativo: nam ſi quis v.g. dicat, *Abſolvat te Deus*, Sacramentum erit invalidum. Si verò ſignificent modo imperativo, ut ſi dicatur, *Abſolvaris*, vel *Abſolvatur Petrus*, abſolutio erit valida: quia hoc modo convenienter adhibetur ſententia deciſiva. Imò docet Scotus *in 4.diſt.14.q.4.* quotieſcumque verba abſolutionis ſignificant actum judicialem & ſententiam deciſivam abſolutionis à peccatis, Sacramentum eſſe validum, ut ſi dicatur, *volo abſolveris, licet te abſolvi* &c. quidquid contra dicat Cajetanus.

Modi indicativi, vel imperativi.

Variare antè formam cõſuetam eſt peccatum.

Quod ſi hoc modo proferatur abſolutio, & relinquatur modus indicativus Eccleſiæ conſuetus, Hurtadus *de pœn. diſp.5.diff.3.* putat, eſſe ſolum veniale, *p.5. tr.13.reſol.34.*

Nec debent omitti reliqua verba, quia ſrnſtra ponerentur.

2. † Reliqua verba, *à peccatis tuis*, &c. non ſunt de eſſentia abſolutionis, ideoque Valent. Henriq. *lib.1.de pœnit.c.11.* aliique putant ſecluſo ſcandalo nullum eſſe peccatum illa omittere; verius tamen eſt illud eſſe veniale, ſi abſque neceſſitate fiat, quia non ſervatur modus & praxis communis; imò ſcrupuloſum eſſet etiam in articulo mortis omittere, *in nomine Patris, &c.* cum graves authores illa requirant ad eſſentiam Sacramẽti, ſecundum Granad. cui tamen quoad abſolutionem abſque invocatione Trinitatis non aſſentiendum, bene tamen quoad verba: à peccatis tuis *p.11.tr.2.miſcel.reſ.21.* multo minus eſſentialis eſt deprecatio, quæ additur, *Paſſio Domini noſtri*, &c. † Addi tamen debent: quia illa clauſula *quidquid boni feceris, aut mali ſuſtinueris*, excuſat Confeſſarium, ſi pro magnis peccatis levem fortè pœnitentiam impoſuiſſet. Vide V. *Pœnitentiam, num.2.p.3.t.4.reſol.97.* Petes: quid ſi aliquis abſolveret hoc modo: *abſolvo à peccatis tuis*, eſſetne forma valida? Reſpondet Card. Lugo *de pœnit. diſp.17. ſect.1.n.24.* cum aliis affirmativè, quia particula *te* continetur implicitè ſub particula *tuis*.

Nota, illa verba, *à peccatis tuis*, habere

habere hunc effectum, ut si pœnitens antea indispositus, ad illorum finem adhuc disponatur, vere percipiat fructum Sacramenti, Amicus *in curs. theol. tr. 8. disp. 11. sect. 2. n. 23.* quia adjuncta verbis essentialibus eandem cum illis significationem participant, & explicitè dicunt, quod illa implicitè, *p. 11. tr. 6. miscell. res. 12. & 13.*

Absolutio dari debet in Confessione. Vide an in aliquo casu dari possit extra eam.

3. Absolutio peccatorum facienda est in Confessione. Quod si Confessarius pœnitentem ritè dispositum sine absolutione dimisisset per inadvertentiam, docet Ochagavia *de sacr. tr. 2. q. 41. num. 2.* quod si posset, sine gravi incommodo, deberet illum revocare & admonere. Si verò non posset sine scandalo, & pœnitens expectaret Communionem, deberet absolvere etiam aliquantum remotum, aliàs expectare commoditatem & admonere, *p. 5. tr. 13 res. 56.*

Potest facultatem auferre absolvendi & pro tota Ecclesia delegare.

4. Potest Pontifex auferre facultatem absolvendi à venialibus à simplicibus sacerdotibus, & etiam à peccatis nondum directè absolutis, cum habeat jurisdictionem ordinariam in foro Pœnitentiæ, quoad totam Ecclesiam, & hoc de jure divino, cum primum est electus, & potest delegare pro tota Ecclesia, etiam repugnantibus Episcopis, & Parochis. *p. 8. tract. 1. resol. 55. vide, & Pontifex.*

Valida est absolutio à simplici Sacerdote.

5. Valida est absolutio, cum quis bona fide confitetur cum simplici Sacerdote de venialibus, & mortalibus non reseruatis. Quia etsi simplex Sacerdos per se judicare nequeat de peccatis mortalibus, tamen quatenus habet jurisdictionem circa venialia confessa, potest hominem sanctificare, & mort. peccatum expellere, licet ab illo per se non absolvat. Suar. *de pœnit. disp. 31. sect 2. n. 6.* & Reginald. *in Praxi tom. 1. lib. 8. n. 8.* Diana *p. 9. tract. 9. res. 29. §. Dices.*

Pueri septennes possunt in dubio absolvi. Conditionem tenere sat est.

6. Possunt absolvi pueri Septennes in dubio de usu rationis, absque conditione. Caramuel, & alii. *p. 10. tr. 11. resol 54.* & dato casu, in quo sit absolvendus quis sub conditione, sat est si conditio mente retineatur coram *DD ibid. resol. 55.* Absolutio, autem si conferatur sub conditione præteritâ jam adimpletâ, vel de præsenti, valida est, juxta communem, validè quoque, etsi illicitè, absolvis hac v. g. formâ: *absolvo te si Antichristus est venturus in fine mundi, &c.* quia hæc conditio æquivalet præsenti, idem enim est ac si dicerem; absolvo te, si nunc verum est, quod Antichristus sit venturus in fine mundi; invalidè verò si dicas: *absolvo te, si eras sit cælum serenum*, si eras resti-tueris. *p. 11. tr. 4 miscell. res 18.*

An sit valida absolutio ab excommunicato vitando.

7. Quamquam sit commune Doctorum placitum invalidam esse absolutionem ab excommunicato vitando præstitam, eo quòd pro tunc extra casum necessitatis impedita, & ligata sit Jurisdictio ab Ecclesia; contrariam sententiam tanquam non improbabilem proponit P. March. *in Tribun. Sacram. tom. 3. p. 1. tr. 4. tit. 1. sect. 1. qu. 10. dub. 1.* qui & citat Victor. *de excom. dub 333.* aliàs 313. utriusque rationes *ibi* vide, *p. 10. tract. 5. res. 24. §. Novissimè.*

Sententia affirmativa videtur certa.

Hoc Corollarium videtur certum, quando ignorantia communis est & excommunicatus vitandus aliquem titulum haberet, cùm titulus præsumptus & communi error conferant Jurisdictionem, *ex. l. Barbarius, ff. de Off. Prat.* v. g. si in Sicilia Beneficium Pastorale obtineret, qui in Hispania excommunicatus vitandus est. *ibid. v. Probatur.*

Initiatus tantùm primâ tonsura non est à Confessario absolvendus.

9. Cùm probabilius sit primam tonsuram non esse ordinem, initiatus tantùm primâ tonsurâ non est à Confessario absolvendus à suspensione quatenus indigeat. *p. 10. tr. 14. res. 14.*

10. Quæres an duo simul unum absolventes, possint dicere, *nos te absolvimus*; affirmat Suar. *in 3. p. to 3. disp. 23 sect. 3*, si sensus sit uterque nostrum te absolvit, secus si sensus foret, ut usquisque te partialiter absolvit, Negat Lugo. Tu vide Dicastill. *de sac. to. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 12.* ubi plura huc spectantia reperies, *p. 11. tr. 8. miscel res. 46.*

11. Circa absolutionem notat Dicast. *sup. cit. dub. 29. n. 573.* quando justæ & rationabiles causæ non tollendi occasionem subsistũt illam raro denegandã esse

Pœni-

Pœnitenti ob reincidentiam in similia peccata, quia vel est solum attritus, & tum male dimittitur sine Sacramento, minus enim sic peccata cavebit, quam adjutus auxiliis, quæ ex Sacramento percepisset: vel est contritus, atque ita durum erit Dei amicum tanto bono privare, propter metum peccatorum futurorum; præsertim cum hoc Sacramentum, non solum præterita peccata sanet, sed etiam præservet à futuris vide præcæteris hac de re Leandrinũ. *de sacra. to. 1. tr. 5. disp. 7. a. supra re. 30. quæst. 31. usque ad 56.*

12. Quamvis Paludanus, Adrianus Nar. Medina, Petrus Sotus doceant Sacramentalem absolutionẽ posse fieri per scripturam ideoque Pontius *in cath. theo. disp. 46. q. 2. concl. 2.* putet melius esse, hominem in extremâ necessitate absolvi à muto per signa vel scripturam quam à nullo; non est tamen hæc sententia practicanda. Card. Laugo Granadus aliique quia Eugenii Papæ *sess. ult. concl Florent.* absolutionis formam tradit his verbis: *forma sunt verba quæ sacerdos profert cum dicit ego te absolvo.* ubi sine dubio loquitur de verbis non scriptis, expectandum igitur esset hac in parte judicium sedis Apostolicæ, *p. 11. tr. 6. miscell. re. 14.*

ABSOLVERE
à Reservatis.

Quæ sint reservata, vide V. *Casus reservati.*

A casibus Papalibus absolvit Papa, vel ejus delegatus.

1. Absolvere à casibus reservatis Papæ potest in primis ipse †, vel ejus vices gerens, vel habens potestatem vigore Cruciatæ, aut Jubilæi, ut suo loco dicetur.†

An etiam Prælati Regulares?

2. Potest item à casibus Papalibus Bullæ Cœnæ secundum Suarez *de Relig. tom. 4. tr. 8. l. 2. c. 22.* & Peyrinum *privil. Minim. tom. 1. constit. 4. Sixti V §. 5. nu. 6.* absolvere Prælatus Regularis suos subditos, non obstante eorum reservatione, quæ fit singulis annis. Sed Bononia *de elect. dub. 69. num. 13.* & alii id negant, *p. 3. tom. 2. resol. 72. & p. 7. tract. 2. resol. 5.*

Si sint occulti, potest Episcopus etiamsi non sit consecratus.

3. Si verò casus Papales sint occulti, omnes (excepta hæresi, de qua vide infr. *num. 83.* 84.) possunt absolvi ab Episcopo, id decernente Concil. Trident. *sess. 24. c. 6.* Et hoc etiamsi Episcopus sit tantum electus, & confirmatus, quamvis non consecratus, cum Episcopus non consecratus dicatur verus Episcopus quoad omnia, quæ pertinent ad potestatem jurisdictionis, *p. 7. tr. 2. r. 1.*

(Excipe nisi ubi non est receptum Conc. Trident.)

At ubi non est receptum Concil. Tridentinum, non possunt uti Episcopi ea facultate, quia ubi non est acceptatum quoad leges onerosas, neque videtur acceptatum, quoad favorabiles, *ibid. res. 2.*

Et Capitulũ Sede vacante.

4. Eadem facultas, quæ competit Episcopis circa casus Papales occultos competit etiam Capitulo Sede vacante, quia hujusmodi Capitulum succedit Episcopo non solum in his, quæ competunt Episcopo jure communi generali, *cap. cum olim, de major. & obedient.* Sed etiam in his, quæ jure competunt Episcopo tanquam Ordinario, & Episcopo, & ex jurisdictione ordinaria; cujusmodi est prædicta facultas, *Ibid res. 3.*

Et Archiepiscopus tam in actu visitationis, quam extra circa suos Episcopos suffraganeos.

5. Archiepiscopus etiam non solum dum actu visitat Diœceses suffraganeorum, potest uti prædicta potestate, ut docet Trullench. *in Decal. tom. 1. lib. 1. c. 3. dub. 4. num. 4.* Sed etiam extra tempus visitationis circa suos Episcopos suffraganeos, sicut potest circa subditos propriæ Diœcesis, *p. 7. tr. 2. resol. 7.* Itemque cum subditis suffraganeorum, si malitiosè suffraganeus differat absolutionem, vel si subditus appellavit ad Metropolitanum, *Ibidem, § Notat.*

Quando potest absolvere alios, potest etiam dare alteri facultatem, ut absolvatur ipse, excepta hæresi.

6. In quo casu Papali Episcopus potest absolvere alios, potest delegare alteri facultatem, ut absolvat alios, vel etiam absolvatur ipse Episcopus, si in idem peccatum inciderit, *p. 3. tr. 4. res. 14. § His tamen.* Excipe tamen hæresim; à qua licet possit absolvere Episcopus, non potest tamen dare facultatem generalem alicui, ut ab hæresi absolvat, ut si occurrat, ut quis incidat in hæresim,

potest

potest nunc Episcopus deputare certum Confessarium, ut ab eo peccato illâ personam absolvat, *p.7.tract.2 resol.13. & 14.*

Si casus Papales sint publici, potest etiam Episcopus urgente necessitate.

7. Si verò casus Papales sint publici, potest Episcopus, vel etiam Sacerdos inferior absolvere, cum urget necessitas, vel adest legitimum impedimentum adeundi Pontificem. Tunc enim potest probabiliter præsumi non esse reservatum. Nam leges Ecclesiasticæ non obligant in casibus urgentissimis, *Diccast. de sacr. to.2.tr.8.disp.11.dub.17. n.* 305. Suar. & alii. *p.11.tr 8.miscel.resol* 49. Nec opus est adire legatum Pontificis in loco existentem, quia reservatio utpote odiosa, strictè est interpretanda unde tantum opus est recursu ad Papam, non ad Legatum. Hurt. *de excom. disp* 15, *diff.3.n.*10. contra Bonac. *de cens. disp. 1. q.3 punct.2. n.4.p.*11 *tr.6.resol.*1. & 49.

A reservatis Episcopo absolvi Episcopus, ejusque delegatus.

8 † A reservatis Episcopo, præter Episcopum, cui id cõpetit jure ordinario, potest absolvere delegatus ejus †, qui si non habet facultatem subdelegandi, non potest alteri eandem facultatem concedere, nisi pro una vice, si illi à Confessario petatur in casu particulari. Ita Riccius, *p.1.resol.*469.*n.*1 *p.*2 *tr.*17 *resol* 53.

Qui, si non habet potestatem subdelegandi, non potest alteri facultatem in generali concedere.

9 Si verò habet potestatem subdelegandi, potest illam concedere alteri, ut absolvatur ipse, sicut supradictum est de Episcopo circa casus Papales Neque dicas, in tali casu delegatum absolvere seipsum. Nam hoc verum esset, si ipse haberet potestatem ordinariam; subdelegatus enim fungitur vice primi delegantis habentis jurisdictionem ordinariam, & se habet, ac si à primo delegante facultatem accepisset. Ita Vgolinus *de potest. Episc.c.*39.*nu.* 2. & alii contra Graffium *apppend. l.*3.*c.*8.*n.*32.*part.*3.*tract.*4.*res.*142. *p* 8.*tr.*7.*res.*91.§.*Notandum est.*

Si verò habet, potest, & potest delegare ut absolvatur ipse.

10. Ab Episcopalibus potest item absolvere Confessarius virtute Cruciatæ, & Jubilæi. Vide sub suis nominibus. An item absolvere possint Confessarii Regulares, dicemus infrà *n.*30.

Item absolvere potest Confessarius per Bullam, aut Jubilæum.

11. Si non pateat aditus ad Episcopum pro absolutione alicujus casus sibi reservati, nisi cũ magna difficultate, aut mora, potest illum absolvere quilibet Confessarius, sicut supra dictum est de Papalibus: fieri enim potest, ut non minus difficilis sit aditus ad Episcopum quàm ad Papam, & nihilominus adsit necessitas communicandi, aut celebrandi. Ita Granado *in* 3. *p.contr.*7.*tr.*10.*disp.*7.*n.*12. contra Suarez *in* 3.*p. tom.*4. *disp.*30.*sect.*3. *n.*13.*p.*5.*n.*14.*resol.*58.

In casu necessitatis absolvere potest quilibet Confessarius.

Quid de peregrinis.

12. A reservatis Episcopo domicilii absolvi potest peregrinus à Confessario diœcesis, in qua reperitur: si ibi non sint etiam reservata, & ipse non accedat in fraudem reservationis: quia potest ibi se gerere more incolarum. Et in hoc sensu intelligenda est consuetudo approbata ab Eugenio IV. Ita Suarez *in* 3. *p tom.*4.*disp.*30.*sect.*1.*n.*4. contra Sotum *in* 4. *dist.*18.*q.*2.*art.*4.*p.*2.*t.*17.*res.*56.&*p.* 4.*t.*4 *res.*109.*in fine.* Imo Zambellus V. *casus n.*26. putat. hoc verum etiamsi eo fine iverit ad aliam diœcesin idem tenet Mendo. *in bullam Cruciatæ disp.*23.*c.* 2.*n.*22 *p.*11.*tr.*2.*miscel.res* 48.

A reservatis regularium absolvunt Prælati majores, eorumque delegati Priores, Guardiani, Pœnitentiarii.

13. A reservatis Regularium, de jure ordinario absolvere possunt Prælati Generalis, & Provincialis; ex delegatione verò Priores, Guardiani, aut quovis alio nomine nuncupati, & alii vulgò dicti Pœnitentiarii.

Et quidem Prior vel pœnitentiarius † si habet potestatem subdelegandi, subdelegare potest, ut absolvatur ipse, si opus erit, sicut supradictum est de Vicario Episcopi, *n.*6.*p.*3.*tr.*4.*resol.*142.§. *Nec valet.* in fine.

†Alii verò Religionis Confessarii absolvere non possunt, nisi de licentiâ Prælati. † Qua in re

Confessarius Regularis potest absolvere regulares à reservatis facultate petita, & non obtenta.

14. Adverte primò, quòd Confessarius Regularis habens pœnitentẽ cum reservatis, & petens à superiore facultatẽ illũ absolvendi, si injustè sibi negetur, potest nihilominus illũ absolvere: & hoc ex declaratione Clementis VIII. & Pauli V. apud Naldum *sum.v.Religiosus, n.*44. Sed quoniã Pontifex ait, *pro illa tantum vice.*

Sed pro illa tantum vice.

15. Adverte secundò, quòd Tamburin. *tom.*2. *disp. 13. q.* 8. *n.*3. putat, talem Confessarium absolvere posse pœnitentem à reservatis licentia petita, & non obtenta, una tantum vice. Sed P. Leone

tom.2.recoll.6.n.178. de hoc dubitat, quia probabilis opinio docet, Jubilæum extraordinarium cum limitatione *pro hac vice concessum*, bis acquiri posse; tamen particulo *hac* est magis limitativa, quàm *illa*, *part.3.tr.2.res.126.*

Tamen à cõmissis etiam post petitam facultatem. Secus si licẽtiam petierit pœnitens.

16. Adverto tertiò, quod talis Confessarius licentiam petens pro absolvendo à reservatis pœnitentem, potest illum absolvere à reservatis commissis post obtentam licentiam. Si verò licentiam petierit pœnitẽs, non ẽtem. Ita multi cũ Florono *de cas. reserv. c.3. §.1 num. 1. p.3. t.2. res. 126. §. Notandum, & p.4. t.4. resol 109.*

Absente superiore domus per diem potest concedere reservata vicario.

17. Adverte quartò, quòd absente superiore locali per diem naturalem, potest talem facultatem concedere ejus Vicarius secundum Peyrinum *in priv. minim. tom.1. const. 4. Sixti IV. §. 6. n. 15.* quia ipse tunc est absolutus superior domus, & subditus liberati debet à malo statu, quàm primùm potest. Quæ sententia limitanda est primò, nisi superior eadem die sit reversurus. Secundò, nisi subditus malitiosè distulisset Confessionem ad illum diem, ut facultatem à Vicario impetraret. Tertiò, nisi aliter in aliqua Religione cautum esset. *p.3. tractat.2. resol.28.*

Sed contribus limitationibus.

Confessarius petens à superiore reservata an uti possit pro se ipso?

18. Adverte quintò, quod Confessarius petens à Prælato facultatem absolvendi à reservatis pro una vice in hac forma, *Est pœnitens qui indiget vestra auctoritate, placet ne vobis illãm mihi dare?* Potest secundum Floronũ *de cas. reserv. p.1 c.3. §.1. n.3* illa uti pro se ipso: secus verò si dicat, *Rogo te, ut des mihi facultatem tuam pro una persona.* Et Villalobos *tom.1. tr.9. diff.64. num.4.* asserit, quod, cum superior facultatem non limitat, intelligitur illam concedere tum activam, tum passivam. *p.3. tr.4. resol 142. §. Sed pœnam.*

Regulares ex quodam privilegio possunt semel sibi eligere Confessarium, à quo absolvantur

19. Religiosi, ex quodam privilegio Minorum apud Suarez *de Relig. tom.4. l.2. c.19. n.7.* possunt eligere Confessarium sui Ordinis, qui eos absolvat ab omnibus reservatis, & censuris, & cum illis dispenset in omni irregularitate (exceptis ea, quæ oritur ex homicidio, aut mutilatione) pro una tantum vice. Quæ concessio est multum ampla, & comprehendit reservata etiam in Religione. Et quamvis probabile sit, Confessarium debere esse approbatum, & expositum à Prælato; probabile etiam est, sufficere simplicem Sacerdotem. *par.3. tract.2. resol.126. §. Nota etiam.*

ab omnibus reservatis, censuris.

20. Religiosus iter agens cum licentia Prælati eligendi sibi Confessarium, quem voluerit, non potest virtute talis facultatis absolvi à reservatis. Vide V. *Prælati n.45.*

An in itinere non possunt per Prælati licẽtiam de confitendo extraordinem. In dubio, an casus sit reservatus, nõ est consendus reservatus.

21. Confessarius quicumque dubitans an aliquis casus sit reservatus, potest illum absolvere: quia in dubio præsumitur non reservatus; reservatio enim est odiosa, & ideò strictè interpretanda. Et quamvis Sanch. *sum. tom.1. lib.1. c.10. num.74.* hanc sententiam limiter, nisi esset præsumptio contraria in foro externo: tamen contra illum insurgit Merolla *tom.1. disp.3. cap.3. dub.2. coroll.23. num.370.* existimans, casum nunquam censeri reservatum ex sola præsumptione, sed tantum ex certitudine, quod sit reservatus. *p.4. tr.7. res 4.*

In articulo mortis quilibet Confessarius absolvere potest reservata. Sicut etiã in periculo. In quo censentur esse infirmi à prima die infirmitatis periculosæ.

22. Porrò in mortis articulo, seu etiam periculo, simplex Sacerdos absolvere potest à quibuscumque casibus, & censuris reservatis. Vide infra V. *Confessarius à n.15.* ubi multa invenies huc spectantia.

23. In periculo mortis dicuntur esse in primis infirmi graviter. Quos docet Sancius *Select. disp.12. nu.5.* & Cœlestinus *tr. 1. c.13. qu.1.* posse simplicem Sacerdotem à reservatis absolvere à prima die infirmitatis periculosæ, ut doloris lateris, pleuritidis, &c. & sive periculum mortis quis adeat sponte, sive necessitate coactus. *p.3. tr.4. res. 57. §.1. in fine, & p.5. tr.3. res.69.* Nec expectanda est tanta mortis certitudo, quantam voluit Sotus *p.5. tr.9. res 67. §. Notandum.*

Item damnati ad mortem.

24. Item damnati ad mortem, & qui vulgo dicuntur in *capella*: unde sit quẽcumque casum inveniatur habere, per quemlibet sacerdotem absolvi possunt, etiamsi in eadem capella esset superior habens facultatem; quia hi dicuntur

tur in mortis articulo non minus, ac qui ex morbo; & ideò non minus, quam illi debent Ecclesiæ privilegio gaudere. Ita Mendoza *vol.1. de fide, disp. 84. sect. 8. §.125. p.5. tr.3. res.61. & tr 13. resol.12.*

Remigantes aggredientes navigationē periculosam.

25. Item remigantes, quando aggredienda est longa, ac biremibus periculosa navigatio, dicuntur in mortis articulo: nam homines frequenter pereunt ex illa occasione, nec scitur, quis sit evasurus: & ideò ait Mendoza *ibid.* §.126. quod tales tenentur in ipsa aggressione lege charitatis se Deo reconciliare, nec expectare procellā; nā ea suboriente, Confessarii qui pauci sunt, aliis audiendis incumbent, non ipsis qui sunt sex triremium. Idem dicit, si imminet pugna navalis. Igitur isti secundum Mendozam absolvi possunt à reservatis per quemlibet Sacerdotem, sicut etiam milites, qui prælio sunt vicini, non tamen longinqui. Vide Bellochium *de cas. res. p.1. q. 2. n.130.* & Finellium *de cas. reserv. c. 8. n. 8 p.5. tr.3 res.62.*

Et prægnantes in primo puerperio.

26. Item prægnantes partui vicinæ secundum Mendozam *ubi suprà*, & Bellochium *ubi suprà n.128.* absolvi possunt à quocumque Sacerdote, tanquam in mortis periculo constitutæ; sive expertæ sint, sive inexpertæ. Quia probabile periculum est etiam illam, quæ alias facile peperit, nunc gestare geminos aut fœtum majorem solitò, à quo mors immineat, *p.11. tr.3. miscell. res.2.*

Vel aliæ patientes periculosos.

Sed hoc videtur limitandum cum Sanch. *sum. tom. l.2. c.13. n.4.* & aliis quoad primò parturientes, vel eas, quæ aliàs difficiles, & periculosos partus expertæ sunt. Nam de cætero parturientes rarò moriuntur, ac proinde non omnes dicuntur in mortis periculo. *p. 3. tr. 4. res. 72. & p.5. tract.3. resol.63. p.11. tr 3. res.2.*

Et banniti.

27. Item absolutio à reservatis secundum Bellochium. *part. 1. q.2 nu.133.* & alios dari potest per simplicem Sacerdotem bannito, qui impunè ubique potest occidi; quia semper & ubique versatur in periculo mortis. Secus verò si haberet salvum conductum. *part. 3. tr. 5. res.64.*

28. Absolutus in articulo, aut periculo mortis à reservatis, quibus non sit adnexa excommunicatio, non tenetur postea periculum evadens, recurrere ad superiorem, ut iterum absolvatur: quia jam fuit absolutus; tunc enim nulla fuit reservatio per Tridentinum. Ita Marcerus *in p.3. quæst.9. art.6.* & Granado *in 3. p controv.7. tr.10 disp.4. sect.2 num. 13.* cont. a Hurtadum *de sac. Pœn. disp.11. diff.13. p.4. tr.4. resol.199. & p.5. tr 3. res.66. §. Notandum, & tract.14. resol.59.*

Qui omnes, si periculum evadant, nō tenentur se præsintare superiori.

29. † Extra mortis articulum non potest quis à reservatis absolvi, nisi ab eo, qui habet facultatem. † An verò licitè absolvi possit cum onere, ut ea sola postea superiori confiteatur? Negativè respondet Coninch *de sacr. disp. 8. dub. 13. concl.3. n. 103.* secluſa necessitate; quia non debet absolutio sine gravi necessitate dimidiari. Affirmativè Pharaonis *de Sacram Pœnitent. sect. 18. cas.4.* Et hanc sententiam approbat Laymann. *lib.5. tr. 7. cap. 12. num. 11.* si pœnitens accessit ad Confessarium inferiorem bona fide existimans absolvi posse, & modo aliud peccatum absolutionis subjicit. Nam ex una parte est aliqua necessitas, ne pœnitens ægro discedat animo, & ex alia DD. adstrictè docent, posse Confessarium absolvere pœnitentem cum reservatis, & illum mittere ad superiorem pro illis. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles, sed prima magis placet. *p.3. tr.4. resol.58.*

Extra mortis articulū, aut periculū non debet simplex Confessarius absolvere habentem reservata cum onere, ut priùs confiteatur superiori reservata. Nā absolutio nō debet absque necessitate dimidiari.

30. Si superior nolit absolvere, nisi reservata, tenetur pœnitens cum alio tam reservata quàm alia confiteri, quia uni Confessario pandenda sunt omnia peccata. Ita Homobonus *p.1. tr.5. c.4 qu.25* contra Joannem de la Cruz. *p.2. q.3. dub. 5 concl.3. p.3. t.4. resol.74.*

Vnde, si superior absolveret sola reservata, Pœnitens deberet illa cum non reservatis manifestare inferiori.

31. Pœnitens faciens scienter Confessionem reservatorum invalidam, sed cum superiore legitimo, quamvis absolutionem non consequatur, cessat nihilominus reservatio, & potest illa cuicunq; Confessario confiteri. Nam reservatio ad id ordinatur, ut pœnitēs legitimo superiori se sistat & ab eo sententiam audiat, quod jam impletum est in

Cessat reservatio, ubi quis confiteatur habentē facultatem, quamvis invalidè.

Confessione invalida. Ita Ochagavia, *de Sacr. tract. 12. q. 12. q. 22. num. 8.* Quod etiam dicendum, si Confessio reservatorum facta sit virtute Cruciatæ aut Jubilæi, ut suo loco dicemus. *p. 1. t. 11. res. 18. & p. 4. t. 4. res. 124.*

Et quamvis obliviscatur confiteri reservata.

32. Confitens superiori habenti facultatem super reservata, sed obliviscens confiteri reservata, potest illa deinde confiteri simplici Confessario, quia desinunt esse reservata. Nam, licèt talis explicitè non petat absolutionem reservatorum; censetur tamen illam petere interpretativè, quia venit ad Confessarium ut ab illo absolvatur quantum potest, & indiget, & Confessarius censetur hic & nunc velle illum absolvere, quantum licitè potest, ac proinde reservationem auferre. Quod procedere etiam suis locis dicemus de Confessione facta virtute Bullæ, aut Jubilæi. Ita Henriquez *l. 6. c. 16. n. 5.* & alii. Quidquid contra doceat Vasq. *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 3. dub. 5.* & ex parte Megala *in 1. p. l. 1. c. 14. n. 7. p. 1. t. 11. res. 19.*

Confessarius, qui malè absolvit pœnitentem à reservatis, quid facere debeat?

33. Confessarius qui non habens jurisdictionem, à reservatis absolvit, tenetur facultatem petere à superiore, & si scandalum absit, admonere pœnitentem ad iterum confitendum, vel si ille inscius veniat iterum ad confitendum, petere an doleat de peccatis præteritis, & si dicat, quod sic, illum absolvere. Ita Coninch *de Sacr. disp. 8. dub. 17. n. 141.* & alii communiter. Sed Faber *in 4. dist. 19. qu. un. disp. 33. c. 3. num. 18.* difficilè putat, in tali casu non adesse scandalum. Et Valerus *v. Pœnitentia, diff. 9. n. 2.* absolutè docet, quod, si pœnitēs est ignarus, Confessarius nil facere debet, quia ille remanet absolutus; à non reservatis quidem directè, à reservatis verò indirectè per infusionem gratiæ *argum. cap. quia circa, de consang. & affin. p. 2. t. 15. resol. 60.*

Multi multa.

Certè tamen peccavit mortaliter, & incurrit excommunicationem Papalem, si id fecit ex malitia.

† Ipse verò Confessarius, si id scienter fecit, & ex malitia, peccavit mortaliter, & incurrit ipso facto excommunicationem Papalem Clementis VIII. ut patet ex decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium *edito die 9. Januarii 1601.* † quod quidem decretum derogat privilegia Regularium absolvendi à casibus Episcopalibus, Regularium quidem commorantium in Italia. Unde quia probabilis est opinio Gambarupæ *de cas. res. c. 3. n. 8.* & contra Megalam *in 1. p. l. 1. c. 13. nu. 21.* quod Insulæ Siciliæ, Corsicæ & Sardiniæ non sint partes Italiæ, probabile est, non derogare privilegia Regularium in dictis Insulis commorantium. Sicuti probabiliter docet Peyrinus de Bulla Sanctissimi Domini Nostri Urbani VIII. contra monetarios *tom. 3. c. 12. const. 12. aliàs 22. Vrbani VIII. p. 5. t. 14. resp. 88.* Verùm his non obstantibus privilegia Regularium absolvendi à casibus Episcopalibus derogata sunt à Sacra Congregatione ex mandato Domini Nostri Urbani VIII. die 18. Novemb. *1628.* etiamsi extarent extra Italiam, *p. 2. t. 17. res. 30. p. 3. tom. 2. res. 13. in fin.* Adornatum autem prædicti decreti, adverte, quod excommunicationem prædictam, & alias pœnas dicti decreti non incurrit primò Confessarius Regularis absolvens à casibus reservatis in Religione. Ita Floronus *de reser. p. 1. c. 5. §. 4.* Secundò nec incurrit absolvens ab Episcopalibus, vel Papalibus sine prætextu privilegii, quia in decreto dicitur, *prætextu privilegiorum*, &c. Ita Gabarupa *de res. c. 3. n. 12.* contra Floronum *ubi sup. n. 27.* Tert. ò non incurrit Confessarius absolvens sine facultate, sed sub spe ratihabitionis, vel ex consideratione, aut ignorantia non crassa; quia dictæ pœnæ latæ sunt contra præsumentē. Quartò non incurrit Confessarius absolvens Episcopales à jure, quales sunt etiam post Tridentinum Papales occulti ut tradit Sanch. *tom. 1. l. 4. c. 54. n. 27. p. 3. tom. 2. res. 13. §. Nota quartò.* Quintò secundum Megalam *in 1. p. l. 1. c. 3. n. 10.* non incurrit absolvens censuras Episcopales: quia decretum loquitur tantum de casibus, & in pœnalibus non fit extensio. Sed secundum Marullū *tom. 1. disp. 1. c. 2. dist. 4. n. 575.* incurrit, propter paritatem rationis. Utraque sententia est probabilis: *Ibid.* initio. Adverte etiā, quod excōmunicatio hujus decreti secundum Floronum §. 2. *num.* 4. non potest absolvi ab Episc-

Etiam in Sicilia, Corsica & Sardinia.

Excusari tamen potuit. Si fuit regularis, & absolvit reservata religionis, vel si quis Absolvit quoscunque sine prætextu privilegii.

Vel sub spe ratihabitionis.

Inconsideratè, aut ignoranter.

Si quis absolvit Episcopales à jure Et secundum alios, si absolvit censuram reservatam.

Qui verò incurrit, vide

an absolvi possit ab Episcopo vigore Tridentini.

Episcopo vigore Tridentini *sess. 24.* quia lata est post Tridentinum, & sic ipse asserit declarasse sacram Congregationem. Verùm Beja *p. 4. cap. 37.* & alii dicunt, absolvi posse: quia Tridentinum concessit Episcopis facultatem in casus, & censuras Papales occultas, sive ante ipsum latas, sive post ipsum ferandas, cum sit eadem ratio. *part. 3. tract. 4. resol.*

Præsertim post confirmationem Pauli V.

73. Comitolus *resol. mor. lib. 6. quæst. 9.* etiam docet, hanc censuram non posse absolvi à Regularibus virtute suorum privilegiorum. Sed secundùm aliquos potest: nam à jurisdictione Regularium videntur solum excepti casus Bullæ Cœnæ, & sex alii casus secundi decreti, inter quos non videtur comprehensa præsens excommunicatio. *part. 3. tract. 2. resolut. 13. §. Notandum.* Et tandem advertе, quod Paulus V. confirmavit decreta prædicta Clem. VIII. & aliquâ illis addidit: Unde aliqui opinati sunt, per hoc decretum Pauli V. abrogatam fuisse facultatem absolvendi ab omnibus casibus Papalibus; præsertim per illa verba, *Ac insuper*, quæ designant novam legislatoris voluntatem ab antiquis distinctam, *cap. statuimus, §. insuper, ubi gloss. de reser. in 6.* sed Duardus *in Bull. Cœn. lib. 3. §. 2. quæst. 1. num. 31.* contrarium docet. *part. 3. tractat. 2. resol. 13. Nota etiam.*

A casibus Episcopo reservatis non possunt absolvere. à jure verò possunt.

34. Regulares possunt absolvere à Casibus à jure reservatis, non autem ab Episcopo. *part 8. tract. 7. resol. 71.* Existentes verò extra monasteria de licentia sui superioris, possunt absolvi à casibus reservatis Episcopo à quocumque Confessario tam sæculari, quàm Regulari, non autem à reservatis suis superioribus sicut in Bulla Papæ Urbani VIII. videtur, *ibidem. resolut. 8.*

Unde cautè legenda sunt quæ docet Brunus. *de privil. regul p. 1. tr. 5. c. 2 prop. 2* quod regularis sacerdos absolvere queat à reservatis Episcopo *p. 11. tr. 2. miscella 9.* potissimum propter literas ejusdem Urbani VIII. 5. Novembris 1631. editas quibus declaratur, quod constitutiones aut dispositiones Apostolicæ imposterum edendæ omnes Regulares, quomodolibet privilegiatos complectantur, nisi eos expresse excipiant, vide Lezan. *v. privilegia Regularium. x. 21.*

Petens facultatem absolvendi pro una persona, potest intelligere de se ipso.

35. Regularis petens facultatem absolvendi unam personam intelligendo de se ipso, potest absolvi, si usus est hoc modo loquendi; est una persona indigens vestra auctoritate, placetne vobis illam dare, aliter non potest absolvi, *ibid resolut 91.*

De hæresi occulta non possunt absolvere confessarii tempore Jubilæi.

36. Confessarii tempore Jubilæi non possunt absolvere ab hæresi occulta, quia quando Pontifices in Jubilæis excipiunt absolutè hæresim, intelligunt etiam de occultâ, & contrarium asserere est tenebras ante lucem meridianam apponere vellè. *ibid. resol. 67.*

Confitens bona fide etiam de reservatis remanet absolutus.

37. Pœnitens, qui bona fide etiam cum attritione cognitâ, confitetur corâ simplici Sacerdote, remanet absolutus etiam de reservatis, non cognitis, quia post cognitionem, tenetur Superiori se præsentare, & si moreretur ante aliam Confessionem salvus fieret, cum talis absolutio valida fuit, & gratiam Sacramentalem contulit. *part. 9. tract. 8. resol. 29.*

Quibus Sacerdos potest absolvere impeditum adire ad Papam.

38. Impeditus adire Papam, vel Episcopum propter casus Papales, vel excommunicationem reservatam (legitimo impedimento) Parochus, vel eo deficiente, potest quivis Confessarius approbatus illum absolvere *part. 9. tract. 7. resol. 10.* hoc etiam, & Regulares possunt facere vi suorum privilegiorum *ibid. res. 61.* & eadem ratio est de casibus Episcopo reservatis, cum hac conditione, de se præsentando ad Superiorem, vel ad delegatum, ne denuo absolvatur, sed, ut Superiori debitus honor exhibeatur. *ibid. resol. 11.* vel si præstanda sit satisfactio parti. *part. 9. tractat. 6. resol. 36*

Non potest à casibus reservatis absolvere.

39. Pœnitentiarius Archiepiscopi non potest absolvere absque licentia pœnitentem à casibus reservatis *ibid. tract. 8. resol. 11.* & tempore pestis debent Episcopi suos casus reservatos concedere omnibus suis Confessariis à se approbatis, & præsertim habentibus curam animarũ, & pro se, & iisdẽ obtinere licentiã à Papa pro censuris, & casibus Papalibus *ibidem tractat. 7. resolut. 12.*

Debent confessario licentiam absolvendi cõcedere ab omnibus casibus.

Tollitur reservatio.

40. Per verba generalia in absolutione (inquantum possum, & tu indiges) tollitur reservatio oblitorum, & etiam à Censuris. Quintanadu. & alii. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 6.

Casus dubius non est reservatus. Potest à quolibet Sacerdote approbato absolvi.

41. Casum dubium reservatum non esse, licèt aliàs casus reservatus sit, probabile est. Pelizzar. *in man. Regul. tom.* 2. *tract* 6. *cap.* 2. *sect.* 1. *numer.* 16. addens posse Sacerdotem quemlibet ab Ordinario approbatum absolvere casum dubium, an contentus sit in Bulla Cœnæ *part.* 10. *tract.* 14. *resol.* 6. Inde est quod ignorans casum reservatum sine censura absolvi possit à Confessario non habente potestatem absolvendi à reservatis, ut doctè, latèque probat P. Joseph de Januario *de Cas. reserv. res.* 1. *per totam. Ibid. res.* 63.

Confitens nō reservatum liberatur à reservatu oblitu.

42. Confitens Superiori non reservatum, liberatur à Casibus reservatis oblitis, quam sententiam communem dicit Pasqualigus (licèt sequatur oppositam) Ratio est, quia pœnitens ab omni vinculo, quo innodatur, absolvi vult saltem, virtualiter; ergo & Confessarius præsumitur velle absolvere, quantum potest *ibidem.*

Semel Confessus non tenetur iterare confessionem.

43. Tria hic notat Januar. *ibid.* 1. Semel confessum bona fide inferiori Confessario sciente se non posse absolvere à reservato cum censura, quo est innodatus confitens, non teneri confessionem iterare, sed tantùm casum manifestare Superiori. 2. Habentem casum reserv. & non reserv. posse absolvi à non reservato, & mitti ad Superiorem pro reservato. 3. Posse Confessarium inferiorem peregrinos absolvere à casibus commissis in diœcesi, ubi reservati sunt, si in Confessarii diœcesi non sunt reservati, etsi datâ operâ peregrini accedant ad talem Confessarium extra diœcesim. Adi ipsum *resol.* 2. *usque ad* 11. *in tract. de cas. reserv.*

Confessarius inferior potest absolvere peregrinos.

ABSOLVERE.

à Censuris.

Excommunicatio minor.

44 AB excommunicatione minori secŏdum Tannerum *tom.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 8. *n.* 6. non potest absolvere simplex Sacerdos: quia est pœna à judice inflicta, unde sequitur jurisdictionem contentiosam in absolvente. Sed ego teneo cum Hurtado *de excom. disp.* 18. *diff.* 2. *n.* 10. quod possit, si excommunicatio minor lata sit ob culpam venialem, quâvis excommunicatus habeat peccata mortalia, quia satis est, quod Sacerdos possit absolvere culpam, ob quam excommunicatio lata fuit. Et hoc intellige de jure ordinario: nam ex delegatione etiam Diaconus, & quilibet alius Clericus potest minorem excommunicationem absolvere. Ita Cornejo *in* 3 *p. tract.* 1. *disput.* 11. *dub. ultim p.* 5. *tract.* 9. *resol.* 3. §. *secundò.*

Nec absolvi potest à simplici Sacerdote Si lata est ob culpam venialem.

Majori lata à jure, sed non reservata, absolvi potest ab Episcopo.

45. Ab excommunicatione majori lata à jure, si nemini est reservata, jure ordinario absolvere potest Episcopus, *ex cap. nuper* § *in* 2. *casu*, *de sent. excom.* & DD. communiter cum D. Thoma *add. ad* 3. *p. quæst.* 21. & 24. & rationem assignat in dicto cap. Innocentius III. quia cum nemini reservatur, committi videtur jurisdictionem habenti: quæ ratio quamvis assignetur pro excommunicatione minori, procedit tamen etiam de majori non reservata, ut docet Suarez *de cens. disp.* 7. *sect.* 3. Idem dic de Capitulo Sede vacante, de Abbatibus, & aliis Prælatis Religiosorum, habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem; *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 3. §. *Notandum verò*, & *part.* 5. *tr.* 9 *resol.* 5.

A Capitulo Sede vacante. Abbatibus, & aliis Regularium Prælatis.

46. Potest item à tali excommunicatione absolvere Parochus; non quidem jure ordinario, sed ex commissione Summi Pontificis in citat. cap. *nuper.* Quod etiam dic de omni Sacerdote habente potestatem absolvendi à mortalibus. Ita Cornejo *in* 3. *part. tract.* 5. *disp* 11. *dub.* 1. & alĳ contra Paludanum *in* 4. *dist.* 8. *q.* 5. *art.* 1. *p.* 5. *tr.* 9. *resol* 5. §. *Sed ego*, circa medium.

Idem dic de excommunicatione ab homine lata generaliter non reservata.

47. Omnis autem, qui potest absolvere excommunicationem non reservatam latam à jure, absolvere etiam potest excommunicationem non reservatam ab homine generaliter & per modum præcepti; quia hæc excommunicatio æqui-

æquiparatur censuræ latæ à jure: unde pro illa facit argumentum cap. *nuper*, quod supra attulimus. Quod autem in dicto cap. dicatur, excommunicationem ab homine non relaxari, nisi à judice eam ferente, vel eius superiore, intelligendum est de lata ab homine specialiter. Ita Cornejo *in 3. part. tract. 5. disp. 11. dub. 3.* Præpositus *in 3. part. q. 1. dub. 13. num. 90.* & alii contra Suarez *de cens. disp. 7. sect. 2. num. 22.* & Vasquez *de excommun. dub. 19. num. 10. part. 5. tractat. 9. resol. 4.*

Lata à jure reservata absolvi potest ab eo, cui reservatur.

48. Si verò excommunicatio major à jure lata sit reservata, ab eo absolvi potest, cui reservatur, vel, cui is commiserit. Unde, si est reservata Papæ; Papa vel ejus delegatus, potest illam absolvere. Adverte autem quod Episcopus ex Tridentino potest absolvere excommunicationem reservatam Papæ, quando delictum est occultum.

Si enim reservatur Papa, à Papa. Sed etiam ab Episcopo, si delictum est occultum.

49. Quod si quæras, quinam dicuntur casus occulti, in quibus Episcopus vigore Decreti Concilii valet dispensare? Respondent nonnulli, occultum in præsenti materia intelligendum esse secundum terminos juris, videlicet, quod non potest probari. Sed omninò dicendum est, occultum in præsenti esse id, quod non est publicum; etiamsi ab aliquibus sciatur. Ita Bossius *de Jubil. sect. 1. cas. 10. §. 3. n. 26.* & alii.

Et quid nomine occulti intelligitur, scilicet quod non est publicum.

Licet sciatur à tribus, vel quatuor.

50. Unde infertur primò, posse Episcopum virtute Concil. Trident. dispensare, quando delictum non est publicum, vel notorium, quamvis sit notum tribus, vel quatuor, nec de illo sit fama in majori parte vicinia, vel collegii. Unde in magna civitate, quatuor, quinque, aut sex vidisse testes, non satis videtur ad notorium. *part. 7. tract. 2. resol. 15.*

Vel sit publicum in uno loco, occultè autem petitur absolutio, vel dispensatio.

51. Infertur 2. quod si contingat delictum in una civitate esse publicum, vel per facti notitiam, vel quia in judicio Confessum, vel quia per Judicis sententiam probatum; in alia verò civitate in qua petitur absolutio, vel dispensatio in irregularitate esse occultum, tunc licebit Episcopo absolvere, vel dispensare, modò notitia talis delicti non sit illuc facillimè perventura.

In delictis etiam publicis reservatis Papa potest absolvere Episcopus ex legitimo impedimento.

52. Si verò delictum sit publicum tunc si excommunicatus non potest ex aliquo legitimo impedimento Papam adire, poterit etiam Episcopus ex cap. *de cætero, de sentent. excommunicationis*, eundem absolvere. Cum hac tamen distinctione; quod si impedimentum non sit futurum perpetuum, Episcopus absolvat ad reincidentiam, id est cum cautione curatoris, ut cum primum potuerit compareat coram Summ. Pontif. mandatum Apostolicum recepturus, aliàs reincidat eo ipso; si autem impedimentum est perpetuum, absolutè, & simpliciter absolvat. *part. 7. tract. 10. resol. 23.*

Periculum mortis. Infirmitatis longæ.

53. Impedimenta autem, quæ excusare possunt excommunicatum à recursu ad Papam, hæc sunt. Primò, periculum mortis in itinere cap. *si quis suadente*, & aliis, *de sentent. excommunic.* Secundò, infirmitas longa, etiam non periculosa ex cap. *quod de his, de sentent. excommunic.* Tertiò paupertas, nam nisi mendicare soleat, non tenetur Romam ire mendicando, & ita intelligendum est cap. *ea noscitur eod. titul.* Quartò, ætas, sive senilis ex dicto cap. *ea noscitur*, sive in puberibus, cap. *quamvis, eod. titul.* Quintò, sexus fœmineus, cap. *mulieres, eod. titul.* Sextò, subjectio filiifamilias, & servi ad patrem, & dominum, quando sine illorum præjudicio Papam adire non possunt, cap. *relatum, eod. titul.* Septimò, cura animarum vel temporale dominium, quando subjectorum detrimentum timetur, cap. *ne pro dilatione, de pœnitent. remiss.* Octavò, debilitas in viris delicatis, qui labores itineris sustinere non possunt, cap. *quamvis*, ut etiam debilitas in membris in cœco & claudo, cap. *ea noscitur.* Ultimò, quodlibet aliud, quod arbitrio prudentis censetur impedimentum legitimum. Ita Cornejo *in 3. part. tractat. 5. disput. 11. dub 2. part. 5. tractat. 9. resol. 6. part. 7. citata.*

Paupertatis. Ætatis imbecillis. Sexus fœminei. Subjectionis. Gubernationis. Debilitatis. Vel rei similis.

55. Ad-

In quo casu non tenetur quis mittere Procuratorē ad Papam, vel epistolā;

55. Adverte primò, quod, si in tali casu potest excommunicatus impetrare absolutionem à Papa per Procuratorem, vel epistolam, docet Bonac. *de cens. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 4.* teneri hoc facere, & non posse absolvi ab Episcopo. Sed contrarium tenendum est cum Hurtado *de excommun. disput. 15. diff. 3. num. 10.* quia ad id non obligatur à jure. *part. 4. tract. 4. res. 58. & part. 7. tr. 50. resol. 23.*

Nec adire Nuncium, vel alium habentem ad id privilegium.

56. Adverte secundò, quod si non valens Papam adire, possit adire Nuncium Summi Pontificis, vel alium habentem privilegium absolvendi, non tenetur illum adire, sed potest nihilominus absolvi ab Episcopo, quia existente impedimento recurrendi ad Papam, restituitur Episcopo ordinaria potestas, quam per reservationem amiserat, ergo non est, cur sit recurrendum ad Nuncium. Addo, quod reservatio est odiosa, & strictè interpretanda, unde explicari debet de recursu ad solum Papam. Ita Hurtad. *loco cit.* contra Bonacinam *loco cit.* Qui tamen observat excommunicatum sic absolutum ab Episcopo, teneri post impedimentum se præsentare Pontifici, saltem per Procuratorem, sub pœna reincidentiæ. Quam obligationem tenetur illi injungere Episcopus, si non sit impuber. *Ibid. § sed magis, & part. 5. tract. 9. resol. 6 §. Notandum. & part. 7 tractat. 10. resol. 23. §. Nota.*

Sed potest absolvi ab Episcopo. Sed cum onere præsentandi Papæ, sub pœna reincidentiæ.

Et si non potest adire Episcopum, secundum aliquos absolvi potest à parocho. Et in ejus defectu à quolibet Confessario.

57. Adverte tertiò, quod Tannerus *tom. 4. disput. 6. quæst. 10. dub. 6. num. 120.* docet, Excommunicationem Papæ reservatam, stante impedimento eundi ad Papam, absolvi posse à Legato, vel alio facultatem habente, &, si hic adiri non potest, ab Episcopo. Quod si nec Episcopus adiri potest, à Parocho: eóque deficiente, à quolibet Confessario. *part. 5. tract. 9. resol. 6. §. Non desinam.*

Episcopus potest absolvere à casibus reservatis Papæ etiā post Concil. Trid modo sint occulti.

58. Potest Episcopus vigore Concil. Tridentini absolvere à quibuscunque casibus occultis reservatis Papæ post dictum Concilium per novas Constitutiones, quia decretis Tridentini non derogatur, nisi de eo fiat expressa mentio. Ita Sanchez *sum. tom. 2. lib. 6. cap. 15. nu. 76.* & alii contra Zecchium *de cas. reserv. cas. 10. num. 1. part. 7. tr. 2. resol. 20.*

Et eum, qui violavit clausuram monialium.

59. Hinc inferas posse Episcopum absolvere excommunicationem latam à Gregor. XIII. ingredientem septa alicujus Monasterii dummodo sit occulta. *part. 2. tract. 16. resol. 33 & p. 1. tract. 2. resol. 22.*

Et intromittentem fœminas in monasteria virorum.

60. Item posse absolvere excommunicationem latam in Bulla Pii V. contra intromittentem fœminas in Monasteria virorum, si item sit occulta. Ita Merolla *tom. 1. disp. 1 cap. 2. diff. 10. num. 527.* contra Riccium *tom. 1. resolut. 544. tract. 5. part. 3. tractat. 2. resol. 66. §. Notandum est etiam. & part. 7. tractat. 2. resolut. 22. §. Nota.*

Et in excommunicatione occultæ Duelli.

61. Item posse Episcopum non obstante Constitut. Clem. VIII. vigore dicti Concil. Trident. absolvere ab excommunicatione occulta Duelli. Ita Bonacina *de cens. disp. 1. q. 3. punct. 2. n. 1.* contra Marchinum *de Sacram. ord. tract. 1. part. 9. c. 3. n. 8. part. 7. tract. 2. resol. 21.*

Non potest autem in casibus deductis ad forū contentiosū. Quod tunc est, cum lis est contestata.

62. In casibus autem publicis, & deductis ad forum contentiosum non potest Episcopus uti auctoritate prædicti decreti, nisi prout *num. 41.* supra. Tunc verò delictum dicitur deductum ad forum contentiosum plenè, & perfectè, cum lis est contestata. Ita Trullench *in Decal. tom. primo, lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 9.* cum aliis. Nota tamen (quod advertit Palaus *tom. 1. tr. 4. disp. 4. punct. 3. §. 1. n. 15.* cū Trullench citato) quod à delicto sic deducto ad forum contentiosum, non potest Episcopus absolvere, neque dispensare etiam alibi, ubi omninò ignoratur, quia ubicunque est deductum, simpliciter est deductum. *part. 7. tr. 2. resolut. 17.*

Nisi postquā reus fuerit absolutus, vel quia tātum semiplenè probatum Et si iterum deducatur ad forum cōtentiosum, procurit illi absolutio, vel dispensatio facta.

63. Poterit quidem Episcopus uti prædicta facultate Concilii cum Reo, qui à delicto deducto ad forum contentiosum fuerit liberatus, vel quia delictū probatum non fuerit, vel quia fuerit tantum semiplenè probatum; quia adhuc manet occultum finito judicio, & lata sententia absolutoria. Et hoc verum puto, etiamsi reus mediis depravatis obtinuerit absolutionem ab injecto crimine. Ita Caspensis *in curs. Theol. tom. 2. tract.*

tract.20 disputat.5. sect.17. num.178. & Bonacin. *de cens. disputat. 7. quæst. 5. punct.1.num.5.* Quod si post obtentam ab Episcopo absolutionem (ut optimè observat Bossius) existente crimine occulto, idem crimen deinde detegatur, & ad forum contentiosum iterum deducatur, dispensatio facta non solum proderit in foro conscientiæ, sed à pio, & benigno Episcopo, aut altero Judice etiam pro foro exteriori admittenda est. *p.7.tr.2.resol.18.*

Potest etiam quamvis delictũ sit probatum, & punitum.

64. Si verò delictum fuerit deductum ad forum contentiosum, & probatum, post judicium finitum, & delictum punitum, non videtur posse Episcopus uti hac facultate Concilii quia jam delictum est notorium, & publicum; siquidem est in judicio probatum. Ita Suarez, & Bonacin. *de cens. disp.7. quæst.5. punct.1.n.6.* & alii. Sed licet hæc opinio sit probabilis, contrariam tamen etiam probabilem existimo, quam tenet Cospensis *in curs. Theol.tom.2. tr.25.disp.5. sect.17.n.116.* & alii.

Secus si nondum reus sit definitivè absolutus.

Verum illud quidem est, quod si reus non fuit absolutus definitivè defectu probationum, sed eductus è carcere cum onere se præsentandi toties, quoties, tunc Episcopus non potest uti facultate hujus decreti. Ita Barbosa *de potest.Episcop.part.2.Alleg.39 num 35.part. 7.tract.2.resol.19.*

Excommunicatio reservata Episcopo absolvi potest ab ipso, ejusque delegato. Et à Confessario Regulari.

65. † Ab excommunicatione reservata Episcopo, sive sit ab homine sive à jure, absolvere potest Episcopus, is, cui ille commiserit facultatem, vel eius superiori.

66. Item Confessarius Regularis virtute suorum privilegiorum, non obstante decreto Clementis VIII. & declaratione Cardinalium limitantibus dicta privilegia ad casus reservatos Episcopo à iure: Nam limitatur tantùm quoad casus, non autem quoad censuras; & in diversis non fit illatio. Ita Megala *in 1.part. lib.1.cap.3.num.10.* quidquid contra sentiat Marullus *tom.1.disp.1. cap.2. dist.4. num.575.* etiam probabiliter *part.3.tract 2 resol.13.*

Episcopus

67. Episcopus non potest absolvere excommunicationem incursam propter enormen Clerici percussionem. Quænã sit enormis percussio in tali casu, Vide V. *Excommunicationes, num.12.*

non potest absolvere percutientem enormiter Clericum.

68. Episcopus reservare potest aliquam excõmunicationem Summo Pontifici, in quo casu ipse non potest illam absolvere. Potest tamen Archiepiscopus. Nam Episcopus, & alius quivis, potest renunciare favori suo, sed non in præjudicium alterius. Ita Novarius *qq. forenses part.1. q.66.* contra Campanil. *diverſ. jur.can.rub.11.c.15. n.132. p.3. tr.4. resol.158.*

Potest reservare aliquã excommunicationem Papæ. Sed hoc non obstante, absolvere poterit Archiepiscopus.

69. Qui ab alieno Episcopo excõmunicatus est, factus illius subditus ratione delicti patrati in sua diœcesi, cui adnexa erat excommunicatio, vel ob quod jussus ab illo satisfacere sub pœna excommunicationis intrà certum tempus, non satisfecit, vel citatus in aliqua causa coram ipso, contingat excommunicari; is rediens in propriam diœcesim, non potest absolvi à proprio Episcopo; quia in his casibus factus est subditus alterius Episcopi, qui in illum ratione delicti, vel litis, jus acquisivit, *cap proposuisti de foro comp.* Ita Faber *de cens. in 4.dist.25.q.1.disp.4.c.8.n.243.part. 5.tr. 9.resol.9.*

Excommunicatus ab alieno Episcopo, non potest absolvi à proprio.

70. † Excommunicationem reservatam Prælatis Regularium in casu, quo ipsis illam sibi reservare licet, absolvere possunt ipsi, & alii de illorum licentia, vel ipsorum superiores. Quænam excommunicationes absolvi possunt virtute Cruciatæ, aut Jubilæi, vide in propriis locis.†

Excommunicatio reservata Prælatis Regularium absolvi potest ab ipsis, eorumque delegatis, vel superioribus.

71. Omnis autem, quicunque potest absolvere excommunicationem absolutè, potest illam absolvere ad reincidentiam, quamvis excommunicare non posit. Nam excommunicatio, in quam absolutus reincidit, non censetur lata ab absolvente, sed à primo ferente illam. Ita Hurtado *de excomm. disp.14.diff.3.n. 14.par.5.tr.9.resol.15.* in fine.

Qui potest absolvere excommunicationem absolutè, absolvere potest ad reincidentiam.

72. † Suspensio, si indiget absolutione (aliqua enim cessat absque absolutione) & est ab homine, absolvi potest ab eo, qui tulit sententiam, ab ejus successore,

Quinam absolvere possit à suspensione.

cessore, vel superiore. Si verò est à jure, & pro tempore determinato, etiamsi nõ sit reservata, absolvi non potest, nisi à conditore juris, vel ejus successore, aut superiore Si autem est perpetua, reservata pertinet ad eum, qui reservatur, nõ reservata, & lata propter contumaciam, ab Episcopo, lata verò propter delictum, etiam ab Episcopo, si is potest dispensare super delictum.

Et acusque eunque genere in, verdicto.

73. Interdictum à quonam absolvi possit, aut suspendi, vide V. *Interablatio.* †

Quando tollitur cẽsura Papalis, tollitur etiam Episcopalis eidem delicto impositæ.

74 Concurrente quacunque censura Episcopali cum Papali in eodem peccato, si Papalis tollitur, usus communis recepit, ut etiam Episcopalis sublata censeatur. Ita Naldus *sum. v. Episcopus n.* 8. contra Graffium, *part. 1. lib. 1. cap. 3. n. 62. part. 5. tr. 9. resol. 70.*

In articulo & pericolo mortis qui libet Sacerdos absolvere potest à censuris.

75. In articulo, ac etiam periculo mortis necessario (ut excludam periculum ex ludo haitarum, taurorum, &c.) in quo suprà *à n.* 19. dictum est quemlibet Sacerdotem posse absolvere à quibusvis reservatis, potest etiam quilibet Sacerdos absolvere ab omni excommunicatione, & censura, ex *cap. fin. de cens. & c. eos, de excomm. in 6.* & ex Tridentino. Et hoc etiam probabile est facere posse, præsente Prælato. Vide infrà V. *Confessarius à num. 15, part. 5. tractat. 9. resolut. 67.*

Etiam præsente Prælato.

Sed an etiam ab irregularitate ex delicto?

76. Potest item simplex Sacerdos secundum Henriquez *lib. 3. cap. 9. n. 5.* absolvere moribundum ab irregularitate, quæ contrahitur ex peccato, quia hæc est censura, & privilegium Tridentini, cum sit favorabile, latè interpretari debet. Sed Trullench *in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. n. 7.* verius censet, non posse. *pars 5. tract. 3. resol. 67.*

Duplex opinio.

Simplex Sacerdos non debet absolvere moribundum à censura, nisi satisfacta parte.

77. Simplex Sacerdos non debet absolvere moribundum à censura, nisi satisfacta parte, si opus est, & potest, *ex Clement. 1. de hæret.* quæ clausula quomodo practicanda sit, vide infra V. *Bulla Cruciatæ quoad censuras, à num. 52.* Si autem omissa satisfactione absolvat, valebit absolutio. Vide Bellochium *part. 1. quæst. 2. num. 36. part. 5. tr. 3. resol. 67.*

Sed si absolvat, absolutio erit valida.

78. Sacerdos absolvens ligatum excommunicatione, vel alia censura in articulo mortis, debet illum absolvere cum onere comparendi coram habente ad id facultatem, cessante periculo, ut percipitur ex *cap. eos, qui, de sent. excomm. in 6.* non quidem, ut ab eo absolvatur, quia jam est absolutus: sed, ut se præbeat obedientem Ecclesiæ, & paratum ad aliquam pœnitentiam, si illam superior velit injungere. Et hoc sub pœna reincidendi in eandem censuram. Ita Granado *in 3 part. controv. 7. tract. 10. disp. 5. sect. 2. numer. 12.* Et quidem Sanchez *tom. 1. lib. 2. cap. 13. numer. 26.* putat, Confessarium debere imponere pœnitenti hoc onus sub juramento ex *cap. quamvis, & cap. ea noscitur, de sentent. excomm.* Sed quia hæc capita loquuntur tantùm de percussore Clerici, æstimo, non esse ad alios extendenda. Et ita docet Trullench. *in Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. num. 9.* Adverte autem cum Cælestino *comp. tract. 1. cap. 7. numer. 3.* absolutum à censura in articulo mortis, satisfacere postea comparendo superiori per litteras, vel comparendo coram habente facultatem ex privilegio absolvendi extra mortis articulum. Adde quod Millardus *sum. Paroch. de pœn. cap. 97. num. 10.* notat, probabilissimum videri, quod tale onus post Tridentinum *sess. 14. cap. 17.* cessaverit, quam doctrinam Cælestinus approbat, quando excommunicatio non est notoria, vel deducta ad forum externum. Sed in contrarium videtur *cap. de cætero & cap. eos, qui cit. de sent. excomm. part. 4. tr. 4. rubr. 199. vers. Notandum, & par. 5. tract. 3. resol. 66. §. Notandum, & 67. ver. Insuper, & tract. 14. resol. 59.*

Debet item imponere onus comparendi, si supervivat. Et hoc sub pœna reincidentiæ.

Comparendi inquam, saltem per litteras superiori. Vel alteri habenti privilegium.

79. Deficiente Sacerdote, nemo absolvere potest moribundum à censuris secundùm Fabrum *in 4. dist. 25, quæst. 3. disp. 4. cap. 8. num. 257.* quia talis potestas nemini præter Sacerdotes, invenitur concessa; nam quia absolutio censurarum non est ad salutem necessaria, ut est absolutio à peccatis, non est unde Ecclesia moveatur ad concedendum aliis hanc facultatem. *p. 5. t. 9. res. 7.*

In defectu Sacerdotis non potest moribundus absolvi à censura per alium secũdum Fabrũ.

Sed Præpositus *in 3. p. q. 1. dub. 14. n. 97* pro-

Sed alii pu

Orant, ab excommunicatione, & interdicto absolvi posse per Clericum.

probabile putat in mortis articulo omnes Clericos absolvere posse, saltem ab excommunicatione, & interdicto personali. Nam id de excommunicatione judicatur in §. *præterea*, ubi habetur, excommunicationem in mortis articulo absolvi ab alio, quàm ab eo, qui excommunicavit, vel superiore, ubi per alium, videtur intelligi is, cui jurisdictio Ecclesiastica committi potest. *Ibidem* §. *Nota etiam.*

Et ego puto absolvi posse etiam à laico, quam vis hæretico.

80. Et ego probabile censeo cum Layman *lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. numer. 2.* Philippo de la Cruz *Norte de Confessores, tr. 1.* §. 1. & aliis, posse etiam laicum absolvere à censura in articulo mortis, quamvis sit hæreticus; quia, si id potest Clericus primæ tonsuræ, poterit etiam laicus baptizatus, quia parem cum illo habet facultatem. Deinde laicus est capax talis jurisdictionis, si Papa illi concedit; censetur autem concedere in illo articulo cuilibet capacitatem habenti. Adde, quod Marchinus *de peste, par. 3. cap. 12. numer. 3.* putat, in tali casu hanc sententiam non solum practicari posse, sed etiam debere, quia cum sit probabilis, & ex illa nullum inconveniens sequatur, imò bonum morituro, nimirum suffragiorum participatio, beneficium Ecclesiasticæ sepulturæ, & si est amens, sacræ Communionis. Charitas Christiana postulat, ut tale remedium adhibeatur *par. 3. tr. 4. res. 133. & in add. res. 12. & par 5. tract. 3. res. 77. & tr. 9. res. 7.*

Ut non privetur sepultura Ecclesiastica, & suffragiis.

Quibus tamen privabitur, si hæc opinio non sit vera, & practicetur.

Sed adverte cum Trullench *in Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. n. 7.* quod licet hæc opinio sit probabilis; si tamen nō est vera, Ecclesiæ suffragia, absoluto non proderunt: unde expedit, post mortem novam absolutionem à Sacerdote facultatem habente, si commodè fieri potest, impetrare. *p. 5. tr. 3. res. 77.* in fine.

Sed nihilominus potest ab habente facultatem absolvi defunctus.

81. Excommunicatus, qui in articulo mortis non potuit absolvi ab excommunicatione, si dedit signa contritionis, potest secundum Villalobos *tom. 1. tract. 16. diff. 20. n. 20.* absolvi defunctus, ut sepeliatur in loco sacro, & participet de suffragiis Ecclesiæ; non quidem à quocunque, quia non est in articulo mortis, sed ab habente facultatem. Signa autem contritionis sufficienter probari per unicum testem.

An si contritionis signa non dederit?

Sed secundum Fernandez *p. 1. docum. 6. n. 5.* absolvi potest, etiam si signa contritionis non dederit, dummodò non constet, obiisse in peccato mortali. Et Henriquez *l. 7. c. 20. n. 2.* putat talem absolutionem dari posse virtute Bullæ, Sed hoc improbat Fernandez; quia Bulla defunctorum continet hoc privilegium, Bulla autem vivorum non prodest defunctis *par 5. tract. 9. resol. 24.*

Potest excommunicatus absolvi invitus ab habente facultatem esse. Non tamen per privilegium, nisi pœnitenti concessum.

82. Excommunicatus per jurisdictionem ordinariam, sicut etiam virtute privilegii Regularium vel alterius; concessi in gratiam Confessoris, &c. absolvi potest invitus; minimè verò virtute privilegii concessi in favorem pœnitentis, quale est Jubilæum, & Bulla Cruciatæ; nam usus privilegii pendet ex voluntate habentis illud. Ita Faber *in 4. disput. 25. quæst. 1. disput. 4. cap. 8. numer. 216. par. 5. tract. 9. reso. 10.* §. *Nota.*

An verò licitum sit, invitum absolvere? Sic dicunt aliqui justis de causis.

83. Sed an invitus absolvatur etiam licitè; Si censura sit lata ab homine, Suarez apud Turrianum *de cens. lib. 2. disp. 24. num. 7.* affirmat, justis intervenientibus causis, si verò sit à jure, observandam formam assignatam, si jure assignata sit; secus, rem prudenter considerandam, ut fiat sine peccato. Et Faber, *ubi sup.* ait, licere excommunicatum absolvi invitum, licèt non velit desistere à contumacia, quando judex videt excommunicationem non prodesse, & esse potius venenum, quàm medicinam, Et hoc etiam procedere, si excommunicatio sit à jure, dummodò cesset scandalum, contemptus censuræ, & præjudicium tertii, & sint sufficientia signa, quod talis censura potius detrimentum afferat, quàm utilitatem, & quod melius obediet suavioribus mediis. *resolut. 10. citati.*

In absolutione excommunicationis requiruntur quædam cæremoniæ, inter quas est juramentum, non quidem servandi omnia præ-

cepta Ecclesiæ, secundum Suarez apud Turrianum *ubi infra*, sed tantum de non violando legem, ob cujus transgressionem imposita fuit excommunicatio. Sed neque hoc videtur usu receptum, & saltem ob ignorantiam excusantur homines à novo peccato, ob violationem talis juramenti. Imò Cajetanus *in summ. v. Absolutio* putat, hoc juramentum præstandum esse solum de satisfactione exhibenda, & in magnis criminibus, putà hæresis, percussionis Clericorum, &c. Sed cap. *cum desistires, de sent. excomm.* nullum ponit discrimen inter peccata. *Vbi infrà*

Cæremonias, ut juramentū de non revidendo, & cætera.

Sed iuramē. tū omissum non facit absolutionē invalidam.

85. Omissio autem juramenti, cum requiritur, non facit absolutionem invalidam, cap. *super eo, 2. de sentent. excomm.* Ita Gordonus, *tom. 2. lib. 7. quæst. 12. cap. 9 §. 3. n. 75.* Imò juramentum non exigere, sicut etiam alias cæremonias in absolutione requisitas omittere, non est peccatum mortale, secluso contemptu & scandalo. Mendicantes verò, ut observat Turrianus *de cens. lib. 2. disput. 24. dub. 3.* habent privilegium absolvendi sine solemnitatibus. *part. 5. tract. 9. resol. 23. & 68.*

Nec peccāt mortaliter non exigens.

Et mendicantes impune possunt una cū aliis solemnitatibus omittere.

86. Absolutio à censuris secundum Hurtadum *de excommun. disput. 15 diff. 2 num. 6.* impendi potest extra Confessionem Sacramentalem, tam ab Episcopo, quàm à Parocho, aut Confessario ordinario, ut etiam virtute Bullæ, aut alterius privilegii, ut dicemus V. *Bull. Cruciatæ. num. 48.* etiam, si concedatur in ordine ad absolutionem peccatorum; quia potest quis uti potestate sibi concessa quoad aliquid, & nolle uti in totum. *p. 5. tract. 9. resol. 5.* prope finem. Et († quia censura non est culpa †) absolutio à censura non habet connexionem cum Sacramento Pœnitentiæ. Unde etiam docuit Trullench *in Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 18. numer. 12.* absolutionem censurarum impendi posse absenti; id tamen propter reverentiam censuræ, & propter scandalum, non expedire, nisi in aliquo casu rato. Et, quoniam irregularitas, quæ est pura pœna, venit sub nomine censuræ, idem etiam dici posset de irregularitate. Sed an hæc sint probabilia, alii judicent. *p. 1. tr. 2. resol. 103.*

Censuræ absolvi possunt extra Confessionem.

Et secundū aliquos etiā ab absente.

Quod dicēdū foret de irregularitate ex delicto.

Sed an hæc probabilia, ea judica.

87. Ad absolutionem censuræ Ugolinus *de cens. tab. 1. cap. 23.* putat sufficere, si dicatur, *Absolvo te.* Sylvester, *v. Absolutio 2.* negat. Ego cū Cornejo *in 3. part. disp. 11. num. 2. quæst. 2.* distinguendum puto: &, si pœnitens petat absolutionem censuræ determinatæ, sufficere, quia ratione petitionis verbum *Absolvo* habet suam determinatam significationem: sicut quando absolutio est à peccatis, illud verbum determinatur à peccatis expressis: si verò quis absolvatur invitus, vel absens, non sufficere, sed explicari debere nomen censuræ. *part. 5. tractat. 9. resol. 31.*

Forma absolutionis censuræ sufficiēs est [Absolvo te] si pœnitēs significave. rit determinatè velle absolvi.

Secus, si secùs.

88. Valet autem absolutio censuræ, sive fiat verbis, sive scripto. Et quidem Pontifex alia quacunque actione potest absolvere, alii verò minimè, ex *Clem. ultim. de sentent. excomm. Ibid. §. Notandum.*

Potest etiam absolvi verbo, & scripto.

Et à Pontifice quocumq; alio signo.

89. Solet autem excommunicatio sic absolvi: *Absolvo te à vinculo excommunicationis, ob talem causam, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Sed, ut patet, non omnia hæc verba sunt de essentia formæ, nec etiam explicatio causæ, nisi absolvendus haberet plures censuras, ad significandum à quanam absolvatur. *Ibid.*

Forma absolutionis excōmunicat. solita.

90. Potest etiam absolutio excommunicationis validè fieri sub conditione in futurum, v. gr. *absolvo te, si infra quindecim dies restituas.* Imò talis absolutio est etiam licita, & impleta conditione, habebit effectum: nullo enim jure irritatur, aut fieri prohibetur. Ita Turrianus *de cens. lib. 2. disp. 24. dub. 1.* contra Sylvestrum, *v. Absolutio 3. n. 1. p. 5. tr. 9. resol. 14.*

Absolutio excommunicationis fierī potest ad re. incidentiam validè & licitè.

91. Absolutus ab excommunicatione sub conditione ad reincidentiā (sub hac scilicet forma, *Te absolvo ab excommunicatione ad tres dies, ut si intra eos non solvas, reincidas*, in qua nullus significatur respectus ad novam culpam) si non

Et si. absolutus nō adimplens conditionem, etiam incidit, secundum aliquos reincidit.

non implet conditionem, etiam absque culpa, secundum Hurtadum *de excommunic. disputat. 14. diff. 3. num. 11.* reincidit, ratione culpæ antiquæ: quia pro tempore ultra determinatum non absolvitur, nisi sub conditione operis absolutè, quod si non ponitur, absolutio non perseverat, sed redit excommunicatio ex vi prioris sententiæ. Sed Avila. *de cens. part. 2. cap. 7. disput. 3 dub. 14.* & alii dicunt, non reincidere absque nova culpa; nam illa absolutio absolutè sustulit excommunicationem, unde non potest redire, nisi de novo producatur, quod esse non potest, nisi ob novam culpam: quia propter eandem bis puniri nequit, utraque opinio est probabilis, ut ait Præpositus *in 3. p. du. 15. numer. 113. p. 5. tr. 9. resol. 15.*

Sed secundum alios non ita.

92. Absolutus ad reincidentiam ad instantiam partis (verbi gratia *absolvo te, si intra triduum solvas*) si creditor proroget terminum, non reincidit elapso termino judicii. Nam terminus judicis datus fuit in favorem partis, quæ proinde prorogare illum potest. Elapso autem termino prorogato, si absolutus non solverit, reincidit absque novo consensu judicis, ex vi præcepti à principio facti. Nam judex non posuit terminum ad finiendum obligationem, & lationem excommunicationis, sed tantum ad finiendam permissionem, aut licentiam differendi solutionem: igitur post terminum prorogatum perseverat præceptum Judicis, & incurritur excommunicatio; non quia pars protestativè id faciat, sed indirectè, suspendendo scilicet obligationem naturalem in actu secundo. Ita Hurtado *de excommunic. disput. 13. diff. 5. n. 15.* & Cornejo *in 3. part disput. 4. dub. 2. quæst. 3* contra Vgolinum *de cens. tab. 1. cap 20. § 6. num. 5. p. 5. tr. 9. resol. 62. & 65.*

Pars, ad cujus instantiam imposita fuit excommunicatio, nisi infra certum terminum solvat, potest terminu prorogare. Et termino prorogationis elapso debitor excommunicationem incurrit: vel si absolutus fuit sub conditione, in eam reincidit.

93. Episcopus, & alii habentes jurisdictionem quasi Episcopalem possunt absolvere ab excommunicatione *si quis fundente*, dummodo sit levis percussio, & non enormis *p. 9. t. resol. 47.* & si percussio sit regulariter enormis pertinet ad Papam. De Regularibus, vide Prælatus, & Episcopus.

A levi percussione clerici etiã habentes jurisdictionem quasi episcopalem possunt absolvere.

94. Absolutio à Censuris potest dari ab habente facultatem absenti, & absq; confessione, sive absolvens, & absolvendus sint extra diœcesim, vel absolvens sit in una & absolvendus in alia. *p. 9. tr. 7. res. 9.* nec tenetur per Epistolam petere absolutionem à Pœnitentiaria sacra *ibidem §. Nota.*

Potest absolvere à censuru utrisque absentibus à diœcesi.

95. Moribundus in articulo mortis etsi signum contritionis non ostendit, absolvendus est ab excommunicatione, vel alia censura propter multa bona evenientia, & non peccat nec venialiter, sed aliter patiens confessarius peccaret mortaliter, etiam si absolutio fieret à Clerico, vel laico; nec hæredes tenentur adire Papam vel alium superiorem, & potest defunctus in loco sacro sepeliri, & Missas pro eo celebrare facere, *p. 9. t. 7 res. 13. & res. 20. tr. 6.*

In articulo mortis potest absolvi moribundus etiam si non ostendit signum contritionis.

Sacerdos hoc non faciens peccat mortaliter.

96. Initiatum tantum prima tonsura, non esse absolvendum à confessario, quatenus indigeat, & ita practicatur, docet Diana *parte 10. tr. 14. resolut. 14.*

Non est absolvendus.

97. Absolutus ab excommunicatione per inferiorem in articulo mortis, si convalescat, tenetur se præsentare superiori, com. DD. *p. 10. tr. 14. resol. 65. §. & tamen*

Tenetur superiori se præsentare.

98. Absolutio data ab excommunicato non tolerato extra casum necessitatis est nulla. Avila & alii *p. 10. tr. 15. res. 14.*

Est nulla absolutio.

Absolvere ab hæresi, & aliis criminibus S. Officii.

99 † CRimina ad S. Officium pertinentia sunt hæresis, & alia primi Canonis Bullæ Cœnæ, aliaque nonnulla in suis edictis contenta. Hæresis formalis quoad reservationem, & excommunicationem incurrendam multa requirit quæ invenies sub v. *Hæresis.* †

Hæresim absolvit Pontifex.

100. Igitur, præter Papam, possunt absolvere ab Hæresi DD. Inquisitores,

Et Inquisitores.

præsertim Hispaniæ, & per consequens Siciliæ: non solum in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ. Ita Philippus de la Cruz *tit.* 1. § 16. *num.* 1. & alii multi contra Castrum *tit.* 1. *tract.* 4. *disp.* 4. *punct.* 3. §. 3. *num.* 3. *par.* 1. *tract.* 5. *resol.* 3. & *par.* 4. *tract.* 8. *re.* 35.

Sic sim:

101. Nota verò, hanc facultatem competere cuilibet Inquisitori, & non toti Consistorio. Ita Villalobos *tom.* 2. *tract.* 1. *diff.* 12. *num.* 7. contra Henriquez *apud ipsum.* Unde quilibet Inquisitor potest eandem facultatem cuilibet Confessario subdelegare. Addit Homobonus *tract.* 12. *cap.* 2. *quæst.* 4. Inquisitorem hæc posse, etiamsi non sit Sacerdos; quia talis facultas non illis conceditur in ord. ad Confessionem Sacramentalem: nec tamquam quid annexum Ordini, sed officio. *par.* 1. *tit.* 5. *resol.* 3. §. *Notandum.*

Et talem facultatem delegare pro una vice.

Et secundũ aliquos etsi non Sacerdotes.

Olim accultumabsolvebat etiam Episcopus. Modo non sta.

100. † Præter Inquisitores, Tridentinum *sess.* 24. *c.* 16. hanc facultatem, concessit Episcopis in foro conscientiæ tantùm, si hæresis sit occulta: non tamen ejus Vicario ad id specialiter deputato. † Sed hæc facultas revocatur quotannis per clausulam Bullæ Cœnæ, ut patet ex disertissimis verbis ipsius Bullæ novissimè editæ à Gregorio XV. & aliis declarationibus Pontificum, & Cardinalium. Et ita docent Faber *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *disput.* 3. *cap.* 4. *numer.* 126. Hurtado *de excomm. disput.* 15. *diff.* 3 *numer.* 11. & alii *part.* 1. *tit.* 5. *resol.* 2. in fine. *p.* 3. *tom.* 6. *res.* 92. initio *pag.* 4. *tr.* 4. *res.* 239. & *pag.* 5. *tr.* 13. *resol.* 43. in fine.

Sed multi tenent, posse etiam nunc.

Sed Granado *in* 2. 2. *contr.* 1. *tr.* 15. *dis.* 14. *sect.* 2. *numer.* 8. Rodriquez *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 20. *ar.* 10. & alii putant non revocari, nisi quod hæresim publicam (qualis secundum Granadum est, quæ scitur à majori parte communitatis, quæ saltem constet decem personis: secundum Rodriquez, etiam illa, quæ committitur cum complice. *pag.* 4. *tit.* 4. *res.* 239. § 1. in fine.) Declarationes verò Pontificum, & Cardinalium non esse authenticas. Ratio autem illorum est: quia correctio juris communis, maximè Tridentini, quod summi Pontifices semper magni fecerunt, vitari debet, quoties absque incommodo vitari potest. Et alioqui, cum res sit tanti gravis, & scientibus Pontificibus litigetur, si ipsi hanc sententiam non admitterent, deberent speciali decreto id declarare. *par.* 1. *tit.* 5. *res* 2. initio. *part.* 4. *tr.* 4. *res.* 239. & *par.* 5. *tr.* 13 *res.* 43. in fine. In qua sententia, Granado *l. cap. numer.* 7. contra Molinam *de just. tract.* 5. *disp.* 18. *numer.* 1. tenet, Episcopum concedere posse hanc facultatem alicui in casu particulari pro illa vice, quia Concilium solùm excusit Vicarium specialiter deputatum ad omnes casus hæresis contingentes *par.* 1. *tract.* 5. *res.* 2. §. *Notandum est etiam secundum par.* 3. *tom.* 6. *res* 92. & *p. tract.* 4. *res.* 239. §. *Nota tertiò & par.* 6. *tit.* 2. *tr.* 13. Et Joannes Henriquez *comp. cas. mor. cap.* 20. *numer.* 64. Quod, si quis non potest adire Episcopum pro absolutione hæresis occultæ, possit illum absolvere absentem ab excommunicatione: quia excommunicationis absolutio non est Sacramentalis: sublata autem excommunicatione, hæresim non remanere reservatam, sed à quocunque Confessario absolvi posse, *part.* 1. *tr.* 5. *resol.* 2. *in* § *ult.* & *p.* 5. *tr.* 13. *resol.* 43.

Et posse absolvere hæreticum subditum extra Diœcesim, & extra Confessionem

Addit etiam Sanchez *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 13. 17. Episcopum posse suum subditũ hæreticum extra diœcesim existentem absolvere, sicut etiam si uterque reperiatur extra diœcesim. *par.* 1. *tr.* 5. *res.* 2. in fine. Et ex Granado, quomodocunque ad diœcesim suam pertineat. *p.* 4. *t.* 4. *res.* 239. §. *Nota secundò.*

At cõtraria sententia prorsus tenenda.

103. Verùm his omnibus non obstantibus, puto sententiam contrariam esse prorsus tenendam, quam me citato, tenet etiam Trullench *in Decal. tom.* 1. *l.* 1. *cap.* 3. *dub.* 4. *num.* 11. & alii, quod scilicet per Bullam Cœnæ sit Episcopis revocata facultas absolvendi ab hæresi occulta, & aliis casibus in ipsa contentis. Et ratio est, quia in Bullâ Cœnæ adest clausula derogatoria, Non obstantibus, &c. quæ licet sit generalis, sufficitur

tur tamen ad derogandum Concilium *par.7.tr.2.reſ.23.*

Idemque de Prælatis Regularibus quoad ſuos ſubditos. Ex Privilegio Pii V.

104. Quoad Regulares, multi docent, eorum Prælatos poſſe ſuos ſubditos hæreticos occultos abſolvere. Et ita docet Suarez *de Relig. tom.4. lib.2.c.21. numer.10.* in ſupra allata ſententia, quod Epiſcopus poſſit ſuos. Et hoc ex privilegio Pii V. apud Bullarium, Rodriquez *fol.920.* tribuente Prioribus Dominicanis (ac proinde omnium Religioſorum Prælatis) erga ſuos ſubditos in foro conſcientiæ tantùm &) per ſeipſos, omnem facultatem abſolvendi, & diſpenſandi, quam habent Epiſcopi vigore Trident. Quod quidem privilegium non derogatur per Bullam Cœnæ: tum quia ſinguli Pontifices illud & cætera Regularium privilegia confirmant, quod fruſtra facerent, ſi mox in Bulla Cœnæ eſſent revocanda: tum etiam, quia Bullæ Cœnæ non prohibentur Religioſi abſolvere ratione privilegiorum, ſed prætextu, hoc eſt, velamine falſi cujuſdam privilegii. Et ita intelligenda ſunt verba ejuſdem Bullæ Pii V. *concedendorum, & innovandorum*, ut docent Souſa & alii. Adde quod Gregorius XIII. conceſſit Societati (& per communicationem omnibus Religionibus) ut conceſſiones, & privilegia ipſi conceſſa non cenſeantur revocata per Bullam Cœnæ. Quid ſi dicas cum Sanchez *ſum.tom.1.lib.2.cap.11. numer.7.* in dicto privilegio Pii V. non exprimi hæreſim, ac proinde non cenſeri conceſſam? Reſpondeo cum Suarez *ubi ſup. num.10.* ſatis exprimi, cùm non excipitur. Nam quandocunque Pontifices in generalibus indultis noluut hæreſim comprehendere, expreſsè illam excipiunt. Adde, quod in dicto privilegio expreſsè conceduntur caſus conceſſi Epiſcopis in Tridentino, in quo Hæreſis exprimitur. Sed præter privilegium Pii V. aſſerunt Patres Societatis, eorum Generalem, & Provinciales habere privilegium Gregorii XIII. abſolvendi ſuos ab Hæreſi occulta. Et hanc facultatem, ait Suarez *ubi ſup.l.9.cap.2.num.*

Gregorii XIII.

27. poſſe à Provinciali ſpecialiter delegari, quamvis non generaliter, ſi ampliorem à Generali non habeat facultatem. Eandem facultatem conceſſam reperies ab Alexandro VI. Prælatis Minorum apud Portellium *dub.reg. V. Hæreſis, num.2.*

Et Alexandri VI.

Verum, his non obſtantibus negativa ſententia tenenda eſt, & de hoc amplius non eſt dubitandum, ſtante decreto S. D. N. Urbani VIII. ann.1628. revocante in ampla forma omnia Regularium privilegia abſolvendi à caſibus Bullæ Cœnæ, ut eſt hæreſis. Unde omnia ſupradicta corruunt. Adde quod privilegium Gregorii XIII. habet difficultatem per aliud privilegium ejuſdem Gregorii, ut adverſus Peregrinum apud ipſum obſervat Leone *tom.2.recoll.11.num.209.p.1.tract.5.reſolut.6. & p.3.tit.2.reſol.122.*

Sed hæc opinio non eſt tenenda. Nam Vrbanus VIII. omnia hæc privilegia revocavit.

104. Sed, an abſolvi poſſit hæreſis occulta virtute Jubilæi plenarii, concedentis facultatem abſolvendi à caſibus Bullæ Cœnæ, abſolutè, & abſque ulla limitatione? Affirmativè reſpondent Peyrinis *de privileg. Minim. tom.1. conſt. IV. Sixti IV. §.5. numer.20.* & alii. Et ita decilum in ſacra Pœnitentiaria, & ſervari in praxi, teſtatur Fillucius *tom.1.tract.8.cap.10. numer.265.* Ratio eſt, quia, ex quo hæc quæſtio agitari cœpit inter Doctores, Pontifices in nonnullis Jubilæis hæreſim expreſsè excipiunt, ad tollendam difficultatem, unde, quando non excipiunt, ſignum eſt, velle illam concedere. *part.1.tract.5.reſol.1.§. reſpondent.* Imò Boſſius *de Iubil.ſect.1. caſ.9.numer.3.* probabile putat, abſolvi poſſe, etiam quando excipitur: nam intelligenda eſt excipi notoria; occultam enim abſolvit Epiſcopus; & alioqui id videtur neceſſarium acquirendæ ab omnibus Indulgentiæ. Sed non eſt admittendus. Nam, ſi hodie ſtylus Romanæ Curiæ non admittit abſolutionem hæreſis occultæ virtute Jubilæi, quando non excipitur, quanto minus abſolvi poterit, quando excipitur *part.5.tract.12.reſol.35.* Imò exiſtimo cum Suarez *de fide diſp.*

An verò hæreſis occulta abſolvi poſſit per Iubilæum plenarium.

Negativè reſpondeo.

21.ſect.

Sed contrariu sententia est probabilis.

21. *sect.* 4 *n.* 21. non posse absolvi, etiamsi non excipiatur. Nam ita habet stylus Romanæ Curiæ, & declaravit Greg. XIII. apud Ricciullum *de jur. pers. l.* 5. *cap.* 14. *num.* 7. Sed prima opinio est etiam probabilis. Et ad stylum Curiæ responderi potest, quod fundatur in probabilitate nostræ opinionis, quæ tamen non tollit probabilitatem oppositæ. Adde etiam, quod stylus Curiæ variatur pro varietate Pontificum. Ad declarationem autem Gregorii, responderi potest, non esse authenticam. *p.* 1. *tract.* 5. *resol* 1. & *p.* 5. *tr.* 12. *resol.* 35.

Vnde Confessarius hanc facultatem exercens secundũ Sanctum puniri non potest.

106. Ex his displicet Sancio *select. dis.* 44. *num.* 23. & *disp.* 48. *num.* 52. quod Vasquez *in* 3. *p. tr.* 4. *dub.* 19. *num.* 15. & 16. observat, nimirum, Inquisitores punire solitos Confessarios absolventes hæresim occultam virtute Jubilæi plenarii: Nam, cum tales, utantur opinione probabili, nec culpam committunt, nec pœna digni sunt, *ex l. si putatur ff. ad leg. Aquiliam. cap. satis perversum, dist.* [illegible]. *c. inventum.* Sed ego id remitto DD Inquisitorum arbitrio. *p.* 4. *tit.* 8. *resol.* 109.

In articulo, & periculo mortis potest hæresim absolvere quilibet Sacerdos, etiam Superiore præsente.

107. In articulo, aut periculo mortis, hæretum absolvere potest quilibet Confessarius Id omnes DD. concedunt. Imò ipse puto cum Sanchez *sum. tom.* 1. *l.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. id procedere etiam, si Episcopus vel Inquisitor adesset. Unde, si reus damnatus ad mortem, vulgò *in capella* inveniretur hæreticus, non esset petenda facultas ab Inquisitoribus, sed à quocunque Sacerdote absolvi posset: nam esset in mortis articulo constitutus non secus, ac qui ex morbo, & in mortis articulo, sicut etiam in periculo cessat omnis reservatio, & omnes Sacerdotes habent æqualem potestatem, ut diximus supra de reservatis in genere. Verum est quod Suarez *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. *num.* 6. vult hæreticum ita absolutum, si supervivat; teneri adire summum Pontificem, non ut iterum absolvatur, sed ut ejus mandatis obtemperet, & hoc sub pœna reincidentiæ. Sed, si aliquod onus restat, dico cum Henriquez *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 3. *gloss. lit. G.* sufficere, quod talis iterum ab Episcopo, vel Inquisitore absolvatur. Nam prior absolutio conditionata non obstat, quin iterum absolvi possit absolutè. *part.* 5. *tr.* 5 & *resol.* 5. & *part.* 13. *resol.* 12.

Sed cũ onere comparendi coram Pontifice.

Vel Inquisitore si supervivat.

108. Sed quid, si hæreticus sit damnatus ad comburendum, quia moritur negativus, velit tamen in foro conscientiæ Deo conciliari? Sanchez *sum. tom.* 1. *l.* 3. *c.* 7. *num.* 10. docet, talem non esse absolvendum propter scandalum, quia mori præsumitur hæreticus. Sed Portellius *add. ad dub. Reg. verb. solicitare fœminas, num.* 24. contrarium docet, & hæreticum à publica Confessione excusari, sicut cæteri rei, qui negativi moriuntur. Imò magis, quanto majorem infamiam affert hæresis, quàm cætera crimina. Scandalum verò cessare, quia omnes sciunt, solere reos negare, & nihilominus verum sacramentaliter confiteri. Et hanc opinionem testatur in praxi servari à viris doctis, hæreticos ad patibulum comitantibus. Hanc etiam sententiam docet novissimè Mendoza *de fid. vol.* 1. *disp.* 86. *sect.* 2 §. 29 & Suarez *disp.* 23. *sect.* 2. *n.* 5. contrariam docentem interpretatur in hoc sensu, quatenus neget absolvendum hæreticum negativum, auctoritatem judicis accersentis Confessarium, &c. quia, cùm non fit Ecclesiæ reconciliatus, non debet juridicè tolerari. At verò, benè absolvi posse à Sacerdote auctoritate privata, quia leges conscientiæ adversantur legibus fori *part.* 1. *tr.* 5. *resol.* 8 §. *Pro coronide & part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 78.

An verò absolutio danda sit hæretico negativo, jam comburendo?

Res in ambiguo.

Mendoza resolvit cum distinctione.

109 † Extra periculum mortis non potest hæreticus absolvi, nisi à Papa, vel Inquisitore. † Vix autem contingere potest, ait Granado *in* 2. 2. *contr.* 1. *tr.* 15. *disp.* 16. *sect.* 4. *numer.* 18. in quo nec Papa adiri possit nec Inquisitor, vel Episcopus, qui ex probabili sententia potest hæreticum absolvere. Quod si casus contingat, & Episcopus, ac Inquisitores nollent absolvere, existimantes, se facultatem non habere, nec etiam ab aliquo alio absolvi posse *p.* 4. *t.* 4. *res* 242. Posset nihilominus hæreticus occultus, ad vitandam infamiam &c. com-

Hæreticus occultus, si non potest absolutionẽ obtinere.

Poterit ad vitandã infamiam celebrare contritus.

communicare, vel celebrare post actum contritionis elicitum. Si verò existimat, se non esse contritum, debere confiteri inferiori Sacerdoti, juxta doctrinam Reginaldi *t.1.lib.8.c.7.num.84.* nam probabile est, absolvi posse, quidquid alii contradicant. Plus addit Fagundez *t.1.l.3.c.12.nu.12.* nimirum talem postquam absolutionem impetrare non potuit, nec Romam ire potest, aut mittere, communicare, & celebrare posse contritum, etiam secluso scandalo & periculo infamiæ. Quod an sit probabile, alii videant. Mihi enim non placet. *p.1.t.5.res.4. & p.7.t.2.res.23.§. Not.* An, qui non potest ire Romam ex perpetuo impedimento, debeat absolvi per sacerdotem, quem habere potest? negant Sanch. *in summ.l.2.c.13.* Suar. *de fide disp 21.sect.4.* & alii: oppositum probabilius putant, Castrus Palaus, Dicast. *de sac.to.2.tr.3.disp.11.dub.16.num.267.* quia taliter impeditus moraliter censetur non posse ante mortem absolvi; & impedimentum perpetuum reputatur pro articulo mortis, imò non tenetur petere absolutionem per literas. Valent. Azor. Sanch Henriq. & alii. *p.11.tr.8.miscell.res.2.*

Vel Sacerdoti inferiori confessus.

Casus sapientes haresim secundum aliquos absolvi possunt per Bullam.

110. Sortilegium, magia, lectio librorum prohibitorum, & alia crimina contenta in primo Canone Bullæ Cœnæ, & in Edicto DD. Inquisitorum, absolvere potest Confessarius virtute Cruciatæ, quæ concedit absolutionem omnium casuum papalium, excepta hæresi. Ita Henriquez *l.6.c.16.n.2.* & alii. Et Filiucius *to.1.tr.16.c.3.n.49.* notat per Cruciatam casus primi Canonis Bullæ Cœnæ absolvi posse semel tantùm in vita, & semel in morte: alios verò contentos in Edicto Inquisitorum, toties, quoties.

Et ab Episcopo.

111. Igitur, secundùm hanc sententiam, quamvis Episcopi non possent absolvere hæresin, absolvere tamen possent sortilegium, maleficium, &c. Et ita docet in terminis Homobonus *p.1.t.5.c.6.q.31.* (Et ego existimo cum Granado hæreticum purè externum non incurrere excommunicationem, & à quocunque Confessario absolvi posse, *p.4.t.4.res.240.* in fine.) Quamvis Fernandez *p.3.c.§.16.sect.1.n.1.* & alii dicant eos, qui non possunt absolvere ab hæresi, neque absolvere, posse à sortilegio & maleficio. *par.1.tr.5.res.7.*

112. Sed quid dicendum de eo, qui vi, aut dolo fidem apud fideles exterius negavit, sed tamen corde retinuit? Valerus *verb.Hæresis,aff.2.num.1.* & alii dicunt, talem non incurrisse excommunicationem, & si hunc casum non sibi reservavit Episcopus à simplici Confessario absolvi posse. Quod etiam asserunt, alii non vulgares. Sed multi existimant, hunc casum esse reservatum DD. Inquisitoribus in eorum Edicto, ac proinde absque illorum auctoritate, & absque Bulla, absolvi non posse *par.3.tit.4 res.143.* Certum tamen est, non esse reservatum in Bulla Cœnæ, & † secluſa reservatione Inquisitorum † à quolibet Confessario absolvi posse *p.4.tit.4.res.240.* in fine.

Et negatio fidei exteriùs solummodo facta à quocunque Confessario.

113. Affirmat tamen Portellius *add. ad dub.Reg.verb. sollicitare fœminas, nu.24.* cum aliis, regulares, virtute suorum Privilegiorum posse absolvere à casibus contentis in Edicto Inquisitorum cum suis excommunicationibus, seclusis illis, qui continentur in Bulla Cœnæ. Nam in comp. Theatinorum habetur, quod omnes Confessarii approbati juxta formam Tridentini, absolvere possint quoscunque fideles ab omnibus peccatis & censuris reservatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ. Deinde, si Confessarii Regularium absolvunt casus Papales, multò magis absolvere poterunt reservata Inquisitoribus. Et tandem, qui excommunicatio absolvi potest à delegato Superioris ejus, qui eam tulit Regulares verò sunt delegati Pontificis, qui est Inquisitorum superior, *part.1.tr.5. resolut.8.* Vide plura de absolutione verbo, *Confessarius, & V. bulla Cruciatæ.*

Idem multi affirmant de Confessariis Regularium.

Quod prædicant ex privilegio.

AC, PARTICULA.

1. SI duo, inter quos dictio *Ac* ponitur æquè primò, vel sine dependentia unius ab alio participent rationem illam, per quam connectuntur, accipienda erit

Particula Ac qui intelligatur.

da erit disiunctivè ; Si verò non æquè primò, vel cum dependentia, tunc copulativè erit sumenda. *p. 9. tr. 1. res. 2.*

ACCESSVS AD MONIALES.

Accessus ad Moniales omnibus prohibitus. A Summo Pontif. & Sacra Congr.

1.† Accessus ad monasteria Monialium est omnibus, tam laicis, quàm Ecclesiasticis vetitus *in cap. perculoso, de statu Regul. in 6. cap Monasteria, de vita, & honest. cler.* Et peculiariter Religiosis ex decreto Sacræ Congregationis, jussu D. N. Sixti V. è lito, an. 1590. Accedere autem dicitur ad monasteriũ, qui ad eum locum se transfert, ut Monialem alloquatur, inspiciat, vel ab illa inspiciatur. Ita Bonacina *de cluſ. 43. punct. 1.* in fine. † Adverte, quod in cap. *Monasteria*, prohibetur frequentatio monasterii monialiũ. Sed quãvis Flamas *in meth. Curat. App. § 4.* teneat frequentantes sine causa legitima peccare mortaliter: ego tamen cum Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 16. n. 120.* id non probo, si absint scandala, pravus finis, &c. Quamvis scandalum fere semper adsit, *p. 3 tr. 2. res. 48. §. Et tandem.*

Et alicubi, etiam ab Episcopo Sed an prohibitio Episcopi comprehendat monasteria subdita Regularibus?

2. Præter leges Papales prædictas, extat alicubi constitutio Episcopalis prohibens sub excommunicatione, ne quis ad Monasteria Monialium, accedat & alloquatur. Quæ excommunicatio secundum Riccium apud Bariolam *Aph. v. Episcopus, §. ult;* incurritur etiam ab eo, qui accedit ad monasteria subjecta Regularibus; quia Episcopi per Trident. facti sunt Sedis Apost. delegati pro conservanda Monialium clausura. Genuensis apud eundem *ibid.* id negat. Bonacina *de cens. disp. 1. quæst. 1. punct. 11. num. 9.* distinguit, & incurrere inquit accedentes, quia accessus fit in territorio Episcopi, non incurrere verò alloquentes, quia allocutio fit in loco exempto, *p. 5. tr. 9. res. 71.*

Discors opinio.

Vide V. *Alloqui Moniales.*

Alloqui cũ conversis monialium incurrit in censuras Episcopi.

3. Alloquentes cum conversis Monialium incidunt in censuras latas ab Episcopo, & Regulares in pœnas. *Dec. Sixti V. & S. Congreg.* Joseph de Ianuario, & alii, *p. 10 tr. 14. resol. 51.* sic etiam alloquentes cum monialibus per signa, vel per nutus, *ibid. DD. vers. sed si aliquis.*

Per signa & nutus etiam: Peccat mortaliter. Ligantur censura Episcopi.

4. Regulares alloquentes cum monialibus absque licentia, peccant mortaliter Pax Iord. & alii *ibid. resol. 52.* & incidunt in excommunicationem ab Episcopo latam. Congr. Card. 9. Aprilis 1587 *ibid. res. 53.* & qui licentiam indiffinitam obtinuit potest toties, & quoties opus fuerit alloqui cum Monialibus. Joseph de Janu. & alii *ibid. res. 54.*

Potest cum indefinita toties & quoties.

Alloquẽtes & colloquentes pro eodẽ accipiuntur.

5. Quamquam Moniales non respondeant, alloquentes ipsas, incidunt in censuram latam contra loquentes cum Monialibus. Merolla *tom. 1. disp. 1. cap. 2. num. 589.* Ac per talia Statuta alloquentes & colloquentes pro eodem accipi certissimum est. Hæc latè *p. 10. tr. 14. res. 49. verb. sed Ego.*

Episcopi possunt negare licentiam loquendi, etiam in diebus permissis.

6. Stante decreto Urbani VIII. per quod concedit, quòd Episcopi possint dare licentiam Regularibus colloquendi cum Monialibus in primo gradu, ac secundo sibi conjunctis per 4. vices in anno, poterunt illam negare, quia decretum non est ut debeant, sed ut possint, *quatenus sibi visum fuerit in Domini.* Bordon. *in Miscell cas. conse. decis. 222.* quem laudo. *part. 10. tract. 14. res. 1.* Vide. *Alloqui Moniales.*

ACCVSARE.

Potest accusare. Licita est dilatio.

1. Potest quis accusare aliquem, qui occidit patrem, fratrem, &c. & dolet de ea re, & offert sufficientem pecuniarum satisfactionem pro damnis inde allatis. Arriga. & Judex dilationem faciens secluso animo vindictæ dilatio est omnino licita. Diana *p. 10. tract. 16. res. 43.*

ADVLTERIVM.

Adulterium quid, Et quale peccatum. Ex adulterio cum promissione coniugii oritur impedimentum criminis.

1.† Adulterium est illicitus cũ persona conjugata concubitus. Triplex autem est. Primum, conjugati cum soluta. Secundum, soluti cum conjugata. Tertium conjugati cum conjugata. Est gravius peccatum fornicatione: Nam continet totam illius malitiam, & præ-

præterea injustitiam contra jus alterius conjugis. † Sed hanc malitiam non habet delectatio morosa circa conjugatam. Vide V. *Delectatio morosa, num.5.*

Et si sit post conjugium, impedimentum petendi debitum.

2. Ex adulterio cum promissione contrahendi post obitum viri, oritur impedimentum criminis matrimonium dirimens, de quo vide V. *Impedimenta matrimonii, n.8. & 9.*

3. † Ex adulterio oritur in adultero conjugato impedimentum petendi debitum ab altero conjuge. Non enim potest debitum petere de jure, ut poterat; quia hoc jus amittit in pœnam adulterii. † Nisi conjux nescia sit adulterii. Ita Coninch *de sacram. disp.23. dist.12. n.87. part.3. tr. resolut.287.* in fine.

An maritus possit interficere uxorem comprehensam in adulterio?

4. Castillo *in l.82. Tauri, n.6.* & alii, quorum opinionem probabilem judicat Lessius *l.2. c.9 dub.5. n.16.* docent, maritum posse tuta conscientia interficere uxorem comprehensam in adulterio. Quia *in l. merito, ff. de adulteris,* & in *l. Gracchius, eod. tit.* maritus instituitur minister justitiæ, eique datur facultas eam occidendi non secus, ac post causæ cognitionem & sententiam latam datur carnifici. Sed hæc opinio prorsus non est tenenda. Et Pontius *de matr. lib.9. cap.15. num.20.* illam improbabilem, & falsam existimat. Nam cap. *inter hæc.* Nicolaus Pontifex dicit, non licere secundum leges Ecclesiasticas, uxorem adulteram interficere. Alia argumenta, & solutionem contrariorum, vide apud Pontium. Et de hoc non est amplius dubitandum, *p.1. tract.4. resol.223. & p.11. tr.6. miscel. res.28.*

Minimè.

Potest tamen dimittere cessante scandalo.

5. Potest tamen maritus uxorem dimittere propter adulterium occultum, quod probare non potest, sublato scandalo. Et ratio est, quia, quamvis in cap. *significasti,* & cap. *porrò de divortiis,* prohibeatur divortium ante judicium Ecclesiæ, etiã in casu adulterii; tamen hæc lex fundatur in præsumptione fraudis, qua cessante, etiam in particulari, cessat lex, ut dicemus v. *Lex nu.19.* Et, cum defectu probationis non ex culpa sua, potest sibi jus dicere, & fugere in partes longinquas. Ita Rebell. *p.2. lib.2. q.17. nu.2.* & alii contra Pontium *de matr. lib.9 cap.18. nu.6 par.3. tr.4 resol.257.* Quod si uterque conjux sit reus adulterii, neuter potest ab alio diverrere, quia divortium soli innocenti conceditur. Nec refert, uter prius crimen commiserit, aut uter sæpius, aut si quis publicè, alter verò occultè. Nam uterque veram fidem matrimonii fregit. *Ibid. §. Notanda.* Ut autem divortium fiat judicio Ecclesiæ, ultra prædicta, requiritur, quod adulterium sit notorium ex *d. c. significasti.* Facto autem divortio per sententiam judicis conjux innocens, quamdiu non mutat statum adhuc habet jus revocandi ad se conjugem nocentem, & quodcumque votum, etiam solemne castitatis illius irritare. Ita Pontius *ibid. c.19. num.3. & 4.* Sed Coninch *de Sacr. disp.35. dub.5. concl.4. num.26.* putat, quòd si conjux adulter jam emendatus, sæpius & instanter petiisset admitti, & innocens absolutè negasset; posse ille Religionem ingredi, aut ordines suscipere. Quia non potest alter illum cogere, ut de suo statu incertus perpetuò maneat, nec animæ suæ, aliquem statum eligendo, consulat. *part.3. tr.4. resol.257. §. Secundò.*

Et si ipse non est adulter.

Ut Ecclesia concedat divortium, adulterium debit esse notorium. Post divortium conjux innocens retinet ius ad se revocandi nocentem. Sed si ille emendatus post multas instantias non esset admissus, aliqui dicunt, posse votis solemnibus se adstringere.

6. Uxor adultera secundum Molin. *de just tom.1. tract.2. disp.94.* & alios tenetur lucrum ex adulterio acquisitum restituere marito. Quia is est dominus actuũ conjugalium ipsius. Nisi tamen accepisset ab eo, qui alienare non poterat, ut est Religiosus, filiusfamilias, &c. Et hoc quidem secretò, ut suæ famæ non deroget. Sed contraria sententia Megalii *inp.2. lib.2. cap.32. qu....num.24.* est probabilior. Nam injuria adulterii non est pecunia compensabilis. Et ex alia parte mulier quamvis ex fornicatione illicitè acquirat: tamen acquisita licitè retinet. Ita Lessius *lib.2. cap.10. dub.5. part.2. tractat.17. resol.7.* Nec mater tenetur spurium revelare, cum periculo famæ, aut vitæ, ob quæcunq; bona fortunæ; quia hæc sunt inferioris ordinis, teneretur tamen, ex charitate saltem, si commune bonum periclitaretur, v.g. si spurius regnum obtineret, &

An adultera teneatur turpe lucrũ restituere marito?

Non tenetur.

cogeret subditos apostatare imò in tali casu teneri ex justitiâ commutativâ ex istimat Hurt. *de justitia disp. 20. p. 11. tr. 20. diff. miscel. res. 33.*

An adulter teneatur ad alimenta, dãna hæreditatis, &c quæ fiuntur ex suppositione sui filii spurii inter se, legitimos adulteræ? Aliqui affirmant Alii negant, & probabiliter docent ad hæc solum teneri ipsam adulteram.

7. Adulter, qui filium suscepit ex adulterio, & illud reliquit cum filiis legitimis mariti adulteræ tenetur secundum Less. *de iust. lib. 2. cap. 10. dub. 6. num. 46.* & DD. communiter non solum restituere alimenta, sed etiam damnum hæreditatis, quæ legitimis hæredibus adimitur: & si est fœmina, damnum dotis, quam tradidit illi pater putativus, existimans esse propriam filiam. Nam ad hæc omnia tenetur adultera, & ipse non minus quam ipsa, est causa talis damni. Sed Dominicus Sotus *de iust. lib. 1. qu. 7. art. 2.* putat, solam adulteram teneri ad hæc damna resarcienda, quæ prolem adulterinam supposuit pro legitima. Et ratio est: quia adulter non est causa proxima istorum damnorum, sed tantum remota. Ipse enim non intendit generare, sed tantum explere libidinem: Unde sicut si adultera procurasset abortum, ipse non esset propriè causa abortus, quia prolem non ministravit, ita nec causa damnorum, quæ orta sunt ex suppositione alii spurii pro legitimo: quia æquè concurrisset ad utrũque. Hæc opinio est probabilis.

Sed certum est adulterũ teneri saltẽ ad alimenta.

At docent Confessarii, quod Adulter in isto casu tenetur saltem ad alimenta, quæ impenduntur proli à tertio ætatis anno, & deinceps, quousque parentes tenentur filios alere, etiamsi non fuerit causa suppositionis. *part. 2. tract. 7 resol. 55.*

An adulter occidens maritum adulteræ se invadentem cum moderamine teneatur ad damna, &c.

8. Si adulter in adulterio deprehensus, à marito adulteræ invaditur, & illum cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit, secundùm Rebellium *p. 1. lib. 3 qu. 12. num. 6.* tenetur resarcire damna ex illius morte secuta, quia ipse illum provocavit per injuriam adulterii. Secundum Lessium *lib. 2. cap. 9. dub.... nu. 37.* non tenetur. Quia habetius illum occidendi, ut se defendat, & ille non habet jus illum invadendi. Stroversdorff. *in 2. 2. q. 68. un. num. 2. concl. 6.* conatur has opiniones conciliare: docetque primam procedere, quando post datam tam gravem causam invasionis, ipse non quærit alia media evadendi, scilicet fugiendo, petendo veniam, &c. Nam in hoc casu excedit modum justæ defensionis, & committit culpam latam. Secundam verò procedere, quando tentatis omnibus mediis, adhuc invasor persistit, & vult illum occidere. Quia tunc utitur jure suo. Sed mihi sententia Lessii magis placet. Nam talis occisio non est culpabilis in se, quia, ut supponimus, est justa defensio. Neque in causa, quia adulterium est causa remota occisionis mariti, nam frequentius ex eo procedit mors adulteri, quam mariti. Ita etiam Megala *in par. 2. lib. 3. cap. 1. nu. 10. par. 5. tract. 4. res. 47.* An verò in tali casu adulter fiat irregularis, sicut etiam in casu, quo maritus occidit uxorem adulteram, vide *v. Irregularitas, n. 42.*

Prima opinio affirmat. Secunda negat.

Tertia distinguit.

Sed secunda magis placet.

An verò fiat irregularis, vide suo loco.

9. Adulterium quoad pœnam sanguinis imponendam pertinet ad judicem laicum. Quoad alias est mixti fori, & datur locus præventioni. Ratio est, quia in adulterio peccatur contra Sacramentum Matrimonii, & sic aliquo modo contra Ecclesiam, & committitur in se sacrilegium, ut ait Imperator *in l. quamvis, C. de adult.* Ita Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 5.* & Canonistæ communiter contra Pereiram *par. 2. cap. 56, num. 11.* In causa divortii tam perpetui, quam ad tempus, solus Judex Ecclesiasticus est competens, qui dum hanc causam discutit, potest etiam cognoscere de causa alimentorum, & dotis amittendæ, tamquam accessoria. Si verò causa principalis verteretur de dote, pertineret solum ad Judicem laicum. Vide Barbosam *de pot. Episc. par. 3. alleg. 84. par. 1. tract. 2. res. 87. & par. 4, tract 1. res. 16.*

Adulterium quoad pœnam sanguinis spectat ad forum laicale. Quoad alias est mixti fori. In causa verò divortii, & alius accessorii est fori Ecclesiastici.

10. Non est peccatum adulterii, quod uxoratus delectetur lasciviè in alia fœmina; quia ratione matrimonii nec vir, nec fœmina obligantur ad similem non delectationem. Sic Martin de S. Joseph in Monit. Confess. *tom. 1. lib. 1.* Diana *p. 10. tract. 10. n. 7.*

Quod uxoratus delectetur lasciviè in alia fœmina, non est peccatum adulterii.

ADVOCATVS.

1. ADvocatus potest patrocinari alicui causæ habenti opinionem proba-

Advocatus potest pa-

trocinari secundum opinionem minus probabilem.

probabilem, probabiliori relicta. Ita DD. communiter. Qui tamen advertunt, in tali casu debere manifestare clienti minorem probabilitatem suæ causæ, aliàs teneri restituere illi damna, & expensas. Puto autem patrocinari posse causæ minus probabili, etiam sanguinis, & amissionis omnium bonorum. Nam in his causis cliens potest litigare. Ita Villalobos *tom. 1. tract. 1. diff. 14. num. 5.* & alii contra Malderum *in par. 9. quæst. 19. art. 5. disp. 86. ass. 8 par. 2. tr. 13. ref. 4 par. 9. tract. 8. resol. 62.*

Etiam in causa sanguinis, & amissionis omnium bonorum.

Nec abhorrere debet ab opinionibus Donelli, & similium, Secundum Sanctum.

2. Reprehenduntur autem Advocati à Sancio *dis. 4. sel. num. 63.* quod timeant sequi opiniones Donelli, Cujacii, & similium Juristarum, dicentes, opin. istorum esse solùm speculativè probabiles, minimè verò sequendas in praxi. Reprehendit autem, quia omnis opinio speculativè probabilis, est etiam probabilis practicè: probabilitas enim practica oritur à speculativa tamquam effectus à causa, *p. 2. tr. 13. ref 5.*

Advocatus patrocinari potest in causa dubia.

3. Potest verò Advocatus patrocinari, non solum in causa probabili, sed etiam in dubio. Nam ipse nec sententiam profert, nec judicem cogit proferre; sed solùm proponit clientis jura: quod in causa dubia non est injustum, sed juvat, ut causa à judice melius expendatur. Ita Lorca *inp. 2. disp. 39. memb. 2.* & alii. Et hoc procedit etiam in causa criminali, etsi ipse patrocinetur actori. Nam est eadem ratio. Quamvis enim judex in dubio facti non possit reum condemnare, ipse tamen ab illo non hoc petit, sed solummodo factum proponit, ut causa expendatur. Ita Merolla *tom. 1, disp. 3. c. 4. coroll. 6 num. 56.* contra Salas *in 1. 2. tr. 8 disp. unic. sect. 11. num. 108. p. 2. tr. 13. ref. 6.* & *p. 4. tr. 3 ref 47.*

Etiam criminali & contra reū.

An advocatus teneatur de culpa levi? Utrumque probabile.

4. Probabile est, Advocatum teneri de culpa levi, ut docent Villalobos *tom. 2. tr. 10. diff. 3. num. 10.* Valerus *diff. 4. utriusque fori, v. damnum, diff. 1. num. 7.* & alii. Sed probabile etiam, non teneri, ut docet Lessius *lib. 2 cap. 7. dub. 7. num. 31.* & 32. Azorius *p. 3. l. 13. c. 29. dub. 5.* & alii. Quia nemo tenetur in officio esse prudentior, & diligentior, quàm passim homines ejusdem officii esse solent. Itaque, si Advocatus causam amittat, eo quod non præstitit diligentiam, quam diligentissimus & doctissimus præstitisset, non tenetur ad restitutionem: si bona fide præstitit diligentiam quam diligentes & docti Advocati præstare solent, *p. 2. tr. 15. res. 59.*

An advocatus possit recipere salarium annuū à cliente suo nullam causam in illo anno patrocinatus est? Aliqui negant Aliqui affirmant.

5. Advocatus secundum Flores de Mena *lib. 1. q. 8. num. 54.* non potest recipere à cliente salarium annuum, si in aliquo anno nullas causas advocavit. Quia salarium ei debetur pro labore. Secundum Guttierez *lib. 1. q. 32. num. 1.* & 2. potest recipere. Primò quia non stetit per eum, quin advocaret. Deinde, quia in illo anno habuit obligationem ad advocandum in habitu, quæ obligatio est pretio æstimabilis: maximè, quia non potest contra suum clientem advocare, & sic amittit salarium, quod recipere posset ex parte contraria. Et tertiò, quia, si in illo anno cliens plures causas habuisset, respectu quarum salarium esse exiguum, non posset Advocatus petere majus. Sed ego puto cum Rebello *p. 2. lib. 22 num. 7.* & 8. salarium talis anni non integrum solvendum esse, sed diminuendum arbitrio boni viri. Nam, si cliens in illo anno habuisset causas, ipse multos labores sustinuisset, quos & facto non sustinuit. Nisi talis esset ingenii, ut mallet laborare, quàm otiari: in quo casu ex hoc capite non esset ei salarium diminuendum, *p. 2. tr. 15. res. 42.* Adverte etiam, quod, quamvis non possit cliens, & Advocatus paciscì de sumenda quarta verb. grat. vel tertia lucri parte, († *ex l. sumptus, ff. de pactis*) † DD. communiter: id tamen procedit in foro fori, eo quia Advocatus, in tali causa præsumitur modum legitimum patrocinandi pervertere, tamquam agens rem propriam: non autem in conscientiæ, si præsumptio deficiat, quia nimirum causa est justa, & ipse benè gerit, &c. Ita Victorellus *in Man. Navarr. 20. num. 30. part. 2. tract. 16. resolut. 47.* Cum qua etiam limitatione.

Ego existimo posse minuere posse diminutum. Et paciscì posse cum cliente de quota lite.

Advocatus esse potest judex in causa

6. Advocatus potest esse judex in causa, in qua fuit patronus. Nam *l. prætor, ff. de jurisd. omnium jud.* fundatur in præ-

sa, in qua fuit patronus In foro conscientiæ.

sumptione affectionis erga talem causam: unde procedit tantùm pro foro exteriori. Igitur in conscientia potest judicare, etiam altera parte insciâ, dummodo inordinatas exuat passiones. Ita Corduba *sum. q. 259 p. 3. tr. 5 resol. 56.*

Advocatus non excusatur ab irregularitate per protestationem, sunt aliquando accusator.

7. Quando Clericus, vel laicus, in causa criminali potest cum protestatione accusare sine metu irregularitatis, per dictam protestationem non excusatur ab irregularitate Advocatus. Quia in jure facultas protestationis solùm conceditur accusatoris. Ita Villalobos *tom. 1. tr. 21. diff. 27. num. 1.* Sed Præpositus *in 4. p. q. 5. dub. 13. n. 104.* & antè illud Coninch. *de Sacram. disp. 18. dub. 10. n. 95.* docent, in tali casu excusari etiam Advocatum, & testes. Nam alioquin jus accusatori non suffragaretur, quia accusatio non valet sine testibus, & indiget etiam Advocato, *s. 4. tr. 4. res. 32.*

Sed aliqui dicunt excusari.

An, possit advocare mutus.

8. Advocare an possit mutus omninò. Vide V. *Mutus num. 2* excommunicatus, vide V. *Excommunicationis, num. 55.* An Advocatus teneatur jejunare. Vide V. *Ieiunium, s. 27.*

Reges, Gubernatores, Medici, Advocati ex institia tenentur impedire aliter incurrunt in irregularitatem ex homicidio voluntario.

9. Reges, Gubernatores, Medici, Advocati non impedientes homicidium ad quod tenebantur ex justitia, sed id faciunt ex timore, vel ignorantia, possunt obtinere dispensationem ab irregularitate ab Episcopo, stando tamen in communi sententia affirmativa, & si ex odio non impedit, irregularitas esset ex homicidio voluntario. Castr. Palaus, & alii, *p. 10. tr. 11. res. 21.*

Debent sub mortali inspicere diligenter æquitatem, vel probabilitatem causæ.

10. Adde quòd Advocati debent sub mortali inspicere diligenter æquitatem vel probabilitatem causæ sibi propositæ. Quod si parum sibi videatur, non possunt suscipere defendendam. Si verò minùs probabilis quàm opposita, affirmare non possunt sibi videri probabiliorem, aut æquè probabilem, quia mentirentur, & interdum perniciosè cum damno clientis. Lugo. *de Princip. Theol. mor. p. 1. c 3. q. 9. n. 76.* Præpositus *in 1. 2. quæst. 19. art. 6. dub. 5. §. 1.* Joan. Henriq. *in comp cas. mor. c. 1. §. 3. num. 19.* Diana *p. 9. tr. 8. resolut. 62.*

ÆGROTUS.

1. ÆGrotus in mortis articulo, aut periculo constitutus, potest absolvi ab omnibus casibus, & censuris reservatis per quemlibet Sacerdotem, vide supra V. *Absolvere à num. 28.* Potest etiam communicare post cibum, vel medicinam. Vide V. *Communionis, à num. 39.* Quoad extremam Unctionem, vide V. *Extrema Unctionis.*

2. Ægrotus excusatur à jejunio, & si Horis Canonicis est astrictus, excusatur etiam ab illis. Vide suis in locis.

ÆTAS.

Ætas sufficiens ad discurrendum, Peccandum.

1.† ÆTas sufficiens ad discurrendum, in jure determinata est à septennio. Septennium igitur sufficit ad peccandum, ad contrahenda sponsalia, ad obligandum confiteri semel in anno, & sacrum audire; ad recipiendam extremam Unctionem, primam Tonsuram, & tres priores Ordines minores. At verò, ad contrahendam obligationem communicandi, & ad nubendum per verba de præsenti, requiritur annus pubertatis, qui in mari est decimus quartus, in fœmina duodecimus. A jejunio excusat ætas minor annis 21. & major 60. Ad Acolytatum requiruntur duodecim anni. Ad Subdiaconatum 22. ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25 omnes incepti. Ad Episcopatum & Cardinalatum 30. Vide hæc omnia suis locis.†

Recipiendæ Tonsuram, Ad incurrendas censuras. Et nubendum. Ætas requisita ad obligat. ieiunii. Ad Ordines, Episcopatû, & Cardinalatum. Vide infra de ætate.

2. Canonicus pœnitentiarius si potest haberi cum ætate 40 annorum, satis est si annus sit inceptus, sin minus potest eligi alius extra Diœcesim, dummodo sit insufficientia peritus. Francesc. & alii *p. 10. tr. 16. res. 86.* Pro eligendo Episcopo sufficit in Gallia 27. in Italia 30. completus Greg. XIV. §. sed cum. Pro Abbatibus, Decanis, Archypresbyteris, & de aliis dignitatibus habentibus curam animarum 25. inceptus Homobon. & alii *ibid. §. Notandum*, de non habentibus curam animarum 22. inceptus pro aliis verò diguitati-

gnitatibus, curam non habentibus debet esse cõpletus 22. Vasq. & S. Congr. §. *Sed his non obstantibus:* & hæc omnia pro dignitatibus in Cathedralibus. Pal. & alii §. *Sed Castrus.* Ad Cardinales requiritur ea ætas, ut infra annum possint ordinari ad ordinem, ad quem destinantur. Papæ verò non est terminata ætas à nullo jure. *ibid.* §. *Et tandem.*

3. Ætas probatur ex libris parentum in quibus ea notari solet, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. & plenissimè ex libro parochiali, *p.* 11. *tr.* 3. *misc. res.* 27.

AFFABILITAS.

Quid sit affabilitas.

1.† AFfabilitas est virtus, quæ conversationem hominibus juxta rectam rationem præscribit. †

Quæ eius obligatio.

2. Ratione affabilitatis ait Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 25. *art.* 6. *sect.* 3. *disp.* 25. *memb.* 3. *num.* 18. teneri nos omnibus hominibus non salutantibus respondere. Salutationem verò anticipatam non deberi, nisi quibusdam personis magnæ dignitatis, honoris causa. Allocutionem & conversationem deberi tantùm conjunctioribus. Quoniam verò affabilitas non est tantæ obligationis, salutationem, & resalutationem omittere, etiam quando debentur, ait non esse peccatum mortale, nisi fortè ex circumstantia personæ, & aliis cederet in magnam injuriam, vel scandalum gigneret, *p.* 2. *tr.* 5. *res.* 62.

Non salutare inimicum est peccatum per se. Sed secundùm aliquos non in Prælatis.

3. Non salutare inimicum per se peccatum est. Sed Mend. *vol.* 2. *disp.* 153. *sect.* 4 §. 64. solvit ab hac obligatione primò parentem, aut Prælatum, qui inimicum non salutaret in pœnam justam. Secundò inimicum, qui in aliquo casu raro non posset hostem salutare, absque infamia. Tertiò eum, qui infamem injuriam accepit, ut qui appellatus esset sodomita, fur, Judæus, aut simile: nam judicari debet salutationem omittere, non ex odio, sed ex dolore justo, qui justè tollit urbanitatis indicia, & alioqui judicaretur parvi æstimasse tam acerbam injuriam. Quartò eos, qui oculos habentes aut mentem distractam ita habent, vel simulant, ut prudenter

Nec quando timetur infamia?

æstimentur, salutationem non ex inadvertentia omisisse: Et tandem eum, qui videns inimicum inter tres, aut quatuor amicos, istos insalutatos familiariter alloqueretur capite tecto; nam illa allocutio, quamvis uni directa, cessatur salutatio omnium sociorum. Ita ille. Et Lorca *ubi sup. n.* 30. ait, non esse certum peccare mortaliter eum, qui occurrente inimico inter multos, salutat omnes, præter ipsum. Quia omissio salutationis etiam debitæ, non est peccatum mortale. Et deinde, quia potest id facere, non in odium, sed in significationem proprii gravaminis & injuriæ. Id tamen non approbat Fil. *tom.* 2. *tr.* 28. *cap.* 1. *num* 19 præsertim si inimicus prius salutavit. Item Valer. *diff. utriusque fori, v. remissio dif.* 2. *n.* 4. excusat ab obligatione allocutionis & salutationis propter aliquam inimicitiam, Religiosos, qui quotidie celebrãt, & sunt exemplares: nam cum his cessat scandalum. Sed hoc aliquibus displicet. Vide Zanard. *p.* 2. *pr. c.* 17. *Ibid.* & *p.* 5. *t.* 13. *res.* 89.

Vel ung. justus dolor, gravis injuria? Et in multis aliis casibus.

In quibus proinde tales absolvi possunt.

4. Ex his sequitur, absolvi posse patrem, qui non vult admittere ad colloquium filium, qui contra ejus voluntatem indigno, vel valdè inæquali, matrimonio se copulavit. Dummodo id faciat ad tempus & in castigationem absque iracundia, etiamsi idem familiæ præcipiat. Ita Laymann *lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 3. *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 182.

AFFINITAS.

Affinitas quid.

1.† AFfinitas est plurium inter se conjunctio orta ex copula carnali inter marem & fœminam. †

An oriatur ex effusione seminis solius viri?

2. Ad contrahendam affinitatem Villalobos *tom.* 1. *tract.* 14. *diff.* 11. *numero* 88. DD. communiter dicunt sufficere effusionem seminis virilis, quia hoc solum perficit generationem, ut tradit Aristoteles 2. *de gen. cap.* 2. & D. Thomas 3. *p. q.* 81. *art.* 5. *ad* 5. cum omnibus ferè Theologis. Sed contra sententia Hurtadi *de matr. disp.* 21 *diff.* 1. *numero* 4. & aliorum est probabilis & tuta in praxi: eamque clarè docet D. Thomas *in* 4. *disp.* 41. *q.* 1. *art.* 1.

Sententia negativa est probabilis.

q.1.art.1.q.4.ad 2. & Diu. Bonaventura, *in 4.dist.41.q.1.* Nam probabilis etiam est sententia medicorum duce Hippocrate *l. de genitura.* & Galeno *lib 6. de locis affectis, c.5.* quod semen muliebre sit necessarium ad generationem. Igitur in hac sententia, qui habuit copulam cum sorore uxoris, si illa non seminavit, potest nihilominus petere debitum. Item si eo modo quis cognouit uxorem, eaque mortuâ, aliam duxit, & cum ea matrimonium consummavit, non contraxit irregularitatem bigamiæ. Item matrimonium hoc pacto consummatum dissolvitur per professionem religiosam, & altero conjuge manente in sæculo, alter Religionem ingredi potest. Et hæc omnia dicta sunt in hac sententia probabili; quæ rursus confirmatur; quia Benedictus Pontifex *can. lex divina constitutioni* dicit, ideò osculum non parere affinitatem, quia nullam facit sanguinis commistionem, ergo ad affinitatem requiritur sanguinum commistio, *par.3.tract.5. resol.16. §. difficultas,* & *in Add. secund. resol.21. nec non par.4. tract.2.res.43.* & *p. 11.tra.5.misc.res.16.*

Ex quanonnulla corollaria deducuntur.

Non contrahitur affinitas si vir foras semen emittat Vel si ope dæmonu semen virile in uterum fœmineum deferatur.

3. Si vir in fine copulæ extrahat membrum, & foras semen emittat, quamvis postea illud casu in vas naturale incidat non contrahit affinitatem. Item, si semen virile ope dæmonis in uterum fœmineum deferatur, non contrahitur affinitas; quia illi non sunt facti una caro. Ita Pontius *lib.7.cap 33. num. 6.* contra Sanchez *lib.2.disp 21.nu.2.p.3.tr.5.res.1.*

An verò contrahatur ex copula fornicaria iure naturali?

Contraria sententia.

4. Ex copula fornicaria, jure naturali, secundum Hurtadum *de matrim. disp. 20.diff.2. num. 7.* contrahitur affinitas. Nam per illam vir, & fœmina fiunt una caro dicente Apostolo *1. Cor. 6. Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur, & erunt duo in carne una.* Unde in hac sententia infideles fornicantes inter se contrahunt affinitatem cum consanguineis utriusque. Sed contrariam sententiam tenet Sanchez *to. 2.disp. 65.num 9.* quia nulla sunt nomina, quibus hujusmodi affines nominentur. Et præterea in *l. non facile, §. affines, & §. sciendum est. ff. de grad. affin.* dicitur, neque cognationem, neque affinitatem esse posse, ubi nuptiæ non sint prohibitæ. Utraque sententia est probabilis. Et in hac secunda infidelis cognoscens mulierem, baptizatus deinde, potest ejus sororem in matrimonium ducere. Et fidelis cognoscens infidelem, posset ejus sororem fidelem sibi in matrimonium jungere. Ita Villalobus *tom 1. tract. 14. dif. 17. par. 3. tract. 4. resol. 262.* & *Add. 2. res. 21. §.* & *pro Coronide.*

Ambæ probabiles.

AGNVS DEI.

Agnus Dei non possunt pingi, & vendi.

1. EXtat Bulla Gregorii XIII. quæ incipit. *Omni arte*, prohibens sub pœna excommunicationis, ne circuli cerei benedicti, vulgò Agnus Dei, à quoquam pingantur, inficiantur, minio, vel auro notentur, aut venales proponantur. Circa quam,

Sed an vendi possint albi, ratione laboris &c.

2. Adverte primò, quod secundum Sanchez *sum. tom.1. lib.2.cap.43. num. 27* contra Azorium *tom.1. lib.9. cap.9. post quæst. 5.* non prohibentur vendi Agnus Dei albi ratione materiæ, laboris, impensarum in eis asportandis. Et sanè, qui illos pingendo, excommunicationem incurrit, non peccat postea retinendo domi non venales; quia non prohibetur. Ita idem Sanchez *part.3. tract. 6. resol.12.*

Et picti retineri?

3. Adverte secundò, docere Filliucium *tom.1. tract.14.cap.6.num.93.* hanc Bullam extra Urbem non esse usu receptam; quia Agnus depicti passim venduntur. At Fagundez *p.1. lib.1. cap.4.nu. 25.* docet, esse in vigore. Certum est tamen, hanc excommunicationem nemini reservari. Ita Barbosa *de potest. Episc.p.3. alleg.50.n.150. Ibid. §. Et tandem.*

Præsertim extra Vrbem?

4. Agnos Dei tangens, etiam laicus, seclusâ contemptu, non peccat, quia justificatur ab usu. Ita Sanch. *ubi sup. Ibid. §. Nota etiam.* An gestare Agnos benedictos in actu venereo, vel illos amasiæ dare, sit sacrilegium, vide V. *Circumstantia num.104.*

Agnus Dei tangi possunt à laicis.

ALIE-

ALIENARE.

Alienare bona Ecclesiæ sine certis solemnitatibus, & causa prohibetur.

1.† PRohibitum est in extrav. *Ambitiosæ* edita à Paulo II. alienare bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum ultra triennium sine licentia Papæ, & extra casum evidentis utilitatis Ecclesiæ, sub pœna excommunicationis, nullitatis contractus, & aliis. † Ubi etiam prohibetur oppignoratio; nam prohibita alienatione à jure, prohibita etiam est oppignoratio *l. fin. C. de reb. alien. non alien. p. 5 tract. 13. res. 16.* Et prohibentur alienari bona hospitalium. Ita Riccius, *p. 1. res. 37. nu. 1. p. 1. tr. 8. res. 77.* initio.

2. De alienatione bonorum Regularium, Vide V. *Prælati Regularis jurisdictio in alienando.*

Sed an solemnitas, & causa requirantur copulativè? Certant Doctores.

3. Unum hîc quæro. An alienatio stabilium alicujus hospitalis facta in evidentem ipsius utilitatem, sine tamen consensu Sedis Apostolicæ, sit valida & non incurratur excommunicatio? Respondeo. Bonacina *de contr. disp. 3. qu. 8. punct. 4. n. 11.* dicit, alienantes incurrere excommunicationem, & alienationem esse nullam; quia in Bulla præscribitur tanquam forma, ut interveniat solemnitas, & causa; absque forma autem actus non subsistit. Quaranta V. *alienat. num. 34.* & Rota Romana, *p. 3. lib. 2. decis. 225. num. 3. 4.* dicunt esse validam. Et ego puto cum Reginaldo *tom. 2. lib. 30. tract. 3. cap. 5. sect. 2 num. 69. & 70.* tales alienantes non incurrere excommunicationem. Quamvis ad tollendos scrupulos, deberent absolvi per Bullam, & petere consensum Summi Pontificis, *p. 1. tract. 8. res. 77.*

Clericus potest alienare patrimoniũ absque licẽtia Episcopi, & bona talia non dicũtur Ecclesiastica.

4. Quoad Alphonsum Portugalliæ Regem in alienatione. Vide *par. 8. tract. 1. res. 73. §. Notandum 1.* Clericus potest alienare absque licentia Episcopi patrimonium, quando habet unde vivat, *par. 9. tract. 8 res. 23.* Unde si alienavit, vel permutavit, aut vendidit, tenent hæc omnia *ibid. §. Verum*; bona verò patrimonialia ad quorum titulum ordinantur non fiunt bona Ecclesiastica, tametsi bona personæ Ecclesiasticæ sint. *ibid. § Et tandem.*

Non possunt alienari non servatu solemnitatibus.

5 Bona minoris, & Ecclesiæ, quæ servando servari possunt, alienari nequeunt non servatis debitis solemnitatibus, ut de bonis minoribus. *lib. 4. & toto tit. ff. de reb. eorum, & de reb. Eccles. d. extravag.* Ambitiosos. Quaranta, & alii, *p. 1. tract. 26. res. 52.* & utraque sententia est probabilis, & certè possunt obligari fructus, dummodo non sit soluendum lucrum cessans, vel damnum emergens *ibid.*

Fructus possunt obligari.

Clericus, an possit alienare patrimonium absq; licentia Episcopi.

6. Clericum posse alienare patrimonium absque licentia Episcopi, si aliunde acquisivit beneficium, vel alia bona sufficientia pro victu, negant Hugolin. Præposit. & alii; quia sic videtur statuere Concilium Trid. *cap. 2. sess. 21.* Affirmant verò Garcia, Molfesius, Azor. Ego verò utramque sententiam iudico probabilem; sed probabiliorem primam; quia aliàs frustratoriè apponeret Concilium, *absque Episcopi licentia. p. 9. tr. 8. res. 23.*

An dicatur alienatio sit nulla.

7. An verò talis alienatio facta absque Episcopi licentia, antequam Clericus habeat unde vivat, sit nulla; licet affirmativa sententia sit probabilior; contraria tamen non videtur carere probabilitate. Hæc authores habent Suarium, & P. de Ledesma: illa Præpositum, Avilam, Molinam, & colligitur ex Tridentino *ibid. §. Sed hic oritur.*

Ex dotali non potest emi ager.

8. Ex pecunia dotali pro monialibus, ubi usu non habetur non potest emi ager, vel vinea absque assensu Apostolico. P. Bossius *par. 10. tr. 16. res. 51. §. Nota hic obiter.*

Absque assensu Pontificis non possunt alienari.

9. Speculativè loquendo, probabiliter posset dici, quod bona Ecclesiæ relicta possint alienari absque assensu Apostolico, non practicè absque illo: sic et iam in praxi non est observatum, quod Ecclesia possit permutare sua bona cum Principe absque eodem assensu. Din. *par. 10. tract. 16 resol. 21.*

Nec cum Principe permutari.

Si dolosè non fit, non incurritur.

10. Alienare partem, vel totam Reliquia non incurritur in pœnas Paulinæ, dummodo dolosè non fiat. Dian. *p. 10. tr. 14. res. 21.*

ALLOQVI MONIALES.

Alloqui Moniales, prohibitum sub censura.

1.†. ALloqui Moniales interdictum est omnibus, præter casus exceptos, vel cum certis solemnitatibus. Prohibitum verò est juribus, quæ citavimus V. *Accessus*, prohibentibus accessum ad colloquendum cum Monialibus: † Et quidem alloquutio primariò, & per se prohibetur, accessus verò secundario, & quatenus ad allocutionem requisitur. Ex quo contra Graffium, *tom. 1. cons. 22. num. 23.* cum Henriquez *lib. 13. cap. 25. n. 2.* dicendum est, alloquentem Moniales de domo sua Monasterio vicina, si excommunicationem incurrere, *p. 3. tract. 2. res. 48. §. Nota septimò.*

Etiam de propria domo finitima.

Etiam si Monialis nō respondeat. Minimè verò, ipsam audire.

2. Prohibitum verò est, Monialem alloqui, quamvis ipsa non respondeat. Ita Graffius ubi supra *numer. 30.* Monialem verò audiens, & non respondens, nō incurrit excommunicationem: quia audire non est loqui. Quidquid in contrarium ipse dicat. Non tamen admitto, quod aliqui docuerunt, nimirum, quòd, si quis Monialem alloquatur non respondentem, non incurrit excommunicationem, quia nimirum prohibita est collocutio, id est, *simul locutio p. 3. tract. 2. resol. 48. §. Nota primò.* Idem dic, si quis alloqueretur Monialem per nutus, & signa. Minimè verò si quis alloqueretur per interpositam personam, vel mitteret illi nuntium, vel epistolam. *Ibid. §. Nota secundò.* Vel illam alloqueretur lingua ab ipsa non intellecta, per interpretem. *Ibid. §. Nota quartò.*

Alloqui per alium, per epistolam, vel interpretem.

Si loquitur Regularis, puniri potest ab Episcopo.

3. Nota hic primò. Regulares, etiam exemptos, alloquentes Moniales absque licentia puniri posse ab Episcopo, ex constit. Greg. XV. & declaratione Cardinalium. Etiamsi loquatur in Monasterio exempto, ut notat Bonacina. *de claus. quæst. 3. punct. 4. num. 8.* Ex qua declaratione non colligitur, quod Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ possunt peculiari statuto prohibere Regularibus exemptis colloquium cum Monialibus sub pœna excommunicationis. Unde cum Sanchez *de matr. to. 2. l. 7 disp. 33. numer. 33.* tenendum, quod Religiosi exempti non incurrunt excommunicationem Episcopalem contra colloquentes cum Monialibus absque licentia. *Ibid. §. Nota octavò.* Et ita declaravit Sacra Congregat. *sub die 9. April. 1587.* apud Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 1. lib. 1. cap. 10. num. 17. p. 3. tr. 2. resol. 103.* Quæ præterea declaravit, Regulares loquentes cum Monialibus contra formam decreti ipsius Sacr. Congr. præter pœnas privationis officiorum, voc sque activæ, & passivæ, peccare etiam mort. *p. 1 tr. 10. resol. 22. & p. 3. tract. 2. res. 104.*

Sed non incurrit excō municationē ipsius.

Quamvis incurrat pœnas decret. Sacr. Congregat & peccet mortaliter.

4. Nota secundò, quòd licentiam loquendi cum Monialibus dare potest non solùm Episcopus, sed etiam ejus Vicarius: & si detur infinitè, expirat per primam allocutionem. Debet verò esse scripta. Sed in foro conscientiæ sufficit verbalis. Vide Ricc. *p. 3. coll. 584. p. 3. t. 2. res. 48. Nota decimà.*

Ad loquendum cum Monialis requiritur licentia Epi, scopi, vel eius Vicarii inscriptu.

5. Nota tertiò, nomine Monialium in dicto decreto non venire Abbatissam. Vide *v. Abbatissa. num. 10.* Neque novitias: quia in pœnalibus stricta interpretatio adhibenda est: Ita Graffius *t. 1. cons. 22. num. 26. Ibid. §. Nota nonò* Prohibitio verò de non loquendo cum Monialibus, non comprehendit pueros, & puellas ante annum 14 per ea, quæ docet Bonac. *de cens. disp. 1. quæst. 1. punct. 4 n. 7.* Nec pēregrinos, qui ibi domicilium non habent. Nec Episcopos extraneos. Ita Graff. *de cas. res. lib. 1. c. 5. n. 27. & 54.* licèt contrarium teneat Gratian. *t. 2. c. 393. n. 20.* & hic Panormi. servetur. *Ibid. §. Nota quintò.*

Non est prohibitum loqui, cum Abbatissa, vel Novitiis.

Et cum aliis loqui possunt pueri Pegrini. Et Episcopi.

6. Nota quartò, à dicta excommunicatione incurrenda excusare parvitatem materiæ. Ut, si Monialem paucis alloquaris, si transiens illam salutes, vel salutanti respondeas. Ita Finellius *de cas. res. cap. 5. num. 8 par. 5. tract. 9. res. 46.* in fine Est autem parva locutio, quæ durat solùm per unum *Miserere. p. 3. tr. 2. res. 48. §. Nota sextò & res. 104. & tract. 5. res. 69.* Excusat etiam metus. Unde, si servus, impel-

Reliqui verò excusari possunt ex parvitate Materiæ.

Metu.

impellente ad id efficacibus minis domino, ad Moniales accederet, & turpiter loqueretur, peccaret quidem, † quia actio est intrinsecè mala, † sed non incurreret excommunicationem; nam leges Ecclesiasticæ non obligant cum tanto incommodo, *p.3 tr.2 ubi suprà.* Excusaretur præterea, tum à censura prædicta, tum etiam à peccato, si aliquis v.g. Religiosus declararet Moniali casum conscientiæ, quia hæc locutio est quædam species sermonis & exhortationis, *p.3. tr.2.res.104.*

Et qualitate sermonis.

Potest regulari cum licentia Episcopi alloqui Moniales. idque potest cū fœmina seculari existente in Monasterio.

7. Regularis potest alloqui Moniales cum licentia Episcopi absque assistentia confessarii illarum, vel auscultatricium, *p.9.t.7.res.34.* Non potest alloqui in diebus Vigiliarum, aut quatuor temporum *ibid. resol. 35.* Potest verò cum fœmina seculari in Monasterio existente etiam de negotio profano cum licentia Episcopi, *ibid. §. Nota tamen.* Quando ad hoc non obstat stylus Curiæ, vel consuetudo, aliter necesse est licentia Sacræ Congregation. ibid. *p.9.tr.7.res.64.* Alloquentes cum Abbatissa non incidunt in excommunicationem.

Non extenditur ad socium. Si nō potest alloqui alia die. est necessaria subscriptio Superioris monasterii.

8. Licentia concessa Regulari alloquendi non extenditur ad socium, *ibid. res. 33.* Et si non potest alloqui die præscripta in licentia, potest alia die, si parum intercedat temporis, *ibid.* & requiritur subscriptio superioris Regularis illius Monasterii, post subscriptionem Episcopalem, vel ejus Vicarii, *ibid. §.* Notandum. Possunt etiam alloqui exercendo aliquod opus pietatis, vel exponendo aliquem casum conscientiæ, non incidendo in pœnam Sac. Congregat. tamen in foro externo possunt puniri ab Episcopis tamquam delegatis à Sede Apostolica, *ibid. res. 14.* Vide etiam *num. 3. §. Nota.*

In foro externo possunt puniri ab Episcopo.

ALTARE PRIVILEGIATVM.

Non potest Pontifex applicare Indulgentiam defuncto per modum satisfactionis.

1 ALtare privilegiatum est illud in quo à Papa concessa est indulgentia plenaria pro mortuis, *part. 9. tract. 2. res. 1.* Nec talem Indulgentiam pro mortuis potest Pontifex applicare per modum absolutionis, sed per modum suffragii. *ibid. resolut 2.* Adverte, quod quando Laicis conceditur applicare Indulgentiam per modum suffragii intelligitur, te designare defunctum, cui Pontifex immediatè, & directè Indulgentiam applicat. *ibid. §. Nota tamen.* Quoad excommunicationis absolutionem defunctorum. *ibid.*

Est designare defunctū ut applicetur Indulgentia Altaris privilegiati, & infallibiliter habet effectum. Ita seculari cū medalia.

2. Indulgentia, quæ conceditur Altari privilegiato, ut applicetur defunctis, infallibiliter habet effectum, maximè si sacerdos celebrat in dicto Altari pro defunctis infallibiliter liberatur anima à Purgatorio, sic etiam secularis dum se communicet cum Medalia, in qua est appensa indulgentia, *ibid. res. 3.* Nec requiritur, ut sacerdos sit in statu gratiæ quando celebrat pro defuncto in Altari privilegiato, secus autem si pro se applicat Indulgentiam. *ibid. res 4.*

Indulgentia & sacrificiū applicare tenetur Sacerdos defuncto. Substantia operis necessaria. pro liberatione animæ.

3 Sacerdos celebrans in Altari privilegiato tenetur non solum Indulgentiam, verum etiam, & sacrificium applicare defuncto: quando Indulgentia dicit (quoties Sacerdos in tali Altari celebraverit, liberabit animam à Purgatorio) tunc satis est applicare Indulgentiam, & non sacrificium. *ibidem res. sol. 5. & 25.* Sed quando conceditur liberatio animæ, pro qua dicitur Missa, vel recitatur Corona, vel quid simile, tunc necesse est substantia operis, aliter non. *ibidem §. Nota etiam;* Missa celebrata in Altari privilegiato applicata pluribus, singulis æquè prosunt, sed si terminato defuncto tantummodo animæ illius profit, *ibid. §. Et tandem 4.* Non requiritur ex parte defuncti aliquid, ut Indulgentia Altaris privilegiati habeat suum effectum, cum non apponit obicem, & cum sit in statu gratiæ, *ibid. res. 6.*

Missa pluribus applicata singulis prodest.

Quando nō apponit obicē defunctus, Indulgentia habet suum effectum.

Missa celebrata pro anima non indigente, magis indigentib. dispensatur à Deo.

4. Missa celebrata in Altari privilegiato pro anima specialis defuncti, si hæc non indiget tali beneficio, si in Cœlis est, à beatis plus indigentibus applicatur, si in inferno, voluntate interpretativa applicatur magis indigentibus, & derelictis, & quando à celebrante tacitè, vel expressè intenditur suffragari sibi

conjunctis cum anima non indigeat, intelligatur pro magis indigentibus, & si nemini, applicetur per divinam misericordiam aliis indigentibus, *ibid. resp.* 7.

Missa privilegiata debet esse de Requ.

5. Missa in Altari privilegiato necesse est dici de Requiem, sic declaratum fuit à Sacra Rituum Congregatione. *ib. resp.* 8. & 29.

Numerus Sacerdotum non est essentialis conditio pro validitate privilegii.

6. Numerus Sacerdotum descriptus in Brevi Apostolico pro Altari privilegiato non est conditio essentialis necessaria ad valorem privilegii, sed est tantum narratio petentium privilegium, & ut satisfieret occurrentibus obligationibus. *ibid. resp.* 9.

Septennalis verò intelligitur à die publicationis, in prorogatione de ultimo septennii.

7. Quod ad clausulam negativam solitam apponi in privilegio similis Altaris intelligitur de materia favorabili, unde latè interpretanda est. *ib. resp.* 10 Clausula verò de septennis intenditur à die publicationis in loco, & definit eodem die septennii, sed in prorogatione incipit finito primo septennio, *ibid. resp.* 11.

Sacerdos obligatus celebrandi privilegiato si pro majori commodo Ecclesiæ tenetur ibi celebrare, non aliter.

8. Sacerdos habens onus celebrandi in Altari, vel Capella, aut Ecclesia privilegiata, si hoc fiat pro majori Ecclesiæ commodo, vel devotione tenetur ibi celebrare, aliter potest in alio Altari, vel Ecclesia cum Medalia Indulgentias habente, & obligationi satisfacit. *ibid. resp.* 12. Item dicendum est, si pro aliquo justo impedimento, vel causa in illo Altari, Ecclesia, vel Capella celebrare non possit. *ibid. resp.* 13.

Sacerdos obligatus pro celebratione non potest per alium satisfacere, maximè si hoc titulo fundatum est Altare.

9. Sacerdos Capellanus obligatus celebrare in Altari privilegiato, quando obligatur pro celebratione tantum, potest per alium Sacerdotem satisfacere, secus autem si fundatum est Altare, ut personaliter celebret quotidie, vel eo adjuvet cantando, vel Curæ. *ibid. resp.* 14. Item Capellanus celebrans alibi, cum sit obligatus in Altari privilegiato non tenetur aliquid restituere, sed peccat mortaliter frangendo fidem fundatori. *ibid. resp.* 15.

Obligatus non tenetur aliquid restituere, peccat tamen mortaliter.

10. Si testamento relinquatur certa summa pecuniæ, ut Missæ celebrentur in omnibus Altaribus privilegiatis Ecclesiæ, intelligitur etiam de erigendis. *ibid. resp.* 16. Et valida esset impetratio Altaris privilegiati à Regularibus in eorum Ecclesiis, si non fuerit facta mentio in concessione de alio Altari privilegiato impetrato inscitis ipsis Regularibus, *ibid. in medio resol.* 17. *vers. Addo.* vide desuper Dicast. *de Sacr. to. 2. tr. 9. disp. 1. dub. 7. nu. 120.* Si altare stabile transferatur, non amittit consecrationem sitam, perit cōsecratio si frangitur, vel amovetur sepulchri sigillum. *c. ad hæc de consec. Eccles. vel alt.* item si enormis sit fractio mensæ, qualis censetur esse pars quarta. *p. 11. tr. 8. resp. 8.* ex Gobat *de indulg. p. 2. c. 16. q. 76. n. 537.*

Intelligitur de erigendis.

Ecclesia vel Altare diruto desinit indulgentia, non autem si parum & paulatim readificatur Missa privilegiata vivis non prodest. Est contra usum Ecclesiæ Missas de Requiem dicere pro vivis.

11. Si Altare privilegiatum, vel Ecclesia diruitur, privilegium ultra non valet, sed si paulatim est dirutum, & reædificatum Indulgentia acquiritur, sed si Altare convertatur in Ecclesia visitando illam lucratur Indulgentia. *Ibid. resp.* 17.

12. Missam celebratam in Altari privilegiato, quatenus privilegiatum est. (Non quatenus Missa est sacrificium, & opus satisfactorium) videtur viventibus prodesse non posse, *ibid. resp.* 18. Possunt dici Missæ de Requiem pro vivis, tamen est contra vsum Ecclesiæ; melius est Missa Sanctorum, vel pro peccatis. *ibid.* § *Sed hic obiter.*

Non est peccatum non promittere celebrare in Altari privilegiato. Altaria privilegiata non communicantur, nec revocata sunt Regularibus

13. Regulares, quibus dantur eleëmosynæ pro defunctis, ut celebrent in Altari privilegiato, non peccant mortaliter, si non promittant illas celebrare, *ibid. resp.* 19. Unum Altare unius Religionis non communicatur aliæ Religioni *ib. resp.* 20. Altaria privilegiata Regularibus concessa, non fuerunt revocata per Bullam Pauli V. 1606. *resp.* 21.

Per Bull. Cruciatæ, & annum Sanctum vivis pro defuncto Indulgentia non suspenditur.

14. Altare privilegiatum non suspenditur per Bullam Cruciatæ. *ibid. resp.* 22. nec per annum Sanctum *resp.* 23. neque Indulgentiæ concessæ vivis, ut applicentur defunctis. *ibid.* §. *Sed hic obiter.* Et Sacerdos tenetur applicare etiam sacrificium pro anima pro qua celebratur in Altari privilegiato, & eo die, cui designatum est, quia in alio die prosit, ut Missa ordinaria, non ut privilegiata, *ibid. resp.* 24. Item dicendum est, si propter mutationem domicilii,

per

Missa celebrata non in die designato prosit ut ordinaria. Cæteru pari, bus utilius est missa privilegiata quàm Bulla Cruciatæ Catechumenus prodest per modum suffragii. Parva donatio ratione liberalitatis non irritat valorem brevis.

vel aliam justam causam non potest celebrare in illo Altari, debet in alio privilegiato celebrare. *ibid. §. Nota etiam.*

15 Utilius est (cæteris paribus) celebrare Missam in Altari privilegiato, quàm accipere Bullam Cruciatæ pro defunctis, *ibid. ref.* 26. Indulgentiæ Altaris privilegiati prosunt Catechumenis per modum suffragii quatenus sunt sub potestate Christi, non autem applicatio sacrificii missæ privilegiatæ: unde consulerem Christianos celebrare facere Missas dum vivunt pro eorum satisfactione, *ibid. ref.* 27.

16. Clausula de præsentatione privilegii, vel brevis (ne quid minimum detur pro illis) non irritat valorem Brevium, si aliquid detur ratione liberalitatis, affirmant de hoc aliqui, alii negant, tu cogita. *ibid. ref.* 28.

Licet dicere Missam die Dominico de Requiem infra oct. omnium Sanctorum, & in festo duplici.

17. Licet dicere Missam privatam de Requiem in die Dominico infra Octavam Omnium Sanctorum in Altari privilegiato; quia videtur quod Pontifex vult illam concedere, & ita de festo duplici non autem de aliis Missis defunctorum *ibid. ref.* 29. & 28.

Tenetur fructum, & indulgentiã applicare.

18. Sacerdos celebrans in Altari privilegiato, tenetur applicare fructum, & indulgentiam cum una sola eleëmosyna, Dian. *p.* 10. *tr.* 16. *ref.* 20.

ANIMÆ PURGATORII.

Indulgentia prosunt defunctis. Qui applicentur.

1. Indulgentias prodesse defunctis constas fuit semper traditio & sensus totius Ecclesiæ Catholicæ; cujus quidem oppositam sententiam Toletus *lib.* 6. *cap.* 26. appellat hæresim. Nam sicut fideles privati possunt applicare pia opera per modum satisfactionis in subsidium defunctorum: ita Pontifex ut Caput, poterit ex thesauro Ecclesiæ pro eisdem defunctis applicare satisfactiones Christi & Sanctorum, mediis Indulgentiis; ratione Scil. illius unionis, quæ est per charitatem, & quæ facit, ut inter nos, & defunctos sit bonorum spiritualium communicatio, *p.* 9. *tr.* 2. *ref.* 2.

Utilius est,

2. Utilius videtur, ratione certitudinis Indulgentiæ, Bullam Defunctorum pro anima accipere, quàm pro ea Missam in Altari Privilegiato celebrare. Quia, communiter loquendo, causa, ob quam Indulgentia conceditur in Altari privilegiato, solet esse particularis, v. g. devotio Sancti, Indigentia Ecclesiæ, &c. Quæ tantam certitudinem præ se ferre non videtur, sicut causa generalis, nempe belli subsidium contra fideles, ratione cujus Bulla conceditur. *p.* 9. *tract.* 4. *ref.* 16.

Bullam defunctorum pro anima accipere, quàm pro ea Missam in Altari privilegiato celebrare.

Citiùs liberatur anima per plures missas in uno die, quam in pluribus seorsim persolutas. Vident Anniversaria.

3 Ad celeriorem liberationem animæ à pœnis Purgatorii, plus valet, si Missæ dicantur plures in una die, quàm si in pluribus diebus. Anton. Raguccius *de voce Canonicorum*, &c. & *tract. de Missa, quæst.* 69. *num.* 1. & alii. Non damno tamen Anniversaria relinqui solita à fidelibus tempore mortis: sed magis admonerem, ut Missæ quantocyus celebrentur *p.* 9. *tr.* 2. *ref.* 27. *vers. Dico secundò.* Vide *altare privilegiatum* & *indulgentia*.

APPELLATIO.

Appellatio quid. & quotuplex.

1. † Appellatio est à minore Judice ad majorem provocatio pro injuria irrogata, vel irroganda, Undè duplex est. Altera ab illato gravamine, & dicitur, appellatio via gravaminis. Altetera à gravamine inferendo, & dicitur appellatio via devolutionis. Prima fit post latam sententiam, secunda, ante illam, & dicitur etiam recusatio. Qui appellare possit, à quo, quomodo, quoties, quando, &c. Vide 2. *quæst.* 6. *per totum*. Appellatio esse potest illicita. Primò ratione sententiæ, de qua fit appellatio. Secundò ratione judicis, à quo fit. Tertiò ratione Judicis, ad quem fit. Et tandem quartò ratione modi, quo fit. Ex primo capite.

Appellare non potest judex laicus à sententia Episcopi, quod reus gaudeat immunitate.

2. Quando Episcopus judicat, reum gaudere immunitate Ecclesiæ, ad quam confugit, non potest judex laicus de tali sententia appellare. Ita Peregrinus *de immunit. c.* 16. *num.* 33. contra Farinacium *Append. c.* 27. *n.* 372. Quod Bonacina

cina *de leg. disp. 3. q. 7. punc. 7. numer. 11.* dicendum etiam putat, quando Episcopus declararet contra reum. *part. 3. tract. 1. res. 38. & part. 4. tract. 1. res. 97.* utrobique in fine.

An neque reus si declaret, non gaudere? Appellare non potest hæreticus à sententia definitiva: Sed potest ab interlocutoria.

3. Hæreticus à sententia definitiva contra eum lata appellare non potest, sicut nec ejus hæredes. Ita habetur *in cap. ut Inquisitionis, de hæret. in 6.* Potest tamē appellare ab interlocutoria, & à decreto torturæ, *ex lib. 2. Cod. de appell. recip. & l. penult. Cod. quorum appellat. non recipiuntur.* Ita Simanca *Enchir. tit. 52. num. 11. Cath. institut. tit. 6. numer. 2. & tit. 65. num. 2. part. 4. tract. 6. resol. 20. & tract. 8. res. 20. & 32.*

Licita est appellatio à sententia lata ex opinione.

4. Item secundum Ledesmam *tom. 2. tractat. 8. cap. 24. concl. 8. diff. 2.* appellatio de sententia lata secundum opinionem probabilem est illicita. Nam judex rationabiliter talem sententiam tulit. Et alioqui, si liceret ab hujusmodi sententiis appellare nunquam finirentur litigia. Sed contrarium dicendum, est non solùm, si sententia lata sit secundum opinionem probabilem: probabiliori relicta, sed etiam si secundum probabiliorem, & communiorem. Nam judex appellationis ferre potest sententiam, & quidem justè, secundum opinionem minus probabilem. Ita tenet Joannes à Cruce. *part. 1. pr. 8. artic. 3. dub. 11. concl. 2.* in causa sanguinis. Quod etiam dicendum est in aliis causis non solum criminalibus sed etiam civilibus, contra Malderum. *in 2. 2. tractat 6. cap. 2. dub. 4. part. 3. tract. 5. resol. 104.*

Vel etiam probabiliori relicta.

Illicita appellatio à sententia Regis, Præfecti.

5. † Ex secundo capite † illicita est appellatio à sententia Regis, à Rege enim non appellatur. Ita Corsettus *de præst. Regis. p. 3. q. 22. num. 18.* Item neque à sententia Præfecti *ex l. 1. ff. de offic. Prætoris. p. 5. tr. 2. res. 36.*

Et Congregationis Cardinalium; Non tamen unius. Quamvis de uno videatur etiam congruum.

6. Item non appellatur à sententia totius cœtus Cardinalium. Ita Albanus *de Card. q. 42 priv. 3.* & DD. communiter. Qui tamen omnes asserunt, licitam esse appellationem à sententia unius Cardinalis. Sed in favorem Cardinalium posset quis dicere, quòd Cardinales æquiparantur Præfecto; ut docet Glossa *in l. 1. ff. de Offic. Prætoris*, quod videtur dicere ad insinuandum, quod à sententia Cardinalium non datur appellatio, quia in eo textu id determinatur de Præfecto. Item Cardinales æquiparantur Regibus, & ideò illis inferentes injuriam puniuntur ut rei læsæ majestatis. Igitur videri posset, quod nec à sententia unius Cardinalis appellare licet. Sed prima opinio est communis. *Ibid.*

Quod certū est si illi cōmittantur aliqua causa (appellatione remota.)

7. At verò, quando aliqua causa Cardinali committitur cum clausula, *appellatione remota*, tunc illicita est omnis appellatio non solum frivola, & frustratoria, quam hujusmodi clausula tollere solet, secundum Cenedum *qq. can. c. 45 n. 43.* & alios. Sed etiam legitima. Ita Farinac. *fragm cr. p. 2. v. Iudex num. 963.* Albanus *de Card. q. 42 privil. 4. & alii p. 5. tr. 2. res. 37.*

Potest tamē Cardinalis judex recusari. Etiamsi sit delegatus. Sed causa debet esse multum relevans. Et alii absolutè id negant.

8. Sed quæres, An Cardinales, si sint Judices recusari possint? Respondeo affirmativè, ex causa justa, etiamsi sint Judices delegati. Ita Rolandus à Valle *lib. 3. cons. 19. numer. 17.* qui idem docet de Cardinali legato à latere. Attamen justa causa debet esse multum relevans. Nam Cardin. recusatio non est ita facilis sicut aliorum. Ita *Alb. de Card. quæst 42.* & alii. Sed, his non obstantibus, Guazzinus *defens. 1. cap. 29. numer. 102.* docent Cardin. judices recusare non posse, nisi essent judices alterius Cardin. Ita etiam Præpos. *in c. Postremò, n. 9 p. 4. tr. 2. res. 30.*

Licita appellatio Religiosis ex causa justa. Etiam in Religionibus habentibus privilegium in contrarium illicita est appellatio à judice Eccles. astico ad laicum.

9. Aliquæ Religiones habent privilegium interdicens Religiosis appellationem. Sed hoc privilegium intelligendum est secundum jus commune, de appellatione scilicet frivola, & quando Prælatus non gravat. Non autem quando gravamen est manifestum. Ita Sanchez *sum. tom. 2. lib. 6. c. 8. n. 10. p. 3. tr. 2. res. 54. §. Notandum.*

10. † Tertiò appellatio debet fieri ad judicem competentem, & suo ordine. † Unde omnis appellatio à judice Ecclesiastico ad judicem laicum est illicita, quia is non est competens.

Quod

Quod intelligendum etiã est de rescripto, seu Apostolis, testificantibus de appellatione facta coram judice Ecclesiastico ad Papam, & impedientibus, ne interim reus molestetur, quæ appellatur appellatio tuitiva, in Regno Portugalliæ concedi solita. Nam hujusmodi appellatio offendit libertatem Ecclesiasticam & illam reprobare videtur Tridentinum *sess. 25. cap 4.* & praxis Curiæ Romanæ, quæ Candelabrum Vivaldi, quòd cum aliis hanc appellationem defenderet, suspendit. Ratio autem est, quia hoc pertinet ad judicem Eccl. ad quem quis in tali casu potest recurrere, ut jura concedunt, non verò ad sæcularem, quod jus Canonicum prohibet, *p. 1. tr. 2. res. 103.*

Etiamsi cum primo Ecclesiastico deciderat laicus.

11. Item, quando causa decisa fuit per duos judices, unum Ecclesiasticum, & alium sæcularem, appellatio debet fieri ad Ecclesiasticum; quia judex appellationis debet esse judex competens utriusque arbitri, qualis esse non potest judex laicus. Et præterea; quia dignus trahit ad se minus dignum. Ita Felin. *in cap. 1. de præscr. num. 7.* contra Convarr. *lib. 1. var. c. 22. p. 4. tr. 1. res. 54.*

Reus hæreticus, quando potest appellare debet ad Papã. Sed in Hispania, ad supremum Inquisitorem.

12. Quando reo hæretico conceditur appellatio, appellare debet ad Papam, si gravamen illatum sit ab Inquisitoribus Tribunalis Romani. Si verò ab Inquisitoribus Tribunalis Hispani appelare debet ad supremum Inquisitorem, ex privilegio Apostolico. Quod si gravamen illatum est ab Episcopo personæ non exemptæ, hæc appellare potest ad Metropolitanum. Non autem exempta; sed debet appellare ad Papam. Quia Episcopus contra hæreticos exemptos non procedit ut judex ordinarius, sed ut delegatus. Vide text. in cap. *ad abolendam*, & Simancam *cath. inst. tit 26. n. 6.* cum aliis, *p 4. tr. 7. res. 32. §. Quando.*

Si autem gravamen tulit Episcopus, non exẽptus, appellare potest ad Archiepiscopum. Exemptus ad Papam.

13. † Ordo appellationis requirit, ut appellatio prius deferatur ad judicem, qui sit proximè superior, & sic gradatim. Ita habetur in jure communi. † Unde ait Decius *in c. consuluit. numer. 45. de appell.* quòd, quando quis appellaret generaliter à sententia censuræ, non exprimendo, ad quem, præsumendum esset appellationem ad proximum superiorem factam fuisse: nam quamvis ex privilegio, omisso medio, appellare potuisset ad Papam, vel ejus legatum; tamen in dubio præsumitur uti jure communi potius, quàm privilegio *l. ejus §. militia, ff. de milit testam. l. in testamento, C. de testam. militis.* Ita ille valdè probabiliter. *p. 5. tr. 10. res. 18.*

Appellatio debet fieri proximiori Superiori & sic gradatim Ita jus commune.

Et pro Regularibus decretum præterea Clem. VIII. & declaratio Cardinalium. Sed aliqui docent posse Regulares hunc Edictum violare.

14. In Regularibus præter jus commune extat Decretum Clem. VIII. & declaratio Cardinalium, quòd debeant appellare cum ordine à Guardiano ad Provincialem, ab hoc ad Generalem, à Generali ad Cardinalem Protectorem, ab hoc ad Papam. Et ita tenent Duardus *in Bulla Cœn. lib. 2. can. 9. g 37. num. 8.* & alii. Sed Protellius *dub. Reg. 5. Appellat. num. 3.* stante praxi, ait, omissis illis mediis, posse Religiosum statim appellare ad Papam, vel Nuncium, *p. 3. tract. 2. res. 54.*

Appellatio debet fieri in scriptis. Sed justa causa ab hoc excusat.

Quod attinet ad modum appellationis à gravamine, illa debet fieri in scriptis, & continere debet duo, id est, gravamen, à quo appellatur, & causam gravaminis in specie. Ita Pena *part. 3. tom. 31. p. 4. tract. 6. resol. 20. §. Nota tamen.* Nisi justa causa hæc impediat, ut, si Regularis à superiore gravatus, timeret Apostolos petere, & litteras appellationis præsentare. Nam non est petendus consensus ab eo, qui vexat iniquè, vel de cujus culpa corrigenda, & emendanda curatur. Igitur potest se ad superiorem transferre, quæ appellatio dicitur, arrepto itinere, & sine scripto. Neque hoc intendit prohibere Concilium Tridentinum *session 25. cap. 4.* Imò in tali casu, si Religiosus ferendo habitum Religionis, timeret detegi, & comprehendi à Prælato iniustè gravante, posset habitum dimittere, quia illum portare tenetur præcepto humano; quod non obligat cum tanto periculo Ita Portellus V. *Habitus, num. 3. p. 3 tr. 2. res. 56. & 115. §. Non desinam.*

Vnde Religiosus timẽs maius gravamen, appellare potest arrepto itinere. Etiam sine habitu.

16. Appellatio alternativè facta ad plures competentes. (v. g. *Appello ad Archiepisco-*

Appellatio alternativa

[ad hunc, vel illum] secundum aliquos invalida.

chiepiscopum, vel ad Papam, aut: *Appello ad quem jure possum, & debeo*, aut conjunctiva: *Appello ad hunc, & ad illum*) secundum aliquos est invalida, & incerta. Sed Panormitanus *num.* 11. ait, quòd si judici competenti alius incompetens per alternationem adjicitur, appellatio non est vitiosa. Sed quid, si uterque judex appellatus æquè competens sit? Aliqui dicunt appellationem esse inutilem, ex certitudine orta inter judices. Sed ego puto, non esse adeo inutilem, ut habeatur pro non scripta. Nam incertitudinem tollere potest appellans, eligendo alterutrum ex judicibus nominatis, sed intra terminum appellationis. Hæc omnia Magrouiejo *tom.* 1. *in c. cum consuluit, n.* 9. & 10. *de appell p.* 5. *tr.* 10. *vers.* 18. §. *Sed quid,*

Secundum alios nō ita.

Et si uterq; judex sit æquè competens puto esse validā.

17. † Terminus ad appellandum de gravamine in omnibus causis est decem dierum à die latæ sententiæ ex cap. *quod ad consultationem de re jud.* † At in sententia excommunicationis Auila *p.* 2. *c.* 5. *disp.* 5. *dub* 11. *concl.* 3. & alii contra Abbatem *in cap. præterea de appellat.* docent, esse totum illud tempus, quo conditio ad incurrendam excommunicationem non impletur, *p.* 5. *tr.* 9. *ref.* 64. §. *Sed difficultas.*

Et indifferentiam tolli per electionem appellandi intra terminum.

Qui in omnib. causis est decem dierum.

An etiam in sententia excommunicationis?

18. Effectus appellationis legitimè factæ est, eximere appellantem à potestate judicis, à quo sit, hucusque quoad illum articulum jurisdictionem suspendere, ex cap. *pastoralis* 53. *de appell.* Itaque appellans à sententia excommunicationis ferendæ, illam non incurrit *par.* 5. *tr.* 9. *ref.* 30. in fine.

Per appellationem tollitur de potestate judicis.

19. Per appellationem subsequentem suspensio omnis suspenditur præter suspensionem ab officio, & ab ingressu Ecclesiæ, ut colligitur ex cap. *is, cui, de sentent. excommunic. in* 6. Ita Hurtado *de cens. diff.* 25. *numer.* 110 contra Turrianum *lib.* 4. *disput.* 42. *dub.* 2. Appellatio item post latam sententiam excommunicationis non suspendit illius incursionem, ut definitur in cap. *Pastoralis.* Ita etiam Hurtado *disp* 13 *diff.* 4. *p.* 5. *tract.* 10 *ref.* 16. Quod si Episcopus tollat suspensionem, vel interdictum ad reincidentiam, probabile est: appellationem interpositam non suspendere sententiam de reincidentia. Sed ego adhæreo sententiæ Alterii *de cens. t.* 2. *disp.* 3. *c.* 2. quod suspendat. Quia Episcopus numquam potest suspendere suam censuram, nisi penitus tollat. *p.* 5. *tr.* 10. *ref.* 17.

Unde appellans ab excommunicatione ferenda, excommunicari non potest

Suspendit item appellatio omnem suspensionē præter duas. Item excommunicationem.

Et sententiā de reincidentia.

20. Clausula (Appellatione remota) non de frivola, sed de legitima appellatione sit intelligenda. *p.* 9. *tr.* 7. *ref.* 28.

Legitimè intelligenda est clausula, appellatione remota.

21. Appellans à Pontifice ad Concilium generale actu existens, incidit in censuram Bullæ Cœnæ, ut affirmat Gabarupta de excomm. Bull. *cap.* 2. *num.* 11. qui est sacrilegus contra sedis Apostolicæ Primatum, tam qui ad præsens, quā qui ad futurum Concilium appellat, & sic eodem modo excommunicatur. Sed mihi magis arridet negativa sententia cum Castro Pal. *t.* 6. *disp.* 3 *punct.* 3 *num.* 6. & aliis. Quia lex pœnalis non excedit proprium casum: hæc autem lex, cùm sit pœnalis, & non loquatur, nisi de appellantibus ad futurum generale Concilium, extendi non debet ad appellantes ad præsens *p* 9. *tr.* 7. *ref.* 66.

Appellans à Pontifice ad Concilium, an incurrat Censuram Bullæ Cœnæ.

22. Appellantes verò ab ordinationibus Pontificis in quantum Princeps temporalis est, incurrunt excomm. Bullæ Cœnæ. Sic Bonac. *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 3 *punct.* 2. contra Reginaldum *tom.* 1. *l.* 9. *numer.* 263. Sed ab affirmativa sententia non puto esse recedendum, *ibid. vers. Sed major difficultas.*

Appellantes ab ordinationibus Pont. ut Princeps temporalis est, incurrunt.

23. Citatio, & appellatio ad judicium Dei in vallem Josaphat, nisi fiat odio, & vindictæ, sed bona fide, ut innocentia appareat, & ut infamia arceatur à familia, erit licita. Camer. & alii. *par.* 10. *tr* 15. *ref.* 9.

Potest appellari ad judicium Dei in vallē Iosaphat.

AQVA BENEDICTA.

1. AQua benedicta delet in nobis peccata venialia ex opere operato, sicut Sacramenta. Nec refert, quod semper requiratur in nobis aliquis actus, nam etiam in perceptione Sacramentorum requiritur, & non propterea remissio peccatorum tribuenda est operi ope-

Aqua benedicta delet peccata venialia ex opere operato.

operantis; nam actus, qui requiritur, vel non est sufficiens ad remittenda venialia, vel non est sufficiens ad omnia, quæ de facto remittuntur. Ita Nugnus *in 3. par. t. 2 quæst. 87. art. 3. diffic. 2.* contra Suarez *in 3. p. t. 4. disp. 12. sect. 5. n. 5. par. 3. t. 4. resol. 61. Vide Pontifen.*

ARCHIEPISCOPVS.

Leges edita in Concilio Provinciali possunt ab Archiep. revocari, nec puniri potest per transgressionem.

1. ARchiepiscopus potest dispensare, & revocare leges latas in Concilio Provinciali, maximè si Concilium non sibi reservat dispensationem *p. 9 tract. 6 res. 40.* Nec potest puniri à Concilio Provinciali de transgressione, sicut possunt Episcopi. *ibid. §. Vnde hoc.*

ARGVMENTVM.

Strictè interpretanda est dispensatio à majori ad minus.

1. DIspensatio strictè interpretanda est, neque extendenda à paritate, vel æqualitate rationis ita, ut habeat locum argumentum ab identitate rationis à majori ad minus. *part. 8. tract. 3. res. 41.*

ATTRITIO, ET CONTRITIO.

Quid contritio?

† ATtritio, & Contritio sunt affines, & ideò de utraque simul agimus. Igitur.

Quid attritio?

1. Contritio est dolor de peccato præterito, quatenus est Dei offensa, cum proposito non peccandi de cætero, & jam commissa confitendi. Attritio est item dolor de peccatis, sed imperfectus; vel, quia non respicit peccatum, ut offensam Dei, sed ut afferens malum, & quidem vel æternum, vel temporale in vita, aut bonis: vel quia caret proposito vitandi deinceps peccata: vel, quia est dolor de non habita contritione. Est autem diversus valor contritionis, & attritionis; nam illa per se justificat: hæc non item, sed requirit Sacramentum Confessionis in re, imò nec cum illo omnis attritio sufficit, ut dicemus. †

Et quis utriusque valor.

Non tenetur quis contritionem elicere eo ipso, quod peccavit mortaliter, ut putavit Sylvester *v. Contritio num. 4.* Neque in diebus festis, ut putavit Soto *Lect. 13. de Pœnitent.* Neque, quando imminet populo aliqua magna calamitas, ut docuit Adrianus *in 4. quæst. 3. de Confessione.* Item neque, quando peccator est in probabili periculo oblivionis omnium peccatorum, ut existimavit Dominicus Soto *in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 6.* Ita Hurtadus *disp. 7. diff. 4. par. 5. t. 13. resol. 33.* Qui etiam refellit Suarez *in 3 par tom. 4. disp. 15. sect. 6.* docentem, peccatorem teneri ante articulum mortis ad non multum differendam contritionem, sed sine aliqua temporis determinatione, docetque cum Vasquez *in 3. par. t. 4. quæst. 86. art. 2. d. 6.* peccatorem teneri elicere actum contritionis in articulo tantum, vel periculo mortis, quando justificari non potest per Sacramentum. Et ita ego teneo: nam præceptum contritionis obligat, quando est necessitas justificationis *p. 3. t. 13. res. 33. à §. Quinta.* nec tenetur atterere nec conterere de peccatis in confessione aliis absolutis. Dian. *p. 10. t. 16. n. 30. vid. p. 11. tr. 8. res. 51.*

Non tenetur homo conteri statim post peccatum. Nec in die festo. Neque cum populo imminet calamitas. Neque in periculo obliviscendi omnia peccata.

Sed tantùm in articulo, vel periculo mortis, quando non potest confiteri.

3. Ex quo patet, post Confessionem factam in articulo mortis cum attritione cognita, neminem teneri actum contritionis elicere, ut maneat securus de sua salute. Quod ulterius probatur primò: quia nullibi reperitur tale præceptum: Et Ecclesia in Tridentino docet, ad salutem sufficere attritionem cognitam cum Sacramento, quod incertum esset, si quis ita confessus in mortis articulo, non esset securus de sua salute. Deinde quia ex hac opinione sequitur, neminem posse ad Confessionem accedere cum attritione cognita; quia exponere se periculo peccandi mortaliter, vel saltem non recipiendi gratiam: Et tandem, quia hoc præceptum obligaret solum doctos; qui scirent dubitare, an attritio cum Sacramento sufficiat: unde essent pejoris conditionis, quam ignari, quod est absurdum, Ita Fagundez *par. 2. libr. 2. cap. 4. numer. 13.* Faber *in 4. dist. 14. quæst. 2. disput. 18. cap. 3. num. 71.* & alii contra

[Nam, si confessus sit cum attritione cognita, non tenetur conteri]

Suarez *in 3p. tom. 4. disputat. 5. sect. 4. numer. 17.* & novissimè Granadum *in 3. par. cont. 7. tr. 3. disput. 3. sect. 4. numer. 17.* Qui tamen advertunt, melius facturum, qui conaretur in tali periodo dolere perfectè de peccatis, & propter Deum. *p. 3. t. 4. res. 98. & p. 5. t. 7. res. 76. & tract. 13. res. 53.*

Et in aliquo alio casu per accidens.

4. Potest interdum quis ad contritionem teneri per accidens, & ex vi alterius præcepti, quam charitatis, ut si Sacerdos peccator ministrare debeat Sacramentum, & non adsit Confessarius; tunc enim tenetur conteri in reverentiam Sacramenti ex virtute Religionis. Ita Villalobos *tom. 1. t. 9. diff. 21. num. 4. & 5. p. 5. t. 13. res. 33. §. Sed omnes*, in fine.

Nunquam tamen de peccatis omissis.

5. Collige ex dictis contra Richardum & alios ex antiquis neminem teneri habere contritionem de peccatis remissis, quando memoriæ occurrunt: Nam ut supra dictum est, hoc præceptum contritionis obligat, ut recordiemur nos Deo: ergo non obligat quando sumus reconciliati. Ita Cajet. *in 3. par. quæst. 84 art. 8. & 9. par. 5. tract. 13 resol. 33 § Vnde.* Vide etiam *v. celebrare Missam, num. 54.*

Qui teneatur conteri extra Sacramentum nō teneatur præmittere peccatorum examen.

6. Quando autem quis teneatur conteri extra Sacramentum, v. gr. in articulo mortis, vel quando urget necessitas communicandi, &c. non est opus recordari omnia peccata, ut quis de illis singillatim doleat, sed sufficit contritio generatim, & confusa de omnibus peccatis. Nam præceptum examinis conscientiæ in particulari solùm obligat in ordine ad Confessionem, ut fiat integrè. Ita Villalobos, *tom. 1. tract. 9. diff. 19. numer. 4* contra Sotum *in 4. dist. 17. q. 2. p. 3. t. 4. res. 118.*

Sed satis est, quod doleat inconfuso.

Attritio an deleat venialia extra Sacramentum?

7. Ad delenda peccata venialia in homine justo extra Sacramentum, ait Vasquez *in 3 par. tract. 4. disputat. 87. art. 16. dub. 1. numer. 6.* non sufficere attritionem, sed requiri contritionem. Quia, cum sit suo modo recessus à Deo, non debet remitti, nisi per dolorem conceptum propter Deum. Sed Coninch *de Sacrament. disputat. 2. d. 14. numer. 124.* sufficere attritionem docet, & multis rationibus probat. *par. 3. tract. 4. res. 117.*

Divisio authorum.

Sed in Sacramento omnes conveniunt, sufficere,

Esto non sit existimata contritio.

Dummodo sit de omnibus mortalibus non aliàs confessis.

8. † Certum autem est, attritionem ad Sacramentum Confessionis sufficere. † Et quidem non oportet, quod sit existimata contritio. Ita Vasq. *in 3. p. tom. 4. quæst. 92. art. 1. dub. 3.* contra Sotum *in 4. dist. 18. quæst. 3. art. 2.* Neque debet esse omnium venialium, quamvis ipsorum tantum fiat confessio, quia unum veniale remittitur sine alio. Ita Hurtad. *de Sacram. disp. 6. diff. 10.* Debet autem esse omnium mortalium, quæ nunquam confessa sunt. Et qui dein debet esse dolor de illis ob malum æternum. Nam ob malum temporale, puta nocumentum salutis, amissionem bonorum, &c. secundum Suarez *disp. 20 sect. 2.* non sufficit: alioqui sequeretur, peccatorem posse sed sponere ad Sacramentum, & illius effectum solis naturæ viribus. Sed contraria sententia cum distinctione Hurtadi *de Sacram. disput. 6.* probabilis etiam videtur. Nimirum, si quis doleat de peccato propterea, quòd Deus in pœnam illius malum temporale immiserit, sufficere. Si verè doleat absque ullo respectu ad Deum, non sufficere. Prima pars probatur: quia talis dolor non solùm est honestus, sed præterea procedit ex motivo, quod movere solum potest ad detestationem peccati, & sic excludit affectum peccati. Secunda verò pars probatur primò, ratione primæ sententiæ: (procedit enim de hoc secundo, nam ille primus dolor est supernaturalis,) & præterea, quia talis dolor sine respectu ad Deum non excludit affectum peccandi: non enim opus bonum potest esse occasio talis mali, & sic dolor non est de peccatis, ut peccata sunt, qualem Tridentinum requirit, *par. 4. tr. 4 resol. 193.*

Debet autem procedere à pœna inferni Nā à Pœna temporali, non videtur sufficere

Sed probabile est sufficere si premant ut immissa à Deo in pœnā peccati.

Debet attritio contritio includere propositum melioris vitæ.

9 † Debet autem tam contritio, quàm attritio includere propositum de cœtero non peccandi, Et quidem Bellarminus *libr. 2. de pœnit. cap. 6. & 7.* ait, non sufficere propositum implicitum in ipsa detestatione, sed requiri explicitum, quia Tridentinum requirit pro-

propositum distinctum ab amore Dei. Sed probabile est, sufficere, ut docet Villalobos *tom. 2. tractat. 9. diffic. 19. numer. 8.* quia simplex detestatio peccatorum ex motivo supernaturali sufficit ad justificationem, & tamen potest contingere, ut quis de peccatis vitandis non cogitet, si verò cogitaret, ait Villalobos, teneri tunc elicere propositum illa vitandi. Et ita etiam docet Sylvius *in addit. ad 3. par. quæst. 1. par. 3. tract. 4. resol. 119.* Granado *in 3. part. cont. 7 tract. 10 disputat. 3. sect. 1. numer. 6.* distinguit, & in contritione existimat requiri propositum formale, in attritione verò sufficere virtuale: Sed an probabiliter, alii judicent, *par. 5. tract. 14 resolut. 66.* Porrò propositum requiritur etiam in Confessione venialium. Sed non ad omnia vitanda; sicut nec dolor omnium requiritur, quia unum remitti potest sine alio *par. 3. tractat. 4. resolut 187.* in fine. Adverte tandem, quod cum sufficiente proposito non peccandi stare potest judicium probabile reincidentiæ. Ita Præpositus *in 3. part. quæst. 86. art. 1. dub. 6. numer. 45. Ibid. §. Notandum, & par. 5. tract. 14. resolut. 66.* in fine. Quo autem modo propositum adesse, vel non adesse noscatur ex consuetudine, aut proxima occasione peccandi. vide *v. Confessarius quoad examen, à num. 35.*

Saltem implicitum.

Dolor de peccatis requiritur etiam in Confessione peccatorum remissorum.

10. Attritio, vel contritio requiritur in quacumque Confessione etiam peccatorum alias confessorum. Quia materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ non est sola Confessio, sed etiam contritio. Ergo utraque est repetenda. Ita Henriquez *lib. 4. cap. 26. numer. 7.* Sed Ledesma *fol. 217.* & Joannes de la Cruz *p. 2. de Pœnit. quæst. 1. dub. 6 concl 2.* probabiliorem existimant sententiam negativam, sufficere nimirum repetere Confessionem, quæ est materia proxima partialis, sed principalior, Sacramenti Pœnitentiæ. Minimè verò dolorem, qui est materia minus principalis, & non est sensibilis, nisi mediante Confessione. Hanc sententiam sequi possunt

Sed contraria sententia probabilis.

illi præsertim, qui ordinariè confitentur de venialibus, & cum illis de aliquo mortali confesso & absoluto. Sed ego teneo primam sententiam, *part. 3. tractat 4. resolut. 116.* cum hac tamen limitatione, quod reponens plura mortalia, satis est, quod doleat de uno, si omnia fuerint leviter confessa. Ita Hurtado *de Sacram. disputat. 6. different. 7. part. 4 tract. 4. resolut. 293. §. Nec tertio.*

Et stando in prima, dolor non debet esse de omnibus.

11. Sed quantanam temporis conjunctio debet esse inter contritionem, seu attritionem & Confessionem? & quemnam ordinem debent habere? Quoad primum respondet Hurt. *de Sacrament. disp. 1. diff. 11.* intercedere posse multum temporis, & absolutionem pœnitenti dari posse toto tempore, quo illius actus virtualiter perseverant, idest, quamdiu non retractantur, neque expressè neque implicitè. Et ratio est, quia in forensi judicio, cujus instar hoc Sacramentum est institutum, absolutio, vel condemnatio fieri solet multò post quàm causa discussa fuerit. Sed contra hanc sententiam insurgit Granado *in 3. p. contr. 7 tract. 3 disp. 3. sect. 1. numer. 7.* existimans virtualem quidem doloris permanentiam sufficere ad absolutionem, sed illam explicari debere sicut in cæteris edentibus, ut tamdiu perseverare dicatur, quamdiu si pœnitens interrogaretur cur doluerit, possit sine nova deliberatione respondere, se doluisse ut confiteatur, & non retractasse dolorem, quia vult confiteri, quemadmodum intentio conficiendi Sacramentum tamdiu virtualiter permanet in ministro, quamdiu interrogatus de fine illius ritus externi, sine nova deliberatione responderet, quia vult conficere Sacramentum. Tantam vero distantiam, quantam ponit Hurtadus, sibi non probari, quia inter materiam & formam cujuslibet Sacramenti debet esse moralis conjunctio, quæ non conservatur quacumque temporis longitudine. Sed ego sententiam Hurtadi probabilem censeo cum Præposito *in 3. p. quæst. 2. dub. 1. num. 30.* Unde si quis verò

Qui confitetur mane, satis est doluisse vespere, & non retractasse dolorem.

Aliqui id negant.

actum doloris eliceret, & manè accederet ad Confessionem sine alio dolore, confessio ex hoc capite esset valida. *p. 5. tr. 14. resol. 67.*

An dolor debeat elici ante Confessionem?

12. Quoad secundum, Coninch *de Sacram. disp. 4. dub. 6. num. 4. concl. 2.* putat, dolorem debere tempore præcedere Confessionem, & si quis Confessionē faceret sine dolore, quamvis postea ante absolutionem doleret, non consequi absolutionem. Sed Hurtado *de Sacram. disp. 6. dis. 10.* & Bonac. *de Sacram. disp. 5. quæst. 3. punct. 2. num. 18.* hanc opinionem refellunt, docentque sufficere, si dolor ante absolutionem eliciatur, *p. 3. tr. 4. resol. 134 & part. 4. tr. 4. resol. 193. §. Notandum secundò.*

Vt sine dolore sufficiēti detur Confessio valida?

13. Probabilissima est sententia Henriquez *lib. 5. c. 11. n. 1.* & aliorum contra Layman *lib. 5. tr. 6. c. 9. n. 2.* & alios, quod dari possit Confessio valida, sed informis, ex defectu doloris, sicut dicemus infra dari posse defectu examinis *v. Confessio, n. 52.* & erit, quando quis ex mortali negligentia, vel ignorantia quadam culpabili, dolorem sufficientem adhibeat. *p. 3. t. 4. ref. 64.*

BAPTISMVS.

Baptismus quid?

1.† BAptismus est unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis, omnium primum, & janua Sacramentorum. Definitur à Magistro, Ablutio corporis exterius facta, sub præscripta verborum forma. Septem in Baptismo considerandа sunt. Obligatio illum suscipiendi, aut conferendi, materia, forma, minister, patrini, suscipiens, & effectus. De quibus mox suo ordine, præterquam de patrinis, de quibus sub V. *Patrinus.*† Vide etiam Pontifex.

BAPTISMI NECESSITAS.

Et quale Sacramentū?

1.† BAptismus est Sacramentum necessitatis, ita quod, de lege ordinaria, qui non est baptizatus, non possit introire in Regnum Dei. Est autem necessarium simpliciter: vel in re, vel in voto, quando in re haberi non potest. Ex hac igitur necessitate oritur in homine adulto obligatio Baptismum suscipiendi, & in aliis illum ministrandi.†

Adultus cū commodè potest, debet baptismum recipere.

2. Adultus tenetur præcepto divino recipere Baptismum, cum commodè potest, hoc idem dicendum est de infantibus Christianorum, & parentes non debent dilatare ultra mensem ad baptizandum pueros, vel paulò post propter solemnitatem Baptismi; supra hoc vide superius *numer. 5. par. 9. tract. 6. resol. 2.* & 1. Constantinum Imperatorem constat initio suæ conversionis fuisse baptizatum & non in fine suæ vitæ contra Cajetanum, *ibid. § Sed meritò.* Adultus cæcus, surdus, & mutus à natura non potest baptizari in ætate adulta, sed debet expectari eorum voluntas, cum sint capaces assensus, & dissensus, & si ex cura parentum infantes baptizati non sunt, possunt compelli in ætate adulta etiam morte, si actiones Christianorum gesserunt, aliter minimè, *ibid. §. Sed pro Coronide.* Pueros expositos in foro Ecclesiæ cum schedula in collo alligata attestante esse baptizatos, si non est cum Sigillo, vel manu cognita subscripta, vel sine scriptura baptizandos esse dico sub conditione, & hoc etiam de baptizatis ab hæreticis dicendum est, *pag. 9. tract. 6. ref. 35.* At si monstrum cum duobus Capitibus, & duobus dorsis esset baptizandum, & apertè constaret duas habere animas separatim baptizari debet, si verò dubitatur de duabus, sub conditione baptizandum est, unde peccaret mortaliter, si unus plures sine necessitate baptizarent baptizando contra usum, & modum consuetum, & si sit in peccato mortali solemniter baptizans sine necessitate peccat mortaliter *ibid. ref. 30.* sic etiam si quis à pluribus baptizatus est cum hac forma. (Nos te baptizamus) debet denuò sub conditione iterum baptizari, *ibid. resol. 31.* Unde peccaret mortaliter Sacerdos baptizādo sine necessitate cum aqua non benedicta, *ibid. ref 34.*

Christiani non debent ultra mēsem dilatare pueros baptizare. Constantinum constat initio suæ conversionis esse baptizatum.

Adulti Christianorum, si actiones Christianas gesserūt sunt compellendi ad baptism. Expositi cū schedula, & sine ea debēt baptizari cū conditione.

Baptizans plures sine necessitate peccat mortaliter.

Baptizatus à pluribus cū conditione iterum debet baptizari.

Nec

Sacerdos baptizans sive aqua benedicta absque necessitate peccat mortaliter.

Nec potest hoc Sacramentum ministrari in domibus, exceptis Principibus aliis non subiectis; alii verò DD. volunt quod Principes titulo eminentes possint hoc facere, *ibid. resp. 38.*

Baptizari tenetur adultus cum vitæ discrimine, si causa fidei exigat.

3. Itaque adultus, causa fidei id exigente, tenetur baptizari cum vitæ discrimine. Quia bonum fidei est majus, quàm vitæ unius, vel plurium hominum. Quod etiam dic in similibus casibus, in quibus præceptum Baptismi obligat per accidens, *part. 5. tract. 9. resol. 9.* circa medium. Nam, per se loquendo, nemo tenetur cum vitæ periculo Baptismum recipere, unde, si quis adulto minaretur mortem, si baptizetur, posset Baptismum omittere, sive credatur postea futura commoditas baptizandi, sive de futura certò sciatur. Et ità omnes ferè DD. tenent apud Suarez *disput. 31. sect. 3.* Probatur autem, quia ad salutem sufficit votum Baptismi, cum contritione peccatorum actualium, & ex alia parte amor vitæ est maximus, maximaque illam conservandi obligatio, *part. 3. tract. 6. resol. 48. §. Quintò, & part. 5. tract. 3. resol. 9* initio.

Per se verò non tenetur, etiam si Baptismi commoditas sit defutura.

Sed neque tenetur quis in tali casu ob periculū vitæ Baptismum deserere.

4. Porrò quamvis non teneatur cum vitæ discrimine quis baptizari; potest tamen, & non tenetur Baptismum, nè vitam amittat, omittere, si certò sciat defuturam Baptismi copiam. Nam permittere occidi, non est sibi mortem inferre, ac proindè non est intrinsecè malum, ut aliquando honestari non possit ex gravi causa occurrente. Est autem gravis causa Baptismi susceptio; quia, quamvis ejus defectum supplere possit contritio; tamen justificatio per Baptismum est facilior, & contritio, præsertim in noviter credentibus, incerta. Ita Granado *de Sacrament. controv. 4. tractat. 4. disp. 2. num. 8. part. 5. tractat. 3. resolut. 6. vers. verum tamen.*

Parentes curare tenentur, ut eorū infantes baptizentur quamprimum.

5. Parentes tenentur suos filios infantes quamprimùm baptizare. Ita omnes DD. Sed illud *quamprimum* Henriquez *lib. 2. cap. 4. num. 3.* & alii explicant arbitrio boni viri, attentis circumstantiis, & Ecclesiarum consuetudine. Sotus verò *in 4. dist. 5. quæst. unic. artic. 3.* intra duodecim dies post partum, quando illos possunt in Ecclesiam ferre, & mergere. Sed in Synodo Panormitana *part. 2. cap. 1. num. 2.* imposita est excommunicatio baptizare negligentibus ante nonum diem, *part. 3. tractat. 3. resolut. 8.*

Et hic Panormi intra novem dies.

Nisi pueri vita in Baptismo periclitaretur.

6. Si puer esset ita delicatus, ut crederetur, Baptismum fore causam mortis illius; & alioqui Baptismus differri posset sine periculo, tunc non solùm posset sed deberet differri. Si verò periculum sit in mora, quia infans est moribundus, tunc quidem nec baptizari debet aqua venenata, per projectionem in puteum, vel flumen, & modos similes: quia directè occidere innocentem est intrinsecè malum, quod nunquam faciendum est ob aliquod bonum. Debet autem modo ordinario baptizari, magna adhibita diligentia, tam in aquæ qualitate, quàm in modo abluendi, ut vitæ infantis omnimodè prospiciatur: esto deinde magna mortis acceleratio futura sit. Ratio est, quia infans ex Baptismo nanciscitur summum bonum vitæ æternæ, cui postponi potest vita temporalis, seu aliqua ejus pars indirectè; &, si infans esset sui compos, ita fieri postularet, unde nulla ipsi irrogatur injuria. Ita Granadus *in 3. part. controv. 4. tractat. 4. disputat. 4. num. 6.* Moscosus *tract. 2. cap. 1. num. 5.* & alii contra Sotum *in 4. distinct. 3. quæst. unic. resol. 8.* Ex quo sequitur, sic baptizantem non fieri irregularem; si mors acceleretur. Ita Zambranus *de Bapt. cap. 1. dub. 2. num. 76. part. 5. tractat. 3. resol. 8. part. 10. tractat. 16. resolut. 20.* & si quis videat puerum projectum in puteum, ipse proferat formam baptismi, utraque sententia est probabilis, quod baptismus teneat. Dian. & alii *ibid.* *Nota verò.* & si mulier damnata ad mortem, & est periculum moriendi unà cum prole, posse servato juris ordine prius secari, si spes est, ut fœtus baptizari valeat, Escobar, & alii *ibid. in fine.* & debet ministrare baptismum infanti (si tamen daretur hic casus, & ex ablutione illi mors sequeretur.) Vasquez & alii *ibid. §. Sed ut verum fatear.*

Nam tunc deberet differri si absque illo puer non sit decessurus. Si verò periculum sit in mora, debet baptizari adhibita magna cautela.

Tenet baptismus.

Si spes est, potest secari.

Sectio per projectionem in flumen

7. Adde, quòd Ochagavia *de Sacram. tractat. unic. quæst. 7. num. 2.* putat, etiam primo modo baptizari posse puerum moribundum, nimirum per mersionem in puteum vel flumen, quod ad valorem Baptismi sufficere dicemus, cùm de materia Baptismi. Quia parum pro nihilo reputatur: unde illa parva, & penè insensibilis acceleratio mortis nihili pendenda est. Idemque docet de catechumeno adulto: quia Baptismus redderet illum de salute securum, cum alioqui contritio sit difficilis. Ita ille, qui illud de infante dicit esse commune apud Doctores. Sed adversus illum insurgit Præpositus *in 3. part. quæst. 66. art. 8. dub. 1. num 83.* & m aliis. Quia nemini licet privata auctoritate aliquem occidere citrà sui defensionem, etiamsi inde alteri aliquod bonum proveniat: non enim sunt facienda mala, ut eveniant bona, *part. 5. tract. 3. resolut. 14. §. Sed difficultas.*

Quid dicendum de puero in ventre matris iam moriturae?

8. Sed, an liceat secare mulierem prægnantem mox morituram, ut illius mox etiam moriturus baptizetur? Respondeo primò, secundum communem apud Coninch *ubi infrà*: non debere illam consentire, se adhuc vivam secari, ut baptizetur puer, quia hæc esset directa ipsius occisio. Respondeo secundò: in casu, quo mulier prægnans damnatur ad mortem, ex jure civili expectari solet partus. Ita Moscosus *tractat. 2. cap. 2. num. 2.* In periculo ergo mortis ex morbo, quando Medici dicunt, matrem non posse amplius vivere, respondeo tertiò, Comit. *lib. 1. quæst. 14. num. 2.* & Ochagaviam *de Sacrament. tractat. unic. quæst. 4. num. 6.* non permittere, quod secetur; Coninch verò *de Sacrament. tom. 1. quæst. 68 art. 11. num. 92.* & Moscosum *uti supr.* permittere, si est spes, quod puer extrahatur vivus, *part. 2. tract. 15. resol. 44. & part. 5. tr. 3. resol. 13.*

Expositi baptizari debent sub conditione.

9. Expositi infantes, qui reperiuntur ad portas Ecclesiæ, vel Hospitalis sine scripto, & sunt ita tenelli, ut indicentur paucorum dictum, baptizari debent sub conditione. Est enim magna præsumptio, quod non sint baptizati; quia impudicæ mulieres totæ sunt tegendo sceleri, & de salute spirituali infantis nihil curant. Ita Tannerus *in 3. part. disputat. 4. quæst. 2. dub. 4. num. 113.* contra Henriquez *lib. 2. cap. 31. num. 1.* Quod etiam faciendum existimo cum Villalobos *tom. 1. tractat. 5. diff. 7. num. 4* si puer ex colore, & magnitudine videretur infans unius mensis. Nam hæc indicia fallunt, quia quandoque infantes adeò magni nascuntur, ut ante mensem nati videantur.

Quia praesumuntur non baptizati.

Minimè verò, si habent schedulam collo appensam. Nisi dubium sit de fide parentum.

Sed quid dicendum, si infans schedulam Baptismi collo appensam habeat? Adhuc sub conditione Baptizandum esse, docet Marchantius *tr. 2. de Baptis. cap. 2. quæst. 4.* Quia testimonium schedulæ non est certum, & in dubio inclinandum est in favorem infantis, nec fit injuria Sacramento, cum apponatur cõditio. Adde, quòd schedula significat Baptismum collatum à muliercula, quæ præcipuè in tenebris & solicitatione, prudenter creditur aliquem errorem in essentialibus commisisse. Sed contrarium tenendum est cum Ochagavia *de Sacram. Bapt. quæst. 11. num. 8.* & Hurtado *de Sacram. Bapt. disp. 1. diff. 12.* nam, cũ adest schedula, est moraliter certum, quod infans sit baptizatus. Nisi inveniatur in nemore, & dubitetur, utrum parentibus fidelibus an infidelibus natus sit. Nam tunc schedula esset suspectæ fidei, *part. 3. Addit. 2. resolut. 6. & part 5. tract. 13. resolut. 85. part. 1. tractat. 16, resolut. 87.*

Filii infidelium in articulo mortis baptizari debent. Invitis parentibus.

10. Filii infidelium in articulo mortis baptizari possunt, & debent invitis parentibus. Nam tunc censentur extra potestatem parentum; quod enim parum distat, nihil distare videtur. Et præterea abest periculum apostasiæ, & deceptionis. Ita Hurtad. *de Sacram. Bapt. disp. 3. diff. 3.* & alii, *part. 5. tractat. 3. resolut. 10. part. 1. tractat. 7 resolut. 67 §. excipe.* Addit Valquez. *in 3. part. tract. 3. disp. 155. cap. 7.* hanc obligationem charitatis incumbere fidelibus astantibus sub pœna peccati mortalis. Sed Lorca *in 2 2 qu. 10. art. 12. disput. 37. nu. 22.* id negat: quia, dum

Sub pœna peccati mortalis.

dum infans potest à parentibus subveniri, non est in extrema necessitate, ac proinde non tenentur alii de illius salute solliciti esse, præsertim diligentia extraordinaria, qualis est in baptizando puero occulte & invitis parentibus. Sed hæc sententia Lorcæ a multis viris doctis falsa existimatur, *part.3. tractat.4. resolut.1.*

Filii infidelium, qui sunt mancipia Christianorum, possunt baptizari à Dominu etiam invitis parentibus.

11. Filii verò infidelium, qui sunt mancipia Christianorum, an possint extremo mortis periculum baptizari invitis parentibus? Negat Caiet. *in 3. part. quæst. 68. articul. 10.* & pauci alii. Sed affirmative respondendum est cum Cassensi *in curs. Theolog. tom. 2. tractat. 27. disp. 1. sect. 5. num. 47.* Potest itaque Dominus hujusmodi filios suorum mancipiorum baptizare, eosque ab educatione, & consortio parentum abstrahere, ob manifestum periculum Apostasiæ quando ad adultam ætatem pervenerint. *part. 7. tract. 7. resol. 67.*

Neque hoc est. Vel contra iustitiam. Vel contra Religionem.

12. Neque dicendum cum Suarez *in 3. part. disp. 25. sect. 5.* hoc esse illicitum, & contra religionem. Nam, ut docet Vasquez. *disp. 155* hoc non est contra justitiam, cum enim Dominus habeat potestatem suum mancipium gubernandi, nullam parenti infert injuriam baptismum illo invito procurando. Nec etiam peccat contra reverentiam baptismo debitam, quia potest diligenter curare, ne proles seducatur à parente, cum accesserit usus rationis, vel prolem, vel parentem vendendo vel aliter occurrendo malo impendenti. Quod si aliquis in particulari non possit sufficienter periculis occurrere, nullo modo debet prolem baptizare, invito parente infideli, *part. 7. tract. 7. resol. 68.*

Immò etiam probabilius ad id obligantur.

13. Petes an Domini, qui possunt filios suorum mancipiorum illis invitis baptizare, ad id obligentur? Negat Suarez *citat. sect. 6.* Affirmat Vasquez item *citat. cap. 7.* quæ sententia per se loquendo est probabilior. Et argumenta Suar. non tam videntur probare Dominum non teneri procurare Baptismum quando potest licitè, quam non posse procurare sine peccato, in circumstantiis ab eo positis, ut facilè patebit ea consideranti. *ibid. resol. 69.*

Et si parētes non sunt inviti, etiam cum periculo propriæ vitæ secundū aliquos.

14. Puerum moribundum, cui non potest per alium subveniri, & vitæ æternæ aditus aperiri; secundum Ochagaviam *tractat. unic. de Bapt. quæst. 7. num. 3.* tenetur Sacerdos baptizare cum periculo, vel etiam certitudine mortis. Et quidem, si est Parochus ex justitia, si alius, ex charitate. Quia salus spiritualis illius pueri præferenda est vitæ corporali ipsius. Imò id etiam, si puer non certò, sed probabiliter sit sine Baptismate moriturus. Non ita de adulto, qui potest justificari per contritionem. Nisi esset in rebus fidei rudis, nam tunc deberet eum instruere, ut ad contritionem se disponat, si Baptismum suscipere non posset, & hoc cum periculo propriæ vitæ.

Sed Sancius id concedit solum in Parocho.

Sed contra hanc sententiam insurgit Sancius *select. disp. 10. numer. 9.* docens eam quidem procedere de Parocho, qui pactus est non omittere curam animæ proximi, etiam cum periculo propriæ vitæ; & hoc ratione decimarum aliorumve emolumentorum, quæ percipit. Alios verò teneri non concurrere positivè ad necem spiritualem proximi pro conservanda vita propria, minimè verò illam impedire cum tanto dispendio. At sententiam Ochagaviæ tenuit Bannez *in 2 2. qu. 26. art.* & tenet etiam Ledesma *tom. 2. tract. 4. cap. 4. conclus. 15. part. 5. tract 1. resol. 16.*

BAPTISMI MATERIA.

Baptismi materia duplex. Remota, & proxima.

14. MAteria Baptismi est duplex. Remota, & proxima. Illa est, aqua: hæc, ablutio.†

Remota est aqua elementaru. Non aqua, aut succus herbarum, & florum.

15. Aqua, ut sit materia Baptismi, debet esse elementaris. Unde nulla aliqua aut succus ex herbis, floribus, radicibus, frondibus, aliisque mistis perfectus, & distillatus potest esse materia Baptismi, quia substantialiter differt ab aqua elementari; ut in specie de aqua rosacea docet D. Thom. *3. part. quæst. 66. artic. 4. ad 5.* ejusque expositores; dicuntur enim aquæ æquivocè, non univocè,

vocè. Et ita docet Coninch *de Sacram. quæst.66.artic.4.dub.1.num.23.* cum universa Doctorum turba, *part.5.tom.3. resolut.2.*

Sufficit aqua ex sale resoluta.

16. Est tamen sufficiens materia Baptismi aqua ex sale resoluta, quia sal efficitur ex aqua salsa. Ita Fernandez *part.3. cap.4.§.4. num.5.* & Tab. *v. Baptism.4. num.8.* Quamvis Coninch *ubi supr.n.22.* existimet, aquam ex sale esse diversæ speciei ab elementari, *part.3. tractat.4. resol.5.§. Quæritur secundò.* Est item sufficiens aqua, quæ colligitur ex vaporibus densatis, cum ex olla emergentes, in testaceo tegumento reperiuntur. Nam vapores sunt essentialiter aqua. Item, quæ hyeme fluit ex parietibus & lapidibus; est enim aqua genita ex aëre humido. Ita Fernand. *part.3.cap.10.§. num.3.ibid.* in fine. Non autem, quæ fluit, ex vite, vel arboribus, quia id non est aqua, sed succus. *Ibid.§. Quæritur tertiò.*

Et, quæ colligitur ex vaporibus densatis.

Quæ, fluit ex parietibus, & lapidibus.

Minimè verò quæ fluit ex vitibus, vel arboribus.

17. †. Item aqua ex glacie, nive, aut rore resoluta.† Quamdiu autem resoluta non sunt, non sunt materia sufficiens, quia non sunt apta proximè ad abluendum. Sed quid si in ipsa applicatione nix resolveretur? Respondet Tannerus *tom.2.disput.4.quæst.1.dub.2.num.44.* quod, si resolvatur in manibus baptizantis ante ablutionem, est sufficiens; Si verò in corpore baptizati, non esse sufficientem, quia tunc baptizans non propriè abluit; sed potius ille se ipso abluitur: ablutio verò tam ut activa, quàm ut passiva est materia Baptismi, quod etiam docet Vasquez *in 3. part. tom.2. disp.141.cap.2.* & alii. Sed Suarez *in 3.part.tom.3.disp.20. sect.2.* docuit materiam proximam Baptismi sitam esse in ablutione ut passiva, non ut activa: in qua sententia nix liquefacta in corpore baptizandi esset materia sufficiens. Utraque hæc opinio est probabilis. *part.5.tractat.3.resolt.3.*

Sufficit item aqua ex glacie, nive, & rore.

Ipsa verò glacies, &c. nondum resoluta nõ est sufficiens, quia non potest ablue re. Sed quid si in ipsa applicatione resolvatur.

Varie opiniones probabiles.

18. Quando autem est dubium, num aqua sit naturalis, ut contingit de lixivio, jure carnium, &c. potest cum illa conferri Baptismus in casu necessitatis, sub conditione *si est sufficiens*: repetendus postea, si cesset necessitas, in materia certa sub conditione, *si non es baptizatus.*

In casu necessitatis Baptismus conferri potest in aqua dubia sub conditione, postea repetendus.

Ita Granado *in 3.part.controv.4.tractat. 1.disputat.3.dub.2.* quod à fortiori procedit, quando circa materiam Baptismi sunt opiniones probabiles, *part.5. tract.3. resol.1.*

Maximè si habet opinionem probabilem.

19. Unde Puteanus *in 3 part quæst.66. art.4.dub.1.num.5.* docuit, in casu necessitatis baptizati posse sub conditione in aqua rosacea, quia hæc videtur habere cum aqua naturali majorem affinitatem, quàm aqua aliquorum fontium. Quod etiam docet Chamerota *tom.2. de Baptis. cap.2.dub.2.* quia est quorundam opinio, quòd ex herbis, & floribus elici possit per alembicum aqua vera elementaris, quamvis adulterata. Idemque docet Puteanus *loc. cit.* de nive, rore & glacie nondum resolutis, quia Major non requirit in Baptismo ablutionem, sed solum, quod aqua attingat baptizatum. Sed ego in utroque hoc casu contrariam sententiam teneo, quæ est communis.

Quare alii qui docent, in tali casu baptizandũ esse cũ aqua rosacea.

Item cum nive, glacie, & rore nondum resolutis. Sed ego hoc utrumque nego.

Concedo tamen adhiberi posse li, quorem dubium, si in tenebris v.g. indicari non possit, sitne aqua vel aliud.

20. Existimo tamen cum Joanne de Lugo *de Sacram. disp.8. sect.8.num.140.* in extrema necessitate baptizari posse cum liquore dubio, si non potest examinari num sit aqua, vel aliud. Quia præceptum de non baptizando absque tali materia oritur ex reverentia Sacramenti, cui præponderat summa indigentia proximi, *part.5.tractat.3.resol.2.*

Proxima Baptismi materia est ablutio. Ad quam sufficit immersio absque emersione.

21. † Materia proxima Baptismi est ablutio. Quidquid dicat Maior, sufficere contactum aquæ cum baptizando: est enim opus, ut aqua diffluat per corpus baptizandi. Sufficit autem immersio absque emersione; unde si puer projiceretur in puteum, esset verus Baptismus: nam sola immersio est vera ablutio, quia per eam aqua ita movetur supra superficiem corporis, ut, si sordidum esset, verè illud emundaret. Ita Vasq *in 3. part. tract.2.disput.145.cap.3.* & alii. Esset autem talis Baptismus illicitus, ut supra diximus, *part.5.tractat.3.resol.14.* Sufficit item asperfio, & infusio, nam utraque hæc est ablutio, quæ verbis formæ significatur. Et quidem infusione utuntur ut plurimum Ecclesiæ, asperfione autem creduntur Apostoli baptizasse, quando una die quinque millia hominum baptizarunt.

Sufficit etiã asperfio, & infusio.

zarunt. Ita Hurtadus *de Bapt. disp. 1. diff. 2. part. 5. tr. 3. resol. 19.*

Imò etiam infusionis pars proportionalis, & indeterminata.

22. Ablutio autem secundum Paludanum *in 4 distinct. 3. quæst. 3.* debet esse determinata, & finita: unde, si finita forma, adhuc continuetur ablutio non habetur Sacramentum. Nam, cum ministro incumbat determinare materiam, non censetur illam determinasse, nisi cum cessat abluere. Sed ego teneo cum Ochagavia *tractat. unic. de Bapt. quæst. 4. numer. 9.* quod Baptismus habeatur per quamcumque partem ablutionis, etiamsi adhuc non sit finita, si finita sit forma, quia quæcunque pars ablutionis est ablutio, cum sit homogenea. Nec stat in potestate ministri Sacramentalem significationem, quæ posita sufficienti materia constat, differre, *part. 5. tract. 3. resol. 17.*

Quia pars ablutionis est ablutio.

Sufficit etiã ungere baptizandum digito mersо in aquam

23. Constat etiam sufficiens ablutio ad Baptismum necessaria, si baptizandus inungatur digito in aquam mersо; Nam pars minima aquæ sufficit, etiam una gutta; dummodo per aliquam corporis partem diffluat. Quia hoc sufficit, ut homo absolutè dicatur ablutus, vel unctus aqua. Ita Comitolus *lib. 1. quæst. 12.* Mæratius *tom. 3. de Bapt. disp. 2. sect. 4.* & alii. Et quamvis contrarium doceant Granadus *in 3. par. contr. 4 tract. 1. disp. 4. num. 12.* & alii, concedunt tamen, in casu necessitatis ita administrandum esse; quia, cum nostra opinio sit probabilis, nulla irrogatur injuria Sacramento, *part. 3. tractat. 4. resol. 5. & part. 5. tr. 3. resol. 5.*

In quacumq; quæ corporis parte, etiam in capillo, aut ungue.

24. Validus est Baptismus, quæcunque pars corporis abluatur; imò, etiam si sit excrementum, ut capilli, & ungues: non quia hæc vivant, sed quia reputantur ut partes hominis, & abluens capillos, vel ungues, dicatur abluere corpus, & corpus absolutè dicatur unctum. Ita Sotus *in 4. distinct. 3. quæst. unic. art. 7. §. 3. tom. 2. in 3. part disp. 14.* Quod quamvis Villalobos *tom. 1. tract. 5. diff. 4. num. 2.* & alii negent: concedendum est nihilominus, in extrema necessitate Baptismum sic conferendum cum conditione; quia melius est, puero moribundo adhibere medium salutis incertum, quod fortasse proderit, quàm nullum. Ita Præpositus *in 3. part. q. 66. ar. 8. dub. 3. n. 9. part. 5. tract. 3. resol. 4.*

25. Quod etiam notat Marchantius *tract. 2. de Bapt. cap. 1. quæst. 1. cas. 2.* cum aliqua probabilitate dici posse de umbilico, per quem infans sugit à matre alimentum, & illi conjungitur, quia non minus dici potest infans ablui per umbilicum seu per aliquod sui, quàm per capillos; nam etiam per illum aqua ad corpus infantis censeri potest pertingere, quamvis, quia excrementum, præscindatur à corpore. Id quod ipse dicendum puto cum Præposito *ubi supra*, de pelle, quam Medici *secundinam* appellant; quia pellis illa reputatur veluti pars pueri, & veluti ejus cutis, quia lota, puer dicitur lotus. Quod etiam docet Ochagavia *tract. unic. de Bapt. q 4. num 3. part. 5. tract. 1. resol. 4. & 112.*

Immò etiam in umbilico.

Aut secundina.

Sed in his omnibus casibus Baptismus iterandus debet sub conditione.

26. Et hæc omnia dicta sint pro casu necessitatis, & de collatione Baptismi valida, aut licita in necessitate, qui tamen postea iterari debet sub conditione. Nam, cùm quis teneatur Sacramentum suscipere, & suscipit dubium, graviter peccat. Quod etiam procedit de eo, qui manet in dubio; quia, dum non est moraliter certus de Baptismo, alia Sacramenta sacrilegè recepit. Et quamvis probabile sit, talem Baptismum esse validum: non est tamen probabile, recipi posse in materia, aut formâ dubia, saltem extrà necessitatem, Ita Præpositus *in 3. part. quæst. 66. art. 9. dub. 2. numer. 101.* contra Hurtadum *de Bapt. disput. 1. diff. 12. part. 5. tractat. 5. resol. 11.*

Cum verò potest. servandus est modus absolutionis in singulis Ecclesiis usitatus Etiãper immersionem.

27. Extrâ verò necessitatem servandus est modus ablutionis in unaquaque Ecclesia præscriptus & usitatus. Ita Ochagavia *de Baptism. quæst. 5. numer. 8.* qui non approbat sententiam Possevini *de offic. Cur. cap. 16. numer. 6.* quod abluere quocumque modo, scilicet per immersionem, infusionem, seu aspersionem secluso contemptu, non sit mortale. Servanda etiam est consuetudo certarum Ecclesiarum, baptizandi per immersio-

mersionem. Ita Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 4. n. 4. part. 3. resolut. 19. vers. In praxi.*

BAPTISMI FORMA.

Baptismi forma. Ego te baptizo.

28.† Baptismi forma in Ecclesia Latina hæc est, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Sed ex his particulis vox *Ego* non est de essentia, quia includitur in voce *baptizo. Te* est de essentia quia forma explicare debet subjectum. Item particula *baptizo*, vel æquivalens, ad determinandum actum applicationis aquæ ad corpus baptizati, quæ posset etiam fieri ad refrigerationem, medicinam, &c. † Si particula *in nomine* replicetur ad unamquamque Personam divinam, dicendo, *in nomine Patris, in nomine Filii, &c.* Bonacina *de Sacram. disput. 2. quæst. 2. punct. 4. num. 5.* docuit, invalidum fore Baptismum. Quia non exprimitur unitas essentiæ divinæ, sicut eadem ratione, invalidum fore Baptismum collatum *in nominibus Patris, & Filii*, &c. vel *Col Padre, col Figlivolo*, &c. Sed contrarium teneo cum Suarez *tom. 4. disput. 21 sect. 3.* Quia replicatio illa *in nomine*, non denotat plura nomina, sicut ly *in nominibus*: quemadmodum nomen *Deus* potest sæpius iterari sine pluralitate, non autem *Dii*, quia hoc significat Naturarum pluralitatem, non autem illud. *part. 2. tract. 17. resol 15.* Particula *in* non est de essentia. Unde Baptismus collatus *nomine Patris*, &c. est validus; quia sensus non violatur, sed tollitur Hebraismus, ut fieret dicendo, *cano cithara*, pro *cano in cithara.* Ita Henriquez *lib 2. cap. 8. numer. 6.* contra Comitolum *lib. 1. quæst. 9. num. 3.* Contra quem dicendum etiam cum Bonacina *de Sacram. disput. 2. quæst. 2. punct. 4. num 16.* omittentem particulam *in* secluso contemptu, non peccare mortaliter. Idem dic de particula *&*; quia absque illa significatur tota Trinitas. Quod etiam procedit si omittatur una cum particula *in.* Ita Pitigianus 4. *part. dict. 3. quæst. 2. artic. 2.* contra Regin. *tom. 2. lib. 24. cap. 1. numer. 30. part. 2. titul. 15. resolut. 47.* Forma Chaldæorum in Baptismo baptizatus est *in nomine Patris*, &c. omnino est valida contra Nazarium. Similiter valida est forma Dalmatina, *Ego te Christizo in nomine Patris*, &c. sicut valida est forma unius personæ Trinitatis, vel Christi, dummodò implicitè intelligatur in invocatione sanctissimæ Trinitatis. Diana & alii *part. 10. tractat. 16. resolut. 92* forma verò Græcorum debet esse hæc, *Baptizetur, & non baptizatur*: tamen utraque est vera forma. Vasq. *ibid. resol 97.* & necesse est exprimere personam baptizati quomodocunque dicatur. Ledesma, & alii. *ibid. §. Sed circa.*

Forma Chaldæorum valida est.

Et in una persona SS. Trinitatis, qua implicitè includuntur. Baptizetur.

Necesse est exprimere personam baptizati.

Putans probabiliter, se non fuisse baptizatum, non potest suscipere Sacramentum ordinis ad damnum alterius, aliàs verò potest. Dicastil. omnes filii Judæorum Saracenorum, &c. & etiam Christianorum reperti cum schedula ad collum sunt sub conditione rebaptizandi. Quintanad. *ibid. tractat. 6. resol. 93. § Notandum.* Episcopus, Sacerdos, qui dubii eorum baptismi, tenentur omnes ordines sub conditione recipere. Quintanad. ab ordinatis verò à tali Episcopo Sacerdotium est repetendum in sententia omnium Doctorum; sic de Confessario, debent omnes Confessiones repeti. *ibidem. §. Verum.*

Probabiliter non baptizatus non potest ordinari.

Omnes ordines sub conditione iterùm sunt recipiendi

Ordinatus saltem sacerdotiũ est repetendum. Confessiones omnes.

De rebaptizante puerum inventum cum schedula ad collum appensa, vide *num. 9. §. Sed quid.* & non incurrit pœnam irregularitatis.

Non incurrit in pœnam irregularitatis.

29. Addens formæ Baptismi nomen B. Virginis, vel omnium Sanctorum, secundum Graffium *part. 2. lib. 1. cap. 3. numer. 24.* non baptizaret. Sed distinguendum puto cum Bonacina *de Sacrament. disp. 2 quæst. 2. punct. 4. num. 16.* & si tale nomen addens, intendat in nomine B. Virginis, &c. baptizare, non baptizaret; quia talis sensus est contrarius fidei; si verò solum intendat intercessionem illius ad conservationem gratiæ baptismalis, &c. baptizaret. Nam quamvis illud *in nomine* significet auctoritatem, & consequenter verba illa simul sumpta contineant errorem contrarium formæ;

Sicut nec addere formæ nomẽ B. Virgini vel alicuius Sancti in intercessionem.

Non facit Baptismum invalidum.

Req. omissio (in)

Vel (&)

formæ; ut tamen ex intentione ministri hîc & nunc proferuntur, verba præcedentia tale nomen habent suam perfectam significationem, & effectum, quem nomen subsequens non potest tollere, *part. 2. tr. 15. resol. 48.*

Forma Baptismi proferenda simul cum ablutione.

30. † Forma proferri debet simul cum adhibetur ablutio, ut verum sit dicere: *Ego te abluo* † Adeo ut Scotus *in 4. dist. 6. quæst. 2. artic. 2.* existimaverit, quòd, si proferatur paulò post, Baptismus sit invalidus. Sed contrarium cum Henriquez *lib. 1. cap. 9. numer. 10.* tenendum est; sufficere nimirum, quòd paulò ante, vel post ablutionem proferatur, dummodò accedat intentio significandi eo modo, quem moralis, & humana loquendi, & agendi consuetudo requirit. Nam eodem pacto, qui poculum manibus accipit, ori statim applicaturus, ut bibat, dicere modaliter potest & solet, *ego bibo.* Quæ doctrina applicanda quoque Sacramentis Ordinis, Confirmationis, & Extremæ Unctionis. Nec enim verisimile est, Christum, qui sensitivis hominibus sensibilia instituit Sacramenta, eorum administrationem metaphysico rigori adstringere voluisse: Imò Heredia *de Sacrament. in gen. part. 6. dub. 2. num. 8.* docuit, inter ablutionem, & prolationem formæ intercedere posse unum *Pater noster.* Sed hæc sententia non videtur admittenda: quia nimis laxa. *part. 3. tract. 4. resol. 6.*

Si verò paulò ante, vel post proferantur, Baptismus non erit invalidus.

Quod generaliter procedit in omnibus Sacramentis.

31. Cùm puer est in periculo mortis, & nemo est, qui sciat formam Baptismi certam, baptizari potest cum forma dubia. Ita Ochagavia *de Sacrament quæst. 5. num. 17. part. 5. tract. 3. resolut. 4.* in fine. Nec refert, quod usurpetur forma Latina: Nam etiam Sacerdos baptizare potest in lingua vernacula sine mortali. Ita Nugnus *in 3. part. tom. 1. quæst. 60. art. 8 diff. 3. part. 2. tractat. 15. resolut. 46* in fine.

Baptismus in necessitate conferri potest in forma dubia. Et in quacumque lingua.

BAPTISMI SVBIECTVM.

Baptismi subiectum

32. † SUbjectum capax Baptismi est homo nondum baptizatus. Homo inquam, vel homines. † Nam in casu necessitatis, & urgente mortis periculo, possunt baptizari plures simul unica formæ prolatione in numero plurali, dicendo, *Ego vos baptizo*: quia sic nihil deest ad valorem Sacramenti, & cum fiat in necessitate, non fit illi injuria. Ita D. Thomas *3. part. quæst. 66. artic. 5. ad 4.* Sed advertit Hurtadus *de Bapt. disp. 2. diff. 7.* ex communi in tali casu non fore unum, sed plures Baptismos: quia illa forma: *Ego vos baptizo*, æquivalet his: *ego te baptizo, & ego te baptizo*, &c. & sic est virtualiter plures, *part 5. tractat. 3. resolut. 27.*

homo, vel homines.

33. Dixi: *nondum baptizatus.* Nam, si semel baptizatus scienter iterum baptizaretur, fieret irregularis ex delicto can. *eos, quos de consecr. d. 4.* Fieret etiam irregularis, qui scienter aliquem rebaptizaret, *ex cap. 2. de Apost.* & incurreret pœnam mortis, *ex l. 2. C. ne sanctum baptisma iteretur.* Sed pœnam irregularitatis existimo non incurri à rebaptizante scienter sub conditione. Nam hic absolutè non rebaptizat. Ita Nugnus *in 3. part. quæst. 66. artic. 9. conclus. 6.* & alii *part. 3. tract. 4. resolut. 9.* Sed Præpositus *in 3. part. quæst. 66. artic. 9. dub. 3. num. 103.* tenet, sic rebaptizantem, si sciat priorem baptismum fuisse validum, & rebaptismum illicitum, & conditionem apponat in fraudem legis, non solùm fieri irregularem, sed etiam pœna mortis affici posse, quia ex una parte conditio, cùm apponatur solùm ad vitandam pœnam, censeri potest tanquam non opposita: & ex alia exterior actio videtur fieri animo hæretico, & ex judicio, quod Baptismus validus repeti possit. *part. 3. Addit. secund. resolut. 10.*

Nondum baptizatus: nam semel baptizatus si iterum baptizaretur, fieret irregularis.

Sicut rebaptizans, qui ulterius incurreret pœnam mortis.

Si rebaptizaret absolutè. Non autem, si sub conditione.

Sed contrarium tenet Præpositus.

34. Baptizare autem sub conditione non baptizatum, est peccatum: quia contra usum Ecclesiæ, ponentis solùm conditionem in dubio. Sed veniale, quia materia injuriæ est levis. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 3. diff. 7. numer. 2. part. 3. Addit. secund. resolut. 6. §. Non reticeam.*

Baptizare autem sub conditione nondum baptizatum est peccatum veniale.

35. † Itaque, si dubium sit, an quis

Additio examen habiberi debet in dubio de validitate prioris Baptismi. Vel de illius collatione. Vt, si infans captus sit ab infidelibus, & dubitetur an sit baptizatus.

sit baptizatus, vel an baptizatus sit validè, & hoc probabile, baptizari debet sub conditione. Ita de primo decernitur in cap. *de quibus*, *de Bapt.* & docet D. Thomas. 3. *part. quæst. 66. artic. 9. ad* 4. Bizozeros *de Sacrament. part. 2. cap. 7. num. 18.* & alii. † Unde, si casus contingat, quòd infans captus sit ab infidelibus, & dubitetur, num fuerit baptizatus, redemptus postea, baptizari debet sub conditione: quamvis infideles ipsi testentur, se illum rapuisse in ea ætate, in qua certum foret, esse baptizatum, ex cap. *parvulos*, *de consecr. dist. 4.* Nam testimonium infidelium est suspectum, utpotè qui credi possunt id dicere in injuriam Baptismi, quæ baptizandi. Ita Nugnus *In 3. part. tract. 1. quæst. 66. artic. 9. conclus. 2.* Unde ad tollendam dubitationem, quòd aliquis sit baptizatus, opus est testificatione testis fide digni affirmantis de visu. Ita Ledesma *tract. 1. de Bapt. cap. 5. diff. 2.* & alii, *part. 3. Addit. secund. resol. 10.* Eadem ratione dictum est supra *num. 8.* infantem expositum cum schedula Baptismi in loco, ubi dubium est, an parentibus infidelibus natus sit, baptizandum esse sub conditione. Vide ibi.

Quamvis infideles fiment, illum rapuisse in ætate in qua resumi deberet baptizatus.

Baptizari potest infans in utero matris.

36. Baptizandus non est infans in utero matris secundum Ochagaviam *tr. unic. de Bapt. quæst. 4. num. 5.* quia in cap. *qui in materno*, *de consecrat. dist. 4.* dicitur, non posse renasci secundum Deum, qui non est natus secundum Adam. Sed ego dicendum puto cum Præposito, *in 3. part. quæst. 66. artic. 8. dub. 3 num. 61.* quod, si aliquo pacto minister possit in puerum existentem in utero aquam immittere, potest sic baptizari. Nam infans in eo statu est homo distinctus à matre, sufficienter natus ex nihilo, contraxitque peccatum originale. Unde in casu necessitatis, posset hoc modo baptizari. Ad argumentum supra factum respondetur, ut quis dicatur per Baptismum renasci, sufficere, si ita natus sit, ut ex non homine factus sit homo. Nam de cætero, neque, qui excidit ex utero matris mortuæ, propriè nascitur, & nihilominus baptizari

Si potest ab, lui aliquo modo.

potest *part. 2. tr. 15. res. 43 & part. 5. tr. 3. resol. 12.*

37. Nota hic, quod Præpositus *ibid.* quamvis doceat, non licere, matrem vivam exscindere, ut proles baptizetur; quia non licet directè aliquem occidere, ut bono spirituali ejusdem, vel alterius consulatur; posse tamen putat, existentem in utero modo supradicto baptizari, si non est spes probabilis quod vivus nasci possit, & possit nihilominus aqua ad illum abluendum pertingere: esto ex hoc prævideatur secutura mors matris, quæ in hoc tenetur consentire; quia tenemur cum nostræ vitæ discrimine succurrere saluti proximi, quando moraliter certum est, nos posse, & cum aliàs periturum. Sed hunc casum rarò evenire posse, *part. 5. tr. 3. resol. 12. §. Non desinam.*

Et si urgeat necessitas baptizandi esse docet Præpositus, etiam cum periculo matris.

38. † Adultus, ut baptizetur, tres conditiones habere debet: intentionem suscipiendi Baptismum, fidem, & dolorem de peccatis actualibus. Et quidem intentio est adeò necessaria, ut si nec actualiter, nec virtualiter adsit, Baptismus sit nullus. Fides verò & dolor non requiruntur ad caracterem, sed ad gratiam baptismalem. † Unde infideles accedentes ad fidem, instrui debent, & probari per aliquot menses ante Baptismum, ut dicitur, *de cons. d. 4. cap. ante Baptismum.* Si tamen urgeat necessitas naufragii, &c. ex qua tales sint in periculo mortis, tunc exposita utcumque fide, si rebus illis assentiantur, baptizari debent. Ita Sancius *select. disput. 44, nu. 41. part. 5. tract. 3. resol. 20.*

Tres conditiones in baptizando requiruntur. Intentio. Fides, & dolor peccatorum actualium si est adultus. Qui proindè instrui debet, & probari per aliquot menses. Si mors non immineat.

39. Sufficit autem ad Baptismum intentio suscipientis virtualis. Unde, qui baptismum petiit, baptizari potest dormiens, vel amens, si constet, ante somnum vel amentiam voluntatem non mutasse. Ita determinavit Innocent. III. in cap. *maiores de Baptism.* & sumitur ex Concilio Carthag. III *can. 34.* & Amus, *can. 12.* Et ratio est, quia præcedens voluntas non retractata sufficit, ut Baptismus dicatur voluntarius. Ita Barbosa *collect. tom. 1. lib. 3. titul. 4. cap. 3. num. 16.* Quod si dicas, Baptismum col-

Intentio autem satis est virtualis: Unde baptizari potest amens, & dormiens, qui baptismum petierat.

latum

latum à dormiente, vel amente, qui ante somnum, vel amentiam habuit intentionem baptizandi, esse invalidum; ergo etiam collatum dormienti vel amenti, &c. Respondet Cabrera *in 3. part. quæst. 68. articul. 7.* aliquos Theologos negare antecedens; quia sufficit intentio virtualis ministri, præsertim si ex illa actio baptizandi sequatur. Quam responsionem ipse probabilem judicat, & falsitatis non facilè convinci posse. Sed, ad argumentum negari potest consequentia, quia major intentio requiritur in ministro, quam in suscipiente Baptismum.

Et in periculo mortis etiam debet.

Igitur furiosi, & amentes, vel alio pacto usu rationis privati, in articulo mortis baptizandi sunt, si antea Baptismum petiisse constet, credendo, eam voluntatem perseverasse. Ita Henriquez *lib. 2. cap 24. numer. 4.* & Sanc. *select. disputat. 44. num. 42.* Qui addit, furiosum resistentem Baptismo, ligari posse, ut baptizetur, *part. 3. tract. 4. resol. 12. & part. 5. tract. 3. resolut. 23.*

Petiisse autem constabit ex dicto unius testis etiam Pagani.

40. Quomodo autem constabit, quod infidelis moribundus Baptismum petierit, ut ei conferri possit? Respondeo cum Sancio *select. disp. 44. num. 39.* sufficienter constare eo dicto unius testis, etiamsi sit Paganus. Quod potiori ratione tenentur fateri DD. cum quibus infra dicemus, moribundum absolvi posse, si unicus testis affirmet, signa doloris manifestasse. Nam in Baptismo actus doloris non sunt materia Sacramenti, sicut in Confessione, *part. 5. tract. 3. resol. 21.*

Et secundùm Sancium, etiamsi de facto ejus testificatio non sit satis certa.

Addit Sancius *ibid. numer. 40.* baptizandum esse sub conditione infidelem, de quo audientes dubitant, num testis verum dicat, vel, an revera asseruerit, moribundum postulasse Baptismum. Cui adde Henriquez *lib 2. cap. 23. n 4.* docentem, quod, si in dubio sit conjectura, quòd moribundus petierit Baptismum, baptizari debet sub conditione, *part. 5. tr. 3. res. 22.*

In infantibus intentionem supplet parentes.

41. † Intentionem infantis supplent parentes, quibus filiorum cura, & custodia ante usum rationis commissa est. † Unde infantes infidelium etiam vassalorum, aut etiam mancipiorum, non possunt ipsis invitis extra mortis periculum baptizari. Ita D. Thomas *3. p. q. 68. art. 10.* Azorius *tom. 2. lib. 7. cap. 25. q. 10.* & alii. Sed Suarez *in 3. p. tom. 3. disp. 25. sect. 4.* docet, filios infidelium servorum vendi posse, & sic separatos à parentibus baptizari, etiamsi in hunc finem alienentur. Et probat primum, quia dominus alicujus rei potest illam ad libitum vendere & alienare. Secundum verò, quia sic alienati non sunt amplius sub cura parentum, sed, dominorum. Imò Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 54. dub. 2.* ait, baptizari posse etiam sub cura parentum, si res secundum se consideretur, *p. 2. tract. 25. res. 45.* & Laymann *lib. 5. tr. 5. cap. 6. num. 12.* etiamsi perversionis periculum timeatur. Nam, quod attinet ad jus paternum, illud amittitur propter pravum usum, neque enim jus naturale paternũ concedere potest, ut nemo emendare curet in filio id, in quo pater errat, neque jus divinum id concessisse constat, ut ait Vasquez *in 3. par. tract. 3. disp. 155. cap. 4. num. 50. p. 2. tract. 15. res. 45. §. Ad argumentum.* Quod verò attinet ad periculum, illud non esse adeò propinquum, quum præveniri possit per mortem infantis ante usum rationis, aut Catholicis institutionibus sublevari, vel tandem ignorantia difficulter vincibili retardari, *part. 3. tract. 4. res. 7.* Sed rectè docet Coninch, secluso mortis periculo, non licere, baptizare filios infidelium sub eorum cura, ipsis invitis, *part. 5. tract. 3. resol. 10.* † Quamvis *p. 3. tract. 4. resol. 7.* sententia Laymann visa sibi fuerit satis probabilis, & *part. 2. tract. 5. resol. 7.* sententia Vasquez amplexus sit. † Certum autem est, in articulo mortis baptizari posse, & debere, ut supra diximus *num. 9.* Quid si hujusmodi infantes post septennium petant Baptismum, & dubitetur, sint necne rationis compotes, poteruntne invitis parentibus baptizari? Affirmat Azorius *part. 1. lib. 8. cap. 25. quæst. 11.* Negat Tabiena *verbo Baptismus 7. quæst. 10.* & Joannes Antonius Novarius *in Summa Bullar. part. 2. tit. de Baptis. num. 6. & 7.* qui putat in dubio faciendam

Quibus, deinde invitis, baptizari non possunt. Sed vide, quid doceat Suarez.

Et Turrianus.

esse interpretationem in favorem fidei, *part.7.tract.11.resol.40.*

Dolor in adultu sufficit, quod sit attritio.

42. Quod verò attinet ad dolorem: sufficit in adultis ad Baptismum attritio cognita, quæ sufficit in Sacramento Pœnitentiæ. Ita Cabrera *de Sacrament. quæst.69.art.8.disput.2. §.5.& 10.* & alii contra Victoriam *sum.num.* 258 cujus sententiam Nugnus *in 3. part. tom.2. q. 69.art.9.dub.2.* improbabilem vocat. Sed non est audiendus Pitigianus *in 4. dist. 4.quæst.4.art.3. conclus.* 3. dicens, hanc attritionem non debere esse supernaturalem, sed sufficere naturalem ex quocumque motivo. Nam attritio naturalis non habet proportionem cum gratia qua est ordinis supernaturalis. *p.3.tr.4. resol.13.*

Dummodo sit supernaturalis.

Quæ quidē attritio una cum fide si dubium sit an extet in aliquo, ut in muto & surdo accedente cum adu ad Baptismum, diligens est adhibendum examen.

43. † Et hæc dicta sint de conditionibus requisitis in suscipiente Baptismum. † Quæ dubium sit, an in aliquo adulto reperiantur, ut contingeret in muto & surdo à nativitate, qui in terris infidelium se misceret cum aliis ad suscipiendum Baptismum; talem ait Lopez *p.1.c.* 12. non esse baptizandum, nisi exterioribus signis se intelligere significaret, taliaque media esse ad salutem animæ ab uno Deo cœli & terræ instituta, ac etiam fidem de Deo habere & dolorem de peccatis. Episcopo hæc cum aliis viris doctis investigante. Nam ex una parte fides, & dolor de peccatis sunt dispositiones necessariæ ad Baptismum, & ex alia talis videtur has dispositiones habere non posse, cum non possit doceri. Sed ego existimo cum Moscoso *tract 2.cap.5.num.7.* quòd, si Episcopus longè distaret, posset Parochus cum aliis viris doctis talem examinare, & baptizare. Certum autem est, quod, si absque examine baptizaretur, Baptismus esset validus, *p.1.tr.6.resol.1.*

Baptismus differendus pro adultu.

44. Tenetur adultus divino præcepto recipere baptismum, cùm commodè potest. Baptismus enim institutus est, veluti initium vitæ spiritualis, ideóque ad articulum mortis ejus obligatio non est restringenda. Serra verò *in 3. p. D. Thom.q.68.art.3.* putat adultis, nisi periculum mortis immineat, non esse jure divino determinatum tempus, ultra quod si baptismum differant, peccent mortaliter: teneri tamen sub mortali baptismum non differre usque ad mortem, *p.9.tr.6.res.2.*

Surdi, caci, muti, adulti, absque eorum consensu non baptizandi.

45. In adulta ætate baptizari non possunt surdi, cæci, & muti quos parentes non baptizarunt infantes, dum de supradictorum voluntate non constat. Ochag. Quia cùm sint consensus, & dissensus capaces, debet eorum voluntas expectari. *ibid. vers. Sed pro coronide.* Infantes incuria parentum non baptizati, si nolint jam adulti baptizari, ad id compelli possunt. Sotus *in 4. dist. 5. q. unica, art.9.* At verò usum ecclesiæ id non habere, nec expedire, docet. *Ibid. vers. secundum dubium.*

Adulti an inviti baptizandi.

Vnus an plures possit baptizare.

46. Unus potest simul plures baptizare, si plures abluat, & formam omnes comprehendentem proferat. S. Thom. *in 3.p.q.66.a.4 ad 4.* & ibi Araujo, Serra, & alii. Sed hoc non absque urgente necessitate: alias peccaret mortaliter. Ego sic cum Scoto *in 4.dist.6.q 3. §. Respondeo* & Vasquez *in 3.p.tom 3. disp. 148. cap.7.num.50.* Quia administrare Sacramentum contra usum & modum consuetum secundum se est materia gravis. *p.9.tr.6 res.30.* Plures simul baptizans non unum conficit Sacramentum, sed plura. *ibid. vers. Notandum.*

Plures simul baptizans plura conficit Sacramenta, unis solum committit peccatum

Qui verò plures simul baptizat existens in peccato mortali, unum solum committit, non tot, quot personas baptizat. *Ibid. vers. sed an ita baptizans.*

Filii & nepotes Regum, & Principum possunt baptizari domi.

47. † Filii & nepotes Regum, & Principum domi possunt absque peccato baptizari adhuc secluſa necessitate. Quod privilegium extendit Quintanad. ad filios Ducum, Marchionum, Comitum, imò & ad filios Viceregum, Oratorum Regum vel Pontificum, aliósque plures, de quo latè *part.9 tract.6.resol.38.*

Reiterandus est baptismus in coma.

48. Si necesse fuerit baptizare puerum in extrema parte comæ, vel in secundina, reiterandus est baptismus sub conditione. Mart. de S. Joseph. & alii. *part.10. tr.16.resol.18.*

Validus Ba-

49. Validum esse baptismum infantis qui

Baptismus infantis in puteum projecti.

qui in puteum projiceretur affirmant communiter Doctores. An verò liceat illum projicere, dum aliter baptizari nequeat, & jam jam moriturus sit, dubitatur hinc, inde. *part.* 10. *tractat.* 16. *resol.* 20. Et tamen certum puero proximè morituro baptismum ministrari posse, ex cujus administratione cognoscatur mortem accelerandam esse puero. Tum quia mors non per se, sed per accidens contingeret: tum quia tam leve detrimentum pro salute æterna contemnendum est. Vasq. Coninch. Laym. Palao.

Valet Baptismus puero aquâ decidenti è tecto expositio.

50. Probabile putat Leand. *part.* 10. *de Sacrament. tractat.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 30. valere baptismum, si quis proferat verba, & puer ab alio projiciatur. At ego contrarium verum puto cum Dicastillo. Valebit tamen baptismus, si quis exponat infantem aquæ decidenti è tecto, & verba proferat. *ibid.*

Secari quit mulier ad mortē damnata, ut fœtus baptizetur.

51. Notant Anton. Escobar. *in Theolog. Moral. tractat.* 7. *exam.* 2. *cap.* 4. *numer.* 13. ex Coninch. & Suarez Mulierem, quæ damnatur ad mortem, & est periculum, ne ex aliquo morbo una cum prole moriatur, secari posse, si sit spes, ut fœtus baptizari valeat. *ibidem.*

Forma baptizandi Chaldæorū, & Græcorū.

52. Forma baptizandi Chaldæorum an valida *part* 10. *tract.* 16. *resol.* 92. *per totam.* Item & qualis forma apud Græcos *ibid. resol.* 93. Horum probabilius est esse talem. *Baptizetur servus Christi*, quàm hæc *Baptizatur servus Christi.* Illorum: Baptizatus est in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quam velut probabilem astruere conatur Paulus Nazarius *tract.* 8. *opusc.* 3. *cas.* 3. *fol.* 342. Sed non est recedendum à communi formula ab Ecclesia tradita.

An baptizandus sub conditione infans expositus.

53. Baptizandum non esse sub conditione infantem expositum, si ad collum testimonium sui baptismi appensum haberet in schedula jam olim docui. Nunc verò dico satis probabilem esse eam sententiam quæ asserit sub conditione iterum esse baptizandum. Vide inter alios, quos cito. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 87. *vers. Sed contrariam.*

Parochus rebaptizans sub conditione, non incurrit irregularitatem.

54. Parochus rebaptizans sub conditione, etiam stante sententia vera, quòd talis infans rebaptizandus non sit, non incurrit irregularitatem. *ibid. ver. vidisti ad med.*

BAPTISMI MINISTER.

Baptismi Minister in necessitate est quilibet homo, etiam Paganus.

45† MInister ad Baptismi valorem sufficiens est homo rationis compos, distinctus suppositò à Baptizando. Unde tempore necessitatis quæcumque persona, etiam Paganus, baptizare potest, dummodo habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. Quoniam verò obstetrix multos infantes in ipso partu periclitantes baptizat:†

Nemo tamē tenetur esse paratus, & scire formā Baptismi pro casibus, qui possunt occurrere, Idq; probabile est etiam de obstetricibus.

46. Valdè pia est sententia D. Antonini *part.* 2. *cap.* 15. § 4. & aliorum, quòd obstetrix teneatur scire formam Baptismi, saltem in lingua vernacula; estque ut ait Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *disput.* 21 *sect* 5. consulenda. At contraria ipsius Suarez est etiam probabilis: nam quamvis lex charitatis jubeat; ut posita necessitate pueri, quilibet illum baptizare teneatur, si potest, non tamen jubet, ut unusquisque sit paratus, & instructus ad dandum Baptismum, si fortasse inveniat proximum in tali necessitate. Posse igitur obstetricem nescire formam Baptismi: quia rarissimè eveniet ut, urgente necessitate, nemo adsit, vel exspectari possit præter obstetricem, qui infantem baptizare possit, *part.* 2. *tract.* 15 *resol.* 47.

47. Advertit autem Sylvius *in* 3. *part. q.* 66. *artic.* 9 *dub.* 2. cum contingit infantem baptizari ab obstetrice, posse iterum baptizari sub conditione. Quia dubium est, ne, vel subito necessitatis casu turbata aliter fecerit, vel dixerit, quàm refert, aut semel & iterum deprehensa, quòd benè baptizarit, deinceps malitiosè erret, & nihilominus asserat, se more solito baptizasse. Ita ille, qui adducit auctoritatem Synodi Iprensis, & Pastoralis Mechlinensis. Sed, quidquid sit de partibus Germaniæ, ubi

Quæ cum in nostra partibus baptizāt, earum

Baptismus regulariter iterari non debet.

ubi sæpius obstetrices sunt sortilegæ; hæc Sylvii doctrina in nostris regionibus non admittitur. Sed obstetrices diligenter examinantur à viris doctis, interrogando de verbis formæ, de quantitate aquæ & qualitate, & de parte corporis, in qua baptizavit infantem, & nullo compereo errore, supplentur in Ecclesia solemnitates omissæ. *part. 5. tract. 13. resol. 86.*

Sed tantum suppleri debent solemnitates omissæ. Etiam exorcismus, tum certa cautela.

48. Debere autem solemnitates omissas in privato Baptismo, suppleri postea in Ecclesia, constat ex usu Ecclesiæ, & colligitur ex *cap. 1. de Sacrament. non iter.* Quod etiam, de exorcismis intelligendum esse docet Richardus *in 4 dist. 6. art. 6. quæst. 1.* & habetur in Pastorali Romano, cum ea tamen cautela, ut exorcizans intendat majorem repulsam diaboli, &, cùm gratiam precatur, non primam gratiam, sed augmentum gratiæ, impetrare intendat. Unde non est audiendus Comitolus *lib. 1. quæst. 12.* dicens, esse sacrilegium, puerum privatim baptizatum postea exorcizare. Quando verò cæremoniæ Baptismi omittuntur occasione pestis, supplendi postea debent post pestilentiam. Ita Layman *lib. 5. tractat. 2 cap. 8. n. 9.* Sed Possevinus *de officio cur. cap. 6. num. 23.* docet non esse peccatum mortale, omissas cæremonias in Ecclesia non supplere, sic luso contemptu, *part. 5. tr. 3. resol. 6.*

In casu necessitatis servandus est ordo inter ministros Baptismi nè ex officio, ut præsente viro non baptizet mulier, &c. Sed, si inferior baptizaret præsente superiore, etiam Diacono, non peccaret mortaliter.

49. Quamvis autem omnis sit sufficiens minister hujus Sacramenti, & in necessitate possit licitè baptizare; est tamen servandus ordo inter adstantes, ut major præferatur minori: unde præsente viro, non debet baptizare fœmina, præsente Ecclesiastico, non debet laicus, &c. Et quidem Vasquez *in 3. part. tract. 3. disput. 147. cap. 5.* & alii putant, hunc ordinem invertere, esse peccatum mortale: quia est de jure divino, & est materia gravis quòd magis aptus præferatur minus apto; nam ob id in extrema necessitate conceditur omnibus hujus Sacramenti licitum ministerium. Hurtadus verò *de Baptism. disput. 2. difficult. 3.* docet, non esse mortale, invertere hunc ordinem inter inferiores Diacono, ut baptizare laicum præsente Subdiacono: esse verò mortale, quod Subdiaconus vel inferior baptizet, præsente Diacono: quia hic jure divino aliis sibi inferioribus præfertur, & ex usu Ordinis est aptior. Sed ipse libenter adhæreo opinioni Granadi *in 3. part. controv. 4. tract. 2. disput 2.* & aliorum, quod non sit mortale, si inferior præsente superiore, etiam Diacono, baptizet; quia, cum nemo istorum sit minister ex officio, quod unus potius, quam alter baptizet, non est gravis inordinatio. *part. 3. tract. 4. & part. 5. tract. 3. resol. 18.*

Sacerdos verò præferri alio debet, etiamsi sit excommunicatus.

50. Sacerdos verò, etiam excommunicatus, præferri debet cuilibet non Sacerdoti: quando enim pluribus conceditur facultas, servandum est inter ipsos jus commune, *l. assi luis. C. qui potiores, qui pignore habeantur*: ergo in extrema necessitate, quando omnibus facultas baptizandi conceditur, sive excommunicati sint; sive non, præferendus est Sacerdos, cui soli de jure communi competit munus baptizandi, ratione suæ consecrationis. Ita Cornejo *in 3. part. tract. 5. § 1. dub. 2. quæst. 4.* contra Suarez *de cens. disput. 11. sect 1. num. 11. part. 5. tractat. 9. resol. 87.*

Pater, què præsentibus aliis baptizaret filium non amitteret jus ad debitum.

51. Peccaret item graviter pater, qui in casu necessitatis baptizaret filium, præsentibus aliis, qui id facere possent. Sed non privaretur jure petendi debitum: quia hæc pœna in nullo textu invenitur imposita. Ita Coninch *de Sacrament. disput. 34. dub. 8 num. 69.* contra Villalobos, *tom 1. tractat. 13. diff. 51. num. 6.* Qui tamen advertit, cum tali dispensare posse Episcopum, Commissarium Cruciatæ, & Confessarios Regularium deputatos *part. 3. tract. 4. resol. 3.*

Vocatus in necessitate ad Baptizandum non sit multùm scrupulosus in expectando magis idoneo cum periculo baptizandi.

52. Is verò, à quo in illo casu petitur Baptismus, non sit multum scrupulosus in expectando magis idoneo: sed, si dubitet an opportunè veniet, baptizet ipse; sicut etiam, si dubitet, an sit periculum mortis; vel non: si verò pro rei qualitate & tempore non possit rem examinare, mittat alium ad vocandum ministrum idoneum, ipse verò non recedat, ut, si necessitas urgeat baptizet. Ita Zambranus

branus *de Baptism. cap. 1. dub. 15. numer. 5. part. 5. tract. 3. resol. 8. §. Cavendum.* Adde, quod docuit Valentia *tom. 4 disput. 4. quæst. 2 punct. 1.* laicum, qui, præsente & non renuente Sacerdote, baptizaret, secluso contemptu, non peccaret mortaliter: *part. 3 tract. 4 resol. 4. §. Non desinam.* Baptizet verò idiota vulgari potius, quàm Latino sermone, ne erret, nisi sibi constet, se Latinè benè proferre. Ita sup. cit. Zambranus. *ubi sup. part. 5. tract. 3. resol. 18.*

Minister Baptismi non potest esse, nisi unus.

53. In quocumque autem casu Baptismi minister debet esse unus. Unde si Sacerdos, vel alius, non posset domum intrare ad abluendum, vel non haberet manus, non conferret Baptismum validè, proferendo formam, alio abluente. Ita docet D. Thomas 3. *part. quæst. 67. artic. 6.* & DD communiter. Probatur autem, quia, ut formam verum significet, qui illam profert, debet etiam abluere: alioqui enim, si unus abluat, & alius verba proferat, falsum erit dicere, *ego te abluo*, falsum etiam erit dicere, *te abluimus*, quia non uterque abluerit, neque uterque verba proferret, si alter esset mutus. Confirmatur, quia communi omnium calculo invalidus judicatur Baptismus collatus à tribus, quorum unus abluerit, & alii duo verba alternatim proferrent, v. g. unus, *ego te baptizo*, alter, *in nomine Patris*, &c. quia ille, qui profitetur aliquem baptizare, profitetur illum baptizare in nomine S. Trinitatis. Ergo, eodem modo censendus est invalidus collatus à duobus, uno abluente, altero verba proferente, quia, qui dicit se abluere, debet ipse abluere, &c. Sed his non obstantibus, Cajetanus *in 3. part. loco cit.* Hurtadus *de Sacrament. disput. 2. diff. 6.* Chapeauilla *de modo minist. Sacrament. temp. pestis quæst. 20.* & alii docent, in casu necessitatis licere, hoc modo Baptismum conferre sub conditione, *si ita conferri potest*, & iterum, elapso periculo, baptizare sub alia conditione, *si non es baptizatus.* Quia in tali necessitate melius est suscipere Baptismum dubiũ, & aliquo modo probabilem quàm omninò nullum. Quod si dicas, in jure Canonico declarari irritum Ordinem collatum ab Episcopo simul & Presbytero, illo imponente manus, hoc benedicente: Respondent, esse disparem rationem; quia Presbyter in nullo casu est sufficiens minister Ordinis, Baptismi verò in necessitate quilibet potest esse minister, & ideò ille non potest cum Episcopo componere unum ministrum, mutus verò, & orbatus manibus possunt. *part. 3. tract. 4. resol. 11. & part. 5. tr. 3. resol. 26. & tr. 6. resol. 2.*

Sed aliqui in necessitate docent, conferendũ esse à duobus, uno muto abluente, & alio manibus orbato proferente verba sub conditione, si ita conferri potest. Et respondẽt ad quoddam argumentũ.

54. † Et hæc dicta sint de ministro necessitatis ad valorem Baptismi. Nam extra necessitatem minister Baptismi ex officio est solus Parochus, vel alius Sacerdos, & etiam Diaconus ex commissione Parochi vel Episcopi. Et quidem Diaconus ex commissione Parochi potest baptizare solemniter. † Imò Suarez *in 3 part. tom. 3. disput. 23. sect. 3.* putat, Diaconum posse solemniter baptizare in casu necessitatis absque commissione. Sed hanc opinionem refellit Coninch *de Sacrament. quæst. 67. artic. 56. dub. 3. num 27.* ex cap. *diaconos.* ubi clarè innuitur, Diacononum sine commissione Sacerdotis non aliter baptizare posse, quã laicos. Et ratio videtur esse, quia Diacono propriè convenit inservire Sacerdoti, atque ita quæcunque facit ut Diaconus, debet facere ut inserviens Sacerdoti, non autem suo jure; igitur non potest solemniter baptizare sine commissione; quia id faceret suo jure. Ita Coninch, quisuam sententiam vocat tantum probabiliorem, unde videtur, sententiam Suarez probabilem existimare. Sed contra illum nominatim insurgit Hurtadus *de Sacrament. Bapt. disput. 2. diff. 4. part. 5. tract. 3. resol. 28.*

Baptismi minister extra necessitatem est Parochus; vel de ejus commissione simplex Sacerdos, vel Diaconus. Qui in necessitate potest secundũ Suarez baptizare solemniter sine commissione. Sed contra tenet Coninch.

55. Monacho *in can. placuit 216. quæst. 1.* præcipitur ne baptizet. Et quidem Rodriguez *qq. Reg. tract. 1. quæst. 31. art 2.* ait, prohiberi, ne baptizet sine licentia Ordinarii. Glossa autem *in can. pervenit. 18. quæst. 2.* existimat id licere, Granadus verò *in 3. part. contr. 4. tract. 2. disput. 1. num. 4.* putat, id non præcipi sub mortali, & Monachum aliquando baptizare posse sine veniali, *part. 5. tract. 13. res. 18.*

Monacho vetitum est baptizare. Cujus rei vis, & aliquas expositiones.

Minister licitè baptizet, debet esse in gratia.

Quod non est necessarium in ministro necessitatis, etiam Sacerdote.

56. Requiritur autem in Ministro Baptismi, quòd sit in gratia. Sed hoc intelligendum solùm est de ministro Ecclesiæ. Nam in casu necessitatis laicus, vel clericus non peccat mortaliter, baptizans in peccato mortali; quia non tenetur se conformare sanctitati Christi & Ecclesiæ, cum non se gerat ut ejus minister. Imò hoc non solùm est verum de laico, qui nullam gratiam accepit, ut Sacramenta conferret: sed etiam de Sacerdote; quia, quamvis sit minister ex officio; in casu tamen necessitatis non baptizat ut minister ex officio, sed ut minister necessitatis, sicut laicus, absque solemnitate: unde character sacerdotalis concurrit ad illud ministerium per accidens. Ita Granadus *in 3. part. controv. 3. tractat. 5. disputat. 5. num 6.* & alii contra Vasquez *in 3 part. disput. 236. cap. 3. num. 30. part 3. tractat. resolut. 10. & part. 5. tractat. 3. resolut. 24.* † Sed de Sacerdote *in part. 3. citat.* hanc sententiam putavit solùm probabilem. †

Et Sacerdos baptizans cũ excommunicatione minori nullo modo peccat.

57. At extra casum necessitatis peccat mortaliter Sacerdos, non solùm si baptizet in peccato mortali, sed etiam secundum Vasquez *in 3. part. tom. 4. de excommunic. dub. 4. numer. 4.* si cum excommunicatione, quamvis minori, ex cap. *si celebret de cler. excommunic.* & ex irreverentia, quæ irrogatur Sacramento, conferendo illud cum tali indignitate. Sed Faber *in 4. dist. 25. quæst. 2. disputat. 4. cap. 2. numer. 22.* putat, Sacerdotem baptizantem cum excommunicatione minori extra necessitatem, peccare solùm venialiter. Et ego probabilius judico cum Suarez *disput. 24. sect. 2. num. 12.* & Præposito *in 3. part. quæst. 2. dub. 3. num. 16.* nullo modo peccare. Quia excommunicatio minor non prohibet administrationem, sed tantùm susceptionem Sacramentorum ad cap. *si celebret.* Respondet Suarez, ibi loqui de ministrante, & simul suscipiente Sacramenta. *part. 5. tractat. 9. resolut. 3. & 45.* † licèt *in part. 3. tractat. 4. resolut. 56.* docuerit aliquod peccatum adesse. †

Ad Baptizandum validè requiritur in ministro intentio faciendi, quod intendit Ecclesia.

57. † Præter rectam dispositionem, quæ requiritur ad baptizandum licitè, requiritur in ministro Baptismi intentio faciendi, quod Christus instituit, & præcepit, quódque intendit Ecclesia. Et hoc non solum ab baptizandum licitè, sed ad baptizandum validè: nam Baptismus collatus absque intentione ministri, est nullus quoad caracterem & quoad gratiam. † Sed Bartholomæus ab Angelis *de Sacrament. in com. dial. 1. §. 31.*

Quam intentionẽ in ministro iniquo dicunt aliqui, suppleri à Deo quoad gratiam.

putat cum multis aliis perversam intentionem ministri, intendentis occultè homine irridere, suppleri à Deo, non quidem quoad caracterem, sed quoad gratiam quia Deus facienti, quod in se est, non deficit in necessariis, nec suam virtutem alligavit Sacramentis. Et citat D. Thomam *in 4. dist. 24. quæst. 1. articul. 2. quæst. 3.* & alios. Hanc opinionem sequitur Valentia *tom. 4. disputat. 3. quæst. 5. punct. 3.* docens defectum intentionis ministri in parvulis suppleri à Deo per privilegium, in adultis verò per fidem & devotionem suscipientis, Deo etiam peculiariter concurrente. Sed contraria sententia cum Sylvio *in 3. part. quæst. 68. articul. 2. ad 4.* & aliis tenenda est. Quia, quòd Deus hunc defectum suppleat, non fundatur in aliqua promissione, aut ratione: & alioqui de fide est, intentionem ministri esse necessariam. Hanc sententiam ita veram existimat Cabrera *de Sacrament. quæst. 64. artic. 8. disputat. 1. §. 6. num. 65.* ut contrariam refellat, tanquam erroneam, & temerariam, *part. 3. tract. 4. resol. 17.*

Sed gratis.

Vnde qui ex perversa intentione multos baptizasset invalidè teneretur secundum Laymann prodere se magistratui etiã morte plectendus.

58. Hinc probabilissimum esse, ait Laymann *lib. 2 tract 3. cap. 3. num. 3.* obstetricem vel Parochum, qui ex defectu intentionis invalidè baptizavit, nec aliter potest huic malo occurrere, quàm prodendo se Magistratui, ultimũ supplicium subiturus, speculativè loquendo, teneri se prodere; quia salus corporis ex lege charitatis postponenda est saluti plurium animarum. Imò hanc obligationem videri ex justitia, quia ille illos innocentes in salutis suæ discrimen per summã injuriam cõjecit:

Sed hanc doctrinam aliquanto mitigat.

Sed

Sed hunc discursum fortasse non adeò certum esse, ut in dubium revocari non possit, cum illi homines per contritionem salvari possunt. At, quidquid sit de hoc, si mulier, vel Sacerdos, nescit se ad hoc obligatum, & Confessarius putat, se nociturum potius, quàm profuturum, non debere illum in re non omninò evidenti monere. Imò, si edoctum ab hoc heroico facto plenè abhorrentem conspiciat, non debere illum multum urgere, & in desperationem abigere. *part.3 tractat.5.resol.50. §. Sed ponam.* Vide etiam Ochagaviam *de Sacrament. tractat.2.quæst.41.num.6. part.5. tractat. 13.resolut.55.*

BAPTISMI EFFECTVS.

Baptismi effectus sunt gratia, remissio pœnæ, Caracter, & ablatio irregularitatis præter bigamiam. Sed ad gratiam requiritur dispositio. Vnde, qui baptizatur fictè non recipit gratiã, nisi recedente fictione.

59.† Effectus Baptismi sunt multi. Præcipui, gratia, quæ in infantibus expellit peccatum originale, & in adultis etiam actuale; Remissio pœnæ pro peccatis debitæ: Caracter conferens potestatem suscipiendi reliqua Sacramenta. Ablatio irregularitatis omnis ante Baptismum contractæ, præter bigamiam.

60. Si autem quis fictè, seu absque debita dispositione, Baptismum suscipit, non recipit gratiam, nisi postea recedente fictione. † Porrò fictio est duplex. Prior est, quia quis sine dolore Baptismum suscipit, cum peccato mortali, volens, & sciens, aut vincibiliter ignorans, ita suscipere, & hæc est propria fictio, cum qua Baptismum suscipiens committit novum peccatum sacrilegii. Secunda est, qua quis ad Baptismum accedit cum complacentia peccati mortalis: sed excusatur à novo sacrilegio ex ignorantia invincibili, aut quia putat, non esse necessariam aliam dispositionem præter fidem, & intentionem, aut, quia putat, se esse attritum, cum revera non sit. Quæcumque autem sit fictio, illa recedente, remittuntur per Baptismum non solum omnia peccata ante Baptismum, sed etiam in ipsa Baptismi susceptione commissa: sive sint sacrilega contra Baptismum, sive nõ. Minimè verò commissa post susceptum Baptismum; nam hæc remittuntur per pœnitentiam in ordine ad claves: unde quamdiu non explicantur in Confessione, ad illa delenda, & baptismalem gratiam consequendam, requiritur contritio. Ita Cabrera *de Sacrament. quæst.69. artic.10. disputat.2. §. 2. & sequent.* Ipsa verò fictio, si est secundi generis, deletur etiam per Baptismum cum sola attritione, quæ est sufficiens dispositio ad illius effectum; si verò est primi generis †, ex mente Cabreræ † exigit contritionem, aut Sacramentum Confessionis in re *part.3.tract 3. resolut.14.*

Post quam virtute Baptismi tolluntur omnia peccata ante Baptismum, vel in ipso Baptismo commissa. Non autem post illum. Quid de ipsa fictione.

BARONES QVOAD PROTEctionem, & Clientelam.

Ob justam causam qui à proprio Domino non sunt protecti possunt se alio submittere.

1. Multa curiosa circa Barones, & alios subditos alicujus Principis se subjacentes protectioni aliorum Dominorum, vel Principum, multæque adducuntur doctissimæ opiniones pro parte affirmativa, non minores sunt pro negativa. Et pro affirmante asserunt nonnulli, quod quando subditi propter negligentiam suorum Principum in eorum defensione, possunt ob justam causam patrocinium aliorum implorare. Facch. *leg. 23. & quod metus causa*, & in tali casu debent cavere ne præjudicium propriis Dominis inferant: Circa appositionem Stigmatum Regis Hispaniæ, &c. Ante portas Palatii Cardinalium, & Baronum appositio non officit Cardinalibus, vel Baronis Romanis, quia hæc non constituit protectionem, de qua loquitur, sed est quædam extrinseca demonstratio, se esse benevolos huic, vel illo Regi, reliqua vide, *part.10 tr.7 per totas suas resolutiones.*

Appositio non officit cum non sit protectio sed extrinseca demonstratio.

BELLVM.

Regnum non potest armis

1. Principes habentes utriq; jus probabile ad successionẽ alicujꝰ, regni

Præoccupati absque sententia judicum.

non possunt illud armis occupare, nisi habeant sententiam Judicũ assignatorũ ab utrisque, vel ab alio supremo Rege, vel à Juris peritis, aut Theologis, & si tales suspecti sint, eligantur alii alterius Regni: sed de hoc lege totam resolutionem, *part. 9. tract. 8. resol. 69.*

Miles subditus non debet in dubio inquirere de justitia belli.

2. Si miles subditus sit, quoties ipsi non constat de injustitia belli potest obedire Principi, quia tunc præsumere debet de justitia belli, nec de illa tenetur inquirere; dum est dubia negativè; si habeat dubium positivum, & probabilem putat opinionem utriusque partis, quam vellet potest amplecti, si rationes ita suadeant in justitiam, ne appareat contrariæ pars probabilis tenetur amplius veritatem disquirere, ne periculum subeat injustè pugnandi. *ibidem. resolut. 63.* de amicis verò à quibus Rex petit auxilium pro bello eadem est ratio, ut deponant dubium, si illis constat de bonitate Regis, & Ministrorum; aliter non tenentur illam adjuvare, *ibidem. §. Verum obiter.*

Sic de amicis à quibus petitur auxilium in dubio debet deponere illud.

Parta victoria non possunt occidi Clerici nisi sint contra Prælatũ Ecclesiæ.

3. Occidere, & spoliare Clericos in conflictu belli, potest contraria pars, non autem parta victoria, cum Princeps non est Judex Clericorum, extra conflictum actualem, dummodò bellum non sit contra Prælatum Ecclesiæ, quia tunc possunt Clerici parta victoria expoliari, in pœnam Præsidis Ecclesiastici; de Confessariis, & Prædicatoribus non est eadem ratio. *ibid. tract. 9. resol. 9.*

Clerici prohibentur bellare.

4. Solo jure positivo Clerici prohibentur bellare, &c. At hoc non intelligitur de Clerico in minoribus constituto, dum privilegio fori gaudeat. Gaudens privilegio fori, sicut & Beneficiarius, constitutus in minoribus, & Monachus peccabunt quidem, sed non mortaliter. Idem prohibitum est Episcopis. Poterit tamen sum. Pontifex in hoc jure dispensare, cùm positivum sit, ut omnes tenent contra Garciam. Si verò bellum sit justum, non incurrunt irregularitatem, qui in exercitu milites excitant ad pugnandum; modò non excitent specialiter, & expressè ad occisionem. Ita Bonacin. Valent. Suarez, Corrou. *ibidem. tractat. 2. resolut. 7.* Debent autem spoliis gaudere Clerici, qui bello assistunt iuvandi militibus gratia spiritualiter. Sic Laym. & Duast. apud me. *ibid.*

Poteſt dispẽsare Pontifex.

Clerici bello assistentes, debent spoliis gaudere.

5. Concedunt tamen Doctores posse pugnare supradictos sine Pontificia licentia, occidere, mutilare, &c. quin incurrant irregularitatem, quoties bellum necessarium est ad defensionem propriæ vitæ, vel patriæ, vel boni communis. Sic Lugo, *in resp. moral. lib. 5. dubio 24. & alii apud me ibidem. resolutio. 5.*

Quando possunt pugnare absque Pontificis licentia.

BENEFICIARIVS.

Quo jure teneatur Beneficiarius ad expendendum superflua in pios usus.

1. EX solo jure Ecclesiastico positivo teneri Beneficiarium ad expendendum superflua in usus pios, habent Sotus, Lesius, Sanchez, Baunius, Machad. Escobar, & Trullench: De his *part. 10. resolut. 35. ver. Resolutio.* Imò & Lorca, neque præceptum Ecclesiasticum videtur admittere circa hæc. Legatur ipse. Juxta hanc sententiam poterit sum. Pontifex in tali præcepto dispensare, & consuetudine introduci poterit, ne in usus pios possit Clericus bona sua adhuc Ecclesiastica expendere, quod introductum in Clericis Galliæ & Hispaniæ, ut id licitè facere possint testatur Baun. *in Theol. mor. tractat. 3. lib. 2. tractat. 9. quæst. 4.*

Poteſt Summus Pontifex dispensare.

Iure naturali semper tenetur Clericus id præstare.

2. At ego semper docui ex jure naturali semper teneri Clericum id præstare, quia bona Ecclesiastica sunt bona Christo consecrata, & ideò natura sua petunt non aliter quàm piè insumi. Et hæc est sententia communis DD. *ibid. ver. Verum.*

Beneficiarii testamentũ consuetudine fit validũ non tamen licitum.

3. Contra Henric. Canis. assero consuetudine (ubi talis est, ut in Gallia & Hispania) fieri testamentum Beneficiarii validum, non tamen licitum. Sic Dicast. laudans & citans pro hac sentent. Less. Molin. Regin. Sanch. & tenet

& tenet Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 18. dub. 5. num. 7.* Ratio est, quia Beneficiarii sunt Domini bonorum perceptorum ex beneficio. *part. 20. tract. 15. resol. 10.*

Vide, verb. *Beneficium, Clericus, Hora Canonica.*

BENEFICIVM.

Beneficium quid? Et quotuplex.

1.† Beneficium est jus percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, Clerico propter divinum officium competens. Quot sint beneficii species, qui possit illud conferre, an, & quando liceat habere plura, vide apud Toletum. *instrument. 5. cap. 76.* & alios.†

In dubio cēsendum est simplex.

2. Solum adverte circà species beneficii, quod in dubio, an aliquod beneficium sit simplex, an verò curatum, censeri debet simplex; quia multæ conditiones requiruntur, ut beneficium sit curatum, quæ proindè non præsumuntur, nisi probentur. Ita Guttierez *allegat. 8. numer. 5. part. 4. tractat. 3. resolutio. 74.* Quoad collationem autem beneficii.

Ad beneficia parochialia Episcopus adhibere debet examinatores.

Qui debent esse Doctores Theologi, aut Iuris consulti si adsint.

3.† Statuit Tridentinum *sess. 24. cap. 18.* Et Episcopus in Synodo sex examinatores eligat, qui Synodo satisfaciāt, & ab ea probentur. Cùm verò contigerit, Ecclesiam parochialem vacare, cum tribus ex dictis examinatoribus unum eligat ex concurrentibus, vel præsentatis, &c.† Declaravit autem Sacra Congregatio Interpretum, hujusmodi examinatores necessariò eligendos esse Magistros, seu Doctores, aut Licentiatos in Theologia, aut jure Canonico, si extent, alioquin alios Clericos, qui videantur magis idonei, *part. 3. tract. 5. resol. 64. §. Notandum.*

Et singulis annis in Synodo deputari. Eorum autē officium durat ad novam Synodum.

4. Debet autem Synodus quotannis celebrari, & in ea examinatores deputari: si verò non celebretur, semel deputati munus suum exercere debent, donec nova Synodus celebretur. Ita Leo *part. 2. cap 3. num. 25.* Si autem elapso anno, aliquis examinatorum intereat, officium omnium expirat. Vide Barbosam *de potestat. Episcop. art. 3. allegat. 60 nu. 48. ibidem. §. Nota etiam.*

Nisi post annum Synodo in celebrata aliquis illorum intereat. Quo casu, si contingat concursus, non posse Episcopus alios examinatores deputare sine nova Synodo.

5. Quòd si tempore, quo fieri debet provisio, examinatores Synodales non adsint, ait Homobonus *part. 1. tract. 2. c. 3. quæst. 30.* in fine: Posse Episcopum alios examinatores deputare absque Synodi celebratione. Nam dispositio Tridentina cum in hoc casu præcisè adimpleri non possit, cessare debet. Et adducit duas decisiones Rotæ Romanæ. Sed, si examinatores mortui, vel absentes reperiantur elapso anno à Synodi celebratione; probabilior est contraria sententia Lotherii *de re beneficiaria, tom. 1. lib. 2. quæstion. 31. num. 71.* Nam cum singulis annis teneatur Episcopus Synodum celebrare, succedente vacatione, debet statim Synodum indicere, & in prima sessione examinatores deputare, alias ei imputabitur, quòd non adimplevit formam Tridentini. Et ideò ait Venerus *lib 3. cap. 25. num. 12.* beneficium sic collatum posse ab alio impetrari, quia ex decreto Tridentini, & ex Bulla Pii V. *in Bullario 32.* provisio ad Sedem Apostolicam devoluitur. Ad decisiones Rotæ respondet Lotherius, eas procedere, quando hic casus contingeret infra annum à celebratione Synodi; nam Episcopus nullo jure tenetur congregare Concilium sæpius, quàm singulis annis. Observvet autem in tali casu formam Decreti Clement. VIII. quam affert Massobrius *prax. hab. concur. requis. 12. dub. 3. num. 2. Ibid.* port initium.

Sicut facile possent si illorum mors, vel absentia, contingeret infra annum.

Beneficii collatio invalida, si unà cum examinatoribus Synodalibus adhibeatur supernumerarius.

6. Si Episcopus in concursu beneficii adhiberet, unà cum tribus examinatoribus Synodalibus alios non Synodales ad majorem cautelam; collatio esset nulla, & sic declaratum fuit à Sacra Congregatione, & à Sacra Rota Romana decisum apud Massobrium *prax. haben. concur. requis. 13. dub. 1. num. 2.* quem vide. Contrarium tamen docet Homobonus. *part. 1. tract 2. cap. 3. quæst. 30. part. 3 tract. 5. resolut. 65.*

Examinatores tenentur Episcopo significare digniorem.

7. Examinatores verò tenentur, non solum indicare dignos, sed inter illos et iam digniorem, secundum Medinam *summ. cap. 14. §. 32. reg. 4.* & alios: non

obstante, quòd Episcopus id non inquirat, vel etiam scire nolit. Sed contrariam sententiam docent Massobrius *prax. de concurr. requ. 4. dub. 3. num. 2.* & alii, nisi id Episcopus scire vellet, ut suam conscientiam instrueret, & eligeret digniorem, *part. 3. tr. 5. resolut. 111.*

Nam hîc eligendus ad beneficia

8. An ad beneficia possit eligi dignus prætermisso digniori? Negat Vasquez *de benefic. cap. 2. §. 2. dub. 8. numer. 78.* Nam ex D. Thoma *2 2. quæst. 63.* hæc est personarum acceptio. Rebellius *de oblig. iustit. part. 1. lib. 3. quæst. 4 num. 12.* distinguit, & mortale esse, eligere minus dignum ad Cardinalatum, Decanatum, vel Canonicatum, & alia curata vel simplicia magni momenti, ad alia simplicia parvi momenti, esse solùm veniale, ex parvitate materiæ. Aliter distinguit Reginaldus *tom. 2. lib. 30. tractat. 3. cap. 15. numer. 179.* & in beneficiis simplicibus minoris momenti, esse veniale omittere digniorem semel, aut iterum, secus verò si sæpè. Itaque secundum Reginaldum parvitas materiæ desumenda est ex injuria, quæ fit Ecclesiis, quæ in uno, vel alio actu hujusmodi parva est. Valentia apud Turrianum infra, parvam materiam putat esse parvum excessum dignitatis unius ad alterum, qui illo prætermisso eligitur. Sed hoc falsum putat Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disput. 22. dub. 1. numer. 2.* nam materia præcepti non est excessus dignitatis; sed electio dignioris ad beneficium, quod est materia gravis. Ego verò distinguendum puto cum Navarro *de restitut. lib. 2. cap. 2. numer. 172.* de beneficiis simplicibus, curatis, & in his peccatum mortale esse relinquere digniorem, in illis verò minimè. Prima pars est communis & expressa Innocent. III. *cap. unico de beneficiis*, ac D. Thomæ *2. 2. quæst. 63. artic. 2. ad 3.* Quidquid dicat Filliucius *tom. 3. tractat. 41. cap. 4. num. 181.* hoc procedere tantum in Episcopatibus, & Pedrozza, esse solùm veniale. *part. 2. tractat. 15 resolut. 20. §. Sed licet.* Excusabit tamen parvitas materiæ, quam probabile est pensandam esse, non solùm ex parvitate beneficii, quæ secundum Turrianum ubi supra ratò contingit, sed etiam contra ipsum, ex parvo excessu dignitatis in digniore, qui omittitur *part. 5. tractat. 5. resol. 13.* Secunda verò pars probatur, tum, quia Tridentinum id videtur tacitè innuere, dum beneficia curata semper dicit conferenda esse dignioribus, & de simplicibus nihil dicit. Tum, quia Summus Pontifex talia beneficia confert dignis absque concursu. Tum, quia hæc non videntur ex natura rei esse bona communia, & decertantibus, debita, sed Prælatis commissa, ut conferantur dignis, qui licèt non sint meliores, non tamen otiosè, & cum scandalo vivant. Et tandem, si hæc opinio non esset vera, ait Guttierez *qq. can. lib. 2. cap. 12. num. 12.* omnes Prælatos fore in statu damnationis, *part. 2. tract. 15. resol 38.*

Non quidem simplicia: sed curata.

9. Quodcumque verò beneficium, si conferatur per concursum digno, prætermisso digniore, non solùm est peccatum mortale, sed etiam adest onus restitutionis: nam, non solùm est peccatum contra justitiam distributivam, sed etiam contra commutativam, ortam ex illo quasi contractu, proveniente expositione edicti. Ita Molina *de primogenit. lib. 2. cap. 25. nu. 59. p. 11. tr. 4. res 35.* contra Garziam *de benefic. part. 7. cap. 16.* oppositum probabiliter docentem. Et Azevedus *cons. 9. n. 30.* ait, talem electionem in foro externo esse nullam, & subreptitiam, *part. 4. tract. 4. resol. 210. & antea in part. 3. tract. 5. resol. 110. §. Notandum.*

(Nisi simplicia conferantur per concursum. Et hoc sub onere restitutionis.

10. Unde examinatores non possunt aliquem ex concurrentibus prænonere de punctis, de quibus eos interrogabit, nam hæc prænonitio cederet in damnum aliorum. Ita Rodriquez *summ. tom. 1. cap. 54. nu. 1.* Non tamen in aliis examinibus v. g. ad Episcopatum, ad confessionem, &c. si alioqui examinandi sint idonei, sed verecundi, v. g. &c. Ita Peyrinus *privil. minim. tom. 3. c. 1. in const. Sixti IV. n. 25. p. 5. tr. 14. res. 86.*

Unde examinatores non possunt aliquem ex concurrentibus prænonere de punctis.

11. Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 14. num. 64.* putat, in collatione liberè facta à Papa vel Rege, præferendum etiam digniorem. Quia hi non sunt domini beneficio-

Probabile est, Papam, & Reges in collationibus liberis

non teneri præferre digniorem.

neficiorum, sed œconomi. Quæ opinio, si esset vera magnum pondus haberent Papa, & Reges. Igitur probabilis est sententia Reginaldi *tom.2.lib.3.cap.14. num.* 197. quò tales satisfaciant suo muneri, si eligant dignos, quamvis digniores prætermittant, *part.2.tractat. 15.resol.40.§. Tamen, part 9.tr.7.res.7.*

Et laicum patronum præsentare posse minus dignum.

12 Item probabile est, laicũ patronum beneficii, qui non sit primus fundator, non teneri præsentare digniorem, etiam quoad beneficia curata. Nam Tridentinum *sess.24.cap.28.* mandat præsentatos à Patrono laico examinandos, & approbandos esse ab examinatoribus synodalibus. Unde cum non arctet Patronum, ad præsentandum digniorem, neque nos arctare debemus. Ita Riccius *part.3.decis.306. num.4.* contra Vasquez *de benef.cap.2. §.2. dub.5.num.78.* Igitur, quod dicunt communiter DD. Eligentem indignum privari potestate eligendi pro illa vice, ex cap. *cum in cunctis, §. fin. de elect.* ego puto cũ Sanchez *opusc. tom.1. lib.2. cap.1. dub.6. num.6.* contra Padillam *in l. cum quidam, ff. de legat. 2.num.17.* non habere locum in Patrono laico; sed tantùm in Ecclesiastico, *part.2. tract.15. res.37. & part.4. tractat. 4.resol.170.* Quoniam igitur Tridentinum non irritat præsentationem digni factam à Patrono laico, & illa fit valida etiam in conscientia, tenetur Episcopus illam confirmare, si nollet, posset cogi à superiore. Itaque Archiepiscopus Panormitanus tenetur confirmare præsentationem digni, omisso digniore, factam ab Illustrissimo Senatu hujus Urbis in aliquam Parochiam. Imò, si major pars Senatorum eligeret dignum, & minor pars digniorem, teneretur confirmare dignum, quia dignior se haberet, ac si non esset præsentatus. Ita Sanchez *opusc. tom.1. lib.2. cap.1. dub.6. num.8. part.4. tract.4. resol.270.*

Qui proindè debet ab Episcopo confirmari.

Sic confirmare tenetur Archiepiscopus Panormit. præsentatũ à Senatu ad beneficium parochiale.

Resignans beneficium non tenetur resignare digniori.

13. Obligatio eligendi digniorem ad beneficium non se extendit ad resignantem beneficium. Nam hic non est locus concursui, sed pars parti jus suum transfert. Unde collator non peccabit, acquiescendo resignationi factæ minus digno, relicto digniore. Ita contra Vasquez *de benef cap.2.§.4. dub.7. num.110.* Aragonius *in 2.2. quæst.63. artic.2.* qui testatur de praxi, etiam Summi Pontificis. *part.2. tract.15. resolut.42.*

Resignans animo, quo resignatarius solvat fructus, vel iterum resignet, committit Simoniam si illa constat de intentione, aliter esset mentalis.

14. Resignans beneficium ea intentione, ut resignatarius maneat obligatus iterum ut in sui favorem resignet, vel fructus solvat committit Simoniã; modò tamen intentio illa, recipienti beneficium manifestetur, aliter esset Simonia mentalis, quæ pœnis Ecclesiasticis non subjacet; hoc autem in permutatione non accidit; de accessu, & regressu. Vide §. sed quia, *part.9. tract.9. resol.8.*

Resignans beneficium cum reservatione pensionis absque licentia Papæ mortaliter peccat; non subiacet excommunicationi.

15. Resignans beneficium reservans sibi pensionem sine licentia Papæ, non committit Simoniam confidentialem; sed prohibitam de iure Ecclesiastico, & non subjacet restitutioni, nec pœnis Simoniæ, nec est excommunicatus, nec privatus beneficio, nec fructus tenetur restituere. *Ibidem tr.9. resol.17.*

Trienn. is regul. aliter intelligitur physicè in novitiatu.

16. Regula triennalis circa possessionem beneficiorum debet esse completus moraliter, ita ut ultimus dies satis est si sit inceptus; non ita de anno Novitiatus, qui integrus physicè debet esse modò, una hora deficiente professio est nulla; pro curiositate amice Lector lege totam resolutionem, *ibid. tractat.8. resolut. 67.* Reliqua de beneficiis, vide; Donatio, & Capitulum Sede vacante.

Vide hîc multos casus, in quibus liceat ad beneficium admittere minus dignum.

17. Universaliter ergo, potest ad beneficium admitti dignus omisso digniore. Primò, quando excessus dignitatis non est notabilis. Secundò, quando dignus est indigena, dignior verò alienigena. Tertiò, quando major pars electorum inclinat in minus dignum, tunc alii omittere possunt digniorem. Quartò, si aliàs, omissis digno, & digniore eligendus foret tertius indignus. Quintò, quando dignus præesset alteri Ecclesiæ, & oporteret illum postulare. Sextò, quando dignior esset implicatus negotiis externis, quæ illum à residentia retardarent. Septimò, si dignior non esset expertus, sicut minus dignus. Octavò, quando collator tenetur confirmare electum à Patrono. Nonò, si beneficium, ex pri-

ex prima sui justitutione per Ecclesiam accepta, conferendum sit alicui ex certa familia, vel oppido. Decimò, si fundator beneficii parochialis præsentet minus dignum. Undecimò, quando quis resignat beneficium. Et tandem, Patronus laicus potest præsentare minus dignum. Ita Valerus *diff. utriusque fori v. Elect. diff. 2. numer. 1. part. 5. tractat. 5. resolut. 110.*

Potest dignus beneficium acceptare, si præferatur digniori. An etiam petere?

18. Potest dignus acceptare beneficium, etiam si sibi certò constet, prætermissum esse digniorem. Ita Turrianus *in 2.2. tom. 2. disputat. 22. dub 3. nu 3.* Qui notat, hoc procedere post electionem: nam antea non potest beneficium petere; peteret enim rem injustam cum peccato electorum & damno tertii. Sed Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 41. num. 70.* docet, minus dignum posse se offerre ad beneficium, non quidem petendo illud sibi conferri, sed relinquendo totum judicio collatorum, *ibid. §. Nota secundò.*

An suasionibus ac precibus ita aliam digniori conferendum sibi præoccupare?

19. Sed quid dicendum de eo, qui non vi, & fraude, sed tantùm suasionibus, & precibus, removet collatorem à collatione beneficii in digniorem, cui jam determinaverat conferre; ut sibi vel alteri minus digno conferatur? Teneri ad restitutionem, respondent Vasquez *de benef. cap. 2. § 3. dub. 19. num. 140.* & Villalobos *tom. 2. tractat. 11. diff 44. nu. 9.* cum aliis multis, quia lædit justitiam commutativam. Sed probabilissimè etiam docet Guttierr. *qq. can. lib. 2. cap. 11. num. 47.* non teneri. Quia beneficium non erat verè, & propriè debitum digniori, & sic nullam ipsi procuravit injuriam, *part. 3. tract. 6. resol. 34.* An verò dignior possit hanc vexationem pretio redimere, quære sub v. *Scandalum, num. 9.*

An ad Capellaniam eligi possit Clericus? Potest si non est Sacerdos, talis actu, quod ex testatoris verbis colligetur.

20 † Qui ad beneficium eligitur, aliquot conditiones pro qualitate beneficii habere debet, quas vide apud Toletum, & alios.†

21. Fundans Capellaniam in testamento, si dicat. *Instituatur Capellanus, qui Missas celebret*, institui potest Clericus 14. annorum. Nam, cum non dicat, *ut Missas celebret per se ipsum*, potest instituti alias capax beneficii simplex, qui Missas celebret per alium. Ita Palaus *to. 2. tractat. 13. disput. 1. punct. 6. numer 18.* contra Guttierez *cons. 1. num. 11.* Si verò dicat: *nullus alius eligatur, nisi, qui actu Sacerdos sit*, tunc instituti non potest, nisi, qui sit actu Sacerdos. Sed quid, si solùm dicat per verba affirmativa: *Instituatur Capellanus Sacerdos, qui Missas celebret?* Respondet Palaus *ubi supr. num* 12. tunc non posse conferri, nisi actu Sacerdoti. Sed contraria sententia Gratiani, *discept. for. c. 33 num. 1* est probabilis, & in praxi tuta, posse nimirum conferri Clerico, qui habilis sit esse Sacerdos intra annum. Nam huic conferri possunt Canonicatus, & similia beneficia habentia adnexum Ordinem Sacerdotalem. Imò Piasecius addit, talem Clericum cogi non posse ad Presbyteratum, quia potest satisfacere per alium, *p. 2. tr. 14. res. 18. & p. 4. tr. 4. res. 227.*

Imò Lara putat, etiam Sacerdotalem actu posse semel aut iterum ab Episcopo conferri Clerico minori. Sed cum consensu hæredis,

22. Nota hic, quod si aliqua Capellania sit Sacerdotalis actu, vel aptitudine, hoc non obstante, ait Lara *de Capell. lib. 2. cap. 5. à num. 28.* posse Episcopum de consensu hæredis semel, vel iterum in tali qualitate dispensare, ut conferatur Clerico 14 annorum. Sed hoc negat Palaus *ubi supra num. 21.* Quia Tridentinum *sess. 25. cap. 5.* prohibet Episcopis, etiam de consensu hæredis, tollere conditiones in fundatione beneficiorum appositas *part. 4. tr. 4. res. 227. §. Et tandem*

Beneficium invalidè confertur excommunicato.

23. Beneficium non potest conferri excommunicato, suspenso, vel interdicto. Et quidem, si conferatur excommunicato, collatio est invalida ex cap. *pastoralis, de cler. excommunic.* Quod secundum Avilam *part. 2 cap. 6. disput. 5. dub. 2. conclus. 1.* & DD. communiter verum est etiam in tolerato, imò etiam, si suam excommunicationem ignoret, aut quia oblitus est, se eam incurrisse, aut quia falsò putat, se validè absolutum esse. Quia ignorātia excusat quidem à culpa non tamen habilitat inhabiles. Sed quoad secundum dicendum est cum Fabro *in 4. dist. 25. quæst. 1. disput. 4. cap. 4. n. 191.*

contra

contra Suar. *apud ipsum ibidem*, quod, si quis ignoret ignorantia probabili se esse excommunicatum, collatio beneficii non est irrita. Quoad primum etiam contrarium sentit Hurtado *de excommunic. disp. 6. diff. 2. num. 6.* Quia ex Extrav. *Ad evitanda scandala* licitum est collatori, conferre beneficium excommunicato tolerato, ergo collatio illi facta non erit nulla. Quod verò in dicta Extravag. dicitur, quod nullus intenditur ei fieri favor, non obstat, quia in hoc favor non fit illi, sed fidelibus, ut absque scrupulo possint cum illo communicare, *part. 5. tract. 9. resol. 99.*

Non autem suspenso, & interdicto.

24. Collatio etiam beneficii facta suspenso, vel interdicto, secundum communiorem, & probabiliorem est invalida. Sed contraria Lessii *lib. 2. cap. 34. dub. 22. num* 116. est etiam probabilis & tuta Nam Canones solùm dicunt talem collationem esse irritandam, & ipsum privandum, quæ forma loquendi videtur requirere sententiam judicis: unde in re dura, & difficili non debet extendi, & dici quod ipso jure sit irrita, *p. 5. tr. 9. res.* 100.

Titulus beneficii revalidatur per regulam de triennali, aut aliam præscriptionem.

25. Inhabilis ex pœna, vel censura, vel irregularitate ad beneficium obtinendum, & non ex conditione personæ, ut sunt merè laici, si bona fide obtineat à legitimo collatore beneficium triennali pacifica possessione tutus est, & titulus revalidatur excepta inhabilitate ex Simonia scienter contracta, vel ex violenta intrusione, vel quando beneficium esset reservatum, reservatione clausa in jure communi, quia hos solos casus Regula excipit. Ita Thesaurus *in praxi de pœnis p. 1. c. 30. quæst. 3.* quæ quidem intelligenda sunt, ubicumque non sit clausula derogatoria hujus Regulæ. *part. 7. tr. 10. res. 26.*

Pensio verò non item.

26. Adverte tamen, quod pensio non revalidatur per Regulam de triennali, quia Regula loquitur de beneficiis propriè dictis, quæ collatione, præsentatione, vel institutione obstinentur, ut Gomez *sup. Reg. de triennali quæst. 4. Ibid. §. Not. 1.*

27. Adverte secundò, quod obligatio restituendi fructus, verbi gratia, beneficiorum, non tollitur vigore Regulæ de triennali; quæ solum revalidat titulum beneficii, non autem juvat ad fructus acquirendos, quando à lege impeditur acquisitio, vel infertur privatio: sed bene tollitur dicta obligatio usucapione triennali, si intervenerit continua bona fides eo triennio, scilicet ob ignorantiam invincibilem dictæ pœnæ privationem inferentis (nisi ubi lex derogat possessioni.) Imò tunc, secundum multorum probabilem sententiam, neque eam pœnam privationis incurrit, qui invincibiliter eam ignoravit. Hæc omnia Sanchez *in Decal. lib. 2. c. 5. nu. 11. & 12. Ibid. §. Not. 2.*

Nec obligatio restituendi fructus, quæ tollitur solum usucapione triennali, si intervenerit continua bona fides.

28. Posito autem, quòd collatio beneficii facta excommunicato sit invalida, & ipse teneatur illud relinquere, docet Suarez *disp. 13. sect. 1. num. 3.* quòd, si illi bona fide suscepto, servivit, re postea cognita, detinere potest fructus perceptos congruæ sustentationi respondentes, quæ ei pro servitio debentur, aliàs verò teneri restituere, nisi bona fide consumpsisset, aut, ut ait Henriquez *lib. 13. cap. 3. num. 3.* illud beneficium legitimè postea obtinuisset, quia eo usque vacavit, & fructus beneficii vacantis debentur successori. Sed, ut hoc sit probabile, necesse est, ut ipse interim per se, vel per alium inservierit, aliàs esset melioris conditionis, qui invalidè, quam qui valide beneficium obtinuisset, *p. 5. tr. 9. res. 99. §. Notandum est tamen.*

Excommunicatus antè, qui beneficium bona fide accepit, & ei servivit, potest sibi retinere fructus perceptos sustentationi congruæ respondentes.

29. Quod dictum est de beneficiis, quòd eorum collatio facta excommunicato sit invalida, dicendum quoque est cum Villalobos, *tom. 1. tract. 19. diff. 9. num. 3.* de pensionibus quæ dantur titulo spirituali, & sunt beneficia Ecclesiastica. Minimè verò de aliis, quæ dantur titulo sæculari, quia hæc non sunt beneficia, & jura loquuntur solùm de beneficiis. Ita Turrianus *lib. 2. disp. 16. dub. 1.* adversus Villalobos, *ubi suprà.* Imò Præpositus *in 3 par. quæst. 2. dub. 22. num. 64.* probabiliter putat, etiam pensionem spiritualem excommunicato validè conferri, quia incapacitas excommunicati

Pensio cum titulo spirituali invalidè confertur excommunicato.

Sed contrarium probabile.

ad beneficia, vel pensiones, non competit excommunicato ex natura rei, sed ex jure canonico: jus autem solùm loquitur de beneficiis: ergo non debet extendi ad pensiones, maximè in odiosis, pensiones enim Ecclesiasticæ non sunt simpliciter beneficia, licèt cum illis conveniant in multis. Ita Præpositus. Sed contra illum insurgit novissimè Raynaudus *de monit. part. 2. cap. 2. numer. 29. p. 5. tract. 9. res. 103. & olim in part. 4. tr. 4. resol. 55.* † ubi sententiam Præpositi probabilem judicaverat. † Sed ut verum fatcor omnia supradicta video esse contra stylum Curiæ practicatum in Dataria & Cancellaria, in quibus incapax beneficii, et etiam incapax pensionis, ideo tu cogita. Ego enim, quæ hucusque scripsi, volo intelligenda secluso stylo Romanæ Curiæ, & Praxi Datariæ, *part. 7. tr. 10. res. 7.*

Secluso tamen stylo Romanæ Curiæ & praxi Dataria.

Electio ligati minori excommunicatione ad beneficium non valet ita sed irritanda.

32. Electio ad beneficium excommunicati excommunicatione minori, secundum Coninch *de Sacr. disp. 14. dub. 17. num. 263.* & Canonistas communiter; irritari debet, etiam si electores illam ignoraverint; quia talis irritatio est pœna electi, non eligentium. Secundum Avilam *par. 2. c. 6. disp. 12. dub. 4. concl. 4.* non est irritanda. Quia *in c. ult. de Cler. excom.* dicitur irritanda esse, *si scienter electus sit.* Lex verò pœnalis non debet extendi. Sed Laym. *lib. 2. tract. 5. part 2. cap. 3. num. 5.* pûrat illud verbum *scienter* referri ad ipsum excommunicatum, ut si ille sciens se esse excommunicatum, & inhabilem electionem acceptet, electio sit irritanda, sive id electores noverint, sive non. Omnes hæ opiniones sunt probabiles, *p. 5. tr. 9. res. 132.*

Excommunicatus beneficium antea collatum valide acceptat.

33. Si quis post collationem beneficii incidat in excommunicationem, ait Raynaudus *de monit. par. 2. cap. 2. numer. 29.* hunc invalidè postea tale beneficium acceptare. Quia acceptatio cõcurrit cum collatione ad causandum dominium, ut concausa. Nam ut res aliqua fiat mea, non minus dependet à voluntate mei acceptantis, quàm alterius dantis. Ergo, sicuti collatio facta excommunicato est invalida; ita etiam acceptatio excommunicati erit invalida? Imò potiori jure, quia per acceptationem beneficium magis proximè acquiritur Sed dicendum est cum Toleto *lib. 1. cap. 13.* Talem acceptationem validam esse. Quia *cap. postulastis*, annullat collationem beneficii factam excommunicato: non autem acceptationem, nec extendi debet. Deinde, quia acceptatione non acquiritur jus, nullus enim sibi confert jus. Et tandem, quia acceptatio potius pertinet ad factum, quàm ad jus: estque solum declaratio propriæ voluntatis, *l. ex facto, §. si quis rogatus 2. ff. ad S. C. Trebellianum*, quia excommunicatio non privat; *par. 4. tract. 4. res 56. & par. 5. tr. 9. res. 102.*

Non tamen ius acquirit, nisi absolvatur.

32. Hæc autem doctrina procedit quoad consensus declarationem, non quoad acquisitionem juris. Nam, ut jus acquiratur, debet absolvi à censura: sed post absolutionem non requiritur nova collatio, vel acceptatio: Unde, si is moriatur ante absolutionem, beneficium non vacat de novo, sed, si post absolutionem, vacat de novo, *par. 5. cit. §. Nec valet.* Infertur ex dictis, quod Canonicus excommunicatus potest validè acceptare beneficium pingujus. Ita Alterius *de cens. tom. 1. lib. 2. disp. 6. cap. 5.* contra Filliucium *tom. 1. tractat. 12. cap. 5. num. 121. part. 4. tract. 4. res 56 §. Hinc.*

Collatio beneficii excommunicato invalida est ex Lessio; etiam si post absolutionem acceptetur.

33. Major difficultas est, an excommunicatus, cui facta est collatio beneficii, possit illud post absolutionem acceptare, & retinere absque nova collatione, si electores in eadem voluntate permaneant? Et negativè respondet Lessius, *lib. 2. cap. 34. dub. 22. num. 119.* & DD. communiter. Quia prima collatio cum fuerit invalida, se habet, ac si non esset: ac proindè nunquam convalescere potest. Igitur tale beneficium retineretur sine titulo. Confirmatur primò; quia matrimonium invalidum ob impedimentum dirimens, non potest revalidari absque novo consensu. Confirmatur secundò; quia effectus istius excommunicationis frustrà esset impositus. Nam in tali casu quilibet excommunicatus differret acceptationem, donec absolva-

absolvatur. Ex quibus infertur, posse collatorem tali post absolutionem beneficium secundò conferre, & hoc etiamsi prima vice noverit excommunicationem, quia nullo jure ostenditur, collatorem in eo casu privari potestate conferendi. Adde, quòd si ex justa causa collatio ad alium pertineat, qui sine infamia adiri non possit, potest Episcopus titulum revalidare. Sed probabile quoque est ipsi Lessio, talem excommunicatum validè tale beneficium post absolutionem acceptare, si concurrant tria. Primum, quòd impedimentum sit occultum. Secundum, ut in nullius præjudicium cedat. Nam, si duo essent electi, esset præferendus ille, qui caret impedimento. Tertium, ut acceptans collationem cum cognitione sui impedimenti, impetret dispensationem, non solùm illius prioris impedimenti, sed etiam illius, quòd incurrit per talem acceptationem; fit enim intrusus, & inhabilis ad idem beneficium. Probatur autem hæc opinio, quia electio ex parte eligentium fuit valida (idem dic de præsentatione, & collatione,) & solùm deest capacitas in subjecto. Ergo simul, ac sit capax per absolutionem, ex vi prioris actus jus acquirit. Deinde, quia supponimus, electores permanere in eadem voluntate, ergo vis electionis durat, &, sublato impedimento, acceptari potest. Hæc Lessius. Quæ confirmari possunt ex simili de collatione facta irregulari *par. 4. tract. 4. r. 56. §. Sed major, & par. 5. tr. 9. res. 101.* Adverte hic, quòd, si adsit periculum infamiæ, excommunicatus non tenetur in collatione beneficii suam excommunicationem manifestare? quia Ecclesia non obligat cum tanto incommodo: & ideò potest acceptare beneficium & postea quamprimum occultè petere dispensationem. Ita Suarez *de cens. disp. 13. sect 1 numer. 11. p. 4. tract. 4 res. 56.* in fine.

Sed contrarium ipsi quoque probabile, concurrentibus.

Non tenetur tamen excommunicatus occultus se diffamare, ne acceptet beneficium.

34 Conferentes beneficium excommunicato excommunicatione majori, incurrunt excommunicationem minorem, & suspensionem à collatione ejusdem beneficii ipso jure ex cap. *cum in cunctis §. Clerici, de elect.* Panormitanus *in cap. postulasti, num. 3.* vult, incurrere etiam suspensionem à collatione aliorum beneficiorum, ex cit. cap. *postulasti, de Clerico excommunicat. ministr.* Sed verius est, hanc suspensionem non incurri, nisi post binam monitionem. Ita Sayrus *lib. 2. cap. 5. nu. 3 par. 5. tract. 9 resolut. 107.* Conferentes verò excommunicato excommunicatione minori scienter, secundum Alterium *de cens. tom. 1 disput. 4. cap. 2.* sunt privati voce. Sed magis placet opinio negativa Bononiæ *de elect. par. 2. cap. 2. dub. 61. num. 12. par 5. tr. 9. resol. 132.* in fine.

Conferentes beneficium excommunicato quas pœnas incurrant?

35. Excommunicatus non statim privatur fructibus beneficii ante excommunicationem legitimè obtenti, sed potest illos retinere, dummodo per se, vel per alium oneribus beneficii satisfaciat. Nam id non exprimitur in aliquo jure. Quamvis enim in cap. *pastoralis* dicatur; *illi proventus Ecclesiastici meritò subtrahuntur, cui Ecclesiæ communio denegatur.* Sensus tamen est, id faciendum per sententiam judicis, ut apparet ex petione illius cap. Et alioqui, percipere fructus non est communicare cum fidelibus, quòd excommunicato interdicitur. Ita Hurtado *de excommunicat. disp. 6. diff 1. numer. 2.* & alii contra Filliucium *tom. 1. tract. 12. cap. 5. num. 129.* Additque, quod quamvis cit. cap. privaret ipso jure: consuetudo tamen illud derogasset, *par. 4 tr. 4. resolut. 54. & par. 5. tract. 9. resol. 204.* Sed stando in contraria sententia, si excommunicatus esset pauper, citrà extremam necessitatem (quæ non potest ei contingere, cum semper possit discedere à contumacia, & fructus percipere, &c.) ait Cornejo *in 3 part. 5. tract. 5 disp. 10. §. 6. dub. un. num. 4.* non posse fructus sibi retinere, quia, cum sint bona Ecclesiæ, non potest de illis contra ejus voluntatem disponere. Sed Avila *par. 2. disp. 6. dub. 5. concl. 3.* ait, posse. Quia potest stare alteri pauperi, nec ipse est pejoris conditionis, quàm cæteri, *part. 5. tract. 5. resol. 104. §. sed stando.*

Excommunicatus non privatur ipso iure fructibus beneficii.

Si autem privaretur, posset ne titulo paupertatis sibi retinere? Utrinque Doctores, & rationes.

Excommunicatus tolleratus validè confert beneficium. Denunciatus verò invalidè eligit.

36. Si verò collator beneficii sit excommunicatus toleratus, collatio est

Etsi est Clericus invalidè

dè præsentat. Clerum, si laicus. Nam eius præsentatio erit valida.

Valida. Ita Turrianus *lib. 2. disput. 15. dub. 2. par. 5. tract. 9. resp. 99.* in fine.

37. Excommunicatus autem non tolleratus, non solum invalidè eligit; sed etiam invalidè præsentat, si est Clericus; quia electio, & præsentatio æquiparantur, & sunt ambæ actus jurisdictionis, quam excommunicatus exercere non potest. Si verò est laicus, teneo cum Villalobos *tomo 1. tract. 17. difficul. 12. n. 3.* contra Hurtadum *de excommunic. disp. 7. diffic. 2. nu. 9.* Validè præsentare. Differt enim præsentatio laici à præsentatione Clerici, ut ex quodam jure colligit Abbas, ubi ait Pontifex, præsentationem laici mutari posse ante institutionem; Clerici verò minimè. Ergo Clericus patronus dat jus præsentato, laicus non ita. Et jure quia laicus non potest tribuere jus spirituale, quale est jus ad beneficiũ Ecclesiasticum. Ita distinxit Rota, & observatum fuit in quadam causa Zamorensi, apud Villalobos, *part. 5. tractat. 9. resol. 105.*

An verò Episcopus tolleratam admittere?

38. Sed an teneatur Episcopus præsentationem laici excommunicati admittere? Negat Cornejo *in 3. part. tract. 5. disput. 10. §. 5. dub. 1.* quia cum iste præsentando peccet, Episcopus tenetur illã non admittere, ne cum illo cõmunicet. Et sic Episcopus nolens acceptare, potest alteri conferri, quia jus præsentandi ad ipsum devolvitur. Unde ait Suarez, præsentationem laici esse validam, quãdo admittitur, non ratione sui, sed ratione acceptationis Episcopi, in quem jus præsentandi est virtualiter devolutum. Et hoc procedit etiam in excommunicato tolerato; nam quamvis cum hoc Episcopus communicare possit, & præsentationem illius acceptare, non tamen tenetur. Quod si ex justa causa talis præsentatio postulata fuerit, erit licita. Hæc Cornejo, quicquid in contrarium asserat Vasquez *de excommun. dub. 5. Ibid. §. sed dubitatur.*

Et an resignatio beneficii facta ab excommunicato sit valida?

39. Resignatio beneficii facta ab excommunicato secundum Filliucium *tomo 2. tract. 12. cap. 6. num. 163.* est invalida, si fiat in favorem tertii; quia æquivalet præsentationi, estque actus jurisdictionis. Sed contraria sententia Turriani, *lib. 2. disp. 15. dub. 3.* non est minus probabilis. Nam resignatio non est electio, non præsentatio, neque institutio beneficii. Nec requirit jurisdictionem, sicut eam non requirit resignatio absoluta. Nec est aliquod jus in contrarium. Adverte, hæc procedere de excommunicato tolerando, nam de tolerato certum est, id posse; quia hic est favor resignatarii, non resignantis. Imò etiam sibi licet, si petatur ab aliis. Ita Filliuc. *par. 5. tr. 9. resol. 106.*

Virumque probabile. Sed, si est tolleratus, certum est. esse validum.

Beneficia resignata non possunt conferri consanguineis resignantium, aut eorum familiaribus ex Bulla Pii V. Quæ ubi recepta est, potest nihilominus patronus

40. Pius V. in Extravag. *Quanta Ecclesiæ Dei*, præcipit beneficiorum collatoribus, ne illa conferant consanguineis, aut familiaribus resignantium, aliàs talis collatio nulla sit. Sed asserit Mosco sus *summ. tract. cap. 10. numer 2.* Philippum II. ab ea supplicasse, ac proindè in Regnis Hispaniæ non esse usu receptam. In aliis autem Regnis, ubi est usu recepta, occurrunt duo dubia. Primum est, an Patronus possit præsentare ad beneficium resignatum consanguineum resignantis? Et Sanchez *opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 36. numer. 24.* affirmat; quia ibi prohibetur collatoribus, ne talibus conferant, non autem Patronis, ne præsentent. Secundum, an resignans possit nominare antecessorem, non cum pacto, quod detur ipsi, sed significando collatori, ut det ipsi, si velit? Et idem Sanchez *ibid. nu. 23.* etiam affirmat, dummodo relinquat provisionem omninò in collatoris voluntate. Et verba Extravag. *caveant, ne nutu, aut verbo*, &c. significare pactum tacitum, vel expressum, nam alioqui Bulla puniret actum internum, *part. 5. tr. 14. res. 26.*

Et resignans nominare successorem absque pacto, quod ipsi detur. Ita Sanchez.

In subreptione ne beneficii datur parvitas materiæ.

41. In subreptione beneficii datur parvitas materiæ, ut si non exprimatur totus beneficii valor, sed paulò diminutus. Nam modicus defectus non vitiat actum, nec obest levis solemnitatis omissio. Ita Riccius, *part. 2. decis. 208. n. 5. p. 5. tr. 5. res. 33.*

42. Quæ beneficia conferre possint Cardinales in suis Titulis, quære V. *Cardinalis in suis Titulis.*

De obligatione Horarum Canonicarum

rum pro beneficio, quære v. *Hora Canonica, à num. 6.*

Habens beneficium gaudet immunitate, de quo vide v. *Cleric. quoad forum.*

Beneficium principis latissimè interpretandum, *part. 9. tractat. 1. resolut. 1. & tract. 2. resol. 10.*

Non habens Breviarium sed diurnũ non tenetur ad officium.

43. Beneficiarius carens breviario, & habens diurnum, non tenetur nec ad partem, nec ad totum officium. Escobar; occupatus ex aliqua magna occupatione, infirmitate, vel causa, &c. non tenetur ad aliquam partem minorem officii: quia major includit minorem. Lessius, & alii, *par. 10. tr. 16. r. 47.* Et interruptio notabilis officii non constituit peccatum mortale, nec obligationem iterum recitandi illud. Mart. de S. Joseph *ibid. §. Sed quia.* Beneficiarius fruens tantum 25. ducatis ex fructibus non tenetur ad horas Canonicas §. *Et tandem.*

Nec occupatus legitima occupatione.

Interruptio moralis non constituit p. m. nec iterũ recitare.

Fructus 25. ducatorum non constituit obligationem officii.

44. Non potest resignari beneficium cum pacto ut resignatarius redimat pensionem ante resignationem, potest post illam, & non est simonia. Flaminius, & alii *p. 10. tr. 14. res. 1* Committit verò simoniam resignans petendo à Resignatario expensas factas in acquisitione beneficii. Lessius, & alii *ibid. §. Nota etiam.*

Pensio non solvitur ante resignationem.

Repetere expensas factas est simonia.

45. Expositi possunt admitti in Ecclesiis Cathedralibus, quia ex præsumptione juris habent puritatem sanguinis. Sac. Rota; Dummodo baptizati jurent se non esse de genere Judæorum, vel Conversorum §. *Concludendum est, p. 10. tr. 16. res. 96.*

Expositi possunt admitti ad Ecclesias Cathedrales, sed non de genere infidelium.

46. Beneficiarius ex communi sententia DD. & etiam Ecclesiasticus tenentur ex natura rei, & eorum institutione bona Ecclesiastica, benè expendere, cum sit grave peccatum in usus profanos illa expendere, sed in pios usus erogari debere, quamquam aliter dicant nonnulli, quod Summus Pontifex possit in hoc dispensare, ut in prophanos usus expendantur. Dian. & alii *p. 10. tr. 11. res. 35.* Et debet servari hic ordo in dispensando, idest in pauperes, qui majori penuria premuntur præferendi sunt; & his intelliguntur non solum carentes victu, & vestitu, sed etiam carentes rebus necessariis juxta suum statum, & primo in sua Parochia, vel Diœcesi. Garzias, & alii *ibid. res. 36.* Filii Spurii possunt ali ex fructibus beneficii, ac dotari. Valen. *ibid. §. Notandum;* Et validè, sed non licitè de his testari possunt *ibid. res. 10.*

Beneficius tenetur expendere fructus in usus pios. Prius in pauperes magis egentes.

Spurii possunt ali, & dotari fructibus beneficii.

47. Prælatus, & beneficiarius possunt locare fructus beneficiorum absque licentia Pontificis ultra triennium. Reditus Cancellariæ Episcopalis possunt locari; sed exerceri per ministros Episcopi S. Congr *ibid. §. Non desinam.*

Potest locare fructus alii absque licentia Pontificis.

48. Quoad habenda plura beneficia simul curata, & simplicia; multi multa dicunt, & præsertim circa dispensationem Pontificis in foro externo, & ad distributionem fructuum ad pios usus, unde unusquisque videat in facti contingentia, quid faciat, & viros doctos, & timoratos consulat, & ne dicat ille, vel ille hoc facit quando, & mihi licet. Vide Petrum Marchant. & alios *p. 10. tr. 16. r. 1.*

In pluralitate beneficiorum conferendi sunt viri timorati.

49. Non debet resignari beneficium cum pacto de pensione redimẽda, quippe hoc pactum simoniacum est. Tolet Less. Garc. & Comp. Idem est, addit Palao. *tom. 3. disp. 3. de Simon. punct. 17. n. 14.* si resignans obliget resignatarium ad aliqua onera subeunda, v. g. ut aliquam hypothecam assignet, ut illi anticipatè solvat, &c. Sic. Less. & Suarez: & pensio si constituta non posset solvi, ac beneficium tanquam vacans posset impetrari. At verò si constituta pensione ad hoc resignatarius obligaretur, non foret Simonia. Sic Flamin. cum communi, *p. 10. tr. 14. res. 1.*

Resignandũ non est beneficium cum pacto de pensione redimenda.

Quando pensio non posset solvi.

50. Probabile satis est expositos ad admittendos esse in Ecclesiis Cathedralibus, in quibus adsunt statuta de puritate sanguinis, eáque exposcant sufficientem probationem. Namque esse puri & defæcati sanguinis reputandos expositos tradunt innumeri Doctores, *p. 10. tr. 16. resol. 96. verb. Verum.* Quod sæpius affirmavit Rota; & Ratio omnium est, quia ex Juribus quisque præsumitur bonus, & præsumptio juris inducit plenam, & sufficientem probationem. Quod verò statuta petant notos parentes, & avos,

Circa expositos admittendos in Ecclesiis Cathedralibus.

ideo eſt, ut melius puritas ſanguinis innoteſcat. Quam tamen noſtram ſententiam multorum non infimæ notæ dictis citatam, ſubjicio prudenti Eccleſiarum judicio, nec non Illuſtriſſ. SS. Inquiſit. viris. Oppoſitam mordicus ſuſtinet à Corro *tract. de purgat. & nobil. prob. p. 2. quæſt. 8. ſſ. 3. num. 27. cum ſeqq.* Et ego de his latè *citata reſol. 96. tr. 16 p. 10.*

Debet ad Epiſcopatum digniores nominari.

51. Pro-Reges debent *en la nomina*, ut vulgò dicitur, quam mittunt ad Regem, nominare ad Epiſcopatus digniores, diguis poſtpoſitis *p. 9. tr. 7. reſol. 7 & 52.*

BIGAMIA.

Bigamia quid?

1.† BIgamia dicitur multiplicatio nuptiarum qualiſcunque. Nam qui plures, quàm unam, duxerit, dicitur bigamus. Dividitur primò in veram, interpretativam, & ſimilitudinariam. Interpretativa item alia eſt ſimpliciter talis, alia ex juris fictione. Quæ omnia tuſius invenies apud auctores. Ex bigamia oritur irregularitas, de quo vide, V. *Irregularitas, à num. 8.*

Et quotuplex.

BLASPHEMIA.

Blaſphemia quid?

1.† BLaſphemia eſt maledicentia contra Deum ex malo voluntatis affectu. Unde blaſphemus eſt, qui aufert à Deo bonum, quod habet, negando, vel illi imponit malum, quod non habet affirmando, dicens, *Deus non eſt juſtus*, aut, *eſt impius.*

Quotuplex?

2. Et quidem blaſphemiæ modò dictæ ſunt per modũ enunciationis. Sunt autẽ aliæ per modum deteſtantis, ut ſi quis dicat. *Pereat Deus.* Et per modum irridẽtis, ut, *Vah, qui deſtruis templum Dei.* Sunt item ex blaſphemiis aliquæ hæreticales, aliæ non ita. Vide v. *Inquiſitorum, n. 66.* Contingunt etiam blaſphemiæ in ſanctos, & alias creaturas.†

Quomodo differant inter ſe?

3. An verò omnes blaſphemiæ ſint ejuſdem ſpeciei? Negativè reſpondent aliqui, cum quibus ſentit noviſſimè Mendoza *in 2. 2. diſp. 91. ſect. 12. §. 54.* Probans blaſphemias hæreticales differre ſpecie ab imprecativis, & in Confeſſione diſtinctè explicandas; tum quia illæ habent oppoſitionẽ cum fidei confeſſione, tum etiam; quia diverſum convicium eſt aſſertio rei turpis, ac imprecatio. Differre item ſpecie blaſphemias in Deum, & in ſanctos; nam per blaſphemias in Deũ violatur Religio, per blaſphemias in Sanctos, Dulia: à qua quia Hyperdulia, aut ſpecie differt, aut ea eſt valdè major intra eandem ſpeciem, blaſphemias in B. Virginem ſeorſim explicandas in Confeſſione à blaſphemiis in Sanctos, ut notè quæ vel ſpecie differunt, vel ſunt peccata notabiliter graviora. Ita ille, probabiliter quidem. Sed non minus probabile eſt, omnes blaſphemias, ſive ſint in Deum, ſive in Sanctos; eſſe ejuſdem ſpeciei, niſi hæreſim contineant, vel à formali odio Dei procedant. Vide Fauſtum *de Sacrament. Pœnit. lib. 4. quæſt. 137.* Cæleſtinum, *Comp. tract. 1. cap. 9. diff. 4.* & Duvallium *in 2. 2. tract de fide, q. 9. art. 2. p. 1. tract 7. reſ. 50. & p. 5. tr. 13. reſ. 21.*

Et, an ſit blaſphemia vocare amaſiam Deam?

4. Cæterùm non eſt blaſphemia, vocare amaſiam Deam, aut Idolum ſuum: nam hæc verba non dicuntur, aut capiuntur in ſenſu proprio, ſed hyperbolico. Ita Mendoza *in 2. 2. diſp. 91. ſect. 4. §. 16. p. 5. tr. 13. reſ. 20.*

Blaſphemia eſt peccatum mortale ex genere ſuo.

5.† Blaſphemia eſt ex ſuo genere peccatum mortale. † Et in blaſphemiis in Deum non datur parvitas materiæ: quia quævis adverſatur virtuti Religionis notabiliter: dehonoratur enim Deus non immodicè, cùm ab infinitæ vilitatis homunculo injuria afficitur, quantumvis minima. Ita Sylvius *in 2. 2. quæſt. 13. art. 2.* & alii. Cæterum admittimus parvitatem materiæ in blaſphemiis in ſanctos, non ut ſancti ſunt, ſed ex alio reſpectu, ut, ſi quis per jocum diceret, Sanctos Joannem, & Paulum fuiſſe eunuchos. Ita Duuallius *in 2. 2. quæſt. 9. art. 2.* Et quamvis Lorca *in 2. 2. quæſt. 13. artic. 2. numer. 9.* id non admittat, cùm in rebus tanti momenti jocus ipſe ſit illicitus, & injurioſus, puto tamen utramque ſententiam eſſe probabilem. Imò

Sed, an admittat parvitatem materiæ ſaltem in iis, quæ diriguntur in ſanctos?

Villa-

Villalobos, *tom. 2. tract. 1. diff. 15. num. 5.* docet universaliter ; dari posse parvitatem materiæ in blasphemiis , unde fiant peccata solum venialia : quia non est major ratio, cur in aliis peccatis, quæ etiam sunt offensa Dei, detur, & in hoc non, aitque , esse solùm veniale, rebus ridiculis adhibere verba Sacræ Scripturæ absque debita reverentia , *p. 5. tract. 5. resol. 3*

Et certum est fieri venialè ex defectu deliberationu.

6.† Omnes autem admittunt blasphemiam esse posse peccatum veniale ex defectu deliberationis , seu ex inadvertentia. † Quod etiam procedere dicendum est cum Laymann *lib. 1. tract. 2. cap. 3. numer. 6.* contra Tannerum *in 2.2 disputat. 1. quæst. 8. dub. 7. num. 141.* si inadvertentia contingat in prava consuetudine blasphemandi? Nam, ubi pœnitens pravam consuetudinem per pœnitentiam retractavit, si deindè inadvertentur in blasphemiam incidat, non ei imputabitur ad peccatum , quia nō est voluntarium in se, ut supponimus nec in causa, nimirum in consuetudine: nam hæc, cum sit retractata, non est amplius voluntaria, *p. 3. tr 5. resol 62.*

Etiam in consuetudinario.

Blasphemia consuetudinaria non habet novā malitiam, præter ipsam consuetudinem.

7. Blasphemia consuetudinaria non habere aliam malitiam , quàm pravam ipsam consuetudinem, quæ est sua causa, modò inadvertenter proferatur , docet contra Texeda , Mazuch *de Casib. reserv. disp. 2. cap. 16. diff. 4. n. 74.* Cujus eadem ratio est, quæ de juramento inadvertenter dicto *p. 10. tr. 14. resol. 13.*

Blasphemiā in ebrietate proferens non incidit in censuram

8. Blasphemiam in ebrietate proferentem, etsi illam præviderit, dū ebrius factus est, non incurrere censuram, quamlis blasphemia posset coërceri, docet idē Mazuch. *ibid. q. 3 n. 55.* Quia nempe blasphemia unum est è peccatis quod vim rationis requirit, ut contumelia, maledictio, &c. *p. 10. tract. 14 resol. 68.*

Blasphemia publica quæ dicatur.

9 Blasphemia publica (hæc enim, & consuetudinaria est quæ reservatur) dicitur , quæ coram sex personis proferretur : dum hæ sex personæ non sint filii vel famuli blasphemantis Sic Vid. & Finell. *p. 10. resol. & tractat. cit. vers. Notandum est.*

Quot vices in die ad blasphemiā consuetudinariam requirantur.

10. Ad blasphemiam autem ex consuetudine, alii, ut Finell. cum sectatoribus, requiri decem vicibus in die blasphemari solitum: Alii, ut Vid. Homob. Petr. Belloch. quinque vicibus volunt *part. & tract. cit. vers. Notandum* , post principium.

BVLLA CŒNÆ.

Bulla Cœnæ continet viginti excommunicationes Papales latas contra

1. † Bulla Cœnæ dicuntur processus generales, & sententiæ excommunicationis , quas singulis annis Feria V. in Cœna Domini Summus Pontifex fulminat contra quascunque personas delinquentes , & committentes crimina in eadem Bulla contenta. Sunt autem hujusmodi excommunicationes 20. totidem canonibus distinctæ.

Hæreticos, eorum fautores, libros legentes, & schismaticos.

2. Prima excommunicatio fulminatur contra hæreticos cujuscunque secta, eorumque credentes, receptatores, & fautores, Libros hæreticorum legentes, imprimentes, schismaticos , eosque , qui à Romani Pontificis obedientia pertinaciter recedunt. Circa hæreticos, quid requiratur, ut hanc excommunicationem incurrant, vide v. *Hæresis.* Circa hæreticorum fautores , receptatores, &c. adverte eos excommunicationem non incurrere, nisi fautoria sit formalis, idest, nisi faveant præcisè, quia sunt hæretici, secus si ratione consanguinitatis, &c. Incurrere verò , etiam si effectus fautoriæ non sequatur. Vide *v. Inquisitorum , à numer. 154.* ubi etiam invenies, an in aliquibus casibus quis hæreticorum fautor dicatur. Circa legentes libros hæreticorum. Vide *v. Hæreticorum libri.*

Appellantes à Papa ad futurum concilium. Piratas. Surripientes bona Christianorum naufragantium.

3. Secunda excommunicatio fulminatur contra appellātes ab ordinationibus Summi Pontificis ad futurum Concilium; & dantes ad hoc auxilium , consilium, vel favorem. Tertia contra omnes piratas cursarios , & latrunculos mariti mos discurrentes mare Ecclesiæ, eorūq; fautores, & receptatores: Pro hoc advertē non comprehendi decurrentes per alia maria Papæ feudalia , nec decurrentes.

Decurrentes per alia maria feudalia Papa non incidunt in excommunicationem.

Bona naufragantium ab alio accepta per donationem, vel furtum non inducit excommunicationem, nec similia.

rentes, & non deprædantes, *par. 9. tract. 7. resol. 73.* Quarta contra surripientes bona naufragantium, sive in navibus, sive ex illis ejecta, sive in littore, quocumque privilegio non obstante. Sed nota per bona naufragantium ab alio accepta, per donationem, vel furtum non incurri in excommunicationem, *par. 9. tr. 8 resol. 36.* Nec qui consilium, auxilium, & favorem præstat, *ibid. §. mihi verò.* Item dicendum est de Christianis auferentibus bona piratarum naufragantium, nec surripiens bona Christianorum, quæ in manibus infidelium cum assicuratione illa reddendi in certo loco, vel quomodolibet pereant, vel transportentur: sed si bona infidelium in manibus Christianorum cum simili assicuratione, sint surripientes talia bona, incidunt in excommunicationem. *ibidem. §. Nota etiam.* Quod si imminente tempestate, & periculo naufragii bona in mare ejecta, vel in navi posita surripiens est immunis ab hac excommunicatione. Non valet tamen si aufertur aliquid positum in Cymba posita in flumine; sed si bona per flumen à mare ingrediuntur, incidunt talia bona surripientes; si verò accipitur cum animo Domino reddendi, etiam si illis utantur non incurritur, sed si animo mutato non reddendi incurritur, quando verò surripiuntur bona fidelium ab Infidelibus capta, licèt justè, non incurritur in excommunicationem, (capta ex naufragio loquitur,) *ibidem in fine. Notandum 4.*

Nec qua reperiuntur in flumine cum cymba, sed quæ à mari ingrediuntur flumen.

Nec quæ cum animo Domino reddendi, nec bona capta fidelium ad infidelibus etiam justè.

Imponentes nova pedagia & gabellas, vel augentes antiquas.

4. Quinta, contra imponentes pedagia, sive gabellas novas in terris suis, præter casus à jure concessos, sive licentia Summi Pontificis, aut impositas exigentes †. Quam excommunicationem Gambarupta *de cas. reser. capitul. 5. num. 7.* & alii dicunt incurri à Barone, vel Universitate prohibente, ne panis, vinum, & alia comestibilia vendantur in alia taberna, quàm in ea, quam ipsi constituunt, vulgò *Zagato*, si absque auctoritate id faciunt, quia hæc est quædam species vectigalis. Sed Filliucius *tomo 1. tract. 16. cap. 5. num. 110.* negat, atque hoc non revocari ad vectigal, sed potius ad monopolium. Sed quidquid sit de hoc, certè dictæ tabernæ, seu *Zagato* non præjudicant Clericis, *part. 5. tract. 1. resol. 20.*

Falsificantes litteras Apostolicas.

5.† Sexta fertur contra falsarios litterarum Apostolicarum. Septima, contra deferentes arma infidelibus, aut hæreticis per Sedem Apostolicam denunciatis. Vide partem nonam, *tract. 7. resol. 15.* ubi curiosa invenies pro hac materia. Necnon etiam armorum materiam, ferrum, stannum, instrumenta bellica, equos, & cæt. Item contra omnes narrantes res ad statum Christianæ Reipublicæ pertinentes in damnum Christianorum. Item contra consilium eisdem dantes in damnum Christianorum †. *Ibidem resol. 16.* per totam.

Deferentes ad infideles arma, aliave bello inservientia, vel consilia.

6. Circa hanc censuram, putat Reginaldus, *tom. 1. lib. 9 cap. 18. num. 301.* probabile esse, non incurri à deferentibus arma infidelibus cum majori utilitate, & minori damno Christianæ Reipublicæ. Sed contrarium docet Mendoza *in 2. 2. disput. 76. sect. 3. num. 130.* Nam alioqui omnes censerent, suam mercaturam utiliorem esse Christianis; si talis lex in perpetuam oblivionem duceretur, cum nemo facilè ob violationem puniri posset. Unde, si qua Respublica id de suis mercatoribus censeret, consulere deberet Summum Pontificem, ut de Rebuspublicis Genuensium, & Venetorum piè credendum est, *p. 5. tract. 13. resol. 15.* Et qui vendunt in terris Christianorum arma, *p. 9 tr. 7. resol 16. §. Quaro 2.*

7. Narrantes consilia ver. gr. nostri Regis referentes illa infidelibus, secundum Suarez *in 3. par. tract. 5. disput. 21. sect. 2. n. 58.* non incurrunt hanc excommunicationem. Nam putat, pronomen *illis* quando dicit Pontifex: *Illasque ad id consilium, aut auxilium præstant*, referri ad Turcas, non ad facientes certiores de rebus Christianorum Turcam. Sed secundum Mendozam *in 2. 2. disput 76. sect. 3. §. 68.* incurrunt, quia putat pronomen *illis* ad utrosque referri; quia utrunque juvat intentionem Pontificis. Et præterea ipsum consilium datum proditori Turcæ est favor Turcæ, quem

carè

carò emeret. Utraque sententia est probabilis, *p.5.tr.13.res.13.* Adverte etiam. non prohiberi in hoc canone deferre arma hæreticis non denunciatis; quia solùm fit mentio de denunciatis. Nec verò comprehenduntur sub nomine hostium Christiani nominis, ut ait Lorca *in 2.2.disp.52.n.7.* quia gloriantur nomine Christiano, & Turcis nobiscum bellum indicunt. Ita Mendoza *in 2.2. disp.76.sect.3.§.83.*† Hic est verus sensus, *p.5.t.13.r.14.*†

Excommunicantur itē impedentes eos, qui Romam transferunt victualia &c. Secluſa urgente neceſſitate.

8.† Octava excommunicatio lata est contra impedientes, ne victualia, aliæque necessaria, ad usum Romanæ Curiæ deferantur. † Circa hanc excommunicationem est unum dubium: an si v.g. in Sicilia adesset maxima frumenti penuria, & navis frumentaria Romam pergens, ventorum impetum ad nostrum littus accederet. Prorex, & ministri ejus, tale frumentum detinentes, incideren in excommunicationem? Negat Duard. *in Bull.Cœn.l.2.can.8.q.4.num.2* quia fames in tali casu excusat à culpa mortali, & ubi lethalis culpa non contrahitur, ibi excommunicatio locum non vendicat, can. *nullus 11. quæst 3.* Sed Sousa *ibid.c.9.disp.53.conclus.1.n.3.* id verum putat si Romæ non esset eadem indigentia; secus verò, si esset. Sed, si casus contingeret, cogitarē. Nam, ut ait Glossa *in cap. discipulos, distinct.5.* tempore necessitatis omnia sunt communia, maximè cibaria, *p.3.tr.6.res.32.* §. *Non reticeam, & p.9.tr.11.res.17.*

Item vexantes eos, qui commorantur in Curia vel ad illam veniunt, aut ab ea recedunt, eosdem lædentes Romipetas, &c.

9.† Nona excommunicatio fertur contra eos, qui venientes ad Sedem Apostolicam, aut ab ea recedentes, interficiunt, mutilant, spoliant: capiunt, detinent: vel id faciunt, usurpata temerè jurisdictione, quando in Curia commorantur. Decima, contra interficientes, mutilantes, vulnerantes, deprædantes Romipetas, ideſt eos, qui devotionis causa Romam petunt, vel in ea commorantur, aut ab ea recedunt.

Item offendentes S.R.E. Cardinales & alios Prælatos.

10. Undecima, contra interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter perlequentes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios. Circa hunc Canonē multa dicēda sunt in gratiā Cardinaliū.†

Sed hanc excommunicationem non incurrit Cardinalis seipsum percutiens.

11. Primò ergo, hanc excommunicationem non incurrit Cardinalis seipsum percutiens; sicuti nec Clericus percutiēs seipsum incurrit excommunicationem, can. *si quis suadente.* Ita Bonica *disputat. 1.q.12 punct.3.num.3.* contra Duardum *hic quæst 8.num.8. & q.22 n.2.p.3.tract.5. res 81.* in fine, *& par.5.tr.2.res.84.*

Incurrit verò alius, etsi percussus, nondum galerum habeat.

12. Secundò, incurrit percutiens Cardinalem, etiam si nondum cappellū habuerit: quia, quando quis in Cardinalem nominatur, & assentitur, verè Cardinalis efficitur; cappellum verò accidentarium est. Ita Bonacina in hunc locum *disp.2.q.12.punct.2 num.3.* & alii *par.5.tr. 2.resol.74.§.Vnde ex his.*

Et incurrit insultum faciens ad ejus domum cum dedecore.

13. Tertiò, incurrit excommunicationem, insultum faciens ad domum Cardinalis, & sic ei verecundiam inferens. Nam finis hujus Canonis est, providere dignitati Cardinalium, ut ab omnibus debito afficiantur honore, cui fini hujusmodi verecundia multum contrariatur. Ita Alterius *de cens. tom.1. l.5.disp.12.c.3.* contra Filliucium *tom.1.tr.16.c.9.n.245. par.5.tr.2.res.81.*

Offendens ejus familiarem.

14. Quartò, offendentes Clericos familiares Cardinalium incurrunt sine dubio excommunicationem reservatam Summo Pontif. in cap. *fœlicis, de pœnis in 6.* de quo infra. Excommunicationem verò hujus canonis Acosta *in Bull Cœn. q.65.* ait, non incurrere, etiam si illos offendant in ipsorum Cardinalium præsentia, & ipsorum intuitu, quia in canone non exprimuntur. Sed Sayrus *l.3.c.15. n.3.* putat, hanc etiam incurrere, *part.5. tr.2.resol.83.*

Offensionem Cardinalis suo nomine factam ratē habens.

15. Quintò, hanc excommunicationem incurrunt, ratam habentes offensionem Cardinalium suo nomine factam. Item, satis probabile est incurrere mandantes offendi Cardinales; etiam si effectus non sequatur. Nam in hoc Canone æquè principaliter excommunicantur mandantes offendi, & offendētes. Ita Duardus hic *lib.2.can.11.q.12.num.*

Mandans Cardinalem offendi, etiā effectu non sequente.

1. & 4. contra Ugolinum *hic p. 2. c.* 11. Et alioqui tales incurrunt excommunicationem cap. *felicis*, ut docet Peregrinus, *p. 5. tr. 2. r. 87.*

Cardinalis offensionem non impediens.

16. Sextò, hanc excommunicationem incurrit, qui offensionem Cardinalis, cùm potest, non impedit. Nam talis favere dicitur ex cap. *quanta, de sentent. excommunic.* Idque verum est, non solùm in Magistratibus, qui ad id tenentur ex officio, sed etiam in personis privatis, ex eod. cap. ut ait Ugolin. *par. 2. c.* 11. qui idem dicendum esse ait, si quis sine vitæ periculo poterat Cardinali opem ferre clamando, & non clamavit, pecunia redimendo, & non redemit. Ita ille contra Bonac. *hic disp. 1. q. 12. punct. 3. n. 14. p. 5. t. 2. r. 83.*

Et conspiratores contra Cardinalem non relevans.

17. Septimò dubium est, an sciens, aliquos contra Cardinalem conspirasse, si non denunciet, incurrat in excommunicationem hujus Canonis? Sed quidquid sit de hoc, certum est, ut notat Peregrinus *de immunit. c.* 11. *n.* 4. tam incurrere excommunicationem, & omnes pœnas cap. *felicis* ex Bulla Pii V. lata occasione mortis attentatæ contra S. Carolum Borromæum, in qua præcipitur, ut quivis qualemcumque talis delicti notitiam habeat, teneatur revelare, *p. 5. tr. 9. res.* 9. An verò reus in tali casu sit revelandus si per fraternam correctionem speretur emendatio, & periculum non sit in mora? Respondeo, id petendum ex iis, quæ dicemus de hæretico, & Confessario solicitante. V. *Denunciare, n.* 50.

Et tandem ejiciens Cardinalem de suis terris, dominiis, &c.

18. Octavò, hæc excommunicatio extenditur etiam ad ejicientes Cardinales, & alios Prælatos à suis diœcesibus, terris, vel dominiis. Et quidem Duardus *in hunc Canon. q. 6. num. 6.* putat incurri, si aliquis ex his ejiciatur ex aliqua terra, in qua habet jurisdictionem spiritualem, temporalem, vel mistam. Sed ego teneo cum Naldo *in sum. V. Bull. Cœn. num. 46.* incurri, etiamsi ejiciatur à civitate, in qua natus est, vel domicilium habet, etiam si ibi nullam habeat jurisdictionem. Quia in hoc casu verificantur simpliciter verba Canonis: ordinario enim loquendi modò terra originalis, domicilii, &c. dicitur sua. Incurrunt verò non solum Judices, & Magistratus, sed etiam jussa exequentes; nam idem est utrorumque delictum, ex Sousa in *Bull. Cœna ante disp. 60 n.* 3. Item incurrunt ejicientes non solum vi, sed etiam verbis comminatoriis, dummodo sequatur effectus, & Card. recedat. Ita Filliuc. *tom. 2. tr. 16. c. 19. n. 249. p. 5. t. 2. res.* 82.

Etiam in quibus nullam habet jurisdictionem.

19. Nonò nota, quod in cap. *felicis de pœnit. in 6.* offendentes Cardinales, declarantur rei læsæ majestatis, & incurrunt omnes pœnas quæ à jure latæ sunt contra reos læsæ majestatis, ut sunt perpetua infamia, confiscatio bonorum, destructio ædificiorum, ineptitudo ad quemlibet actum judicii, &c. Vide Farinacium *prax. crim. quæst.* 112 *à num.* 75. Has autem pœnas ait Albanus *de Card. quæst. 41. priv. 7.* non incurrere eum, qui in Cardinalem injuriam solùm verbalem proferret. Sed Manfred. *de Card. dec.* 205. & alii tenent, incurrere: nam percussio, quę hic nominatur, verificari potest tam de percussione reali, quàm de verbali. Unde, cum hæc constitutio, ut potè in favorem Cardinalium lata, sit favorabilis, ad percussionem etiam verbalem extendi debet. Nota hic cum Gambacurta *de immun. lib. 5. cap* 40. *n.* 5. etiam Imperatorem offendendo Cardinalem, esse reum læsæ majestatis ex hoc capite, quia in eo nullus excipitur, *p. 5. tr. 2. res.* 80.

Quiomnes præterea fiunt læsæ majestatis rei.

Etiam, si injuria sit tantùm verbalis secundum aliquos.

Et etiam si offendēs hujusmodi sit Imperator.

20. † Duodecima excommunicatio fertur contra occidentes, percutientes aut spoliantes eos qui recurrunt ad Rom. Curiam ob sua negotia, vel causas, aut eorum procuratores, advocatos, judices, &c. Decimatertia contra appellantes à litteris Apostolicis ad Curiam sæcularem, & subterfugium quærentes vel dantes ab illarum executione, persequentes eos, qui Romam recurrunt gratias impetraturi, eosque impedientes, ne obtentis utantur, &c.

Fertur præterea in hac Bulla excommunicatio contra lædentes recurrentes ad Rom. Curiam.

Contra appellantes à laicam potestate à Papa.

21. Decimaquarta, contra eos, qui per se vel alios auctoritate propria, cujuscumque privilegii prætextu avocant causas decimarum, vel alias spirituales, aut

Et avocātes ad laica tribunalia causas spirituales.

aut spiritualibus adnexas, ab Auditoribus, & Commissariis Papæ aliisque judicibus Ecclesiasticis ad laica tribunalia.†

A quocunque judice Ecclesiastico.

122 † Hanc excommunicationem, ait Bonacina, *in Bull. Cœn. tom. 3. disputat. 1. quæst. 15. punct. 1. num. 7.* incurri ab iis tantùm, qui ad laica tribunalia avocant causas spirituales à iudicibus Sedis Apostolicæ. Nam illud aliisque est particula repetitiva, & relativa similium. Sed dicendum cum Filliucio, *tom. 1. tractat. 16. cap. 10. num. 150.* incurri ab avocantibus à quocunque judice Ecclesiastico. Et falsum esse, quòd particula *Aliis*, semper sit repetitiva similium, ut patet *in l. fundum sub conditione, §. libertus, ff. de legatis.* Adverte etiam, incurri ab avocantibus prædictas causas, eo quod judices Ecclesiastici sint negligentes in iis cognoscendis. Ita Reginaldus *tom. 1. lib. 9. cap. 22. num. 36. cap.* verò *filiis*, & alia similia, abrogari in hoc Canone, *p. 3. tr 1, ref. 55.* Vide V. *Iudex laicus, &* v. *Princeps secularis.*

Etiam prætextu negligentiæ.

Contra Principes, & judices laicos offendentes Ecclesiasticam libertatem.

23 † Decimaquinta excommunicatio fertur cõtra Principes, & judices laicos, qui quovis prætextu trahunt ad suũ forum personas Ecclesiasticas, præter iuris canonici dispositionem, aut pragmaticas, & leges condunt, quibus in totum, vel in partem, directè, vel indirectè Ecclesiastica immunitas læditur, Vide etiam loca citata †

Vbi vide, quid dicendum de Monarchia Siciliæ, & similibus privilegiis Galliarum.

24. Quæres, an per hos Canones revocentur privilegia Regni Galliarum circa casus privilegiatos, quos ponit Chassaneus, in quibus laici Magistratus se intromittunt contra Clericos? Et privilegium Monarchiæ Regni Siciliæ? Resp. Circa privilegium Galliarum. Binsfeldius *com. de injur. & damno dato, cap. 7 concl. 13.* ait revocari, Bovius *part 4. adag. 10.* negat. Monarchiam Siciliæ impugnant acriter Baronius, *to. 11 anno 1097* & Catena *in vita Pii V.* defendunt verò Xibeca. *alleg. manuscript. ad Marc. Anton. colum.* Gueuara *de origine, & usu Monarchiæ Siciliæ*, & alii, *par. 3. tr. 1 ref. 74.* Vide loca citata.

Item contra impedientes jurisdictionem Ecclesiasticam.

25. † Decima sexta excõmunicatio est lata contra impedientes jurisdictionem judicum Ecclesiasticorum. Decimaseptima, contra usurpantes jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos sine licentia Papæ.

Eamque, vel Ecclesiæ fructus, & reditus sibi usurpantes.

26. Decimaoctava, contra imponentes, & exigentes gabellas, & onera quæcumque à personis Ecclesiasticis, eorumque bonis, sine expressa licentia Summi Pontificis. Vide circa hunc canonem v. *Gabellas imponere.*† Verùm hic nota, quòd, si possunt Barones, & universitates statuere, ut comestibilia in una tantum taberna vendantur, vulgò *Zagato*, de quo supra dictum est, *numer. 4.* hoc tamen statutum non potest litigare Clericos, sed ll. possunt aperire tabernas, & vendere vinum, nivem & alia recollecta in eorum prædiis, *par. 5. tr. 1. res. 26.*

Item contra imponentes, & exigentes gabellas à personis Ecclesiasticis.

Contra officiales laicos se intromittentes in causis capitalibus Ecclesiasticorum.

27. † Decimanona fertur contra judices, & alios officiales laicos qui modolibet se interponentes in causis capitalibus personarum Ecclesiasticarum, illas processando, banniendo, capiendo, &c. sine speciali licentia Summi Pontificis. Circa hanc excommunicationem dicemus v. *Iudex laicus numer. 21.* Quòd Judex laicus occultè processans Clericum; etiam animo mittendi informationes ad Judicem Ecclesiasticum, illam incurrit. Vide ibi.

Etiam processum ea, pientes occultè, mittendum ad judicem Ecclesiasticum.

28. Vigesima excommunicatio lata est contra quoscunque usurpantes, invadentes, destruentes, detinentes Urbem, Regnum Siciliæ, Sardiniam, Corsicam, & omnes civitates, terras, & loca, vel jura, ad Romanam Ecclesiam pertinentia.

Et tandem contra usurpantes, & invadentes bona, aut terras Romanæ Ecclesiæ.

29. Post hæc Pontifex hos casus, & excommunicationes, extra mortis articulum sibi reservat, & revocat quæcunque privilegia Principum, ut nequeant excommunicari, & fulminat excommunicationem latæ sententiæ contra eos, qui præsumerent absolvere aliquem ex prædictis aliter, quam per Bullam decretum est.†

Hæ autem excommunicationes sunt reservatæ Pontifici.

30. Hæc autem clausula derogatoria docet Garcias *tom. 2 part. 11. cap. 10. n. 30.* derogari facultatem Bullæ Cruciatæ,

An autem absolvi possint per

Cruciatam? Aliquis ne gant.

absolvendi ab hujusmodi casibus Bullæ Cœnæ, & testatur, sic dixisse Clement. VIII. in quodam examine Episcoporum. Et Bleda *opus. defens. fidei in causa Moriscorum, cap.* 31. observat, duos viros Hispanos repulsos ab Episcopatu, cum examinarentur coram dicto Pontifice, quod exerint, in Hispania casus Bullæ Cœnæ absolvi posse per cruciatam. Sed, hoc non obstante praxis Hispaniarum est, ut per cruciatam absolvantur casus hujusmodi præter hæresim, & fieri posse docent Rodrig. Sanch. & alii multi, quos citat, & sequitur Ludovicus à Cruce *in Cruc. disp.* 1. *cap.* 10. *dub.* 12. *num.* 8. Ratio est primò; quia in Bulla Cruciatæ hoc expressè conceditur; ergo si per Bullam Cœnæ singulis annis revocaretur, Pontifex singulis annis sibi contradiceret. Deinde; quia Sixtus V. post generalem derogationem supra factam apposuit exceptionem: *nisi hujusmodi casus Bullæ Cœnæ in eis patentibus litteris expressè comprehendantur.* Sed in Bulla Cruciatæ comprehenduntur, excepta hæresi: ergo. Vide dictum de la Cruz, *p.* 1. *tr.* 11. *res.* 96. *& p.* 4. *tr.* 4. *res.* 18.

Aliqui affirmant, pro quibus est praxis.

31. Sacerdos approbatus ab Ordinario potest absolvere à casibus dubiis in cœna Domini, Pelizarius, & alii, *par.* 2. *tr.* 14. *r.* 8. *v.* 63. *§. Nota.*

Appellans ad cœcilium generale cõgregatum à Papa non incidit in censuram Bullæ.

32. Appellans à Papa ad Concilium generale congregatum actu existens, non ad futurum, non incidit in censuram Bullæ Cœnæ, cum Ugolino, nec consilium dantes. Reginald. & coram DD. *par.* 10. *tract.* 11. *res.* 60. & maximè quando esset evidens injustitia, *ibidem §. Nota hic etiam.*

Nec qui legit Adonem Marini.

33. Legens Adonem Marini non incurrit in censuram Bullæ Cœnæ. Carena, *p.* 10. *tr.* 12. *res.* 48. Tutius est libros prohibitos deferre confessario, ut sancto Officio deferat, quàm per se comburere. Dian. *ibid. §. Sed si aliquis.*

Libros prohibitos possumus consignare confessario, & non per nos comburere.

Legens inscriptionem libri hæreticalis, non incurrit censuram.

34. Legentem inscriptionem libri hæreticalis, quemadmodum & qui minus legent quàm unicam paginam, dixere Sanch. Sà, Vidald. & alii non incurrere Bullæ censuram. Puto tamen ea censura ligari, qui legeret Epistolam, concionẽ, aut aliam papyrum hæretici solutã, quãvis liber non sit. *p.* 10. *tr.* 12. *res.* 47. ubi curiosa hac de re variorum placita.

Bene tamen qui legeret Epistolam, concionem, &c.

BVLLA COMPOSITIONIS.

Bulla compositionis quid sit, & ad quantam summam inserviat?

1. † Bulla Compositionis est peculiare diploma Pontificis, in qua conceditur cuilibet habenti debita incerta, aut bona malè acquisita ignoto domino, infra summam 300. aureorum, & viginti unius cum carenis octo, & granis 16. ut accipiendo tot Bullas, quot requiruntur, computando per singulas Bullas uncias duas tarenos septendecim & granos quatuor, illa sibi retineant. Ita tamen, ut talia debita, aut furta incerta facta non sint ex confidentia talis Bullæ. Si verò summa debitorum, &c. excedat summam præfatam, non potest debitor uti beneficio Bullæ, saltem quoad excessum, sed potest facere peculiarem compositionem cum Commissario Cruciatæ. Circa hanc Bullam sunt aliqua dubia.†

Bulla compositionis non possunt uti fraudantes in ponderе, & mẽsura, quia hoc debitum non est in certum.

2. Primum est. An debitum contractum cum multis de civitate, ut est illorum, qui falsis mensuris, aut ponderibus vinum, frumentum, oleum, & similia vendunt, dicatur incertum, ut per Bullam compositionis possit retineri? Affirmat Trullench *in Cruc. lib.* 2. *dub.* 4. *numer.* 4. Sed Becanus *in* 2. 2. *tomo* 2. *quæst.* 44. *numer.* 2. & alii communiter negant. Nam in his casibus, quamvis ignorentur omnes ementes in particulari, & summa, in qua unusquisque fraudatus sit; est tamen conjectura plus; minus perseverare eosdem ementes, vel illorum hæredes: quibus proindè fieri par restitutio, modò quem ponit Filliucius, *tomo* 3. *tractat.* 32. *cap.* 4. *numero* 97. & Molina *de institut. tomo* 3. *tractat.* 2. *disputat.* 745. *numero* 4. Ut scilicet, quantò in mensura, & pondere cariùs vendebat, tanto majoribus utens viliùs vendat, usquequò totam summam restituat saltem pluribus eorum, qui damnum passi sunt. Igitur, cùm hujusmodi

Idem dic de Senatore qui vendebat civitati frumentum cariùs, quàm emebat.

Sed contraria opinio est probabilis.

modi debitum non sit incertum, non potest restitui pauperibus, nec consequenter componi per Bullam. Ita Petus de Navarra *de restit. lib.4.cap.cap.2.num.69. part.4.tractat.4 resolut.46.§.Sed Resolutio, & resolut.113.* Quod etiam dicendum de Senatore, qui frumentum, quod ipse emebat tarenis 30. vendebat Civitati *36.* Nam hodie debitum toti populo restitui potest, augendo panem in pondere: & sic non potest per Bullam componi. Sed contraria sententia Vasquez *de restit. cap.5. §.4.num.47.* videtur probabilis propter authoritatem D. Thomæ *in 5. distinct.15.quæst.1 art.5* docentis, quod prædator civitatis possit damnum expendere in usus civitatis, secundum arbitrium Episcopi, *par.4.tr.2.res.46.*

Facta compositione per Bullam, non tenetur qui restituere domino comparenti.

3. Secundum dubium est. An, si post factam compositionem per Bullam dominus compareat, debeat illi restitui? Et, si debitum existat, aut ex eo debitor factus sit locupletior, affirmat Villalobos *tom.1 tract.19.num.9.* Quia non est credendus Pontifex velle privare dominum jure suo. Sed magis placet negativa sententia Trullench *in Bull.lib.3. dub.4 num.8.* Quia hæc compositio æquivalet præscriptioni. Sicut etiam Respublica transfert dominia media præscriptione, ita Pontifex media compositione, quia ipse est administrator omnium bonorum temporalium, quatenus concernunt spirituale, *part.4.tr.resol.112.*

Bullam compositionis concedere potest Episcopus pro sua diœcesi.

4. Tertium est. An Bullam Compositionis possit concedere Episcopus pro sua diœcesi? Et affirmativè respondendum est cum Villalobos, *tom.1.tract.19. num.11.* contra Sylvestrum. Quia nullo jure constat, id esse reservatum Papæ. Et credi potest voluntatem creditorum esse, quòd in debitis incertis Episcopus consulat conscientiis suarum ovium. Fortasse verò illam non concedunt; quia concedit Papa. *Ibid.§.Notandum.*

BVLLA CRVCIATÆ, Quoad indulgentias.

Bulla Cruciata quid sit?

1.† BUlla Cruciatæ est diploma Pontificium, per quod certæ Indulgentiæ, & privilegia conceduntur solventibus certam eleëmosynam in subsidium belli contra infideles. † Unde privilegia Bullæ, & Jubilæi circa dispensationem latè interpretanda sunt, *p.8. tr.3. resol.45.*

2. Pleraque, quæ hîc differimus de Bulla transfer ad Jubilæum: Nam quoad Indulgentias, onera, &c. in multis conveniunt.†

Bulla concedit Indulgentiam plenariam semel in vita, & semel in morte.

3. Per Bullam Cruciatæ conceditur † confessis, aut contritis † Indulgentia plenaria semel in vita, & semel in morte. Ita Leone *de Jubil.p.1 q.6.n.229.* Illi verò, qui pergit ad bellum, conceditur, toties, quoties peccavesit & confessus fuerit. Ita Villalobos *to.1.tr.27.n.3.p.1.tr.11. resol.109.*

4. Adverte primò, quòd Indulgentia conceditur tantum pro articulo, non pro periculo mortis.

Quando applicanda est cum conditione, (si morietur.)

5. Forma eam applicandi hæc est: *Si verè mortem obieris, impertior tibi Indulgentiam Bullæ: alioquin servet tibi Deus illam ad instar mortis.* Ita Vegha *summ. tom.2.cap.7.cas.23.* Ratio est; quia, cum hac conditione applicatam, si æger convalescat, lucrabitur postea in sequenti mortis articulo. *p.1.tr.11.res.106.*

Applicanda autem est etiam sensibus destituto.

6. Adverte secundò, quòd Indulgentia Bullæ non debet negari moribundo sensibus destituto, qui antea petiit Confessionem, etiam si postea nullum habeat signum. Idque etiam stando in opinione, quòd tali non sit impertienda absolutio, neque sub conditione. Quia non stet per illum, quin confiteretur. Et ita habetur in Bulla, ut observat Villalobos *tom.1 tr. 27.clas.1.num.1.p.1.tr.11.res.109. & p.5. tr.3.res.133.*

Et si non adest Sacerdos, per Clericum, vel laicum.

7 Adverte tertiò, quòd Indulgentia Bullæ applicari potest moribundo per Laicum, si Sacerdos, & Clericus deficiant. Quia remissio pœnæ, quæ fit per Indulgentiam, non est absolutio à peccatis, nec ab ea dependet. Unde nec est necessarium quod concedens Indulgentias sit Sacerdos, ut docent DD. communiter. Ita Navarrus, & Trullench *in Bull. libr.1.part.7.cap.2.dub 6.* contra Ludovicum à Cruce. *in Bulla.disp.1.cap.8.dub.*

14.*num.* 2.*par.*1.*tr.* 11.*resolut.* 106. *in fine, par.*2. *Add. secundum. resolut* 12. in fine, *& par.*5 *tr.*3.*r.*134 *& t.*12.*r.*46.

Etiam absentem.

8. Adverte quartò, quod indulgentia Bullæ potest in aliquo casu applicari moribundo absenti. Nimirum, si Parochus postquam contulit extremam Unctionem ægroto, oblitus est illi hanc Indulgentiam applicare, & infirmus jam moritur, nec potest illum adire, tunc potest applicare absenti. Quia hæc Indulgentia applicari potest extra Confessionem, cum non dependeat ab illa; & ex alio capite, hic est capax Indulgentiæ, nec aliud requiritur ex parte ipsius. Id quod dicunt communiter de absolutione censurarum. Ita Trullench. *in Bull. l.* 1.§.7.*art.*2.*dub.*19.*n.*7.*par.*5.*tr.*3.*resol.*134 in fine, *& tr.*12.*res.*46. in fine.

Et conferri potest verbu absolutionis, si adsit intentio.

9. Adverte quintò, quòd forma tradita à Commissario non est necessaria, sed sufficit applicari Indulgentia per verba absolutionis sacramentalis, *Absolvo te.* Dummodo Confessarius tendat absolvere non solum à culpa, sed etiam à pœna. Ita Trullench *ibid. num.* 13. Qui audit, Confessarium, his verbis ea intentione Prælatis concedere, etiam si nesciat indultum pœnitentis, nec pœnitens illam petat. Quia adest utriusque intentio interpretativa petendi, & conferendi quantam remissionem possunt, *part.*1.*tract.*11.*res.*10.§ *Notandum, &p.*5.*tr.*3.*res.*133.

Saltem interpretativa.

Bulla concedit etiam Indulgentias Stationum. Etiam plenarias.

10 † Vivis verò conceduntur etiam Indulgentiæ Stationum, dummodo visitentur quinque Altaria. Non solum non plenariæ (ait Trullench *in Bull. Cruc. libr.*1. §.6. *dub.* 1. *numero* 5. contra Cordubam *de Indulgent. lib.*5. *quæst.* 41.) sed etiam plenariæ. Nam in Bulla plumbea habetur, quòd in Bulla conceduntur Indulgentiæ Stationum, in quibus cum expresse contineantur Indulgentiæ Plenariæ, illa locutio æquivalet specificæ. Deinde Commissarius post titulum in Bulla Hispana. *Sumario de las estaciones y Indulgentias de Roma, las quales su Santitad concede à todas las personas, que tomaran est a Bulla*, &c. Sequitur: *El primero dia de Quaresima en S. Sabina Indulgentia plenaria*, &c. Nemo autem est, credere, Commissarium in re tam gravi velle fideles decipere, vel hanc formam à Pontifice ignorari, imò præsumendum est scire, *p.*5.*tract.*2.*r.*2.

Quæ multoties obtineri possunt eodē die, multoties quinque altaria visitando. Et applicari possunt defunctis.

11. Hæ verò Indulgentiæ obtineri possunt multoties in eodem die, repli cando visitationem Altarium. Et possunt etiam applicari animabus defunctorum, ut habetur in Bulla Latina. Idem dic de Indulgentia concessa visitantibus talem Ecclesiam in tali die Ita Rodriquez *in Bulla*, §.8, *numero* 15. Villalobos *tom.* 1.*tract.*27. *claus.*8.*numero* 8. *part.* 1. *tractat.*11.*resolut.*104. *& part.*5. *tract.*12.*resol.*45.

Altaria quo modo visitanda?

12. Visitatio autem quinque Altarium fieri potest secundum Veghan *tr.* 2.*cap.*7.*cas.*5. ab eodem loco, absque ullo motu corporali, & cum sola variatione intentionis. Trullench verò *in Bull. Cruc.*l.1.§.6.*dub.*2.*n.*4. ultra requirit, ut, qualibet visitatione finita, saltem inclinetur caput profundè; *p.*1.*tr.*1.*res.*102. *& p.*3. *Add.res* 25. *& p.*5.*tr.*12.*r.*16.

Et an sufficiat orare præ foribus Ecclesiæ?

13. Sed quando quis visitat Ecclesiam, de foris, non valens intrare præ multitudine, dicitur quidem visitare Ecclesiam, & in ea unum Altare; non autem plura. Nam ex eo, quod verè visitat Ecclesiam, visitabit saltem unum Altare, plura verò minimè ob eandem rationem, quia id moraliter loquendo dici non potest. Ita Nugnus *in* 3. *part. tom.* 2. *de Bull.* §.10. contra Glossam *in Clem. de relig, & vener. Sanct.* negantem, & Villalobos *tom.* 1.*tractat.* 27. *claus.* 8.*numero* 7. docentem generaliter, id sufficere ad lucrandam Indulgentiam, *part.*1.*tract.*11.*res.* 103. *& par.*5. *tr.*12.*res.*19.

Certè sufficit visitare quinque Altaria uniu, vel plurium Ecclesiarum

14. Sufficit verò visitare quinque Altaria ejusdem Ecclesiæ, etiamsi in oppido sint quinque Ecclesiæ. Quando verò est una tantùm Ecclesia cum tribus, vel quatuor Altaribus sufficit visitare semel omnia, & rerum unum, vel duo; vel unum solum quinquies, quòd secundum est magis secundum litteram. Ita Nugnus *in* 3.*p.tract.*2.*de Bull.* §.10. *par.*1.*tractat.*11.*res.*102. Nomine autem Ecclesiæ

Ecclesiæ intellige etiam cæmeterium Ecclesiæ adjunctum, & Oratorium privatum. Ita Trullench *lib.1.§.6. dub..n. 2.p.5.tr.12.res.43.*

Lucraturus Indulgentiam debet confiteri, si habet mortalia. Minimè verò si tantùm venialia.

15. Confessionem, quæ ad lucrandam Indulgentiam Bulla requirit, probabile est, non requiri, si adsint tantùm venialia. Quia Ecclesia non solet præcipere confessionem, nisi de mortalibus. Neque verò à Bulla exigitur ut opus injunctum, ut docet Acosta *in Bull. quæst. 14.dub. 2.* quia non dicit: *Præmissa*, aut *facta Confess.* Imò (ait Coninch *de Sacr. disp. 12.d.7.num.38.*) etiamsi hoc diceret intelligendum esset de mortalibus. Ita Suarez *in 3 p.t.4. disput. 52. sec.3.p.1 .tr. 11.res.107.*

Imò probabile est satis esse, quod habens mortalia confiteatur.

16. Imò est probabilis, sententia Filliucii *tom.1 tr.8.cap.6.quæst.8 num.148.* contra Acostam *in Bulla quæst.14.* quòd, etiamsi adsint peccata mortalia, satis sit confessio præteritæ Quadragesimæ cum contritione præsenti, & proposito confitendi in futura Quadragesimæ: nam sic contritus dicitur confessus secundum jus *p.1.tract.11.res.105.*

Si autem confiteatur, lucrabitur etiã si Confessarius iniquus non absolvat.

17. Sed, stando in prima opinione, ait Fernandez *p.3.cap.9.§.10. numer.3.* quòd si quis confiteretur animo lucrandi Indulgentias Bullæ, & illum confessarius ex malitia non absolveret, lucraretur nihilominus Indulgentias, *p.1.tr.11. res.106.* propè finem.

BVLLA CRVCIATÆ.
Quoad Confessarium.

Primum privilegium Bullæ est de eligendo Confessario.

18.† PEr Bullam conceditur Privilegium eligendi confessarium approbatum ab Ordinario, qui habentem Bullam absolvat à reservatis, & censuris. Sed quoad absolutionem dicemus infrà. Nunc dicendum de qualitate confessarii.† Igitur.

Nõ quidem approbato à Prælato Regularium tantùm.

19. Per Bullam non potest eligi Regularis approbatus à suo Prælato tantum, quia per Ordinarium non intelliguntur Abbates, & Prælati Regularium. Ita Nugnus *in 3.par.tom. 2.quæst.8.art 5. disputat.3.concl.4.part.1.tractat. 11.res.7.* In fine. Item non potest eligi approbatus ab Episcopo titulari. Quia hic non dicitur Ordinarius. Ita Nugnus *ibid.* Posito autem, quòd Regulares possint sæcularium confessiones audire cum sola licentia Ordinarii, sine licentia sui Prælati, hujusmodi Regulares sic approbati eligi possent per Bullam. Quia Bulla solum requirit, quòd Confessarius sit approbatus ab Ordinario *par. 1.tract. 11. resolut.13. in addit.par.3.resolut.7.§. Sed incidenter, & part.5 tract.12.resol.49.*

Vel ab Episcopo titulari. Potest verò eligi Regularis approbatus ab Episcopo.

Cuiuscumque Diœcesis.

20. Approbatus ab Ordinario in una Diœcesi, eligi potest virtute Bullæ in alia Diœcesi. Nam, cum Bulla solum requirat approbationem Ordinarii, nec faciat mentionem cujus, nomine Ordinarii intelligi potest. Episcopus originis, beneficii, domicilii, sive Confessarii, sive pœnitentis. Ita Coninch *de Sacramen. disputat. 8. dub. 7. numer. 53.* & alii contra Layman *libr.5. tractat.6.cap. 11. numer. 8.* Declarationes Ordinalium pro contraria sententia non apparent authenticè? Imò Valerius *diff. utriusque fori v. Absolvi, diff.1.nu.7.* affert pro nostra alias Declarationes, *par.1.tr.11. res.7.& par.5.tr.22.resol.52.*

Et si est approbatus tantum ad viros, eligi potest à mulieribus.

21. Potest item eligi à mulieribus per Bullam approbatus tantum pro viris, ex defectu ætatis. Ita probabiliter Fay. *addit. ad 3.par. quæst. 8. art.5. disp.3. concl. 5.* contra Homobonum *de cas. reserv part.1.cap.5.* & alios, probabiliter item negantes. Ratio est, quia talis absolutè est approbatus ab Ordinario, nec illa limitatio *ad viros tantùm*, fuit apposita ex defectu scientiæ. Et sic approbatus non peccaret mortaliter contra obedientiam, ut putat Nugnus *addit ad 3.par. quæst. 8. artic. 5. dub. 9.* quia Episcopus interpretandus est rationabiliter, ut illa restrictio habeat locum quoad jurisdictionem à se commissam, non quoad delegatam à Papa. Ita Fagundez *tract.2. lib.7.cap 2 numer. 45.par. 1. tract. 11.resol. 9.par. 3. tract. 2. resol.95. & in Addit.resol.7.*

Et illas impunè audire.

22. Unde regularis expositus ad Confessiones virorum tantùm, non poterit à suo superiore puniri, si per Bullam aut Jubilæum Confessiones excipiat fœmi-

fœminarum: quia operatur juxta opinionem probabilem, qui verò operatur ex opinione probabili, non potest puniri, ut docet Sancius *disp.* 44. *num.* 27. quia pœna supponit culpam, *parte* 3. *tract.* 2. *resol* 93.

Approbatus pro uno oppido ex defectu scientia non potest eligi in alio.

23. Similiter approbatus pro uno tantum oppido, non potest eligi per Bullam in alio oppido, si illa limitatio apposita fuit defectu scientiæ, quia talis non est absolutè & simpliciter approbatus, nec in forma juris censetur idoneus, nisi pro illo oppido. Secus si limitatio non fuit apposita defectu scientiæ. Ita Valerus *diffic. utriusque fori V. Absolut. diffic.* 1. *numer.* 15. Quamvis Fernand. *par.* 4. *cap.* 8. §. 8 *num.* 6. absolutè affirmet. Nugn. *in add. ad* 3 *par. tom.* 2. *quæst.* 8. *art.* 5. *dub.* 9. absolutè neget, uterque etiam probabiliter, *par.* 1. *tr.* 11. *resol.* 10. *& p.* 5. *tr.* 12. *resol.* 48. Ex quibus infert, quod approbatus ab Episcopo cum limitatione, ut non audiat Confessiones habentium negotia difficilia, non potest eligi ab habente negotia difficilia: quia hæc limitatio apponitur ex defectu scientiæ. Ita Ledesma *to.* 1. *de Sacram. Pœnit. c.* 13. *dub.* 9. *ibid. in fine, & p.* 5. *tr.* 12. *resol.* 48.

Sicut approbatus ad non habentes negotia difficilia, non potest eligi ab habentibus ea.

24. Confessarius approbatus ab Ordinario pro certo tempore, transacto tali tempore non potest secundum Ledesma *tomo* 1. *de Confess. c.* 13. *dub.* 10. eligi virtute Bullæ, quia talis fuit, sed non est approbatus. Sed admitti potest contraria sententia Acostæ *explic. Bull. q.* 39. cum limitatione Fay. *in addit. ad* 3. *par. quæst.* 8. *art.* 5. *disp.* 3. nimirum, si limitatio sit voluntariè imposita, & sine causa, *p.* 1 *tr.* 21. *resol.* 11.

Et approbatus pro certo tempore non potest eligi post illud tempus.

25. Confessarius Regularis, semel ab Ordinario approbatus, semper est eligibilis per Bullam. Ita habetur in Bulla plumbea, *par.* 1. *tract.* 11. *resol.* 12. *& in addit. par.* 3. *res.* 7. 8. *Nota.* Confessarius item sæcularis semel approbatus, sed postea illegitimè, ac sine justa causa, reprobatus ab Ordinario, secundùm Acostam *expl. Bull. q.* 40. eligi potest. Quam sententiam probabilem putat de la Cruz *par.* 2. *de Pœnit. quæst* 5 *dub.* 8. *conclus.* 4. Sed ipse contrarium tenet, ex exceptione Bullæ plumbeæ dicentis, *& de Regularibus semel tantum approbatum*: nam ex hoc infertur, quòd sæcularis debet esse actu approbatus, *par.* 1. *tr.* 11. *res.* 12.

Nisi sit Regularis.

Aut sæcularis reprobatus sine justa causa.

26. Per Bullam eligi potest Parochus, ubicumque reperiatur, absque approbatione Episcopi. Quia Parochus per Tridentinum absolutè approbatur; nec exprimitur, quòd ab hoc, vel illo Episcopo reputetur idoneus: unde, ubicumque reperitur, est proximè capax jurisdictionis, si aliunde illi conferatur ab habente Bullam, vel simile privilegium. Ita DD. communiter cum Reginaldo *tom.* 1 *lib.* 1. *cap.* 15. *quæst.* 3. *num.* 189. contra Nugnum *in addit. ad* 3. *part. tom.* 2. *quæst.* 8. *art.* 5. *dub.* 9. Neque obstat, quod in Bulla fiat mentio solùm de approbato ab Ordinario; nam Parochus æquiparatur approbato ab Ordinario, & ex regulis juris, *& quæ per Gloss. in l. si quis sericũ, C. de furtis, & alibi*, quod dicitur de uno æquiparatorum, debet dici de alio. Nomine Parochi venit etiam Abbas, Archipresbyter, & habentes beneficia superiora cum cura animarum. Debet autem beneficium actu retineri, ex illis verbis Concilii. *Nisi aut parochiale beneficium.* Ita Leone *de Iubil. part.* 2. *quæst.* 9. *num.* 21. Licet Rodriquez *in add. ad Bull.* §. 9. *nu.* 4. doceat, sufficere, quòd quis beneficium parochiale habuerit, licèt illi renunciaverit. Quam opinionem non immeritò probabilem vocat Cruz *in Bull. disputat.* 2. *cap.* 2. *dub.* 7. *numero* 4. *part.* 1. *tractat.* 11. *resolut.* 8. *& part.* 5. *tract.* 12. *resolut.* 47. † Illud de Parocho docet etiam *part.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 146. in fine.

Eligi potest ubicumque reperiatur sine approbatione Episcopi Parochus.

Archipresbyter, Abbas, & cæteri beneficia cura actu habentes.

27. Secundum Suarez 3. *part. tractat.* 4. *disputat.* 28 *sect.* 8. *num.* 2. eligi non potest per Bullam Prælatus Regularis, non approbatus ab Ordinario; quia non habet beneficium parochiale, quod requirit Tridentinum. Quod cum ait Religiosos non posse sæcularium Confessiones audire, non excipit Prælatos. Et, si hoc esset verum tales Prælati eligi possent absque Bulla, & Jubilæo. Sed affirmativam sententiam docuerunt Mantius, Gallus, Bannez, & alii apud Henriquez

An etiam Prælatus Regularis.

quez *lib.5.cap.6.numero 2. in gloss. lit.E.* & novissimè Bossius *de Iubil.sect.3.cas.2. §.2.num.53.* Quia nomine beneficii parochialis videntur comprehendi omnes, quibus, ratione dignitatis, vel officii, demandata est cura animarum, quales sunt Generales, Provinciales, & Priores, seu Guardiani. Ideò enim Concilium admittit Parochos, quia illis commissa est animarum cura. Adde, quod Prælati Regulares ut plurimum sunt litteris, & moribus probatiores plerisque sæcularibus habentibus beneficia curata. Et tandem Canonicus pœnitentiarius, qui plerumque in Cathedralibus eligitur contra Episcopi voluntatem, est eligibilis per Bullam, sine licentia Episcopi, quia eo ipso, quòd eligitur in pœnitentiarum, ipso jure datur ipsi animarum cura; & tamen is non est propriè Parochus, nec Ordinarius, Prælatus verò sic, *p.2.tr.16. res.34. & p.5.tr.12.resol.51.*

Hoc privilegio eligendi Confessarium probabile est frui posse Regulares pro non reservatis.

28. Probabilius est opinio Rodriquez *sum.tom.3.cap.7. num.2.* & DD. Salmanticenses, quod hoc privilegio Bullæ eligendi sibi Confessarium frui possint etiam Regulares. Nam ex proœmio Bullæ Clement.VIII. constat, ejus mentem esse, quod Regulares virtute Bullæ non eligant sibi Confessarium pro absolutione reservatorum, non autem quòd non eligant pro non reservatis. Sed nihilominus opinio negativa Lamas *summ. par.1.cap.5. §.8.* & aliorum est communior, & probabilior, *p.1. tract.11.resol.14.* An verò virtute Bullæ absolvi possint à reservatis cum Confessario ex approbatis in Ordine, vide infrà *num.37.*

Quid de Novitiis?

29. Certum est autem, hoc privilegio frui posse novitios, etiam pro reservatis. Ita Ledesma *tom 1. de pœnit.c.13 dub.14.* contra Vechium *p.Novit.9.dub.5. num.7.* Qui addit: quod si Prælati aliquod Breve obtineant, ne eorum Religiosi virtute Jubilæi, vel alterius indulti, eligant Confessarium extraneum, hoc non obstante, possent novitii Confessarium eligere virtute Cruciatæ, *p.1. tr.11. res.15.*

Posito autē,

30. † Posita autem sententia Rodriquez, vel etiam dato, quòd Superior Regularis concedat ex suis subditis, ut virtute Bullæ eligat Confessarium, † tunc secundum Naldum *sum. V. Indulgen.n.9.* eligere debet approbatum ab Ordinario, vel habentem beneficium parochiale, ut dictum est de sæcularibus. Sed contrariam sententiam tenet Valerus *diff. utriusque fori V. Absolutio, diffic.1.nu 33.* ex eo, quod habetur in declaratione Clement.VIII. in omnibus spectantibus ad Confessionem Regularium standum esse dispositioni suorum Prælatorum, & aliis rationibus Fernandez *par.3.c.9 §.8. num.7.* tam si eligatur Confessarius ejusdem, quàm alterius Religionis, *p.3.tract. 2.resolut.21.*

quòd possint, an eligere debeant approbatum ab Ordinario?

Res in ambiguo.

BVLLA CRVCIATÆ, *Quoad reservata.*

31. † VIrtute Cruciatæ potest quis per Confessarium ut supra eligendum absolvi à casibus reservatis. Et quidem à reservatis Papæ semel in vita, & semel in morte, à reservatis autem Episcopo, toties, quoties. † Sed, quoniam casus Papales; cùm sunt occulti, per Tridentinum facti sunt Episcopales, docet Sanchez *summ.tom.1.lib.4.cap.54.num.2.* & novissime Trullench *in Bull. lib.1. §.7.cap.7.dub.6.num.3.* contra Henriquez *lib.6.c.4.num.7.* & alios casus Papales occultos absolvi posse per Bullam toties quoties *part.1.tr.11.resol.28. & in Add.part.3.resol.17.*

Secundum privilegium Bullæ est absolvi posse per Confessarium electū ut sup. à reservatis. Episcopalibus quidem, vel Papalibus occultis toties quoties: à Papalibus publicis semel in vita, & semel in morte.

32. Possunt etiam virtute Bullæ absolvi casus Bullæ Cœnæ, excepta hæresi. Vide V. *Bulla Cœnæ, num.30.* Nomine autem hæresis secundum Ledesmam veniunt omnes casus positi in primo canone dictæ Bullæ. At secundum Sanchez, solùm hæresis formalis. In qua sententia omnes alii casus per Bullam absolvi possunt. Utraque opinio est probabilis, *p.1. tract.5.res.6. & tr.11. res.29.* Vide V. *Absolvere, n.79.*

Absolvi autem possunt etiam casus Bullæ Cœnæ, excepta hæresi.

33. Per Bullam Cruciatæ absolvi possunt casus reservati, non solùm ante, sed etiam post Bullæ susceptionem commissi. Quia verba Bullæ sunt generalia,

Etiam post Bullæ susceptionem commissi.

& non debent restringi. Ita Sanchez *summ. tom. 1. lib. 4. cap. 53. num. 26.* & alii contra Sotum *de just. lib. 8 quæst. 4. art. 3. part. 2. tr. 11 res. 17.*

Vel commissi ex fiducia Bullæ.

34. Propter eandem rationem, absolvi possunt reservata commissa ob spem absolutionis Bullæ. Quia, ubi lex non distinguit, neque nos debemus distinguere; præsertim in gratiosis. Ita Filliuc. *tom. 1. tr. 8. cap. 10. n. 262.* contra Covarr. *lib. 2. c. 2. n. 26. p. 1. tr. 11. res. 16.*

Qui invalidè absolvitur à reservatis per Bullam, probabile est solvi ab onere reservationis.

35. Qui facit scienter Confessionem invalidam cum Confessario electo pro Bullam obtinendo absolutionem à reservatis, secundùm Villalobos *tom. 1. tr. 27. clauf. 9. §. 3. num. 16.* non remanet liber ab onere reservationis, ita ut postea possit ab illis per quemcumque Confessarium absolvi. Quia Papa concedit absolutionem reservatorum pro lucranda Indulgentia, sed talis non lucratur Indulgentiam, ergo nec valet ipsi absolutio à reservatis. Unde non est paritas cum eo, qui invalidè cõfessus est superiori, ut dictum est V. *Absolvere, num. 28* Sed est etiam probabilis opinio contraria Comitoli *lib. 1. quæst. 30. num. 2.* quia talis, præsentando se Confessario habenti ad id facultatem per Bullam, satisfecit legi Ecclesiasticæ *reservationis*, quamvis, quia non satisfecit legi divinæ *Confessionis*, teneatur iterum eadem peccata confiteri. Hanc opinionem tenent novissimè Trullench *in Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 3. num. 9.* & Ochagavia *de Sacram. tom. 2. q. 12. concl. 2. n. 5. p. 1. tract. 11. res. 18. & in Addit. p. 3. res. 16.*

Sicut, si in Confessione valida omissa sint ex oblivione.

36. Ut per Bullam absolvantur reservata, requirit Vasquez *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 3. dub. 5.* quòd Confessarius habeat cognitionem illorum, vel saltem intentionem auferendi quamcumq; reservationem: unde, si quis obliviscatur peccata reservata in Confessione, quamvis remaneat ab illis absolutus indirectè, teneri tamen, si non habet amplius Bullam, quando meminerit, legitimo superiori confiteri. Sed dicendum cũ Coninch *de Sacr. disp. 9. dub. 12. nu 98.* quod talis remanet liber ab onere reservationis, sicut diximus V. *Absolvere n. 9.* de eo, qui sic confiteretur superiori, *part. 1. tr. 11. res. 19. & p. 11. tr. 2. res. 39.*

37. Hac facultate Bullæ absolvendi à reservatis non possunt uti Regulares cum Confessariis extra Religionem. Apparet clarè ex mẽte S. D. N. Urbani VIII. in confirmatione Decreti Clem. VIII. Unde opinio Trullench *in expl. Bull. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 9.* & aliorum affirmativa, non est amplius probabilis, *part. 2 tr. 14. res. 14. & p. 3. in Addit. resol. 9.* An verò Regulares absolvi possint a reservatis cũ Confessario sui Ordinis approbato? Affirmativè respondet Villalobos *tom. 1. tr. 3. clauf. 9. §. 2 n. 12.* in terminis Constitut. Clem. VIII. citatque DD. Salmanticenses Academiæ. In terminis verò Constitut. Urbani negativè respondet Ludovicus de la Crux *in expl. Bull. disp. 1. c. 1 dub. 12. num. 2.* & ita tenendum est. Nam in dicta Constitut. Summus Pontifex declarat, suæ mentis intentionem esse, quòd Regulares, quoad absolutionem reservatorum, ordinariæ suorum Prælatorum dispositioni subjecti sint: Sed, quia dictus de la Cruz hanc sententiam veriorem appellat, videtur contrariam, quam ipse asserit aliquos docere putare probabilem, *part. 1. tr. 21. resol. 14. & p. 4. tr. 4. resol. 43. p. 6. tr. 6. res. 10. §. Notandum.*

Hoc privilegio utiposs. sunt Regulares cum Confessario extra ordinem.

Nec etiam proprii Ordinis.

BVLLA CRVCIATÆ
Quoad censuras.

38.† PEr Bullam conceditur etiam absolutio censurarum, partis satisfactione præmissa.†

Absolvitur item per Bullam omnis censura. Et in articulo mortis sine onere comparendi.

39. Quæ quidem absolutio, si præbeatur in articulo mortis, non relinquit onus comparendi, si æger convaluerit. Nam absolutio cum tali onere præberi potest sine Bulla: & alioqui certum est, Bullam concedere aliquod privilegium pro illo articulo. Ita Mendoza *volum. de fide disputat. 82 sect. 8. §. 135. p. 5. tract. 3. res. 66.*

Et in specie excommunicatio canonis, (si quis suadente.)

40. Absolvi autem potest per Bullam excommunicatus nominatim, & publicus Clerici percussor, vel alius, cujus excommunicatio deducta est ad forum

rum contentiosum, atiam lite non finita. Ita Sanchez *summ. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 49.* contra Avilam *de cens. p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 10. concl. 1. part. 5. tr. 11. ref. 26. & p. 9. tr. 4. ref. 17.*

Item excommunicatio incursa ob intromissionem fœmina in monasteria virorum.

41. Absolvi etiam potest excommunicatio Pii V. lata contra introducentes fœminas in monasteria virorum. Ita Merolla *tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 10. num. 527.* Item excommunicatio lata in Tridentino contra ingredientes Monasteria Monialium. Ita absolvi potest suspensio à divinis, quam incurrunt intromittentes fœminas intra septa Regularium: non solùm semel, sed toties, quoties, & etiamsi causa fuerit deducta ad forum contentiosum. Ita Sanchez. *sum. tom. 1. lib. 6. c. 17. num. 41. p. 2. t. 16. ref. 33. & p. 3. tr. 2. ref. 66.*

Suspensio à divinis incursa ob causam prædictam.

Vel obsuscep tionem Ordinum ante ætatem legitimam.

42. Absolvi etiam potest suspensio incursa per ordinationem ante legitimã ætatem, aut sine titulo, quia hæc est simpliciter censura, & Bulla generaliter, & absque ulla exceptione, concedit omnes censuras absolvi posse. Ita Cornejo in 3. *p. tractat. 5. disputat. 4. cas. 3.* contra Rodriquez *addit. ad Bull. §. 9. num. 59.* Verùm non potest dispensari per Bullam, ut ordinatus ante ætatem legitimam in susceptis Ordinibus ministret, sed expectari debet ætas, *p. 4. tr. 4. ref. 115. & p. 5. tr. 10. ref 53.*

Item excommunicatio ex duello.

43. Potest item secundum Mendozam absolvi per Bullam excommunicatio Clemen. VIII. contra duellum perpetrantes, &c. quia Bulla Cruciatæ non revocatur, nisi per expressam derogationem, quæ derogatio non habetur in motu proprio dicti Clementis, *p. 5. tr. 14. ref. 104.*

Vel abortu.

44. Excommunicatio Sixti V. lata contra causantes, vel procurantes abortum videtur absolvi non posse per bullam. Quia ita expresè caveturin motu proprio ipsius Sixti, & ita tenet Rodr. *expl. Bull. §. 9. n. 90.*

Sed tenendum est cum Henriquez *lib. 6. cap. 10. gloss. litt. E.* absolvi posse. Quia in Cruciata conceditur facultas absolvendi omnes censuras Papales præter hæresim. Neque obstat quod id prohibuerit Sixtus V. Nam ille non potuit coarctare potestatem successorum Pontificum, à quibus Bulla cum tali facultate emanat. Et præterea Commissarius ex facultate Apostolica suspendere potest, & de facto suspendit omnia contraria Cruciatæ, etiamsi habeant clausulam contrariam tali suspensioni, ut ipsemet Commissarius, quibusdam Doctoribus professus est, *p. 5. tr. 9. ref. 40.*

Et dubius an aliquam cẽsuram incurrerit, potest absolvi ad cautelam.

45. Potest item Confessarius per Bullam absolvere aliquem ad cautelam, si probabiliter dubitet in aliquam censuram publicè latam incurrisse. Ita Coninch *de Sacr. disputat. 14. dub 16. num. 200.* contra Navarrum *cap. 27. num. 273. ibid. in fine.*

Per Bullam an absolvi possit aliqua irregularitas?

Probabile, absolvi posse proveniẽtẽ ex delicto.

46. Nomine censuræ per Bullam absolvibilis secundum Henriq. *lib. 15. cap. 17. num. 14. litt. L.* non comprehenditur irregularitas; quia non est censura. Sed est etiam probabilis sententia Cornejo *tract. 5. disputat. 2. differ. 2.* quod absolvi possit per Bullam omnis irregularitas proveniens ex delicto, quia hæ sunt veræ pœnæ, & censuræ. Vide V. *Censura, num. 1. part. 10 tr. 15. ref 22.*

Vt quæ incurritur celebrando, aut Confessiones excipiendo sine Presbyteratu Vel celebrã, do cum sus pensione.

47. Igitur in hac opinione Clericus, qui Missam celebravit, vel confessionem audivit sine Presbyteratu, ab irregularitate ex tali delicto contracta juxta cap. 1. *de Cler. in ord. ministr.* absolvi potest per Bullam, quando tamen delictum est occultum, & pro foro conscientiæ tantum. Item, si ante ætatem ordinatus & sic suspensus, vel alio pacto censuratus, celebravit. Nam talis irregularitas est pura pœna ac censura. Absolvi inquam potest tam quoad susceptiones Ordinis ministerium, quam ad ulteriorem receptionem. Ita Cornejo in 3. *par. tract. 5. disput. 1. dub. 2. diff. 2. par. 4. tractat. 2. resolut. 77. & 81.* utrobique in fine. In quibus irregularitatibus dispensare possit Commissarius Cruciatæ, inquire V. *Commissarius Cruciatæ, num. 1.*

Absolutio à censuris per Bullam dari potest extra Confessionẽ.

48. Absolutio à censuris virtute Bullæ dari potest extra Confessionem. Quia nulla est connexio inter confessionem, & absolutionem censurarum. Et sæpè

expedit dari extra confessionem, ut si reus deberet statim absolvi, & non esset paratus ad confitendum. Ita de la Cruz *par.2.tractat.de excommun.dub.5.* contra Vasq. *in 3.par. tom.4.tractat.de excommunic.dub.20. numer.9.* & alios, Avila *de cens.par 2. cap.7. disp.13.dub.13.* testatur ita, declarasse Commissarium Cruciatæ Quod verò dicat Bulla, eligi posse Confessarium, qui absolvat à peccatis, & censuris, non concludit, utramque absolutionem simul tradi debere. Ad declarationem, quam afferunt Pii V. in Bulla Jubilæi ann.1598.respondetur, habuisse locum pro Jubilæo tantùm. Et tandem illud *audita Confessione*, quod appositum est in Bulla, refertur ad absolutionem peccatorum, non censurarum. *par.1. tractat.11.resolut.25.& par.5.tract.9.resol.* 13.in fine.

Censura à iure absolvitur per Bullam pro utroque foro.

49. Si censura est à jure, absolutio per Bullam valet etiam pro foro exteriori. Si verò ab homine; non ita. Ita Acosta *quæst.50.* contra Medinam *lib.1. cap.12.* qui putat, etiam censuras ab homine absolvi per Bullam quoad forum externum. Ratio est, quia Bulla asserit absolutionem prædictam non cadere super censuras latas ab homine in foro exteriori: ex quo colligitur, cadere in hoc foro super latas à jure. Et ideo Presbyter Clericum percutiens, per Bullam absolutus, potest publicè celebrare, nec potest à Fiscali accusari, ut excommunicationis pœnas solvat, dummodo schedulam absolutionis ostendat; quia talis excommunicatio est à jure.

Censura ab homine non ita.

50. Absolutus verò à censuris latis ab homine, debet se gerere in publico tamquam excommunicatus ad evitandum scandalum. Potest tamen in secreto Missam audire, Sacramenta recipere, & cum aliis colloqui, ostendens, se esse absolutum per Bullam. Ita Avila *ubi supra dub.* 12 & DD.communiter. Sed Suarez *disp.* 7.*sect.5. numer.* 20. & de la Cruz *part.2. dub.5.conclus.3.* existimat, quamvis censuram absolvi posse per Cruciatam pro foro exteriori, quia Bulla generaliter loquitur Henriquez verò *lib.8.cap.60.n.4. in gloss.littera L.* posse Judicem talem absolutionem pro foro exteriori acceptare, *part.1.tractat.11. resolut.26. & part.5. tract.9.resol.13.*

Sed Suarez, idem de hac dicendum putat.

51. Ad hoc, ut quis per Bullam absolvatur ab aliqua censura, quæ exigit satisfactionem partis, hæc præmitti debet. Unde, qui virtute Bullæ confessus, talem censuram confiteri oblitus esset, non remaneret absolutus per illam generalem absolutionem, quæ datur ad cautelam. Quia non est præsumendum, Confessarium velle absolvere hanc excommunicationem contra tenorem Bullæ. Secus, si excommunicatio non requira. satisfactionem, ut supra diximus de peccatis reservatis, *num.36.part.1. tract.* 11.*resol.19.§. Notandum.*

Ad absolutionem censuræ per Bullam præmitti debet satisfactio partis, si censura illam exigit.

52. Quòd si Confessarius omissa satisfactione partis, quempiam excommunicatum absolveret, hic remaneret à tali censura absolutus, cum onere tamen satisfactionis. Ratio autem est; quia Pontifex in illis verbis, *prius satisfacta parte* non intendit limitare potestatem Confessarii; sed illum admonere de sua obligatione juxta jus commune. Ita Sanchez *de matrimon. tom.2.lib.3.disp.* 33.*numer.3.* contra Henriquez *lib.7. cap.* 13.*numer.2.* & alios. Confessarius autem peccaret mortaliter & teneretur ipse restituere. Excommunicatus verò sic absolutus posset cum alio Confessario absolvi à peccatis, & circa satisfactionem partis observare regulas generales circa debitores, *part.1.tr.11.resol.22. & part.5. tr.9 resol.12.*

Sine qua si Confessarius absolveret, absolutio esset valida.

53. Nomine satisfactionis in illa clausula *satisfacta* parte intelligitur restitutio, honoris, famæ, vel aliorum bonorum. Ita Suarez *in 3 part.tom.5.disp.7.sect.* 5.*num.*47. Nomine verò partis intelligitur persona, cui injuria facta est in delicto, ex quo prodiit excommunicatio. Non autem Judex, cui ipso jure applicanda esset pœna pecuniaria. Ita Henriquez *lib.13.cap.28.num.1.part.1.tract.1. resolut.22 §. Notandum, & part.5.tract.9. resolut.1.* in fine.

Nomine satisfactionis intelligere restitutionem famæ, bonorum temporalium, &c.

54. Sed quid, si persona offensa sit publica, ut Religiosus? Tunc satisfaciendum

Nomine partis persona

nam offensam, non autē judicem, cui applicāda foret pœna pecuniaria.

cienduni Reipublicæ, seu Conventui, docet Riccius *decis. Cur. Archiep. Neapol. part. 1. decis. 86. num. 4. & part. 5. decis. 34 num.* 3. Quia injuria facta Monacho, censetur facta Monasterio; & Abbati ex *l. in personam, ff. de pact.* Idem asserit de Clerico. Bonacina *de cens. disput. 2. quæst. 4 punct. 5. num. 5.* & dat modum satisfaciendi. Sed contraria opinio Avilæ *cap. 7. disput. 3. dub. 11. concl. 2.* est etiam probabilis; quia damnum infamiæ Monachi tangit principaliter Monachum, & minus principaliter bonum publicum, unde sufficit satisfactio, vel remissio ejus, qui fuit principaliter offensus ex cap. *quamvis pactum part. 1. tr. 11. resolut. 23.*

Si verò persona offensa sit publica, ut Religiosus, satisfaciendum communitati seu Conventui

Sed probabile est, sufficere satisfactionem factam ipsi Religioso.

55. Quando excommunicatus non potest parti satisfacere, ait Sotus *in 4. dist. 22 quæst. 2. post 2. concl.* absolvi non posse per Bullam, &, si absolvatur, absolutionem fore nullam. Sed probabilior est sententia affirmativa Coninch *de Sacrament. disput. 14. dub. 17. num. 206.* Quia non est verisimile, Papam voluisse requirere conditionem impossibilem. Imò Sanchez *summ. tom. 1. lib. 2. cap. 20. num.* 19. docuit, quod si in quopiam privilegio caveretur, ne quis extra mortis articulum absolvi possit non satisfacta parte, posita nihilominus impotentia, etiam extra mortis articulum, absolutionem impendi posse. Ideò, qui non potest satisfacere in totum, restituat partem, &, si non potest sine gravi jactura, det cautionem pignoratitiam. Sufficeret tamen fidejussoria, etiamsi dari posset pignoratia. Et, si nullam ex his dare possit, det juratoriam satisfaciendi, quando poterit. Ita Henriquez *lib. 15. cap. 28. num. 1.* contra Cajetanum *ver. Absolutio, num. 4* Imò aliqui probabiliter putant, sufficere juratoriam, etiamsi dare posset fidejussoriam, vel pignoratitiam. Et hoc procedit etiam in causis decimarum, non obstante Trident. *sess. 25. cap. 12.* dicente, non esse absolvendum, nisi plena decimarum restitutione secuta, *part. 1. tractat. 11. resolut. 24. & part. 5. tractat. 9. resol. 1.* & passim 11. 25. & 39. Nota etiam cum Turriano *de censur. lib. 2 disputat. 24.* quod,

Si excommunicatus non potest satisfacere potest nihilominus per Bullam absolvi.

Satisfaciendo, si potest, in partem.

Et si non potest, dando pignus, Fidejussionem.

Vel saltem juramentū satisfaciendi, cum potuit.

si pœnitens habet probabilem opinionem quòd non teneatur solvere, ad nihil tenetur, & si habet purum dubium, potest restitutionem suspendere, donec liberetur à dubio. Quia in dubiis in materia justitiæ melior est conditio possidentis. Et in his casibus absolvi potest sine satisfactione, &c. *part. 5. tract. 9 resol. 11. §. Notandum.*

Imò aliquâ dicunt pro foro conscientiæ sufficere propositum firmum.

56. Adde quod Valerus *diff. utriusque fori, ver. Absolutio, diff. 5. num.* 3. & alii putant, has cautiones dandas esse pro foro exteriori tantùm: nam pro foro conscientiæ deficiente possibilitate satisfaciendi propositum firmum tantùm valere, quantùm cautio juratoria, pignoratitia, &c. in foro judiciali. Quæ opinio est probabilis, *part. 2. tr. 16 resol. 42.*

Quando delictum est occultum, potest tolli irregularitas & per violationem censurarum.

57. Per Bullam Cruciatæ potest tolli irregularitas in foro conscientiæ per reiterationem Baptismi, quando delictum est occultum, Cornejo. potest tollere contracta ex violatione censurarum, & Prælatus Regularis vi suorum Privilegiorum potest dispensare. Sayr. etiam per illegitimam ordinum susceptionem. Lezan *part. 10. tr. 11. resol. 22.*

Potest commutari votum religionis strictioris.

58. Potest per Bullam commutari cum necessitate votum ingrediendi Religionem strictiorem ad largiorem, & existente justa causa Texed. & alii, *part. 10. tract. 14. resol. 27.*

Etiam vota oblita post generalem commutationem.

59. Possunt etiam per Bullam Cruciatæ omnia vota oblita in generali commutatione post transactum tempus Bullæ, vel Jubilæi. Quintanad. *part. 10, tr. 14 resol. 28.*

BVLLA CRVCIATÆ, QVOAD vota.

Per Bullam commutari possunt omnia vota non reservata. Ac etiam peregrinationis Romanæ & Compostellam.

60.† PEr Bullam conceditur privilegium commutandi omnia Vota præter Vota castitatis, Religionis, & peregrinationis ultramarinæ. Per peregrinationem ultramarinam intelligeam, quæ fit ad Hierusalem, quæ posita est ultra nostrum mare. Unde vota peregrinationis Romam, & Compostellam †, quæ alioqui sunt reservata † commu-

tari possunt per Bullam. Ita Fernandez *part.3 cap.9.sect.2.§.17.num.7 part.1 tr. 11.resol* 68

Et omnia, quæ dispensat Episcopus, ius ut Episcopus.

61† Commutari ergo possunt per Bullam omnia vota, quæ commutare, & dispensare potest Episcopus. Id quod etiam dic de juramento.† Quæ inquam dispensare potest Episcopus, ut Episcopus † & potestate ordinaria, non quæ dispensare potest ex consuetudine, vel † ut delegatus Sedis Apostolicæ. Ita Leone *de Iubil. part. 2. quæst. 13 sect.2 numer. 97. part. 1. tractat. 12 resolut.* 56. Unde quia Episcopus cum eo, qui post votum castitatis contraxit, dispensat ad petendum debitum ex consuetudine, non de potestate ordinaria, ait Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 4. cap.* 54 *numer.* 20. non posse cum hoc dispensari per Bullam. Quamvis Vivaldus, *part. 3. cap.* 14. *numer.* 41. dicat, posse. *part. 1. tractat. 11. resolut. 66.* Quæ autem sint vota, quæ dispensari possunt ab Episcopo iure ordinario, & consequenter commutari per Bullam, vide V. *Episcopi iurisdictionis vota, & iuramenta.*

Non tamen dispensari.

62. Adverte autem, quòd per Bullam non possunt vota dispensari, sed tantùm commutari; nam hoc solum in illa conceditur, & potestas dispensandi est maior potestate commutandi, undè in illa non comprehenditur. Ita Fernandez *part.3 cap.9 sect.2.§.17 num.6 part.1. tract 11 resol.*42.

Item commutari potest votum pœnale quoad pœnam pecuniariam.

63. In specie verò præter vota, quæ dispensari posse dicemus ac Episcopo, commutari potest per Bullam votũ pœnale quoad pœnam pecuniariam ex eius fractione incursum; quia talis pœna debetur tantum ex vi voti, quod per Bullam est commutabile. Ita Villalobos *par. tractat.27 claus.9.§.3.num.* 32 Quamvis dissentiat Azorius *part. 1. lib. 11. cap* 18 *q.* 11. Et hæc doctrina habet locum, etiamsi Pontifex commutando votum, jusserit solvi partem pœnæ. Nam hæc pars commutari potest per Bullam, *part. 1 tr.11.resol.46*

Et emissam in favorem tertii.

64. Potest etiam commutari votum emissum in favorem tertii, ut votum de danda eleëmosyna alicui Ecclesiæ. Nisi tale votum acceptatum sit à Præposito illius Ecclesiæ. Nam, præcisa acceeptatione, Ecclesia nullum jus acquirit ex illo voto. Aliqui præterea limitant, nisi votum dirigatur in Sanctum. Sed hanc limitationem impugnat, & rectè. Sanchez *in sum. tom.1.lib. 4.cap.*41 *numer.9 part.1 tract.11 resolut. 47 & part.5 tract.12 resolut.56 § Notandum.*

Et commutatio fieri debet in eleemosynã. Non tamen in totum.

65. Porrò vota per Bullam commutari debent in temporale belli subsidium per eleemosynam Non tamen in totum, ut vult Ledesma *tom. 2 tract.* 10 *cap.* 8. Sed satis est, si partim commutentur in eleemosynam, partim in opera aliarum virtutum. Ita Sanchez *ubi sup.cap.*54 *numer.*58. Qui putat, etiam vota pauperum commutari debere in exiguam eleemosynam suæ paupertati conformem. Sed probabilem docuit Suarez *de Religion. tom. 2. lib. 6 cap.* 19 *numer.* 18. vota pauperum commutari posse totaliter in pia opera aliarum virtutum. Nam, quamvis intentio Bullæ sit de subsidio temporali, potest tamen in favorem pauperum pati Epicheiam, *part. 1. tractat. 11 resolut. 21.* Probabilius item puto, quod docuit Lessius *l.b. 4 cap.* 40 *dub.16 numer. 19* vota per Bullam commutari posse in minus bonum Nam in bonum æquale commutari possunt auctoritate ũmplicis Confessarii, vel etiam propria ipsius pœnitentis, ut dicemus V. *Voti, numer.37.* & sic Bulla nihil operaretur. Idem dic de Jubilæo, *part. 1 tractat. 12 resolut.40 & part. 2. tractat. 16 resolut.* 8. in fine. Nec requiritur justa causa; quia Pontifex hoc indultum concedit in subsidium belli, tamquam propter causam finalem unicam. Ita Suarez *tom. 2 lib. 6 cap.* 19 *numer.* 10 *part. 1. tractat. 11 resolut. 39 & parp. 2 tractat. 16 resolut* 8. *§. Nota.* Confessarius verò, qui sine justa causa nollet commutare vota per Bullam, peccaret; quia est judex delegatus per Bullam ad concedendũ pœnitenti favorem virtute illius, ad quem pœnitens habet jus per Bullæ susceptionem.

Et emissum in favorem tertii.

Et fieri potest in minus bonũ.

Absque justa causa.

Et Sacerdos nolens commutare, peccaret.

ptionem. Ita Sanch. *ubi suprà n. 12. pag. 1 tract. 31 resol. 44.*

Possunt etiã commutari vota emissa post Bullam susceptam.

66. Vota prædicta commutari possunt per Bullam, etiam si post ejus susceptionem emissa sint ; quia gratiæ sunt ampliandæ, &, ubi lex non distinguit, neque nos debemus distinguere. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 27. clausul. 9. §. 3. num 40*

Et transferri commutanda post Bullam.

67. Confessarius commutans vota per Bullam, potest suspendere assignationem novę materiæ, assignaturus post annum illius Bullæ, ut dicemus de Jubilæo V *Iubilæum, num. 41.* Interim verò vovens ad nihil tenetur : quia obligatio prioris voti suspensa est per illam commutationem. Ita Lessius *lib. 2. cap. 40 dub. 16. num. 109 part. 1. tractat. 11. resol. 52.* Potest etiam Confessarius concedere aliquod tempus ad revocandum votum commutandum in mentem. *ibid. resol. 94.* in fine.

Et commutari extra Confessionem.

98. Ad commutationem votorum per Bullam non requiritur, quòd fiat in Confessione. Et, qui semel aut pluries votum sibi commutavit, redire potest ad prius votum, & eligere quod maluerit. Vide V. *Voti, num. 40. & num 43.*

BVLLA CRVCIATÆ, QVOAD Carnes, & Lacticinia.

Possunt edi per Bullã in Quadragesima, de licentia utriusq; medici, carnes. Etiamsi causa non sufficiat secundũ Sanctum.

69 † Conceditur etiam per Bullam facultas comedendi lacticinia in Quadragesima, &, de licentia utriusque Medici, carnes.†

70. Quoad privilegium edendi carnes, aliqui ex doctrina Lessii *lib. 4. cap. 2 dub. 6. numer. 45* putant, illud valere, quando causa est dubia Sed Sancius *in select. disputat. 51. numer. 9.* docet, valere etiam, si causa non sit sufficiens ad edendas carnes, sed tantùm ad petendam dispensationem, ut si timeretur aliquale detrimentum ex abstinentia carnium promanaturum, quod tamen, si existeret, non tolleretur obligatio de non edendis carnibus, cùm leges positivæ obligẽt cũ aliquali labore. Ratio verò est; quia, quando causa est dubia, potest carnes quis comedere sine Bulla. Vide infra V. *Iejunium, numer. 46. part. 3 tract. 5 resolut. 70*

71. Dispensatus ad carnes per Bullam, intelligitur dispensatus etiam ad jejunium, quia abstinentia carnium est de essentia jejunii. Quamvis probabilis sit sententia negativa, Vide etiam V. *Iejunium, num. 18.*

Dispensatus ad carnes tenetur temperare. Nõ quidpropter infirmitatem.

Dispensatus ad Carnes, quatenus cibi Quadragesimales sint illi nocivi, non tenetur sumere secundam comestionem, cum dispensatio solùm respiciat, ut adæquatum objectum bonum nutrimentum ex qualitate ciborum, & non corroborationem virium, *part. 9 tractat. 6 resolut. 11.* Unde si dispensatus ad edendas carnes non potest comedere pisces, nisi in levissima quantitate, ut in consideratione non veniat. *Ibidem §. sed mihi*; & si quis in die Jejunii frangit illud comedendo plures carnes unum tantum peccatum facit. *Ibidem §. Nota hic obiter, &c.* Sed si inadvertenter ex oblivione carnem comedit in magna quantitate non frangit jejunium, & tenetur servare formam jejunii reliquo tempore, eodem modo, ac si carnem non comedisset, sicque etiamsi quis sine comedit carnem ignorans ea die jejunari, tenetur reliquo tempore servare jejunium; ac si nihil comedisset, *part. 9 tractat. 6. resolut. 38*

Non possunt comedi pisces nisi in levissima quantitate.

Comedens carnes pluries in die jejunii unum tantum peccatum committit.

72. Quoad ova, & lacticinia. Adverte, in Quadragesima cum Bulla edi posse ova inventa intra gallinas, quia sunt ejusdem speciei cum aliis, *part. 3 tract. 6. resol. 80 §. Notandum est.*

Sanè concedit Bulla ova, & lacticinia in Quadragesima.

73 † Conceditur autem hæc facultas Laicis, & Clericis, ac Religiosis sexagenariis commorantibus in Regnis Hispaniarum Clericis autem, & Regularibus juvenibus, & laicis, ac etiam Religiosis senibus extra Regna commorantibus, non suffragatur.

Dum modo maneant in Regnis Hispan.

74. Sed quid, si laicus, extra Hispaniarum Regna proficiscatur, brevi reversurus? (breve tempus quoad hoc aliqui judicant remittendum arbitrio boni viri:

Imò probabiliter etiam si incolæ Hispaniarum.

Et alibi maneant, brevi in patriam reversuri.

viri : Nam in jure aliquando est trium dierum *l. fin. §. illico, Cod. de judic.* vel decem, *leg. quod dicimus, ff. de solut.* interdum unius mensis. *Alexand. in leg. divortium, nuncer.* 10. *ff. de solut. matrimon.* & duorum mensium, *l. aufertur, §. 1. ff. de jure fisci.* At Piccinus *lect. manuscript. in Cruciat. à num.* 63. putat esse semestre: quam opinionem aliqui nimis latam appellant.) Respondeo, P. Piccinum in suis manuscriptis in Collegio Panormitano dictatis, docuisse, quòd talis possit ova, & lacticinia edere virtute Bullæ. Et quidem probabiliter, ac (si absit scandalum) tutè ? Hanc enim sententiam docerent Sanchez, & Palatius, si de hac re interrogarentur: Nam ille *de matrimon. tom.* 1. *lib.* 3. *disputat.* 18. *num.* 7. docet, Mediolanensem transeuntem per oppidum, ubi viget jus commune, brevi reversurum in patriam, posse vesci carnibus quatuor primis diebus Quadragesimæ, quod est privilegium locale Mediolani. Hic quidem *in* 4. *distinctione* 15. *disputatione & post* 6. *conclusionem* docet, Castellanum per Lusitaniam transeuntem cibari posse animalium intestinis ex more patriæ, quamvis id Lusitanis non permittatur. Et ratio horum omnium est, quia brevi reversurus non dicitur abesse, sed adesse *l. post. Domitii, §. captivus*, & alibi, & ex Tridentino *sess.* 23. *cap.* 4. Sicut è contra, qui brevi residet in loco, non dicitur moraliter in eo esse, *l. quæsitum, §. fin. ff. de legat.* 3 *part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 20 † Quamvis *part.* 4 *tractat.* 4 *resolut.* 190 de probabilitate hujus opinionis dubitaverit.†

Et lacticinia prohibita sunt in jejuniis Jubilæi, Vigiliarum, &c. comedi possunt cum Bulla.

75 Probabilius est, lacticinia in jejuniis Jubilæi, voti, &c. extra Quadragesimam edi posse sine Bulla, ut invenies infra V. *Jejunium à num.* 54. Sed posita contraria sententia Navarri *lib.* 3. *conf.* 4. *vel* 5. certum est, talia jejunia impleri posse edendo lacticinia per Bullam: quia sic impleri possunt jejunia Quadragesimæ. Ita Sanchez *summ. tom.* 1 *lib* 4 *cap.* 11. *num.* 49 *part.* 1. *tractat.* 11. *resol.* 3. Probabile item est, Regulares, & sæculares Presbyteros non posse cum Bulla comedere lacticinia in Dominicis Quadra-

Et à Regularibus ac Presbyteris sæcularibus in Dominicis Quadragesimæ.

gesimæ, ut tenet Vega *tom.* 1. *cap.* 14 *cas.* 29. & declaravit Summus Pontifex apud Rodriquez. Ordines militares, etiamsi sint sacerdotes, possunt per totam quadragesimam. Mendo *in Bull. Cruc. disp.* 18. *c.* 3. *num.* 20 *p.* 11. *t.* 2 *res* 53. Item Cardinales si sint in Hispania; quia hi in odiosis non comprehenduntur, nisi exprimantur, probabiliter possunt ova & lacticinia edere; manet tamen contraria sententia communis, *p.* 11. *tr.* 2. *res.* 38. Sed etiam probabile est, posse, ut tenet Llamas *part.* 3. *cap.* 5 § 26. Quia in jure communi dies Domini non appellantur dies quadragesimales, *part.* 1. *tract.* 11 *resol.* 5 & magis absolutè, *part.* 5 *tract.* 14 *resol.* 13 §. *Et tandem.*

BULLA CRUCIATÆ, QUOAD Reliqua Privilegia.

Per Bullam eligi potest Sacerdos, qui communionē in Paschate, & Extremam-Unctionem ministret.

76 COncedit item Bulla Cruciatæ, ut illam suscipiens eligere possit Sacerdotem, non solùm, cum quo confiteatur, sed etiam à quo Sacram Communionem extra Pascha, & Extremam Unctionem recipiat. Nam id expressè habetur in ea. Ita contra Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *disputat.* 72 *sect.* 4 & Nugnum *in* 3 *part. tom.* 1. *quæst.* 2 *articul.* 3. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 3 *disputat.* 219 *cap.* 5. *num.* 47. qui verba Bullæ circa hoc privilegium adducit, *part.* 1. *tractat.* 11. *resol.* 20

Et quidem Communionem etiam in privato Oratorio.

77. Imò in die Paschatis potest, qui habet Bullam communicare in privato Oratorio. Nam Summus Pontifex in illa clausula, *excepto die Paschatis* excipit Communionem Paschalem formaliter, idest illam, quæ fit ad implendum præceptum: unde, qui præceptum implevit, aut implere vult post Pascha, potest in die Paschæ in privato Oratorio communicare. Ita Suarez *in* 3 *p. quæst.* 28. *articul.* 3 *disput.* 72 contra Trullench *in expl. Bull. lib.* 1. §. 3. *dub* 7 *num.* 9 *part.* 4 *tr* 4. *resol.* 81.

Habens Bullam potest unà cum fa-

78 † Conceditur etiam, ut tempore interdicti habens Bullam unà cum familia audire possit Sacrum in Ecclesia; aut

milia audire Sacrum, vel celebrare tempore Interdicti in Ecclesia vel Oratorio privato. Sed non propterea tenetur in festo Sacrum audire.

aut Oratorio privato, &, si est Sacerdos, celebrare. Nisi interdictum per ipsum inceperit, aut perseveret. † Porrò, quia hoc est privilegium, non tenetur habens Bullam tempore Interdicti audire Sacrum : quia nemo tenetur uti privilegio sibi concesso, aliàs non esset privilegium, sed onus. Ita Avila *de censur. part. 5 disputat. 4 sect. 2. dub. 6.* contra Bonacinam *de censur. disp. 5 punct. 4 num. 2 part. 1 tract. 11 resolut. 2 & part. 4 tractat. 4 resolut.* 80. Sed, standoin prima opinione, quod teneatur, audiens Sacrum tempore Interdicti tenetur aliquas preces Deo fundere pro unione Principum Christianorum contra infideles, & impetratione victoriæ contra eosdem. Et hoc sub veniali. Ita Villalobos *tomo 1. tractat. 27 claus. 4 numer. 13 part. 1 tractat. 11 resol. 2. §. Hoc unum.*

Et privilegiu Oratorii valet multo magu extra interdictum

79. Licentia prædicta audiendi, aut celebrandi Missam in Oratoriis privatis per Bullam, concessa est pro toto tempore. Appositè autem est clausula *tempore Interdicti*, quia pro hoc tempore erat major difficultas. Igitur per Bullam in Oratoriis celebrari potest etiam in diebus Paschæ Resurrectionis, Pentecostes, & in aliis solemnitatibus, quæ in concessione Oratorii excipiuntur. Quia Bulla Cruciatæ ampliat talem concessionem, cum nullam exceptionem contineat. Ita Rodriquez *in Addit. ad Bull. §. 5 num. 1. part. 4 tract. 4 resol. 76*

Nomine verè familiæ, veniunt cõsanguinei utriusque lineæ, familiares, & domestici.

80. Nomine familiæ cum qua habens Bullam audire potest Sacrum tempore interdicti intelliguntur consanguinei usque ad quartum gradum in linea tam recta, quàm transversali, uxor, famuli, & famulæ. ac domestici omnes, quos omnes absente domino sacrum audire posse, probabiliter multi docent contra Rodriquez *in Bull. §. 5. num. 5.* Oratorium autem debet esse ab Episcopo approbatum, quicumque ille sit: &, si sit idoneum, ac decens, & Episcopus approbare nollet, posset nihilominus in eo celebrari; quia talem licentiam justè petitam, & injustè negatam

Quos aliqui docent posse Sacro interesse absente domino. Oratorium verò approbandum ab Episcopo, sed sufficit

censetur concedere Papa, & Episcopus ad idoneum Oratorium approbatum compelli posset. Ita Cruz *in Bull. disput. 1. cap. 5 dub 1. numer. 4 part. 5 tractat. 10 resolut. 76*

licentia justè petita, & nõ obtenta.

BVLLA CRVCIATÆ, Quoad Susceptionem.

Qui suscipit Bullam non tenetur esse in gratia, dum suscipit.

81 QUando quis suscipit Bullam, non oportet esse in gratia, etiam quoad consequendas indulgentias: quia illud verbum *contritis*, quod in Bulla Latina ponitur, refertur ad instans consequendæ Indulgentiæ, non ad tempus susceptionis. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 27 in titul. num. 5* contra Cajetanum *de Indulgent. tract. 1. quæst. 2 part. 1. tract. 11 resol. 6.*

Bullam sua nomine acceptam, ab amico potest, qui alteri applicare. Sed qui applicavit uni non potest alteri.

82. Si aliquis accipiat Bullam pro amico, & faciat inscribi illius nomen, potest amicus non acceptare pro se, & nomen suum tollere, ac alteri applicare Ita Villalobos *tomo 1. tractat. 27 claus. 4 numer. 23 part. 1. tractat. 11. resolut. 95 & in Addit. part. 3 resol. 24.* Non tamen potest illam alteri applicare, qui semel applicavit uni. Ita Vegha *tomo 2. cap. 7 cas. 26.* Non oportet autem, quòd suscipientis Bullam sit nomen inscriptum in illa. Ita Henriquez *lib. 7. cap. 20. numer. 5. part. 1 tractat. 11 resolut. 95 à §. Notandum.* vide *p. 11. tract. 2. res. 47.*

Bulla absque negligentia amissa, &c. adhuc valet.

83. Accipiens Bullam tenetur adhibere diligentiam mediocrem, ut integra per totum annum servetur. Si verò sine culpa perdatur, aut comburatur, hoc non obstante, potest quis illa frui. Quia non debet esse major obligatio in hac parte; quàm in aliis rebus. Ita Acosta *in Bull. quæstion. 12.* & alii. Sed ex verbis Bullæ contrarium dicendum apparet. *Ibidem.* in fine. Qui autem culpabiliter amittit, vel abiicit bullam, privatus est illius usu licet Eleëmosynam pro ea dederit Bardi *in Bull. Cruciatæ part. 2 tractat. 8. cap. 2 sect. 3* cujus sententia non est deserenda, *p. 11. tr. 2 res. 46.*

Probabile est, nec posse Bulla prudenter judicans sibi ab amico susceptam.

84. Qui scit, patrem vel amicum singulis annis sibi Bullam sumere, ait Rodriquez *in Bull.* §. 12. non posse ea uti, antequam pater, vel amicus eum de Bullæ susceptione certum faciat; quia in re tam ardua non sufficit præsumptio. Sed contraria opinio Henriquez *apud Villalobos, ubi infra* est probabilis, & tuta in praxi. Quia sufficit hæc certitudo moralis. Imò Villalobos *tomo* 1. *tract.* 27 *claus.*12. *num.* 25. idem dicendum asserit, si cui amicus fidelis, dum à loco Bullæ recedit, promittat, se illi accepturum statim, ac publicatur, *part.*1. *tract.*11 *resol.*90

Bullam accipere potest meretrix ex quæstu turpi. Non autem fur furto.

85. Videtur Rodriquez *in Bull.* § 1. *in Addit. dub.* 7. docere, quod valeat Bulla suscepta ex pecuniis ablatis, furtivis, &c. Sed dicendum, quòd valeat, si illam sumat meretrix de quæstu turpi, quia hæc turpiter peccat, at tercedem non turpiter recipit. Minimè verò de pecuniis ablatis, &c. Quia Pontifex vult, hanc eleemosynam solvendam esse ex propriis facultatibus. Ita Acosta *in Bull. Cæn. quæstione* 12 *part.*1. *tract.*11 *resol.*101

Principes & similes in taxa commissarii nominati debent solvere pro qualibet Bulla decem tarenos. Sicut eorū uxores marito viventibus. Non autem defuncto, sicut nec eorū filii dum usufructu non gaudent.

86. Eleemosyna pro Bulla danda est, quæ unicuique præscribitur. Præscribitur autem Principibus, & Dominis vassalorum, Consiliariis Regiis, & majoribus Commendatariis ut solvant octo drachmas, seu decem tarenos. Quam etiam summam solvere debent eorum uxores, etiam si non habeant bonorum administrationem. Viventibus tamen maritis, nam illis defunctis, si non manent dominæ, nec usufructuariæ talium bonorum, licèt vocentur Comitissæ, & Marchionissæ, non tenentur ad hanc taxam. Sicut nec filii familias, qui, licet sint proprietarii, non sunt tamen usufructuarii dictorum bonorum. Item nec titulares suorum cognominum sine vassallis. Ita Trullench *in Bull. lib.* 1. §. 3. *dub.* 1. *à numer.*12. Princeps verò, &c. tenentur hanc summam majorem solvere, non solùm in prima, sed etiam in secunda Bulla, si illam accipiant Ita etiam Trullench *ibidem.* contra Henriquez *lib.*7 *cap.*20 *numero* 3. *part.* 5. *tractat.*13 *resolutione* 53

Possunt Hispani extra Hispaniam degentes per alios in Hispania Bullæ sumere.

87. Hispani, Siculi, &c. existentes extra regna Hispaniarum, & Siciliæ possunt sumere per alios in Hispania Bullam Cruciatæ, ejusque privilegiis uti, secluso privilegio edendi lacticinia. Sed immeritò, quia est contra Privilegii verba. Sic aliqui apud Quintanad. qui & docet posse Regulares vi Cruciatæ absolvi à peccatis mortalibus non reservatis. Cujus oppositum tenet Lugo, uterque probabiliter, *part.* 9 *tractat.* 6 *resolut* 10.

88 Utrum quis accipiendæ hujus Bullæ causa adiens Hispaniam, statimque iterum excedens, ea uti possit? affirmat Mendo, quia verè declinat in ditionem Hispaniæ, ut dicitur in Bulla: Gallego probabilius negat; quia videtur fieri in fraudem. *p.*11 *tr.*2 *res.*37 & huic sententiæ magis accedendum.

BVLLA CRVCIATÆ, Quoad Durationem.

Bulla durat ab una publicatione in aliam.

89 SAtis probabiliter docet Henriquez *lib.*7 *cap.*20. *num.*2 contra Rodriquez *in Bull.* §. 1 *numer.* 2. annum Cruciatæ computandum esse more Ecclesiastico ab una publicatione in aliam, ita ut si transacto anno à prima publicatione adhuc secunda non publicetur, prima interim valeat, *part.*2 *tr.* 11 *resol.* 61. Addit Henriquez *lib.* 2 *cap.*19 *num.*2 *in Gloss. litt. O.* quòd in magna civitate non tenetur quis suscipere novam Bullam primo die publicationis, sed potest ejus privilegiis uti virtute præcedentis, & novam intra tres dies, aut hebdomadam recipere. Vide Sanctium *in select. disp.* 55 *num.*5 *part.*1. *tr.*11 *resol.*92

Et secundū Henriquez in magna Civitate aliquid plus.

Si nova Bulla infra annum publicetur probabile est, priorem non extingui.

90 Si ante annum elapsum nova Bulla publicetur, ait Gomez *explicat. Bull. claus.*5 *numer.*1. priorem extingui. Sed Rodriquez *in Bull.* §. 5 *numer.* 2 probabiliter contrarium docet; addens talem publicationem fore contra mentem Papæ, & Regis; unde, si fieret, advertendum esse è suggestis, quod Bulla præterita

rita non antiquatur usque ad talem diem *part.1 tract.11 resol.93*]

Confessio cepta tempore Bullæ absol, vi potest post illam.

91 Si Confessio incipiat tempore durationis Bullæ, prosequi potest transacta illa, etiam quoad absolutionem reservatorum, & censurarum. Ita Rodriquez §. 5.*num.2 part.1 tract.11.resol.94*. Idem dictum est supra de commutatione votorum, *num.64*

BVLLA CRVCIATÆ, Quæ Privilegia suspendat.

Bulla Cruciatæ suspendit omnia privilegia Mendicantiũ quoad eorũ fratres Ac etiam Indulgentias eorum?

92 BUlla Cruciatæ suspendit omnia privilegia, & Indulgentias, præter privilegia Regularium Mendicantium quoad ipsos Regulares tantum † Nomine vero facultatum, & privilegiorum Regularium quæ excipiuntur per Bullam, Acosta *in expl. Bullæ quæstion.* 108. ait non venire eorum Indulgentias, & consequenter Indulgentias Regularium etiam quoad ipsos per Bullam suspendi Sed contrarium tenendum cum Nugno *in 3 part. tomo 2 de Bull.* §. 14 & exceptionem extendi ad omnia concessa in Bulla, *part.1 tractat.11 resolut.* 88

Vbi nomine Mendicantium Henriquez ait, non venire alios Regulares communicantes. Villalobos ait, venire.

93 Nomine Mendicantium, quorum privilegia, ut dictum est, non suspenduntur in Bulla, docet Henriquez *lib.7 cap. 22 numer. 4 in gloss. litt. T* non includi alios Religiosos non Mendicantes, ideoque eos non posse hac clausula gaudere, etiam per communicationem privilegiorum. In qua opinione talium Religionum Prælati non possent absolvere suos subditos à casibus reservatis Sedi Apostolicæ, & eorum subditi eligere possent virtute Bullæ Confessarium extra Religionem pro reservatis; quia privilegium quòd Regulares non eligant Confessarium extra Ordinem concessum est Prælatis Mendicantium. Sed Villalobos, *tomo 1 tractat. 27. clauſ. 12 numer. 11.* clausulam prædictam extendit etiam ad Ordines non Mendicantium, qui cum Mendicantibus in privilegiis communicant. Nam si in aliis communicant, cur non etiam in hoc? *part. 1 tractat. 11 resolut. 89.* Adverte etiam sub nomine fratrum in illa clausula Bullæ, *quoad eorũ fratres tantùm*, intelligi etiam Novitios, & Moniales. Ita Nugn. *in 3 part. tract.2 de Bull.§.14 ibid.* in fine § *& resol. 88.* in fine.

Nomine verò fratrum veniunt etiã Novitii & Moniales.

Nomine itẽ [privilegii] intelliguntur etiam exceptæ privilegia dispensandi ad debitum & commutandi vota.

94 Privilegia verò Regularium commutandi vota, absolvendi à reservatis, &c. putat Trullench *in Bull. lib. 1. quæst. 9 cap. 3. dub. 3 numer. 8.* suspendi per Bullam. Quia per illam suspenduntur omnia privilegia concessa tam singularibus personis, quàm monasteriis, & locis piis, exceptis privilegiis concessis Mendicantibus *quoad eorum fratres tantùm*, quæ clausula frustratoria esset, si Regulares uti illis possent etiam quoad laicos. Sed tenendum est contrarium cum Rodriquez *apud ipsum ibidem* & Villalobos, *part. 1 tractat. 27 clauſ. 9 numer. 6. 7. 21.* Quia cum Regularium privilegia sint favorabilia, & concessa toti Religioni, non autem peculiaribus personis, aut monasteriis non suspenduntur per clausulas generales. sed debent expresse suspendi, *part. 1 tractat.11.resolut.* 100 & in Add. *part. 3.resol 23*

Altaria privilegiata Regularium probabile est non suspendi pro defunctis sæcularibus.

95 Altaria privilegiata sita in Ecclesiis Regularium probabile est suspendi per Bullam, etiam quoad Missam celebrandam pro Regulari defuncto, ut docet Villalobos, *tomo 2 tract.27.clauſ.12 num. 3 part.1.tractat.11 resol.86.* Sed probabile etiam est, non suspendi, neque pro defunctis sæcularibus, ut docet Trullench *in Bull.lib.1 qu. 9 cap. 3 dub. 4.n.3.* Quia Pontifex censetur solùm suspendere Indulgentias concessas pro vivis, ne tam pium opus disturbetur, nam Indulgentia pro defunctis concessa parum impedit Bullæ acceptationem, cum ipsis non prosit, nisi per Bullam. Adde, quòd in suspensione generali Indulgentiarum non suspenduntur Indulgentiæ pro defunctis concessæ, nisi de eis fiat expressa mentio, quæ in Bulla non efficitur. Et ita docet Carillo *in exp. Bull. defunct.part.2 cap.9 in Addit. part. 3. resolut.21*

Bulla non suspendit privilegia concessa in jure communi, vel approbata per antiquam consuetudinem.

95. Bulla non suspendit privilegia concessa in jure communi, neq; approbata usu toleratæ consuetudinis. Quia hæc non exprimit. Et ideò possunt Regulares uti privilegio celebrandi tempore interdicti in aliquibus festivitatibus, & ad officia divina ac recipienda Sacramenta omnes admittere. Ita Villalobos *tom.1.tractat.27.claus.12.num.7.part.1. tract.11.resol.87.*

Et indulgentiæ, quas suspendit, publicari possunt cum licentia Commissarii, & acquiri cum Bulla.

96. † Indulgentiæ, quas Commissarius Cruciatæ suspendit, publicari possunt de ejus licentia, acquirendæ tamen ab habentibus Cruciatam. Sed in hac licentia nec ipse, nec ejus Notarius, possunt aliquid accipere vel jure laboris. Vide V. *Commissarius Cruciatæ, numer. 5.*†

BVLLA CRVCIATÆ, Quoad alia.

Bulla Cruciata non suspenditur per Bullam Cœnæ. Nec per Jubilæum anni sancti.

97. Bulla Cruciatæ, quoad facultatem absolvendi à reservatis in ipsa non suspenditur per Bullam Cœnæ. Vide V. *Bulla Cœna num.37.* Item non suspenditur per Jubilæum anni sancti. Ita Rodriquez *in Bull. §.12. dub.6. numer.8.* asserens pro hac sententia declarationem Clement. VIII. in Jubilæo anni 1600. sicut etiam declaravit S. D. N. Urbanus VIII. pro Jubilæo anni 1625. ut testatus est vir fide dignus. Ratio autem est; quia Bulla est concessa per modum contractus, per Jubilæum verò non revocantur privilegia concessa in formam contractus. Sed Navarr. *not.33.num.3.* & alii contrarium docent. *part.1.tract.11.resol.97.*

Bullæ privilegiis uti quis potest extra Regna Hispaniarum.

98 Privilegiis Bullæ potest quis uti extra Regna Hispaniæ, ubi Bulla non publicatur: & sic sumens Bullam in Sicilia, si postea Romam petat, potest sibi Confessarium eligere, & cum illo à reservatis absolvi. Excipe tamen privilegium edendi carnes, & lacticinia, nam hoc conceditur tantùm commorantibus in Regnis Hispaniarum. Ita Villalobos *tom.1.tract.27 in tit.num.3 part.1. tract.11.resol.1.*

Excipe eum quorum, ut sup. n.70.

Bulla privilegia favorabilia, & ideò amplianda.

99. Bullæ privilegia sunt favorabilia, ac proinde amplianda. Quia sunt beneficium Principis, sine alicujus præjudicio. Sunt opus liberalitatis, clementiæ, &c. Et tandem ordinantur ad publicam Ecclesiæ necessitatem sublevandam. Ita Suarez *de relig.tom.2 lib.6.cap.16.num.3.* contra Sanchez *de matrimon. tom.3. lib.8.disput.2.num.7.part.1.tract.11.resol.98.*

CALIX.

Calix debet esse consecratus, sed quo modo?

1. † CAlix debet esse consecratus. † Et quidem consecratus remanet, si in illo non consecrato aliquis ignoranter celebret. Nec iterum consecrari debet, usu aurum amittens, iterum deauratur. Vide *ver. Vasa sacra.* Celebrare in calice non consecrato, vel ligneo peccare, sed non incurrere pœnam depositionis, docet Tamb. *opus. de sacrif. miss. l.1 c.1 §.3.* Sed non audeo discedere à communi DD. sententiâ quæ habet, quod incurrat pœnam. *Dicast. de Sacr. to.1.tr.5 disp.4.dub.9 p.11.tr.8.res.31.* pœna autem est, depositio ab officio & beneficio, *c. ult. de cel. miss.*

CAMBIVM.

Cambium quid; & quotuplex?

1. † CAmbium est permutatio negotiatoria numismatis pro numismate. Ejus quatuor sunt species. Cambium per minutum, cambium siccum, cambium per litteras, & cambium reale. Circa cambium per litteras.†

Cambium [con la ricorsa] an licitum?

§ 2. Frequens est hodie cambium, vulgo dictum *collaricorsa*, in quo procurator campsoris respondet pro campsario cum pecuniis ipsius campsoris. Illius praxim invenies apud Salonium *de justitia.tom.2 quæst.4.artic.2.contr.12.* Porrò hoc cambium Sotus *justit. libr.6. quæst.10.articul.1 & quæstion.13 art.1.* & alii vocant usurarium. Quia in vero cambio, sicut interveniunt diversi domini, ita intervenire debet diversa pecunia: nam pecuniæ unius per-

Pars negativa probabilior.

sonæ

sonæ non dicuntur propriè commutare cum pecunia ejusdem, sed alterius: in hoc autem cambio tota pecunia quæ datur & accipitur, est pecunia ipsius campsoris. Deinde, procurator campsoris censetur eadem persona cum campsore, & sic non potest inter ipsos intercedere solutio, nisi fictitia, *part.* 10. *tract.* 12. *resolut.* 28. §. *itaque ex his.* Hæc opinio est probabilior. Sed contraria Saloni *ubi supra*, & aliorum est etiam probabilis. Favet enim illi declaratio Cardinalium apud ipsum, & favere videtur Bulla Pii V. ad Bononienses, in qua cambia absolutè concedunt absque ulla distinctione personæ, & pecuniæ. Probatur etiam rationibus. Tum quia solutio pecuniæ fit quidem in loco, ubi recepta est, sed non virtute primi cambii. (Hoc enim finitum est in loco nundinarum per solutionem factam à procuratore campsoris pro campsario.) Sed virtute secundi cambii celebrati in loco nundinarum per missionem aliarum litteratum. Tum, quia procurator campsoris ex sua, vel aliena pecunia licitè potest respondere pro campsorio de mandato ipsius campsoris, unde & poterit cum pecunia ipsius campsoris, quia in contractibus civilibus quidquid possumus per alios, possumus etiam per nosmetipsos. Et tandem, quia in hoc cambio campsarius nullum interesse patitur, immò acquirit facilitatem in habenda pecunia, & liberatur ab onere quærendi alium, qui solvat. Ad argumenta contraria respondet probabiliter auctor *consil.* 31. *inter consilia.* Navarr. *tractat.* 2. *libr.* 5. *titul. de usuris.* Nam non est inconveniens, quòd procurator campsoris sit etiam procurator campsarii & gerat vicem duorum; ut passim habetur in jure; & latè probat Molfesius *tom.* 2. *tractat.* 12. *cap* 7. *numer.* 51. Itaque idem procurator, ut campsarius solvit, & ut campsor solutionem acceptat Pecunia verò ratione secundi cambii fit pecunia campsarii, ac proindè licitè solvi potest campsori pro primo cambio. *part.* 1. *tractat.* 8. *resol.* 1. Estque hoc cambium justum etiam in foro fori, & talis campsor non debet puniri tamquam usurarius. Ita contra Lessium *libr.* 2. *cap.* 23. *dub.* 7. *numer.* 72. Salvatore *contin. camb. par.* 2. *numer.* 8. qui citat Rotam Romanam, & aliàs. *part.* 1. *tractat.* 8. *resolut.* 13.

Sed affirmativa etiam probabilis.

Etiam in foro exteriori.

3. Cambium *collaricorsa* non differt substantialiter à cambio *colle continuationi*, sed tantùm accidentaliter, eo quod cambium continuationum reducitur ad duas personas, cambium verò recursæ ad tres. In reliquis conveniunt. Nam cambia continuationum sunt cambia reiterata, seu novæ emptiones, & venditiones, sub iisdem justitiæ regulis, quas cambium recursæ requirit. Ita Filliuc. *t.* 2 *tr* 35. *p.* 2. *c.* 11. *num.* 489. *p.* 1. *tr.* 8. *ref.* 4.

Nec differt essentialiter à cambio (colle continuationi.)

4. Hoc utrumque cambium continuationum, & recursæ licitè exercetur etiam à personis privatis, mulieribus, &c. Ita Naldus *sum. V. cambium, numer.* 6. Ratio est, quia recambia seu continuationes non sunt licitæ ratione tantum lucri cessantis, vel damni emergentis, ut docet Filliuc. *tom.* 2. *tractat.* 55. *par.* 2. *cap.* 10. *numer.* 471. sed etiam ratione emptionis, & venditionis, ut docet Scortia *in Bull. Pontif. epit.* 107. *theor.* 186. Est enim cambium semper emptio & venditio scutorum de marca tamquam mercis: & in recambiis augetur sors ex lucro præcedenti, *part.* 1. *tractat.* 8. *resolut.* 2. & 5. Neque respondens seu procurator debet esse mercator, dummodo præstet omnia essentialia cambii, litteras, &c. Ita Salvatore *de contin. camb. part. num.* 23. *ibid. resol.* 3.

Et utrumque exerceri potest à mulieribus, & personis privatis.

Qualis etiam potest esse respondens.

5. Pro cambiorum provisione debetur tertia pars scuti pro singulis centenariis, secundum pecuniam, de qua cambium solvitur. Et hoc ex immemorabili mercatorum consuetudine. Ita Boninsignius *de camb. cap.* 7. *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 6.

Pro cambiorum provisione debetur tertia pars scuti pro singulo centenario.

6. Sed an tertia pars pro centenario justè accipiatur etiam in recambiis, & continuationibus? Respondent aliqui affir-

Sed an etiam in recambiu? Quidam affirmant.

affirmativè, innixi consuetudini mercatorum. Nam, ut advertit Boninsignius *de cambo. cap. 7. numer. 23.* de justitia vel injustitia provisionum hujusmodi, communi mercatorum arbitrio standum est.

Alii negant.

Alii negativè respondent cum Maldero in *2. 2. tractat. 5. cap. 4. dub. 7.* quia putant, provisiones deberi pro labore, qui non est æqualis in cambiis realibus, & in recambiis. Sed posset quis respondere, consuetudinem habentem vim legis determinasse provisiones cambiorum, considerato labore in genere. Deinde, quia licet cámpsores in recambiis non laborent, ut in cambiis realibus, tamen ipsi vellent laborare, & lucrari: & ex culpa campsariorum non laborant in cambiis realibus, & sumunt provisiones, ac proindè possunt ab illis integras provisiones accipere. Et sic Filliucius *tomo 2. tractat. 35. part. 2. cap. 10. numer. 471.* ait, posse in recambiis integras provisiones recipi, non ratione laboris, sed lucri cessantis. (Scorsia verò in *Bull. Pont. epit. 107. theor 286.* eas justificat ex eo, quòd recambia sunt novæ emptiones, & venditiones. *p. 1. tr. 8. res. 8.*)

Sed qui affirmant diversimodè se tuentur. Illi quidem ratione laboris.

Alii ratione lucri cessantis.

Alii ratione periculi.

Alii dicunt, integras provisiones deberi ratione periculi amittendi sortem principalem. Nam, ut ait Salvatore *de contin. camb. part. 5 numer* 45. campsarius, qui pro solutione cambii videtur bonus solutor, in recambiis post aliquot annos deficere potest, dum interim alieno ære gravatur. Sed contra hanc responsionem adest validissimum argumentum. Quia scilicet, cum pericula non sint æqualia, æquales provisiones ab omnibus non justè sumuntur. At huic quoque argumento respondet Saccia *de commerc. §. 3. Gloss. 3. numer.* 12. qualitatem periculi esse incertam, cum quandoque plus periculi lateat, quam timeatur, cum igitur lex conscientiæ debeat esse de re possibili, & impossibile sit, qualitates, & quantitates periculi minutatim cognoscere: æquale pretium, quod inveterata consuetudo (considerato periculo in universum) statuit, justum esse. Atque hoc etiam procedere, quando campsores recipiunt fidejussores, & pignora. Nam & fidejussor potest esse ære alieno gravatus, & pignus obligatum anterioribus creditoribus: atque adeò in hoc casu non evacuatur periculum. Sed adhuc restat aliud argumentum. Nam, cum periculum sit agentium, provisiones deberentur agentibus, non campsoribus. Sed responderi etiam potest, agentes omnia efficere cum periculo campsorum, vulgò *sopra di loro*: & sic campsores ratione periculi provisiones integras sumere.

Etiam, cum adsunt pignora, & fideiussores.

Quæ omnia disputationis causa dicta sint. Nam ipse consulerem, ut campsores in recambiis non sumant integrum interesse, sed pactum efficiant, ut interesse non excedat certam summam sibi benè visam. Quam summam quando interesse cambii non excederet (quod rarò contingit) consulant peritos Confessarios & viros expertos, *part. 1. tract. 8. resol 7.*

Sed ipse consulerem ne integrum interesse sumant.

7. In casu, quo campsor solvit sibi ipsi pro campsorio de illius mandato, ipseque rationes accipit, librum tenet, & alia negotia peragit campsario competentia, aliqui putant, sumi posse duas provisiones, unam in loco cambii, aliam in nundinis. Nam, sicut, si debitor mandaret alicui tertio, cambia sumere, pro se solvere, &c. deberetur huic una provisio ratione laboris, & obligationis quam in cambio contraheret, ita hæc secunda provisio debetur campsori cui campsarius hoc mandat, & per quem à laboribus eximitur. Ita Scaccia *de commerc. §. 3. gloss. 3. num. 15. part. 1. tract. 8. resolut. 9.*

Sed an recipi possint duplicata, quando campsor agit negotia, quæ competerent campsario?

8. Major provisio debetur pro cambio magno, quàm pro parvo. Et sic Scaccia *ibidem, numer. 475.* & alii absolutè dicunt, deberi mercatoribus pro singulis centenis tertiam partem: Tum quia secundùm aliquos provisio debetur ratione periculi, quòd in cambio majori est majus. Tum etiam, quia, si debe-

Major provisio debetur in cambio maiori.

deberetur ratione laboris, qui est æqualis: adhuc Notarii recipiunt diversum stipendium in scripturis æqualis laboris, eo quòd continent diversam pecuniarum summam. Et Sartores majus stipendium sumunt in conficienda veste aurea, ac in setica, & tamen labor est æqualis. *part. 1. tractat. 8. resol. 10.*

Cum cãpsarius differt solvere, probabile est cãpsorem posse adiicere provisiones sorti principali.

9. Quando campsarius differt solutionem provisionis, probabilis est sententia Lessii *lib. 2. cap. 23. dub. 6. numer. 85.* contra Narbonam *in 3. part. Recopilat. lib. 5. titul. 18. lib. 13. gloss. 2. num. 32.* quod possit campsor illas adiicere sorti principali, & cambium augere. Quia campsores moraliter certi sunt, se illud lucrum potuisse statim ad cambium dare, & per illud lucrari, quod lucrum jam cessat. Sed Scortia *in Bull. Pontif. epit. 107. theorem. 289.* id concedit, quia recambium est novus contractus emptionis, & venditionis. *part. 1. tract. 8. resolut. 11.*

Quam non tenetur cãpsor accepture sine provisionibus.

10. Potest licitè campsor non accepture solutionem sortis, nisi simul solvatur interesse. Et sic, si cui debentur decem pro sorte, & tria pro interesse, si tria solvantur, non tenetur illa minuere de sorte, sed potest accipere pro interesse. Rationes huius sententiæ invenies apud Malderum *in 2. 2. tract. 5. cap. 4. dub. 10. part. 1. tract. 8. resol. 12.*

Campsor, qui bona fide dat pecuniã Panormi solvendam Messanæ, habere, putans, campsarium se illam Messanæ habere, potest nihilominus certior factus ordinarium lucrum accipere.

11. Probabile est, campsorem, qui bona fide dedit pecuniam ad cambium Petro solvendam Messanæ, existimans, ipsum habere in tali loco pecuniam, si comperiat postea non habere, non posse ordinarium lucrum ab illo exigere, sed tantùm damnum emergens, aut lucrum cessans. Quia Petrus fictè, & sine animo obligandi promisit, & sic non tenetur ad aliud. Ita Salas *de camb. dub. 15. numer. 2.* Sed contraria sententia Molinæ *de iustit. tom. 2. tractat. 2. disputat. 404. numer. 7.* est probabilior. Quia, cum campsor bona fide contractum ex parte sua impleverit, tenetur quoque Petrus ex parte sua implere, quantum potest; vel solvere quantum campsori interest eum impleri: alioqui contractus semper paterent fraudibus. *part. 1. tract. 8. resol. 14.*

Pactum de certo interesse in cambio solvendo, si iustum sit, tenet in conscientia.

12. Pius V. in Bulla prohibet pactum de certo ac determinato interesse in cambiis à principio. Sed, quia hæc prohibitio fundatur in præsumptione fraudis usurariæ, si tale pactum fiat, tenet in conscientia, dummodò moraliter constet, justum esse. Ita Lessius *lib 2. cap. 23. dub. 11. numer. 90.* contra Filliucium *tom. 2. tractat. 35. part. 2. cap. 7. num. 424.* Neque in hoc casu campsor peccat. Quia, cessante fraude, quam dicta Bulla præsumit, etiam in particulari, cessat prohibitio. Ita Granado *in part. 2. controv. 7. part. 2. tract. 3. disp. 15. sect. 2.* contra Rebellium *part. 2. lib. 11. quæst. 3. num. 5. part. 1 tract. 8. resol. 15.*

13. Probabile est cambium esse licitum, quod dirigitur ad locum ubi campsarius nec ullam pecuniam, nec fidem, nec respondentem aut procuratorem habet, sed campsor suum factorem, qui pro illo respondeat, & solvat ex pecuniis ipsiusmet campsoris, & postea eandem pecuniam per aliud cambium remittat, ut ita fiat solutio utriusque cambii, & interesse in loco, ubi primo fuit accepta; sed si curiosus sis amice Lector lege totam resolutionem, *part. 9. tr. 8. resolut. 67.*

Possunt vendi carius merces expectatapecunia.

14. Possunt vendi merces pecunia expectata carius, si vendantur numerata pecunia, computatis prudenter expensis, & aliis ad imponendum de novo pretium contra Roccafull. qui putat in eo casu pretium crescere ratione solius dilatæ solutionis, quod negatur, sed crescit ratione multitudinis emptorum, qui carius emant pecunia expectata, quam numerata. Molina & alii *part. 10. tractat. 12. resolut. 28.* ex hoc dico cambium quod vocatur (*sopra di se con la ricorsa*) esse licitum Sà, & alii, *ibid §. it aque ex his.*

Licitum est cambium cũ ricorsa.

CAPELLANVS.

1. AN Clericus in minoribus possit esse Capellanus, vide V. *Beneficiũ, num. 18.*

num. 18. 19. An possit disponere de bonis Capellaniæ ad libitum, Vide V. *Eleemosyna, numer.* 18. An possit aliquo die infrà annum non celebrare pro fundatore, sed pro seipso, & quid si ægrotet: Et an celebrare possit per alium; vide V. *Missarum, à num.* 13.

Capellanus tenetur applicare sacrificium pro anima fundatoris.

2. Capellanus celebrare quotidie obligatus, & de cujus fundatione nullo modo constat, sed solum de celebratione quotidiana in tali Ecclesia, vel Altari cum stipendio convenienti, supradictum Capellanum teneri applicare voluerem Missæ pro anima fundatoris Capellaniæ, *part.* 9. *tract.* 8. *resolut.* 58. §. *Unde ex his*, in fine.

Oratione vel alia opera tenetur supplere.

3. Capellanus habens capellaniam cujus fructus, dempta eleemosyna promissis ad quas tenetur, quando non suppeditant tertiam partem mediocris substentationis cujuscumque vulgaris non tenetur ad Horas Canonicas, sed supplere debet oratione, vel quid simile, *part.* 9 *tract.* 6. *resol.* 8.

CAPITULUM

Sede Vacante.

Capitulum Sede vacante succedit in omnibus, quæ Episcopi sunt.

1. CApitulum Sede Vacante succedit in omnibus pertinentibus ad jurisdictionem Episcopi, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, non autem in collatione beneficiorum, *part.* 8. *tract.* 4. *resol.* 1.

2. Capitulum non succedit in jurisdictionem delegatam Episcopo, ex communi DD. & ex stylo Curiæ Rom. quæ nunquam dirigit dispensationes matrimoniales Cap. Sed. Vac. quamvis petatur, sed Episcopis vicinioribus, *ibid. resol.* 2.

Succedit in jurisdictione etiam voluntaria.

3. Capit. succedit in jurisdictione ordinaria, & etiam voluntaria Episcopi, *ibid. resol.* 2. non solum in ejus morte sed in depositione succedit, in translatione ad aliam Ecclesiam, in captivitate Infidelium, quia servitus dicitur Mors. Si Episcopus esset in remotis partibus, & moriatur ejus Vicarius, cum absentia æquiparatur morti, vel ejus præsentia in brevi haberi non poterit, *ibid. resol.* 4. potest etiam dispensare super interstitiis quocumque tempore infra annum, & idem potest ejus Vicarius. Machad. & alii, *ibid. resol.* 5. potest dispensare cum illegitimis ad ordines Minores, & beneficium simplex, non autem ejus Vicarius, nisi de speciali licentia capituli, *ibid. resol* 6.

In absentia, captivitate, &c.

Dispensat cum illegitimis.

Dispensat in omnibus, in quibus potest Episcopus.

4. Potest dispensare in omnibus, in quibus potest Episcopus, non solum de jurisdictione ordinaria, & de jure communi generali, verum etiam de jure speciali gratioso, vel privilegio, & hoc non de illo, quod est perpetuum, cum dat jurisdictionem ordinariam, nec concesso per decretum commune, quia per hoc potest dispensare; vel de commissione Pontificis coram DD. *ibid. resol.* 7.

Absolvere non potest ab hæresi occulta, potest in necessitate dispensare in casibus Pontificiis.

5. Capitulum non potest absolvere ab Hæresi occulta, cum adempta fuit talis facultas Episcopis per Bullam Cœnæ, & quamquam illis non sit derogata, non tamen competit Capitulo, *ibid. resol.* 8. casu necessitatis potest dispensare in casibus Pontificiis, quando facilè Pontificem adire non potest, vel nuncium Apostolicum, *ibid. resol.* 9. Non potest tamen judicare in causis pertinentibus ad Episcopum, tametsi succedat in exercitio jurisdictionis Episcopalis, nec etiam de rebus attinentibus ad jurisdictionem Episcopalem, sed attendendus est successor, *resol.* 10.

Attendendus est successor.

Potest interdicere.

6. Vicarius, seu Provisor Episcopi, & Cap. Sede Vacante possunt ferre censuras cum sit idem Tribunal. Vicarii, & Episcopi, potest etiam ponere interdictum tam locale, quam personale, & cum hoc potest Papa, possunt Episcopi, & alii habentes potestatem Episcopalem; sic etiam Cap. S. V. *resol.* 11.

Potest corrigere, & alia facere.

7. Potest Capitulum S. V. absolvere ab excommunicatione tam à jure, quàm ab homine, & pro percussione Clerici de qua potest Episcopus; Potest punire, deponere, suspendere, & privare beneficiis, & alia facere pertinentia ad correctionem, & etiam spectantia ad jurisdictionem Episcopi; similiter deputare Pœnitentiarios ad has censuras absolven-

solvendas, & alios casus, & Censuras Episcopo reservatas. Azor. *ibid. resolut* 12.

Visitare Diœcesim.

8. Potest Capitulum S. V. visitare Diœcesim non solum quoad generalia, verum etiam particularia crimina suborta præcedenti diffamatione, salvō quod habeatur pro certo breviter futurum esse novum Episcopum, hoc limitatur à Rodriq. & aliis, similiter potest syndicare Vicarium defuncti Episcopi, sed in hoc servanda est Provinciæ consuetudo. Solerz, *ibid. resolut.* 13.

Non autem Monasteria exempta.

9. Non potest Capitulum visitare Monasteria Monialium exempta, nisi in casibus necessitatis, quando provisio non potest dilatari nec prolongari, in quibus potest Episcopus, & etiam egrediendi è Monasterio subjecto immediatè Apostolicæ Sedi, Moniales in casibus permissis à Pio V. Sanch. *resolut.* 14.

Potest visitari ab Episcopo futuro, punire Vicarium, & alios officiales à se factos, & alia facere.

10. Episcopus superveniens potest visitare Capitulum Sed. Vac. ejusque Vicarium syndicare, & compellere, & si delinquens reperiatur illum punire. Idem Cap. potest ejus Vicarium punire post remotionem ab officio, & alios officiales à se factos, absque tamen præjudicio futuri Episcopi, quia eos potest punire, & syndicare, quamvis à Capitulo fuerint absoluti, *resolut.* 15.

Potest cognoscere causas seculares Episcopo debitas.

11. Cap. Sed. Vac. potest exercere suam jurisdictionem tam in personas Ecclesiasticas, quam sæculares quando Episcopus habet hanc potestatem in sæculares, ut possit cognoscere causas motas inter sæculares suæ Diœcesis. Merolla; in criminalibus verò, &c. in regularitatem per alios exercere faciat *Capit. final. ne Cler. resolut.* 16. & potest concedere monitoria ad revelandum deperdita, vel scripturas sub pœna excommunicationis, cum hæc potestas competit Episcopo de jure ordinario, *resolut.* 17. quod competit Episcopo non solum de jure, sed de consuetudine competit; & Capitulo Sed. Vac. *resolut.* 18.

Et ferre censuras propter deperdita.

Aggratiare potest.

12. Capitulum potest facere gratiam, cum sit de jurisdictionis ordinariæ facultate Episcopi, sive jurisdictio sit contentiosa, vel voluntaria potest etiam dispensare, & remittere pœnas positas per Episcopum mortuum. Vulpe. *resolut.* 19.

Cognoscit in prima instantia causa.

19. Potest Capitulum concedere licentiam clerico transeundi ad dignitatem Ecclesiasticam extra Diœcesim, cum hæc nō sit alienatio bonorum Episcopi, sed personæ, Molina, *resolut.* 20. Potest cognoscere causas in prima instantia, ita ut non possit alius judex Rom. Curiæ cognoscere eas in prima instantia, nec monitoria concedere ad extrahendas partes à suis domiciliis, quia Cap. succedit in jurisdictione ordinaria in omnibus decretis, & dispositionibus loquentibus de ordinariis. Tho. Sanch. *resolut.* 21.

Causas matrimoniales.

13. Cap. Sed. V. potest cognoscere causas matrimoniales in quibus potest Episcopus, cum non sit illi inferior, sed par; potest, & statuta obligantia totam Diœcesim, ut habeant vim obligandi in perpetuum, etiam tempore Episcoporum successorum in Episcopatu, sicut potest facere Episcopus, sed successor potest ea revocare sicut potest facta ab antecessore, sic etiam statutum factum à prædecessore in præjudicium successoris, est nullum. Molina *resolut.* 22.

Facta à Cap. possunt revocari ab Episcopo.

Absolvere à juramento, & compellere executores testamentorum, & alia facere.

14. Potest Cap. S. V. absolvere à juramento, cum sit de jure ordinario Episcopi, *resolut.* 23. Potest compellere executores testamentorum, etiam contra negligentes procedere ad executionem illorum infra annum: Merol. potest eligere pauperes in quorum usibus sunt relicta legata, ut distribuantur, quando non sunt dati executores ultimæ voluntatis, vel non curantes exequi, potest diem executionis prorogare, compellere Religiosos executores piarum causarum ad reddendas rationes; valet etiam Capit. Sed. Vac. hæreditatem legatam adire, quam tamen si Episcopus damnosam Ecclesiæ invenerit beneficio restitutionis in integrum repudiabit, & eadem ratione potest transigere, & compromissum facere. Azor. *resolut.* 24.

15. Non potest Cap. S. V. collationem

Prohibetur collatio prebendarum & præsentatio ad beneficia.

facere præbendarum, aut beneficiorum eo tempore vacantium, cum sit jus ex consuetudine, vel ex privilegio solis Episcopis concessum, vel eorum Vicariis, quibus Episcopi id simpliciter concesserint, & eadem ratione, non succedit capitulum in præsentatione seu electione spectante ad Episcopum, sed hoc intelligendum est de collationibus liberis, & merè voluntariis, non de necessariis, & debitis, quæ magis confirmationes, vel institutiones dicuntur, quales sunt omnes, quæ in Indiarum Ecclesiis fiunt, ad Regis nostri tamquam earum patroni, præsentationem; eas enim Cap. S. V. vel per seipsum, vel per Vicarium ad hoc nominatum bene facere potest, & œconomum illis præfigere, & quando collatio pertinet ad Episcopum, & Capitulum nunc Sed. Vac. potest illud conferre? & illius resignationem recipere, sic etiam succedit in potestate præsentandi, vel eligendi ad aliquod beneficium, quoties ad utrumque spectaret electio vel præsentatio: potest similiter electos confirmare, & instituere præsentatos à patronis, sic etiam quando electio spectaret ad Capitulum, & confirmatio ad Episcopum, Capitulum Sede Vacante duplici jure fungetur, quia eligit jure capitulari & confirmabit jure Episcopali, *ibidem*, *resol.* 25.

Multa circa beneficia spectantia.

Potest circa optionem.

16 Capitulum Sed. Vac. eas solas collationes necessarias facere potest in quibus nulla exercetur liberalitas, ut quando beneficia ex eorum institutione sunt debita certis personis, ut primogenito seniori familiæ fundatoris, vel quando ratione optionis debetur beneficium antiquiori optanti, *ibid. resol.* 26.

Jure devolutionis spectat ad successorem.

17. Certant inter se DD. posse, & non posse Cap. S. V. conferre beneficia, quæ aliàs de jure devolutionis spectarent ad Episcopum, sed Diana adhæret sententiæ negativæ, quam probat multis rationibus, quòd spectant ad successorem Episcopum, & non ad Capitulum S. V. *ibid.* 27.

Admittunt

18. Potest Capitulum Sede Vacante admittere resignationes beneficiorum; id verò Vicario Episcopi prohibitum est absque speciale mandato, *resolutione* 28. resignationes autem causa permutationis factas non potest recipere, nec etiam potest præsentare ad beneficium juris patronatus Episcopo competens, *ibidem*, *resolutione* 26. Potest tamen conferre beneficia sibi, & Episcopo pertinentia, ut si unus nollet, alter possit conferre, & etiam electionem facere, *ibidem resolutione* 30. Potest unire beneficia, quæ unire potest Episcopus exceptis in casibus à jure expressis, *ibidem resolutione* 31. commendare beneficia simplicia, & non curata ad tempus usquequo provideatur, etiam potest de idoneo beneficiato. Sac. Cong. *ibid. resolut.* 32.

resignationes beneficiorum prohibitas Vicario Episcopi, non autem causa permutationis.

Unire beneficia.

19. Non obstante, quod non sint expeditæ litteræ secundæ Ecclesiæ ex nova collatione facta Episcopo in consistorio potest Cap. S. V. exercere jurisdictionem; sic etiam jurisdictio Vicarii cessat, quamquam ignari de secunda provisione, *ibidem*, *resolutione* 33. Unde potest etiam commutare ultimas voluntates in omnibus casibus, in quibus jure ordinario potest Episcopus, *ibid. resolut.* 34.

Jurisdictio Vicarii cessat facta electione novi Episcopi.

20. Probabiliorem sententiam tenet Rodriq. quam sequitur Molina, & alii permulti, posse Ca. S. V. concedere Indulgentias, cum sit actus jurisdictionis, sed Azor tenet tutius esse, ut Cap. S. V. committat alicui Episcopo, ut tales Indulgentias concedat nomine ipsius capituli, *ibidem*, *resol.* 35.

Circa indulgentias melius est committere alicui Episcopo.

21. In tempore assignato octo dierum in quo à Capitulo provideatur de Vicario totum Capitulum debet administrare, *ibid resol.* 36. Et in casibus contra hæreticos potest procedere Vicarius Cap. Sed. Vac. in quibus Episcopus de jure ordinario (non autem ut delegatus) potest una cum Inquisitoribus maximè in causis fidei. Farin. *ibid. resol.* 37.

Vicarius potest procedere contra hæreticos.

22. Capit. S. V. non potest absque auctoritate Papæ bona pertinentia Episcopatui tam mobilia, quàm non aliquo modo alienare. Episcopus electus, & confir-

Notanda circa mobilia Episcopatus.

confirmatus potest scindere, vel confirmare contractum de rebus alienatis, vel bene Ecclesiæ adeptis, *ibid. resol.* 38.

Non potest concedere licentiam Monialibus exeundi è monasterio.

23. Stante declaratione S. Congreg. non potest Cap. S. V. concedere licentiam Monialibus exemptis, & immediatè Papæ subjectis exeundi è Monasterio, quamquam Episcopus possit in causis necessariis, *ibid. resol.* 39.

Clericum delinquentem, & incorrigibilem potest punire. Sed non potest concedere licentiam ad ordines.

24. Clericum delinquentem, & incorrigibilem malæ vitæ Cap. S. V. potest castigare, punire, & beneficio privare, etiamsi collatio pertineat ad Episcopum, *ibid. resol.* 40. Non potest Cap. S. V. concedere litteras dimissorias ad ordines suscipiendos, nisi in casu alicuius beneficii Curati coarctati ad celebrandum, vel alicujus Cappellaniæ institutæ cum tempore determinato ad ordinandum, aliter eam perdat, in alio tempore non nisi transacto anno, tamen infra annum potest facere celebrare ordinationem per alium Episcopum Sac. Congreg. notæ, quod litteræ concessæ post annum si Episcopus advenerit non expirant, &c. Vicarius Papæ potest eas concedere post Sedem Vacantem, cum de hoc non loquitur Concilium, *ibidem. resol.* 41.

Varia circa litteras dimissorias.

Potest de vita, & moribus concedere testimoniales.

25. Potest Cap. S. V. infra annum concedere testimoniales de vita, & moribus ordinando per breve Apostolicum ab alieno Episcopo extra Diœcesim; & stylus modernus Curiæ Romanæ solet concedere, ut hæ litteræ dentur ab Episcopo viciniore simul cum Vicario, *ibid. resol.* 42.

Dispensat in votis, & juramentis, in quibus potest Episcopus.

26. Cap. Sed. Vac. non potest concedere litteras dimissorias pro prima Tonsura accipienda infra annum contra aliquos contrarium tenentes, *ibid. resol.* 43. ordinatus autem infra annum per Cap. Sed. Vac. non amittit ipso jure privilegium, nisi prius privetur per Judicem, unde potest recipere beneficium Ecclesiasticum, cum Concilium dicit Gaudeat, *ibid. resol.* 44. Potest dispensare in omnibus votis, & juramentis, in quibus potest Episcopus jure ordinario, *ibid. resol* 45.

27. Cap. Sed. Vac. potest approbare Confessarios per suum Vicarium cum sit usus ordinarius receptus, *ibid. resol.* 46. Potest etiam dispensare in petitione debiti, sicut etiam potest dispensare super illegitimis ad minores suscipiendos, & pro casibus reservatis absolvendis licentiam concedere, *ibid. resol.* 47. Non potest revocare licentias audiendi Confessiones Regularibus concessas ab Episcopo mortuo, quamquam dicat non obstantibus privilegiis, possunt verò ab Episcopo successore vocari ad novum examen. Ita Bossius, *ibid. resolut.* 48.

Potest approbare Confessarios.

28. Potest Cap. Sed. Vac. concedere licentiam assistendi Matrimonio, & etiam ingrediendi Monasteria Monialium, *ibid. resolut.* 49. Sed supprimere Canonicatum, etiam in casibus Episcopi concessis quod possit in sua Diœcesi. Potest tamen creare Clericos salvaticos, *ibid. resol.* 11.

Assistendi ad matrimonium.

29. Non potest Cap. Sed. Vac. providere Pœnitentiarium Vacantem tunc temporis, quia pertinet ad successorem Episcopum, vel ad Papam, *ibid. resol.* 12. Potest tamen dare licentiam Novitiis, dispensandi de bonis temporalibus per duos menses ante probationem: Et potest syndicare, & de delictis in genere, inquirere, & in specie simul, *ibid. resol.* 13.

De Novitiis autem.

30. Potest Capit. Sede Vac. concedere alicui volenti ædificare Ecclesiam ad acquirendum jus patronatus; non potest tamen præstare assensum donationi juri patronatus; sed potest exigere charitativum subsidium, quoad Collegium Canonicorum non potest statutum condere Sed. Vac. quo tale subsidium in futurum ex parte minuatur, cum sit jus Episcopi. Bellarm. *ibid. resol.* 14.

Concedit licentiam ædificandi Ecclesiam, & alia.

31. Nec creatione Vicarii Cap. Sed. Vac. juxta Concil. Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 16. potest infra octo dies illos taxatos cap. per se administrare, &c. terminus dierum octo currit pro cap. à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam. *ibid. resol.* 15.

Potest per se administrare illis octo diebus pro creatione Vicarii.

32. Vicarium capitularem, quamquam non sit Doctor, vel Theologus, vel

Quoad personam Vicarii

rii circa cõsideranda.

licentiatus, posse eligi affirmant multi DD. tutius autem est illi assessorem Doctorem assignare, tamen electio Theologi prætermisso Canonista est valida, *ibid. resol.* 16. Attamen si adest idoneus de gremio capituli debet eligi in Vicarium, sin minus non est de necessitate Sacr. Congr. Conc. &c. Si electio devolvatur ad Metropolitanum, debet præferri idoneus de gremio capituli aliis, ita observatum est in Metropolitana Neapol. sicut debet præferri Doctor, & idoneus de capitulo extraneo; sic etiam si in cap. non esset Doctor, vel licentiatus in jure Canonico, & & adest aliquis peritus, & idoneus in jure debet hic eligi, alter electio esset nulla, *ibid. resol.* 17. Parochum in propria Ecclesia, vel civitate (non autem Ruralem) potest eligi in Vicarium à Cap. Sed Vacant, sic terminasse Sacr. Congregat. docet Barbos. *ibid. resolut.* 18. Etsi potest haberi constitutus in sacris benè, sin minus, potest eligi in Vicarium. *ibidem resolut.* 19.

33. Non tenetur Cap. Sed. Vac. in creatione Vicarii servare formam cap *quia propter*, *de Electione*, nec Concil. Trident. *sess. 25. de reg. cap. 6.* nec est necessarium, ut electo Vicarii fiat per vota secreta, *ibid. resol.* 60. Ut unus tantum possit constitui Vicarius à Cap. Sed. Vac. terminavit Sac. Congreg. nisi aliud esset de consuetudine, *ibid. resol.* 62.

Aliqua sibi reservare potest.

34. Potest Cap. Sed. Vac. in creatione sui Vicarii aliqua sibi reservare, nec Vicarius potest aliquem instituere, nisi in modico tempore, & ex magna urgente causa, nec hoc frequenter, & cum speciali mandato capituli, & eodem modo impedito, vel ex infirmitate, causas pendentes alteri delegare, ac si cap. vellet alium Vicarium tempore infirmitatis primi creare potest, *ibid. resol.* 62.

Non potest Vicarium ad libitum amovere.

35. Cap. Sed. Vac. non potest amovere Vicarium absque licentia S. Congreg. quæ cum assistentia Pontificis ita terminavit 1603. & sic Cap. Sed. Vac. non potest ad libitum Vicarium amovere, *ib. resol.* 63. quod tota auctoritas Cap. Sed. Vac. transiret in Vicarium displicuit Rotæ 1626. *ibid. resol* 64.

Potest tempus restringere pro electione Vicarii.

36. Potest Cap. Sed. Vac. restringere tempus octo dierum in breviori tempore pro electione Vicarii. Quaranta, *ibid. resol.* 65.

Dispensationes Episcopo directæ non potest Capitulum exequi

37. Litteræ dispensationem directæ Episcopo, vel ejus Vicario, & interim Sedes vacaret, Vicarius capituli, nec idem cap. exequi potest, & hæc Sen. est probabilior ex stylo Curiæ Romanæ, *ibid. resol.* 66.

Circa præcedentiam observa.

38. Vicarius Cap. Sed. Vac. lucratur distributiones quotidianas etiam absens à choro, quoad locum, si in choro intervenit cum Canonicali apparatu debet sedere in loco sui Canonicatus, in processionibus debet habere primum; & honorabiliorem locum, non tamen si non est Canonicus tunc ei præferendus est Archidiaconus, vel alia prima dignitas post Episcopum. Quar. *ibid. resol.* 70.

39. Cap. Sed. Vac. non potest dare licentiam erigendi nova Monasteria ex Sacr. Congr. 1633. *ibid. resol.* 68.

40. Jurisdictio Cap. Sed. Vac. & ejus Vicarii in ostensione litterarum Apostolicarum à novo Episcopo, & actuali possessu. Rota 1583. *ibid. resol.* 69. debet stare syndicatui, & novo Episcopo rationem administrationis reddere, & ab ipso puniri potest de mala administratione, *ibid. resol.* 70.

41. Cap. Sed. Vac. non potest purgare moram, si negligens fuit infra octo dies constituere Vicarium, ut Metropolitanus non possit eligere Vicarium sed debere eligi à Metropolitano, *ibidem. resol.* 71.

Purgare moram pertinere ad Metropolitanum.

42. Cap. Sed. Vac. potest revocare licentiam datam ab Ordinario mortuo alicui Episcopo etiam titulati commoranti in ejus Episcopatu, ne amplius Pontificalia exerceat, vel ordinationes faciat, secus autem, si consentiat, vel taceat, *ib. resol.* 72. Potest tamen dare licentiam alieno Episcopo ad conferendos ordines in sua Diœcesi infra annũ, quãquam non potest concedere litteras dimissorias ad ordines suscipiendos, *ib. resol.* 73.

43. Cap.

43. Cap. Sed. Vac. potest, ac debet solvere debita Episcopi mortui, ut decisum fuit per Illustrissimum Collectorem Apostolicum, 1640 *ibid resol.* 74.

Cardinalatus. Vide, Horæ Canonicæ.

CARCER.

Possunt custodes carcerem occidi.

1. SPeculativè loquendo, & non practicè, qui sine causa injustè in Carcerem est conjectus (non autem fingens,) & evidentem periculum vitæ evadere non possit, custodes licitè occidere potest, maximè si sciat illum injustè detineri, & mortem illi parari: idem dicendum est de satellitibus qui sciunt innocentem capere, ut injustè occidatur, cum moderamine, &c. Potest præveniendo occidere parantem, vel per se, vel per ficarium aliquem occidere. Bannes, qui ait etiam, quòd potest occidere paratum aliquem occidere facere per Judices falsis testibus, vel falsa accusatione; quando verò per aliam viam illam mortem evitare non potest, *part.* 8. *tractat.* 7. *resolut.* 43.

Etiam alios parantes sibi mortem.

CARDINALATVS.

Cardinalatus est prima post Pontificatū dignitas, major Episcopatu.

1. CArdinalatus est prima dignitas post Pontificatum, major Episcopatu: non quidem Ordine (nam hoc est inferior) sed potestate, sicut Archidiaconus respectu Presbyteri. Ita Vasquez *in* 3 *part. tomo* 3. † *disputat.* 262. *cap.* 3. Bellarmin *tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. & alii communiter contra Alzedo *prax. part.* 1. *cap.* 8. *numer.* 33. tenentem, quòd Episcopatus sit dignior Cardinalatu, & contra Decianum *de prob. lib.* 2 *cap.* 26 *numer.* 141 dicentem, Cardinales præferri cæteris Patriarchis, non tamen Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano. Probatur autem nostra conclusio: quia Cardinales sunt speciali modo membra Summi Pontificis, & speciales filii Ecclesiæ Catholicæ ex cap. *Fœlicis* §. 1. *de pœnit. in* 6. Unde Papam, ob specialem rationem capitis, quam habet ad illos, eo quòd sunt sibi invisceratі, non exigit ab eis juramentum obedientiæ, & fidelitatis: sed solum jurant, se honorem S. R. E. & Papæ conservaturos, aucturos, & promoturos, ut latè Paleotus *part.* 1 *quæstione* 5. Idque adeò verum est quod, ut notat Joannes Andræas *in cap. requisisti numer.* 12. Inter Papam, & Cardinales non solùm unio, sed etiam unitas, & quædam identitas intercedat: & propterea; quidquid favet, aut nocet Card. continuò favere, vel nocere S. Apost. intelligatur, & è contra.

Sunt enim Cardinales specialia Pontificis membra.

Neque obstat, quòd in Concilio Carthaginensi IV. & aliis Episcopi præcedebant Cardinales in Sede Concilii; Nam id erat, inquit Bellarminus *ubi supra*, quia Episcopi concurrebant ad electionem Summi Pontificis, & primis octingentis annis Episcopi Italiæ erant etiam Summi Pontificis, assess. & Consiliarii, unde nulla erat ratio, cur Cardinales Episcopos antecederent. Ex quo autem electio Summi Pontificis ad solos Cardinales est devoluta, & Cardinales cœperunt esse soli Confessarii Papæ, ordo ille mutatus, & sic in Conciliis Nicæno, Ephesino, Calcedonensi VI. VII. & VIII. Generalibus Cardinales sederunt ante Episcopos. Jura autem Episcopos Cardinalibus præferunt quoad Ordinem, non autem quoad dignitatem, potestatem, jurisdictionem, ac regimen Ecclesiæ universalis: Sicut *in Epist.* 19. D. Augustini dicitur Egiscopatus Augustini Presbyterio Hieronymi major esse, ut Presbyterium est, non autem ut adnexum Cardinalitiæ dignitati, cujus amplitudinem, & excellentiam supra Episcopatum mirificè commendat Eugen. IV. in Epistola ad Archiepiscopum Cantuariensem, *Non mediocri, part.* 5 *tractat.* 2. *resolut* 1. & ex parte *resolut.* 3. in fine, & *resol.* 95

Iisque solū incūbit, Papam eligere. Suntque Papæ Consiliarii octingentis hactenus annis.

In quibus Episcopos, (mutato ordine In Concil. præmerunt. Iura verò, si quæ, Episcopū favent postponunt illu Cardinales quoad Ordinem tantum.

2. Cardinalatus non est Ordo, nec Sacramentum: quia nullo modo ordinatur ad Eucharistiam, nec confert gratiam.

Cardinalatus enim non est ordo. Nec de jure divino.

Ita Palatius *in 4 distinction. 24 quæstion. 2.* Et Baldellus *tomo 1. lib. 5 disputat. 7. numer. 11.* ait, Cardinalatum non esse de jure divino, quia non habetur in sacris Litteris, neque est traditio de hoc. Ex quo infert Palatius, Pontificem posse Cardinales extinguere, sicut extinguere potest Patriarchas, & Episcopos, quia in jure humano potest dispensare. Verum Ugonius *de Consiliis fol. 59 column. 3 §. 4.* Alban. *de Cardinal. quæstion. 5* & alii tenent, Cardinalatum esse de jure divino ex cap. *per venerabilem, qui filii sint legitimi, §. rationibus*, ubi Summus Pontifex aiet, eos adumbratos fuisse in Sacerdotibus generis Levitici. Et ex cap. *fundamenta, de elect. in 6. §. decet.* Deinde, quia Cardinales videntur successisse 72. discipulis Domini, Apostolorum coadjutoribus, sicut Cardinales sunt Papæ Consiliarii. Et tandem, quia 1. Regum 2. dicitur: *Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Ex quibus Cucchus *lib. 2. titul. 4 numer. 52.* & alii docuerunt, Summum Pontificem non posse Cardinales extinguere. Sed prima sententia est communis, & tenenda, *part. 5. tract. 2 resol. 2.*

Quid quid aliqui dicant.

3. Cardinalatus expirat per matrimonium contractum per verba de præsenti, tanquam dignitas Clericatui annexa. Ita Ricciullus *de jure pref. lib. 7 cap. 4 numer. 16.* qui observat id nostris temporibus contigisse, *part. 5 tract. 2. resol. 39.* in fine.

Cardinalatus expirat per matrimonium ratum.

4. Ad Cardinalatum electus non amittit Patriarchatum, Episcopatum, Abbatiam, Prioratum, & alia beneficia, quæ dignitati Cardinalatus convenire videntur: amittit tamen Archipresbyteratum, Archidiaconatum, Canonicatum, & similia beneficia, quæ, præterquam quòd residentiam in choro requirunt, non conveniunt dignitati Cardinalatus, cum illa habentes habeant locum post Episcopum. Ita Azor. Extatque de hac re decretum Sixti V. *sub die 16. Martii 1588.* quod incipit *Sanctissimus, part. 5 tractat. 2. resolutione 11.*

Cardinalis creatus non amittit dignitates majores quæ à Cardinalatu non abhorrent, ut Episcopatum, &c. Amittit tamen Canonicatum, & similia.

5. Ut conjugatus ad Cardinalatum promoneatur, satis est, quòd uxor maneat in sæculo voto castitatis adstricta, sive senex sit, sive juvenis; id quod sufficiens est ad Ordines sacros susciendos, ut tradit Pontius *de matrimonio lib. 7 cap. 25 numero 7.* textus verò *cap. sanè de convers. conjug.* loquitur tantum de iis, qui promovendi erant ad Episcopatum, &, cum sit pœnalis, non debet extendi. Ita Sanch. *de matrimon. tom. 2 lib. 7. dub. 41 numer. 4.* contra Manfredum *de Cardin. dec. 213* & alios *part. 5 tract 2 resol. 39 & olim part. 4 tr. 4 resolut. 129.* in fine.

Promoveri autè potest etiam conjugatus, uxore manente in sæculo cum voto castitatis, etiamsi juvenis.

CARDINALES.

1. CArdinales ex Laudensi *de Cardinal. quæstion. 62.* & aliis non includuntur in generalibus constitutionibus Pontificiis, imponentibus censuras & pœnas, nisi exprimantur. Nam Summus Pontifex, volens Cardinales comprehendere in constitut. *cap. 1 de Schismat. in 6.* illos expressit. Ad secundum castrum *in l. final. in princ. ff. de verbor. signif.* & alios includuntur. Sanctarellus *tomo 1 quæst. 2 numer. 28* distinguit. Si in constitutione prohibetur aliquid de natura sua malum, includi, si secus, non includi, & constitutionem latam in favorem animarum, cum sit favorabilis, debere extendi etiam ad Cardinales.

Cardinales an, & quibus constitutionibus pœnalibus teneantur? Triplex opinio.

Si prima opinio est probabilis, benè docet Germonius *de sacram. immunit. lib. 3 cap. 6 numer. 56* & alii, Cardinales non comprehendi sub censuris latis contra transgressores legum pontificiarum, nisi de illis fiat expressa mentio: & sic non comprehenderentur in censura contra legentes libros hæreticorum ex 1. *Can. Bull. Cœn.* quod etiam procedit in tertia sententia; quia legere libros hæreticorum non est naturaliter malum. Sed communis opinio est contraria. Et Filliuc. *tomo 3 tractat. 44 cap. 3 numer. 79* ait, comprehendi in Paulina *Ambitiosæ*, quamvis non exprimantur.

mantur. Vide Azorium *tomo* 1 *lib.* 5 *cap.* 11 *quæst.* 5 & Baldellum *tomo* 1 *lib.* 5 *disputat.* 42 *numer.* 4 *part.* 5. *tractat.* 2 *resol.* 16 & Bonac. *tom.* 3. *disput.* 2 *quæst.* 3 *punct.* 31 *numer.* 16 & Dicastillus *de justit. lib.* 2 *tractat.* 1 *disputat.* 5. *dub.* 1. *num.* 236. asserunt comprehendi in Bulla Gregorii XIII. *de datis*, & *promissis*. Sed licet horum sententia sit tutior, & probabilior, non audeo tamen damnare contrariam, quam tenent Molina, & Navarrus, tamquam improbabilem, *part.* 7 *tr* 4. *resol.* 7

Et an teneãtur regulis Cancellariæ?

2 Azorius *tractat.* 1 *lib.* 5. *cap.* 11 *quæstion.* 5 & alii tenent cum prima sententia supra allata, quod Cardinales non comprehenduntur in regulis Cancellariæ, quæ sunt odiosæ; cum in illis non exprimantur. Sed Gonzalez *in reg.* 8 *Can. gloss.* 24 *numer* 15. tradit, in aliquibus ex dictis regulis includi, & Filliucius *tomo* 3 *tractat.* 44. *cap.* 3 *numer.* 79. includi in regulis Cancellariæ de vitanda fraude, *part.* 5 *tractat.* 2. *resolut.* 17

Certi non tenẽtur sententiis suspensionis, & interdicti.

3. Cardinales non includuntur in sententia suspensionis, & interdicti late à Summo Pontifice. Et hoc ex cap. *quia periculosum, de sentent. excommunicat. in* 6. qui textus, quamvis loquatur tantùm de Episcopis, à DD. tam extenditur etiam ad Cardinales; quia in suis Titulis habent jurisdictionem Episcopalem *part.* 5 *tractat.* 2 *resolut.* 46. Unde, & propter eorum dignitatem, privilegia Episcoporum fere semper ad ipsos extendi debent. Ita Layman *lib.* 1 *tractat.* 5 *part.* 3 *cap* 2 *numer.* 1. & Manfredus *de Cardinal. decis.* 214 ait nominatim, Cardinales gaudere sex privilegiis Episcoporum expressis in cap. *fin. de privil. in* 6 *part.* 5 *tractat.* 2 *resolut.* 48

Nec solvere decimas, quando exigũtur pro bello in infideles,

4 Cardinales, ait Bellonius *de subsid. Charit, quæstion.* 66. teneri ad decimas, quando Papa illas exigit in subsidium contra infideles. Quia hæc dispositio, cum sit de bono fidei, est favorabilis, ex cap. 2 *de converss. infid.* ac proinde debet ad Cardinales se extendere. Sed contrarium teneo cum Romano *cons.* 493. Quia Cardinales ex mente multorum relata *num.* 1. non comprehenduntur in generali constitutione Papali, nisi exprimantur. Ad argumentum Bellonii respondet Monetta *de dec. cap.* 9 *quæst.* 3 *numer.* 110 *part.* 5 *tract.* 2 *resol.* 68

Item non tenentur legi can. de mul. de nõ habendis pluribus beneficiis.

5. Cardinales non tenentur legibus cap. *de multa*, & *extravagant. de præbend.* prohibentibus, duo, aut plura beneficia simul habere, secundum Barbatiam *de Cardinal. quæst.* 12. *numer.* 6. contra Abbatem *in cap. bonæ mem. de postul. & alibi.* Quia, cum invigilent regimini Ecclesiæ universalis, cuicunque Ecclesiæ servire dicuntur, ac proinde plura beneficia percipere possunt. Et aliqui constitutiones Pontificiæ non comprehendunt Cardinales, quando non nominant, Sed, stando etiam in contraria opinione, adsunt multæ causæ, quæ Cardinales excusant à retentione plurium beneficiorum de Summi Pontificis Indulgentia. Nam id ipsis conceditur *in Extravag. Execrabilis, de præb.* Et præterea in cap. *multa, de præb.* dicitur, quòd, si quis sit doctrina, fama, industria, & prudentia clarus, cujus diligentia maximè utilis esse credatur, possunt ei conferri plura beneficia, quia Ecclesia talibus viris indigere videtur: sicut, quia Princeps egregiis, & strenuis militibus indiget, solet eis majora præbere stipendia. Sanè, ob splendorem, & excellentiam personarum, à rigore legum recedi potest, *l. ad bestias, ff. de pœnis.* Ita Azorius *tom.* 1 *lib.* 4. *cap.* 3 *quæst.* 4. *part.* 5 *tr.* 2. *resol.* 41

Et, si tenerentur multis de causis dispensari possent.

Cardinales an possint succedere in feudis

6. Cardinales, secundum Barbatiam *de Cardinal. quæstion.* 5 *numer.* 13 non possunt succedere in feudis. Quia in jure circa hoc non invenitur privilegium. Sed Germonius *de sacram. imm. lib.* 3 *cap.* 6. *num.* 66. ait, posse. Quia alioqui Cardinalatus afferret eis detrimentum. Et ideò Cardinales in tali casu admittuntur ad serviendũ per substitutũ, ut docet Jason *lib.* 4 *cons.* 119 *part.* 3 *tract.* 2 *resol.* 70. Liberantur tamen eo ipso à patria potestate, sicut liberantur Cõsiliarii

Et sint parẽtibus subditi

rii Regum, & Imperatorum. Ita Cocchus *instit. can. 2 tit. 4 num. 87. part. 5. tr. 2. resol. 32.*

An præsentari possint ad beneficia jurispatronatus?

7 Cardinales secundum Vivian. *prax. jurispatr. lib. 6 cap. 10 num. 38.* præsentari possunt ad beneficia jurispatronatus, licèt ex Abbate *in c. Ecclesia vestra, de elect. num. 3.* non possint Episcopi, *part. 5 tr. 2 resol. 13.*

Et testari de bonis Cardinalatus ad libitum?

8. Cardinales videntur Barbatiæ *de Cardin. quæst. 4 numer. 7.* non posse de licentia Papæ testari de bonis perceptis ex Cardinalatu ad libitum: quia, quòd extranei non præferantur Ecclesiæ, videtur esse de jure divino, in quo Papa dispensare non potest. Posito autem, quòd possint, hanc potestatem limitandam esse ad benemeritos, vel ad pias causas, seu eleëmosynas. Sed Azorius *tomo 2 lib. 4 tractat. 3. quæstiones 6.* absolutè affirmativam sententiam tenet; quia hæc bona non dantur Cardinalibus ratione Ecclesiæ, vel beneficii Ecclesiastici, sed ratione muneris, & officii, quo funguntur apud Papam. Sed in hoc attendenda est consuetudo Romanæ Curiæ. *part. 5 tractat. 2 resolut. 50.* Et quidem Azor. *q. 12.* refert, Papam solere concedere hanc facultatem, etiam in usus non pios. *Ibid resol. 54.* in fine.

Et more militari?

9. Cardinales secundum Jason, non possunt testari more militari, quia hoc privilegium militibus conceditur, tamquam simplicibus & ignaris in jure, quod in Cardinalibus non procedit. Sed Albanus, & alii docent, Cardinales testari posse instar militum. Quodnam sit privilegium militis in testando, require infra V. *Testamentum, n. 1, p 6. tr. 2. resol. 15.*

Cardinales habentes facultatem testandi, adhibere possunt duos tantum testes.

10. Cardinales habentes à Papa facultatem testandi, censentur dispensari in forma juris civilis, & teneri solum ad formam juris canonici. Ita Germonius de *Indulgent. Cardin. §. quod tu Romanum, numer. 22.* Unde possunt adhibere duos, aut tres testes juxta cap. *cum esset relatum, de testam.* quamvis jus civile requirat septem, *par. 5. tract. 2. res. 32* Quod si condito testamento, non moriuntur, posse iterum testari, ita Azorius *tomo 2. lib. 4 cap. 3. quæstiones 10.* quia facultas non expirat per primum testamentum, donec testator moriatur; nondum enim est ultima voluntas. Ita ille contra Cucchum, *institut. Canon. libr. 2 titul. 4 numer. 90. p. 5 tract. 2. resol. 55.* contra quem ait Megalius V. *Cardinalis, numer. 10.* Cardinales prædictos testari posse post mortem Pontificis, à quo licentiam habuerunt. Nam talis facultas conceditur pro tempore mortis ipsius testantis quando potissimum servit. *part. 5 tract 2 resol. 54*

Et si condito testamento non moriuntur, iterum testari possunt.

Etiam defuncti Papæ, qui dederat facultatem.

Cardinales divites de bonis paternis, possunt nihilominus vivere de redditibus Ecclesiasticis

13. Cardinales in patrimonialibus divites, possunt nihilominus vivere de redditibus Ecclesiasticis. Ita Barbatia *de Cardin. quæstiones 6.* Qui addit, posse, & debere familiam suam honorabilius vestire, quàm Prælati inferiores. Et benè etiam ait Germonius *de sacr. immunit. lib 3 cap. 6 numer. 71.* mirum non esse, quod ad tantam dignitatis amplitudinem, gravitatem, & auctoritatem retinendam, vario, & sumptuoso ornatu in vestibus, familiâ, ædibus, uti eos oporteat, *p. 5. tr. 2 res 38*

Cardinales habere possunt privatũ carcerem pro familiaribus.

12. Cardinales possunt habere privatum carcerem ad familiares coërcendos; quia habent facultatem illos judicandi privativè quoad alios. Et hoc ex consuetudine, ut ajunt Clarus *prax libr. 5. §. fin. quæst. 66. numer. 32.* Pereira *de manu. Reg tom. 1 cap. 10. num. 13.* & alii, contra Bonac. *tom. 3 disp. 1. quæst. 16. punct. 3. numer. 7.* Nam alioqui privatum carcerem tenens punitur pœna capitis. Item Cardinales possunt habere familiam armatam. Ita Jacobatius *de Concil. libro 1. fol. 38. colum. 1. litt. B. part. 5 tract. 2 resol. 25*

Et familiam armatam.

13. Cardinales possunt sibi eligere confessarium pro se, & familia; vel ex *cap. final. de pœnit. & remiss.* vel ex consuetudine. Ita Ochagavia *de Sacrament. tract. 2 quæst. 36 num. 15.* Neque talis facultas expiravit per Tridentinum, ut tenet Azorius *tomo 2. lib. 4 cap 3 quæst. 16.* Nam Naldus *summ. V. Cardinalis, num. 8.* & alii, eam ipsis tribuunt post illud. Et declaratio Cardinalium, quam citat Azorius, non est authentica. Idem posse

Item possunt sibi eligere confessariũ pro se, & familia. Etiam post Tridentinũ.

posse eorum familiares de eorum licentia, dicemus infra V. *Cardinalium familiares, num. 1. p. 5. tract. 2. res.* 10.

Et celebrare in itinere vel celebrare facere cũ altari portatili, Et concedere Indulgentiam 100. dierum

14. Cardinales possunt in itinere celebrare, & celebrari facere cum altari portatili; & ante auroram vel post meridiem. Ita [illegible]*is in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 2.* & Alzedo *de præst. Episc. part. 2. cap. 13. numer 13. part. 5. tract. 2 resolut. 77.* Item concedere possunt Indulgentiam 100. dierum Ita Præpositus *in 3. par. quæst. 14. dub. 4. num. 38.* Puto autem, id habere ex consuetudine, ut ait Navarr. *notab. 21* quæ secundum Villalobos *t. 1. tract. 26. diff. 5. num.* 10. confert potestatem etiam ad Indulgentias; vel ex tacita licentia Summi Pontificis, ut tenet Duvallius in *part. 2. de Indulg. quæst. unic. art. 9. concl. 4. part. 5. tr. 2 resol. 6.*

Cardinales non possunt ingredi monasteria monialium ultra casus necessarios

15. Cardinales ante Bullam Greg. XIII ingredi poterant Monasteria Monialiũ, secundùm Campanili *diu. jur. can. rubr. 12. cap. 17. num. 39.* Sed hodie hæc opinio non subsistit: quia in Bulla expressè prohibentur ultra casus necessarios, *part. 5. tract 2. res* 10.

Cardinales non tenentur impedire promotionem minus digni ad Episcopatum

16. Cardinales secundum Paleottum *de sacro Consistit. par. 4. quæst.* 1. non tenentur impedire nominatum à Pontifice pro Episcopo, si alium digniorem arbitrentur; quia ad eorum officium non pertinet, aliquem ad Episcopatum propriè admittere, sed tantum, cùm à Papa requiruntur, & consuluntur, fidele responsum præstare, tamquam Consiliarii per *c. fundamenta, §. decet, de elect. in 6 part. 5 tractat. 2. resol. 21.*

Nec tenentur semper in Consistorio veritatem profiteri

17. Cardinalem ait Albanus de *Cardin. qu.* 10. semper, & in quocunque casu veritatẽ in Consistorio profiteri debere; quia collegiales in his, quæ ad universale commodum pertinent, ex vi officii sui tacere non possunt, ex *cap. de his, quæ fiunt à major. par. cap.* quod si in Collegiis simplicibus verum est, multò magis procedit in hoc Senatu, qui longè majoris est ponderis; quia minus peccatum, & minor pœna; major est in majore ex gloss. *in cap. 2. ver. Sacerdotales de off. deleg. in 6.* Neque obstat, quod si major Collegii pars contrarium approbat, vana foret Oratio. Nam confidere debet, quod, invictè veritatem proferens, alios quoque in suam sententiam trahet. Veritas enim omnia vincit, *cap. consuetudo 8. distinct.* Sed placet in hac re distinguere cum Azorio *tr 2. lib. 4. cap. 3. quæst.* 17. Vel id, quod in Consistorio proponitur, & certò, & evidenter contra commune bonum Ecclesiæ, & tunc tenetur veritatem dicere, quamvis odium pariat. Aut res est dubia, & tunc, si contrariam sententiam consuluisset major pars, & ipse aut certò, aut saltem bona fide, intelligat, suam sententiam, nil profuturam potest tacere: quia in dubiis aliorum consilium prudenter sequimur, *p. 5. tr. 2. res.* 49.

Nisi determinandum esset contra commune bonum Ecclesiæ Vel in dubio de hoc major pars non consuisset oppositum.

Cardinales habet jus præsentiæ & judicii in Conciliis, quamvis non sint Episcopi

18. Cardinales habent jus præsentiæ, & judicii in Conciliis, quamvis non sint Episcopi. Ita Alaua *de Concil. part. 1 cap. 6. num. 2.* ex DD. communi. Primò, quia habentur tamquam Senatores, Consules, & Patritii Urbis. Secundò, quia in suis Titulis habent jurisdictionem Episcopalem. Tertiò, quia sicut Episcopi, Apostolorum loco succedunt, assistentes Pontifici, ut illi Christo. Vide Turrecrematam apud Perez *in Pentateuch. tract. 3. dub. 3. cap* 8. Quartò, quia sunt peculiares Papæ Consiliarii, assessores, & cooperatores, ex Bonifac. VIII. Quintò, quia sunt Papæ specialia membra, ipsiq; invisterati. Et tandem, quia, ut ait Hostiensis, major unio, & identitas est inter Cardinales, & Papam, quàm inter Papam, & Episcopos.

Possuntque in extrema necessitate Concilium congregare. Quod foret quidem magna auctoritatu, & venerabile;

Neque obstat, quod eorum jurisdictio non excedat limites Ecclesiæ titularis. Nam suis consiliis toti Ecclesiæ consulunt, & prospiciunt; unde Ecclesiæ Cardinales dicti sunt. Vide Lotherium *de benef. tomo 1 libr. 1. quæst. 8. num. 49.* & Turrecrematam, *part. 5. tractat. 2. resolut. 3.*

Non tamen legitimum, & perfectum

19. Cardinales in aliquo casu possunt secundum Albanum *de Card. q. 42. privil. 14.* convocare Concilium. Sed hoc procedit in extrema necessitate, maximè totius communitatis, quæ esset potior omni jure positivo. Et tunc tale Concilium esset quidem venerabile & ma-

& magnæ auctoritatis, utpotè jure congregatum ad subveniendum extremæ necessitati Ecclesiæ: non tamen legitimum, & perfectum; Nam legitimatio Concilii generalis est propria Summi Pontificis, etiam in casu, quo in Concilio agendum esset de ipsius Papæ incapacitate, *ex cap. Concilia, dist. 17.* Ita Perez *Pentateuch. fid. tract. de Concil. c. 8 par. 5 tr. 2 res. 62*

Mortuo antè Papa non possunt leges condere & alia jurisdictionalia facere.

20. Cardinales secundum Henriquez *lib. 15 cap. 18 num. 2.* mortuo Papa, possunt leges condere, & alia jurisdictionalia facere. Nam Sedes Apostolica numquam moritur, *can. liberti 12 quæst. 2 ca. si gratiosa de rescrip. in 6.* cum semper retineat proprium Ecclesiæ caput, qui est Christus. Unde mortuo ejus Vicario, universa jurisdictio manebit apud Cardinales, sicut mortuo Prælato, jurisdictio manet penes Collegium, *cap. his, qui de majori & obed.* Sed contrarium dicendum est cum Abbate *in c. cùm te, n. 12.* aliis ex *Clem. ne Romani, de elect.* Nam ubi permittuntur solum Cardinalibus, in tali casu, quæ conceduntur, in cap. *ubi periculum de elect. in 6* quæ scilicet pertinent ad electionem Pontificis, ad defensionem Ecclesiæ, & imminentibus periculis obviandum, & quod in reliquis non se intromittant. Item ex Constitut. Pii V. quæ incipit. *In eligendis.* Sed ex prædicta Clementina apparet, quòd Cardinales, mortuo Papa, possunt primò facere provisiones, & ordinationes necessarias pro conservatione alicujus loci aut jurisdictionis Ecclesiæ periclitatis, aut omnes, aut duæ partes ex tribus. Secundò, excommunicare, & alias pœnas quascunque imponere ad coërcenda flagitia, & seditiones ac pro servanda quiete. Et ad eumdem finem confirmare, mutare, & de novo eligere, & creare quoscumque officiales, etiam Gubernatorem Urbis. Tertiò, administratores deputare, ut electio facilius expediatur. Quartò, declarare Papam intrusum, illumque judicare, dum vacant electioni legitimæ, & similia, quæ ad electionis negotium pertinent. Ita Lavorius *variar. elucubrat. tit. 3 cap. 3 numer.*

Nisi quædam expressa in Clem. [Ne Romani de elect.]

Et dare Reverendas.

17 Item non videtur eis prohibitum dare Reverendas, Sede vacante, quia Tridentinum in jurisdictionem Sedis vacantis non videtur limitare, Ita Sanchez *opusc. tractat. 2 l. 7 cap. 1. dub. 2 & num. 39 par. 5 tract. 2 resol. 9*

Cardinali an credendum, sit testanti in præjudicium tertii? Et an requiratur juramentum?

21. Cardinali aliquid testanti in præjudicium tertii non esse adhibendam fidem ait Gloritius *resp. 12 num 84.* Sed quidquid sit de jure, Decius *in c. constitutus, num. 9 de appell.* & alii testantur de consuetudine Romanæ Curiæ, credendum esse Unde Farinacium, *quæst. 63 à n. 58* & Decisionem Rotæ coram Rev. Pâre Domino Damasceno die 5 Mart. 1618 aut posthumas Farinac. *tom. 1 decis. 133 part. 1 num. 1. decis. 142 & decis. 293 part. 1 num. 1 & tomo 2 decis. 630* & alias apud eundem. Laudensis *de Card. quæst. 56.* ait, quòd testimonio Cardinalium creditur sine juramento Et Manfredus *de Cardin. decis. 158* quod ei credendum sit de facto à Papa vivæ vocis oraculo, *p. 5 t. 2 res. 31*

Credendum esse Cardinali confirmanti statutum de speciali Papæ mandato.

22. Cardinali confirmanti statutum de speciali mandato Sedis Apostolicæ creditur. Ita Sacra Rota apud Farinac. *part. 2 decis. 339.* Et Cardinali asserenti se esse Legatum, creditur circa ordinariam potestatem, etiamsi litteras non exhibeat. Ita Barbosa *collect. in C. tomo 1 lib. 1. tit 15 num 27 part. 5 tract. 2 ref. 31.* in fine. Cardinales de facto proprio deponentes faciunt plusquam semiplenam probationem. Ita Sacra Rota coram Coccino, *dec. 19 num. 1.* Et testantes ad favorem familiarem, faciunt magnum adminiculum. Ita etiam Sacra Rota apud Farinacium, *tomo 4 decis. 556 num. 9.* Et multa fides tribuitur fidei simplici, & extrajudiciali Cardinalium sine juramento, quamvis non plenè concludat. Ita etiam Rota coram eodem Coccino *decis. 4 n. 3 p. 5 tr. 2 res. 93*

Et si deponit in facto proprio facit plusquam semiplenam probationem.

An Declarationes Cardinalium habeant vim legis? Varia opiniones.

23 Declarationes Cardinalium secundum Salaz *de legib. tract. 14 disp. 21 sect. 12* & alios, habent vim legis, & faciunt probationem necessariam, ac si essent Pontificis responsa; quia Cardinales habent auctoritatem à Papa declarandi, & respondendi, ut habetur in Bulla Sixti.

Sixti V. *Septima in p. 2. Bullarii.* Et supe-
dictas declarationes Papa statim dat bre-
ve, & Auditor Cameræ monitorium in
executionem ipsarum, easque Rota sine
ulla controversia recipit, & amplectitur.
Et tandem ita ipsa Sacra Congregatio
declaravit cuidam Abbatissæ Messanēsi
apud Garziam *de benefic. tom. 1 in præfat.*
Villalobos *in tom. 1. tract. 2. dub. 7. num. 5.*
Laymann *lib. 1. tract. 4. cap. 7 §. 7. num. 28*
& alii negant. Quia de ratione legis est,
ut promulgetur, dictæ verò declaratio-
nes numquam promulgatæ fuerunt de
mandato Pontificis. Neque dicas, declara-
tiones non condere novū jus, sed an-
tiquum declarare, ac proinde non egere
promulgatione. Nam in dubiis sunt ve-
luti novæ leges. Ochagavia *de Sacr. tr. 2.*
quæst. 40. num. 10. & Torreblanca *pract.*
jur. Eccl. lib. 14. cap. 9. n. 19. ajunt, habere
vim legis, si habeant has conditiones.
Prima, ut pronuncientur, consulto Ro-
mano Pontifice. Secunda, ut sint solę de-
clarationes, & interpretationes, minimè
autem dispensationes, restrictiones, &c.
Tertia, ut exhibeantur in forma authen-
tica solito sigillo, & subscriptione Car-
dinalis Præfecti, ac Congregationis Se-
cretarii *part. 5. tract. 2. resol. 96.* Quod ul-
timum requiritur ex declaratione ipsius
Sacr. Congregat. ut faciant fidem, *p. 5. tr.*
2. res. 12. † Sed in *p. 1. tract. 10. res. 19.* ad-
hæserat opinioni Villalobos †. Ex his,
ait Merolla *to. 2. disp. . . c. 4. dub. 12 n. 175.*
quòd si adsint duæ declarationes con-
trariæ de eodem articulo, si utraq; facta
est consulto Papa, standum est secundæ;
quia se habent, ac si ab eodem Papa e-
manassent, in quo casu secunda abroga-
ret primam: si verò tantùm altera facta
est de consensu Pontificis, illi standum
est: si tandem neutra, libitum erit cui-
que, sequi, quam maluerit, sicut si essent
duæ opiniones probabiles, *tom. 96. citat.*
in fine.

24. Lites, & causæ vertentes inter Car-
dinales, decidendæ sunt per Papam, pri-
vativè quoad alios, appellatione remota
ex Bulla Pii IV. *sub die 9. Ianuarii 1556.*
Ita Barbosa *de jur. Eccles. lib. 1. num. 79. p.*
5. tr. 2. res. 23. Si verò causa vertatur inter
Cardinalem, & alium, & jura sint ambi-
gua, sententia ferenda est in favorem
Cardinalis. Ita Cucchus *tit. 4. lib. 2. num.*
1. c. 4. p. 5. tr. 2 res. 78.

25. In causis Cardinalium eorum fa-
miliares sunt testes idonei. Vide infra V.
Cardinalium familiares, num 4. Et Car-
dinales quidem Episcopi non possunt
damnari, nisi convicti fuerint per 72. te-
stes, Presbyteri non nisi per 74. & Dia-
coni per 27. ex cap. *Præsul. 2. quæstio. 4.*
Ita Lorichius *thes. Theol. V Cardin §. 10.*
& alii licèt observent, id non esse in pra-
xi, quando Papa contra eos procedit.
Non posse autem damnari de delictis
ante Cardinalatum commissis, asserit
Barbosa *de Cardin. quæst. 11. numer. 2. 10.*
quamvis contrarium videatur tenere
Laudensis *de Cardin. quæst. 72.* An Papa
in puniendo Cardinales, teneatur adhi-
bere collegium, ut simul cognoscat, &
judicet? Negat Clarus *prax. crim. §. 35. n.*
12. p. 5. tr. 2 res. 24.

26. Offendentes Cardinales an incur-
rant in excommunicationem Bullę Cœ-
næ, an committant crimen læsæ majesta-
tis, & aliqua hujusmodi, vide sub *V. Bul-*
la Cœnæ, à n. 10.

27. Cardinales, si sint judices delegati,
an possint recusari ut suspecti, & an à
sententia Cardinalium liceat appellare,
vide *V. Appellatio, à num. 6.*

28 Cardinales infirmi nō possunt san-
guinis missionem pati, sine expressa li-
centia Summi Pontificis, ubi commodè
haberi potest. Ita Perez *Pentateuch. fid*
tract 3. dub 3 cap. 8. num. 81. & alii. Idque
propterea, ut puto, quia sunt ipsi Papæ
invisceràti, *p. 5. tr. 2. res. 33.* in fine.

29. Cardinales tempore Pontiani Pon-
tificis fuerunt 236. ut testatur Laudensis
de Card. q. 2. Sed Sixtus V. stabilivit,
eorum numerum esse septuagenarium.
Imò hunc numerum, non solum non
esse transiliendum, sed neque æquan-
dum, ubi pauciores sufficiunt, observat
ex verbis Pontificis Paleottus *de Sacr.*
Consist. par. 4. qu. 1. Rationem hujus nu-
meri invenies apud Ildephonsum de
Lara *com. vit. hom. cap. 26. num 20. par. 5.*
tr. 2. res. 12.

Causæ Cardinalitiū decidendæ per Papam.

Et in dubiis standum pro Cardinali.

Quot testes requirantur ad damnandū Cardinalem

An Cardinales possint pro delicto ante Cardinalatum commissō? Et concurrere debeat Collegium?

Quæ pœna luat Cardinalem offendens?

Cardinalis judex an recusari possit?

Cardinales non possunt sanguinem mittere sine licentia Papæ.

Cardinales.

Debent esse septuaginta.

Ex omninatione.

30. Cardinales ex omni natione sunt eligendi, ut tradit Sixtus V. in Constit. *Postquam*. Ratio est, ut ait Cucchus *instit. can. libr. 2 tit. 4, num. 112.* quia unaquæque natio suum debet habere patrem tutelarem, qui linguæ, morum, & negotiorum peritus, in rebus cõtingentibus implorantis subsidium ferat. Notat autem Garzias *de nobil. Hispan. gloss. 48. §. 3. num. 54.* ex D. Anton. Cardinales convenientius assumi de terris Ecclesiæ, quia sunt liberiores in ferendo suffragio *pur. 5. tr. 2. res. 18.*

Et presbyteri quidem annorum triginta, Diaconi verò viginti duorum.

31. Cardinales Presbyteri de jure ordinario secundum Manfredum *de Cardin. decis. 241.* debent esse illius ætatis, quæ requiritur in Episcopis. Hæc autem ex cap. *cùm in cunctis, de elect.* est triginta annorum. Diaconi verò ex constitut. Sixti V. debent esse ætatis 22. annorum, ita ut infra annum Ordinem Diaconatus suscipere possint. Cæterùm Summus Pontifex potest creare Cardinales minores ætate, ut experimur, & probat Paleotus *de Sacro Consist. part 3. quæst. 4* Nam ex Platina apud Mosconium *de maiest. milit. Eccl. libr. 5. part. 1. cap. 6.* Greg. XI. minor 10. annis fuit ad Cardinalatum assumptus. Et ex Henriq. *lib. 10. c. 27. num. 4.* Papa novit electus creat in Cardinalem cognatum, quamvis minorem, & alios, quorum insignem nobilitatem, & indolem judicat Ecclesiæ profuturam, *part. 5. tr. 2. resol. 19.*

Potest tamẽ in ætate Pontifex dispensare.

CARDINALES.
In eligendo Pontificem.

Electio Papæ semper spectat ad Cardinales.

32 ELectio Pontificis secundum aliquos tunc spectat ad Cardinales, quando Sedes vacaret per obitum, vel renunciationem: si verò vacaret; quia in Concilio Papa deprehensus in hæresi deponeretur, aut ejus electio irrita declararetur, tunc spectaret ad Concilium. Quia cui data est potestas auferendi, videtur data facultas etiam conferendi ex lege *nemo, qui condemnare, ff. de regulis juris in 6.* Et præterea quia ideo electio Papæ devoluta fuit ad Cardinales, quia difficile erat singulis vicibus convocare Concilium, quæ ratio cessat cõvocato Concilio. Vide Cucchum *instit. can. libr. 2 tit. 4. num. 30.* Sed magis placet opinio Albani *de Cardin. quæst. 35.* quòd electio Pontificis in nullo casu pertineat ad Concilium: Nam ubi jura non distinguunt, neque nos debemus distinguere. Neque potest Concilium hanc facultatem à Cardinalibus auferre sine consensu Summi Pontificis, quia à Summo Pontifice illam habuerunt consentiente Concilio, ut patet in cap. *licet*, & in cap. *ubi periculum, de elect. in 6.* Posset tamen ex justa causa ad tempus auferre, si verbi gratia Pontifex ob hæresim esset depositus, & Cardinales essent criminis participes, vel aliter suspecti, aut crederet oriturum schisma, aut magnam Ecclesiasticæ pacis perturbationem, *p. 5. tr. 2. resol. 73.*

Et nũquam ad Concilium.

Nec concilium potest hanc facultatem à Cardinalibus auferre.

Sed tantum ad tempus differre ex justa causa.

33. Dubitabatur olim, an Cardinales, quibus galerus, & Cardinalatus insignia tradita non sint, aut nõ clausum sit os vel clausum quidem fuerit, sed non apertũ, in electione Pontificis suffragium habeant. Sed hodie opinionem affirmativam declaravit Pius V. suo peculiari decreto *die 26. Ianuari* 1571. ut observat Lavorius, *tit. 3. cap. 3. num. 16.* & Gregor. XV. in Bulla *de caremoniali, Idus Martii 1622. part. 5. tract. 2. resol. 74.*

Habens antè suffragium, etiam si insignia non habuerint.

34. † Mortuo Papa, Cardinales præsentes, priusquam conclave adeãt, expectare debent decem dies, ut interim veniant Cardinales absentes à Curia ex cap. *ubi periculum, de elect in 6.* † Non tamen ulterius, quamvis distantia eorum ab Urbe decem dierum itinere mensurari non posset. Ita Albanus *de Card. qu. 13.* contra Manfredum *de Card. decis. 266 part. 5. tract. 2. resol. 76.* Quòd si Cardinales præsentes infra decem dies à morte Pontificis novum eligerent, ipsique essent duæ omnium partes, electio esset valida; quia in cap. *ubi periculum*, dicitur, nihil opponi posse, si Pontifex eligatur suffragiis duarum partium. Et si illi præsentes fuissent, nihil eorum contradictio valuisset. Ita Lavorius *tit. 4. cap. 7. num. 4.* contra Albanum *de Card. q. 24. p. 5. tr. 2. res. 75.*

Cardinales non debent adire conclave ante decẽ dies à morte Pontificis. Sed si interim duæ partes Papã eligerent, valida foret electio.

35. Car-

Cardinalis iustè impeditus an possit alteri suũ suffragium delegare?

35. Cardinalis justè impeditus, secundum Manfredum *de Cardin. decis.* 280. potest delegare alteri vices suas pro electione Pontificis ex cap. *si quis justo, de elect in 6.* Et ex Palcotto *de Sacr consist. par. 5. quæst. 7.* potest constituere procuratorem ad ferendum suffragium in scrutinio. Sed Azorius *t. 2. lib. 4. cap. 2. quæst 9.* & Megalius *V. Card. n. 19.* id negant: quia in jure id sibi non conceditur, *p. 4. tr 2. res. 40.*

Ad electionẽ Pontificis duo Cardinales sufficiunt si alii absint, vel mortui sint.

Sed quid si in conclavi remaneret tantũ unus?

36. Si duo tantum Cardinales remanerent in Conclavi, reliquis mortuis, vel absentibus, posset nihilominus unus alium eligere, ex cap. *Adrianus, & cap. non licet §. his distinct. 63. & cap. Abbatem, & infra 18. quæst. 3.* Ita Bonacin. *de leg. disput. 1. quæst. 1. punct. 3. nu. 28.* contra Palaum *tem. 1. par. 3. disp. 1. p. nct. 13. nu. 20.* Sed quid si unus tantum remaneat? Ille solus tunc posset Papam eligere ex glos. *in Clem. ne Roman. de elect.* quia jus universitatis servatur, in uno ex *l. sicut.* Ita Laudensis *de Cardin. quæst. 14.* An verò is posset seipsum eligere? Negat Abbas *in cap. gratum de postul. Prał. & in c. licet, in fine, de elect. in 6.* nisi nomine totius sacri Collegii alteri potestatem tribuat, qui veluti compromissarius ipsum eligat. Sed hanc opinionem ait Alban. *de Card. quæst. 24.* procedere, si unus solus remaneret, reliquis exeuntibus, vel absentibus, non autem mortuis, *part. 5. tr. 1. resol. 72.*

Cardinalis potest suffragium ferre pro minus digno si in illum maior pars inclinet.

Et tunc Cardinalis dignus acceptare potest gradum sine scrupulo.

37. Cardinales possunt, prætermisso digniori, eligere minus dignum, si maior illorum pars in illum inclinet. Nam expedit, electionem pacificè, & sine contentionibus fieri: alioqui dignus, factus per vim, evaderet pejor minus digno Ita Villalobos, *tom. 2. tract. 8. diffic 3. n. 8.* contra Castellinum *de elect. cap. 10. par. 5. tract. 2. resolut. 85.* Et Cardinalis minus dignus acceptans Pontificatum, prætermisso digniori, non peccat. Quia ratione electionis comparat jus ad Papatum acceptandum, & si acceptans utitur jure suo. Ita loquendo de beneficiis, tenet Sotus *de iustit. libr. 3. quæst. 6. artic. 2. post 9. concl.* contra Tannerum *in 2. 2. disp. 2. dub. 3. n. 8. ibid.*

Si autem in Ecclesia Romana non adsit dignus, eligendus ex alia.

38. Si in Ecclesia Romana non inveniatur ad Pontificatum idoneus ex alia sumi debet cap. *in nomine Domini.* Sed, quoniam in tantorum PP. Senatu impossibile est, neminem fore dignum, ait nihilominus Sotus *de iust. t. libr. 3. quæst. 6. art. 1. ad 4.* si aliquis præter illos dignissimus sit, illum debere eligi? nec verum esse, quòd ex cœtu Cardinalium eligi debeat, neque convenire, quod passiva electio Pontificis intra tot paucos coërceatur. Sed contrarium tenendum est cum Salonio *in 2. 2. quæst. 63. artic. 2. contr. 2. concl. 1.* Villalobos *tom. 2. tract. 8. diff. 3. num. 18.* & aliis. Quia dignus ex Collegio est utilior Ecclesiæ, quàm dignissimus externus. Primò, quia ex iis, quæ vidit, & expertus est in Romana Curia, novit Ecclesiæ negotia, & gubernationem melius, quàm ille. Et deinde: quia statim admovet manum operi, cum externus à longè vocandus esset, illiusque expectandus consensus, multa interim detrimenta tota Ecclesia patiente. Quòd si Cardinales Pontificem extra eorum gremium eligerent, electio esset valida, quia nullum jus illam irritat. Ita Suarez *de fide disp. 10. sect. 5. num. 19.* & Bonacina *de elect. Summi Pont. disp. 1. quæst. 1. §. unic. num. 19.* contra Lancellot. *Templ. Iud. lib. 2. cap. 1. §. 3. quæst 4. dum. 4. Ibid.* in fine, *& resolut. 63.*

Si verò adsit dignus, non est postponendus dignissimo externo.

Quamquam valida foret elect. an Cardinalis in Papam.

Si censura est usu recepta incidunt in eã Card. revelantes res gestas in Consistorio.

39. Si censura posita à Leone contra Cardinales revelantes, quæ in Consistorio tractantur, & sint in præjudicium Tertii, sit usu recepta incidunt in eam, minimè verò, si non est usu recepta, super hoc alii negant, alii affirmant: sed tu cogita, cum sit res gravis momenti, *part. 9. tract. 4. resol. 41.* Non autem extenditur contra audientes, quæ in Consistorio tractantur, & aliis dicerent. §. *Nota etiam.*

CARDINALES *in suis Titulis.*

Cardinales olim in suis Titulis poterant coronã ferre gemmã

40 CArdinales in suis Titulis ante Tridentinum poterant secundum Victoriam *de Sacr. Ordin nu. 234.* & alios contra Germoniũ *de indult. Cardin.*

Tonsuram, & minores Ordines.

§. *tam ratione, num.* 20. conferre primam Tonsuram, & minores Ordines. Et hoc ex consuetudine, quæ cum non possit in hoc dare jurisdictionem, signum est, eam habuisse à Papa. At post Tridentinum docet Sanchez *opusc. tomo* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 19. *nu.* 21. id amplius non posse: quia illud *sess.* 23. *ca.* 10. revocat expresè consuetudinem, etiam immemorabilem. Cæterum autem Azorius *tr.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 2. & affirmant, hanc auctoritatem Cardinales habere etiam post Tridentinum, quoad suos familiares. Et Barbosa *in Trident. sess.* 23. *cap.* 9. *num.* 3. *& de potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 5. *p.* 19. testatur ita sensisse Rotam Romanam in una *Crem.* 3. *Decemb.* 1582 *pag.* 5. *tr.* 2. *resol.* 5.

An etiam hodie?

Et an possint causas civiles & criminales cognoscere, & iudicare?

41 Cardinales in suis Titulis secundum Mandosium *in reg.* 7. *Cancel. qu.* 2. *num.* 7. non possunt casus civiles, aut criminales cognoscere, ac judicare, nisi Pontificis privilegium accedat. Sed Lotherius *de benef. tom.* 1. *libr.* 1. *quæst.* 8. *num.* 50. cum Rota *part.* 1. *decis.* 233. *num.* 19. tenet, Cardinales in suis Titulis, habere jurisdictionem Ecclesiasticam, quam habent Episcopi, & Germonius *de indul. Card.* §. *tam ratione, numer.* 34. tenet, Cardinalem non Episcopum posse de causa criminali cognoscere, &, si reus sit Clericus depositione dignus, sententiam ferre; ipsam tamen degradationem, debere Episcopo committere, quia requirit potestatem Ordinis, *p.* 5. *tr.* 2. *res.* 7.

Cardinales in suis titulis possunt uti pontificalibus Excommunicare, suspendere, & interdicere, Item commutare ultimas voluntates in iis, in quibus potest Episcopus.

42. Cardinales in suis Titulis possunt uti insignibus Pontificiis, excommunicare, suspendere, interdicere, ex *c. his quæ, de maior. & obed.* Ubi Felinus, & alii dicunt, Cardinales habere jurisdictionem Episcopalem. Ita Germonius *de indul. Cardin.* §. *tam ratione. num* 18. Barbosa *collect. in C. tom.* 1. *libr.* 1. *tit.* 33 *c.* 11. *num.* 3. & alii. Et quoad censuras idem possunt etiam Cardinalium Vicarii. Ita Romanus *cons.* 498. *num.* 18. *part* 5. *tract.* 2. *res.* 12. Ex qua etiam ratione Cardinales in suis Titulis possunt commutare ultimas voluntates in his, in quibus possunt Episcopi cum suis subditis; nam id non est ex iis, quæ sunt de lege diœcesana, neque ex iis, Quæ à jure diœcesano tantùm, vel sub commemoratione diœcesis Episcopo conceduntur. Adde quòd si hoc esset, adhuc Cardinales in suis titulis Presbyteralibus, vel diaconalibus possunt dici habere modicam diœcesim intra fines Romanæ diœcesis, propriæ Papæ tamquam Episcopo Lateranensi. Ita Moneta *de com. ult. volunt. cap.* 5. *quæst.* 13. *concl.* 1. *nu.* 452. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 57. Item possunt dispensare in voto. Quia hoc pertinet ad spiritualem jurisdictionem Episcopalem, ut docet Sanchez *sum. tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 38. *num.* 2. quam supra diximus Cardinales in suis titulis posse exercere. Ita Moneta *ibid.* contra Suar. *de Rel. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 10. *par.* 5. *tract.* 2. *res.* 58. An verò Cardinales possint in suis Titulis absolvere à juramento, vide Camillum Billota *de Absol. iur. libr.* 2. *c.* 2. *q.* 5. *tr.* 2. *res.* 13.

Et dispensare in voto.

Ac etiam in irregularitatibus.

43. Sed an Cardinales in suis Titulis gaudeant privilegio Episcoporum ex Concilio Trid. *sess.* 24. *cap.* absolvendi ab hæresi occulta; & ab omnibus casibus Papalibus occultis, dispensandi in irregularitatibus, &c. Videtur respondendum negativè quia hæc conceduntur Episcopis respectu subditorum in propria diœcesi tantum: diœcesi inquam verè, & propriè, per ea, quæ adducit Sanchez *sum. tom.* 1. *libr.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. de Episcopo titulari. Sed in favorem Cardinalium dici posset, quod hanc facultatem habent Prælati inferiores Episcopo, habentes tamen jurisdictionem quasi Episcopalem ut sunt Abbates, &c. Ita Sanchez *ibid. lib* 4. *c.* 38. *num.* 19. & ideò non videtur deneganda Cardinalibus, quos supra diximus eandem potestatem habere. Et hanc sententiam ex dicta ratione defendi posse, ait Moneta *de commut. ult. vol. cap.* 5. *quæst.* 13. *concl.* 1. *num.* 453. Sed de hoc alii judicent *p.* 5 *tr.* 2. *res.* 59.

Moneta ait, id affirmari posse.

Cardinales dum sunt in Vrbe possunt conferre beneficia Titularium.

44. Item in suis Titulis possunt conferre beneficia, quando sunt in Urbe. Si verò sint extra Urbem, solus Papa confert. Ratio verò est; quia licèt talia beneficia conferre debeat Papa, velut proprius

Et resignationes eorũ recipere.

prius Episcopus talium Ecclesiarum, nihilominus Pontifices, ut ostenderent, Cardinales verè fratres sibi esse, & eos ad residentiam in suis titulis magis allicerent, pleniorem potestatem eis dederunt, cap. *his, quæ, de maior. & obed.* Ità Germonius *de indul. Cardin. §. tam. ratione num* 14. *Ibid. ref.* 13. Item ex Parisio *de resig. benef. lib. 7. quæst.* 12. possunt in suis Titulis resignationes beneficiorum recipere: quia ex dictis possunt illa conferre, & beneficiatos destituere ratione Titulorum. Et hanc sententiam extendit ad Cardinales habentes Archiepiscopatum, Abbatias, vel Prioratus in commendam ex dispensatione Papæ, quò nimirum possint recipere beneficiorum resignationes ratione Archiepiscopatus, &c. quia beneficia vacantia in tali Archiepiscopatu conferre possunt. *part. 5. tract. 2. resol.* 14.

Item providere suis Ecclesiis iuris patronatus, si patroni in præsentando discordant. Et derogare fidei commissu ad eas pertinentibus Ferre leges obligantes in conscientia. Exigere charitativũ subsidium. Assistere matrimonio & dare licentiam assistendi.

45. Item Cardinales possunt providere suis Ecclesiis titularibus jurispatronatus, quando patroni discordant in præsentando. Ita Grilan. *cons.* 63. *num.* 9. contra Lessium *lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 6. *num.* 27. *part.* 5. *tract.* 2. *resolut* 94. Possunt derogare fidei commissis ad eas Ecclesias pertinentibus. Ità Moneta *de comm. ult. vol. cap.* 9. *concl.* 22. *num.* 634 *part.* 5. *tract.* 1. *ref.* 61. Possunt ferre leges obligantes in conscientia. Ita Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *disput.* 1. *punc.* 13. *num.* 22. *par.* 5. *tract.* 2. *resol.* 71. Possunt subsidium charitativum exigere, secundùm Remigium de Gouny *de charit. subs. quæst.* 21. quia id possunt Episcopi, *part.* 5. *tract.* 2. *ref.* 55. Item possunt assistere, & dare licentiam assistendi matrimonio. Quia hæc omnia facere possunt Episcopi. Ita Sanch. *de matr. tom.* 1. *libr* 3. *disp.* 28. *part.* 5. *tract.* 2. *ref.* 35. Reliqua circa beneficiorum collationem, &c. Vide V. *Cardinales Episcopi.*

Si autem Titulus sit Ecclesia Regularium Cardinalis non habet in eos potestatem.

46 Cardinales in Titulis, quæ sunt Monasteria Regularium, ut est Cardinalis Tituli S. Crucis in Jerusalem, S. Eusebii, &c. secundùm Mandosium *ad reg.* 7. *Cancell. quæst.* 2. *nu.* 10. non habent jurisdictionem super Religiosos. Nam alioqui essent plura capita, quorum uterque haberet jurisdictionem principaliter, nimirum Generalis, & Cardinalis titularis, quod non est dicendum. Sed observat Moneta *de commut. ult. ultim. cap.* 1. *quæst.* 13 *num.* 441. Quod ste Ecclesiæ Regulares fortè in constitutione Titulorum fuerunt sæculares, cum autem Cardinales hanc jurisdictionem habeant fundatam in jure, erit favorabilis, & latè interpretanda, *part.* 5. *tr.* 2. *resol.* 60.

CARDINALES EPISCOPI.

Cardinales Episcopi non excusantur à residentia.

47. Cardinales Episcopi secundum Barbosam *de Card. qu. ult.* & alios excusantur à residentia, si Romæ Summo Pontifici assistant quia, cum Romanæ Ecclesiæ serviant, quæ cæterarum est mater, videntur esse in suis Ecclesiis virtualiter præsentes: unde ait Oldrad. *cons.* 46. quod jus commune habet illos pro residentibus. Quod verò Tridentinum *sess.* 23. *cap.* 1. præcipiat residere in sua diœcesi Episcopos, etiam Cardinales, non obstat. Nam si agunt in Romana Curia, & à Summo Pontifice discedere non jubentur, tacita illa Papæ approbatio videtur dispensatio, ait Germonius *de Cardin. §. tibi quoad vixeris, num.* 10. Sed hæc sententia hodie post Tridentinum, & Bullam S. D. N. Urbani VIII. sustineri nõ potest. Ita cum aliis Sanctarellus *tom.* 1 *quæst.* 2. Qui bene excipit illos, sed Cardinales à residentia, qui habent Episcopatus Urbi proximos *part.* 5. *tract.* 2. *resolut* 8.

Nisi qui habent Episcopatus Vrbi proximos.

Possunt antem conferre beneficia etiam ante possessionem Episcopatus.

48. Cardinales ad Episcopatum assumpti conferre possunt beneficia, etiam ante adeptam Episcopatus possessionem: quia Episcopus electus, & confirmatus potest exercere ea, quæ sunt jurisdictionis, ut est beneficiorum collatio, etiam extra diœcesim, etsi nondum in eam se contulerit. Et Ecclesia dicitur vacare usque ad confirmationem *gl. ad Clement. 1. ver. collatio, ut lite pendent.* Ergo non opus erit possessione, ut Episcopus Cardinalis virtute indulti beneficia conferat. Ita Germonius *de Indulg. §. nec non. num.* 8. & alii contra.

Dynum

Dynum *ad reg.1.num.17.de reg.iur.in 6. parte 5.tract.2.resolutione 45.& 47.*

Etiam in mensibus Papæ.

49. Cardinales Episcopi solent habere indultum à Summo Pontifice providendi beneficia suæ diœcesis, etiam in mensibus Papæ reservatis. Quod indultum si quis Cardinalis habeat, etiam pro beneficiis antea vacantibus, poterit conferre beneficiia vacantia tempore sui antecessoris non Cardinalis. Ita Palaus *tom.2.tractat.3.disp.2. punct. 22. §. 4. numer. 7.* Qui addit, è converso contra Gonzalez *in reg 8. Cancell. glossa 24 à num. 108.* quod Episcopus non Cardinalis potest providere beneficia vacantia tempore antecessoris Cardinalis in mense alias reservato, si illa tempore Cardinalis non fuerunt provisa, non obstante *reg.2. Cancell.part.5. tract.2.resol. 27.* Advertè etiam, quod tale indultum suffragatur etiam sex Cardinalibus titularibus de Urbe, qui proindè excipiuntur *in reg.8.Cancellariæ*, quamvis beneficia in ipsorum absentia sint reservata, ex *reg. 4.* Stat enim optimè, quòd nullus Cardinalis comprehendatur in reservatione mensium, & quod aliqui comprehendantur in reservatione beneficiorum vacantium in absentia. Ita Palaus *tom.2.tract. 13. disp.2. punct. 22.§.4.num.9.* contra Gonzalez *in reg. 8. Cancell.glos.23.numer.21. part.5.tract.2. resolut.18.*

Sine concursu.

50. Cardinales Episcopi existentes in Curia, possunt conferre Ecclesiam Parochialem suæ diœcesis sine concursu, dummodo ille, cui confertur, sit examinatus ab examinatoribus deputatis à Papa, vel ejus Vicario. Et huic indulto non derogat Tridentinum *sess.24. c.18.* quia loquitur tantùm de indultis extraordinariis, vel de aliis quoad ea beneficia, quorum collationes spectant ad Cardinales, ratione alicujus Abbatiæ, &c. in aliena diœcesi, non autem de indultis ordinariis. Ita Germon. *de Indulg. Car. §. quibusvis, num. 9.p.5 tr.2. resol.42.*

Et extrà diœcesim.

51. Cardinalis Episcopus potest conferre beneficia extra diœcesim, quia Ordinarius potest extra territorium exercere jurisdictionalia, quæ alteri nō præjudicant. Et, si dedisset facultatem Vicario generali suo conferendi beneficia, secundùm Germon. *de Indulg. §. tibi, num. 85.* posset etiam talis Vicarius beneficia conferre extra diœcesim. At Massobr. *prax.habent.concurs.præl.26 dub. 5. n.6.* distinguit. Aut Cardinalis, qui habet indultum reperitur in Curia, aut simul abest à diœcesi, & Curia. Et tunc, si habet licentiam Pontificis potest Vicarius beneficia conferre extra diœcesim; si verò abest sine licentia Pontificis, tunc Vicarius non poterit; quia nec Cardinalis potuisset *p.5.tr.2.r.43.*

Sed an etiā eorum Vicarii?

Cardinalis Episcopatū resignans, potest nihilominus de illius beneficiis providere, donec resignata, vius possessionem accipiat. Et retinet facultatem conferendi beneficia vacantia in mensibus Papæ.

52. Cardinalis Episcopatum resignans, potest nihilominus secundùm Germon. *de Indulg. Card. §. nec non quarumcumque num.22.* illius beneficia conferre, si resignatarius nondum possessionem acceperit, quamvis fuerit præconizatus. Nam, cum resignaverit in gratiam tertii, adhuc est ejus dominus possessione naturali, donec sciat præfatam resignationem habuisse effectum, & captam esse possessionem: unde & beneficia, tum ratione indulti, tum etiam potestate ordinaria, conferre potest, *par. 5.tr.2. res.44.* Adde, quod retinet facultatem conferendi beneficia etiam in mensib. Papæ. Et Cardinales, qui habent indulta conferendi beneficia in Episcopatib. renuntiatis, possunt conferre beneficia resignata in manibus Episcopi in mensibus Papæ. Quia illa non potest conferre Episcopus; ergo Cardinalis; qui per indultum loco Papæ succedit. Ita Paris. *de resignat.benef.lib.7.q.12.num.23.p.5.tr.2. res.14.§.Nota.*

Cardinales Episcopi debent conferre beneficia cum Capit. si Episcopus non Cardinalis ea conferret cum Capitulo.

53. Verùm beneficia, quæ alioqui Episcopus non Cardinalis simul cum Capitulo conferre deberet, si vacent in mense Papæ, Cardinales Episcopi conferre debent unà cum Capitulo. Quod etiam docet Gonzalez *ad reg. 8 Cancell. glos.24.num.61.* de beneficiis aliàs reservatis. Quia indultum Episcopi Cardinalis non ampliat facultatem conferendi, sed solum removet obstaculum reservationis, qua remota, Cardinalis providet jure ordinario, in provisione autem

autem ordinaria concurrit Capitulum. Sed in hoc magis placet contraria sententia Garsiæ *de benef. part. 5 cap. 1. n. 628.* Quia per indultum non cessat reservatio, sed dispensatur, cessante tamen reservatione quoad indultum non habentes. Ergo Cardinales talia beneficia non conferunt jure ordinario, sed ut delegati Sedis Apostolicæ virtute indulti, *part. 5. tract. 2. resol. 26.*

Sed hoc non procedit in beneficiis reservatis.

54. Substitutus Cardinalis, habentis facultatem conferendi beneficia reservata, & alium substituendi, potest conferre dicta beneficia, sicut potest Cardinalis. Ita Rota Romana coram Ubaldo *in una Vliss. part. 2. Iunii 1623.* apud posthumas. Farin. *tom. 1. decis. 595. num. 2. ibid.* in fine.

An Substitutus Cardinalis conferre possit beneficia quæ posset ipse substituens?

An autem Cardinales possint esse Duces exercitus; vide *Episcopus.*

CARDINALES Religiosi.

55. CArdinalis Religiosus secundum Suarez *de relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19.* Manfredum *de Cardin. dec. 154.* & alios non solvitur à voto paupertatis. Sed ego probabile puto, quod solvatur, ut de religioso Episcopo dicam infra V. *Episcopus nu. 12.* & quoad utrumque probabile putant ipsimet adversarii, ut Sanchez *sum. tom. 2. lib. 6. quæst. 6 num. 34.* Et stando etiam in prima sententia Cardinalis Religiosus potest de bonis Ecclesiasticis facere quidquid alii possunt, nec alia obligatione tenetur: quia dicet non sit dominus, est tamen liber & absolutus administrator illorum. Et dominium, quod remanet penes Ecclesiam, est ita subditum suæ voluntati, ut quidquid disposuerit, ratum habeatur. Dummodo in promotione aliqua limitatio quoad hoc non accesserit. Ita Lorca *2. 2. quæst 32. art. 9. sect. 4. disp. 4. m. 1. nu. 31. part. 5. tract. 2. resol. 64.* Potest item Cardinalis Religiosus, secundum Laudense *de Card. quæst. 22.* testari, & disponere de rebus suis, recuperans facultatem, quam per professionem amiserat. *Ibid.* in fine.

Cardinales Religiosos probabile est non teneri voto paupertatu. Et, si tenentur possunt nihilominus disponere de bonis Ecclesiasticu, sicut alii.

Possuntque testari ac dispensare bona sua.

56. Cardinalis Religiosus secundum Vasquez *1. 2. disp. 165. cap. 8. n. 89.* tenetur ad quartum votum, quod in Religione Minimorum emittitur vitæ quadragesimalis, & in Societate de audiendo consilio Generalis, etiam post promotionem coactam ad Episcopatum. Sed negativa sententia Sanchez *summ. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 34.* est probabilis. Quia ad quartum votum non tenetur Episcopus Religiosus. *part. 5. tr. 2 resol. 65.*

Probabile item non teneri ad quartum votum Ordinis Minimorum & Societatis.

57. Cardinalis Religiosus tenetur portare habitum suæ Religionis. Ita Suarez *de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19. nu. 4.* Si autem illum dimittit, non incurrit in excommunicationem latam in cap. *ne Clerici, vel Monachi in 6.* Vel V. *Episcopus, num. 16. part. 5. tr. 2. resol. 66.*

Tenentur tamen portare habitū suæ Religionis.

58. Cardinalis Religiosus potest esse compater in Baptismo, tenendo infantem. Patet exemplo Gregorii, qui ex monacho Cardinalis effectus, factus est compater Mauritii Imperatoris. Ita Barbosa *in iur. Eccl. lib. 1. cap. 3 num. 16.* Ratio autem est, quia id Religiosis prohibetur, ne ratione familiaritatis adsit periculum incontinentiæ, quod in Religiosis Cardinalibus non est formidandum. Idem dicendum de confirmatione, *p. 5. tract. 2. resol. 67.* Et de utroque quoad Religiosum Episcopum. *ibid.* in fine. & *p. 3. tract. 4. resol. 21.*

Cardinalis Religiosus potest tenere infantem in Baptismo.

CARDINALIVM Familiares.

1. CArdinalium familiares possunt sibi Confessarium eligere de illorum licentia: quoniam, ubicumque reperiuntur sunt subditi suis Cardinalibus, tamquam ordinariis suæ familiæ curam habentis. Et sic præceptum Paschæ de communicando, ab ipsis completur in Oratoriis domesticis, cæteris ad proprias parochias confluentibus. Non ita familiares Episcoporum extra illorum diœcesim. Ita Ludovic. à Cruce *in Bull. Cruc disputat. 1. capite 2. dub. 22. num. 79 part. 6. tract. 5. resol. 10. §. Notandum est etiam.*

Cardinalium familiares possunt sibi de illorum licentia Confessarium eligere.

2. Cardinalium familiares in absen-

Gaudent fructibus suorum beneficiorum etiam in absentia.

tia gaudent fructibus suorum beneficiorum, sicut Cardinales ipsi percipiunt, ut dictum est supra. Nam eadem ratione eodem privilegio & ipsi perfrui debent. Ita Cucchus *inst. can. lib. 2. tit. 4. n. 69. p. 5. tr. 2. res. 79.*

Quæ si vacent, conferri non possunt sine consensu Ordi. Patroni.

3. Beneficia familiarium Cardinalium non possunt conferri per Papam sine consensu Cardinalis Patroni, & multò minus per Cardinalem legatum cujusvis amplissimæ potestatis. Ita Bellen *cons. 19. num. 2. ver. 5. part. 5. tr. 2. res. 41. §. Notandum.*

Cardinalium familiares sunt idonei testes in causis suorum dominorum. Et è converso.

4. Cardinalium familiares sunt idonei testes in causis suorum Dominorum. Nam ex illis juribus, quæ repellunt à testimonio ferendo domesticos producentis, Cardinales, ob illorum dignitatem, ac præsumptam integritatem, eximuntur. Ita Albanus *de Cardin. quæst. 42. privileg. 11. p. 5. tr. 2. res. 56.* Sicut è contra Cardinales testificantes in causis suorum familiarum, faciunt magnum adminiculum, ut decidit sacra Rota apud Farinacium *p. 2. dec. 339. part. 5. tr. 2. resol. 93.*

Quid si offendantur?

5. Offendentes Cardinalium familiares, incurrunt in excommunicationem Papalem *Vide V. Bulla Cœnæ, n. 14.*

CARNES.

Violans jejunium comedendo carnes unum tantum peccatum committit.

1. OBligatus jejunare ex toto, si votum violavit comedendo Carnes unum tantum peccatum committit, si amplius in illo die Carnes comedit; quia cum semel violato jejunio cesset obligatio circa principale, videtur cessare circa accessorium abstinentia à Carnibus, secus si vovit unicam comestionem in die Jejunii, hic autem, toties quoties comedit, toties peccat: aliter enim in jejunio Ecclesiastico observandum est, *part. 9. tract. 8. resolut. 5.*

2. Qui in die Jejunii comederet Carnes crudas animalium secluso damno notabili salutis, & cum necessitate non peccat mortaliter, *part. 8. tr. 7. resol. 84.*

Dispensatus ad carnes, si in aliquibus diebus non comedat carnes, adhuc non tenetur jejunare secundum Pasqualigum cum Carol. Cambr. est ego oppositum tenui, & teneo cum Bardi, cum in hoc casu dispensatio solum respiciat bonum nutrimentum ex ciborum qualitate, & non corroborationem vitium. Addit Leander, frangentem jejunium comedendo carnes, non duo, sed unicum peccatum committere. Unde per se loquendo, nec esse necesse explicare modum frangendi jejunium, qui solum est circumstantia aggravans ad quæ ego in contrarium respondi, & adhuc respondeo, par. 9 tr. 6 res. 11.

diebus non comedat, ad huc non tenetur jejunare. Contrarium verius.

Jejunium frangens comedendo carnes, unicum, non duo peccata committit. Oppositum tutius.

4. Qui verò inadvertenter, aut ex oblivione carnes in magna quantitate comedit in die jejunii, tenetur illa die jejunare, & servare, formam jejunii. At oppositum tenet Basilius Pontius contra Angel. Manriq. apud Caramuelem. Nam illud jejunium revera fuit fractum, etsi ob inadvertentiam, seu obliviones sine culpa. Ego verò primæ sententiæ adhæreo cum Pellizari. *ibid. res. 28.* Pueris ante septennium diebus veritis licet porrigere carnes; quia non ligantur legibus humanis ante annos, quibus rationis usus communiter oriri solet, est autem per accidens, si ante septimum annum lumen rationis in aliquibus appareat, *p. 11. tr. 2. res. 56.*

Comedens carnes in magna quantit. in die jejunii, modò inadvertenter, aut ex oblivione, non tenetur illa die jejunare.

Carnifex vide Irregularitas ex homicidio.

CARTHUSIANI.

Carthusiani quà obligatione teneantur à carnibus abstinere?

1. CArthusiani prohibentur edere carnes in sanitate sub mortali, etiam cessante scandalo. Non quidem ex voto, sed ex statuto, & consuetudine sic obligante. Ita Vasquez *in part. 2. tomo 1. disput. 162. cap. 4. numero 16.* & alii. Quidquid aliqui apud Sà *V. religio, num. 58.* contra sentiant, *part. 3. tract. 2. resol. 39.* Imò Vasquez *ubi suprà* contendit, hanc obligationem urgere in articulo mortis: nam spectat ad commune Religionis bonum, quòd illa observantia vigeat, & potest lex humana, quando opus est ad commune bonum, obligare, etiam cũ dispendio vitæ. Fatetur tamen,

non

non peccare medicum, si Carthusiano infirmo, & inscio aliquid ex carnis ministraret. At Sanchez *opusc. tomo 2. lib. 5. c. 1. dub. 34. n. 7* Lorca *in p. 2. dub. 23.* & alii dicunt, in tali casu, secluso contemptu, & scandalo, vesci posse carnibus, si velint; non tamen teneri, *part. 5. tract. 3 res. 136. & tr. 4. res. 32. §. Sed hic.* Et cum his ego sentio. *ibid. §. Verum.*

CASVS RESERVATI.

Casus reservati alii Papales, & quinam sint.

1.† CAsus reservati alii sunt Papales, alii Episcopales, alii reservati Prælatis Regularium pro suis subditis. Papales alii sunt reservati in Bulla Cœnæ Domini, quos vide V. *Bulla Cœnæ*, alii in aliis Bullis, & Decretis, inter quos in Italia hi sunt. 1. Violatio clausuræ Monialium ad malum finem, 2. Clericorum percussio, 3. Simonia realis scienter contracta, 4. Confidentia beneficialis, 5. Monomachia, seu duellum, 6. Extractio reorum ab Ecclesiis absque licentia Episcopi, 7. Absolutio à casibus Papæ, vel Episcopo reservatis à Confessario etiam Regulari exhibita sine licentia.

Alii Episcopales, & qui?

2. Casus Episcopales sunt triplicis generis. Quidem de jure, & communiter ponuntur tres. Primus est votorum dispensatio præter Papales, juramentorum relaxatio, excommunicationis majoris Episcopo reservatæ absolutio. Sed hic non est casus reservatus, quia non est peccatum, ut modò loquimur de reservatis; sed computatur inter reservata, quia ad Episcopum pertinet. Ita Toletus *libro 3. capite 14.* Secundus est incensio agrorum, vicorum, domorum, &c. ante excommunicationem. Nam post excommunicationem fit Papalis. Tertius peccatum grave, & scandalum, ob quod olim publica pœnitentia injungebatur, ut concubinatus notorius, &c. Sed, cum hodie publica pœnitentia non sit amplius in usu, aliqui dicunt, hunc casum non esse amplius reservatum. Secundi generis sunt, qui communiter in omnibus Episcopatibus reservantur, videlicet, 1. Homicidium, seu actualis mutilatio, 2. Crimen falsariorum, 3. Sacrilegia furti de re Ecclesiastica, & homicidii ac vulnerationis in loco sacro, 4. Divinationes, & incantationes, ac Dæmonum invocationes. Tertii generis sunt, qui reservantur de consuetudine particulari in singulis Episcopatibus, de quibus dari non potest certa regula: quilibet Episcopus sibi reservat peccata, quæ suo Episcopatui convenire videntur.†

Hic Panormi reservata est Sodomia.

3. Quoniam verò hic Panormi, & in aliquibus aliis diœcesibus, reservata est sodomia, dicendum est primò non esse casum reservatum, si quis habeat rem cum muliere in vase præpostero. Quia casuum reservatio, cum sit pœnalis, strictè interpretari debet; sodomia autem est peccatum contra debitum sexum, & vas: unde, qui servat debitum sexum non dicitur propriè sodomita. Ita Sylvius *in 2. 2. cap. 154. art. 12.* & alii, *part. 2. tract. 17. resolut. 62.* Dicendum secundò, ad incurrendum casum reservatum sodomiæ, necessarium esse, ut semen intra vas effundatur. Nam aliàs non erit propriè sodomia. Ita Bonacina *de matrim. quæst. 4. punct. 11. numer. 2. part. 2. tract. 17. resol. 63.* Addit Graffius *pract. cas. reser. libr. 1. cap. 11. num. 17.* patientem actum sodomicum non incurrere in casum reservatum sodomiæ. Quæ opinio probari potest ex eo, quòd talis non dicitur sodomita, sed mollis, & ita Glossa, quam sequitur D. Thomas 1. 2. *quæst. 138. artic. 1. ad 1.* exponit Apostolum 1. Corinth. 6. ibi. *Neque adulteri, neque molles &c.* Tum etiam, quia majus scelus est agentis, quàm patientis, & in foro contentioso major pœna imponitur illi, quàm isti, sed, an hæc opinio sit probabilis, alii judicent, *part. 2. tr. 17. res. 64.*

Quæ non est intelligenda de coitu cum muliere in vas præpostero.

Nec cum viro, fœminando extra vas. Sed an comprehendat patientem?

Casus reservabiles à Prælatis Regularium.

4.† Casus reservati superioribus Regularium sunt varii juxta varium morem cujusque Religionis. Interdicit autem eis Clemens VIII. ne alios casus sibi reservent præter infrascriptos, vel omnes, vel eorum aliquos. 1 Veneficia, incantationes, sortilegia.

3. Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive detento, quando eò, pervenerit, ut extra septa monasterii, vel conventus fiat egressio. 3. Nocturna ac furtiva è monasterio, seu conventu egressio, etiam non animo apostandi facta, 4. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 5. Juramentum falsum in judicio regulari, seu legitimo. 6. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non secuto. 7. Falsificatio manus, aut sigilli officialium monasterii, aut conventus, 8. Furtum de rebus monasterii, seu conventus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale, 9. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus, 10. Occisio, vulneratio, seu gravis percussio cujuscumque personæ, 11. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio litterarum, à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores. Quod si aliud peccatum grave ad Religionis conservationem reservandum videbitur, id non aliter fieri permittit, nisi de consensu generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia.†

Extra quos non possunt reservare sibi excommunicationem additam aliis criminibus.

5. Sed his non obstantibus, Villalobos *tom. 1. tract. 9. diff. 59. numer. 5.* & alii docent, superiores Regulares posse reliqua peccata prohibere sub pœna excommunicationis sibi reservatæ, quia hoc non est reservare peccatum, sed censuram. Mihi autem contraria sententia Peyrini *in privil. Minim. tom. 2. const. 10. Vrbani VIII. §. 61. numer. 10.* & aliorum placet, quam determinavit Sacra Congregatio apud Leonem *recollect. tomo 2. recollect. 11. numero 5* die 7. Julii 1617. Nam Clemens VIII. prohibet omnem reservationem, & tale peccatum ratione censuræ reservatum manet; unde patet, reservationē excommunicationis adinventam esse in fraudem supradicti decreti, & ideo prima sententia non est admittenda, *parte 3. tract. 2. resolutione 13. §. Displicet & 49.*

Nomine furti de rebus monasterii an veniat furtum de rebus particularu Religiosi.

6. Circa octavum casum furti de rebus monasterii. Coriolanus *de casibus reserv. parte 2. cas. 8. dub. 5. numero 13.* putat, incurri à furante res peculiares concessas usui particulari alicujus Religiosi: & ita testatur ex Sorbo declarasse ipsummet Clement. VIII. Sed secundum Ledesmam *Additio ad summam tom. 2. capite 4. dub. 12.* non incurrit, & Prælatus Regularis non potest sibi reservare furtum de rebus peculiaribus Religiosorum. Quia Pontifex solum illis concessit furtum de rebus monasterii, res autem peculiarium fratrum non dicuntur directè res monasterii. Ad declarattonem Clementis dici dotest, de ea non constare authenticè, *parte. 5. tract. 6. resol. 44.*

Non possunt sibi Prælati Regulares reservare tactus, & oscula.

7. Circa nonum *Lapsus carnis*, &c. ait Tamburinus *tom. 2. disp. 13. quæst. 2. numer. 3.* posse superiores Regulares reservare sibi tactus impudicos, oscula, litterulas, munuscula, &c. Quod Sorbo *annot. ad Compend. priv. V. Absolutio*, affirmat sibi declaratum fuisse à Clemen. VIII. Sed illa verba. *Lapsus carnis voluntarius opere consummatus*, sonant consummationem actus in specie verbi gratia fornicationis, mollitiei, &c. unde non possunt comprehendere tactus, &c. ut bene docuit P. Leone *tomo 2. recollect. 11. num. 132. parte 3. tractat. 2. resolut. 118.*

Nec actum libidinosum externum, qui per se, & absque respectu ad intentionem non sit mortalis.

8. Turrianus *select. disputat. p. 31 dub. 61.* † supponens, reservari posse omne peccatum externum contra castitatem † docet, in tali casu reservari visum, & ornatum procedentes ex affectu libidinoso. Sed negat Henriq. *lib. 6. cap. 14. numer. 6. in gl. litt. I.* docetque in tali casu non reservari peccatum, nisi ex quantitate operis externi certò constet esse mortale, & non sola relatione ad consensum, *par. 4. tract. 4. resolut. 165.* addit Kiene *de cas. reserv. part. 3. cap. 6. numero 5.* probabilem esse opinionem Coriolani *de cas. reserv. part. 2. cap. 9. §. 10. numero 15.* contra Suarez apud Kienem *loc. cit.* quòd ad reservationem *Lapsus carnis*, &c. non solum requi-

Et Kiene probabile putat, requiri etiam medium externè applica-

tum ad lapsum carnis consummatum.

requiratur externa actio in sua specie cõsummata, sed etiam extrema mediorũ applicatio: unde, si quis ex turpibus delectationibus voluntariè prolaberetur in pollutionem, absque tamen contactu libidinoso aut alio externo motu instrumentali, non incurrere peccatum reservatum. Idem quoque docet de pollutione orta ex aspectu libidinoso directo in fœminam pulchram, aut supetbè vestitam. Quia oculus impudicus per se censeri non potest propinquè lapsus carnis opere consummatus. Secus, si pollutio oriatur ex aspectu fœminæ denudatæ, vel ejus potioris partis, in qua impudicitia locum habet *parte 4. tractat. 4. resol. 61.*

In casibus reservatis datur parvitas materiæ.

9. In casibus reservatis datur parvitas materiæ, unde modicum furtum factum in Ecclesia, sicut non est mortale sacrilegium; ita neque reservatum. Imò, si modicum furans habuisset intentionem plura furripiendi, peccasset quidem mortaliter ex cap. *final. 14. quæst. 6.* sed illud sacrilegium non esset reservatum; quia peccatum reservatum debet esse mortale ex quantitate operis externi, non ex relatione ad intentionem tantùm; quia in modico non præsumitur dolus, & ideò pro eo non statuitur pœna, arg. cap. *& si quæstiones, Extrav. de simonia* Ita Henriquez, *lib. 3. cap. 13. §. 6. part. 3 tract. 5 resol. 46*

An reservatio Episcoporum teneantur impuberes?

10. Cœterum peccata reservata Episcoporum, secundum Homobonum *de cas. reserv. part. 1 cap. 3.* comprehendunt etiam impuberem ante annum decimum quartum, si aliud in statuto non declaretur. At secundum Paludanum *in 4. dist. 34 quæst. 2 art. 1.* non comprehendunt: quia, sicut minor ætas in foro exteriori excusat à pœna ordinaria, ita & in animæ judicio, *part. 2 tract. 15 resol. 1.* certum est autem, non cõprehendere Diœcesanos absentes. Vide V. *Absolvere, num. 9.* † cujus doctrinam præter loca ibi citata docet etiam in *part. 3. tractatu, 4. resol. 103.*

Reservata Regularium non ligant Novitios.

11. Reservatio Regularium secundum Villalobos *tom. 1 tr. 9. diff. 36. num. 6.* & DD. communiter contra Layman non comprehendunt novitios. Quia novitii ad religionis onera non tenentur. Attamen Peyrinus *priv. Minim tom. 2 constit. 10. Vrban. VIII. §. 61. num. 9.* advertit, superiores Regulares per Vivæ vocis oraculum Pauli V. *die 7. Augusti 1609.* posse sibi reservare casus, etiam quoad novitios. Sed S. D. N. Urbanus VIII. novissimè tollit omnia vivæ vocis oracula *p. 3 tr. 2 resol. 119*

Casus Episcopales an expirent defuncto Episcopo?

12. Mortuo Episcopo, reservata ejus non expirant secundùm Præpositum *in addit. ad part. 3 quæst. 9. dub. 1. num. 6.* sive sint reservata à jure, sive ab homine. Sed Piasecius *part. 2 cap. 1. art. 2. num. 21.* id admittit, quoad reservata à jure, vel cõsuetudine, aut per proprium statutum, quia statutum durat post mortem, cap. *fin. de offic. leg.* unde in tali casu ait, absolutionem petendam esse à successore, seu Capitulo Sede Vacante. Vide etiam Trullench *in Bull. cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. sub. 2. num. 6 part. 4. tract. 4. resolut. 108.* Casus reservati Superiori Regularium expirant decedente ipso superiore, vel à munere manus submoventi. Quia cessat excommunicatio ab homine, si moritur qui eam fulminavit. Ità in simili Granado *in part. 2 contr. 7. tr. 1. disp. 7. n. 6 part. 3. tract. 2. resol. 23*

Casus reservati Regularii expirant mortuo vel officium omittente, Prælato.

CASVS RESERVATI, Et fortuiti.

Casus fortuiti.

13. REnuntians, vel in se recipiens casus fortuitos in locatione prædii, vel alicujus rei subjectæ damno, intelligitur etiam de insolitis, & denuo advenientibus, *part. 8 tractat. 7. resol. 31*

14. Recipiens in se aliquod periculum alicujus rei etiam casus fortuitus intelligitur in se recepisse, varii DD. *ib. resp. 32*

Casus reservati intelliguntur præteriti, & futuri.

15. Quando Prælatus aliquot casus sibi reservat censetur comprehendere non solum postea committendos, sed etiam antè commissos, dummodo non explicet contrarium loquendo solum de committendis, vel censuram imponat,

& cum ea reservationem. Ita Bordonus *p.8.tract.7.resol.20.*

Falsificantes instrumenta vel scripturas non incidunt in censuram.

16. Non incidit in casum reservatum, vel Censuram, qui instrumenta, syngraphas, aut apochas falsificaret, aliquid addendo, vel minuendo, quod urgeret in tertii præjudicium, *p. 8. tract. 7. resol. 82. Causa*, vide *Pontifex.*

CELEBRARE MISSAM.

1. POnuntur hic casus circa obligationem celebrandi ab intrinseco, circa ritum, circa ministrum, circa tempus, & locum, & circa dispositionem celebrantis. Nam pertinentes ad eleëmosynas, invenies infrà V. *Missarum*, & pertinentes ad vestes & Vasa sacra, invenies V. *Vasa sacra*, & *V. Vestes sacerdotales.*

Missam nullus Sacerdos celebrare tenetur. Secùs est, in excusa communicate.

2. Circa obligationem celebrandi; simplex Sacerdos non tenetur sæpè celebrare Missam, sed cessante contemptu & scandalo, satis est, si celebret ter, aut quater in anno, & præcipuè in die Natalis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes. Imò probabile puto, satis esse, quòd in Paschate communicet. 3. Etiam cessante impedimento. Ita D. Bonaventura *in 4. dist. 12. art. 2. quæst. 2.* contra Villalobos *in sum. 1. tr. 7. dub. 49. num. 1. p. 2. tr. 17. res. 19.* At quid de Parocho? Vide V. *Parochus, num. 1.*

Quid de Parocho?

An in Ecclesiis collegiatis omitti possit Missa solemnis in feria privilegiata? Et an in Ecclesiis Regularium?

3. Missam solemnem de Feria privilegiata in Ecclesiis Collegiatis omitti non posse, docet Gavantus *comment. ad Rubr. Miss. tom. 1. part. 3. tit 10. numer.* 8. sed canendam esse post Nonam inviolabiliter, & sic declarasse Sacram Congregationem. Sed Castaldus *in praxi carem. lib. 2. sect. 6. cap. 3. numer.* 20. contrarium docet. Posita autem prima sententia, & constito authenticè de declaratione Cardinalium, non propterea ad id tenerentur Regulares, quia eorum Ecclesiæ secundum Rodriquez *qq Regul. tom. 1. quæst. 43. art. 10.* & Villalobos *in summ. t. 1. tr. 8. diff. 10 num. 4.* contra Portelium *dub. Regul. V. Missa, n. 7.* non sunt Collegiatæ. Teneri tamen Prælatos Regulares, docet Filliucius *tom. 1. tract. 5 c. 4. n. 104.* curare, ut in eorum Ecclesiis una saltem Missa quotidie celebretur. (Imò, ubi adest consuetudo legitimè præscripta teneri etiam ad Missam solemnem, ea tamen obligatione, qua unaquæque Religio ad suas constitutiones obligatur, *ex Clem. a. de celebr. Miss. p. 3. tr. 2. res. 8. & p. 4. tr. 4. resol 6.*) Sed Victoria *in sum. n. 94.* ait, non peccare mortaliter, si aliquo die nulla Missa celebraretur, *part. 2. tr. 14. res. 76.*

Tres Missæ in die Natalis Domini nemo tenetur celebrare.

4. Nullus Sacerdos, etiamsi sit Parochus, tenetur in die Natalis Domini tres Missas celebrare. Quia Perochiani non tenentur, nisi unam Missam audire, *part. 4 tract. 4. resol. 236.* Quod si celebrare tres vellet, ex Villalobos *in sum. part. 1. tract. 8. diff. 22. num. 3.* & alii non posset omnes celebrare ante auroram. Tum, quia est contra Rubricam Missalis. Tum etiam, quia in Canone pro prima Missa ponitur *Noctem sacratissimam*, pro aliis duabus *Diem sacratissimum venerantes.* Sed contraria sententia Suarez *in 3. part. tom 3. disput. 81. sectio 4.* Merceri *in 3. part. quæst. 83. artic. 2. prop. 3. numer. 1.* & aliorum est probabilior, nam in cap. *nocte sancta, de consecrat. distinct. 1* conceditur in nocte Nativitatis Missas sine distinctione celebrari. Ad argumentum de Rubrica dicendum cum Vasquez *in 3. part. tom. 3. disput. 232. cap. 3. num. 3.* Rubricam loqui pro Missis solemnibus. Ad secundum cum Suarez *ubi suprà*, quod aliquando verba divini Officii referuntur ad tempus, pro cujus commemoratione dicuntur: unde, non obstante, quòd in prima Missa dicatur *Noctem sacratissimam*, omnes tres Missæ possunt propè meridiem celebrari, *part. 2. tr. 14 resol. 35. & part. 4. tr. 4. res. 236. §. Notandum.* Qui verò unam tantum velit celebrare, sive in nocte, sive die, potest dicere quam voluerit. Ita Ledesma *in sum. tom 1. de Sacram. Eucharist. cap. 19. post 9 concl.* contra Gavantum *in comment. ad rub. Miss. tom. 1. part. 4. tract. 2 tit. 3. numer. 6.* qui putat dicere debere primam, vel tertiam, & potius tertiam, cujus Oratio

Sed qui vult potest omnes celebrare ante auroram.

Etsi vult celebrare unā, dicere potest quamlibet.

con-

concordat cum officio, *part. 2. tr. 14. res.* 39. Sacerdos qui in nocte nativitatis Domini ministrans pro Diacono communicavit è manu Episcopi vel Prælati, non potest celebrare illo die quia esset contra praxin *p. 11. tr 4. res.* 43.

Sunt verò alii casus, in quibus Sacerdos jejunus celebra, re potest plures in eadem die.

5. Sacerdos, dummodo sit jejunus, secundum Valentiam *tomo 4. disputat. 6. quæstion. 11 punct. 3. ad 7.* & alios celebrare potest aliquando plures Missas in eadem die. Primò, in die Natalis Domini. Secundò, quando sub finem unius Missæ supervenit Episcopus, vel habens quasi Episcopalem jurisdictionem ordinarius prælatus, Rex, vel alius princeps sæcularis, vel etiam aliqui itinerantes in die festo. Tertiò, quando sub finem Missæ intraret corpus defuncti sepeliendum cum Missa. Quartò, si non esset reservata Eucharistia, & dandum esset viaticum moribundo. An autem possit eò casu non jejunus celebrare secunda vice, affirmat Franc. Lugo, communiter negant, ego nihil definio urget me tamen communis sententia in contrarium, ideo tu Judica, *p. 11. tract. 7. res.* 21. Quintò, ad benedicendas nuptias, aliqua necessitate, aut magna congruentia urgente, Sextò, ob rationalē causam, vel cōgruentiā à viro prudenti, & probo judicandam, ut habetur c. *consulvisti, de celeb. Missar.* Septimò tandē, si unus Sacerdos præfectus esset duabus Ecclesiis Parochialibus ob ipsarum paupertatē. Sed hi casus præter primum, & ultimum ob multitudinē Sacerdotum abierunt in dissuetudinem, ut observat Llamas, *p. 3. meth. c. 5. §. 17.* in fine. Unde si aliquis contingat, Sacerdotes attendant locorū consuetudinē, & quærant licentiam ab Episcopo, ut observat Possevinus, *c. 2. n. 7. p. 2. tr. 14. res.* 56. Parochus qui duobus in locis celebrare debet, satisfacit, imo cōformis est, si semel tantùm celebret, die Veneris sancto, quia non esset jejunus si sumeret calicē, & sine sumptione illius non servaret ritus Missalis, *p. 11 tr. 5. res.* 33. superveniente viro valde illustri, v. g. prorege, itē Episcopo, Nuntio Apostolico. licet juxta Laym. Azor. Sa. Garz. & alios Missam ab initio re-

Quorum multi non sunt amplius in usu.

sumere si nondum inceptum sit offertorium; probabilius tamen id negant Gran. Rodriq. Tamburinus & alii. *ibid. res.* 45.

Sacerdos, qui post sumptionem corporis advertet se cōsecrasse solā aquam, posset aliam Hostiam consecrare cum vino.

6. Si Sacerdos post sumptionē corporis videt, se consecrare calicem cū sola aqua docet D. Th. *3. p. q. 83. art. 6. ad 4.* & præcipit in Missali Pius Quintus, ut iterum aliam Hostiam, cum vino consecret, incipiendo ab illis verbis, *Qui pridie, quàm paterentur.* Sed probabile est sufficere, quod consecret solùm vinum, incipiēdo ab illis verbis, *Simili modo*: quia hic modus sufficiens est ad supplendū defectū, & aptior ad vitandum scandalum. Quāvis enim Hostia consumpta fuerit, quādiu tamen non consumitur calix, durat eadem actio sacrificandi; & ita non censetur una species cōfici sine altera. Modus autem D. Thomæ potius esset novū, & integrum sacrificium cum scandalo facere, quàm illud imperfectum perficere. Secundam opinionem docuit Scotus *in 4. dist. 8. q. 3.* Et approbat Clemens VIII in Missali. Nota hic cum Navarro, & Sylvio, quòd si Sacerdos in tali casu perturbatus finiret Missam, neq; Hostiam, neque Calicem consecrans, non peccaret mortaliter. *p. 2. tr. 14. res.* 70.

Vel solum vinum.

Et si perturbatus sic finiret Missā, nō peccaret mortaliter.

7. Licitum esse, ait Fagundez *part. 1. libr. 3. cap. 4. numer. 26.* quòd Parochus dum renovat Eucharistiam, consumat Hostiam præconsecratam, & quam ipse consecrat, reponat in sacrario: quod maximè procederet, si Sacerdos oblitus esset consecrare Hostiam proponendam orationi quadraginta horarum. Sed præpositus *in 3 p quæst. 83. artic. 1. dub. 7. numer.* 50. hanc sententiam improbabilem putat: quia de ratione sacrificii est, ut sumatur ea Hostia, quæ ab ipso sacrificante est consecrata. *par. 5 tractat. 16 resol. 96.* Eodem pacto docet Marchantius *resol. Pastor ad Cand. de Sacr. tom. 4. c. 5. q. 3.* non licere, quòd Sacerdos ostendat aliam Hostiam populo ab ea, quam consecravit: unde, si quis non habens majorem Hostiam, consecraret particulam, non deberet ostendere populo aliam Hostiam præconsecratam, nisi addita particula consecrata in eadem Missa. *Ibid.* in fine.

Debet autē eandem Hostiam quam consecravit sumere.

8. Quo-

Non est mortale, commutare unã Missam Missalis in aliam.

8. Quoad RITUM, Bulla Pii V. præfixa Missali Romano præcipiens Missam juxtà ritum, & formam in eo præscriptam legendam esse, secundùm Bonac. *de Sacram. disp. 4 quæst. ult. punct. 7. §. 3. numer. 3.* & alios inducit obligationem sub mortali: quia utitur præcepto sanctæ obedientiæ. Sed ex Fagundez *tract. 1. lib. 3 cap. 21 & seqq.* & aliis, non ita. Et ex Filliucio, *tom. 1 tr. 5. cap. 5. num. 140.* non obligat cum tanto rigore ad observantiam singularum rerũ, quæ in eo præscribuntur, sed pro gravitate earum: generaliter autem obligare ad observandũ ritum Missalis & non introducendum, alium, quod ut observat Præpositus *in 3. part. q. 83 art. 4 dub. 3. n. 186.* accideret, si unusquisque pro suo arbitrio Sacrum faceret secundùm aliud Missale. In particulari ergo non erit peccatum mortale quamvis alioqui illicitum, unam Missam in aliam ejusdem Missalis commutare, & Missam v.g. Assumptionis, Nativ. &c. B.V. extra diem talium Festivitatum dicere. Sic Tanner. *tom. 4 disp. 3 q. 10. du. 1 num. 6 part. 2. tract. 25 resol. 55 & p. 4 tr. 4 resol. 39*

Nam Bulla Pii V. illi præfixa non obligat ad mortale, nisi in rebus gravibus.

Itaque non est mortale dicere extra proprium diẽ Missam Assũptionis.

Passionis, quæ legitur in Dominica Palmarũ.

Eodem modo Philosophandum, si quis peteret Missam de Passione, quæ legitur in Dominica Palmarum, vel una ex sequentibus Feriis; non enim deberet recitari, sed deberet dici Missa de Passione votiva, in Missali assignata, non esset tamen peccatum mortale illam dicere. Ita Castaldus *in praxi cærem. lib. 2 sect. 6 c. 4 num. 1. part. 3 cap. 6. resol. 101.* Qui id generaliter docet, de quacunque Missa votiva de sancto, aut quacunque Festivitate, de qua juxta Rubricas Missalis per anni circulum celebratur; posse nimirum dici extra illum diem sine *Gloria*, & *Credo*, mutato etiam nomine *Gloria*, & *Credo*, mutato etiam nomine *Festivitas* in *commemoratio*. &c. *Ibidem resol. 102.* Et tandem, sicut Sacerdos in Dominica, aut festo Apostolorum, &c. potest non dicere Missam: ita potest sine mortali dicere aliam Missam à currente; quia præceptum de Missa currente, secluso scandalo non videtur latum sub mortali. Ita Villalobos, *part. 1. tr. 8 diff. 31 num. 5 part. 2 tract. 14 resol. 30.* An Missa defunctorum licitè applicetur pro vivis vide infra V. *Suffragia.*

Aut alicujus Sancti sine Gloria, & Credo. Etiam in festu Apostolorum.

9. Declaravit Sacra Congregatio peccare mortaliter Regulares, qui loco Episcopi in Canone ponerent nomen sui Generalis. Ait tamẽ Rodriquez *in summ. tom. 4. cap. 51 num. 13.* non peccare mortaliter, qui aliquid adderet Canoni, ignarus hujus declarationis, vel ejus authenticæ, *p. 2 tract. 14 resol. 40.* Et Filliucius, *tom. 1 tract. 5. cap. 5 num. 155* docet non peccare mortaliter Sacerdotem, omittentem advertenter in Missa *Credo*, vel *Gloria*, (& contra Nugnum, *t. tim 3 part. quæst. 83 art. 4 dub. 2 concl. 2* omittentem nomen alicujus Sancti ex his, qui ponuntur in Canone, *part. 2 tractat. 14 resolut. 49.* Quod etiam dic de eo, qui adderet aliquam commemorationem submissa voce *part. 5 tractat. 5 resolutio. 63*) Et hoc ex levitate materiæ, *part. 2 tractat. 14 resolut. 59 & omnia simul part 5 tract. 5 resolut. 45 & 63.* Ob quam etiam rationem, qui omitteret in verbis consecrationis particulam *enim*, & diceret *calis* pro *calix*, non peccaret mortaliter. Vide V. *Eucharistia num. 12*

Regulares peccat mortaliter, ponẽs, do in Canone nomen Generalis loco Episcopi. Non peccaret mortaliter, qui Missa modicum adderet, vel ex ea omitteret, ut Gloria, vel Credo, aut nomen alicujus Sancti de Canone.

Aut in consecratione partis. (enim)

10. Rursus non peccat mortaliter Sacerdos, si, dum se sacris vestibus induit, relinquit Orationes solitas. Ita Fagundez *tractat. 1 lib. 3 cap 21. numer. 9* contra Sylvium *in 3 par. quæst. 83 art. 6.* Quia ex supradictis, non omnes regulæ Missalis obligant ad mortale, sed illæ tantum, quæ sacrificii essentiam, vel quasi essentiam continent. Reliquę verò sunt consilia, & instructiones. *par ...tr. 14 res. 43*

Aut in impositione sacrarum vestium orationes solitas

11. Neque peccaret mortaliter, qui in Missa majori non legeret submissa voce Epistolam, & Evangelium à Ministris canendum. Nam id non ponitur in Missali, aut in aliquo Canone tanquam præceptum. Neque obstat, quod aliqui id faciant: nam multa sunt consueta, quæ non sunt præcepta. Ita Vegha *in summ. tom. 2 cap. 41 cas. 7* & alii contra Sà V. *Missa, numer. 51 part. 2 tractat. 14 res. 42 & p. 5 tract. 5. res. 46 & tract. 13 resol. 95*

Vel in Missa solemni non legeret Epistolam, & Evangelium submisit.

12. Do-

Addit Præpositus additum uni Missali, dum est in loco addito alteri. Missali posse illi conformari.

12. Docet Præpositus *in 3. part. quæst. 83. artic. 4. dub. 5. num. 190.* quod Sacerdos utens Missali Romano, si reperiatur in loco, ubi Missa celebratur alio ritu, videlicet in aliquo Monasterio DD. Benedicti, Dominici, &c. celebrare potest secundùm ritum illius loci. Idemque dicendum esse, si non utatur Missali Romano, & in eo loco alium ritum inveniret discrepantem à proprio. Ita Propositus. Sed aliqui contradicunt. Et nescio an circa id Sacra Congregatio aliquid declaravit *part. 4. tract. 4. resol. 95.*

Sacerdos extendens manus super Calicem debet tenere pollices super manus, dextrum super sinistrum in modum Crucis.

13. Quando Sacerdos in Missa dicit: *Hanc igitur oblationem*; & extendit manus super Calicem, tenere debet pollices super manus, dextrum super sinistrum in modum Crucis. Ita tenet, & decisum fuisse testatur in Rota Petrus de Reyna *in cerem. de la Mesa rozada, §. 8. n. 4. litt. Q. parte 3. tr. 6. res. 104.*

Missæ Regularibus concessæ, non possunt ab alio dici, etiam in eorum Ecclesiis.

14. Missæ Regularibus concessæ non possunt dici ab aliis, etiam in eorum Ecclesiis. Sic declaravit Sacra Congregatio Cardinalium apud Gavantum, *tom. 1. p. 3. tit. 10. num. 16.* Qui etiam notat, quod Missa; quæ nomine Rosarii circumfertur, concessa solùm fuit Prædicatoribus, quare alii dicere non possunt: sed in eo festo dicant de S. Maria ad Nives, vel Nativitate, mutato nomine *Navitatis* in *Festivitatis*. Sed ipsi magis placet, quod dicant de S. Maria ad Nives *parte 2. tr. 14. resol. 74.*

Et Missa de recenter Beatificato concessa alicui Religioni, non potest dici ab aliis.

15. Quando conceditur facultas Sacerdotibus certæ Religionis, ut Missam celebrent de recente Beatificato, tali facultate frui non possunt alii Sacerdotes. Ita Granado *in 2. 2. contr. 1. tract. 7. disput. 4. sect. 2. numer. 2.* contra Palaum *tract. 4. disp. 1. punct. 5. §. 7. numero 4.* Et ita expressè determinavit Sacra Congregatio Cardinalium apud Gavantum *in Enchir. Episcop. V. Missæ ritus, num. 1.* Probatur autem conclusio primò, quia Alexand. III. in cap. *de reliqu. & vener. Sanct.* prohibuit aliquem colere publico cultu sine facultate Papæ: ergo illi soli poterunt, quibus facultas Papæ conceditur. Secundò, quia sicut in Bullis talis concessionis designantur certæ personæ; ita etiam designatur certus dies, sed Missa non potest celebrari extra illum diem; ut respondit Sacra Congregat. teste Turriano in 2. 2. *tom. 1. cap. 13. dub. 8.* ergo neque ab aliis personis. Tertiò, quia privilegia censentur solùm concessa illis personis, quæ in iis exprimuntur: quia ad eos solùm dirigitur intentio concedentis, ut probat Bonacina *tract. de leg. disp. 2 quæst. 3. punct. 7. §. 2. num. 1.* voluntas enim, in qua vis privilegii fundatur, non operatur, nisi ut significata. Parum ergo juvat ratitas rationis ad extendenda privilegia de persona ad personam, ut ait Salas *de leg. disp. 14. sect. 9. num. 48.* Tandem, quia gratia censetur concessa juxta verba supplicationis, ut docet Menochius *libr. 1. consil. 33. numer. 14. & lib. 2. consil. 180. num. 1.* in his autem supplicationibus petitur gratia pro certis personis. Et illas Bullæ explicitè nominant. Cumque verba sint clara, non est adhibenda interpretatio, vel extensio, ut ait Salas. Neque dicas, quòd privilegia sunt amplianda. Nam hoc verum est, quando recta ratio id suadet, servata proprietate verborum, quod non accidit in casu nostro. *part. 2. tractat. 15. resolut. 55. part. 3. in Addit. res. 2. & par. 4. tract. 4. res. 231. §. Notandum.*

Sed quid si in diplomate non sit apposita particula tantùm?

Sed quid, si in tali diplomate, nominatis certis personis, non addatur particula taxativa *tantùm*; Granado putat in tali casu posse etiam alios Sacerdotes Missam concessam celebrare, petentibus tamen illis, quibus facultas celebrandi conceditur: nam tunc isti celebrare censetur per illos; quod licere videtur ex 27 *regula, de regulis juris in 6.* Quemadmodum licet Capellano, Missas Capellaniæ per alios celebrare, ut cum aliis Doctoribus, & decisione Rotæ docet Gonzales *super reg. 8. Cancell. glos. 5. à num. 71.* Sed aliqui viri docti hanc sententiam Granado non approbant, & assignant disparitatem, *par. 4. tract. 2. resol. 231. §. Notandum.*

Eadem verò Religio non potest ultra diem præscriptum differre.

16. Insinuavimus suprà, non posse celebrari Missam pro hujusmodi recenter canonizatis, præter diem in diplomate designatum. Et Granado, *ubi supra, n. 18.*

cere Missam de tali Beato, vel de illo commemorationem facere? Aut in publicis Litaniis invocare.

addit, nec licere præter illum diem cõmemorationem fieri, (Et Portellius *Additio. ad dub. Regul. v. Reliquiæ Sanctorum numer.* 11. Nec invocari posse in publicis Litaniis. Adde & tu ex Turriano *in 2. 2. tomo 1. disput. 17. dub.* 18. nec fieri posse Octavam &c. *part. 3. tr. 5. resolutione* 9.) & facientes, secluſa ignorantia, & bona fide, peccare mortaliter. Licere tamen, ait, cum primum facultas conceditur, Missam celebrare in honorem beatificati, etiam ante diem præfixum, pro initio, & inchoatione Festivitatis, si dies præfixa multum disterat. Sed hoc secundum nec videtur admittendum. Et praxis, quam ipse ait sic interpretatam esse voluntatem Pontificis, non adest in hoc Regno Siciliæ: ubi, cùm primùm Pontificium diploma innotescit, pulsantur in aliquo die campanæ, & cum præsentia Episcopi canitur *Te Deum laudamus*, ante Imaginem Glorificati, cujus Oratio in fine dicitur *Ibidem §. sed quæritur.*

An Missam celebrare in alia Ecclesia præter designatam.

17. Et tandem ait Granado, *ibidem n.* 17. de personis, quibus concessum est, ut in Ecclesiis suorum Ordinum per totum Orbem Missam noviter Beatificati celebrent, non licet in aliena, sive sæcularium, sive Regularium celebrare. Et quamvis non sit culpa mortalis id facere semel, aut bis, quia sola mutatio loci semel aut bis, videtur levis; fore tamē mortalem, si id fieret toties, ut prudenter judicari possit valdè contrarium decreto Summi Pontificis. Ita ille. Sed in his materiis cautè procedendum puto. *Ibidem. §. Et tandem.*

Sacerdos probata memoria an possit in aliquo casu celebrare sine Missali?

18. Sacerdos benè instructus, & de sua memoria confidens, in casu necessitatis celebrare potest sine Missali Ita Ledesma *in summ. tomo 1. de Eucharist. cap.* 20. *post.* 8. *conclus.* & alii contra Fagundez *tom. 1. lib. 2. cap. 21. num.* 23. Deberet tamen adhibere similem librum, ne aliquam notam incurreret apud alios. Idem putavit Vasquez *in 3. part. tom. 4. disputat. 233. cap. 3. numer.* 26. de Sacerdote, qui parum videt, & Missam memoriter tenet, *part. 2. tractat. 14. resol.* 46.

Sine Cruce super Altare? Vel cum una candela cerea. Olei. Aut adipis.

19. Sacerdos celebrans in Altari sine imagine Crucis non peccat mortaliter, secundum Homobonum *de Exam. Eccles. part. 1. tractat. 4 cap. 15. quæstion.* 143. Neque peccat mortaliter secundum Nugnum *in 3. part. quæstion* 83 *art. 3. dub. 5.* celebrans cum una candela cerea extra casum necessitatis. Celebrare verò cum lumine olei, vel adipis in casu necessitatis illicitum esse, ait Henriquez *libro 9. de Missa cap. 26. numero 4*, quia usus celebrandi cum cereo accenso introductus est à tempore Apostolorum. Et Riccius, *part. 3. decis. 213. num. 1.* ait, hoc esse peccatum mortale. Sed contrarium dicendum est cum Suarez *in 3. part. tomo 3. disput. 81. sect. 6.* secluso contemptu, & scandalo. Quia ex D. Thoma, *1. 2. quæstion. 101. articul 1. ad 2.* olim in sanctuariis lampades in Dei cultum ardebant. Et quamvis hi auctores dicant, hoc ante factum non esse consulendum, ago cum Laymann *lib. 5. tr. 5. c. 6. n.* 17. & aliis in necessitate consulerem, *part. 2. tr. 14 res.* 45. & 67.

Et capite cooperto.

20. Non potest Sacerdos ex causa quãtumvis justa celebrare Missam, operto capite sine licentia Episcopi, aut (si est Regularis) sui Prælati. Ita Homobonus *de Exam. Eccl. part. 2 tractat. 4. cap. 15. qu.* 145. Imò Gavantus *comm. ad Rubr. Missal tom. 1. part. 2. tit. 2. littera F.* docet hanc facultatem pertinere ad Summum Pontificem. Et ita declarasse Sacram Congregationem Episcoporum negotiis præpositam anno 1590. & Sacram Congregationem Rituum anno 1626. Et Scottia *de Sacram. Missæ libr. 1. cap. 4. numero 2.* notat, Gregorium XIII. vix dispensasse cum Episcopo Nicææ pro infirmitate, ut (Canone excepto) operto capite celebraret. Quod si gravis infirmitas id exigeret, & licentia facilè postulari non posset, putat Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 83. sect. 3.* posse id fieri sine gravi culpa. Et Ledesma *in summ. 1. de Sacram. Eucharist. cap. 21. concl. 7.* id absolutè probabiliter docet secluso scandalo, & contemptu: quia secluso Canone, non videtur materia peccati mortalis. *p. 2. tr. 14. res. 58.*

21. Quo-

Sacerdos in necessitate potest celebrare sine ministro.

21. Quoad MINISTRUM, Villalobos *in summ. part. 1. tract. 5. diff. 34. numer. 2.* putat, in casu necessitatis omitti posse, ut si in die festo, aut cum consecrandum esset viaticum pro moribendo, haberi non posset. Et ità ego teneo contra Bonacinam *de Sacrament. disput. 4. quæst. ultim. punct. 9 numer. 33 part. 2, tr. 14. resol. 43.* An verò in tali casu admitti possit fœmina? Negat Suarez in 3. *part. tom. 3. disput. 88. sect. 1.* & alii ex *cap. 1. de cohabit. cleric. & mul.* ubi dicitur, ut nulla fœmina ad Altare præsumat accedere, aut Presbytero ministrare. Et ita etiam ipse teneo. Sed Nugnus *in 3. par. tom. 1. quæst. 83. art. 6. dub. 1.* Affirmat. Quia ex hoc nullum sequitur inconveniens, & ex alia parte sacrificium fit debito modo, & cum debitis responsionibus, absque confusione. Textum autem prædictum loqui extra casum necessitatis; ut patet ex verbo, præsumat, *part. 2 tract. 14. resol. 44.*

Sed an cum fœmina.

Missa celebrari potest ab aurora, & aliquanto ante.

22. Quoad TEMPUS celebrationis Doctores communiter docent, incipere ab initio Auroræ. Quod tamen non debet intelligi indivisibiliter; Nam Reginaldus *tom. 1. libro 29. cap. 9. numer. 173.* concedit quadrantem ante auroram. Homobonus *in exam. part. 1. tractat. 4 caput. 24. quæst. 136.* semihoram ante solis ortum, Azorius, *part. 1. libr. 10. cap. 25 quæst. 5.* horam, & quadrantem ante solares radios manifestos. Sed probabilius Joannes de la Cruz *in direct part 2. de Sacram. Missæ, quæst 2. dub. 1. conclus. 3. in fine*, horam cum dimidia ante Solis ortum. Imò Fernandez *in exam. part. 3. cap. 5. §. 14. numero 3.* addit aliam semihoram. Ex quibus infert Suarez in 3, *part. tom 3. disp. 80 sect. 4.* Religiosos, qui habent privilegium celebrandi una hora ante diem, posse celebrare tribus horis ante diem. Et ipse addo cum dicto de la Cruz, *ubi supra*, posse celebrare statim post Matutinum, vel duas horas ultra mediam noctem, *par. 2. tr. 14. ref. 33.*

Et à Religioso statim post Matutinum.

Pro communicando autẽ infirmo etiã media nocte.

23. Verùm pro infirmo communicando licet celebrare, etiam media nocte. Ita Victoria *de Eucharist. numero 95.* contra Henriquez, *libr. 5. cap. 24 num 5.* Qui putat, licere ob itinerandum, vel aliam honestam causam, celebrare ante auroram. Sed hoc Layman *lib. 4. tr. 5. c. 4. n. 3.* non admittit quia est contra Canonem, & universalis Ecclesiæ consuetudinem. *Ibidem §. Non reiceam.*

Non est mortale celebrare ante recitatum Matutinum

24. Sacerdos celebrans antequam recitet Matutinum, secundum Cenedum *in qq. can. quæst. 3. numer. 7.* & triginta Doctores apud ipsum peccat mortaliter, quia violat Rubricam Missalis præcipientem, & consuetudinem observantem, ut Missa post recitatum Matutinum celebretur. Sed contraria sententia Barbosæ *de potestate Episcopi, part. ... alleg. 24. numero 15.* & aliorum triginta est probabilior. Quia, ut ait Sylvius, Matutinum, & Missa non habent inter se connexionem, & ordinem. Nam illud inventum est ad exhibendum Deo cultum pro populo: hæc verò ad instaurandam memoriam passionis. Cur ergo unum debet aliam præcedere? Ad argumentum de Rubrica respondetur, illam non esse præceptivã, neque jus novum statuere, sed declarare modum, quo solet, & expedit fieri. Unde & admonet Sacerdos, ut prius aliquantulum orent. Ad illud de consuetudine, respondetur, non obligare sub mortali, *p. 2. tr 14. ref. 36.*

Missa celebrari potest usque ad meridiem, & paulo ultra.

25. Terminus verò, ad quem usque Missa celebrari potest, est meridies inclusivè, qui nec mathematicè accipiendus est: Nam Præpositus *in 3. part. quæstion. 83. artic. 2. dub. 4. numero 143.* concedit parum ultra; quia parum pro nihilo reputatur, *part. 2. tract. 14. resol. 34. part. 3. tr. 4 resol. 105. & part 5. tr 5, ref. 58* Et Azorius *part. 1. l. 10. c. 25. quæstion. 6.* ait Sacerdotem peccare mortaliter, si differat Missam ad tertiam partem horæ post meridiem, Layman *lib. 4. tr. 5. c. 4. n. 4.* si ad mediam horam, Bonacina *de Sacr. disput. 4. quæst. ultima, par. 9. num. 6.* si ad tres quadrantes. Tandem Sylvius *in 3. par. quæstion. 83. articul. 2.* si ad horam *par. 2. tract. 14. resol. 34. §. Verum, & p. 5. tr. 5 resol. 105.* Et Philippus de la Cruz *tr. 10. §. 3. coroll. 2.* docet non esse

Et à Religiosis trib. horu post meridiem

Peccatum mortale, nisi Missa differatur Per horam integram à meridie. Sed communis opinio est in contrarium *p.5.tract.13 resol 7.* Religiosi verò ex privilegio celebrare possunt usque ad Nonam inclusivè, idest tribus horis post meridiem Ita de la Cruz *in direct.part 2. de Sacrament. Miss. quæst. 2. dub.1. conclus.4.* Et Sacerdos in die festo ratione itineris impeditus, ex Layman *ubi supra* potest Missam incipere una hora post meridiem. *part. 2. tract.54. resolut.34.* in fine.

An in Sabbatho Sancto licèat celebrare privatim?

26. Omnes Sacerdotes in Sabbatho Sancto celebrare possunt privatim. Ita Hurtado *de Sacrament. disputat. 4. de sacrificat. Missæ. diff. 3.* Qui advertit, quòd, si quis celebrare velit ante solemnem, poterit dicere Missam de Sancto in ea die contingente, vel votivam ad libitum *part.4.tractat.4.resol.237.* in fine. Quod etiam docet Ledesma *in sum. part.1.tractat.8.dub.20.numer. 4.* † & à fortiori procedit † si in eo die Festum Annunciationis occurrat. *part. 2. tractat.14.resol.21.* In Cœna domini non est quidem obligatio abstinendi à celebrando; probabilius tamen est, quod eo die non liceat celebrare post missam summam, quia tum statim incipiunt vesperæ paraseeves. Vasq. Garz. Caspen. *p. 11.tr.5.res.32.*

Et quid, si ea die contingat Festũ Annunciationu?

An liceat celebrare extra Ecclesiam?

27. Quoad locum, Sotus *in 4. distinct. 13. quæst.1.artic.3.* & Sa, *v. Missa, numer.* 29. docent, seclusò contemptu, & scandalo, licere sine justa causa celebrare extra Ecclesiam. Sed DD. communiter cum Villalobos *in summ. part. 1. tractat.15. difficult.23. numer.* 1. Sacerdotem, id sine justa causa facientem, dicunt peccare mortaliter. Quod colligitur ex *C. sicut, C. Sic ergo, C. nullus, de consecrat. distinct.* 1. ubi id expressè prohibetur: nam cum materia sit gravis, sine dubio obligat sub mortali, *part.2. tract. 14. res. 38. p.12.tr.4.res.2.*

Et in mari?

28. Sed an liceat pro communicando infirmo, vel audiendo Sacro in diebus festivis celebrare in mari? Negant DD. communiter cum Navarro, *cap 25. num.* 82. tum ob consuetudinem, tum etiam ob indecentiam. Sed Granado *in 3. part. controv.6. tractat.14. disputat.13. numer.* 2. & alii tenent, non fore illicitum, si mare sit tranquillum, & sit alius Sacerdos, qui Calicem post Consecrationem firmiter teneat: nam quandoque in triremi potest decentius Altare erigi, & ornari, quam in littore, & fætor piscis abigi potest fumis odoriferis. Hoc autem ait Coninch *de Sacrament. quæst. 83. artic. 3. duc.1.num. 226.* in nullo casu fieri posse sine licentia Papæ. Sed Granado *ubi supra, num.6.* putat, in necessitate sufficere licentiam Episcopi, *part.5. tract.2. resol.*

An Episcopus celebrare possit in altari à se erecto extra diœcesim?

29. Episcopus secundum Bejam. *part. 4. cas 33.* non potest extra diœcesim Altare erigere, & celebrare, aut in sua præsẽtia celebrari facere. Maximè si sit prohibitum universaliter ab Episcopo illius Diœcesis. Sed Portellius *in resp. reg. part.5. cas.20. numer.7.* docet absolutè sententiam affirmativam *ex cap. final. de privileg. in sextò.* Et præterea: quia celebrare Missam hujusmodi non est exercere jurisdictionem contentiosam, sed voluntariam. Posse etiam erigere Oratorium in suis Palatiis, & in Villa rurensi, & ibi celebrare, vel audire Missam. Et portare posse Altare viaticum, & in itinere ubicumque extra Romam celebrare, aut celebrari facere, docet Gavantus *in Enchirid. Episc. V. Episcopus, numer. 8. part. 4. tractat.4 resolut. 15. & part. 5. tractat. 2. resolut. 77.*

Et erigere Oratorium in suo palatio?

Et celebrare in itinere cũ altari portatili?

Et hanc facultatem ubique in Altari portatili celebrandi habent ex Portellio V. *Altare, num.* 1. contra Mirandam. *tractat.1. quæst. 40. artic.9.* Religiosi non contradicente Episcopo *part. 3. tractat.2. resolut.80.* Adverte autem, quod in Oratorio Episcopi non potest quis celebrare absente Episcopo: quia illud privilegium non est reale, aut locale, sed personale *part.4. tract.4 resol. 15. §. Notandum.*

In Oratorio Episcopi non potest celebrare alius absente Episcopo.

30. Prohibitus celebrare in loco delicti (quod solet contingere, quando Papa dispensat cũ aliquo in irregularitate ex homicidio, excipiens pro celebratione locum delicti) videtur quòd celebrare non

Prohibitus verò celebrare in loco delicti, celebrare potest in Ecclesia

propè muros Civitatis, in qua deliquit.

non possit propè locum delicti, ut in aliquo Monasterio, quòd sit extra muros. Nam *in leg. qui in continentibus. ff. de verbor. significat.* natus in suburbiis dicitur natus in civitate, & ex *l. cui quæ Romæ, ff. de legat. 3.* legans bona, quæ habet Romæ, censetur legare, quæ habet in suburbiis. Et tandem summi Pontifices Basilicas Sanctorum Petri, & Pauli, quæ sunt in suburbiis appellant de Urbe. Sed existimo, talem in iis Ecclesiis celebrare posse; Nam Pontifex in cap. *Si civitas, de sentent. excommunicat. in 6.* ait civitates murorum ambitu terminari, præter casum interdicti, in quo justis de causis interpretatio fieri debet largior. Et nomine Civitatis propriè venire solum, quod muris clauditur, docet Barbosa *in collect. tom. 4 lib. 15. cap. 16. numer. 4.* Præterea Menochius *de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 155. num. 10.* & alii probant, in materiis odiosis nomine Urbis non venire suburbia. Et certè in pœnis benignior interpretatio est adhibenda. Tertius verò in contrarium adducti omnes loquuntur in favorabilibus. *part. 4. tract. 4. resolut. 23.*

In celebrante requiritur intentio.

31. † Circa DISPOSITIONEM vide multa V. *Communionis dispositio.* Hic solum libandum aliquid de intentione, & statu celebrantis. Pro conficiendo igitur Sacramento requiritur intentio formalis, aut virtualis, quia voluntas debet esse operativa. Vide V. *Eucharistia à num. 6.* Sed pro applicanda Missa, non ita. Vide V. *Missam, num. 5.*

Et celebrare in mortali est sacrilegium. Sed non triplex.

32. Celebrare Missam in peccato mortali, est sacrilegium. † Non tamen triplex, unum indignæ oblationis, alterum indignæ consecrationis, & tertium indignæ communionis. Quia oblatio, & consecratio sunt propter communionem; & ubi nullum est propter aliud, ibi est tantùm unum. Ita Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 31. quæst. 11 part. 1. tractat. 4. resolutio 24.*

Sacerdos confessus Missam incipiens, si recordatur alicuius mortalis ob-

33 † Qui ergo conscius sibi est peccati mortalis, confiteatur, & se probet per pœnitentiam, ut admonet Tridentinum, *sess. 11. cap. 7.* & postea celebret. † Quod si, postquam confessus est, & Missam incipit, recordatur alicujus peccati mortalis obliti, sequi potest Missam: nec enim tenetur conteri, vel alteri: nam contritio solùm requiritur ad remissionem culpæ, illa verò culpa jam remissa fuit indirectè per pœnitentiam virtualem. Neque est aliquod præceptum de elicienda contritione, vel attritione extra Sacramentum: nam non est divinum; quia in lege nova non est aliquod præceptum merè positivum; nisi circa susceptionem Sacramentorum: nec naturale, nam de jure naturæ solùm tenemur pœnitere formaliter, ut reconciliemus nos Deo: hic autem supponitur reconciliatus; denique nec Ecclesiasticum, quia Ecclesia non potest præcipere actus internos, qualis est contritio, & attritio. Neque dicas, quod talis teneretur confiteri, si posset: ergo dum non potest, teneri ad contritionem. Nam in Paschate omnes fideles tenentur confiteri, & tamen; quamon habet copiam Confessarii, ex Filliuccio *tom. 1. tractat. 6. cap. 8. numer. 209.* & aliis communiter, non tenetur conteri. *part. 2. tractat. 14. resolut. 48. & part. 5. tractat. 4. resol. 5.* Tenetur tamen is confiteri, si inter concionem, vel cantionem potest. Ita Sylvester V. *Eucharist. quæst. 7.* & alii. Et universaliter probabilior est sententia Coninch. *de Sacrament. quæst. 80. artic. 4 dub. 1.* contra Henriquez *lib. 8. cap. 46.* quòd, si commodè, & sine scandalo potest, teneatur ante consecrationem quàdocumque confiteri, *part. 3. tractat. 4. resolut. 44. 18. & resolut. 77.* Unde reprobanda est opinio Cornelio *in 3. part. tom. 2 tractat. 4. disp. unica, dub. 3 num. 3.* qui (vir alioqui doctissimus) probabile putavit, oblitum in Confessione alicujus mortalis, posse sic celebrare, absque eo, quod confiteatur, donec in Paschate urgeat positivum præceptum Confessionis. Quæ opinio deleta fuit in Inquisitione Hispanica per particulare decretum, *part. 5. tractat. 14. resolut. 5.* in fine. An teneatur confiteri quamprimum post sacrificium, dicemus infra *numer. 42.*

litis, non tenetur conteri.

Sed si potest absque scandalo, tenetur confiteri.

Si autem Missam incepit sine Confessione existimans non habere mortale, & postea recordatur habere, tenetur conteri.

34. Si verò Sacerdos bona fide Missam inciperet nulla præmissa Confessione, quia scilicet existimaret se non habere peccatum mortale, & postea in Altari recordaretur se illud habere, teneretur elicere actum contritionis, & postea Missam prosequi. Sed quid, si ad contritionem excitari non posset? Casus est metaphysicus; nam, cum Deus semper paratus sit auxilium præbere in quacumque angustia potest conteri. Sic Ochagavia *de Sacrament. tract. 2. de Eucharist. effect. quæst. 8. num. 4.* P. Sito tamen quod non posset, saltem sine magna difficultate. Vasquez *in 3. part. tom. 3. disputat. 207. cap. 1.* & Hurtado *de Sacrament. disputat. 8. de Euchar. diffic. 1.* tenent, non peccaturum mortaliter, si cum hujusmodi conscientia peccati mortalis Sacramentum recipiat: quia præceptum dignè communicandi non videtur ita strictè obligare, ut cogat in eo casu ad dimittendum sacrificium inchoatum cum populi scandalo & sui honoris dedecore. Quod intelligunt, si non adesset solus minister, quem facilè posset in alium locum mittere, & mentem interim ad contritionem componere. Idémque docent de laico, qui jamiam recepturus Eucharistiam de manu Sacerdotis, nec aliqua occasione divertere potens, recordatur peccati mortalis, & conteri non potest. Quæ sententia est probabilis, *part. 4. tractat. 4. resol. 98. part. 5. tractat. 13. resol. 74. §. Non desinam.*

Sed quid si ad contritionem excitari non potest?

Potest verò Sacerdos celebrare cum sola contritione, ad satisfaciendū præcepto in die festo, si alio modo non potest.

35. Potest verò Sacerdos in peccato mortali existens, sine prævia Confessione cum sola contritione celebrare; primò, ad satisfaciendum præcepto in die festo, si nimirum, dum iter facit, non habet copiam Confessarii, nec Missam audire potest. Ita Vega *in summ. tom 2. cap. 41. cas. 4.* contra Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 67. sect. 4.* Non tamen tenetur id facere: quia sequi potest contrariam sententiam. Neque dicas, quòd præceptum de confitendo ante Communionem sit divinum, & præceptum de audiendo Sacro in die festo, Ecclesiasticum, ac proinde hoc debere illi cedere. Nam in aliquibus casibus, quando concurrunt duo jura imparia, licet Sacerdoti ob probabiles rationes sequi quam maluerit. Inter quos casus unus est præsens, quia Concilium Tridentinum *sess. 13. cap. 7.* & DD. dicunt, id licitum esse, si urgeat necessitas, & copia Confessarii desit. Adde quod probabile est juxta Concilium, præceptum de confitendo ante Communionem esse juris humani, *part. 2. tract. 14. resol. 63.*

Ad implendum ipse vel alii præceptum Communionis in Paschate.

36. Secundò, potest sine Confessione celebrare, ut ipse, vel alii impleant præceptum Paschale Communionis. Quia hoc præceptum non est pure Ecclesiasticum, sed divinum, determinatum tamen ab Ecclesia quoad tempus. Ita Lugo *de Eucharist. disputat. 14. sect. 5. numer. 11.* contra Suarez *in 3. part. quæst. 80. artic 4. dub. 2.* Aliter tamen dicendum est de Communione debita ex voto, aut etiam ex alio præcepto, *part. 5. tractat. 13. resol. 63.*† licet *in part. 4. tract-4. resol. 96.* judicium suum ferre noluerit.†

Vt alii in die festo Missam audiant

37. Tertiò potest sine Confessione, & cum contritione celebrare Sacerdos, etiam non Parochus, & in die festo, ut alii Missam audiant, si non adsit Confessarius, nec alius Sacerdos ad celebrandum. Nam in hoc casu urget necessitas proximi, quæ reputari debet, ut propria. Respondet Suarez *tom. 3. in 3. part. disputat. 67. sect. quarta*, quod illi non peccabunt non audiendo sacrum, si ipse non celebret: Sed contra est: Nam (in casu, quo non esset viaticum dandum moribundo, posset Sacerdos celebrare absque Confessione. Ita Lugo *part. 5. tract. 3. resolut. 36. §. Notandum est.*) Et tamen non peccaret moribundus decedens sine viatico, Sacerdote non celebrante, & Sacramento deficiente. Est ergo nostra opinio satis probabilis; licet contraria sit etiam probabilis, *part. 2 tract. 4. resol. 14.*

Et in casu necessitatis si habeat reservata, & solum adsit

38. Quartò probabile est; quòd Sacerdos in casu necessitatis possit sine prævia Confessione celebrare, si habeat peccata reservata, & solum adsit Sacerdos inferior

Confessarius inferior.

inferior carens auctoritate in reservata. Etiam, si ultra reservata haberet quoque non reservata. Quia tunc judicare posset, non adesse copiam Confessarii dum non adest à quo integrè absolvi possit. Adde, quòd eadem peccata bis confiteri, grave onus videtur. Ita Sancius *in Select. disp. 32. numer. 10.* Præpositus *in 3. part. quæstion. 80. artic. 5 dub. 3. num. 17.* & alii. Imò Hurtadus *de pœnitent. disputat. 14. diff. 14.* sic fieri debere, existimat. Aliqui docent, quod si una cum reservatis haberet etiam non reservata, teneretur omnia confiteri cum illo Sacerdote, ut ab omnibus saltem indirectè absolvatur. Ita Suarez *ubi supra.* Et Coninch *de Sacrament. quæst. 80. art. 4. dub. 2. num. 21.* id faciendum putat, etiamsi talis præter reservata haberet solum venialia. *part 2. tract. 4. resol. 65. part. 4. tract 4. resol. 96. & part. 5. tract. 13. resol. 9. & 10.*

Sed quid, si una cum reservatis habeat non reservata.

Aliqui dicunt, debere omnia illi Confessario confiteri.

39. At potestne Sacerdos celebraturus ad vitandum scandalum, vel aliquem communicaturus, absente superiore, confiteri cum Sacerdote inferiori peccata non reservata, & reservata relinquere, & sic Confessionem dimidiare? Negat Valentia *tom. 4 disput. 7. quæst. 11. punct. 1.* quia Confessio debet esse integra quantum potest, ut omnia peccata directè, vel indirectè absolvantur. Contra verò Hurtadus *ubi supra*, tenet, ut supra diximus, in tali casu Sacerdotem vel alium communicaturum omittere debere Confessionem, & se gerere, ac si non haberet copiam Confessarii, quia Sacerdos simplex non potest ullo pacto absolvere reservata extra mortis articulum, ut ait Tridentin. *sess. 14. cap. 7.* & aliàs Sacerdos non approbatus, auditis venialibus, & mortalibus posset absolutionem impendere: quia nimirum habet potestatem in venialia. Sed nihilominus probabilis est supradicta opinio Valentiæ, quod pœnitens in tali casu teneatur reservata, & non reservata confiteri cum Sacerdote inferiori. Sicut etiam posse celebrare contritum sine Confessione. Et probabilis præterea est opinio Mendozæ *in 2. 2. disputat. 84. sect. 7. §* 182. quòd possit Confessionem dimidiare, & reservata relinquere; quia ad absolutionem indirectam non est necesse, quod peccata exprimantur, ut patet in peccatis oblitis. Neque verò Confessio debet esse integra quoad ea, quæ excedunt Confessarii potestatem.

Alii verò, debere omittere Confessionem, & celebrare vel communicare cum sola contritione.

Et utrumque est probabile, sicut etiam Confessionem dimidiam confitendo non reservata tantum.

Idque procedit etiam in excommunicatione, etiam contracta propter hæresim, si urgeat præceptum Paschatis, vel faciendum sit Sacrum ratione scandali, & adsit Inquisitor, vel Episcopus, &c. Vel enim talis tenetur Confessionem dimidiare cum Confessario inferiori, & hæresim subticere, sicque ab illa indirectè absolvi, vel etiam hæresim exprimere. Ipsi tamen imponendum est onus comparendi ante aliam Confessionem, & si pertinax sit in comparendo, neganda est absolutio. Si autem onus acceptet & postea non comparet ex culpa sua, iterum peccabit, & urgente novo præcepto, aut necessitate communicandi, major cautio est exigenda. Si autem hic posset sine gravi nota vitare communionem, aut Sacrum, id teneretur præstare. Ita Mendoza *ibidem numer.* 185. Dices: nemo absolvi potest à peccatis, nisi prius absolvatur ab excommunicatione. Respondeo, regulariter loquendo, verum esse; quia excommunicatio facit, ne quis licitè Sacramenta suscipiat. In casu tamen necessitatis, posse, quia ex una parte lex Ecclesiastica non obligat cum tanto dispendio, & ex alia, excommunicatione ligatus validè Sacramenta reciperet. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 9. diff. 40. num. 7.* contra Vasquez *in 3. part. tom. 4. tract. de excomm. dub. 4. num. 8.* Qui affert casum, in quo excommunicatus sine peccato Eucharistiam sumeret: si nimirum Confessarius oblitus absolvere excommunicationem absoluisset peccata. *part. 3. tract. 14. resol. 104. & tract. 5. resol. 68. & part. 5. tract. 13. resol. 10.*

Etiam si talis sit ligatus excommunicatione reservata pura hæresis, &c.

Nam absolutio à peccatis in excommunicatum non cadit invalidè sed illicitè quando non urget necessitas.

40. Petes primò: Secluſa necessitate, potestne Sacerdos, vel alius non habens copiam superioris, confiteri cum inferiore, exprimendo reservata, vel subticendo, ob id solum, ne multum

Et quidem necessitas in supradictis casibus est etiam longæ moræ, quæ

requiritur in adeundo superiorem.

tum differat Confessionem, vel Communionem? Respondeo cum Suarez *tom. 4. disp. 73. sect 2. num. 7.* & Granado *in 3. part. controv. 7. tract. 9. disput. 3. num. 22.* posse. Longa enim mora in Confessione est gravissimum damnum: nam pœnitens privatur gratia Sacramentali remissiva peccatorum, & auxiliis gratiæ vitandi peccata de cætero, & præsertim gratia Eucharistiæ, quæ est maxima. Tum præterea, quia diu versari in peccato mortali est maximum damnum, contritio autem est multum difficilis. Sed an id possit, si superior habens facultatem in reservata adiri potest in crastinum? Videtur Mendoza *in 2. 2. disp. 84. sect. 7 §. 190.* posse, nec debere hominem noctu ad somnum accedere in peccato mortali, sine Confessione; quia est periculum quo ex illo somno, ut multoties contingit, rapiatur ad inferos. Sed nihilominus noluit id decernere. Ipse vero existimo, non posse: nam periculum moriendi non solùm est in spacio unius noctis, sed etiam unius horæ, & momenti: unde quis posset confiteri cum primo Confessario, qui occurrit, & nunquam quærere superiorem, quod est absurdum, *part. 5 tractat. 13. resolut. 8.*

Et Mendoza putat unam noctem esse moram sufficientem.

Sed perperam.

Sed an dimidiari possit Confessio longa, si urgeat tempus communicandi?

41. Petes iterum: An possit Confessio dimidiari, si statim celebrandum, vel communicandum sit propter scandalum, & Confessio esset multum longa, & finiri non possit? Respondeo, Vide infrà Verbo *Confessionis, num. 48.*

Sacerdos qui in necessitate sine Confessione celebravit ex defectu Confessarii, tenetur confiteri quamprimum.

42. Porrò Sacerdos, qui in casu necessitatis carens Confessario sine Confessione celebravit, tenetur confiteri quamprimum. Quia, ut docet Suarez *tom 3. quæst. 66. sect. 7.* & alii communiter, ita præcipit Tridentinum *sess. 13. cap. septimò.* Quamvis non desint, qui dicant, Concilium id non præcipere, sed consulere, inter quos est Villalobos *in summ. par. 1. tract. 7. dub. 37. num. 7.* Sed posito, quod Concilium id præcipiat, habet multa dubia. Primum est, quomodo intelligi debeat illud, *quamprimum?* Sancius *in Selectis disput. 32. num. 14.* & alii explicant, *statim finita Missa.* Ego olim exponebã *intra triduum*; quia quod intra triduum fit, dicitur statim fieri, *l. fin. Cod. de iudic. ibi, illicò autem, id est intrà triduum.* Sed Fagundez *tract. 3. l. 3. cap. 8. n. 9.* & alii explicant, *cùm primùm celebraverit.* Et quamvis dici possit, quòd Sacerdos id facere teneretur secluso præcepto Concilii, unde Concilium nihil novi præciperet. Et quod alioqui posset Sacerdos confiteri post sex menses, si per sex menses non celebraret, quod est absurdum; nihilominus talis opinio est probabilis saltem per locum extrinsecum, *part. 2. tractat. 14. resol. 60.* Sed extra Conibus à priori non placet. *part. 5. tractat. 13. resolutio. 64 §. Non desinam.* in fine.

Idest (ait Fagundez) cum primùm celebraverit.

Sed non placet.

43. Secundum est, an hoc præceptum obliget in casu, quo Sacerdos bona fide Missam incipiens, postea recordatus peccati mortalis, non confitetur, ne notam infamiæ contrahat, habens nihilominus copiam Confessarii? Et respondendum negativè cum Sayro *de Sacrament. lib. 2. cap. 7. artic. 2.* contra Reginaldum *tract. 1. lib. 29. cap. 7. numer. 110.* quia Concilium exprimit casum, in quo quis celebraret sine Confessione ob carentiam Confessarii. *par. 2. tr. 14. res. 61.*

Porrò hoc præceptum non ligat Sacerdotem, qui bona fide Missam incipiens recordatur peccati mortalis.

Nec si Confessionem omittat ex malitia

Vel in ipsa Missa peccet mortaliter.

44. Tertium est, si Sacerdos Confessionem omitteret ex malitia? Quartum, si in ipso sacrificio ante Communionem peccaret mortaliter? Et ad utrumque Sylvius *in 3. part. quæst. 80. artic. 4. dub. 2.* Respondet obligare. Sed Nugnus *in 3. part. tract. 1. quæst. 88. artic. 4 difficult. 4.* probabilius docet, non obligare. *Ibidem.* in fine.

Sed quid si Confessus fuit, sed alii cuius mortalis oblitus est.

45. Quintum dubium est, si Sacerdos ante celebrationem Confessus, aliquod peccatum omisisset ex oblivione? Ad quod Præpositus *in 3. part. quæst. 80. art. 3. dub. nrm. 21.* respondet, in tali casu debere confiteri quamprimum. Quia, inquit, hoc peccatum per se loquendo, debebat ante Communionem subjici clavibus & dici potest, quod conscius illius celebraverit sine illius Confessione *part. 4. tr. 4. resolut. 97.* Idem docet Lugo *de Sacrament. disput. 14. sect. 7. num. 152.* in casu, quo Sacerdos habens reservata

Et certis alii casibus.

defici-

deficiente superiore, & urgente necessitate Confessus esset inferiori non reservata, & celebrasset. Vel antea quidem Confessus, & absolutus, recordatus postea mortalis obliti, nec valens illud cõfiteri, sine nova Confessione celebrasset, *part.5.tractat.13.resolutio.64.*

Certum est autem, præceptum non comprehendere laicos.

46. Sextum dubium est, an hoc præceptum extendatur ad laicos. Et respondetur negativè cum Sylvio *in 3. part. qu. 80. art.2. dub.2.* & alii communiter contra Navarrum *apud ipsum ibid.* Quando enim laicus aliquod peccatum in Confessione omittit, quod ex justa causa explicare non potest, satis est, quod illud postea confiteatur urgente Confessionis præcepto, *part.2.tract.14.resolut.50. & part.5.tract.14.resolut.54.*

Aut Sacerdotes communicantes more laicorum.

47. Septimum denique, si extendatur ad Sacerdotes more laicorum communicantes. Et respondendum negativè cum Villalobos *in sum.part.1.tract.3.dub. 31.num.8.* quia tunc non se habent ut Sacerdotes. Secus si Sacerdos communicaret in semi sacrificio Paraseeves. Vel assumeretur ad complendum sacrificium ab alio inchoatum. *part.1.tract.14. resol. 60.* in fine.

CENSVRA.

Censura quid?

1. CEnsura est pœna Ecclesiastica, his, vel illis Ecclesiæ bonis hominem privans. Tres sunt ejus species Excommunicatio, Suspensio, & Interdictum. † Irregularitas non est censura *ex cap. quærenti de verb.signific.* Ita Faber. *de Sacram. ordin. dist.25. quæst.1. disputat. 3 num 35.* & alii. Sed Corneio *in 3.part. tractat. 5. disput 1. dub. 2. diff. 2.* & alii probabiliter etiam docent, irregularitatem provenientem ex mero delicto, & quæ est pura pœna peccati, esse censuram; quam opinionem ait Crux *part. 2. tractat. ... de irregul. dub. 15. concl. 2.* esse communem inter Thomistas. Probatur autem; quia in multis Bullis, postquam concessa est facultas absolvendi ab excommunicatione, suspensione, & interdicto, subjungitur, *& ab omnibus censuris, & pœnis Ecclesiasticis*, quibus verbis non potest aliud significari, quàm hujusmodi irregularitas; nam tres censuræ communes jam præmissæ sunt. Vide Bullam Pii V. ann. 1561. Igitur secundum hanc opinionem potest Confessarius virtute Cruciatæ ab his irregularitatibus absolvere, *part. 1.tract. 11.resol.27. & part.4.tr.2.resol.81.*

Et quæ illius species?

Irregularitas non est censura.

Sed oppositum est probabile de irregularitate ex delicto.

2. † Omnis verò censura aut est à jure, aut ab homine. A jure dicitur, quando fertur à judice habente potestatem condendi legem, ea intentione, ut condat generale statutum, obligans sub censura. Ab homine verò, cum fertur intentione non condendi legem perpetuam, sed statutum tẽporale, & transitorium obligans sub censura. Item, utraque hæc censura alia est latæ sententiæ, quæ incurritur ipso jure, alia est sententiæ ferendæ, seu comminatoriã, quæ non incurritur, nisi post sententiam Judicis. † In dubio verò, an censura sit latæ, an verò ferendæ sententiæ, censeri debet ferendæ: quia odia sunt restringenda. Ita Avila *de cens. part. 2. cap.2. dub. 2 part. 4. tract.3. resolut.16.*

Censuræ aut est à jure, aut ab homine.

Aut latæ sententiæ aut ferendæ.

3. † Causæ censuræ sunt quatuor. Efficiens, materialis, formalis, & finalis.

Cẽsuræ quatuor causæ. Efficiens est omnis, qui habet jurisdictionẽ spiritualem in foro exteriori.

4. EFFICIENS est ille, qui potest ferre censuram: nimirum Papa, Concilium generale, Provinciale, Cardinales, Episcopi, Inquisitores, Abbates, Generales, Provinciales, & Priores Religiosorum, & omnes habentes jurisdictionem spiritualem in foro exteriori. † Potest autem jurisdictio ferendi censuram acquiri consuetudine, *c. dudum, de election.* Et præscriptione, *cap. auditis, & cap. cum olim, de præscriptio.* Et ratio est, quia his modis mutantur jura, & dominia. Censetur autem in his casibus concedi à Summo Pontifice, ut jurisdictiones Ecclesiasticæ certæ sint. Ita Mercerus *in 3. part. quæst. 21. dub. 3.* & Doctores communiter. Qui advertunt, hanc potestatem hoc modo acquiri posse quoad unam censuram, & non quoad aliam: quia inter censuras non est conexio necessaria. Et consuetudo, vel præscriptio circa actus unius generis, non dat facultatem ad actus alterius generis. *part. 5. tr.9 resolut.42.*

Quæ acquiri potest consuetudine, & præscriptione.

Sed non à fœmina.

Vel laico.

5. Porrò, ut consuetudine, vel præscriptione acquiratur jurisdictio ferendi censuram; subjectum debet esse capax. Incapax autem hujus jurisdictionis est fœmina, ut diximus V. *Abbatissa, num.* 1. Sicut etiam vir laicus. Qui, non solùm non potest ferre censuram, sed nec, vel incidenter, de censuræ nullitate cognoscere, aut ordinare, ut non servetur, & quòd tollantur cedulones de portis Ecclesiarum. Et Princeps laicus non potest Episcopis vel Vicariis prohibere, ne aliquem excommunicent, nisi sibi prius censuræ causam ostendant. Quia hæc omnia sunt actus jurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ in laicum cadere non potest. Ita Portocarrero, *in allegat. iurisd. S. Officii num.* 97. & alii communiter contra Pereiram *de manu regia cap.* 7. *n.* 27. *part.* 4. *tr.* 1. *resol* 98.

Qui potest ferre censuram non potest ferre in propria causa.

6. Habens potestatem ferendi causam, non potest ea uti in propria causa: Nam in causa propria nemo judex esse permittitur. *cap. inter querelas, cap.* 3. *qu.* 4. Verum Innocent. IV. *cap. dilecto filio, de sentent. excommunic. in* 6. id intelligendum inquit de censura per modum judicii, non per modum justæ defensionis in invasorem: quia licet vim vi repellere. Et Abbas *ad cap. cum venissent, de iud.* ait licere ut potestate censuræ in propria causa, etiam per modum judicii ubi causa est adeò manifesta, ut nec negari valeat, nec examinari oporteat, *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 52.

Vel extra territorium.

7. Item, habens potestatem ferendi censuras, non potest illas ferre, dum est extra territorium; quia jurisdictio contentiosa clauditur territorio, *cap. novit, de sentent. excommunic.* Ubi Pontifex non aliter salvat censuram latam à Legato contra Regem Galliæ, quàm ex eo, quod nondum fuerat terminos suæ legationis egressus. Unde Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 1. *dub.* 5. *numer.* 34. probabiliter docet, Episcopum non posse ferre censuram extra diœcesim, etiam in delicto publico, & quando causæ cognitio non prærequiritur. Sed ego in hoc casu contrarium teneo cum Cornejo *in* 3. *part. tract.* 5. *disputat.* 6. *dub.* 6. *quæst.* 1. Et favet *cap. cum sit.* §. *fin. de appell. cap. evidentia, de accus. & cap. manifesta* 1. *quæst* 1. *part.* 5. *tractat.* 9. *resolutio* 35.

An pro eodem delicto incurri possit duplex censura?

8. Si plures diversæ potestatis ferant eamdem censuram, Papa, verbi gratia, & Episcopus, intendens uterque novam censuram imponere, contravenientes plures excommunicationes incurrunt. Secus, si eadem lex ab eodem superiore sæpius renovetur.

Materialis causa censuræ remota.

9. † MATERIALIS causa censuræ est duplex. Remota, & proxima. Illa est subjectum capax censuræ, hæc causa propter quam incurritur.

Est homo baptizatus.

10. Subjectum capax censuræ est, homo viator, baptizatus, adultus, subditus.†

Est enim proprium omnis censuræ, non ligare pueros ante pubertatis, exceptæ ea, quæ fertur *in can. si quis suadente.* Ita de censuris ab homine docet Sanctius *disputat.* 26. *numer.* 18. *ex cap.* 2. *& cap. referente, de delict. puer.* Et de censuris à jure Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *disput.* 1. *punct.* 24 §. 2. *numer.* 8 contra Ugolinum *de cens. cap.* 17. §. 3. *num.* 5. Et ratio est, quia odia sunt restringenda, *part.* 3. *tractat.* 6. *resol* 88. Idem docet Sanctius de irregularitate. Vide V. *Irregularitas, num.* 2.

Adultus.

Et subditus.

11. Item nulla censura ligare potest non subditum ejus, à quo fertur, ut dicemus generaliter de legibus. *V. Lex, numer.* 6. Unde in primis nemo potest censura ligare seipsum. Quamvis occasione censuræ à se latæ, possint censuram ab alio latam incurrere, ut in casu, quo quis conversaretur cum excommunicato à se, vel celebraret in Ecclesia à se interdicta: nam in primo incurreret excommunicationem minorem, in secundo fieret irregularis. Ita Mercerus *in* 3. *part. quæst.* 20. *dub.* 4. *part.* 5. *tract.* 9 *resol* 52.

Unde non potest quis censura ligare seipsum.

Vel peregrinos.

12. Deinde censuræ locorum non comprehendunt peregrinos, sive per modum sententiæ latæ sint, sive per modum statuti *cap. à nobis, 1. de sentent. excomm.* Ita Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. Quidquid Pontius *lib.* 5. *cap.* 7.

cap.7.§.2.num.19.part.3 tract.5.resol.73. Item, si latæ sint per modum statuti, non comprehendunt subditos delinquentes extra diœcesim, vel in loco exempto intra diœcesim, ut est Eccles. S. Cataldi hic Panormi. Ita Covarruvias *in cap. Alma part.1§.10.num.12.* (Immò nec sufficit, quòd delictum inchoatum sit intra diœcesim, sed debet esse consummatum. Unde si quis raperet virginem in diœcesi, & extra diœcesim violaret, non incurret censuram ex statuto diœcesis contra stupratores. Ita Suarez *disputat.5.sect.4.num.7. part.5. tractat.9. resolut.33.*) Idem docet Avila *part.2.cap.3.disputat.2.dub.5.* de censuris latis per modum sententiæ; quia jurisdictio Episcopi non extenditur extra diœcesim. Id quod procedit secundum ipsum, si delictum patratum sit extra diœcesim; & secundum Pontium *ubi supr. num.20.* etiam si patratum sit in diœcesi, si delinquens extra diœcesim reperitur. Verum Suarez *disput.5.sect.5. num.9.* putat, censuras latas per modum sententiæ ligare subditos extra diœcesim existentes, & delinquentes: quia præceptum in hoc differt à statuto, quòd hoc dirigitur ad territorium, illud verò ad personas immediate. Sed sententia Avilæ est probabilis, *part.3.tract. 5.resol.74.*

An possit collegium?

13. Denique, quoad excommunicationem, subjectum debet esse homo determinans: nam collegium sive communitas.† Quamvis suspendi possint, & interdici, †non tamen possunt per unicam sententiam excommunicari *ca. Romana, de sentent. excomm. in 6.* Possunt tamen seorsum. Ita Turrianus *de cens. lib.2. disputat.23. dub.2.* Vide etiam Coninch *de Sacrament. disput.13. dub.6.num.48. part.c.tract.9.res.38.*

Censura non fertur, nisi propter peccatum consummatum.

14. † Causa MATERIALIS proxima censuræ, est peccatum. Quod in primis debet esse consummatum, regulariter loquendo. Unde quando in jure fertur censura contra aliquod peccatum, nisi aliud exprimatur, intelligi debet de peccato completo in suo genere, *cap perpetua sanctionis, de elect. in 6.* Nam odia sunt restringenda. Hinc censura lata propter hæresim non incurritur, nisi ab eo, qui est perfectè hæreticus, & lata propter homicidium, non incurritur à percutiēte lethaliter, & mors, vel per miraculum, non sequatur. Ita Præpositus *in 3.part.quæst.1.dub.6.num. 45.part.5.tract.9.resolut.56.*

15. † Deinde pro excommunicatione majori, debet esse peccatum mortale. † Unde quoties in jure imponitur excommunicatio comminatoria, signum est obligationis sub mortali. Nisi imposita sit ad terrorem, ut passim fieri solet. Non ita de aliis pœnis Ecclesiasticis. Ita Sanchez *in summ. tom.2. lib.6. cap.4. numer.51. part.3 tractat.5. resolut.66.* Imò quamvis Faber *in 4. distinct. 25. quæst.1.disputat.5.cap.2.num.51.* doceat, excommunicationem minorem ferri posse pro peccato veniali gravi: id tamen Hurtado *de cens.disp.10.num.42.* docet verum esse tantùm de excommunicatione minori à jure, vel ab homine generaliter lata, quæ nimirum utraque absolvi potest à Confessario peccati venialis, minimè verò de ea, quæ fertur ab homine specialiter; nam cum hæc nisi à Judice absolvi non posset in foro exteriori, esset gravis pœna pro veniali. Potest tamen contingere, ut præceptum superioris de re levi, ex aliqua circumstantia, obliget sub mortali, & tunc imponi potest excommunicatio. Sed ab his præceptis cum excommunicatione in levibus cauns abstinendum est. Ita Faber *ubi supra num.5.part.5. tract.9. resolut.47.* in fine. Potest etiam imponi excommunicatio contra multos, qui singuli furati essent plura modica, notabile damnum constituentia. Ita Moscatus *tract.6.ca.5. num.8 part.5 tract.9.resol.54.*

Mortale, quod sequendum alii quos procedit ettam in excomm. minori.

16. De suspensione, quamvis Cajetanus V. *Suspensio*, absolutè doceat ferri posse pro veniali; id tamen aliqui non admittunt, docentque propter veniale suspendi quem posse leviter tantum, ut ab uno actu eligendi, à distributionibus unius horæ, &c. Ita Corneio *in 3. part. tractat.5.disput.3. dub.2. part.5. tract.10.resolut.19.* Idem dic de Interdicto.

Suspensione.

Et interdicto.

Et interdicto.

dicto: Nam leve v. gr. ab ingressu Ecclesiæ per mensem, imponi potest pro veniali, gravè verò, non potest. Probabile tamen utrumque est, & quod pro veniali ferri possit interdictum personale speciale, ut docet Henriquez *lib. 13. cap. 50. num. 2.* & quod non possit, ut docet Suarez *disputat. 36. sect. 3. num. 3. part. 5. tractat. 10. resolut. 78.* An ferri possit pro debito pecuniario. Vide V. *Interdictum num. 5.*

Nec improbabiliter.

17. Et generaliter probabilis est opinio Suarez *disputat. 4. sect. 10. num. 8.* & aliorum, quod nulla censura, vel etiam irregularitas incurratur propter culpam venialem: quia de pietate Sanctæ Matris Ecclesiæ non est credendum, quod velit culpæ levi gravem pœnam injungere. Unde, quoties ignorantia juris, vel facti impotentia, &c. excusant transgressionem canonis à peccatô mortali, excusant etiam ab incursione censuræ. *part. 3. tractat. 6. resolut. 51* Id quod de suspensione, & interdicto docet etiam Coninch *disputat. 13. dub. 8. numer. 68. part. 5. tractat. 9. resolut. 47. §. Sed an.* Et de suspensione Cornejo *ubi supr. part. 5. tract. 10. resolut. 19.* Vide V. *Ignorantia.*

Item peccatum debet esse externum.

18. Tertiò, peccatum pro incurrenda censura debet esse externum: quia Ecclesia non judicat de occultis, *cap. tua nos, & c. sicut tuis, de simon.* & ratio est, quia, cum Ecclesiæ regimen sit visibile, non potest de invisibilibus judicium ferre. Ita Faber *in 3. distinct. 25. quæst 1. disp. 4. cap. 2. num. 53.* contra Adrianum, & alios. *Clem.* verò 1. *de hæret.* & aliorum jurium, quæ adduntur, censura non incurritur, nisi actus internus aliquo verbo, aut signo exterius indicetur, ut benè docet Hurtado *diff. 11.* & nos infrà V. *Hæresis numer. 7 part. 5. tract. 9. resol. 48.* Docet autem Suarez *disput. 4. sect. 2. num. 22.* & deinceps Ecclesiam ferre posse censuram in actionem externam ex se malam: & illam prohibere, ut procedentem à peculiari affectu, & non ab alio: quemadmodum imponit pœnas hæresis facto hæreticali, prout procedit ex errore intellectus. Et, posse punire actum externum propter defectum interni, quando est de substantia externi: Et, incurri censuram ob defectũ actus interni, etiamsi exterius nullum signum talis defectus appareat. Verum Turrianus *de censur. lib. 1. disput. 4. dub. 2.* & meritò, negat hoc ultimum. Nam si Ecclesia vellet talem defectum punire pœna aliqua distincta à censura: non posset; quia non posset ipsi constare. Potest tamen Ecclesia punire actionem malam, ut procedentem à peculiari affectu, dummodo de tali affectu constet exterius, nam aliàs sub ea ratione, sub qua est prohibita, talis actio est ipsi Ecclesiæ omninò incognita Unde nec posse puniri actum externum ex se bonum, etiam si procedat ex mala intentione, quod ipse Suarez *num. 18.* admittit. *part. 5. tract. 9. resol. 49.* Imò si actus internus sit mortalis, externus verò venialis, secundum Sanchez apud Portellium V. *Excommunicatio in addit. num. 11.* ad excommunicationem non sufficit: quia Ecclesia excommunicat actum externum, qui proinde debet esse mortalis, *part. 5. tractat 9. resol. 41.* Vide V. *Hæresis, num. 10.*

Quod in se spectatum sit mortale.

Item proprium.

19. Quartò, excommunicari quis non potest pro peccato alieno. An verò suspendi possit † & interdici. † Vide V. *Suspensio, num. 12.*

Et quando fertur cõtra facientes, nõ ligat mandantes aut consulentes.

20. Quintò, censura lata contra facientes, non ligat mandantes, aut consulentes: quia hi in rigore non faciunt, & quando Pontifices volunt suis censuris illos comprehendere, claris verbis explicant, ut videre est in cap. *ultim. de pœnis in 6. & Clement. 1. eodem titul.* Ita Avila *part. 2. cap. 5. disputat. 3. dub. 2. conclus. 1.* contra Sylvestrum V. *Excommunicat. num. 10. quæst. 4.* Imò si censura extendatur ad consulentes, non incurritur à consulente ita leviter, ut consilium non habeat effectum, sive quia revera non sequitur, sive quia alioqui eodem conamin[illegible]queretur. Et cẽsuram latam contra[illegible]utientem Clericum non incurrit consulens percussionem Clerici parato illum occidere, quia consulit minus malum, quod nõ est peccatum,

Et si illos exprimit, non ligat, nisi mandatum aut consilium habeat effectum pendentem ab ipso.

catum, nec prohibitum sub censura, *part. 5. tractation. 9. resolution. 56. & 57.*

Non legitimè retracto. Item quando censura extenditur ad mandantes, & consulentes, non ligat illos, si ante effectum, mandatum, & consilium revocent. Quia Ecclesia aut non potest, aut non intendit ligare censura eum, qui ante incursionem est pœnitens actualis, & non inobediens, neque habitualiter. Id quod diximus V. *Abortus, num. 6* de eo, qui consilium abortus revocavit. Et cum Cælestino *tom. 3. cap. 9. diff. 6.* extendendum est ad mandantem, si revocatio mandati pervenit ad notitiam mandatarii: secus verò, si non pervenerit, nisi interim moriatur.

Non autem si aliunde. quia censura non ligat defunctos, *p. 3 tract. 5. resolut. 83 part. 5. tract. 9. resolut. 58.* Adde, quod si consulem consilium non revocet, effectus tamen sequitur absque influxu talis consilii, (quod tum ex recipiente consilium sciri potest, & benè colligitur, si multo post consilium delictum perpetravit, & ex aliis conjecturis) tunc censura non incurritur, sed quid, si pensatis circumstantiis maneat dubius? *Vide infra, num. 30. part. 5. tract. 9. resol. 57.*

Item requiritur contumacia. 21. Sextò, censura ferri non potest pro peccato præterito, sed solum ob contumaciam. Unde

Vnde ad cẽsuram prämitti debet monitio. 22. Ad FORMAM censuræ pertinet in primis, ut reus admoneatur. Non enim potest quis censura ligari, nisi Ecclesiam non audierit, & sit contumax. Ita Sotus *in 4. distinction. 22. quæstion. 1. articul. 2.* & alii ex cap. *Romana de sentent. excommunic. in 6.* († Hæc est opinio auctoris *in part. 5 tractat. 9. resol. 18.* quam postea supponit, ut certam *in eodem tractat. resolut. 55.* & patet ex contextu ejusdem *resolut.* & ex *resolution. 19.* Quod ergo videatur contrarium docere, puto contigisse ex errore Typographi intermittentis ex textu aliquot lineas, ut colligi potest ex connexione verborum.†) Contumax autem est quis, quia aut vocatus à Judice, non comparet, aut si comparet, discedit ante sententiam; aut si expectat, non vult postea illi parere, can. *certum est 1. quæst. 3. part. 5. tract. 9. resol. 55. §. Notandum.* Admonitio autem debet fieri cum comminatione censuræ, ut censura ipsa contemnatur, priusquam incurratur. Ita Coninch, *disputat. 13. dub. 9. numer. 82. Ibid.* in fine. Quæ doctrina est adeò vera, ut censura non possit ferri sine monitione, etiam si absque illa constet de contumacia rei, ut si cum juramento asseverasset, se monitionibus non pariturum Ita Cornejo *in 3. part. tractat. 5. disputat. 5. dub. 2.* contra Saytum. *lib. 1. cap. 2. num. 23.* Imò nec posse reum huic juri monitionis cedere, putat Cornejo. Et quidem, quamvis unica monitio ad valorem censuræ sufficiat, ut tamen feratur licitè, præmitti debet triplex, aliquo dierum intervallo distincta. Nisi periculum sit in mora: in quo casu posset Judex unicam monitionem permittere, modo tantum temporis concedat, quantum saltem deliberationi sufficiat. Debent etiam monitiones fieri in personam ipsius rei, regulariter loquendo: & coram idoneis testibus, ad testificandum, si opus fuerit. Vide Fabrum *in 5. distinction. 25. quæstion. 1. disputat. 4. cap. 3. part. 5. tractat. 9. resolut. 19.* Quæ omnia procedunt tam de excommunicatione, quam etiam de suspensione, & interdicto *part 5 tractat. 9. resolut. 50* post initium. Quamvis Villalobos, *tom. 1. tract. 16. diffic. 8. num. 6.* doceat, suspensionem, & interdictum, quando non infliguntur per modum censuræ, sed per modum pœnæ pro delicto commisso, non prærequirere monitionem. *Ibid. resol. 18. §. Notandum.*

Sub censura.

Triplex.

In personam rei.

Coram testibus idoneis.

Etiam si judex velit cẽsuram à jure comminatoriam alicui infligere in delicto notorio. 23. Procedit verò hæc doctrina etiam in censuris à jure comminatoriis propriè dictis. Nam non potest judex reum convictum censura irretire absque monitione, ex cap. *reprehensibilis, de appellat.* Si enim reus citatus, & crimen confessus, velit resipiscere, & Ecclesiæ satisfacere, non posset excommunicari, imò potius deberet absolvi, si esset excommunicatus ex cap. *qua fronte, de appellat.* Ita Cornejo *in 3. part. tractat. 5. disputat 5. dub. 2.* contra Bonacinam *de censur. disputat. 1. quæst. 1. punct.*

Vel declarare incursum excommunicationem à jure latæ sententiæ.

9. *num.* 3. In tali autem casu requiritur etiam citatio rei, cum termino ad alligandum pro se. Ita Soto *distinction.* 22. *quæstion.* 2. *articul.* 2. Quod etiam procedit in contraria sententia. Estque adeò verum, ut etiam excommunicatio ipso facto lata, jure declarari non possit à Judice incursa absque citatione. Ita Decius *cap. pervenit, de appellat.* Nisi tamen crimen esset notorium. Ita Navarr. *lib.* 5. *cons.* 20. Et si absque citatione declaratio fiat, erit nulla. Ita Bonacinam. *ubi supra part.* 5. *tractat.* 9. *resol.* 18. §. *Non desinam.*

Quid si feratur à judice ut persona privata

Quando Judex non ut Judex, sed ut homo privatus ad defensionem juris proprii fert censuram, secundum Ugolinum *tab.* 1. *de censur.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. potest excommunicare absque monitione præmissa; sed contrarium docet Turrianus *de censur. lib.* 2. *disput.* 18. *dub.* 5. *part.* 5. *tr.* 9. *resol.* 18. §. *Sed hic.*

Censura debet ferri in scriptis cum expressione causæ.

Sed non à Regularibus.

24. Deinde pertinet ad formam censuræ, ut feratur in scriptis cũ expressione causæ. Et aliter faciẽtes peccant mortaliter, & incurrunt suspensionem à divinis, & ab ingressu Ecclesiæ per mensem. Sed Prælati Mendicantium habent privilegium ferendi excommunicationem solo verbo. Vide V. *Prælati, n.* 49. *p.* 5 *tract.* 9. *resol.* 79.

Censura lata sub disiunctione quando liget?

25. Censura lata sub disiunctione) verb. gr. *Præcipio hoc sub pœna excommunicationis,* vel *suspensionis*, ita ut arbitrio rei relinquatur alterutrius electio) si reus eligat alterutram, ligabit ex intentione ferentis, quæ in tali casu est, ut illa liget, quam velit reus. Ita Turrianus *de cens. lib.* 1. *disputat.* 4. *dub.* 1. contra Gordonum *tom.* 2. *lib.* 7. *quæstion.* 5. *cap.* 1. *numer.* 5. Quod si ferens hoc modo censuram nollet eam obligare nisi reus expressè eligat, nulla ligaret: quia non est major ratio unius, quam alterius. Quod etiam procedit, si neque superior determinaret censuram; neque id relinqueret arbitrio rei. Hæc ferè omnia docet etiam Cornejo *in* 3. *pars. tractat.* 5. *disput.* 5. *dub.* 4. qui addit, superiorem hoc pacto censuram ferentem, graviter peccare: quia est contra vationem pœnæ, quod relinquatur arbitrio rei. Esse tamen validam, sicut valet pœnitentia Sacramentalis imposita sub disiunctione. *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 63. De suspensione lata disiunctivè, vide V. *Suspensio, n.* 30.

Censura ferri potest sub conditione. Et tunc non incurritur, nisi impleatur conditio. Et certò cẽsset impletam esse.

26. Censura ferri potest sub conditione, ex cap. *præterea. de appellat.* & tunc non incurritur, nisi post impletam conditionem. Et si dubium sit, num conditio sit impleta, non incurritur. Ita Moure. *part.* 4. *tractat.* 3. *resolut* 35 § *Et Nota:* Probabile autem est, esse validam, etiãsi conditio de futuro sit ad censuram impertinens: quia Judex potest facere suum consensum pendere à qualibet conditione. Sed Suar. *disp.* 3. *sect.* 6. probabiliter etiam contrarium docet. *part.* 5. *tract* 9 *resol.* 64.

Et si emanat ad instantiam partis hæc potest terminum prorogare.

Cùm verò conditio est de futuro: ab ejus sententia appellari potest.

27. Quando autem censura fertur sub conditione ad instantiam partis, potest creditor terminum prorogare, itaut, adveniente conditione, censura lata non incurratur. Quod etiam procedit, quando absolvitur sub conditione ad instantiam partis. Vide V. *Absolvere, num.* 69.

28. Quando censura fertur sub conditione de futuro, habet locum appellatio, etiam si judex dicat: *Ex nunc sis excommunicatus, nisi, &c.* Nã illud *ex nũc*, designat in præsenti effectum futurum. Ita Hurtado. Et licet ab aliis sententiis appellandum sit intra decem dies; à censura tamen licet appellare infra totum tempus propositæ conditionis: quia ad eam requiritur contumacia. Et sententia censuræ sub conditione non est propriè sententia priusquam impleatur conditio. Et tandem favet, *cap. præterea*, illis verbis, *modo tempore*, idest toto tempore, quo licet conditionem implere. Ita Avila, *part.* 2. *cap.* 5. *disputat* 5. *duc* 11. *concluſ.* 5. contra Abbatem *in cap. præterea, part* 5. *tract.* 9. *resol.* 64. Si autem pendente conditione, reus mutet forum, impleta conditione adhuc ligabitur censura. Si verò conditione pendente Judex moriatur, non ligabitur. Ita Cornejo *in* 3. *p. tractat.* 1. *disput.* 4. *dub.* 3. *quæst.* 3. & 5. *ib.* in fine.

Censura finis, correctio.

29. † Causa finalis omnis Censuræ est lucrum animæ illius, in quem fertur; sua enim arma Sancta Mater Ecclesia, non in excidium, & vindictam, sed in remedium, & correctionem exercet. †

Dubius an censuram incurrerit, bene faciet si procuret absolvi, ad cautelam.

30. Dubius, an censuram incurrerit, consultissimè faciet, procurando absolutionem sub conditione, & si est excommunicatus, interim à communione abstinendo, ad vitandum scandalum. Seclusò autem scandalo, non tenetur quis in dubio se habere excommunicatum, &c. sive dubium sit juris, sive facti, quia melior est conditio possidentis. Ita Tannerus *tom. 4 disputat. 6. quæstion. 10. dub. 4. num. 60.* & alii. Quamquam probabilis etiam sit sententia Molinæ *de justit. tom. 4. tractat. 3 disputat. 67 num. 7.* & aliorum, quod in dubio facti censeri quis debeat censura irretitus. *part. 4. tract. 3. resol. 35. & 66. & part. 5. tr. 9. resol. 44.*

Sed non tenetur, cessante scandalo se, habere pro excommunicato, &c. Quamquam oppositum sit probabile.

CENSURA
Ob Clerici percussionem.

Pater nō potest verberare filium in sacris.

1. PAter non potest filium in sacris constitutum correctionis causa absque ligatione Censuræ. *cap.* Si quis suadente, &c. verberare nec etiam avo hoc permittitur. *part. 8 tractat. 4 resol. 1.* Maritus, qui dolo, vel fraude adduxit Clericum adulterum, & inventum cum uxore illum occidat, incurrit in hanc censuram; sed si data opera se abscondit, ut ille veniat, & illum occidit, vel percutit non incurrit, nec adjuvantes, vel associantes dictum maritum, *ib. resol. 2.*

Clericum adulterū occidere licet.

Qui ex justitia tenetur, & non impedit, incurrit in censuram.

2. Qui tantum ex charitate teneretur impedire percussorem Clerici, & non impediret, etiam ex odio (dummodo non sit socius, vel adjuvans) non incurrit in hanc Censuram; incurrit verò qui ex justitia teneretur, ut Rex, Judex, ministri justitiæ, Patres, Tutores, Pædagogi, Parochi, Custodes, & è contra eorum pupilli, famuli, Parochiani, & Custoditi, quomodo isti tenentur, vide. *ib. resol. 3.*

Non qui arma tangentes, vel alio quo instrumento non incurrunt.

3. Clerici se invicem gladiis districtis gladiantes, & neuter illorum est tactus ab ense non incurrunt in excommunicationem; immò si quis hastam vel lapidem, aut aliquid in Clericum injiciat cum animo offendendi, sed nec offendit, nec tangit, non incurrit in censuram. *ibidem resolutio. 4.* Et qui cum habitu Clericali Ecclesiæ alicui inserviat cum animo ascendendi ad statum clericalem non gaudet privilegio Canonis, *ibid. §. Nota hic obiter.*

Percutientes Clericum sine habitu non incurrit si bona fide percussit.

4. Percutientem Clericum in minoribus constitutum absque habitu, & tō sura sine tamen trina Episcopi monitione (quamquam non gaudet beneficio, & privilegio fori) gaudet, ajunt Doctores privilegio Canonis, incidere in censuram Fragosus, & alii; sed si hoc bona fide fecit, ratione ignorantiæ non incurrit. *ibid resolutio. quinta.* excluduntur Clerici Assassini, seditioni, & aliis facinoribus intenti a fruitione Canonis, non autem excommunicati, suspensi, vel ordinati per saltum. *ibid. §. Notandum est etiam.*

Assassini nō gaudent privilegio Canonis.

Clericus conjugatus gaudet Canone.

5. Incurrit in hanc censuram percutiēs Clericum conjugatum habitum non deferentem, vel Ecclesiæ non servientem, dummodo alias gerere solebat: immò, & ejus uxor dummodo compareat coram Judice Ecclesiastico; & si Clericus dimiserit habitum, & postea reassumpsit, gaudet privilegio Canonis; Bigamus autem in minoribus tali privilegio privatur, non autem Bigami dispensati in ordinibus sacris. Religiosi verò sine habitu gaudent hoc privilegio Canonis. *ibid. resol. 6.*

Bigami Dispensati.

Religiosi.

Equites S. Iacobi, & etiam Novitii.

6. Equites etiam Novitii S. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ gaudent hoc privilegio Canonis, sic etiam Clericus non Canonice ordinatus, itaut pro pœna sit à gradu dejiciendus gaudet eorum privilegio. *ibidem resolution. 7.* Sed hoc non militat de servo sine licentia domini ordinato, & degradato, quia talis omni privilegio privatur. Megala *ibidem. §. Sed non deseram*, hinc sequitur, quod Clericus se ipsum percutiens nō est excommunicatus, cum verba-

Servi sine licentia.

Clericus se percutiēs nō incidit.

ba Canonis dirigantur in tertiam personam. *ibidem resolutio* 8. idem dicendum est de percutiente Clericum consentientem; potest tamen excommunicari, *ibidem resol.* 9.

Etiam monialis non incurrit.

7. Monialis potum accipiens, vel pugnis se percutiens pro abortu non incidit in censuram, ut satis probatum est 7. *part. tract.* 5. *resol.* 40. *& ibid. resol.* 10.

Heremitæ.

8. Heremitæ, qui cum habitu heremitico, & alicui Ecclesiæ servientes, & sub obedientia alicujus Episcopi, vel Prælati Ecclesiastici in communi viventes, vel separatim gaudent hoc privilegio Canonis; non autem vagi non habentes firmum vivendi modum. *ibid. resolutio.* 11.

Apostatæ, Laici, oblati.

9. Apostatæ, Novitii extra monasterium cum licentia superioris, conversi, laici, oblati, seu donati, qui veram professionem emittunt, & ii qui se, & bona sua Religioni donaverunt, & in ipsa vivunt cum aliqua mutatione habitus, hi omnes gaudent privilegio Canonis, qui verò percusserit Clericum manifestè hæreticum, quamquam non sit datus foro sæculari non incidit in hanc censuram *Ibid. resolut.* 12.

Percutiens Clericū hæreticū non.

Incorrigibilis.

Clericus non mitiès enormia.

10. Clericus in sacris constitutus incorrigibilis donec degradetur per declarationem Judicis Ecclesiastici, & Judici sæculari tradatur gaudet hoc privilegio; imò Squillante dicit, quod post prædictam declarationem nō est omninò tali privilegio privandus, quoad sæculares illum percutientes; Fragosus verò ait, Clericum dimisso habitu, & Tonsura Clericali, & in enormitatibus se intromittentem amittere tale privilegium, non autem fori, cum hoc sit de jure Divino, Canonis de jure Ecclesiastico, & ex hoc excluduntur Jocolatores, Goliardæ, aut buffones, si per annum hoc ignominioso officio vacaverint; Carnifices, Macellarii, Tabernarii, modo conjugati sint, vel habitum dimiserint, & ter ab Episcopo admoniti non destiterint, vel si destiterint idem officium assumunt, si verò non sint conjugati, & habitum retineant, quoad personam privilegium Canonis non amittunt, sed bona, & officium, excommunicati, suspensi, interdicti, denunciati, & evitandi. Irregulares, & depositi verbaliter gaudent privilegio Can. *ibidem resolut.* 13.

Buffones, Jocolatores, Carnifices, Macellarii, Tabernarii nō gaudent. Excommunicati, suspēsi, interdicti denunciati, irregulares gaudent.

11. Mandantes, consulentes, auxilium dantes, & hujusmodi incidunt in censuram, sic etiam qui tacitè consentit, ut si quis offensus à Clerico coram amicis dixerit, se desiderare vindictam à tali Clerico, prævidens illos esse excitandos ad percutiendum; non incurrit mandans, si mandatarius excessit mandatum, ut si mandavit Clericum verberare, & ille vulnere affecit, vel si verbis offenderet, ille autem factis offendit, hoc modo mandatarius, & non mandans incidit in censuram, &c. qui ratificavit percussionem factam in Clericum absque suo mandato, sed suo nomine incurrit, non autem si percussio facta fuit nomine alieno, & ille ratam habuerit peccat mortaliter, sed non incurrit in censuram, *ibidem resolut.* 14.

Mandantes, consulentes, auxilium dantes non gaudent.

Mandatarius.

12. Revocans mandatum, vel consilium de non percutiendo Clericum si mandatarius noluit à facto desistere, & delictum commiserit, incidit in censuram, quia ejus mandatum, vel consilium fuit causa delicti. *ibid. resolutio.* 15. Unde mandans, vel consilium perhibens, ut Clericus percutiatur, & ante percussionem pœniteant; sed per distantiam loci prohibere non potuerunt mandatario talem percussionem incidunt in censuram, *ibidem resolutione* 16.

Revocans mandatum.

13. Verberantes Clericos tantùm verbaliter condemnatos ad Triremes incidunt in censuram, non autem (*il Comito di galera*) nisi excedat modum in verberando, *ibidem resolutione* 17.

Condemnati ad triremes.

14. Notorius percussor Clerici non est evitandus, quando delictum non est ita publicum, & notorium, ita ut percussio nulla tergiversatione cælari aut juris remedio niti potest, imo quan-

Notorius. Ignarus status Clericalis.

quantumcunque publicus sit, non est vitandus ante sententiam Judicis declaratoriam ita tenet Caspensis Garzias cum 18. aliis viris doctis & piis, ideoque sententia est tuta in praxi *p.* 11. *tr.* 8. *res.* 21. tamen si percussio facta fuerit ab ebrio, vel nesciente, & ignaro esse Clericum, vel ad sui defensionem, vel tali actioni censuram non esse annexam, sicuti non est evitandus notoriè consulens, mandans, & ratam habens percussionem, vel non impediens. *ibid. resol.* 18.

Ianitores si ex casu percutiunt Clericum non incidunt.

15. Percutiens Clericum in platea calcibus, potest ab Episcopo absolvi. *ibidem resolut.* 29. Helvetii, & Janitores arcentes turbam, dum Pontifex, vel aliquis Princeps egreditur, si ex casu Clericum percutiunt non incidunt in censuram, sed si animo maligno ex proposito intendunt Clericum verberare, incurrunt, & possunt ab Episcopo absolvi. dummodo non sit gravis vulneratio. *ib resol.* 20.

Prælati, Magistri, & alii non incidũt causa correctionis, secus si excedunt.

16. Prælatus Ecclesiasticus, Magister, Pedagogus, & Magister Chori possunt ratione correctionis Clericos verberare, non autem in sacris constitutos; tamen si exceditur modus in verberando, ita ut excessus dicatur peccatum mortale incidunt, sicut qui sub titulo correctionis, tamen odio hoc faciunt. *ibid. resol.* 21.

Prælati possunt per laicum verberare facere Clericos.

17. Prælatus Regularis potest per conversum uti Religiosum verberare facere Clericum, si ipse ut tenetur propria manu non verberet non incurrit in censuram. Episcopus verò non debet per se, sed per alios hanc actionem facere in Clericum, sed alii Prælati Episcopo inferiores, per se tamen hodie usu receptũ est, Episcopi per laicum hoc facere videntur. *ibidem resolut.* 22. Magister verò potest Clericum per laicum verberare, & si ipse sæcularis est, potest per se, sicut Pater filium, & propinquus sibi aliqualiter subditum, & hoc semper intelligitur cum moderamine inculpatæ tutelæ. *ibid. resol.* 22.

Percutere Clericũ ag-

18. Percutiens Clericum aggressorem ob sui defensionem, vel alterius personæ bonæ famæ non incidit in censuram, sic expellens Clericum à domo injustè illam occupantem, quando alia via suum jus non potest recuperare, vel si violenter expellatur præoccupans tibi honorificam sedem ab illa, vel si violenter eripiantur è manibus furantium tibi aliqua bona, quando aliter recuperare non possunt, secus verò si à domo illa eripiantur, quia tunc auxilio Judicis debetur hoc facere; si debitor Clericus fugiens detineur, & Judici præsentetur, non incurritur, & si dubitetur de fuga, potest Judex sæcularis eum in vinculis detinere, donec Ecclesiastico remitteretur; imò offensus à Clerico in eventu, quo Clericus ob offensam mittendus esset in carcere, & puniendus, potest absque excommunicatione in carcere illum alligare, ut suo Judici intra 24. horas illum præsentaret *ibid. resol.* 23.

gressore & similia.

Pulchra de fugiẽte eludẽte.

19. Si quis percusserit Clericum fugientem percusso sæculari pro recuperatione suæ famæ, vel honoris non incurrit in censuram, quamquam Bannez teneat in contrarium. *ibidem resolut.* 24. Et si Clericus percusserit aliquem fuste, vel Papa, & postea fugit, posse à percussore percuti, etiam stricto gladio ait Victoria, sed ejus opinio speculativè non practicè est amittenda, cum sapit vindictam, ait Bannez, unde supposita probabilitate opinionis Victoriæ percutientem Clericum non incidere in censuram docet Leone. *ibid. resol.* 25.

Idem.

Non incidit.

Nobilis potest occidere invasorem.

20. Invasus nobilis potest occidere aggressorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiamsi possit aliter se defendere, non incidit in censuram dummodo non esset causa primaria ad excitandum aggressorem; secus autem si esset infimæ conditionis; de hoc. *part.* 8. *tract.* 7. *resolutio.* 45. sed consulens occidere Clericum injustè invasorem aliquem non incurrit; sic etiam extraneus consulens Patri, Fratri, vel marito percussionem Clerici in fragranti reperti non incurrit in censuram? hæc omnia. *ibid. resolut.* 26.

Aliqua curiosa notanda.

21. Aliqua curiosa ad intelligentiam de incurrentibus in hanc censuram, sed primò notandum est, quod necessarium est, ut percussio sit realiter violenta, facta manibus, vel instrumentis personæ Ecclesiasticæ, vel rebus adhærentibus illi, quia non ligatur ille, qui verba contumeliosa infert Clerico, vel aliquid projiciat in Clericum, & non tangit illum, nec vestes, & percussio debet esse talis, ut vi sua ascendat ad peccatum mortale, quia si percussio non sit respectu sui, quamvis respectu intentionis sit mortalis.

Res ablata sine violentia.

Violenta dicitur non solum quando illum percutimus, sed etiam quando violenter ab eo aliquid auferimus, quod si fiat ablatio sine violentia, ut si nummi furantur à loculo, etiam cum abscissione loculi dicitur furtum, & non violentia, nec incurritur. Violentia dicitur ablatio rei Clerico adhærentis, puta vestis, cum personæ censeatur injuria facta, avulsio dentis, percussio brachiorum, pedum, & alia, etiam percussio facta baculo, ense, lapide, aspersione pulveris, aquæ, salivæ, vel alterius rei non solum manibus, sed alio quovis modo, ut detrudendo clericum in carcerem, vel in aliquo alio loco, ex quo non poterit egredi absque pudore, aut amotio fræni ab aliquo, abscissio cinguli, vel si ita furiosè persequatur, ut cogatur se præcipitare, vel aliquod malum ad se liberandum subire, secus si fugiendo casu caderet, vel per omne id, quod nocere poterit per omnia illa, si fiat violenta percussio incurritur in censuram; sic etiam tribuendo Clerico venenum, vel molestiam illi inferendo, quamvis furtivè, absque violentia exteriori hoc fieret; si comprimatur vestis, vel pallium etiam Religiosi asserendo, si non esses Clericus, vel Religiosus te percuterem. Vide *resolut.* 35. si compelleret personam laicam in Clericum, quæ Clericum comprimeret, laicus verò non incipit sed compellens, secus qui deturpat portas, vel fenestras Clerici.

Excusantur ab hac censura pueri Clerici rixantes inter se pugnis, etiam in templo cum effusione sanguinis, quæ injuria etsi sit gravis, respectu illorum est levis. Qui ex subita passione non plenè advertente, vel causa joci, & ludi Clericum percutiunt, ignorantes esse Clericum, qui premunt comam Clerici existimantes non esse Clericum, percutiens Clericum in habitu seculari, quem habitum Joannes laicus solebat gestare non incidit in censuram. *ibid. resol.* 27.

22. Percussio Clerici superioris, vel Prælati Religionis inducit præter malitiam contra Religionem, etiam malitiam impietatis respectu dignitatis. *ibid. resolut.* 28. percutiens Clericum degradatum realiter non incidit in censuram, sicut degradati verbaliter. *ibid. resolut.* 29. & stante consuetudine torquentes Clericum per laicum non incidunt, sed peccant permittentes, & ordinantes. *ib. resolut* 30.

Clericus superior. Realiter degradatũ percutiens, non incidit, sicut de verbali degradato. Peccant torquere facere Clericum.

23. Facta diligentia, ut percutiatur Petrus, tamen percutitur Cajus non incidit in censuram percutiens, sic mandans occidere Cajum, & occiditur Petrus, ista dicitur causalis occisio, ideò non incurritur in irregularitatem. Ita decisum fuit per Sacr. Concilium Congregat. Concilium 1589. *ibid. resolut.* 31. Nec incidit in censuram percutiens Clericum habentem rem cum sponsa de futuro, & percussio debet esse in continenti, & non cum intervallo. *ibidem resol.* 32. Potest etiam consulere Patri, fratri, marito mutilationem, vel percussionem Clerici potius, quam mortem, & consulentes non incidunt in censuram, & percussio debet esse per se, & non per alios, aliter ambo incidunt in censuram, etiamsi inveniat, osculando, &c. *ibid.* §. *Nota.*

Pulcherrima circa errorem.

24. Pater inveniens Clericum agentem rem cum ejus filia illegitima, vel adoptiva non incurrit in censuram. *ibid. resol.* 32.

Controversia circa Religiosum invalidè professum. & Novitium.

25. Adest controversia, si quis percusserit Religiosum invalidè professum affirmantes incidere in censuram ratione habitus. Bordonus. Negantes, non debere gaudere privilegio Canonis, quia non

non gaudet privilegiis Religionis, sicut gaudet Novitius: & ratio est quia Novitius est in via ad professionem, iste non est professus, nec vult profiteri. *ibid. resolut.* 34. Porrigens venenum Clerico incidit, quia porrigit ad occidendum, & non est par ratio de Moniali accipiente venenum pro abortu. *ibid. res.* 36. nec etiam sicut dixi, *resolut.* 27. incidit furans vestem à Clerico, vel aufert nummos à crumena absque violentia. *ibid. resol.* 37.

Mulier nobilis sollicitata à Clerico, non incidit percutiendo Clericum.

26. Mulier nobilis turpiter à Clerico sollicitata, si verbis, vel alio modo non potest se liberare; si illum percutit iste, vel alapa non incidit in censuram. *ibid. resol.* 38. percutiens mortuum incidit in censuram. *ibid. resol.* 39.

Incidit percutiès mortuum.

27. Clericus ordinibus sacris initiatus, si obtinuit dispensationem à Papa, ut matrimonium contrahat, si percutitur ante matrimonium contractum, percussor incidit in censuram, non autem post contractum. *ibid. resol.* 40.

Magistri Novitiorum

28. Magister, vel Sub-Magister Novitiorum, si percussit Novitium, vel religiosum causa correctionis, & si adest statutum in Religione ne Monachi verberentur, non incurrit in censuram. *ibid. resolut.* 41. Unde advertendum est, quod Clerici Sodomitici, post declarationem criminis privati sunt privilegiis Clericalibus per Bullam Pii V. sed non patientes, qui molles vocantur, & non Sodomitæ. *ibid. §. Nota.*

Sodomitici privantur privilegio.

Ignorantia excusat.

29. Percutiens Clericum cum ignorantia concomitante, sive juris, sive facti excusatur à censura, & maximè si vult percutere Titium laicum judicatum, sicut sit absque habitu, & censura, sed verberans Cajum putans eum Joannem incidit in censuram. *ibidem resolutio.* 42.

Percussio in joco incepta est consideranda.

30. Si duo Clerici, vel Religiosi in joco se ad invicem verberant, & percussio excedat levitatem, & ascendat in actum tertium pravæ voluntatis, & scientiæ circa verberationem, & verberatio incœpit in joco possunt ad cautelam petere absolutionem. *ibid. resolut.* 43. & percutiens Religiosum laicum, seu conversum nullo ordine sacro insignitum expulsum è Religione, & si sit sine habitu incidit in excommunicationem, quia non amisit privilegium Canonis, quamquam amisit illud fori, & quando Trident. loquitur intelligendum est de Clericis conjugatis, qui non observant conditiones in Concilio præscriptas. *ib. resol.* 44.

Percutiens conversum expulsum incidit.

Levis percussio judicio judicanda est.

31. Levis percussio Clericorum judicanda est judicio Judicis, & boni viri, & ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, & ex modo percutiendi, ac lædendi, unde percussio Clerici sacrificantis in Altari si leviter percutiatur, non dicitur levis, sed atrox, sic etiam si percussio in Clericum facta est in platea, vel Ecclesia, ex quo fiat notoria.

Gravis percussio à Superiore judicanda est.

Gravis percussio est illa, quæ non est levis, neque enormis, quæ ab Episcopo, vel Abbate judicanda est. Enormis dicitur, quæ pervenit ad mutilationem membrorum, expulsionem oculorum, ut Clericus fiat inutilis ad munus suum; vel si vulnus eget remedio Chirurgiæ, vel ad occisionem; Magna effusio sanguinis non dicitur enormis, tamen si laicus officialis auctoritativè percutiat Clericum, injectio manuum in Episcopum, Abbatem, vel priorem Monasterii, & suum Superiorem; si Monachus percutit Clericum sæcularem dato scandalo, si in conspectu Prælati, aut Judicis, & ex facti notorietate, si in magno concursu, in magna festivitate, aut in Nundinis, vel celebri mercatu. Molina, & hæ omnes quando non excedunt mediocritatem, non est dicendum quod sint enormes. *ibid. resolut.* 45. In dubiis verò tenendum est percussionem esse gravem; communiter DD. *ib. resolut.* 46.

CENSVRÆ *hujusmodi Absolutio.*

Episcopus, & habens

32. OB levem percussionem potest Episcopus suos subditos absol-

Iurisdictionem quasi Episcopalē.

vere in utroque foro DD. & omnes habentes jurisdictionem quasi Episcopalem: ab excommunicatione verò, ob gravem, & enormem percussionem Clerici à Pontifice, vel ab ejus delegatis obtinenda est absolutio, exceptis casibus in jure expressis, ut propter impedimentum temporale, & Can. ex jur. beneficio. *ibid. resol.* 47.

Impediti possunt absolvi ab Episcopo.

33. Impeditus ob legitimum impedimentum, qui per procuratorem, vel per Epistolam non potest adire Papam propter absolutionem pro enormi percussione Clerici potest ab Episcopo absolvi. *ibid. resol.* 48.

Superiores Regulares possunt ab enormi per privilegium

34. Superior Regularis potest absolvere ab excommunicatione levi, & mediocri suos subditos ad invicem se percutientes intra vel extra claustrum, etiamsi sit Sedi Apostolicæ reservata, per speciale privilegium §. *Notandum est tamen resolution.* 50. sic etiam ipse superior potest se absolvere facere ab alio Sacerdote à se electo, si inciderit in hanc excommunicationem: tamen per privilegium possunt etiam absolvere ab enormi *ibid. resol.* 49.

Episcopus percussi debet absolvere Clericum percutientem.

35. Percutiens Clericum alterius Diœcesis debet absolvi ab Episcopo Clerici percussi, & si Religiosus percusserit ipsum Episcopum nisi fuerit legitimè impeditus non potest absolvi ab ipso Episcopo, sed debet adire Papam. *Ibid.* §. *Notandum.*

Regularis potest absolvi à suo superiore cum assistentia superioru Religiosi per cussi.

36. Regularis percutiens alium Regularem alterius Religionis potest à suo proprio Prælato absolvi, cum præsentia, & assistentia Prælati illius offensi, & à Prælato suo debet percuti in satisfactionem injuriæ acceptæ, & non tenetur ad damnum resarciendum Monasterium offendentis; sed si in hoc Prælati erunt discordes, debet eligi tertius arbiter, qui cum ipsis judicium ferat. Palaus. *ibidem resol.* 59. Si verò percuteret alium Religiosum ejusdem Religionis, sed alius Monasterii debet absolvi à proprio Prælato cum consensu Prælati offensi, non autem si absolutio daretur à Provinciali, vel Generali, dummodo non sint diversarum Provinciarum. §. *Sed quid.*

Egrediens à Religione, & absolutus à censura contracta ante ingressum reincidit.

37. Superior Regularis potest absolvere Novitium, qui Clericum percusserit ante ingressum Religionis, sed si ante annum professionis egrediatur è monasterio, reincidit in excōmunicationem, & debet se præsentare Episcopo ordinario; ferè omnes DD. *ibid. resol* 51. sed si duo tantum adsunt Religiosi in Monasterio, & se ad invicem percutiunt, potest Superior dare facultatem subdito, ut illum à censura absolvat, non autem à peccatis, & superior sic absolutus absolvat subditum. *ibidem resolut.* 52.

Possunt regulares absolvere à cēsura ista.

Episcopus potest absolvere regulares in absentia sui Superioru.

38. Possunt Regulares absolvere sæculares percussores Clericorum vi suorum privilegiorum, exceptis casibus in decreto Clementis Octavi contentis, attamen considerandam esse quamdam declarationem Sacræ Congregationis die 18. Julii 1642. *ibid. resol.* 53.

38. Episcopus potest absolvere regulares ad invicem se percutientes (etiam exemptos) de licentia suorum Prælatorum, etiamsi injustè negaretur à Prælato licentia, & si Prælatus absens erit, non potest haberi talis licentia, ratione æquitatis potest eos absolvere: idem est de Monialibus. *ibid. resol.* 54.

Ianitores possunt absolvi ab Episcopo non in omnibus casibus.

40. Janitores, & Hostiarii Principum, qui prætextu sui officii Clericum percutiunt animo injuriandi possunt ab Episcopo absolvi absque prætextu se præsentandi Sedi Apostolicæ, si percussio atrox non fuerit; non autem quando sibi arrogat jurisdictionem, quasi id licitè facere possit, & non in defensionem ostii sibi commissi, & ut sic absolutio pertinet ad Papam quamquam sit levis, quia talis percussio existimatur gravis, & enormis respectu status Ecclesiastici, & onus probandi pertinet ad officialem, & non ad Clericum si fortuito hoc fecit: sed quando non aderat turba, quæ arcenda erat pertinet ad Clericum, *ibid. resol.* 55.

41. Clerici viventes in seminariis, vel Cathedralibus infervientes in communi, vel in particulari percutientes se ad invicem, percussione etiam gravi, & non

& non atroci possunt absolvi ab Episcopo sine onere se præsentandi Sedi Apostolicæ *ibid. resol.* 56. & possunt etiam absolvi percutientes Clericos in virtute Bullæ Cruciatæ, etiam ab enormi percussione *ibid. resol.* 57.

Fœminæ possunt absolvi ab Episcopo.

42. Episcopi possunt absolvere impuberes, & puberes doli capaces ab hac censura propter percussionem Clerici, nec tenentur se præsentare Sedi Apostolicæ. *ibidem. resolut.* 59. Itidem fœminæ possunt absolvi ab Episcopo pro quacumque percussione, *ibidem. resolut.* 59. Itidem personæ delicatæ, quæ Papam adire non possunt, possunt ab Episcopo absolvi, monito prius Papa de eorum statu. *ibid.* §. *Notandum.* Senes sexagenarii & etiam quinquagenarii non tenentur Papam adire, sed ab Episcopo possunt absolvi. *ibidem. resol* 60.

Servi possunt absolvi ab Episcopo.

43. Servi delinquentes in præjudicium Dominorum, vel patris familias, ut eant Romam Clericos percutiunt, sic etiam vir in damnum uxoris, impubes, & pubes in præjudicium patris, tales sunt absolvendi ab Episcopo, cum adjunctione orationum, Jejuniorum, & similium, pro recompensatione itineris; *ibidem. resol.* 61. tamen quamquam servi, ut dictum est possunt absolvi ex duobus capitibus; si percussio sit tam gravis, & excessus enormis, & ad scandalum, & pravum aliorum exemplum mittendi sunt ad Sedem Apostolicam, & eadem est ratio de Religiosis. *ibid.* §. *Nota etiam.*

Pauperes, & infirmi possunt ab Episcopo absolvi.

44. Pauperes, & infirmi, & valetudinarii, tales à timoratis viris judicati non tenentur adire Romam ob absolutionem huius censuræ, hi omnes possunt ab Episcopo absolvi, *ibidem. resolut.* 62. Addo tamen, quod excommunicatus impeditus recurrere ad Papam, potest absolvi ab Episcopo jure communi, etiamsi percussio sit publica, & enormis. Pro majori declaratione ponam impedimenta. Primò periculum mortis. Secundò, infirmitas longa. Tertiò, inimicitia capitalis, Quartò, paupertas. Quintò, senes, & impubes. Sextò, qui est sub cura parentum. Septimò, obligatio alendi uxorem, filios, & familiam. Octavò, cura animarum. Nonò, servitus, ut supra. Decimò, fragilitas sexus, & quodlibet impedimentum legitimum judicatum arbitrio boni viri, & talis impeditus non tenetur mittere Epistolam, nec procuratorem pro absolutione, attamen sic absolutus cessante impedimento tenetur se præsentare Papæ, ita Avila, sed hoc semper intelligitur satisfacta parte. *Ibid.* §. *Adverte etiam.*

Ab omni excommunicatione occulta, & non deducta in foro contentioso.

45. Episcopi possunt absolvere ab omni excommunicatione occulta, nec deducta ad forum contentiosum. *ibid. resol.* 63. Ab impeditis legitimo impedimento, & ex decem capitibus supradictis, non tenetur Episcopus exigere juramentum adeundi Pontificem. *ibidem. resol.* 64. Et non desunt viri docti asserentes, Regulares privilegiatos posse absolvere sæculares à casibus occultis Bullæ Cœnæ (tamen Pellizzarius ait non esse recedendum à negativa sententia) à fortiori possunt absolvere à percussione enormi occulta. *ibid. resol.* 65.

Ab impeditu non potest exigere juramentum.

CENSVS.

Non est prohibitus census redimibilis.

1. CEnsus redimibilis non est prohibitus per Pium V. quando in eo servetur justitia in pretio, cum sit approbatum à Communi calculo D. D. ut justum, & licitum; prohibuit tamen illicitos census. Molina. & alii *part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 3.

CESSIO BONORVM.

Cessio bonorum quid sit.

1. CEssio bonorum est actus, quo creditor, qui non est ad solvendum sufficiens, omnia sua bona creditoribus dimittit, ut carceris situm, & squalorum, aliasque molestias evitet. Nam priscis temporibus constitutum erat, ut qui æri alieno satisfacere non possent, privata auctoritate in vincula conjicerentur, atque aliis pœnis afficerentur. Sed lege Julia (à Caio

Et cur inventa.

Julio Cæsare, vel certè successore ejus Augusto, lata) tandem, hæc asperitas mitigata est, & sancitum, ut inopes debitores bonis suis cedendo ab injuria carcetis, & quacumque animadversione alia liberarentur. Nihil autem interest in jure, sive in judicio, an extra judicium, præsens, an absens per nuncium, aut per Epistolam debitor bonis cedat, hoc est bona omnia sua, si quæ sint, creditoribus se relinquere, ac concedere profiteatur. Nullus siquidem in bonorum cessione exigitur ritus, aut solemnitas, sed sufficit sola voluntatis expressio. *l. ult. ff. de cessione bonor. l. in omni 6. C. qui bon. ced. poss. part. 7. tr. 8. resol. 1.*

Ad quæ sufficit sola voluntatis expressio.

Cum cautione fidejussoria.

2. Ut verò hujusmodi cessio bonorum efficax sit, & cedentem liberet, requiritur ut is prius caveat de solvendo residuum, si ad pinguiorem fortunam pervenerit, *§. final. inst. de action.* Hæc autem cautio fieri debet fidejussoribus idoneis. Quod si debitor ob paupertatem fidejussores habere non possit, ad juratoriam cautionem admitti debet. Covarruv. *lib. 2. cap. 1. num. 6.* & alii, *ibid. resol. 16.*

Vel saltem juratoria.

Cessio bonorũ competit solum in debitis civilibus.

3. Hujusmodi cessio bonorum non habet locum nisi in debitis civilibus, scilicet ex contractu vel quasi contractu Malderus *de iustit. tractat. 4. c. 7. dub. 3.* Unde infertur non gaudere beneficio cessionis eum, qui debet ex delicto, sive delictum sit commissum in contractu, sive extra contractum, sive debeatur tanquam pœna, sive pro reparatione damni, & interesse: non iure beneficium cessionis illis solis conceditur, qui merè civiliter debent: & quando agitur de publica utilitate, excluditur bonorum cessio, *lib. propter honorem, Cod. qui bon. ced. possunt.* Interest autem publicæ utilitatis, ne delicta maneant impunita *cap. ut fama, de sententia excommunication.*

Non autem in debitis ex delicto.

Adverte primò Sylvestrum *ver. Restitutio 7. quæst. 6. dicto 5.* cum aliis admittere beneficium cessionis in delicto, quando via accusationis proceditur, secus verò quando petitur debitum, etiamsi fuerit ex furto.

Adverte secundò, quod secundùm aliquos nomine debiti ex delicto intelliguntur illa etiam, quæ licet ex contractu descenderint, postea verò vel propter moram culpabilem, vel propter aliud delictum admixtum facta fuerunt iam debita ex delicto, de quibus aliqui dicunt posse etiam pro illis fieri cessionem bonorum, sicut pro aliis. Ita Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 1. num. 8.* & alii. Lugo tamen *de iustit. tom. 2. disputat. 21. sect. 3. n. 43.* tenet de iure communi non esse id concessum, nisi debitoribus de quibus solis leges loquuntur, quando cessiones bonorum concedunt. *part. 7. tractat. 8. resolutione 2.*

Et quænam sint debita ex delicto secundum alios.

4. Infertur secundò beneficium cessionis bonorum non competere illis qui partim ex suo dolo, fastu, vel luxuria, partim fortunæ vitio, insufficientes ad solvendum effecti sunt. *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. cred.* Ita communiter Doctores, quamvis Ulricus Hunn. *volum. possess. disput. Treutler. 24. thesi. 4. pag. 544.* contrarium teneat putetque hodie de jure communi, illi soli, qui sua culpa eo redactus est, ut solvere non possit, beneficium cessionis bonorum competere. *ibid. resol. 3. & resol. 11.*

Nec in iis, qui fastu vel dolo mala sua bona perdiderit. Contrarium tenet Hunnius.

5. Tertiò, is, qui bonis cedit, si aliquid de suis bonis occultaverit, non gaudet Privilegio cessionis, sed detrudendus est in carcerem, quousque integrè solvat, est communis Doctorum. Unde sequitur, quod debitor bonis cessurus, omnia sua bona indicare debeat creditoribus; ita ut si vel obolum dolosè retinuerit, aut reservarit, cessio prorsus nulla sit, & invalida. Hæc autem judicatio debet fieri mediante juramento. *part. 7. tract. 8. resolut. 5.*

Cessurus bonis non potest occultare quidquã, nec obolum quidem, sed omnia bona sua indicare, mediante juramento.

6. An autem qui cedit bonis, possit in conscientia occultare aliquid ad sui sustentationem, & uti Privilegio cessionis? Negat Lugo *de iustit. tom. 2. disputat. 21. sect. 3. numer. 42.* At Hurtadus *de iustit. & iure disputat. 9. diff. 3.* & alii admittunt in conscientia, quod non obstante jure positivo id prohibente; possit ille qui cedit bonis occultare necessaria

Potest qui cedit bonis, retinere sibi necessaria ad sustentationem, & uti in conscientia beneficio cessionis.

Idque etiãsi debeat ex delicto.

cessaria ad sui sustentationem, *ibidem. resolut. 6.* & hoc etiamsi debeat ex delicto; idque juxta probabiliorem sententiam, quam tenet Trullench *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 15. dub. 5. numer. 1.* quamvis contrarium etiam sit satis probabile, ut putat Lugo citatus. *Ib. resol. 7.*

Non potest autem quid quam alienare in fraudem creditorum, aliàs non competeret beneficium cessionu.

7. Quartò, cessurus bonis, non potest aliquid in fraudem creditorum alienare, aliàs non gaudebit Privilegio cessionis. Lugo *de iustit. tom. 2. disputat. 21. & sect. 3. num. 39. part. 7. tractat. 8. resolut. 11.* Idem dic de Clericis, qui si in fraudem creditorum consumpserint bona, illa alienãdo, vel ludendo, &c. non gaudent beneficio, cap. Odoardus de solut. Ita Genuensis. *in praxi cap. 3. n. 6 Ibid. §. Nota.*

Idemque dicendum est de Clericis.

Debitor fisci non gaudet Privilegio cessionis

8. Quintò, debitor fisci, si nempe agitur de solutione collectarum, quæ imponuntur subditis pro quantitate bonorum, quæ possident, tunc si non est ad solvendum sufficiens, non admittitur ad cessionem bonorum: Si verò fisco ex contractu obligatus est non prohibetur bonis cedere. Floridus Mausonius *de causis execut. lib. 1. limit. 5. de action. part. 7. tractat 8 resol. 19. §. Diximus.*

Nec qui præposuit creditores posteriores.

9. Sextò, quando debitor posteriores creditores præponendo, ad solvendum sufficiens esse desiit, à cessionis beneficio repellitur. *ibid. §. secundò.* Septimò, Decoctores, qui dicuntur vulgò, *Falliti*, & semel bonis cesserunt, non possunt bonis accedere. *ibid. §. quarto.*

Nec qui semel cessit bonis.

Nec qui se obligavit ad carcerem.

10. Octavò, qui in instrumento contractus sese ad carcerem, in eventum non factæ solutionis, expressè obligavit, non posse cedere bonis statuit Arisminus Tepatus *in epitom. decis. tit. 28. de cess. bon. cap. 5. circa finem.* quamvis hanc sententiam improbet Matth. Colerus *de process. executio part. 1. cap. 6. nu. 121. ibid. § Et tandem.*

Negans debitum, non potest post sententiam obtinere beneficio cessionis.

11. Si quis negavit debitum, & postmodum convincitur, putant aliqui hunc non posse gaudere beneficio cessionis bonorum. Arisminus Tepatus *in epitom. decision. titul. 281. de cession c. 3.* Cum his tamen limitationibus; Primò quando habuit justam causam negando, & ante sententiam pœnituit, & Confessus fuit debitum, tunc enim non prohibetur bonis cedere? Secundò, quando debitum originem sumeret ab ipsamet sententia, ut quia esset actum actione in factum. Tertiò, Si fuisset appellatum à sententia condemnatoria, quia pendente appellatione, debitor potest cedere bonis. At his minimè obstantibus contraria sententia est tenenda, *ex l. 2. qui bonis cedere possunt:* ubi habetur; judicatum id est damnatum bonis cedere posse, ne in carcerem detrudatur, *part. 7. tract. 8. resol. 10.*

At contrarium verius, & probabilius.

Cessione bonorum non gaudet, qui sub spe hujus beneficii contraxit.

12. Debitor, qui contraxit spe cessionis, non gaudet hoc beneficio, est communis. Item Clericus, qui contraxit debita sub spe gaudendi beneficio, *cap 1. Fandis*, illo non gaudet. Ita Squillante *de Privileg. Cleric. c. 10. nu. 15. part. 7. tr. 8. resol. 13.*

Qui verò nõ dolore, sed culpabiliter ad inopiam redactus est dubium est, an hoc privilegio gaudeat.

13. Qui non dolore, sed culpabiliter ad inopiam pervenit, secundum aliquos gaudet beneficio cessionis: Et asserunt idem dicendum de eo, qui non quidem dolo malo, & de industria se inopem reddidit, sed tamen culpa sua ad inopiam redactus est. Ita Antonius Hering *de fideiuss. cap. 5. num. 107. & seq.* Alii verò id negant, *ibid. resol. 12.*

Idem dic de hærede non conficiente inventarium, aliis negantibus.

14. Item hæres, qui non confecit inventarium, non videtur posse uti beneficio cessionis, quia præsumitur hæreditatem opulentam, & ad solvendum sufficientem, invenisse. *Novell. 1. cap. 2. §. ... Si verò non confecerit l. ultim. Cod. de iure deliberan* Ita Matthæus Brunus *in tractat. de cession. bon quæst. 4. princ. quæsito 6.* At Hieronym. Treutl. & Hunnius *volum. post. disput. 24. the. 4.* volunt, hæredem non conficientem inventarium bonis cedere posse; quia hujusmodi hæres tenetur creditoribus in solidum quemadmodum ipse defunctus teneretur, si viveret, atqui defunctus posset bonis cedere, ergo & hæres. Advertit autem Squillante *de Privileg. Cler cap. 10. numer. 43.* ex Trivisano. & Riccio, Clericum hæredem

Alii verò affirmantibus. Et quid de Clerico?

hæredem non confecto inventario non esse admittendum ad beneficium *cap.* Odoardus *de solut. part. 7. tract. resol. 14.*

Qui renunciat Privilegio cessionis non potest eo uti, si id juramento firmet.

15. Si quis renunciavit Privilegio cessionis non potest eo uti, & valet pactum, præcipuè si sit juramento firmatũ. Et ratio est, quia unicuique integrum est his, quæ ipsi à lege concessa sunt renunciare. Et non est indulgendum beneficium illi, qui ei renunciavit. Ita Harprechtus *in comm. ad inst. tomo. 4. titul de Act. §. ult. numer. 11. & seq.* Quod si debitores velint eo beneficio uti, petant ab Episcopo absolutionem à juramento, ut observat Molina *de just. tom. 2. tractat. 2. disput. 572. in fine.* Si verò prædicta renunciatio facta sit sine juramento, tunc poterit admitti sententia eorum, qui asserunt, hujusmodi pactum non tenere, & posse nihilominus gaudere cessionis beneficio. Ita Covarru. *libr. 2. var. resol. 1.* & quamplurimi alii. *ibid. resol. 15.*

A quo petẽda absolutio, si quis stare nequeat huic pacto Secus dicendum, si non juraverit.

Debitor cui offertur quinquennalis dilatio quando possit, necne uti cessione bonorum.

16. Si creditores offerant debitori quinquennalem dilationem, aliqui existimant illud excludi à beneficio cessionis. Glossa *in l. fin. verb. Inducias, Cod. qui bonis ced. poss.* Verum contrarium tenuit ipsa Glossa *in d. l. fin. verb. detur.* ubi dicit, quod sit in electione debitoris, an velit bonis cedere, an verò acceptare dilationem quinquennalem. Has Glossas concordant Alberti *in d. l. fin.* & Vincent. de Franch. *decis. 251.* Quod si debitor nolit dilationem, sed velit statim cedere, possit, & tunc electio sit debitoris. Sin verò nolit cedere, sed gaudere induciis, tunc electio sit creditoris. *ibid. resol. 17.*

Cedenti bona, non sunt neganda alimenta.

16. Creditor, qui bonis cessit non est fraudandus quotidianis alimentis. Ita Lessius *libr. 2. cap. 16. dub. 3 numer. 6.* & huic sententiæ tanquam æquiori, & humaniori est adhærendum, quidquid in contrarium afferant Dicastillus *de just. lib. 2. tract. 2. disp. 10. dub. 4. num. 78.* & Lugo *tom. 2. disp. 21. sect. 3. n. 37. p. 7. tr. 8. res. 4.*

Saltem ex bonis, quæ acquisierit post cessionem.

17. Quod si his, qui cessit bonis, postea bona aliqua acquisierit, non potest conveniri in judicio, nisi in quantum commodè possit, hoc est, non potest spoliari per judicem omnibus bonis illis acquisitis, sed judicis prudentis est suo arbitrio illi relinquere quod satis ei sit, ad illius parcam sustentationem congruam. *ibid. resol. 8.*

Et id etiam in foro conscientiæ.

Et hoc habet locum etiam in foro conscientiæ, ita ut, quæ debitor lucratur post cessionem, si necessaria sint ad decentiam status non teneatur illa restituere, idque sive debita priora fuissent per justitiam, sive per injustitiam contracta. Ita Petrus à Navarra, *Libro 4. cap. 4. dubio 10. n. 59. ibid. res. 9.*

Cessio bonorum liberat solum creditores, non autem fidejussores. Nisi is esset Clericus, qui gaudet Privilegio cap. Odoard.

18. Licet debitor principalis bonis cesserit, non ideò tamen fidejussores liberantur ab onere solvendi integrè pro illo, quia cessio solum prodest ipsi debitori, imò ipso dantur fidejussores, ut solvant, quando debitor principalis solvere non potest. Lugo *de Iust. t. 1. disp. 21. sect. 3. num. 39.* cum aliis. Quæres? An Laicus fidejussor Cleri gaudeat beneficio *cap.* Odoardus *de solut.* Respond. negando, cum tale privilegium sit personale, & propterea personam clerici non excedit. Secus si Clericus esset fidejussor laici gauderet enim tali Privilegio, *part. 7. tract. 8. resol. 18.*

Cedens bonis non est liber à restitutione. Etiamsi cessio esset ignominiosa.

19. Nec qui cedit bonis, liber est à restitutione, sed manet obligatus ad solvendum residuum, si postea ad pinguiorem fortunam pervenerit, aut aliquid acquisierit, est communis, *ibidem. resol. 20.* Etiamsi hæc cessio fiat cum ignominia, juxta communiorem, & magis receptam sententiam, quia ignominia illa non extinguit obligationem naturalem solvendi debita, sed est pœna propter culpam præsumptam contrahentis debita supra vires, & ad deterrendos alios, ne prodigalitate, & negligentia ad similem statum deveniant. *ibid. res. 21.*

Quam posse statuto introduci, affirmant communiter DD.

20. Quæres, An statuto hæc ignominiosa cessio introduci possit? Negant Cyn. *in l. 1. quæst. 5. Cod. de cess. bon.* Baldus *in l. fin. ff. eod.* & alii plerique interpretes. Verum similia statuta, & talem cessionem bonorum ignominiosam communiter Doctores admittunt, nec illam reprobant, est enim introducta propter

propter bonum publicum ad deterrendos homines, ut dictum est *p.7.tract.8. ref.21.§.Sed hic.*

Cessio simplex bonorum non inducit irregularitatem.

21. Quæres præterea, Num qui cedit bonis, fiat Irregularis; Respond. primò cedentem simpliciter bonis non non esse irregularem, quia non est infamis nec talis cessio infamiam irrogat. Est communis. Respond. secundò. Infamiam ignominiosam inducere infamiã facti, si non juris. Ita Cardinalis Tuschus *tom.1.concluſ.227.num.7.* & Maiolus *de Irregul. libr.2. cap. 11. num.16.* Tamen contraria etiam sententia sua probabilitate non caret, quia certum est ex *cap.2. qui de sentent. excommunicat. in 6.* quod nulla irregularitas incurritur, nisi sit in jure expressa; at nullus invenitur textus imponens irregularitatem cedenti bonis cessione ignominiosa, ergo. Ideo tu cogita *p.7.tr.8.r.22.*

At ignominiosa videtur inducere. Licet contrarium sit etiam probabile.

Dilationes, seu inducie moratoriæ concedi possunt à Principe.

22. Potest Princeps per rescriptum suum alicui concedere dilationes seu inducias moratorias, temporales tamen, ad hoc ut intra tempus indultum debitores à creditoribus nequeant molestari: non potest verò concedere dilationem peremptoriam quæ jus alterius partis omninò tollit, & infringit. Advertant tamen Principes, ne eas concedant absque justa, & gravi causa. Advertant 2. non posse concedi ab inferiore, qui non habet jura tenitoralia, nisi concedantur consentiente majori parte creditorum, in quo casu talis dilatio potest per quemcumque Judicem dari, & concedi, *l.final.C.qui bonis ced.poss.p.7 tr.8.r.23.*

Ex iusta, & gravi causa, & habente iura tenitoralia.

Non nisi pro modico temporis spatio.

23. Quæ quidem dilato ad solvendum non potest concedi à Principe, nisi pro modico temporis spatio, quod spatium quidem extendunt ad quinquennium, alii ad decennium. Sed Lancellot. *in templ.iudic. Lib.1.cap.1.§.4.de Imper. ver.dilationes indulgent.num.3.* determinat hoc totum relinquendum Judicis arbitrio. Et *num.4.* dicit, si excedatur modicum tempus dilationis concessio, nem non valere. *ibid.ref.24.*

Et incipiunt currere à

24. Hæ verò induciæ moratoriæ à Principe concessæ incipiunt currere à die, quo fuerunt datæ, non à die quo fuerunt insinuatæ creditoribus: nisi Princeps in rescripto aliud tempus expresserit; vel nisi inter debitorem, & creditorem de certo die solvendi convenerit, & is dies tempore dati rescripti nondum venerit, tunc enim incipit dilatio concessa à die, quo fuit concessa. Guid. Pap. *decis.109.* & alii. *ibid.ref.25.*

die, quo fuerunt datæ nisi aliud fuerit in rescripto, vel inter partes conventum.

25. Nec possunt, vel debent concedi quibusvis debitoribus, sed illis solum, qui adversa fortuna, absque suo dolo, & culpa ad inopiam redacti sunt. Non autem decoctoribus qui culpa sua ejusmodi calamitatem, & inopiam procurarunt: Hi enim furibus comparandi, eorumdemque loco habendi *d.ord.pol.r.23. p.7.tract.8.ref.26 §* & ideo.

Non sunt autem concedendæ omnibus debitoribus. Nec decoctoribus.

26. Unde infertur primò eas concedendas non esse, quando debitum provenit ex delicto, si quidem tunc non habentes in ære luere debent in corpore, & tales nulla sunt commiseratione digni. Menoch. *de arbitr.q.cas.203.n.16. & seq. ibid.ref.26.*

Nec debitoribus ex delicto.

27. Secundò quamvis concedi possint debitoribus ex contractu, non tamen sunt concedendæ omnibus: Contra debitum enim ex contractu depositi descendens dilatio quinquennalis à Principe concedi non debet, quoniam hoc natura depositi non patitur, siquidem res depositæ sine ulla mora, & dilatione, remotis, & exclusis omnibus exceptionibus restitui debet deponenti. *lib.1. Cod. depositi.* Hinc sequitur Clericum debitorem ratione depositi non gaudere beneficio *ea.* Odoardus *de solut.* Squillante *de Privileg. Cleric. cap.10. dub. 3. num.42. ibid. resolut.27.*

Nec debitoribus ex contractu depositi.

28. Tertiò non possunt concedi pro debito ex contractu locationis, seu conductionis descendente Menoch. *dict. casu 203. numer. 18. p.7. tract.8. ref. 27. §. Idem.*

Vel ex contractu locationis seu conductionis.

29. Quartò non possunt concedi contra debitum pupillare.

30. Quintò contra debitum alimentorum.

Nec in sequentibus.

31. Sextò contra debitum opificum

mercenariorum, & famulorum, quo scilicet debitor ipsis pro labore obligatus est.

32. Septimò. Nec contra debitum Ecclesiasticum.

33. Octavò. Nec contra debitum fiscale.

34. Nonò. Nec contra debitum, quod cum exteo, & transeunte contractum est.

35. Decimò. Nec contra debitum dotis, si videlicet à Principe concedenda forent Creditor tamen dotis debitori sui inducias istas indulgere non prohibetur. Atque hæc omnia certissima sunt ex I. C. & præcipuè ex Thoma Maulio *tractatu de cess. bonorum titulo 6. numer. 14. & sequ. ibidem resolutione. 27.*

Dilationes generales quomodo intelligenda. Et petenda.

36 Dilationes moratoriæ generaliter loquentes, nisi aliud sit in rescripto; non extenduntur ad debita prædicta *num. 27.* Neque ad debitum juratum. Ideoque necesse est, ut debitor supplicans in sua supplicatione exprimat qualitatem debiti, itemque significet an lis pendeat, an sententia sit prolata, an pro eodem debito habuerit alias inducias, an debitum sit vetus, an recens; denique, ut narret ea omnia, quæ possunt operari, ut Princeps non concederet, vel difficilius concederet. Carolus de Grassis, *de except. 32. num. 31.* Aliàs præsumeretur in dolo tacendo veritatem, vel exprimendo falsam causam, & inducia viderētur obreptitiæ, & consequēter essent nullæ ipso jure. *p. 7. tr. 28. §. & ideò & resolut. 29.*

Pro debitis juratis non posse Principem sæcularem concedere inducias aliqui dicunt.

37. Quæres an pro debitis juratis concedi possint à Principe dilationes moratoriæ, ut inducia valeant? Negativè respondet Carolus de Grass. *dict. except. 32. numero 8. & seq.* Cum aliis: qui etiam appellat hanc sententiam animæ tutiorem: & hanc potestatem concedit tantum Pontifici Maximo. At Thomas Maulius *tractat. de cess. bon. titul. 7. numero. 30.* observat, ubivis locorum contrarium servari, & Principes sæculares concedere inducias moratorias tam pro debitis juratis, quàm pro non juratis. Quia juramentum semper intelligitur præstitum salva auctoritate superioris. Et licet Princeps sæcularis non possit tollere vires juramenti, potest tamen differre ad tempus, ut scribunt Alexand. 2. consilio 38. Surd. *dict. consil. 299. num. 17.* & ità hanc sententiam tenent etiam Daniel Mollerus, & Thesaurus, & Maximilianus Faustus de Ærario *Class. 4. cons. 365.* Sed quidquid sit de hoc, certum est quod si prius impetravit debitor absolutionem à juramento, quod possit moratoria dilatione uti sine metu perjurii, ut observat Maulius citatus *n. 33.* Itaque debitor prius petat omnino ab Episcopo absolutionem à juramento. *ibid. res. 30.*

Alii contrarium tenent.

Tutius aget debitor si prius petat absolutionē à juramēto, & postea inducias.

38. Quæres secundò, an dilationes moratoriæ quæ à Principe conceduntur, possint concedi à majori parte creditorum, ita ut à reliquis creditoribus, qui non consenserunt, debitor molestari non possit? Negat Cucchus *in tract. de morat. præscript. numer. 31. 32.* & idem placet Rebuffo. In contraria sententia sunt Alexand. Angel. Cardinal. Paris. & Afflict. quos allegat, & sequitur Straccha *in tractat. morat. & decoct. pass. 6. numero 20.* & alii quamplures; quæ autem servanda in praxi dictæ dilationis quinquennalis, quæ à creditoribus concedi solent traduntur fusè à Petro Molina *de iustit. tom. 2. tractat. 2. disputatione 372. numer. 16.* quem vide. Adverte tamen, quod si unus cum juramento debitorum obligatum habet, non tenetur cæteris creditoribus ad dilationem quinquennalem. Ita Thomas Maulius *tractat. de cess. bon. titul. 7. numero 18.* & alii. *part. 7 tractat. 8. resolutio 31.*

Dilationes moratoriæ concedi etiā possunt à majori parte creditorum.

39. Quod si in concessione hujusmodi dilationum facta sit expressa mentio fidejussoris, quod nimirum is etiam intra tempus concessum non debeat conveniri, nulla est dubitatio, quia istæ inducie etiam fidejussori prosunt. Carolus de Grassis *dict. exception. 32. numero 37.* Sed si nulla facta est mentio fidejussoris, & res debita, oportet videre an inducie istæ sint concessæ.

Inducia prosunt fideiussori, si de eo fit facta mentio & inducia data sint à Principe. Si verò non, & fideiussor renunciavit Authenticæ &c. non prosunt.

cessæ ab Imperatore, vel Principe; an verò à creditoribus ipsis. Si enim sunt concessæ ab Imperatore, vel Principe, & fidejussor renunciavit Authent. *præsente Cod. de fideiuss.* eaque renunciatio valet, hæ induciæ fidejussori non prosunt in tantum ut etiam fidejussor conventus non possit debitori litem denunciare ad suscipiendum judicium, & opponendam moratoriæ dilationis exceptionem. Franc. *de fideiuss. cap. 3. numero 153.*

Secus si non renunciavit Inducia verò datæ creditoribus, prosunt indistinctè fideiussori.

Si verò Fidejussor non renunciaverit prædictæ Authentic. & cætera, tunc induciæ prosunt etiam fidejussori Cuchus *de morat præscrip. num 139.* Quod si induciæ sunt concessæ non ab Imperatore, vel Principe: sed à creditoribus ipsis, tunc indistinctè prosunt fidejussori, etiamsi renunciaverit dict. *Authentic.* & cætera, quia inter creditores, & debitores, datis induciis, actum intelligitur, ut fidejussori interim parcatur, & ne contra fidejussorem interea procedatur. Thomas Maulius, *tract. de cess. bon. tit. 7 n. 41. p. 7. tr. 8. res. 32.*

Alii casus, in quibus inducia concessa principali prosunt etiam fideiussoribus.

40. Sunt etiam alii casus, quos ponit Hunnius *in Encyclopedia Iuris parte secunda titul. 28. capit. quinto numero* 10. In quibus dilatio concessa principali prodest, & fidejussori. Primò, quando fidejussor obligatus est, ut principalis; tunc enim dilatio principali concessa, prodest quoque fidejussori. Secundò, quando dilatio quinquennalis à Principe non ad preces debitoris, sed motu proprio ipsi concessa est. Tertiò, quando in rescripto moratorio ipsorum quoque fidejussorum mentio facta est. Quartò, quando fidejussor conventus est, debitor verò principalis pro suo interesse, interveniens exceptionem opponit moratoriæ dilationis, tunc fidejussori moratoria dilatio prodest, ne ipse debitor conventus à fidejussoribus, per indirectum solvere cogatur, ipsique dilatio inutilis existat. Quintò, quando fidejussores à creditoribus, tempore induciarum, principali debitori concessarum, conventi, opponunt exceptionem excussionis, vel cedendarum actionum, tunc quia, durantibus dilationibus, nec principalis excuti, nec actio cum effectu credi potest, ideò in hoc casu creditores repelluntur. *Ibid. resolut. 12. § Non deseram.*

Dubium an in induciis currant usuræ, & interesse.

41. An verò pendentibus dilationibus usuræ, & interesse currant; Salicetus *in leg. 2. Cod. de precibus Imperat. offer.* affirmat, eumque plures sequuntur. At Daniel Moller. *lib. 4. semestrium cap. 7. numero 2.* cum aliis itidem, id negat. Hunnius verò *in Encyclop. Iur. part. 2. titul. 28. cap. 5. numero 2.* distinguit: Si usuræ debentur ex mora, tunc in induciis non currunt, cum enim durantibus induciis sors peti non possit, nec etiam ulla mora imputari valet. At quæ usuræ ex conventione debentur, & conventionales appellãtur, per dilationem moratoriæ non sistuntur, sed currunt, & elapso quinquennio, una cum sorte creditori præstari debent *part. 7. resol. 33.*

Impetrans dilationem tenetur ad cautionem fideiussoriam.

42. Qui dilationem à creditoribus, vel à Principe obtinuit, tenetur creditoribus suis idoneos fideiussores dare de solutione post elapsum tempus. Quæ quidem cautio ab ipso Principe remitti non potest, præsertim si petatur à creditoribus, alioquin valent induciæ à Principe concessæ. Quod si propter inopiam, nec fidejussoribus, nec pignoribus cavere potest, ad juratoriam cautionem admitti debet. Thomas Maulius. *tractat. de cess. bonitit. 7. num. 4. & seq ibid. res. 34.*

Vel saltem juratoriam.

Inducia possunt imperari lite pendente.

43. Pendente lite circa exactionem debiti possunt debitores impetrare dilationes moratorias: non tamen si esset decisum & sententia lata, vel in calculo ferendæ sententiæ. Thesaur, *decis. 186. numer. 7.* Carolus tamen de Grassis *except. 32. num. 44.* scribit hæc non servari in Regno Siciliæ, *p. 7. tract. 8. res. 35.*

Et concedi etiam Iudæis.

44. Induciæ moratoriæ, & quinquennales concedi possunt etiam Judæis. Wsmerus *in controvers. iur. lib. 1. titul. 9. controvers. 2. num. 27. ibid. §. Notandum.*

CIRCVMSTANTIÆ Peccatorum.

Circumstantiæ peccatorum quot & quæ.

1.† CIrcumstantiæ peccatorum, & generaliter actuum humanorum continentur in illo versu,

Quis, Quid, Vbi, Per quæ, Quoties, Cur, Quomodo, Quando.

Quis, significat circumstantiam personæ, quæ peccat, vel cum qua peccat. *Quid*, circumstantiam rei, circa quam peccat, ut ministrare Sacramenta in peccato mortali, est peccatum, & quidem eo majus, quo Sacramentum est excellentius. Hæc circumstantia pertinet ad *quid*. *Vbi*, significat locum peccati. *Per quæ*, significat media, causas, vel occasiones peccandi, quæ quandoque sunt distinctum peccatum, ut fornicari nummis furtivis. Huic circumstantiæ respondet circumstantia, *Cur*, & significat finem peccati, qui addit quandoque novam malitiam, ut quando quis furatur ob fornicandum. *Quoties*, significat numerum peccatorum, *Quomodo*, significat, modum peccandi, publicè ne, an occultè, scienter, an ignoranter, &c. *Quando*, significat circumstantiam temporis.

Aliquando mutant speciem, & quare.

2. Exlis circumstantiis ferè omnes, præter *Quoties*, pertinent ad speciem peccati, seu sunt accidentia speciei, ita tamen ut quandoque speciem mutent. Nam voluntas, cum non sit ad unum determinata, sicut natura, posita deformitate actus ex malo, v. gr. motivo, potest ulterius procedere, & aliam malitiam præstare ratione alicujus circumstantiæ, & sic idem actus erit in duplici specie morali, & duplex peccatum, sed probabiliorem opinionem.

Et quando.

3. Utrùm verò circumstantia speciè mutat, hac regula dignoscitur: si transfert peccatum ex materia unius virtutis, in materiam alterius, facitque ut actus non solùm opponatur uni, sed & alteri virtuti, tunc mutat speciem; si verò relinquit actum intra materiam ejusdem virtutis, non mutari quamvis peccatum in eadem specie aggravet.

Circumstantiæ mutantes speciem sunt necessariò confitendæ.

4. Et quidem certum est, circumstantias mutantes speciem necessariò exprimendas esse in Confessione, cum ex supradictis addant novam malitiam mortalem.†

Quæ verò tantùm aggravant.

5. Porrò Suarez in 3. *part. tom.* 4. *disputat.* 22. *sectio.* 3. & alii, idem dicendum putant de circumstantiis notabiliter aggravantibus, aut minuentibus; & contrariam sententiam, quod hæ in Confessione taceri possint, improbabilem esse, nec ullo pacto ad praxim deduci posse. Sed falluntur. Nam hanc sententiam docuit D. Thomas *in* 4. *dist.* 16. *qu.* 3. *art.* 2. *quæst.* 5 quem secutus est Durand. *ibid. quæst.* 4. & alii non pauci. (Unde D. Thomas pro prima sententia perperam adducitur. *part.* 5. *tract.* 14. *resolut.* 56. §. *Quæres nono.*) Estque non minus probabilis quam prædicta Probatur autem primò; quia non habemus præceptum de his circumstantiis explicandis. Nam de jure divino solùm tenemur confiteri omnia peccata mortalia, quæ omnia sufficienter confiteri possumus absque his circumstantiis, dicendo, ver. gr. *Commisi furtum mortale toties*, non explicando furti quantitatem; ut docent in specie Bonacin. *de Sacram. disputatione* 5. *quæst.* 5. *sect.* 2. *punct.* 2 §. 3. *diff.* 3. *numer.* 22. & Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 91. *artic.* 1. *dub.* 3 *num.* 3. contra Nugnum *in Addit. ad* 3. *part. tomo* 2. *quæst.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. & alios, *p.* 1. *tr.* 7. *ref.* 14 Probatur secundò, quia Trident. *sess.* 14. *cap.* 5. Assignans necessitatia ad Confessionem per illa verba, *Nihil aliud ab Ecclesia à pœnitentibus exigitur, quam ut, &c.* de circumstantiis aggravantibus nihil dicit: sed solùm ait explicandas esse circumstantias mutantes speciem, quod proindè de illis virtualiter negat. Probatur tandem; quia aliàs peccator deberet scire omnes circumstantias aggravantes, sicut scire tenetur omnia peccata mortalia, quod esset valdè durum. *parte* 1. *tractat.* 7. *resolutione* 1. *& parte* 3. *tr.* 4. *res.* 67.

Sicut neque notabiliter minuentes.

6. Et hæc omnia procedunt etiam de circumstantiis notabiliter minuentibus peccatum. Unde puella, quæ me tu

metu mortis consentit alterius libidini; non tenetur explicare circumstantiam metus. *part. 5 tract. 14. resol 85.* † Sed videamus in particulari quænam circumstantiæ explicari debeant. †

CIRCVMSTANTIA Quis.

Igitur Sacerdos occidens, vel mutilans nō tenetur explicare circumstantiā Sacerdotii.

7. POsito hoc principio, quoad circumstantiam *Quis*, Non damnarem Sacerdotem, vel Sacris initiatum, percutientem aliquem ad mortem, vel sanguinis effusionem, si circumstantiam Ordinis Sacri taceret; quia est tantùm aggravans. Quamvis teneri, doceat Nugnus *in Addit. ad 3. par. tom. 2. quæst. 9. art. 2. dub. 3. concl. 5.* ex eo, quod hoc peccatum maximè repugnet tali statui propter irregularitatem annexam. *p. 1. tr. 7. res. 8.*

Nec sponsi de futuro circumstantiam in fornicatione.

8. Deinde, sponsus, & sponsa de futuro fornicantes, non tenentur explicare circumstantiam fractorum sponsaliorum: quia hæc circumstantia non facit adulterium Ita Henriquez *lib. 11 c. 13. n. 4* quidquid contra sentiat Homobonus *part. 1. tractat. 7. cap. 36. quæst. 140. part. 1. tract. 7. res. 5. & part. 3. tract. 4. resol. 67. §. in resolut. 5.*

Item, nec qui primò fornicatur, circumstantiam virginitatis amissæ.

9. Tertiò qui primò fornicatur, secundum aliquos apud Nugnum *in Addit. ad 3 par. tom. 2. quæst. 9. art. 2. dub. 3. concl. 5.* tenetur explicare circumstantiam virginitatis amissæ, etiam ex maribus; quia hi verè amittunt quamdam integritatem, & laureolam irreparabiliter. Sed, quoad mares judico cum Suarez *in 3. part. disp. 22. sect. 5. in circumstant. Quid.* & aliis communiter, non teneri. Sicut non tenetur primò post Baptismum peccans exprimere circumstantiam innocentiæ baptismalis amissæ, quod est majus damnum. *part. 1. tract. 7. res. 10.*

Sive sit masculus.

Sive fœmina.

10. Quoad fœminam verò, quamvis D. Thomas *2. 2. quæst. 64. artic. 6.* & alii doceant, teneri explicare circumstantiam virginitatis amissæ: quia hæc addit speciem stupri, maximè si sit sub cura parentum. Probabilior tamen est negativa sententia Vasquez *opusc. de restitut. cap. 3. §. 1. dub. 1. num. 6. & in par. 2. disputat. 112. cap. 1. num. 1.* & aliorum. Quia, dum virgo sponte consentit, ejus fornicatio non est stuprum, sed ejusdem speciei cum simplici fornicatione, quod etiam dic de raptu ipsa, consentiente; ut probabile putat Fagund. *part. 2. lib. 4. cap. 3. num. 17.* Ratio est, quia virgo sponte fornicans, &c. non facit sibi injuriam, nec facit injuriam parentibus, quia est domina suæ integritatis virginalis, cum ergo cesset circumstantia injuriæ contra justitiam, quæ requiritur ad stuprum, vel raptum, non dicetur stuprata, vel rapta. *part. 1 tractat. 7. res. 11. & 37. part. 2. tract. 18. resol. 12. & part. 3. tract. 4. res. 67. §. in res. 3, 7.*

Quid à fortiori procedit in pollutione cum delectatione de alio.

11. Ex quibus infertur primò quòd virgo, quæ morosè circa aliquem delectatur, etiam si se polluat, non tenetur explicare circumstantiam virginitatis. Quod procedit etiam in prima sententia; nam, licet per pollutionem amittatur virginitas prout virtus, non tamen amittitur quoad integritatem signaculi. *p. 1. tract. 7. res. 11. §. Vnde, & §. Et tandem.*

Et in Sodomia. Tenetur autem in delectatione morosa explicare pœnitens, an sit conjugatus, vel Religiosus.

12. Infertur secundò à fortiori, non esse explicandam circumstantiam virginitatis in Sodomia, cui per eam claustrum virginale non violetur. *Ibid. §. Secundò* in fine.

13. Quartò, conjugatus morosè se delectans circa solutam, peccat peccato adulterii contra fidem matrimonii; unde tenentur hanc circumstantiam explicare. Sicut etiam Religiosus, vel alius habens votum castitatis absolutum. Minimè verò, si vovisset solum castitatem externam. Sed circa hoc utrumque, vide infra V. *Delectatio morosa, n. 5.*

An in fornicatione explicari oporteat an quis sit eunuchus.

14. Quintò, Frigidus, vel Eunuchus, meretricem cognoscens, secundum Hēriquez *lib. 5. cap. 6. num. 3. gloss. lit. M.* tenetur confiteri circumstantiam impotentiæ, quæ facit talem copulam esse contra naturam, quia non habet finem à natura intentum. Sed de hoc dubitat Filliucius *tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 1. num. 23. part. 3. tract. 4 res. 139.*

15. Sex-

Et in furto, quod tenetur custodire rem proximi ex justitia.

15. Sextò, furans rē proximi, quam ex officio custodire tenetur, non tenetur explicare circumstantiam officii; quia hæc circumstantia non variat speciem, nec aggravat notabiliter. Ità Henriquez *libro 2. capite 6. numer. 3. gloss litt. O.* contra Medinam *in C. de Can. &c. part. 2. tr. 7 resolut. 36.*

Circumstantia personæ, cum qua peccatur, sæpe non oportet exprimere

16. † In his item casibus, in quibus non est necesse explicare circumstantiam personæ peccantis, complices non tenentur explicare circumstantiam personæ, cum qua peccaverunt. Sed satis est dicere: peccavi contra naturam, quando non est reservatum, si cum fœmina vel cum masculo commisit peccatum. *part. 8 tract. 7. res. 86.*

Et sic aliqui dicunt in sodomia non explicandam circumstantiam sexus.

17. Unde in primis † secundum Cajetanum *quæst. 2. de conf.* † in sodomia non oportet explicare circumstantiam sexus. Nec in bestialitate, genera animalium: quia tales differentiæ sunt materiales, & in genere entis, non formales, & in genere moris. Unde satis est dicere: *Peccavi toties in sodomia, toties in bestialitate.* Sed Tannerus *in 2. 2. tom. 3. disput. 3. quæst. 3. punct. 6. num. 149.* ait, explicandam esse circumstantiam sexus. *part. 6. tr. 7. resolut 2. & part. 5 tract. 14 resolut. 56. §. Quæro primò, & part. 7 cap. 12 resolut. 165 & resol. 23.* Adverte item cum Filliucio, *tom. 2. tract. 30. cap. 7 numer. 131.* probabile esse, quod peccata contra naturam omnia sint ejusdem speciei specialissimæ. Sed probabilius, quòd solùm conveniant in specie subalterna *part. 3. tract. 4. resol 159.* in fin. Item adverte cum Dicastillo *de just. lib. 1. disp. 2. dub. 19. numero 328.* eum, qui copulam sodomiticam habuit cum virgine, non teneri explicare in confessione circumstantiam virginitatis; quia talis copula non habet specialem malitiam stupri, cum non violetur integritas virginis. & ideò in tali casu sufficit, ut pœnitens se accuset habuisse verbi gratia semel copulam sodomiticam cum fœmina. Et hanc opinionem etiam Trullench *in Decal tom 2 lib. 6. cap. 1. dub. 8. §. 2. numer. 3* admittit tanquam probabilem. *part. 7. tract. 12. resol. 16.* Imò etiamsi diceret, se habuisse copulam sodomiticam, nec explicaret sexum satis esset, ut dictum est. Unde vir, qui præ verecundia non audet in confessione aperire se commisisse sodomiam cum uxore, potest probabiliter dicere, se ter, aut quater peccasse contra naturam, nihil aliud explicando. Ita Mazuchellus *tractat. de cas. reser. cap. 22. difficul. 1. numer. 24.* quam etiam tanquam probabilem admittit Machād. *de perfect. confess. tomo 1. lib. 2. part. 3. tract. 19 dec. 5. numer. 5. & seq.* ego tamen adhæreo opinioni Sanchæ asserentis, eum teneri ad hanc circumstantiam aperiendam, & dicendum se habuisse copulam sodomiticam cum uxore *part. 7. tractat. 2 resolut. 22.* Item qui se polluit, tangendo puerum, nondum soli capacem, vel verendā alicujus bestiæ, non tenetur secundum Cajetanum in 2. 2. *quæstion. 154 artic. 11* has circumstantias in Confessione explicare, quia hæ pollutiones inter se non differunt specie. Alii tamen tenent mutare speciem, & aperiendas in Confessione, & ab hac ut probabiliori, & tutiori in praxi non puto recedendum. *ibid. resol 15.*

In hoc tamen contrarium est mihi probabilius.

Nec qui se polluit tangendo infantem, vel bestiam.

Contrarium tamen tutius, & probabilius.

Nec in bestialitate genera animalium.

18. Deinde in Sodomia, ait Leone, *part. 1. recollect. 9. num. 216.* & 218. explicandam esse cognationem in linea recta: quia putat, mutare speciem. Sed ego puto cum Florono, *part. 2. casu 6. numer. 31.* satis esse dicere: *Coivi cum consanguineo,* vel *cum affini.* Quia, cum in sodomia non misceatur caro, nec contrahatur affinitas, nec gradus, nec linea variat speciem. An verò explicanda sit circumstantia agentis, vel patientis, quære infra. *Circumstantia, quomodo, numero 97. parte 3. tr. 4. resolut. 101. & 159. §. Ad secundum & parte 7. tractat. 12. resolutione 18.*

Item in sodomia non oportere explicare gradum cognationis.

Nec si cum Virgine, circumstantia Virginitatis.

19. In copula verò naturali inter cognatos, aliqui putant, non solùm explicandam esse lineam, sed etiam gradum. Et aliqui probabiliter addunt, incestum cum matre differre specie ab incestu cū sorore, filia, & cætera, propter incomparabilem violationem pietatis; in qua sententia non satis esset dicere.

Quod etiam procedit in incestu non naturali.

Nec si cum uxore circumstantia matrimonii.

Coivi

Coivi cum consanguinea in primo gradu, sed explicandum esset *cum matre, sorore, &c.* Sed Hurtado, *disputatio. 9. de Sacrament. pœnitent. diffic. 4.* probabiliter putat, esse ejusdem speciei incestum in eodem gradu, & linea, quamvis eo graviorem, quo gradus est vicinior stipiti. Unde in hac sententia satis est dicere: *Rem habui cum consanguinea in linea recta*, &c. Addit Cajetanus *in 2. 2. quæst. 154 artic. 9.* etiam in diversa linea non differre specie, quare satis est dicere: *Commisi incestum toties*, quod etiam si probabile, illudque novissimè docet Ezustus *t. 1. lib. 4. quæst. 95. part. 1. tract. 7. res. 31. pa. 2. 3. tract. 4. res. 67. § in resol. 3. par. 4. tract. 4. resol. 134. & part 5 t. 14. resol. 56. §. Quaro sextò.*

Mulier peccans cum Sacerdote Religioso satis est quod explicet circumstantiã SacriOrdinis aut professionis. Quod etiam satis est in ipso agente.

20. Mulier peccans cum Sacerdote Religioso, committit sacrilegium, & tenetur explicare circumstantiam personæ, non quidem utramque, nimirum Sacerdotii, & Religionis, sed illarum alteram, dicendo: *Peccavi cum Religioso*, vel, *cum Sacerdote.* Quod etiam procedit de ipso Sacerdote, qui satis est, quòd explicet alterutrum. Et ratio est, quia vota solemnia castitatis, quæ emittuntur in professione Religiosa, & in susceptione Sacrorum Ordinum, sunt ejusdem speciei. Ita Sanchez *de matrimon. tomo 2. libro 7. disputat. 27. numero 27.* contra Sotum *in 4. distinct. 18. quæstion. 2. artículo 4.* Imò puto, votum solemne castitatis à voto simplici non differre specie & consequenter prædictam mulierem, & Religiosum satisfacere, illum dicendo: *Concubui toties cum habente votum castitatis*: hæc verò, *Fregi votum castitatis.* Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 9. difficult. 37. numer. 16.* contra Palaum *in 4. distinction. 16. dub. 3 numer. 31. part. 1. tract. 7. resolutione 3. & 4. & part. 3. tractat. 4. res. 67 § in resol. 4.*

Quis uterque satisfaceret explicando circumstantiam voti castitatis tantùm.

Teneretur aut. adhuc mulier. etiã ipse Sacerdos non teneretur.

21. Addit Llamas *part. 3. cap 8. §. 16.* quòd, qui pollueretur tactibus impudicis personæ Sacræ, aut Religiosæ, non teneretur explicare circumstantiam talis personæ, neque ipsa persona sacra ad id teneretur, si non pollueretur ipsa. Quia persona sacra non violatur, nisi per propriam pollutionem. Sed ipse contrarium verum existimo. *part. 1. tractat. 7. resolut. 53* Quamvis placet opinio cujusdam viri docti apud ipsum, *ibid. §. 1.* quod polluens se cubando super hominem, sicut super mulierem satisfaciat dicendo: *Pollutus sum tangendo alterum impudicè. Ibid. res. 52.*

Circumstantia veri Ordinis minoris num quam venit explicanda.

22. Mulier rem habens cum Clerico in minoribus, non tenetur hanc circumstantiam explicare, quia circumstantia Ordinis minoris, nec variat speciem, nec aggravat notabiliter peccatum fornicationis. Ita Llamas, *part. 3 cap. 8. §. 14.* Contra quem dicendum cum Megala *in prima part. lib. 5 cap. 11. numer. 7.* fœminam, quæ concubuit cum Novitio, aut virum Novitiam cognoscentem, non teneri hanc circumstantiam explicare, *vi. t. 7. res. 7.*

Sicut & non vitiatus.

In copula cum conjugata, quæ occidisset virum non oportet explicare.

23. Copula cum conjugata, quæ occidit virum, ut nuberet cum tali amasio, secundum Henriquez *lib. 5. cap. 6. numer. 3. in gloss. litter. M.* explicari debet cum hujusmodi circumstantia: quia eo pacto, quo tale crimen est impedimentum matrimonii, est etiam constitutivum speciale talis fornicationis in gradu pejori. Sed contrarium tenendum cum Lessio, *lib. 4. cap. 3. dub. 6. num. 45.* impedimenta nimirum matrimonii, quæ imposita sunt in pœnam delicti, & non habent speciale motivum virtutis, quale est, de quo agimus, non addere novam malitiam fornicationi, in Confessione exprimendam *part. 3. tr. 4. resol. 140.*

Sicut explicanda est disparitas cultus. Quamvis etiam hoc multi probabiliter negent.

24. Contra verò, quia impedimentum disparitatis cultus, quod impositum est in honorem Christianum, habet speciale motivum Religionis, qui peccaret cum Judæo, Turca, aut hæretica, teneretur hoc explicare in Confessione: nam talis concubitus secundum Lessium, *lib. 4 cap. 3. dub. 6. num 43.* reducitur ad sacrilegium. Sed nihilominus nõ damnarem contrarium facientes: quia multi cum Azorio, *part. 3. lib. 3. cap. 29. quæstion 5.* docent, hanc circumstantiam non mutare speciem, sed tantum aggra-

vare

vare speciem fornicationis, unde, secluso scandalo, subversionis periculo, Christianæ Religionis contemptu, & reservatione Episcopali, satis est dicere: *Fornicatus sum toties, parte 3. tractat. 4. resolut. 138.*

Virginem volentem defloranti non tenetur explicare circumstantiam virginitatis.

25. Defloraus virginem sponte consentientem non tenetur explicare circumstantiam virginitatis; quia hæc consentiente virgine non facit stuprum, quòd etiam die de raptu ipsa consentiente. *Vide supra numer. 9.* Imò aliqui viri docti apud Sancium *Select. disput. t. 29. numer. 8.* docent, sufficere, quòd defloraus Virginem per vim, dicat, se cognovisse solutam per violentiam. Sed hanc sententiam ipse Sancius non admittit, *part. 1. tractat. 7. resolut. 11. §. Notandum.*

Quod etiam procedit in raptu.

Vide magis amplam opinionem.

26. Ex dictis sequitur à fortiori, juvenem, qui morosè delectaretur de virgine, absque tamen intentione faciendi illi violentiam, non teneri explicare circumstantiam virginitatis. Ita docet in specie Lessius *lib. 2. c. 10. dub. 1. num. 8. ibid. §. Secundò.*

Et certè talis circumstantia non venit explicanda in delectatione morosa.

27. Confessarium, qui rem habuit cum filia spirituali, ait Homobonus, *part. 1. tract. 5. cap. 12. quæst. 75.* debere explicare in Confessione circumstantiam filiationis quia ratione vinculi constituit speciale sacrilegium. (Id quod etiam docet Sancius, *select. disput. 11. numer. 12.* si Confessarius cubuerat cum filio Confessionis. *part. 1. tract. 7. resol. 56.*) Filliucius *t. 1. tract. 10. cap. 5. numer. 187.* hoc verum putat de Confessario præsenti, qui actu illius Confessiones reciperet, non de eo, qui aliàs recepit. *part. 1. tract. 7. res. 12.* Sed Ochagavia *tract. 2. de Confess. q. 14. n. 14.* docet, tunc teneri id exprimere, quando rem haberet cum pœnitente post Confessionem immediatè, quæ circumstantia ratione injuriæ, quæ infertur Sacramento, mutat speciem: non teneri verò, si post diem, vel aliud longum tempus. *p. 4. tr. 5. res. 34.* Et hanc sententiam ego teneo; quia Sacramentum Pœnitentiæ non inducit propriè cognationem spiritualem. Et Confessarius dicitur Pater spiritualis metaphoricè, non propriè; sicut etiam *c. omnes 30. quæst. 11.* de incestu metaphorico intelligitur. *p. 1. tract. 7. resolut. 12. & part. 7. tr. 12. res. 17.* Et stando in prima sententia, probabile esset, eam non procedere in pœnitente viro. *part. 1. tract. 7. resol. 56.*

Nisi id fecisset statim post confessionem.

Confessarius rem habens cum pœnitente, non tenetur explicare circumstantiã filiationu spiritualu.

28. In delectatione morosa, ait Lorca *in 1. 2. tomo 2. disputatione 28. membr. 3.* explicanda esse objecta, circa quæ versantur actus, quibus, quis delectatur. Sed de hoc vide V. *Delectatio morosa, n. 4.*

In delectatione morosa non est explicanda circumstantia objecti.

29. Et hæc de circumstantia, *Quis*. Quibus adde, Bonacinam *de controvers. disputat. 2. quæst. 4. punct. 4. numer. 2.* & alios docere, quod, si peccatum commodè explicari non posset absque manifestatione complicis in individuo, manifestare debeat, si nullum aliud malum immineat, quàm diffamatio apud Confessarium. Sed contraria sententia Villalobos, *tom. 1. tract. 9. dub. 38. numero 3.* est probabilior. Nam, quòd Confessarius sciat peccatum alterius, quale de illo nesciebat, non reputatur levis infamia. Unde putavit Sotus *in 4. distinct. 18. qu. 2. art. 5. ad 4.* complicem non posse licitè manifestari, etiam in articulo mortis. Sed in hoc non habeo scrupulum. Quia puto, delictum alterius occultum manifestari posse uni, vel duobus amicis taciturnis, unde multò magis confessario. *part. 1. tr. 9. res. 49.*

Denique complex in individuo, non est necessariò explicandus etiam si peccatum absque illo bene non explicetur.

30. Qui habet votum castitatis, & sit causa, ut aliquis idem votum habens peccaret, non tenetur hanc circumstantiam aperire, nec Religiosus inducens alium Religiosum ad violandum votum castitatis, violat castitatem, quando tamen in hoc casu non contrahitur malitia scandali, quia tunc teneretur confiteri; Tenetur qui habuit tactus, vel oscula cum muliere sine intentione accedendi ad illam, sed postea mutata intentione cum illa copulatur, confiteri de tactibus, & osculis; Si verò committatur Sodomia cũ masculo vel fœmina, explicanda est circumstantia, cum talis specie distinguatur. Nec etiam tenentur Clerici, aut Religiosi ludentes etiam cum

Lege infra circa hanc materiam.

cum prohibitione taxillis, vel aleis, & cum ipsis in magna quantitate fraudaverunt, nec peccant mortaliter blasphemandi, mentiendi, fallendi, & sic in similibus, cum talis circumstantia tantum prohibitionis non addat speciem, sed satis est dicere, se in ludo proximum fraudatum fuisse, sed Diana hanc sententiam non audet approbare, sed cogitandum est. Sic etiam confessarius in peccato mortali in confessione audiens diversas personas unum peccatum committit; nec pœnitens tenetur consuetudinem peccandi in confessione manifestare, tamen si à cõfessario interrogetur tenetur illi respondere hæc omnia. *p. 9. tr 8. r. 66.*

Vnum tantum peccatum committitur si plures in peccato in confessione audivit.

Iactantia de peccatu commisso est confitenda.

31. Si quis verè, vel falsè se laudavit de peccato verè commisso, vel non admisso, quamvis non adfuerit de tali peccato, de quo se laudat, gaudium, complacentia, vel delectatio morosa, sed sola vana jactantia, etiam fatendæ sunt circumstantiæ, quibus illud peccatum est effectum, & si jactantia est de solis peccatis mortalibus in genere satis est dicere, toties peccavi, laudē quærendo de peccatis mortalibus, unde si quis cum duobus fratribus, sufficit dicere, duo peccata nefaria se commisisse, sic etiam si Sodomia commissa est cum persona Cognata cognatione spirituali, vel legali, non est explicanda circumstantia Cognationis. *pare. 9. tr. 9 resolut. 20.* Quando est commissa fornicatio cum Matre, vel cum filia satis est dicere, commisi fornicationes cum consanguinea in primo gradu in linea recta. *ibid. ref. 21.*

Circumstantia legalitatis, vel cognationis non est explicanda.

Multiplicitas objectorum est aperienda.

32. Qui copulam habuit cum muliere mortua satis est dicere, se polluisse *ibid. ref.* 1. sic etiam qui cum Muliere Infideli satis est dicere fornicationem se commisisse: nec in Sodomia licet exprimere, se agentem, vel patientem fuisse, sed solum Sodomiam commisisse, *ibid. ref.* 3 Peccata multiplicantur ratione multiplicitatis objectorum, quæ multiplicitas est in confessione aperienda. *ib. ref* 11. sic Episcopus plures confirmans in peccato mortali unum tantum peccatum succes sivè committit, sicque administrans Eucharistiam in peccato unum tantum peccatum committit. *ibid. ref.* 18. Similiter Diaconus, & Subdiaconus cantando Epistolam, vel Evangelium in peccato venialiter tamen peccat. *ibid. eadem ref.*

Administrans sacramentum in peccato unũ tantum peccatum commisit.

CIRCVMSTANTIA Quid.

30.† SAcerdos ministrans Sacramentum in mortali (excepta Eucharistia, de qua Vide V. *Communionis, n. 75*) peccat mortaliter, & eo gravius, quo Sacramentum est excellentius †. Non tenetur tamen in Confessione Sacramentum exprimere, nec gravitatem, & numerum peccatorum, cum quibus ministravit, quidquid contra sentiat Cruz *p. 2. q. 4. dub. 3 concl. 3. p. 1. tr. 7. ref. 59. & p. 5. tr. 14. ref. 56. § Quarto quintò.*

Sacerdos ministrans Sacramentũ in mortali, non tenetur explicare Sacramentũ nec speciem, vel numerũ peccatorum.

31. Ignorans mysterium aliquod fidei, quod scire tenetur, non tenetur secundum Merollam, *disput. 1. cap. 2. diffic. 3. num.* 700. explicare in Confessione mysterium, quod ignoravit; quia, cum ignorantia hujusmodi sit peccaminosa, ratione periculi non asserendi tale mysterium, vel contra illud asserendi, &c. & hoc in quocumque mysterio sit peccatum ejusdem speciei, ignorantia diversorum mysteriorum non est diversæ speciei. At verò ignorantem præceptum Decalogi, quia ignorantia vincibilis diversorum præceptorum, est diversæ speciei peccatum, propter periculum committendi diversa peccata contra diversa præcepta, teneri explicare præceptum, quod ignoravit. *p. 3. tr. 4. resol. 165. § Notandum.*

Item ignorans mysterium fidei non tenetur explicare, quodnam illud sit.

Ignorans verò præceptum Decalogi, tenetur illud explicare.

32. In jactantia de peccato mortali, si non sit cum complacentia, & approbatione efficaci, ac ratificante, non est explicanda species peccatorum, de quibus quis jactatur. Quia omnis jactantia de peccato mortali, est ejusdem speciei, quatenus peccata mortalia assumũtur, ut instrumenta ad gloriam comparandam. Unde qui jactatus esset se percussisse Clericum, satis esset dicere: *Iactatus sum de mortali.* Ita Navarr Sed cõtra sentit Sanchez *Summa tom. 1. libr. 1. cap. 13.*

In jactantia de mortali, non oportet explicare peccatum.

cap.13.numero 13.par.3.tract.4.resol.161.& part.4.tract.4.resol.44.

Nec injuriis.

33. In injuriis non est explicanda species illarum, sed est satis dicere : *Toties proximum injuriis affeci.* Et hoc etiamsi injuria esset præ aliis notabiliter gravior. Quia omnes injuriæ sunt ejusdem speciei. Ita Sagundez *part.2.lib.3.cap.5. numer.3.* Quæ doctrina applicanda quoque est detractionibus, & judiciis temeratiis. Nam quamvis diffamare aliquem dicendo falsum, differret specie a diffamatione dicendo verum occultum, ut docet Granado *in 3 par. controv.7.tract. 9 disp.9.sect.3.num.20.* quia illud opponitur justitiæ, hoc Charitati: conveniunt tamen in ratione formali, quæ est intentio auferendi alteri famam. Similiter in judiciis temeratiis, quamvis alioqui diversum physicè sit judicium, quo quis temerè judicat Joannem Clericum esse fusum ab eo, quo eum, vel laicum judicat Sodomitam, hæreticum, & cætera tamen hæc omnia judicia sunt ejusdem speciei atomæ in genere moris cõtra eãdem justitiam commutativam, prohibẽtem læsi alterius famam extrinsecè per injurias aut detractiõnes, intrinsecè per judicia temeraria. Ita Sancius *disputat.5. num.10 part.1.tract.7.resol.28 & 51. in fine p.3.tract.4.resol 67 §.In res,28.& par. 5.tract.14.resol.56.§.Quaro tertiò.*

Detractionibus, aut judiciis temerariis, species injuriæ vel infamiæ.

Aut in convitiis in Deũ vel Sanctos: qualitatem illarum.

34. Eadem quoque est ratio de conviciis in Deum, vel Sanctos. Nam omnes sunt ejusdem speciei contra virtutem Religionis. Si verò blasphemiæ essent hæreticales, vel imprecativæ cum odio Dei, differrent specie ab aliis, & explicandæ forent in Confessione. Vide V. *Blasphemia,num.3.par.1.tr.7.resol.11.*

Aut in odio speciem mali proximo volitis.

35. Idem probabiliter docet Bonacina *de leg.disp.3.quæst.4.punct.ult.§.1.num. 20.* contra Suarez *de charitat disp.6.sect. 2.numer.2.* de peccatis odii, esse nimirum ejusdem speciei, quamvis mala proximo volita sint diversa, puta circa vitam, famam, divitias, &c quatenus hæc omnia sunt volita sub una ratione formali nocendi proximo, quæ odium constituit, non solum in specie, sed etiam in individuo. Unde in Confessione satis est dicere : *Toties proximum odio habui, par. 1.tr.7.resol.30.& part.3.tr.4.resol.67.§. In resol.30.*

36. Hæreticus Apostata, qui nimirum in totum recedit à fide, non tenetur confiteri circumstantiam apostasiæ quia non differt specie ab hæresi ; seu secundum magis, & minus, quatenus illa recedit à fide in totum, hæc in partem. Ita Sanchez *lib.1.cap.7.numer 17.* & recentiores Thomistæ contra Sanchez *de fide disp.16.sect.5.* in fine, *part.1.tract. 7.resol.4*

Non tenetur Hæreticus explicare, an sit apostata, aut siludans Paganus, &c.

37 Ex quibus patet à fortiori, non esse explicandam speciem hæresis: quia omnes materialiter se habent ad speciem peccati Ita Reginaldus *tom.1.lib.6 cap. 4.num 114.part.1.tr 7.resol.46.*

Et multo minus hæresis qualitatem.

38. Not. hic cum Turriano *de pœnit. quæst.9 tr 2.disp.29.dub.2 ad argum.5.* aliquos recentiores probabile existimare, quod qui fornicationem commisit, satisfaciat dicendo: *Commisi grave peccatum contra castitatem cum soluta*, non explicando fornicationem, quem explicandi modum ipse se Turrianus non improbat. Sed usus fidelium est in contrarium, *p.3.tr.4.res.88.* Satisfaceret tamen, qui confiteretur oscula non explicando partem : nam omnia oscula etiam in pudendis sunt ejusdem speciei, *part.3.tract. 4.resol.225.* in fine.

An autem sufficiat fornicantis dicere se deliquisse contra castitatem.

CIRCVMSTANTIA Vbi.

In furto explicandum est an sit res sacra.

39. FUrari in loco sacro est sacrilegium secundum Suarez *de Relig. tom.1.lib.3.cap.4.num.7.* etiamsi res furtiva sit prophana. Et probatur verbis Joannis Papæ (*Cod.quisvis 7.quæst. 9.*) *Sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, aut sacrum de non sacro.* Sed quamquam id verum sit, si res non sacra sit in Ecclesia, velut sub illius potestate, ratione custodiæ, mutui, pignoris, vel depositi, existimo tamen, quòd, si adesset solùm per accidens, ut esset crumena ad latus divitis orantis in Ecclesia, non esset sacrilegium quia

Item. si cum sit res prophana, commissum sit in Ecclesia, habente illã in custodia.

quia talis fur non facit Ecclesiæ specialem injuriam; unde hæc circumstantia non est necessario confitenda. Ita Zerola *pr pœn. c. 12. quæst. 17.* & alii *par. 1. tract. 7. resol. 27.* Et quando furatur à Sacerdote, vel ab alio rem sacram à loco sacro tenetur eam differentiam, & utramque circumstantiam aperire quando simul fuerint *p. 8. tr. 7. res. 76.*

Secus si casu reprimeretur in alia.

Scito, hic furari ē Clerici non esse sacrilegium.

40. Nota hic primò, non esse sacrilegium furari aliquid à Clerico, jure Ecclesiastico possessum. Ita Pitigianus *in 4. tom. 2 dist. 17. q. unic. art. 5. in circumst. ubi ibid.* in fine.

Et furantem rem sacram de loco sacro satis esse, quod dicat se furatum esse rem sacram

41. Nota secundò, furantem rem sacram de loco sacro satisfacere dicendo alterutrum, nimirum: *furatus sum rem sacram*, vel: *furatus sum de loco sacro.* Quia utrumq; est ejusdem speciei contra virtutem Religionis Ita Fagund. *p. 2. lib 4. cap. 5. num. 21. p. 1. tract. 7. resol. 22. §. Vnde ex hiu.*

Non est Sacrilegium copula commissa in Oratorio privato.

42. Copula illicita in Oratorio alicujus domus, in sacristia, in cubiculis, refectorio, bibliotheca, & dormitoriis Regularium, vel in campanilibus Ecclesiæ adhærentibus, aut etiam in porta Ecclesiæ forinsecus, non est sacrilegium, unde circumstantia talis loci non est necessariò explicanda in confessione: quia per locum sacrum, qui per copulam, aut furtum (loquendo in sententia Suarez) violatur, intelligitur solum corpus ipsum Ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ. Ita Azorius *part 3. lib. 3. cap. 27. quæst. 3 part. 3. tr 7. res. 20. & par. 3. tr. 4. resol. 166.*

In sacristia. In domibus Regularium In campanilibus. In porta Ecclesiæ forinsecus.

Sed tantùm in ipso corpore Ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ.

43. Cæterum, in Ecclesia, ait Suarez *de Religion. tom. 1. lib. 3. cap. 7. numer. 11.* non solum pollutionem, sed etiam tactus impudicos habere specialem malitiam in Confessione aperiendam. Non quidem ex aliquo præcepto Ecclesiastico: hoc enim non extat, nisi de seminis emissione: sed ex vi legis naturalis prohibentis in Ecclesia fieri actus turpes, ob reverentiam loci sacri. Fortasse autem non esse eandem rationem de turpi aspectu, vel levi verbo, si dicatur in transitu, & absque notabili mora, aut scandalo; ad arbitrium viri prudentis. Ego autem cum Homobono *part. 1. tr. 5. cap 12. quæst. 77.* idem dicendum puto de tactibus impudicis absque periculo pollutionis. Quia ex Vasquez *in part. 2. tom. 1. quæstion. 82 art. 6. disput. 98. tum. 4.* & aliis, malitia sacrilegii, non consurgit ex jure naturali, sed solùm ex lege Ecclesiastica, quæ tunc solum sacra in Ecclesia prohibet fieri, & divina officia recitari, quando in ea sanguis, vel semen effusus est. *part. 1. tractat. 7. resolut. 25. & part. 2. tract. 17. resol. 23.*

Si tactus impudici, explicanda est circumstantia loci.

Necsi in ea habeantur

44. Imò probabilem puto sententiam Vasquez *ibidem art. 7. disput. 98. cap. 3. n. 6.* nec pollutionem occultam in Ecclesia esse sacrilegium, quia effusio seminis in Ecclesia ideo est sacrilegium, quia Ecclesiam polluit, quod non facit occulta: Sed contrariam Suarez *de Relig. tom. 1. libr. 3. cap. 7. num. 4.* probabilior rem existimo nam actus ille ex genere suo repugnat Ecclesiæ sanctitati, & hinc habet, quod Ecclesiam polluat. Et alioqui species peccati penderet ex futuro eventu. Si enim polluto nesciatur, non erit sacrilegium; si fiat publica, erit, quod est absurdum. *p. 1. tr. 7. res. 26. & p. 7. tr. 31. res. 31. & par. 9. tr. 9. res. 5.*

Quod etiam probabile est de pollutione occulta.

Quam de contrarium sit probabilius.

CIRCVMSTANTIA Per Quæ.

45. IN divinationibus non est necesse exprimere aërem, terram, &c. per quæ quis divinavit. Nec explicandum est, an cum pacto dæmonis, ut putat Sylv. *in 2. 2. quæst. 95. art. 3.* Quia hæ circumstantiæ non mutant speciem. Ita Reginald. *tom 1. lib. 6. cap. 4. n. 114 p. 1. tr. 7 res. 46 & 66.*

Divinator non tenetur explicare, num exercuerit chiromantiã, pyromantiam, hydromantiam &c.

Vel, an divinaverit cum pacto dæmonis vel sine.

46. Similiter in fractione jejunii satis est dicere: *Toties jejunium fregi.* nō enim oportet explicare, num fractum sit per esum carniū, aut per duplicem coæstionem. Nam utraque fractio opponitur eidem virtuti temperantię secundum Granadum *in 3. par. controv. 7. tr. 9. disput. 9. num. 22.* Sed quia Marchantius *tr. 5. cap. 3 dub. 2.* id negat, tu cogita. *p. 5. tr. 14. res. 56. §. Quaro quarto.*

Nec frangens jejuniũ an fregerit comedendo bu, aut comedendo carnes.

An verò Clericus fraudans aliquē in ludo prohibito, teneatur explicare, quid fraudaverit in ludo?

Variè respondēt DD. ex variis principiis.

47. Doctores, qui tenent Religiosos, & Clericos constitutos in Sacris, ludos alearum vel taxillorum frequentantes, peccare mortaliter, consequenter docent, quod si aliquem in talibus ludis fraudaverint notabiliter, teneantur explicare circumstantiam ludi. At Megala, qui *in 1. part. lib. 5. cap. 14. numer. 8.* contrarium tenet, tenet quoque, satis esse, quod dicant: *Fraudavi proximum in quantitate notabili.* Quæ opinio an sit probabilis, alii judicent. *part. 2. tractat. 7. resol. 21.*

Certè non est explicandum, an peccatum commissum sit ex confidentia Bullæ vel Jubilæi.

48. Qui alioqui non esset peccaturus, & ex confidentia Bullæ, aut Jubilæi peccat, non tenetur hanc circumstantiā exprimere. quia non mutat speciem. Ita Fagundez *p. 2 lib 3 c. 1. n. 8. p. 1. tr. 7. resol. 33.*

Quando consistenda sit pollutio in somnis prævisa?

Quando commissio, vel omissio per se sequitur ex aliqua causa probabile est satis esse, explicare ipsam causam voluntatis.

Sicut sufficit confiteri solam omissionem, vel commissionem.

49. † Huc reduci potest circumstantia effectus peccati, qui si ipse peccatum est, per se sequitur ad causam peccaminosam, utrumque explicandum est, ut si ex carnali desiderio pateretur quis pollutionem nocturnam prævisam, aut (& multò magis) intentam. †

50. Sed in hac re Sancius *select. disp. 21. n 17.* docuit, nullam dari intra genus injuriæ, quæ efficax sit ad pollutionem in somnis. De quo vide V. *Pollutio*

51. Quando datur causa voluntaria commissioni, vel omissioni peccaminosæ, probabile est, omissionem ipsam, & commissionem, si non sunt amplius in potestate hominis, nō esse distincta peccata in Confessione aperienda, sed effectus peccati præcedentis, ut tenet Vasquez *in par. 2. tom. 1. disputat. 94. cap. 3. num. 16.* Itaque Clericus, qui projecisset Breviarium, & qui venenum alicui propinasset, sufficeret se accusare de projectione Breviarii, & propinatione veneni *p. 1. tr. 7 resol. 64. & part. 3. tr. 6. res. 52. §. Notandum.* Satis etiam esset explicare effectum secutum, ut homicidium, & omissionem Officii, nam projectio Breviarii, &c. non est distinctum peccatum, *par. 1. tr. 7. res. 63.*

Qui objicit se periculo peccandi, & mox peccat,

52. Qui se supponit periculo peccandi, & mox peccat, non committit duo peccata, sed unum. Nec tenetur explicare, quod se exposuerit periculo. Secus, si interjaceret notabilis mora. Ita Sanchez *summ. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 4. par. 1. tr. 7. res. 44.*

satis est confiteri peccatum.

Explicanda tamen est ignorantia vincibilis mysteriorum fidei.

53. Ignorantia vincibilis mysteriorum fidei, & aliorum, quorum cognitio per se præcipitur, est peccatum distinctum ab eo, cujus periculo ignorans se exponit ver. grat. sentiendi aliquid contra fidem, &c. unde seorsim explicanda in Confessione. Idem dic de ignorantia alicujus præcepti ex Decalogo. Nam quāvis, aliqui apud Sanchez *summ. tom. 1. libr. 1. cap. 17. numer. 9.* doceant ignorantem præceptum non fornicandi, si propterea fornicaretur, non committere duo peccata, unum ignorantiæ, aliud fornicationis, sed unum: aliqui tamen magis probant contrariam sententiam Curiel in *2. quæst. 76. artic. 2. dub. 2. §. 4.* Quod ev.m procedit in iis, quæ quilibet ex officio scire tenetur, quia ver. gr. est Confessarius, Judex, &c. *par. 3. tract. 4. resolut. 141. §. Quares, & resolutione 165* initio, & *infra §. Et tandem, & par. 4. tr. 4 resol. 37.*

Et præceptorum Decalogi, seorsim à transgressione orta ex tali ignorantia.

† Cæterum, omnes affirmant, ignorantiam vincibilem, occasione cujus committi potest aliquod peccatum, explicandam esse in Confessione, si peccatum non sequatur; ratione nimirum periculi, cui ignorans se exponit; & multo magis, si ignorantia sit affectata ad liberius vivendum, ut dicemus infra *numero 102.* Ideò enim supradicti auctores dicunt, sufficere quòd explicetur peccatum ignoranter commissum, quia in hoc explicatur ignorantia, quod non contingit, quando peccatum non sequitur; & ideò explicandum est peccatum in causa, seu ignorantia, per quam quis exponitur periculo peccandi. †

Idque multo magis, si transgressio, cujus periculo ignorās se exponit, nō contingat.

54. Quod necessariò etiam faciendum est, si pluribus peccatis committendis quis per ignorantiam se exponit, quàm de facto committat. Nam tunc ignorantia mutat speciem. ver. grat. Cognoscit quis mulierem vincibiliter, vel affectatè ignorans qualis illa sit, exponit se periculo adulterii, incestus, sacrilegii, &c. quia nimirum illa esse potest conjugata, consanguinea, religiosa, &c.

Aut contingat pauciora vel minora peccata, quàm fuisse ignorantiæ sequi potuissent.

quæ

quæ proindè omnia committit. Si autem scit non esse consanguineam, nec religiosam, sed dubitat an sit conjugata, idque scire nolit, committit tantum adulterium &c. Ita Sanchez *sum. tom. 1. lib 1. cap. 17. num. 23.* Unde, si talis fœmina inveniatur soluta, non satis erit, dicere: *Fornicatus sum*, sed explicanda est ignorantia affectata, quæ talem periculo tot peccatorum exposuit. *par. 3. tract. 4. resolut. 141.*

Quando explicanda sit occasio peccandi, & consuetudo, vide Ver. *Confessarius, à numero 35.*

CIRCVMSTANTIA Quoties.

Ad numerũ peccatorum pertinet distinguere actus, obiecta, & præcepta.

55.† Hæc circumstantia pertinet ad numerum peccatorum, quæ, quia quandoque multiplicantur ex multiplicatione actuum, quandoque verò ex multiplicatione præceptorum eumdem actum prohibentium, vel etiam ex multitudine objectorum eumdem actum terminantium, sub tribus capitibus hanc circumstantiam digeremus.

De numero actuum.

Actus enim adæquati peccaminosi, distincte quoad numerũ explicandi sunt.

56. Actus peccaminosi distincti, distinctè quoad numerum explicandi sunt, adhibita prius diligentia sufficiente. † Sed meretrix in prostibulo inveterata non tenetur numerum peccatorum exprimere, sed satis est exprimere tempus, per quod in malo perseveravit. Ita Canus *de pœnit. parte 5. §. Colligo*, & alii. Et probabile etiam putat Fagundez *part 2. lib. 3. cap. 4. numero 11.* quamvis benè advertat, teneri saltem speciem peccatorum exprimere quantum potest, si nimirum rem habuit cum Clericis, cum conjugatis vel propinquis, si Sodomiam commisit, & cæt. Idem dicendum est cum Fay *in addit. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. disputatione 2. conclusione 2.* in aliis malis statibus, satis est tempus malè consumptum aperire. *parte 3. tract. 4. resolutione 89.*

Niſi quod aliquando cum id non poſſit, ſufficit explicare tempus in malo exercitũ conſumptum.

Unde homines rustici, qui cum indoctis Parochis indoctè confessi sunt, non sunt cogendi ad Confessiones reiterandas ex eo, quod numerum peccatorum non expresserint. Vide infra v. *Confessarius quoad examen. Ibid.* in fine, *& parte 5. tract. 13. resol. 84.* item in fine.

Vt contingit in meretrice inveterata in prostibulo. Et similibus.

57. Putat. Zanard. *parte 1. capite 18.* eum, qui per noctem cum amasia dormivit, satisfacere dicendo: *Dormivi per noctem cum amasia, & feci quod potui*; nec teneri numerum fornicationum exprimere, dummodo interruptionem mentis vel operis non habuerit. Sed fallitur; quia fornicationes sunt actus distincti, nec una refertur ad aliam *parte 3. tr. 4. res. 67. §. in res. 39.*

Cæterum cubans per noctem cum amasia, tenetur explicare numerũ copularum.

58. Sed, an sufficiat numerum copularum explicare, an verò necesse etiam sit explicare, quòd per noctem dormierit? Id explicandum esse, ait Vega *tomo 1. capite 11. §. 26. num. 168.* Nam, si quis semel per totam noctem cum fœmina coivisset, & reliquum tempus in aliis turpitudinibus consumpsisset, non satis id explicaret dicendo, se habuisse copulam semel. Sed probabilis est contraria sententia Zerolæ *capite 12. quæst. 15.* & aliorum, quia hæc circumstantia est tantum aggravans *parte 1. tractat 7. resolutione 39. & parte 2. tractat. 4. resolutione 67. §. in resolutione 39. & parte 5. tract. 14. resolutione 10.* Imò Sanchez neque esse aggravantem putat. *parte 5. res. citat.* in fine. Et quamvis Suarez in *3. part. tom. 4. disputatione 22. sect. 2. num. 8. & 9.* existimet, actus, & oscula post actum venereum esse novum peccatum, quia ordinantur ad novam copulam: tamen contraria sententia practicatur, si tales tactus non fiant ad iterandam copulam, sed ad complementum copulæ præcedentis, etiamsi sint exorbitantes. Ita tenet Henriquez *libro 5. capite 5. numero 5. & in glos. littera V.* & Sanctus *disputatione 6. num. 2.* addit, id verum esse, etiam si dum homo detinet mulierem ad colloquendum, deosculandum, & congaudendum de copula præcedente, mulier ex conventione discederet, & brevi reverteretur. *part. 3.*

Nam tactus, & oscula etiam post copulam non sunt nova peccata.

Si fiant in gaudium copulæ præcedentis.

tract.7. resolutione 47. & parte 3. tract.4. resolutione 67. § in resolutione 42. & parte 4. tract.4 resol.205. in fine.

Etiamsi sint exorbitates. Et secundū Sanc. etiam si sint paulisper interrupti.

59. Cæterum, si quis tactus impudicos, & circula haberet, sed non in finem copulæ, & postea sequeretur copula; utrumque teneretur in Confessione explicare: quia sunt distincta peccata. Ita Hurtado *de Sacrament. disp. 9. diffic. 6. p. 4. tr. 4. resol. 205.*

Sunt verò distincta peccata, quādo fiunt absque intentione copulæ mox sequentu. Plures peierās. blasphemans, iniuriāsuno sermone, unum peccatum committit.

60. Qui continuato sermone ter peieraret, vel eamdem personam pluries injuriaret, aut Deum blasphemaret, & cætera, satis est, quod dicat: *Peieravi*, aut: *Iniuriavi proximum, Blasphemavi Deum semel*, & cætera; nam illa repetitio, si fiat unico actu absque interruptione, non est nisi unum peccatum. Ita Zanardus *part. 2. precept. 1. cap. 10. part. 1. tract. 7. resol. 51. & part. 3. tractat. 4. resol. 163.* Qui in die jejunii pluries comedit, unū peccatum committit. Contra si comedat carnes. Nisi in jejunio ex voto. Vide Ver. *Ieiunium, num. 5.*

Sicut Sacerdos Gas in mortali multos communicat.

61. Posito, quòd ministrans Eucharistiam in mortali, peccet mortaliter (cujus tamen contrarium teneo) si quis una vice multos communicat, unum tantum peccatum committit; quia est unus actus in genere moris; & satis est dicere: *Ministravi semel Eucharistiam in mortali.* Ita Tannerus *in 2. 2. disp. 4. q. 2. dub. 4. n 56. p. 1. tr. 7. res. 41.*

Aut multorum confessiones excipit successivè.

62. Imò probabilis est sententia Rodriquez *summ. tract. 2. cap. 44. num. 3.* quod Sacerdos excipiens successivè Confessiones multorum, sine notabili interruptione, non committat, nisi unū peccatum: quia omnes illæ Confessiones audiuntur per unum actum moraliter. Nec proinde teneri numerum Confessionum exprimere. *part. 1. tr. 7. resol. 43. & part. 5. tr. 7. res. 7. § Dixerunt.*

Et tandem prohibitus ludere, ludēs successivè cum pluribus.

63. Ob eamdem rationem, prohibitus ludere aleis, vel taxillis, si per noctem successivè ludat cum pluribus, unum peccatum facit, nec tenetur confiteri numerum personarum. Ita Sancius *select. disp. 6. num. 1.* contra Palaum *tomo 1. tractat. 2. disput. 3 punct. 3. num. 7. part. 3. tr. 4. res. 45.*

Actus malus internus, non solum interrumpitur per actū contrarium; sed etiam per somnum, &c. Sed contrarium est probabile.

64. Actus malus internus interruptus est multiplex peccatum, sive interrumpatur per actum contrarium, sive per oblivionem, somnum, &c. Quia tales actus nullam habent continuationem, cum unus ab alio non dependeat. Ita Vasquez *in 3. par. tom. 4. quæst. 91. artic. 1. dub. 5. num. 10.* Qui contrariam opinionem Cani *relect. de pœn. p. 5.* quod tunc sint multa peccata, cum interrumpuntur per actum contrarium, improbabilem censet. Sed non damnarem, qui illam sequi vellet: nam illam docet Salas *in parte 2. tomo 2. tractat. 13. disput. 5 sect. 8. num. 85.* Homobonus *par. 1. tr. 5. cap. 13. q. 83.* & alii *p. 3. tr. 4. resol. 95.*

Vnde probabile est, retinentem rem alienam per annum nūc peccatum committere.

65. Igitur, quamvis ego sentiam cum Lessio *libr. 2. cap. 22. dub. 3. num. 11.* voluntariam retentionem rei alienæ discontinuap & interrumpi primò, si obligatus restituere fiat impotens, secundò per actum contrarium, tertiò per somnum, & inconsiderationem, vel oblivionem, quartò si creditor exigit, & ipse non restituit, vel videt illum egere, & non solvit. Probabiliter tamen docuit Aragon. *in 2. 2. quæstione 62. artic. 8.* retinentem rem alienam per annum, vel plus, unum tantùm peccatum committere, etiam si pluries occasio restituendi oblata fuerit, aut pluries propositum de non restituendo renovatum sit, dummodo nunquam propositum de novo confirmaverit, & efficaciter renovaverit, aut determinans restituere, postea data opportunitate non restituat. *part. 2. tract. 6. resol. 25. & part. 1. tract. 7. resolut. 58.* initio. Et quamvis non longior sit retentio, eo gravius sit peccatum, in nostra tamen sententia non oportebit explicare moram voluntariæ retentionis. *part. 1. tract. 7. resol. 58. §. Hoc supposito.*

Et non tenetur explicare durationem.

66. Adde, quod etiam in casu, quo quis per actus contrarios interrupisset voluntatem pravam, v.gr. non restituendi, & posset explicare numerum cogitationum, & peccatorum, non tenetur explicare moram. Ita Vasquez *in 3. p. tom. 4. quæst. 91. art... dub. 3. num. 36.* Si verò non posset aliter numerum interrupta-

Quod etiam procedit in interruptione per actus contrarios si adest memoria actū interruptorum: Si verò non adest,

explicanda est morosa. Quod sufficit etiam si adhibita diligentia possit numerus exactè declarare.

terruptarum cogitationum & voluntatum exprimere, tunc necessariò explicare deberet moram. Imò nec ad aliud quis tenetur etiam in peccatis externis, ut dictum est *numero* 56. Nam quamvis in rigore metaphysico actus interrupti, & retractati sint plura peccata; in explicando tamen numero peccatorum non est servandus rigor metaphysicus, sed sufficit, quod constet Confessario de statu pœnitentis, qui sufficienter illi aperitur, si dicat, se retinuisse rem alienam, vel divinum Officium omisisse per annum, etiam si voluntas non restituendi & non recitandi pluries mutata fuerit. Alioqui molestum esset, majorem obligationem imponere. Ita Granado *in 3. p. cont. 7. tractat. 9 disputatione 10. num. 8 part. 1. tract. 7. resolut. 9 & p. 5. tr. 4 resol. 55.*

Quando explicatur in confessione numerus dubius, addi debet (plus vel minus.)

67. Quando numerus peccatorum non venit in mentem exactè, solet pœnitens exprimere nullum verisimilem, addendo, *plus vel minus:* quibus verbis satisfacit pro aliquibus, quæ ultra numerum confessum postea venirent in mentem. Eo quidem Sancius *select. disputatione 2. numero* 13. putat per illud *plus minusve* significari duo, vel tria citra, vel ultra numerum explicatum; unde, qui confessus decem plus minusque, recordaretur, se deliquisse terdecies, non teneretur hæc tria confiteri. Secus verò, si plura. Sed placet opinio Fagundez *part. 2. libr. 3 cap. 5. numero 9.* quod verba illa, *plus minusve* extendantur pro numeri, cui adduntur, magnitudine, quod est arbitrio prudentis relinquendum. Unde Navarrus *in cap. Consideret, de pœnitentia distinct. 5. numero* 42. docuit in numero centum peccatorum, *plus, vel minus*, extēdi ad decē (Et Hurtadus *de Sacram. disputat 9 diff. 5.* in numero denario, ad quatuor *par. 4 tract. 4. resol. 2. n. 41.*) Extat tamen opinio singularis Vivaldi *titul. 7. § Sed dixi, numer. 3.* quod, qui confiteretur decies se peccasse verbi gratia in fornicatione, & diceret suam culpam omnium aliorum, qua Deus scit illum commisisse, posito quòd debitum examen præmiserit, non teneretur postea iterum confiteri, etiam si recordaretur, se idem peccatum vigesies commisisse. Sed hæc opinio non placet. *p. 3. tr. 4 res. 94.*

Quæ verba satisfaciunt in casu quo plura, vel pauciora reperiuntur commissa iuxta proportionem ad numerū confessum. Secus, si duplò plura.

68. Contra verò, si confessus vigesies, inveniat postea se decies, illud peccatum commisisse, placet opinio Bonacinæ *de Sacram. disp. 5. qu. 5. sect. 2. punct. 3. num. 3.* contra Yribarnem *in 4. dist. 17. disput. 57. sect. 8. tom. 5.* quod non teneatur talem numerum retractare. Nam & id pœnitens fecerat bona fide, & Confessio est integra, cum in numero majori contineatur minor. Quod verò Confessarius deceptus sit, id fuit in præjudicium ipsius pœnitentis, quo propterea majorem, quàm meruisset, pœnitentiam reportavit. *p. 2. t. 17. res. 25.*

Sed non si subveniant duplò plura.

De numero obiectorum.

Vnus actus malus reflectens plura obiecta totalia est multiplex peccatum, cum numero obiectorum aperiendum.

62. RAtione plurium objectorum possunt esse in eodem actu plures malitiæ numero distinctæ. Unde in Confessione explicari debēt. Ita Vasquez *in 3. p. tomo 4. quæst. 91. artic. 10. dub. 4. numero* 8. Bonacina *de Sacram disp. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. § 3. diff. 3. numer. 16.* Qui probat primò: nam numerus objectorum pertinet substantialiter ad individuationem actus, qui explicari debet in individuo. Probant alii secundò, quia, cum objecta adæquatè distincta, sint objecta totalia, quodlibet ex se aptū est unum peccatum constituere, & cum plura sint, plura proinde constituunt. Et hæc sententia hodie practicatur. Sed Suarez *in 3. p. tomo 4. disputat 22. sect. 5. numero 35.* & alii tenent, plura numero objecta concurrere ut unum moraliter, & unum numero peccatum constituere. Esse tamen distinctè explicanda, quia peccatum aggravant. Sed rectè notat Vasquez, quod, posita doctrina Suarez numerus objectorum non fit necessariò confitendus. *par 1. t. 7. resolut 17. & 29. & par. 3 t. 4 res. 64 par 9 tr. 9. res. 55.*

Quidquid aliqui contradicant.

70. Itaque in nostra sententia, si quis unico voluntatis actu statuisset nō jejunare totā Quadragesimā, tot peccata cō-

Vnde determinans non ieiunare totam Quadragesimam

mitteret,

dedgesimã, committit 40. peccata. Sicut, qui per totidem dies voluisset omittere Officium, & qui haberet voluntatem mactandi plures homines Et malediceret simul Deum, B. Virginem, & D. Petrũ

mitteret, quot sunt jejunia Quadragesimæ. Idem dic de eo, qui statueret Missam, aut divinum Officium per annum omittere, aut haberet voluntatem occidendi multos homines, aut cubandi cum multis mulieribus, &c. *part. 3. tract. 4. res. 164. §. Secundo infertur.*

71. Item maledicens, uno sermone Deum, B. Virginem, & D. Petrum, tria peccata committit. Sed quid, si malediceret Deum, & duodecim Apostolos vel imprecaretur mortem Paulo: & toti ejus familiæ? Respondet Henriquez *libro 5. capite 8. numer. 4.* unum tantum peccatum committere, Fagundez *par. 2. lib. 1. capite 5. numero 10.* autem, duo quia familia in jure pro una persona reputatur, sicut grex ovium, & bibliotheca, quòd etiam dici potest de Apostolatu. At verò Vasquez *in 3. p. tom. 4. quæst. 91. art. 1. dub. 4. nu. 10.* & alii auctores nostræ sententiæ dicunt, in primo casu committi tredecim peccata, in aliis, quot personas continet familia, & insuper unum. Ubi nota cum Vasquez quod furari plures oves unius domini, est unum peccatum plurium dominorũ pro indiviso, etiam unum: plurium verò pro diviso diversa *par. 3. tract. 4. res. 164. §. Secundò infertur, & §. Tertiò infertur.*

At si maledicat Deum, & Apostolos.

Committit tredecim peccata.

72. Præterea, lædens uno verbo famam plurium personarum, plura peccata committit, sicut qui uno ictu multos occidit, multa homicidia facit, &, si sunt Clerici, multas excommunicationes & irregularitates incurrit. Secus si pluries eumdem Clericum percuteret. Ita Navarrus *cap. 6. num. 18.* & alii. *Ibid. §. Quartò infertur, & §. Notandum est.* Sed Suarez *de censur. disp. 5. sect. 3. num 8.* probabilius putat, percutientem uno ictu tres Clericos, tres excommunicationes incurrere, propter tres injurias, quæ consurgunt Ecclesiæ, *part. 5. tract. 9. resol. 59.*

Rursus lædens uno verbo famã multorum, aut multos unico ictu occidens, committit multa peccata

73. Rursus, si quis complaceat, seu morosè delectetur de triplici actu nefando commisso tria peccata distincta committit in Confessione aperienda. Ita Molfes. *Summ. tom. 1. tract. 8. cap. 7 nu. 19 part. 3. cit. §. Primò, quòd qui.*

Sicut delectatur de multu peccatu.

74. Insuper recogitans in pollutione tres conjugatas simul, tria peccata committit. Ita Henriquez *lib. 5. cap. 8 num. 8. ibid. §. Quintò infertur.*

Aut in pollutione recogitaret plures personas.

75. Inducens item uno verbo tres ad peccandum, tria peccata committit. Ita Sanchez *Summ. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 8. ibidem. § Sextò infertur, & resol. 114 §. Sed difficultas.*

Vel uno verbo multos provocaret ad malum.

76. † In quibus omnibus casibus Suarez tenet unum peccatum committi. Unde in hac sententia, & posita etiam nostra, quòd circumstantia tantùm aggravans non sit necessariò confitenda, numerus objectorum non esset necessariò explicandus.

In quibus omnibus casibus Suarez, ait committi unum peccatum.

77. Sic etiam, qui existens in peccato, unica verborũ prolatione, aut ablutione plures baptizat, aut una absolutione plures absolvit, unum tantum committit peccatum, quia licet sint plura Sacramenta, ministrantur tamen per modum unius. Ita Tannerus *in 1. 2. disp. 4. quæst. 2. dub. 4. nu. 56 part. 1. tr. 7. res. 41. & p. 5. tr. 3. res 27.*

Quod si esset verum, non esset necessario confitendus numerus objectorum.

78. Similiter qui simul rogatus de pluribus rebus, & articulis sub juramento, in omnibus mentiretur, unum tantum committeret perjurium, nec teneretur numerum explicare. Ita Henriquez *lib. 5. cap. 5. n. 6. in gloss. lit. F. p. 1. tr. 7. res. 40.*

Qui plures simul baptizat, semel peccat.

79. Qui plures articulos fidei vincibiliter ignorat, secundum Marullum, *disp. 1. cap. 2. diff. 3. num. 200.* plura peccata committit. Sed probabilis est sententia Suarez *de fide disp. 15. sect. 1. n. 7.* quod committat unicum, sicut unum tantum peccatum committit, qui plures Horas recitare omittit eodem die. Unde, sicut quis non tenetur numerum Horarum omissarum confiteri, ita nec numerum articulorum ignoratorum, *part. 3. tract. 4 resol. 165. §. Sed difficultas.*

Sicut qui mentitur circa plura interrogata sub uno juramento. Probabile autem est ignorantem plures articulos fidei, committere unum peccatum.

Sed ut verbo, ac ut verum fatear, mihi multũ arridet opinio, quæ docet peccata multiplicari numero, quoties multiplicantur, objecta, adeo ut si eodem actu, quis quatuor fœminas concupiscat, quatuor committat peccata; si tres, tria. Et ita tenetur explicare numerum personarum, in quas quis maledicta conjecit.

Sicut omittens plures Horas canonicas eiusdem diei. Peccata multiplicantur ad multiplicationem objectorum.

cit. Sic Vasquez Granad. Tannerus, Henriquez, & alii, quos novissimè citat, & sequitur doctissimus Pater Oviedo *in* 1. 2. *D. Thomæ, tractat. 6. contr. 5. punct 7. numero* 122. Diana *part. 9. tract. 9 resolut. 55.*

De numero præceptorum.

Peccatū contra plura præcepta quandoque est multiplex, quandoque unum

80. PRæcepta plura tunc constituunt actum multipliciter peccaminosum, quando respiciunt diversam virtutem. Unde ratione diversorum præceptorum actus non contrahit malitias ejusdem speciei, sed diversæ. Nisi eadem virtus pluries per eumdem actum violaretur respectu diversorum. † |

Et sic duo peccata cōmittit conjugata rem habens cum conjugato. Et religiosus rem habens cum coniugato. Et religiosus rem habens cum Moniali. Unum verò, qui omitteret sacrum in die duplici Festivitatis concurrentu.

81. Quo pacto conjugatus rem habens cum conjugata, committit duplex adulterium, unum contra propriam uxorem, aliud contra virum adulteræ. Et similiter Religiosus rem habens cum Moniali, committit duplex sacrilegium, *parte 3. tractat. 4. resolution. 164. §. Et tandem septimò.*

82. Ob contrariam verò rationem, qui omitteret Sacrum in die Dominico, in quo incidisset aliud festum de præcepto; Et qui jejunare omitteret in Vigilia incidente in Quadragesima, unum peccatum committeret; quia hæc præcepta respiciunt eandem virtutem, illa Religionis, hæc Temperantiæ. Ita Vasquez *in 3. p. tom. 4. quæst. 91. art. 1. dub. 4. num. 9.* contra Navarrum *Man. cap. 11. n. 4. p. 1. t. 7 resol. 22.* † Et hoc secundum etiam *tom. 8. res. 16.* Secus, quis etiam teneretur ex voto, *ibid.* Vide V. *Ieiunium. num. 11.*

Vel ieiunii in die quo obligaretur ratione vigiliæ, & quatuor temporum

84. Similiter, qui furaretur rem sacram de loco sacro, unum sacrilegium committeret, nec teneretur utrumque explicare in Confessione, sed tantum alterutrum. Ita Fagundez *part 2. lib. 4. cap. 5. n. 21. part 1. tract. 7. resol. 22.* in fine.

Item qui furaretur rem sacram de loco sacro. Sed quid si Me dicu dare licentiā

85. Rursus Medicus, qui absque causa legitima cōcederet licentiam edendi carnes in vigilia contingente in die Veneris, secundum Sanctum *select. disput. 41. num. 16.* committeret duo peccata in Confessione explicanda: quoniam & co-

sine causa edendi carnes in die Veneris non currente Vigiliæ

meduntur carnes in die Veneris, & frangitur jejunium. Sed Montesinus *in part. 2 tom. 2. quæst. 73. art. 2. quæst. 4. numer. 47.* docuit, unum esse peccatum, & circumstantiam jejunii solùm aggravare. Quæ sententia si vera est, secundum nostram doctrinam satisfaciet dicendo: *Dedi licentiam edendi carnes in die prohibito sine causa. p. 1. tract. 7. resol. 60.*

Omittens officium, ad quod teneretur titulo beneficii & ordinis, unū peccatum cōmitteret.

86. Qui tenetur ad Officium ratione beneficii, & Ordinis Sacri non tenetur explicare in Confessione hunc duplicem titulum obligationis, si illud omittit: quia uterque respicit virtutem Religionis. Homobonus, *p. 1. tract. 4. §. 5. qu. 43.* contra Fagundez *p. 1. lib. 4. cap. 5. n. 35. p. 1. tract. 12. res. 22.*

Sicut etiam Religiosus non obediens Prælato sibi, benti sub merito obedientiæ.

87. Quando Religiosus non obedit Prælato præcipienti aliquid sub obedientia, non peccat dupliciter, contra Religionem, & Obedientiam, ut docet Villalobos, *tom. 1. tract. 9. dub. 36. nu. 14.* Nam ideo peccatum mortale committitur contra obedientiam, quia per obedientiam præcipitur aliquid, quod ratione voti sit materia Religionis. Et sic est unum tantum peccatum. *Ita Perez in Reg. D. Benedict. capit. 5. num. 23.* & alii *parte 1. tract. 7. resolutione 16. & part. 3. tract. 4. resolut. 67. §. in resolut. 16.*

Vel alius quicunque non observās aliquid ad quod pluribus iuramentis, scripturis &c. est obligatus.

88. Qui rogatus de re aliqua, pluries jurat, & postea mentitur, vel ad aliquid faciendum pluribus juramentis, & scripturis publicis obligatus non observat, unum committit peccatum, & satisfacit, si dicat: *Violavi iuramentum &c. & non complevi quandam obligationem.* Idē etiam dic, si pluries quis vovisset aliquid facere, & non fecisset. Ita Henriquez *lib. 2. cap. 5. nu. 6. part. 7. resol. 40. & part. 3 tr. 4. resolut 99.*

Vnum item peccatum committit, qui in Quadragesima facit Confessionem invalidam.

89. Qui in Quadragesima facit Confessionem invalidam, peccat contra præceptum divinum de integritate Confessionis, & contra præceptum Ecclesiasticum annualis Confessionis: non tamen committit duo peccata, sed unum, quia præceptum Ecclesiæ subordinatur divino. Ita Fagundez *p. 2. lib. 3. cap. 5. n. 8. p. 3 tr. 4. res. 35. §. Exhis.*

90. Item, qui sumit Eucharistiam in

In communicas in peccato absque Confessione.

peccato mortali sine prævia Confessione, quamvis probabiliter videarur committere duo peccata, unum impœnitentiæ, contra præceptum confitendi ante Communionem, & aliud sacrilegii, contra dignam susceptionem Eucharistiæ; probabilius tamen est committere tantum unum contra dignam susceptionem Sacramenti: Nam præceptum Confessionis prævia ordinatur in hunc finem; & ubi unum est propter aliud, ibi est tantum unum. Ita Fay. *in Addit. ad 3. part. quæst. 4. artic. 3. disp. un. concl. Ibid.* initio. *& part. 2 tr. 14. res. 24. §. Nota etiam.* Ob eamdem rationem, Sacerdos indignè celebrans non committit tria peccata, indignè consecrando, offerendo, & communicando: quia oblatio, & consecratio sunt propter Communionem. Ita Azorius *part. 1. lib. 10. cap. 31. qu. 11. part. 2. tr. 14. res. 24.*

Item Sacerdos, qui in digne offert. Consecrat. Et communicat.

Vel celebrat cum peccato mortali, & excommunicatione annexa.

91. Item Sacerdos, celebrans cum excommunicatione majori, non committit duo peccata scilicet ratione peccati mortalis, & censuræ; quia utrumque prohibet Communionem intuitu ejusdem virtutis, nimirum Religionis. Religionem enim respicit lex divina, dum prohibet communicare in peccato, & Religionem Ecclesiasticam, dum prohibet communicare cum excommunicatione. Itaque non oportet utrumque in Confessione aperire. Ita Vasquez in 3. *part. tom. 2. disp. 106. cap. 1. numer. 6.* contra Molfesium *tom. 1. tr. 3. cap. 8. n. 88. part. 2. tract. 14. resolutione 22. & p. 5. t. 13. res. 62.*

Ex tentatione cuius non obstat cum armis orationis.

92. Qui vexatur magna, & notabili tentatione carnis, tenetur orare, & Dei auxilium petere. At si succumbit, non peccat dupliciter, nec tenetur explicare circumstantiam orationis omissæ. Vide V. *Orare, n. 3.*

CIRCVMSTANTIA
Cur.

Qui furatur ob fornicandum, est fur, & fornicarius Et ideo utrũque confiteri tenetur.

93. † Circumstantia finis mali, habentis diversam malitiam ab objecto actus, explicari debet in confessione, quia addit actui novam malitiam. † Itaque qui furatur propter fornicandum; non solum tenetur confiteri furtum, sed etiam circumstantiam pravi finis. Cæterum nõ oportet, quòd circumstantia finis explicetur ut finis, sed explicari potest ut distinctum peccatum; unde in casu proposito sufficit dicere: *Furatus sum*, & mox: *Habui intentionem fornicandi*, absque eo, quod explicetur ordo unius ad aliud. Quia in tali ordine non est maior malitia, quam sit in furto, & fornicatione seorsim. Ita Angelus *v. Interrogatio, §. 6.* contra Sylvestrum 2. *Confessio. 1. quæst. 10 parte 1. tractat. 7. resolutione 23.* Adde cum Coninch *de Sacr. disput. 7. dub. 4. num. 24.* quod si finis continet malitiam solum venialem, non est necessario aperienda, ut si quis confiteretur propter inanem gloriam, &c. *Ibid. §. Notandum est.*

Sed non cum ordine inter se. Circumstantia finis venialiter mali non est necessario aperienda.

Et multo minus, si nullam habet malitiam.

94. Quòd si finis nullam habet malitiam, præter malitiam objecti, nullo pacto est explicandus. Et sic qui omitteret Sacrum propter studium, satisfaceret dicendo: *Omisi Sacrum*: Quia studium non habet aliam malitiam ab ipsa omissione. Ita Vasquez *in parte 2. disput. 93. cap. 3.* contra Zumel *in parte 2. quæst. 71. art. 5. disputatione 4. Ibid. §. Nota secundò, & res. 62.*

CIRCVMSTANTIA
Quomodo.

Modus item peccandi non est explicandus si non addit malitiam. Et sic in copula non oportet explicare an sedendo, stando &c. Neque si adhibeantur modi nimis turpes, & extraordinarii

95. Modus explicandus est in Confessione, quando continet peculiarem malitiam, & deformitatem. †

96. Unde non est explicandus modus in copula, puta, si stando, sedendo, &c. quis fornicasset, quia hic modus est accidentalis, & non addit novam malitiam, dum servatur vas legitimum, & abest periculum seminis effundendi. Quod etiam dicemus de conjugatis. *v. Copula.*

97. Rursus non tenetur fornicarius explicare, si in fornicando utatur modis nimis, & extraordinariè impudicis, nisi specimen mutet, ut si ver. gr. inciperet

actum

actum sodomiticum, & postea consummaret in vase naturali. Sed Faber *de pœnitent. in 4. dist. 17 q. un. disp. 24. c. 2. n. 34.* tenet explicandum esse, etiam si speciem non mutent. *part. 5. to. 14. resol. 56. §. Quæro octavo.* Item qui se polluit cubans super hominem, vel mulierem, satis est, quod dicat: *Tactu alterius me pollui.* Ita quidam apud Llamas, *part. 3. cap. 8. §. 1.* contra ipsum. *part. 1. tr. 7. res. 52.*

At in sodomia explicandum est quod quis agens fuerit, vel patiens. Multi negant.

98. In sodomia, ait Leone, *part. 1. resolect. 9. n. 216. & 218.* non esse necessarium explicare, an quis agens fuerit, vel patiens: quia hæc peccata sunt ejusdem speciei, quamvis illud agêtis sit gravius, & majori supplicio dignum. Quam opinionem non audet reprobare Baucius, *prax. Confess. fol. 334. n. 45.* eamque viris doctis placuisse testatur. Itaque, qui haberet verecundiam confitendi se fuisse patientem, dicere posset. *Exercui toties actum Sodomiticum par. 3. tr. 4. res. 159. & par. 5. tr. 14. res. 56. §. Quæro secundò, & par. 7. t. 10. res. 8.*

Explicari etiam debet circumstantia scandali distinguendo intentionem, numerum personarum, & speciem peccatorum.

99. Explicandum item est, an quis peccaverit coram aliis; unde illi scandalum passi sint; & tunc aperiendus est numerus personarum, & species peccatorum, ad quæ alii inducti sunt. Explicandum item est, an alterius ruina sit formaliter voluta: an verò solùm interpretativè, & in causa. Ita Mendoza in 2. 2. *disp. 173. sect. 8. §. 61. par. 3. tr. 4. resol. 114. §. Sed difficultas, & par. 5. tr. 7. res. 2. & 3. §. Notandum.*

Quod quidē peccatum nō committunt omnes peccantes coram aliis. Nam quandoque excusantur.

100. Excusantur autem aliqui à distincto peccandi scandalo, coram aliis peccando; vel, quia videntes ita sunt in bono stabiles, ut nullo modo censeantur scandalum pati, vel, quia ita sunt deperditi, ut aliorum peccatum nihil illos immutet. Ita Salas *in part. 2. tom. 1 tract. 7. disp. 3. sect 4. nu. 84.* Addit Sanctius *select. disp. 46. nu. 11.* excusari ulterius, vel quia ipsi peccantes tam pravi sunt, ut ab illis de præstãdo exemplo nihil curetur; vel, quia videntes ita sunt ad peccandum faciles, ut non dicãtur moraliter inducti à malo aliorum exemplo. *p. 5. to 3. resol. 3.*

Vir autem cum fœmina

101. Cæterum, qui peccavit cum fœmina illam invitans, quamvis peccatum scandali committat; non tamen tenetur explicare se illam invitasse: quia dicendo; *Fornicatus sum*, satis intelligitur fœminam sollicitasse: quia communiter ita contingit, Secus verò, si fœmina sollicitasset virum, teneretur id explicare: quia communiter non contingit. Teneretur etiam explicare vir, si extraordinariis precibus æquivalentibus violentiæ morali fœminam induxisset. Ita Salas *in part. 2. tom. 2. tract. 13. disput. 5. sect. 15. num. 133.* contra Lorcam *in 2. 2. qu. 43. artic. 8. sect. 3 disput. 56. nu. 6. part. 3. tractat. 4. resolut. 114. & part. 5. tractat. 13. resolut. 5.*

peccans à se invitata fatuest, quod confiteatur fornicationem.

At fœmina id explicare teneretur. Sicut, & vir, qui quasi vi. lenter alliceret.

102. Nota hic celebrem doctrinam Vasquez apud Mæratium *tom. 3. in D. Thom. disp. 27. sect. 4. nu. 8.* quod suadere alteri, ut committat secum peccatum, quod ex sua natura non nisi à duobus, committi potest, non est peccatum distinctum ab eo, ad quod invitat, ac proinde seorsim explicandum. Quam sententiam ipse Mæratius putat probabilem, *part. 5. citat. §. Non desinam.*

Notabilis doctrina.

Ignorantia non est necessario explicanda.

103. Explicanda item est circumstantia ignorantiæ invincibilis in ordine ad censuras; quia ab illis excusat; sicut etiam excusat à transgressione præcepti humani, ut videre est V. *Ignorantia.* In ordine tamen ad culpam non est necessarium. Ita Suarez *tom. 4. disputat. 22. sect. 4. num. 14.* contra Adrianum *in 4. tract. de confess. quæst. 4. in 2. part. tom. 4. resolut. 141.* Ignorantia autem affectata, si non affectatur ad liberius vivendum, aliquando etiam minuit culpam: si verò affectetur ad liberius vivendum, secundum Palaum, *tom. 1. tractat. 2. disputat. 1. punct. 16. num 3.* constituit specialem malitiam adversus voluntatem serviendi Deo. Sed secundum Sanchez *summ. tom. 1. lib. 1. cap. 17.* in fine, aggravat solùm notabiliter in eadem specie: unde in nostra sententia non esset necessariò explicanda. *part. 4. tractat. 4 resol. 35 §. Nota etiam.* † Hoc autem non procedit, quando ex tali ignorantia imminet periculum committendi plura peccata, quàm de facto committit: nam tunc est necessariò explicanda, in quemcumque

Nisi in ordine ad censuras, à quibus licuerat. Sed quid, si est affectata? Discordia sententia.

Certè si imminent ex illa plura peccata quam de facto committantur explicari necessario debent.

finem affectetur, juxta dicta superiùs *nu.* 54. Vide etiam *v. Ignorantia num....*

Quid si dubio, & conscientia erronea?

104. An verò explicandum sit, si quis peccatum commisit, dubius, an fuerit mortale, vel veniale, vel cum conscientia erronea, existimans illud esse mortale, cum fuerit veniale. Vide *v. Conscientia num.* 4. & 8.

Non est explicandè, an in fornicatione quæsaverit Reliquias, vel an illas dederit Amasiæ ex benevolentia. Secus si in solutionem.

105. Non est explicandum in Confessione, an in actu venereo quis gestaverit Reliquias, vel Agnum benedictum, quia non committit sacrilegium. Quod etiam procedit, si dictæ Reliquiæ, &c. dentur Amasiæ ex benevolentia, & gratitudine: nam id solùm esse quædam irreverentia. Secus, si darentur in solutionem: nam esset sacrilegium. Ita Filliucius, *tom. 2. tract. 30. cap. 7. num. 229. part. 1. tract. 7. resol. 18. & part. 3. tr. 4. resol. 67. §. in resol. 18.*

Debetne fur explicare, an furatus sit cum periculo vitæ. Affirmat Vasq.

106. Qui furatur coram Judice, vel cum manifesto periculo vitæ, secundum Vásquez *in part. 2. tom. 2. quæst. 73. artic. 9. dub. 3.* tenetur hanc circumstantiam confiteri, quia committit duo peccata, unum furti, aliud temeritatis. Sed placet contraria opinio Tamburi *in part. 2. disp. 4. quæst. 3. dub. 3. num. 72.* Quia is non vult directè pœnam, sed indirectè, & ex suppositione peccati, quod per se non est peccatum *part. 1. tract. 7. resol. 61.*

Sed magis placet opinio negans.

CIRCVMSTANTIA Quomodo.

Copulata desiderata cum matre, & filia non mutat speciem nec gradus affinitatis & consanguinitatis. Nec iniuria patris vel consanguinei non est circumstantia aperienda.

107. Cupiens habere copulam cum matre, & filia, non habet necessitatem in Confessione hanc circumstantiam aperire, cùm non mutent speciem. Bordonus *part. 10. tract. 15. resol. 13.* nec gradus affinitatis & consanguinitatis differunt specie inter se. *ibid. Mart. à S. Ioseph, & alii*, unde non est necesse hanc circumstantiam confiteri. Trullench & alii *ibid. §. & hanc*, sic etiam injuriam Patri, vel consanguineo inferre non est circumstantia aperienda in Confessione, cum non mutent speciem. Tamburini & alii *part. 10. tractat. 14. resolutione. 165.*

Non semper impedimentum dirimit habet peculiarem malitiam distinctam in fornicatione. Contrahitur scienter, & sponte cum impedimento dirimente habent triplicem malitiam.

108. Copula inter eos, inter quos est aliquod impedimentum dirimens non semper habet peculiarem malitiam distinctam à malitia fornicationis, Sanch. *part. 10. tract. 16. resolut. 82. §. Sed ex his.* Sic etiam dico cum Martinon, quod peccatum contrahentium cum impedimento dirimente scienter, & sponte habet triplicem malitiam. Sed contrarium docet Caspensis, & alii. *ibid. §. Verùm.*

Recedivus in peccato non est aperienda in Confessione.

109. Circumstantia recidivi non est necesse confitenda, sed bonum est eam explicare ad majorem humilitatem. Les *Part. 10. tract. 13. resol. 40.*

Vxoratus delectans de pictura non tenetur confiteri de hac circumstantia.

110. Uxoratus si delectatur de aliena muliere, vel de pictura mulieris propter pulchritudinem, non tenetur hanc circumstantiam matrimonii in Confessione aperire. Mart. à S. Joseph, & alii, *part. 10. tract. 5. resolutione 61.*

111. Qui vestibus Sacris indutus fornicaret, tenetur hanc circumstantiam in Confessione aperire. Marcant. *part. 10. tractat. 12. resolutione. 54.*

CIRCVMSTANTIA Quando.

Non est necesse explicare, an peccatum sit commissum in die festo, in Hebdomada sancta. In die Confessionis vel Communionis.

112. Docuit Alensis *3. part. quæst. 32. numer. 5. artic. 3.* aperiendum esse in Confessione, num peccatum commissum sit in die festo Medina *lib. 1. cap. 9. §. 1.* & alii, num peccatum carnale commissum sit in die Jovis Sancti, vel eo die, quo quis ad Confessionem accedit. Sed illud de die festo refellit Ledesma, *tom. 1. de pœnitent. cap. 19* & omnes communiter Neoterici: quia in die festo prohibetur opus servile proprie corporale, non spirituale, quale dicitur peccatum metaphoricè. Circumstantia etiam Jovis Sancti, & diei Confessionis est tantùm aggravans, & ideò non est necessariò explicanda. Ita Henriquez *lib. 5. cap. 5. num. 6. part. 1. tr. 7. resol 32.*

Nec an fit commissum post ultimam Confessionem.

113. Non tenetur pœnitens explicare, an crimen sit aliàs Confessus, vel non, nisi ob aliquam circumstantiam mutantem speciem, aut constituentem hominẽ in pro-

in proxima occasione peccandi. Itaque, qui apud Confessarium verecundatur de aliquo peccato, posset cum illo generalem Confessionem efficere, & sic illud confiteri non explicando, analiàs Confessum sit. Interim parum variat judicium Confessarii, & ipse poterit majorem pœnitentiam efficere. Ita Bonacin. *de Sacrament. disp. 4 quæst. 5. sect. 2. punct. 2. § 7. diff. 4 n. 5.* Sanch *apud ipsum, ibid.* & alii. Unde immeritò Turrian *in cens. Theol.* hanc opinionem improbabilem judicavit. *part. 3. tract. 4 resol. 62. & part. 4. tract. 3. resol. 65.*

Explicanda autè est mora juxta superiùs dicta.

114. Dilatio, & mora, per quam quis in peccato perseveraverit, explicanda est in Confessione, si non venit in mentem numerus peccatorum. Vide *supra à num. 56. & 66.*

Ingratitudo quando non est circumstantia confitenda.

115. Cùm non est speciale peccatum ingratitudo, sed solùm peccati circumstantia, scilicet, quando sæpius à Deo sibi reconciliatus, sæpè etiam peccat, non est circumstantia necessariò confitenda *part. 10. tract. 13. resolut. 4.*

CLAVSVRA.

DE Clausura quoad ingressum in claustra Religiosa, vide Verbo. *Ingredi Monasteria.*

Moniales non possunt de Monasterio in Monasterium quacumq; ex causa trãsire sine speciali licentia Sedis Apostolicæ toties quoties obtinenda.

1 Moniales non possunt de Monasterio in Monasterium quacumq; ex causa trãsire sine speciali licentia Sedis Apostolicæ toties quoties obtinenda. Et hoc ex decreto Pauli Quinti à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, anno 1617. publicato, ac Procuratoribus Ordinum intimato. Quæ omnia notat Castellinus *de elect. cap 17. num. 5. part. 3. tr 2. resolut. 99. §. Notandum.*

Etiam causa fundationis, reformationis, &c.

2. Et non posse transire causa fundationis, reformationis, &c. expressè declaravit Sacra Congregatio Cardinalium apud eumdem *ibidem.* Unde docet Rodriquez *Summ. tom 3. c. 3. num. 2.* ad talem transitum licentiam Papæ requiri. A qua sententia non est recedendum. Quamquam Portellius *Addit. ad dubia Reg. v. Monialibus, num. 1.* & alii doceant, fieri posse sola sui superioris licentia, & ita in praxi servari. Et Villalobos *tom. 2. tract. 35 diff. 45 num. 9.* sufficere licentiam Nuncii Apostolici ex Cardinalium declaratione, de qua dubitat. *part. 3 tract. 2 resol. 127.* Vide *p. 11 tr. 2 res. 24.*

Sed solum causa incendii, vel lepræ vel epidemiæ ex concessione Pii V.

3 Porrò, quia Pius V. in decreto, quod incipit, *Decori, & honestati* edito anno 1569 concedit Monialibus facultatem exeundi à Monasterio causa incendii, lepræ, vel epidemiæ, dubium est, an tale decretum extendi debeat ad alios morbos soli Moniali periculosos? Negant Barbos. *de pot. Episc. part. 3 alleg. 102 num. 20* & alii, pro quibus extat declaratio Cardinal. apud Rodriquez *in sum. Hisp.* docentium nomine epipemiæ non venire alias infirmitates, quæ etiam epidemia largo modo dicuntur; sed tantum eam, quæ est vera, & realis pestis; ratio est; quia in tali decreto dicitur: *Nulla alia occasione, & pretextu.* Hæc sententia est probabilior: sed affirmativa Azor. *part. 1 lib 13 cap 8. quæst. 1.* & aliorum est probabilis nimirum, Monialem laborantem morbo periculoso præter prædictos, & ex quibus illi mors, si manet in Monasterio, immineat, exire posse ad illum curandum: quia leges Ecclesiasticæ non obligant cum tanto incommodo, & ità interpretanda est benigna mens summi Pontificis Maximè, quòd inventum pro charitate, contra illam torqueri non debet. Et nemini denegandæ est defensio naturalis. Ad argumenta contraria respondeo. Ad primum, de declaratione illà Cardinalium non constare authenticè. Ad secundum, dictionem taxativam non excludere casus similes, in quibus eadem, vel urgentior ratio militat: maximè in favorabilibus, quæ extendi debet. Ita Gomez *tom. 1 cap. 11 n. 12 part. 3 tractat. 2 resolut. 105.* Quamvis prima sententia sit probabilior, *part. 2 tractat. 15 resolut. 23. part. 5 tractat. 3 resolutione 137.*

Quæ extendi debet ad casus similes.

Clausuram non frangit Moniali se ponẽs in rota, & se extrinsecus volvens ad parlatorium.

4. Non frangit clausuram Monialis se ponens in rota, eamque volui faciens versus partem externam, ad quam sæculares accedunt. Et hoc ratione parvitatis materiæ. Se enim habet, ac si

esset in ostio, quod, ut docet Glossa *in cap. Cum sanctam, de pœnitent. sess. 7.* est partim intra, partim extra clausuram. Ita Bonacina *quæst. 2 punct. 8 num. 7* contra Portellium *dub. Regul. verb. Claus. mon. num. 24 part. 3 tractat. 2 resolut. 52.*

Necesi seponat in porta.

Item, nec si ascendat supra tectum Monasterii perpendiculariter Monasterio superpositum Ita Texeda, *tom. 1 lib. 2. contr. 14 dub. 8 num. 9.* Quod probatur à simili. Nam DD. dicunt, reum inventum super tegulas Ecclesiæ gaudere immunitate, quia dicitur esse intra Ecclesiam, *part. 5 tractat. 13 resolut. 88.* imo non censetur esse extra clausuram, si equitat in muro clausuram terminante Suar. Tambur. & alii *p. 11 tr. 8. res. 25*

Vel supra tegulas Monasterii.

Sed quid. si exiret à claustro per duos pedes.

5 Sed quid dicendum, si Monialis exiret è claustro per duos pedes ? Sanchez *Summ tom. 2 lib. 6 cap. 16. numer. 70* & Homobonus *tom. 1 part. 2 resp. 61.* dicunt incurrere in peccatum, & censuras : quia perfectè violaret clausuram, cum tota egressa esset extra illam. Sed Naldus *Summ. verb. Clausura, num. 1,* putat excusari ex parvitate materiæ; sicut furans rem minimam, quamvis verè furtum committat, excusatur à mortali, propter materiæ parvitatem. Quam sententiam approbat Merolla *tom. 2 diff. cap. 2 diff. 7 numer. 502.* dummodo talis egressio fit ad modicum tempus, *part. 3 tract. 2. resol. 52. §. Difficultas, & part. 5 tr. 5 resolut. 22.* Bordonus *contr. Moral. 19 n 3.* putat, si Monialis ad 3. vel 4. passus exeat, ibidemque per unum aut alterum credo cum consanguineâ fabuletur, clausuram tantùm leviter violari, ideoque pœnas non incurri, ego tamē contrarium sequerer. *p. 11 tract. 8 resol. 26*

Regulari ad subveniendū parentibus potest dari licentia Prælati manere extra claustra.

6. Prælatus Regularis potest dare licentiam suo subdito manēdi extra claustra ad subveniendum parentibus, non solùm in extrema, sed etiam in gravi necessitate constitutis. Ita Portellius *dub. Regul. v. Parentes fratrum, n. 2.* Qui advertit, quòd, si in tali casu Superior licentiam negaret, non posset Religiosus de bonis suo usui concessis parentibus subvenire, *p. 3 tr. 2. resol. 99*

Mulieres

7. Secundùm Portell. *in dub. Regul. verb. Clausura Monach. num. 5.* possunt mulieres ingredi claustra Regularium, quando fit lotio pedum in die Jovis sancti, vel datur habitus, aut professio fit alicujus novitii, absque eo quòd censuras incurrant. Ita Pellizzar. quicquid dicat Bonacina, *part 9 tract. 7. resol. 52*

quando possunt ingredi claustra Regularium.

8. Clausuram visitare potest Episcopus etsi Moniales sint exēptæ, si tamen opus sit, imo declaratio Cardinalium asserit, eum non debere hoc omittere. Durum igitur est cum Rodriq. contrarium sustinere, *p. 11 tr. 2. res. 15.* est enim contra stimulum calcitrare.

CLERICVS
Quoad Forum.

DE clerico quoad exemptionem gabellarum, vide in verbo *Gabellas solvere.*

Clericus ut gaudeat privilegio fori. Et decreto Concilii Tridentini.

1 † Quoad privilegium fori, dicemus V. *Immunitas Ecclesiastica, n. 13.* Clericos etiam primæ tonsuræ, etiam conjugatos, gaudere privilegio fori, tam in criminalibus, quàm in civilibus. Dummodo habeant aliquas conditiones quas Tridentinum, *sess. 23. cap. 6.* requirit. Requirit autem, ut

Debet aut beneficium habere, aut habitum & tonsurā deferre.

2. Clericus gavisurus privilegio fori, aut beneficium Ecclesiasticum habeat, aut habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi deserviat, aut in Seminario Clericorum, schola, universitate de licentia item Episcopi versetur, quasi in via ad majores Ordines. Et hæc omnia præcedunt etiam in conjugatis, qui præterea debēt unicam tantùm, & virginem suscepisse. Ita Trident. Quæ Torreblanca *de mag. lib. 3 cap. 9. nu. 40.* interpretatur de Clericis minoribus 14. annis, & de facinorosis, de quibus antea fecerat mentionem: quia hi dispositioni causam dederunt. Sed communis expositio est, Concilium loqui de omnibus Cler. *p. 1. tr. 2. resol. 29.*

Quicumque ille sit.

Sufficit autē titulus beneficii.

3. Porrò, quoad beneficium satis est titulus, & collatio, absque possessione: nam per solum titulū beneficii, dicitur quis

quis habere beneficium, quod Tridentinum requirit. Ita Bonacina *de lege. disputat* 10 *quæstion.*2 *punct.*1. § 4. *num.* 12 contra Lopez *part.*1 *cap.*386. Et declaravit Sacra Congregatio teste Parisio *de resign. benef. lib.* 7 *quæst.* 1 *numer.* 47. Quod etiam procedit de habente titulum, & possessionem absque redditibus, nam is habet titulum beneficii. Et Episcopi titulares, cum nullos suorum Episcopatuum redditus habeant, nihilominus habent jurisdictionem aliorum Episcoporum. Ita Grassus *de off. Cler. eff.* 2 *num.* 1224 *part.* 1 *tractat.* 2 *resolut.* 30

Vel Capellania perpetua

Sufficit etiam Capellania, seu Capella in perpetuum, vel in titulum à Papa, vel Episcopo concessa: nam talis Capellania judicatur beneficium. Ita Azor. *part.* 2 *lib.* 10 *cap.* 3 *quæstion.* 5. Non autem Capellania vulgò dicta *Servitium Missarum*: quia hæc non datur in titulum, nec in perpetuum, & ideò non venit nomine beneficii. Ita Azevedus, *tom.*1 *lib.*1. *leg.*1 *tit.* 4. *numer.* 7 *part.*1 *tractat.* 2 *resol.* 33. Sufficit item

Aut præstimonium perpetuum habens adnexũ aliquod spirituale.

præstimonium, seu fratrantia, si sit perpetua, & aliquod spirituale adnexum habeat: nam sic beneficium dicitur. Ita Monochius *cons* 201. *num.* 56 *Ibidem.* Item adjutoria à Papa concessa: nam habens coadjutoriam beneficiarius dicitur. Ita Barbosa *depot Episc. p.* 2 *alleg.* 12 *n.*4 *part* 3 *tractat.*1. *resolut.*62. Item sufficit possessio beneficii fraudulenter obtenti, ut si quis illegitimus, vel irregularis beneficium impetraret, quod obtinere non potest. Et sic testatur Francus,

Sufficit etiã coadjutoria Papa.

Aut possessio beneficii fraudulenter obtenta.

decis. 189 decisum esse in Vn. C. Vicariæ Neapolitanæ, *Ibid.*

An etiam pensio?

4 Habere solùm pensionem super aliquo beneficio, non sufficit ad privilegium fori secundum Gonzales *ad reg.* 8 *Cancell. gloss.*5 § 5 *num.* 6 qui asserit ita declarasse Sacram Congregationem. Secundum Suar. *contra reg Angl. lib.* 4 *c.* 26 *num.*9. sufficit. Et Diez *cap.*64 *num.* 10 testatur, ita se consulente, decisum fuisse in supremo Concilio Regis. Et Armendatiz *Addit. ad recopil. legum* Nav. *lib.*2 *tract.* 19 *num.*5.7 ita declarasse Sacram Congregationem. Et ideò Beletus, & Cucchus *lib.*5 *tit.*8 *n.* 17. has opiniones concordant. Ille docens, sufficere, si pensio excedit summam sexaginta ducatorum auri de camera, non sufficere, si non excedit: hic verò sufficere, si pensio sit loco tituli beneficii, nam tunc quis dicitur beneficiarius, secus, non sufficere, *part.*1 *tr.*2 *resol.* 31

Aliqui negant.

Aliqui affirmant.

Alii distinguunt.

5 Habens beneficium gaudet privilegio fori, absque eo, quòd incedat in habitu, & tonsura. Nam Tridentinum disjunctivè loquitur: *Aut beneficium habeat, aut ferens habitum, & tonsuram, &c.* Sed in disjunctivis sufficit alterutrum. Ergo. Ita Rodriquez *summ. tom.* 1 *c.* 155 *conclus.*2 & alii. Suarez *de cens. disput* 22 *sect.*1 *num.*11 videtur docere, quod beneficiarius debeat Ecclesiæ deservire *part.*1 *tr* 2 *resol.*29 §. *Quæritur, & part.* 4 *tr.*1 *resol.*89

Qui autem habet beneficium non oportet, quod incedat in habitu, & tonsura.

Clericus carens beneficio, ut gaudeat foro, debet ferre habitum, & tonsuram. Sed an sufficiat habitus.

6 Clericus non habens beneficium, ut gaudeat privilegio fori debet tonsuram, & habitum ferre, &c. † Ubi illud *Tonsuram, & habitum*, videtur sumendum copulativè, ut si quis ferat tonsuram absque habitu, vel habitum absque tonsura, non gaudeat privilegio fori. Et ita docet Bellettus *disq. Cler. part.*1 *titul.*3 §.8. *num.*7. notárque Sacram Congregationem declarasse. Sed Marius Antoninus, *lib.*3 *resol.* 48 *num.* 5 docet, alterutrum sufficere. Et Capiblancus *de off. Bapt. pragm.* 8 *c.* 3 *num.* 28. putat tonsuram nõ esse tantæ solemnitatis, ut si quis eam negligat, amittat privilegium fori. Ad verba Tridentini respondent, esse intelligenda, sicut intelliguntur eadem in verba *in c. si judex de sentent. excommunic. in* 6. Nam Tridentinum in hoc non inducit novũ jus. Illa autem intelliguntur disjunctivè. Nam de jure communi sufficit delatio alterutrius. Unde hoc dubium Sacræ Congregationis remisso *part.*1 *tr.*2 *res.* 33 *& part* 4 *tract.* 1 *resol.* 43. Habitus autem Clericalis secundum Venerum, *lib.*7 *cap.*5 *num.* 2. est tunica talaris nigra simul cum pallio talari nigro. Sed dicendum cũ Navarro *de jur. Pont. concl.* 117 *n.*6 sufficere palliũ talare, & tunicã usqi ad genu. Quod etiam docet Garcias

Est autem habitus tunica talaris nigra, & pallium nigrũ quamvis breve. Vel contra.

de

Imò sufficit, illam vestem ferre, quæ Clericum à laico discriminet.

de benef. tom. 2 part. 7 cap. 1. numer. 23. dum ait, non requiri duplicem vestem longam, sed sufficere alterutram, vel tunicam, vel pallium. Imò arbitror absolutè, quod ut Clericus gaudeat privilegio fori, sufficit ferre illud vestium genus, cum quo à populo Clericus judicetur. Vide Farinacium *quæst.* 8 *num.* 69 & Bonacinam *de leg. disputat.* 10 *quæstion.* 2 *punct.* 1 §. 4 *numer.* 17 *part.* 3 *tract.* 1 *resol.* 63 & *part.* 4. *tr.* 1 *resol.* 91. Quando autem dubium est de habitu, & Clericatu. Judex Ecclesiasticus cognoscere debet Vide V. *Iudex laicus, num.* 17. Quod si Clericus longo tempore sine habitu incedat, ita ut publicè æstimetur, ut laicus, amittit forum. Secus verò, si aliquando habitum, & tonsuram dimiserit, ut si in captura sine habitu inveniatur, cum aliàs illum deferre sit solitus: & tulerit tempore delicti, quia tempus delicti inspicitur ex *l.* 1 *ff. de pœnis, p.* 1 *tr.* 2. *res.* 33 *vers. Notandum.* Imò etiam si tempore delicti illum deseruisset: quia præsumitur illum reliquisse, ut delictum faciliùs & commodiùs perpetraret, non autem animo illum deserendi. Ita Bonacina *de leg. disp.* 10 *quæst.* 2 *punct.* 1 §. 4 *numer.* 14 asserens, sic declarasse Sacram Congregationem *p.* 1 *tr.* 2 *resol.* 34 & *p.* 4 *tr.* 1. *resol.* 18. In quo casu ad amittendum privilegium fori requiritur trina monitio cap. *fin. de vita, & honest. cler. part.* 1 *tr.* 2 *res.* 24 § *sed hæc.* Sed post Tridentinum non requiritur, quia ipsum loquitur cum dictione *nisi*, quæ excipit juxta *leg. act. C. de act.* Ita Riccius *p.* 4 *dec.* 154 *numer.* 4 asserens sic declarasse Sacram Congregationem *part.* 1 *tr.* 2 *resol.* 34 §. *An verò.* Requiruntur verò aliæ conditiones, quas invenies V. *Iudex laicus, n.* 7. Item si Clericus habitum clericalem dimissum reassumeret, etiam sine licentia Episcopi, gauderet privilegio fori, quamvis hoc Clericis prohibitum esset in Synodo. Ita Riccius *part.* 2 *decis.* 177 *part.* 4 *tr.* 1 *res.* 18 § *Notandum.*

Quod Iudex Ecclesiasticus debet cognoscere. Sed quando amittit privilegium fori propter habitus dimissionem?

Certè si dimissum reassumat, gaudet privilegio. Etiamsi sine licentia.

7 Clericus gaudet privilegio fori, etiamsi habitum clericalem assumat post delictum, ob hoc ipsum, ut judicari non possit à judice laico. Vide infra V. *Iudex laicus, n.* 13. Neq; in tali casu peccat mortaliter. Ita Villalobos *tr.* 11 *diff.* 14. *num.* 2 contra Barbosam *de pot. Episc. p.* 2 *alleg.* 11 *n.* 12. Nam Tridentinum *sess.* 23 *cap.* 4 non utitur verbis præceptivis obligationem mortalem inducentibus, sed solum ostendit, decentiam status clericalis requirere, ut in majorem Dei cultum assumatur, *part.* 3 *tr.* 16 *res.* 20

Etiamsi reassumat post delictum in fraudem Curiæ secularis.

8 Clericus incedens cum habitu, & tonsura non gaudet privilegio fori, nisi alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviat. Ita Bonacina *de leg. disput.* 10 *qu.* 2 *part.* 1 §. 4. *numer.* 10. 15. contra Marium Antoninum *lib.* 3 *resol.* 48 *num.* 14 Quia Concilium loquitur copulativè: & utrumque requirit, *part.* 1 *tr.* 2 *resol.* 35 Et ut dicatur servire Ecclesiæ, non sufficit, quòd serviat bis, aut ter: nam Concilium requirit perseverantiam; non tamen rigidam, & pro omni tempore, sed pro majori parte. Ita testatur Riccius *part.* 4 *decis.* 154 *numer.* 5. declarasse Sacram Congregationem. (Neque obstat pragmatica hujus Regni, quod debeat singulis diebus Dominicis, & festivis interesse divinis officiis cum superpelliceo: quia emanavit à Magistratu laicali: & contra illam insurgit novissimè Guazzinus *tom.* 2 *defens.* 20 *cap.* 9 *num.* 35. *p.* 4 *tr.* 1. *resol.* 88) Unde si dictum servitium aliquo impedimento intertrumperetur, non ob id amitteretur privilegium fori. Et sufficit, quod ante mensem, quo delictum commisit inveniatur dictum servitium præstitisse. Debet autem servitium esse spirituale, nam temporale non sufficit. *Ibid.* §. *Notandum.* Mandatum autem Episcopi non oportet esse scriptum, sed sufficit verbale, *part.* 1 *tractat.* 2 *resolut.* 35 §. *Notandum.* Nec opus est, ut ab ipso applicetur ad certum Ecclesiæ ministerium, sed sufficit abscriptio generalis. Nam hanc requirit Concilium & DD. communiter, quidquid contra sentiat Pereyra. *part.* 2 *cap.* 26 *num.* 7 *part.* 4 *tractat.* 5 *resolut.* 2. Imò sufficit ministerium Ecclesiæ exhibitum absque mandato Episcopi. Ita declaravit Sacra Congregatio die 29. Junii 1628 apud Sellium *cap.* 18 *n.* 22 *ibid.* Sufficit etiam

Debet etiam Clericus pro privilegio fori inservire Ecclesiæ, de mandato Episcopi.

Cum perseverantia. Non tamen rigida.

Sed in spiritualibus. Mandatum verò sufficit verbale.

Necessarium.

etiam ministerium adhibitum alteri Ecclesiæ ab ea, in qua mandavit Episcopus. Et ita declaravit eadem Sacra Congregatio apud Marinum *quot. reserv. cap. 36. numer. 12.* contra Graffum *eff. 1 num. 1170. ibid. & part. 1 tractat. 2 resolut. 35 §. Sed contrariam.* Et secundum Prosperum de Augustino *addit. ad Summ. Quaranta, verb. Habitum Clericorum*, sufficit, quòd Clericus absque mandato Episcopi inserviat Capellæ existenti in Ecclesia assignata ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio. Quod etiam declarasse Sacram Congregationem testatur Riccius *part. 4 decis. 154 numer. 2 part. 1. Ibidem.* Et tandem gaudet privilegio fori Clericus, qui descriptus in Catalogo Clericorum præstitit obedientiam Ordinario in Synodo, & in habitu, ac tonsura incedens per paucas vices in Choro, & processionibus interfuit, attentis circumstantiis, quamvis alicui Ecclesiæ non inserviat. Et ita quoque declaravit S. Congregatio Concilii die 28. Martii 1620. *p. 4 tract 1, resol. 18*

Imò attentis circumstantiis nec Ecclesiæ ministerium est admodùm necessarium

9. Sed utrum gaudeat privilegio fori Clericus verè adscriptus Ecclesiæ, illique inserviens, si tonsuram non ferat: Negativè respondent Bonacina *in Bull. Cœn. tom 3. disput 1. quæst. 16. punct. 3. n. 7.* quia is non gaudet privilegio canonis. Sed Bellettus *disquisit. Cler. part. 1. tit. de fun. cler. pers. §. 2 num. 2.* & alii docent, gaudere. Ad argumentum Bonacinæ posset quis respondere, quòd Clerici *salvatici* non gaudent privilegio Canonis, nec exemptione gabellarum, & tamen gaudent privilegio fori, ut declaravit Sacra Congregatio die 23. Martii 1632 apud Squillante *de priv. Cler. c. 7. dub. 2. num. 4.* Sed circa Clericos *salvaticos* vide multas quæstiones apud Riccium *tom. 4 resol. 223. & deinceps part. 3. tract. 1. resol. 69.*

An verò si serviat Ecclesiæ, sed tonsuram non ferat gaudeat privilegio fori?

10. Adverte hic quod Panormitanus, *cap. 4 de vit. & honest. cler.* indistinctè asserit, Clericos non ferentes tonsuram, peccare mortaliter, quia id præcipitur sub pœna excommunicat. *in cap. Si quis distinct 23.* Henriquez verò *de Ordin. cap. 11. §. 1.* indistinctè negat esse mortale, secluso contemptu, & scandalo: quia id in jure Canonico non præcipitur verbis indicantibus gravem obligationem. Sed dicendum cum Soto *in 4. distinct. qu. 2. art. 1. conclus. 2.* non peccare mortaliter Clericos in minoribus, si non ferant tonsuram, peccare verò mortaliter constitutos in Sacris. Sed hos quoque excusari parvitate materiæ, si scilicet per unum, aut paucos dies non portarent. Ita Granado *in 3. part. controv. 9. tract. 4. disp. 3. n. 8. part. 5. tr. 5. resol. 60.* & olim *p. 3. tr. 4. resolut 183.*

Certè illam non ferre Clerico in sacris mortale est, nisi excusetur brevitate temporis.

Minoribus veniale.

11. Cum alterutra ex dictis conditionibus Tridentini gaudeant quoque privilegio fori Clerici conjugati, si nimirum beneficium habeant, aut habitum, & tonsuram ferentes alicui Ecclesiæ inserviant. Et hoc tam in criminalibus, quàm in civilibus. Ita Franch. *cap. unic. de coniug. in 6.* & alii contra Pereyram *p. 2. cap. 26. num. 10.* Quod etiam docet novissimè Squillante *cap. 7. dub. 2. num. 17.* ex Tridentino, & aliis juribus. Et procedit præsertim in Regno Neapolitano, ut ex declaratione Sacræ Congregationis testatur Gavantus *in Ench. Episc. verb. Clericus, n. 84. part. 4. tract. 1. resol. 78.*

Cũ alterutra ex conditionibus Trid. gaudet privilegio fori etiã Clericus conjugatus.

12. Debet tamen conjugatus unicam, & virginem uxorem duxisse: nam si est bigamus, non gaudet privilegio fori. Non est autem bigamus, si virginem à se defloratam uxorem ducat; quia ejus caro non est divisa, cum uxor non fuerit alteri permista. Canones verò *curandum, & præcipimus, distinct. 24.* explicari possunt, ut nomine virginis intelligant eam, quæ non fuit corrupta ab alio. Ita Præpositus *in 3. part. quæst. 5. dub. 17. n. 134.* unde si talis assumat Ordines minores, gaudebit privilegio fori. *part. 4. tract. 1. resol. 27.*

Dummodo unicam, & virginẽ uxorem duxerit

13. Clerici Græci regulariter prius recipiunt minores Ordines, deinde uxorem virginem ducunt, & tandem Sacris initiantur. Ita Venerus *lib. 3. c. 32. num. 3* ex cap. *cum olim, de Cleric. coniug.* Sed si quis minores Ordines sumeret post matrimonium contractum, adhuc gaude-

Et quidem Græcus etiã si contraxerit ante minores Ordines.

ret privilegio fori. Nam si Græci possunt Sacris initiari post matrimonium contractum, ut diximus, & probat Vasquez *in 3. part. tom 3 disputat. 248. numer. 2.* cur post contractum matrimonium non poterunt minores Ordines suscipere, cum Sacris sit annexum votum castitatis, & minoribus non? Et ideò Squillante *de Privileg. Cleric. cap. 8 n. 11 & c. 6 num 20.* & alii docent: Græcos licitè uti matrimonio in habitu laicali (& sic ante omnes Ordines) contracto: itaque gaudere privilegio Canonis, si post matrimonium minores Ordines assumant; unde secundum Suarez *contra Reg. Angl. lib. 4 c. 29 numer. 7* gaudebunt quoque privilegio fori. Ratio autem est, quia ex quo Imperium Græcorum translatum est ad Germanos auctoritate Leonis III. & Ecclesia Orientalis divisa est ab Occidentali, Clerici Græci non tenentur ad leges Papales de novo emanantes pro Ecclesiasticis: non quia non sint subditi Pontificis Romani, sed quia intentio Papæ est, non comprehendere illos, unde non punit contrarium facientes, etiam inter Latinos. Igitur non tenentur legi cœlibatus, sicut tenentur Latini, quia hæc lex manavit post divisionem. Contra verò, Latinus, qui post matrimonium, etiam cum unica, & virgine, contractum minores Ordines sumeret, secundum doctrinam Macelli Vulpi *cap. 40. num. 10* non gauderet privilegio fori, quia præsumeretur ordinari in fraudem jurisdictionis laicalis, cum post conjugium ad majores Ordines nō possit ascendere, quod ex contraria ratione non præsumitur in Græco. Adde, quod Clericus Græcus secundum Squillante *cap. 7 n. 16.* gaudet privilegio fori, etiamsi non habeat requisita Tridentini. Quia scilicet Tridentinum illos non obligat, cum conditum sit post separationem. *part 5 tr. 1 resol 26*

Minimè verò Latinus.

Imò Græcus nec tenetur habere requisita Tridentini.

14. Clericus conjugatus, qui dimittit habitum, & tonsuram, & postea illas reassumit, gaudet privilegio fori. Ita Cucchus *lib 3 tit. 9 num. 67.* contra Avendannum *lib. 1. cap. 32. num. 15.* Et sic declaravit Sacra Congregatio, quod si Clericus conjugatus dimissis habitu, & tonsura in sæculari Curia pro debito citetur, & ob contumaciam condemnetur ipse verò secluſa fraude habitum reassumat, & Ecclesiæ inserviat, gaudebit foro quoad personam, ita ut non possit pro ea causa à Judice laico in carcerem conjici, aut personaliter adstringi. Pro quibus facit *cap. si Iudex laicus, de sentent. excommun in 6. part. 1 tractat. 2 resolut. 80 & part. 4. tractat. 1 resol. 78 §. Notandum.* Et si captus in crimine sine habitu & tonsura, è carceribus deinde fugiens habitum reassumat, non gaudere privilegio fori, docet Cabedo *part. 1 decis. 58 num. 8.* Sed hæc opinio displiceret Barbosæ *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 12 numer. 29 ibid.* in fine. Clericus solutus delictum committens, & postea viduam ducens, non amittit privilegium fori tanquam bigamus, quia attendi debet tempus delicti, in quo erat solutus. Ita Pereyra *part. 2 cap. 26. n. 17 part. 4 tract 1. resol. 27*

Clericus conjugatus habitum, & tōsuram omittēs, & postea reassumens gaudet.

Sed quid, si captus sine habitu indefugiens habitum reassumat? Varsé respondent.

Et, quid, si solutus delictum committēs postea viduam ducat?

15. Clericus ordinatus per simoniam, vel ab Episcopo, qui erat impeditus Ordines conferre aliquo impedimento juris, scilicet interdicti, &c. gaudet privilegio fori. Ita Grassus *eff. 1 num. 666.* Idem dic si Clericus sit ordinatus ante legitimam ætatem, aut extra tempora, &c. quia est verè ordinatus, & characterem recepit. Ita Squillante *cap. 7. dub. 2. n. 29* contra Vasquez *alleg. 45 num. 20.* At vero ordinatus sine litteris dimissoriis sui Episcopi, vel cum litteris falsis, non gaudet privilegio fori, ex Constitut Urbani VIII. die 11. Decembris 1624. *part. 1. tractat 2 resolut 62.* in fine, *& part 4 resol. 26*

Clericus gaudet foro etiam malè ordinatus.

16 Probabilissima est, & ut ait Mascardus *de probat. vol 1. concl. 302 num 14.* observatur in praxi, illa sententia Belleti *disq. Cleric part. 4. tit. de fau. pers. cler. §. 14 n. 13.* & aliorum contra Salzedum *in pract. Diaz cap. 62. numer. 18.* quod ad declinandum forum sæculare sufficiat possessio Clericatus. Sed stante contraria sententia, cum adest Clericatus possessio; Judici laico incumbit probare non Clericatum. Ita Grassus *de eff. cler. in*

Nisi ordinatus sit sine litteris dimissoriis. Ad gaudendū foro sufficit possessio Clericatus.

præsid.

Et tonsura probatus testimonio unius.

prælud.n.226. Ubi etiam nota, quod prima tonsura probatur testimonio unius, secundum Rebuffum *tit.de form.lit.tonsur.num* 24. licet contrarium sentiat Covarruu. *pract.qq cap.* 33 *num.*3.*part.*3.*tr.*1 *resol.* 48

Quãdo Clericus cognosci potest à Iudice laico, potest etiam ab Ecclesiastico.

17. Clericus, qui deficit in aliqua conditione Tridentini, & ob id à Judice laico cognosci potest, potest etiam judicari, & puniri ab Ecclesiastico. Ita Bonacina *de leg.disp.*10 *q.*2.*punct.*1.§ 4 *n.*19. ex declaratione S. Congregationis Cardinalium *Ibid.*§.*Notandum.*

CLERICVS SODOMITA.

Clericus Sodomita invitus panu adstringitur per Extra vag. Pii V.

18.† EManavit Bulla à Pio V. contra Clericos Sodomiam exercentes, afficiens eos pœnis gravissimis, ut suspensione ad exercitio Ordinum, privatione omnium beneficiorum & dignitatum ipso jure, &c.† Circa hanc Bullam dubitatur primò, an obliget in conscientia. Et quidem obligare putavit Navarrus *man.c.*27.*n.*249. Sed Graffius *p.*1.*lib.*2.*c.*90 *n.*4.5. docuit, ad forum tantum externum pertinere. Quod confirmatur ex Bellochio *de cas. reserv part.*2 *quæst.*1. *num.* 221. & aliis asserentibus, hinc Bullam nõ esse usu receptam, quod etiam testatur quidam Jesuita apud Filliucium *de cas.reserv.part.*2 *c.*7.§.1.*n.*8. declarasse Cardinalem Sabellinum Vicarium Summi Pontificis, *part.*2.*tract.* 17 *resol.*21 *Quoad,*§.& 61.

Sed ea multi dicunt, non obligare in conscientia. Et alii, non esse usu recepta.

Sed quidquid sit de hoc, illa non comprehendit Clericũ abutentem fœmina.

Aut puero, sed non consummato.

19. Sed quoniam talis Bulla potest alicubi esse usu recepta, & sic obligare in conscientia; ideò dico primò; Clericus non incurrit pœnas hujus Bullæ, si rem habeat cum muliere in vase præpostero, vel cum puero, sed non emittens semen intra vas. Quia hæc non est verè, & propriè Sodomia consummata. Incurrit verò si sit in Sodomia patiens. Vide V. *Casus, num.*63

Aut bis tantum aut ter.

20. Item Clericus, propriam Sodomiam bis aut ter committens, non incidit in pœnas hujus Bullæ. Ita DD. communiter contra Velam *de pœnitent.delict. cap.*33. Ratio est, quia Bulla punit *exercentes* Sodomiam, quod verbum requirit actum continuatum, & frequentiam. Nam non dicitur v.g. mercator, qui bis aut ter artem mercatoriam probat. *part.* 2.*tr.*17.*resol.* 65

Aut bestialitatem exercentem.

21. Rursus Clericus vitium bestialitatis exercens, non incurrit pœnas hujus Bullæ. Nam bestialitas non est propriè Sodomia; lex verò pœnalis, qualis est ista, non debet extendi ad alios casus ultra nominatos ex paritate, aut etiam majoritate rationis. Vide V. *Lex.* Ita Barbosa *collect.tom.*2 *lib.*5.*tit.*31.*c*4 *n.*11. contra Riccium *tom.*3 *resol.*59 & alios *part.*2.*tr.* 17 *resol.*66

Ad incurrẽdas pœnas hujus Bullæ requiritur sententia declaratoria.

Vnde ante illam potest quis tales pœnas non subire.

22. Tandem Clericus Sodomiticus non incurrit pœnas hujus Bullæ ante Judicis sententiam declaratoriam. Ita Sayrus *de cens.lib.*7. *cap.*12. *numer.* 24. & DD. communiter contra Navarrum *man.cap.*27 *numer.*250. Nam, quamvis in ea ponatur verbum *privamus*, præsentis temporis, quod videtur significare sententiam latam: nihilominus in legibus pœnalibus usus præscripsit oppositum, *part.*2 *tr.*17.*resol.* 67. Unde V. Lex, *n.*43 & 44. Igitur Clericus Sodomita absolvi potest, etiamsi nolit dignitatem, & beneficia deponere, nec opus est, quod alia per virum secretum provisio beneficii procuretur, ut aliqui volunt, *part.*2 *tr.*17 *resol.*68

Clericus Sodomita occultus non est suspensus ob enormitatem criminis.

23. Clericus Sodomita occultus non est suspensus ratione enormitatis, & gravitatis criminis, ut putavit cum aliis Covarruu. *in Clem. si furiosus, part.* 1 §. 1.*numer.* 6. Nam suspensio sicut irregularitas, non incurritur ex delicto, quantumvis enormi præter homicidium; nisi sit publicum, & producat infamiam, ex cap. *ex tenore, de temp. ordin.* & *ex cap. final.eod.titul.* Ita Henriquez *lib* 3 *cap.* 36 *numer.*1.*part.*2.*tractat.*17 *resol.*21 & *resol.*69

CLERICVS *Quoad alia.*

Clericus non est vasallus Principis secularis.

24. CLericus secundum Valascum *tom.*1.*conc.*100.*n.*2. est vasallus Prin-

Principis, quia vasallus est nomen genericum, & comprehendit sub se etiam species qualificatas: unde sicut Clerici sunt cives *l. assumptio. ff. ad municip.* ita etiam sunt vasalli. At Marta *de jurisd. part.4 cent.2 cas.* 188. id negat: nam licèt sint cives, sunt tamen à Principum potestate exempti. Quod etiam procedit si recognoscant feuda à Regibus, & Principibus; nam absurdum esset, quod Papa vel Imperator essent vasalli Principis, à quo feuda recognoscerent; & idem dic de aliis Ecclesiasticis, quia quatenus tales sunt superiores Principibus. *part.1.tract.1 resol.19.*

Et si sit reus læsæ Majestatis, degradari non debet.

25. Docuit Hevia. *part 3 part.2.num.* 23. Clericum reum læsæ majestatis, vel alterius atrocis criminis, degradandum esse, & Curiæ sæculari tradendum, ex cap. *si quis laicus*, & cap. *si quis Sacerdotum 17. quæst.* 1. Sed contrarium tenendum est cum Barbosa *collect. tom.4 part.2 causa 22 quæst.5 cap. si quis laicus.n.2.4.* 5. qui benè probat, jura citata non facere contra nos *part.3 tract.1.resol 16.*

Imò gaudet immunitate loci sacri.

26. Clericus confugiens ad Ecclesiam pro delicto, gaudet ejus immunitate, unde non potest extrahi per Episcopum. Vide V. *Immun. Ecclesiarum, num.14.*

An possit venari?

27. Clericum secundum Joan. Franciscum Sanct. *Euch. lib.2 §. Cler.* non potest licitè venari *ex cap.1 de Cler. venat. & c.2 eod. tit.* Sed existimo cum Abbate *in cap. 1 de Cler. venat.* ibi non prohiberi Clericis venationem modestam recreationis causa, qualis est, quæ retibus, laqueis, atque etiam cum paucis canibus exercetur. Imò si sit clamorosa, sed rarò fiat, nec esse mortale: secus si frequenter. Ita Rebel. *lib.1 quæst.14 num.10. part.3. tr.6. resol.19.* An possint ludere, vide v. *Ludus, à num.1.*

Et ludere?

28. † An & quomodo Clericus filiusfamilias testari possit, vide inf. V. *Testamentum.* Circa beneficia, & Hor. Canon. vide etiam sub suis nominibus.†

C L E R I C V S.

Clerici, collecta exercitum pradu. pos.

29 CLerici, & Religiosi, ubi est de cõsuetudine possunt vendere in eorum domibus, & Monasteriis vinum collectum a suis prædiis. *part. 8.tr.7.resol.* 26. Non possunt per alios negotiari ut principales. *part.9 tr.9 resol.69*

sunt vẽdere in domo.

Clericus nobilis potest occidere invasorem.

30. Clericus nobilis non comprehenditur inter Ecclesiasticos simplices, unde si aggressus, & absque magno dedecore, vel infamia fugere nequeat non tenetur ad fugam; imò licet occidere invasorem minantem alapam, vel factis ictum, quando ex iis timetur vulnus, vel aliud damnum corporale aliter non absque peccato injustitiæ, & irreligionis Vasquez. *Ibidem tr. 7 resol. 46.*

Clericus potest locare boves post culturã suorum prædiorum.

31. Clericus, qui emit aliquot boves pro cultura suorum prædiorum potest post illorum culturam aliis locare pro eodem labore; non autem locandi lucri gratia, quia tunc esset negotiator. *part.8. tr.7.resol.17.*

Gaudet privilegio fori si ex mandato Vicarii Ecclesiæ inservit.

32. Clericus constitutus in minoribus, alicui Ecclesiæ deserviens non tamen ex mandato Episcopi, sed ejus Vicarii deferens habitum, & tonsuram, gaudet privilegio fori. S. Congregat. 29. Jun. 1628 *part.9 tr.6.resol.6.*

C L E R I C V S.

Peccat mortaliter Sacerdos exercens medicinam, &c. Sed, nò cum pauperibus.

33 SAcerdos exercens artem medicinæ, vel chirurgiæ peccat mortaliter, sed si hoc facit citra mortis periculũ causa pietatis, & gratis cum pauperibus, vel cognatis, non peccat Sylvest. & alii. *part.10 tr.11 resol.49*

Potest advocare non solum in uno, sed in pluribus casibus pro se & pro aliis.

34. Clericus beneficiarius potest advocare, & causas patrocinari coram Judice sæculari tam pro se, & sua Ecclesia, & cognatis, quam aliis; tam pro uno negotio, quam pro alio. Garcias & alii, & in casibus prohibitis exercendi advocationem potest domi consulere, & suam opinionem in scriptis ponere. Cardosus, & alii. *part.10 tr.1 resol.69*

Potest domi consulere.

Peccat mortal. si per civitatem discurrit personatus, sed nõ exercens venationẽ clamorosam.

35. Clericus, qui in diebus baccanaliis personatus, seu Mascheratus per Civitatem discurrit, peccat mortaliter. Hieronym. Garc. & alii, *part. 10 tr. 13 resol.* 29. & exercens venationem, etiam Clamorosam non peccat mortaliter; tamen

non

non est assiduè exercenda. Marchant. & alii, *ibid.* §. *At ego.*

Incidit in censuram percutiens illiu, no vel duobus ictibus pugno, vel baculo. In expellente Clericum manu in ordine ad lasionem honoris, &c. datur parvitas materiæ.

36. Percutiens Clericum uno, vel duobus ictibus pugno, vel baculo incidit in censuram, (si quis suadente, &c.) Filliucius, & alii *part.* 10. *tract.* 14. *resol.* 36. & non datur parvitas materiæ, nisi quando manu quis tantum repelleret Clericum, quæ percussio arbitrio prudentum censetur levis in ordine ad læsionem honoris, sed facta baculo est gravis respectu ejusdem honoris. Barbos. & alii, *part.* 10. *tr.* 14. *resol.* 36. §. *Sed si quis in fine.*

Theatini gaudent privilegiis aliorum Religiosorum.

37. Clerici Regulares dicti Theatini gaudent privilegiis concessis aliis Religiosis, & etiam Societati Iesu ex Paulo IV. *die* 7. *Octobris* 1555. de conjunctione Somaschorum cum Theatinis, vide Res. *part.* 10. *tract.* 16 *resolutione.* 91.

Vide verb, *Sacerdos.*

CLIENS.

Cliens an possit convenire cum advocato de quota lite? Et teneatur solvere salarium annuũ quando nullam habuit litem?

1. CLiens in foro conscientiæ secluſa fraude potest pacisci cum advocato de quota lite, ut liberetur ab onere illum sæpiùs adeundi, &c. Et si habeat advocatum, cui soleat solvere salarium annuum, non tenetur solvere integrum in eo anno, in quo nulla ei lis contigit agitanda. Vide V. *Advocatus, num.* 5.

CŒCVS.

Cœcus non potest torqueri, non puniri pœna ordinaria. Non accusare.

1. COEcus secundum Gizzarellum *decis.* 26. non potest torqueri, & puniri pœna ordinaria, id quod multis rationibus probat. Addens, cœcum repelli ab accusando: quod tamen distinguit Decianus *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 11. *part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 37.

Potest esse fideiussor. Et inire contractum societatis.

2. Cœcus secundũ Richter *de contract. disp.* 8. *thes.* 1. potest esse fideiussor: nam non deficit in intelligentia, imò ut plurimum excellit. Idem docet. De mari *addit.* ad Gizzarellum *decis.* 16. Addens, cœcum inire posse societatem. *part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 29.

Potest donare causa mortis sine solemnitatibus.

3. Cœcus potest donare causa mortis sine solemnitatibus, dummodo sit præsens donatarius, vel alius, qui pro eo stipuletur. Ita Seraph. *tom.* 1. *decis.* 966. *nu.* 5. contra Alciat. *in d. l.* 2. *num.* 15. & alios. *part.* 5. *tract.* 6. *resolut.* 25.

Declinare forum, ut miserabilis.

4. An possit condere testamentum. Vide V. *Testari, num* 10.

5. Cœcus potest forum declinare tamquam persona miserabilis, quia inter tales numeratur. Ita Novarius *de elect. fori sect.* 2. *quæst.* 8. *num.* 6. 9. Qui id putat procedere de eo, qui utroque lumine est orbatus. *part.* 5. *tract.* 6. *resolut.* 30.

Et munera publica personalia.

6. Excusatur etiam à muneribus publicis, & personalibus, *ex l.* 1. *Cod. qui morbo se excusare lib.* 10. Ita Gizzarellus *decis.* 26 *n.* 4. *cap.* 29. *part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 33.

Sacerdos cœcus potest celebrare.

7. Sacerdos cœcus dicitur celebrare non posse: quia, qui non cognoscit, reputatur ut absens, & sic numquam habere potest materiam præsentem, sicut ad consecrationem requiritur. Sed dicendum nihilominus posse de licentia Summi Pontificis consecrare. Sine qua tamen celebrans graviter peccaret. Ratio autem est, quia materia fieri potest illi præsens quando ita approximatur, ut facilè tangi possit, id quod cœcus ex aliorum testimonio, vel tactu percipere potest. Unde Sotus apud Ochagaviam *de Sacrament. tract.* 1. *q.* 6. *n.* 11. testatur, se vidisse Tridentini quemdam Episcopũ cœcum ex dispensatione Papæ Sacrum conficere. *part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 17. Affirmativè dicunt aliqui *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 30.

Cum licentia Papæ.

Cœcus non potest esse testis in testamento.

8. Cœcus non potest esse testis in testamento; quia is debet videre testatorem. Ita Medices *de foro. cas. quæst.* 6. *n.* 55. Unde nec potest esse Visitator, qui de actibus, qui visu in visitatione percipiuntur, testimonium Superiori mittenti ferre debet. Unde si visitator in decursu visitationis obcœcaretur, officium Visitatoris amitteret, nec illam visitationem prosequi posset. Ita Megala *verb. tom.* 2. *resol.* 183. Quod verò cœcus eligi non possit ad prælaturas, habetur in cap. *hinc etenim* §. *cœcus, dist.* 49. *part.* 1. *tr.* 6. *resol.* 20. sed potest eligere. *part.* 9. *tr.* 9. *resol.* 30. §. *Notandum*, potest tamen esse commissarius Isnard. *part.* 10. *tr.* 16. *resol.* 45. Surdus, Vide Horæ Canonicæ.

Nec Visitator.

Aut Prælatus.

Cæci deobligantur à recitatione divini officii.

9. Probabile est secundùm Pellizzarium, cæcos deobligari à recitatione divini officii, etsi memoriter sciant Psalmos, nec teneri admittere socium, quamvis ultrò se offerat ad recitandum, licèt solitus fuerit uti socio in recitatione, quia facultas recitandi cum socio est privilegium, quo quis liberè potest non uti. Vide plura *ibi, part.* 9. *tractat.* 9 *resolutione* 29.

COMMISSARII.

Commissarii agêtes simul negotia multorum, non possunt integram à singulis mercedem accipere.

1. COmmissarii, eodem tempore, & loco multorum negotia efficientes, ex doctrina Lessii *lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 5. *num.* 28. possunt integrum à singulis salarium exigere: nam æquè utiliter negotia multorum simul agunt, ac si agerent seorsum: sed tenendum cum Hevia *in Pyrintho lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. sumere solùm posse à singulis ratam: quia ubi quis operam suam vendidit uni, tunc ex justitia debetur illi, & non potest alteri vendi. Cæterum, quidquid sit in aliis Regnis, in Regno Siciliæ opinio Lessii, non potest practicari ex legibus municipalibus. *part.* 3. *tractat.* 15. *resolut.* 76.

Præsertim in Regno Siciliæ.

COMMISSARIVS CRVCIATÆ
Vide etiam Oratorium.

Cõmissarius Cruciatæ potest dispẽsare in omnibus irregularitatibus, paucis exceptis.

1. COmmissarius Cruciatæ dispensare potest super quacunque irregularitate, excepta illa, quæ oritur ex homicidio voluntario: simonia, apostasia à fide, hæresi, aut mala Ordinum susceptione. *p.* 1. *tr.* 11. *resol.* 110. & 115 §. *Igitur.*

Itaque potest in irregularitate proveniente ex delicto, quamvis publico. Ex homicidio casuali,

2. Itaque potest dispensare super irregularitate proveniente ex delicto etiam publico, quia hoc non excipitur. Ita Villalobos *tom.* 1. *tr.* 27. *claus.* 13. *nu.* 6. *part.* 1. *tract.* 11. *resol.* 111. Item in irregularitate homicidii casualis, & injustæ mutilationis. Ita Rodriguez *ad* §. 13. *num.* 2. *part.* 1. *tr.* 11. *resol.* 112.

Aut mutilatione.

3. Irregularitas ex hæresi non est dispensabilis per Commissarium Cruciatæ *part.* 1. *tr.* 11. *resol.* 114. Nec irregularitas simoniæ. *Ibid. resol.* 113. nec irregularitas ex mala Ordinum susceptione proveniens. *part.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 115. quæ quando incurratur. Vide *verb. Irregularitas, à num* 29. Potest tamen secundum Villal. *tom.* 1 *tr.* 27. *claus.* 13. *n.* 8. dispensare in irregularitate bigamiæ similitudinariæ, & ejus quæ oritur ex delicto; non autem interpretativæ. *ibid.* § *ita.*

Minimè verò ex simonia.

Aut hæresi. Nec ex mala Ordinum susceptione. Potest tamen secundũ aliquos in bigamia similitudinaria, & ex delicto.

4. Commissarius Cruciatæ potest in foro conscientiæ dispensare in affinitate consurgente ex copula fornicaria in primo, & secundo gradu, (tam in linea transversali, quam recta *part.* 1. *tract* 11. *resolut.* 117.) Dummodo matrimonium cum illo impedimento occulto jam sit contractum bona fide saltem alterius (cui nullitas postea declaretur saltem in genere, non autem causa, ut vitentur scandala. *Ibid. resol.* 116. in fine, & 119.) Et hæc omnia habentur in concessione Pontificis facta dicto Commissario. Ita Sanchez *de matrimon. tom* 3. *l.* 8. *disp.* 6. *num.* 23. & *disput* 3. *num.* 2 *ibid. resol.* 116. Occultum verò dicitur impedimentum in casu nostro, non quòd non possit probari, ut sentit Graffius *tom.* 2. *cauſ.* 2. *num* 20. sed eo modo, quo occultum accipitur in Tridentino *sess.* 24. *cap.* 6. quando concedit facultatem Episcopis dispensandi in irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, quod scilicet non est publicum, quamvis notum aliquibus. Ita Sanchez *tom.* 3. *lib.* 7. *disp.* 3. *num.* 26. *part.* 1. *tractat.* 11. *resolut.* 118. Adverte autem, quod si denuntiationes culpabiliter essent omissæ, etiam matrimonium contractum esset coram Parocho & testibus, non posset Commissarius dispensare. Ita Villalobos *tom.* 1. *tract.* 27. *claus.* 13. *n.* 14. *ibid. resol.* 117. §. *Notandum.*

Cõmissarius Cruciatæ potest dispẽsare in matrimonio contracto cum impedimento affinitatis.

Concurrentibus certis circumstantiis.

Nisi denunciationes essent culpabiliter omissæ.

5. Commissarius Cruciatæ, stantibus verbis positis in Bulla Latina non potest aliquid recipere pro revalidatione, seu publicatione Indulgentiarum, quæ absque ejus licentia publicari non possunt; neque pro jure laboris. Et in quodam consessu Doctorum hic Panorm. de mandato Eminentissimi Cardinalis ab Auria

Ac propublicatione Indulgentiarum nihil potest accipere.

Auria congregato determinatum fuit, neque Notarium Cruciatæ pro jure laboris potuisse accipere aliquid pro dicta licentia; quia in omnibus Episcopatibus saltem Italiæ dictæ licentiæ, licet præbeantur in scriptis præbemus gratis. Et ratio est; quia in Bulla SS. D. N. Urbani annullantur Indulgentiæ, si pro earum publicatione aliquid etiam à sponte dantibus sumatur, & pro expeditione dictarum Bullarum Pontifex non vult ut aliquid accipiatur, nec jure laboris: & ideò in fine apponuntur hæc verba, *Gratis pro Deo etiam scriptura*, & Tridentinum *sess. 21. cap. 9* prohibet Canonicis eleemosynam, quærentibus pro certis Indulgentiis, aliquid accipere jure laboris. Ita Duvalius *in part. 2. de ind. quæst. un. artic. 8* quem vide. Neque dicas, quòd mandatum de non accipiendo stipendio labori sit directum tantum Commissario. Nam Tridentinum *sess. 21. cap. 1.* solis Episcopis loquitur, dum mandat concedere approbationes Confessariis gratis: & tamen Eminentissimi ejus interpretes declaraverunt, in dicto decreto includi etiam Cancellarios accipientes aliquid pro jure laboris. Vide *verb. Simonia, nu. 9. part. 5. tract. 13. resol. 71. §. Vnde ex supradicta.*

COMMVNIONIS
Necessitas.

Eucharistia non est homini necessaria necessitate medii.

1. SAcra Communio non est homini necessaria necessitate medii; non enim est medium necessarium salutis, nec in re, nec in voto. Et ratio est, quia ad acquirendam gloriam satis est decedere in gratia, quæ confertur per pœnitentiam, & alia Sacramenta: perseverantia autem in illa est donum Dei specialissimum distinctum à gratia Sacramentali hujus Sacramenti, quamvis hæc illi valdè conferat. Unde Tridentinum *sess. 7. can. 4. & sess 14 c. 3.* dicens, Baptismū pro omnibus, & Pœnitentiam pro adultis: post peccatū mortale esse necessaria ad salutem, de Eucharistia id non docet. Ita Villalobos *tom. 1. tract. 7. diff. 34. n. 2. & 3.* & alii contra Becanum *de sacramen. cap. 15. qu. 7.* ex quibus infertur, quod si non adesset præceptum sumendi Eucharistiam, posset homo salvari absque illa, & illius voto. *part. 5. tract. 13. resolut. 28.* † & *part. 2. tract. 6. resol. 95.* hanc opinionem vocavit probabilem.

Sed necessaria primo necessitate præcepti Ecclesiastici quotannis in Paschate.

2. Est autem primo necessaria necessitate præcepti Ecclesiastici lati in cap. *omnis utriusque sexus, de pœn. & remiss.* quod obligat omnes adultos, saltem post pubertatem singulis annis in Paschate sub pœna peccati mortalis. Nomine Paschæ intellige totum tempus: intra Dominicam Palmarum, & Dominicam in Albis inclusum, & in certis locis paulò amplius.†

Quod probabile est obligare omnes pueros.

3. Circa quod præceptum adverte primò, quòd Sancius *select. disp. 26.* docuit, illo ligari pueros eo ipso, quòd ad Confessionem tenentur, nam in cit. cap. omnis, utrumque præceptum imponitur absque ulla distinctione, nec minor discursus ad Confessionem, quam ad Communionem requiritur: imò major, cum distinguere oporteat culpas, præcepta, &c. Ex quibus infert, quod parentes puerorum, & Confessarii non sinentes tales pueros communicare statim, ac eos peccare cognoscunt, per se loquendo peccare; excusari tamen; quia sequuntur opinionem contrariam. Advertit autem pueros non communicantes non subjacere excommunicationi, aliisve pœnis canonicis. Hæc opinio est probabilis, eamque docet Palaus *tom. 1. tract. 3. disput. 1. punct. 24. §. 2. num. 7.* Sed ipse contrariam teneo cum Vasquez *in 3. part. tom. 3. disput. 214 cap 4. n. 38.* & aliis: quia plus discretionis requirit Communio, quam Confessio. Unde ait Conradus *part. 1. quæst. 54. in fine*, puerum non teneri communicare ante duodecim annos, *part. 3. tract. 6 resol. 70. & Add. 2. resol. 19. & part. 5. tractat. 14. resol. 50. vers. Qui postea.*

Sed contrarium probabilius.

Obligat verò semifatuos.

4. At quid dicēdum de semifatuis (fatuis enim, neque Doctores, neque usus Ecclesiæ extra mortis articulum Communionem permittunt) *part. 2. tract. 14. resol. 79. & part. 5. tract. 3. resol. 46.* in fine.

§. 1. ac

§.1.ac mutis simul, & surdis? Respondeo. Semifatuis, ut sunt quidam Æthyopes imperfecto rationis usu pollentes, Henriquez *lib.8.cap.42.num.3.* & alii Communionem Paschatis permittunt, secluso periculo irreverentiæ. *part.2. tract.14.resol.79. & part.5.tr.7.resol.7.§. Probatur.*

Et mutũ surdumque à nativitate Etiamsi ne, sciat legere. & scribere.

5. Unde à fortiori dicendum est, mutum, & surdum à nativitate posse & teneri communicare. Et quidem, si legere, & scribere sciat, non est dubium, quia mysterium Eucharistiæ potest discere per scripturam. Idem verò dicendum est, etiamsi nesciat, quia tales, ut notat Sanchez *de matrim.tom.1.lib.4.cap.9.num.12.* ut plurimum perspicacis ingenii sunt, & facilè quæcunque difficilia per nútus, & signa percipiunt, quibus & ipsi suos conceptus facilè manifestant. Confirmatur, quia talis tenetur confiteri per latus, & signa. Nec minus difficilia cognoscenda sunt ad consequendum fructum Confessionis, quàm Communionis, nam ad Confessionem ferre debet, quod peccatum mortale occidit animam, & pro ejus liberatione recurrendum esse ad Confessionem, & hanc faciendam esse integram quoad speciem, & numerum peccatorum, item cum dolore, & proposito non amplius peccandi. Ad Communionem verò sufficit scire, quod ad illam requiritur Confessio mortalium, jejunium, & devotio, quæ multò facilius sciri possunt, quàm prædicta. Solum esset difficultas de transubstantiatione; sed hæc etiam per fidem æquè cognoscibilis est, ac prædicta, cum æquè revelata sit à prima veritate, quamvis alioqui difficilius naturaliter cognoscatur, quàm quod per absolutionem gratia conceditur. Neque dicas, quod non eo ipso, quod quis tenetur confiteri, possit, & debeat communicare, cum supradictum sit, pueros teneri ad Confessionem, & non ad Communionem. Nam surdus, & mutus à natura, si perfectè secundum ejus intellectum percipiat, quæ geruntur, æquiparatur majori, ut docet Spino *spec. testament.gloss.9.rubr.num.1.* ex l. *mutum de acquir.hæredit.* unde non est cum pueris comparandus. Igitur arbitrio Confessarii remitto, quandonam tales sufficientem intelligentiam habeant ad communicandum, *part.5.tr.6.resol.7.*

Si per nutus, & signa possint necessaria discere.

Quod Confessarii videant.

6. Advertè secundò, quòd præceptum Ecclesiæ obligat excommunicatum ad quærendam absolutionem, & sic ad communicandum; unde si is absolutionem negligeret, peccaret mortaliter contra hoc præceptum. Ita Laymann *lib.2.tract.5.part.2.cap.2.num.3. part.5. tract.9. resol.88*, contrarium tenetur. *p.11.tr.7.res.14.*

Excommunicatus tenetur absolutionem quærere, ut in Paschate cõmunicet.

7. Adverte tertiò, quod si quis prævidet, se in Paschate non communicaturum propter impedimentum, tenetur Communionem prævenire, & implere præceptum ante Pascha. Nam Ecclesia principaliter solùm intendit præcipere communionem singulis annis; circumstantiam verò temporis solum accidentaliter, & secundario. Unde si postea impedimentum cessaret, is non teneretur iterum communicare in Paschate, nam jam satisfecit præcepto, quod sicut ex concilio confessarii differri potest, juxta cap. omnis, ita etiam præveniri. Ita Hæredia *tract. de Euchar. par.8 dub.1.num.10.* Sed Pitigian. *in 4. tom.1. distinct.9 quæst.3.art.9.* ait, talem non teneri communionem præmittere; quia nec talis est usus Ecclesiæ, nec tenetur anticipare jejunium, qui tempore præcepti prævidet se non jejunaturum, *part.3.tr.4.resol.42.*

Et qui prævidet se impeditum fore in futuro Paschate, debet communionem anticipare;

8. Advertè quartò, quòd si quis in Paschate non communicat, ait Nugn. *in 3.part.tom.1. qu.80.art.12. diff.2.concl.3.* talem, præterquam quod peccatum commisit, non eximi ab obligatione communicandi, sed adhuc teneri communicare quamprimum, quia terminus annuus non assignatur ad finiẽdam obligationem, sed ut non liceat illam differre post annum; & in contractibus non cessat obligari ad solvendum, qui statuto tempore non solvit. Itaque talem non communicando, semper peccare, & eo gravius, quo diutius non communicat. Sed contraria sententia Tabienæ *verb.*

Qui verò non communicat in Paschate tenetur communicare quam primum.

commu-

Sed probabile etiam eſt, non teneri ante aliud Paſcha.

communicare, quæſt. 7. eſt etiam probabilis *p. 11. tr. 7. reſ. 14.* Eamque noviſſimè docuit Granado *in 3. part. controverſ. 6. tract. 10. diſp. 4. n. 4.* Et Lugo *de Sacram. Euchariſt. diſp. 16. ſect. 4. nu. 66.* quamvis teneat, talem adhuc eſſe obligatum ad Communionem, negat tamen novam in dies culpam ſemper contrahere. *part. 3. tract. 4. reſol. 41. & part. 5. tract. 13. reſol. 3.* An verò huic præcepto ſatisfiat communicando indignè, vide infrà *n. 66.*

Secundò Euchariſtia, eſt neceſſaria in articulo mortu ex præcepto divino.

9. Deinde Sacra Communio eſt neceſſaria neceſſitate præcepti divini, quod obligat infirmum tempore mortis, etiam ſi in Paſchate communicaverit: Nam in Nicæno *can. 12.* determinatur, Euchariſtiam eſſe moribundo neceſſarium viaticum. Et ulterius clarè præcipitur in Concil. Carthag. IV. confirm. à Leone IV. *can. 77.* & in Eccleſia communiter obſervatur. Itaque præcepto communicandi in articulo mortis non ſatisfit per communionem Paſchalem. *part. 5. tract. 6. reſol. 42.* Nec per aliam, quæ ante talem articulum præmiſſa ſit, non per modum viatici. Ita Granado *in 3. part. contro. 6. tract. 10. diſp. 3. num. 4.* contra Caietan. *verb. Communio.* Imò probabile puto, quòd ſi quis manè ſanus communicaret, & poſt meridiem in periculum incideret, ac rimeretur eodem die moriturus, teneretur iterum eodem die communicare per modum viatici: nam præceptum divinum præponderat Eccleſiaſtico de non communicando, niſi ſemel in die, & jejunè. Ita Hurtado *de Euchr. diſp. 10. diff. 2. part. 4. tract. 4. reſolut. 19. & part. 5. tr. 3. reſol. 33.* Sed contraria opinio eſt etiam probabilis. *part. 3. tr. 4. reſol. 40. & part. 5. tr. 3. reſol. 41.*

Cui non ſatisfit per Communionem factam ante periculum, & non per modum viatici.

Et probabile eſt, eum qui manè communicavit ex devotione, ſi poſt meridiem in periculum incidat eodem die decedendi teneri iterum Viaticò ſumere.

Qui tamen ſemel communicavit per Viaticũ, non tenetur amplius in eadem infirmitate communicare, etiamſi incidat in mortale.

10. Qui in mortis articulo conſtitutus ſemel per modum viatici communicavit, ſi poſtea peccet mortaliter, quamvis teneatur iterum confiteri, non tamẽ tenetur iterum communicare; nam Confeſſio eſt neceſſaria neceſſitate medii, quotieſcunque quis eſt in peccato mortali, & imminet mortis periculum; Euchariſtia verò eſt ſolum neceſſaria ex præcepto; quod in uno mortis articulo non obligat, niſi ſemel. Ita Ochagavia, *tract. 2. de Euchar. quæſt. 14. num. 8.* contra Sotum *in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 11. part. 5. tr. 3 reſol. 43.*

Hoc præceptum obligat pueros ſtatim poſt uſum rationis.

11. Porrò in mortis articulo tenentur communicare pueri ſtatim poſt uſum rationis. Quia hoc præceptum divinum ab Eccleſia non limitatur, ſicut limitatur præceptum Eccleſiæ de communicando in Paſchate. Ita Arboleda *pract. Euchariſt. not. 13.* Imò addit Lugo *de Euchar. diſput. 13. ſect. 5. num. 44.* puerum moribundum communicari poſſe etiam in dubio, an ſit doli capax. Sed Ochagavia *de Sacramentis tract. 2. de Euchariſt. qu. 14. num. 11.* & alii negant, puerum teneri ad Communionem tempore mortis. *part. 5. tractat. 3. reſolut. 44. & tract. 4. reſolut. 50.*

Item muti, & ſurdi à nativitate ſeclusò periculo irreverentiæ.

12. Teneturetiam in articulo mortis communicare ſurdus, & mutus à nativitate, ſi poteſt, unde illi non eſt deneganda Sacra Communio, ſi conſtet neceſſariã hujus myſterii aliqualiter percepiſſe. Ita Marchantius *de Euchariſt. tract. 4. cap. 3. qu. 1. caſ. 4.* Patet à fortiori, quia *ſupr. n. 5* diximus communicandos eſſe quotannis ex præcepto Eccleſiæ *part. 5. tract. 6. reſolut. 6.*

Item noviter ad fidem converſos, & baptizatos.

13. Tenetur etiam communicare in mortis articulo naturali, vel violento Neophytus; unde is inſtruatur eo modo, quo fieri poteſt, & communicetur. Ita ex pluribus rationibus Sancius *ſelect. diſp. 40. n. 3. part. 5. tract. 3. reſolut. 45.*

Et ſive periculum, ſeu articulus ſit mortis naturalis, ſive violenta ut ſi quis damnatus eſſet ad mortem.

14. † Dixi (naturali, vel violento) nam † damnatus ad mortem non eximitur ab obligatione hujus præcepti, eo quod mors ſibi violenter immineat. Ita Hurtadus *de Euch. diſp. 9. diff. 16.* & alii. An verò hic debeat communicare eodem die, quo ad patibulum ducitur: & non jejunus, vide infrà *n. 46. part. 5. tract. 3. reſol. 38.* imò ſi poſtridie ante mortem ſumpſit Euchariſtiam pro devotione, poteſt eadem die mortis iterum ſumere, etiam non jejunus, *part. 9. tr. 6. reſol. 42.*

Eadem die poteſt communicare.

Communio obligatur aliquoties in vita.

15. Meritò dicendum eſt præter articulum mortis, præceptum divinum de ſumenda Euchariſtia, obligare aliquoties in vita. *part. 9. tract. 8. reſol. 41.* Verùm cum de jure certum ſit infirmum extra

Poteſt infirmus iterum communicari.

periculum mortis non esse communicandum nisi jejunum, & hoc non est intelligendum de infirmo existente in articulo mortis, qui post viaticum vult iterum communicare, nam in tali casu contra Vasquez. & paucos alios communiter posse hoc facere non jejunum asserunt DD. qui solum discrepant de tempore interponendo inter utramque communionem sufficere duos dies. *ibidem. resol.* 42.

COMMVNIO.

Pro evitãda irreverentia Eucharistiæ, licet Sacerdoti non ieiunio illam sumere. secus si esset excommunicatus.

16. SAcerdos ad evitandam Eucharistiæ irreverentiam, potest eam sumere non jejunus, dummodo non sit excommunicatus, quia in tali casu debet sumi a Laico, quod videtur observari, si Sacerdos in Sacrificio post consecrationem pereat, vel si extra se exeat, & non est spes redeundi, si non adest Sacerdos jejunus, potest non jejunus perficere sacrificium. Dicast. *part* 10. *tractat.* 13. *resolut.* 53. §. *Nota hic*, & potest reliquias post longam Communionem factam, immediatè post completum sacrificium sumere. Cardinal. de Lugo *ibid.* §. *sed si aliqs.* Sic etiam reliquia, post communionem Laici brevi decursu tẽpore possunt ab ipso Laico sumi, Marchant. *ibid.* §. Verum simile ita dicendum de Sacerdote, quod possit reliquias inventas in patena, in sacristia post Missam, sumere illas adhuc paratus vestibus sacris, *tract.* 13 *resolut.* 54.

In casu necessitatis potest non ieiunus perficere sacrum.

Potest reliquias reliquias post communionem longam sumere.

In dubio de media nocte transacta potest communicare.

17. Quando dubium est de media nocte tam de comestione, quam de tempore an sit transactum tempus, vel non, licet communicare. Dicast. & alii, *part.* 10 *tractat.* 12. *resolut.* 17. quia melior est conditio possidentis, *ibid. tract.* 13. *resol.* 14. §. *Nota etiam.* nec in pulsatione 12. horæ noctis debet cessare à Comestione in primo ictu horologii, sed in ultimo, & ultimi horologii Civitatis, sed melius est desistere in primo, Dian. & alii; *ibidem. §. sed ego.* Variare sententiam circa pulsationem duorum horologiorum ad inchoandum jejunium Ecclesiasticum, & unum pro naturale, consulerem pro tuta conscientia melius esse stare ad primum horologium & ad ejus pulsationem docet Dia. Curiosa videbis, *ibidem. tractat.* 15. *resolutione* 29.

Melius est desistere in primo ictu primi horologii Civitatis in proietio non naturali.

18. Non datur parvitas materiæ respectu temporis excusans à mortali comedendo post mediam noctem, & postea sumere Eucharistiam cont. Pasqualigum, cum materia hujus præcepti non est levis comestio, vel potatio, sed ipsa sumptio Eucharistiæ, quæ prohibetur si præcessit comestio, quia non peccat comedens, sed quia communicat post comestionem, quæ est materia gravis. Dicast. & alii. *part* 10. *tr.* 16. *resol.* 48. & si quis dejectus, vel cadens in flumen, & parum aquæ deglutiat. & in stomachum descendat, & postea evomit, non debet communicare pro reverentia tanti Sacramenti. Cardin. de Lugo *ibid.* §. *sed hæc omnia*, & si quis se communicavit ante mediam noctem credens esse post mediam noctem, potest iterum communicare post mediam noctem, quamquam comederit post primam communionem factam ante mediam noctem. Pfernal. *ibid.* §. *Nota hic obiter.*

In hac materia non datur parvitas eiusdem.

Cadẽs in flumen, & parũ aquæ evomit quam deglutivit non potest cõmunicare potest communicari post mediam noctem si ante illam se communicavit.

19. Accedere ad uxorem voluptatis causa post communionem non est veniale, Tamburin. & alii, sic etiam nullum est peccatum si post pollutionem, vel fornicationem confiteatur, celebret, vel communicet. Bonac. & alii. *part.* 10. *tract.* 15 *resol.* 33.

Non est veniale accedere ad uxorẽ post communionem voluptatis causa.

19. Hæretici tenentur præcepto annuæ Communionis obedire non autem alii Infideles. Amicus & alii. *part.* 10. *tr.* 16. *resol.* 32.

Sic de fornicante post cõfessionem Hæretici tenẽtur annuæ cõmunioni.

20. Viaticum debent Parochi dare pueris sint vel ne doli capaces, vel habeant usum rationis, quod semper habet suum effectum, sed debentur, prius interrogari ad exercendam capacitatem pueri, & sic possunt determinare sit, vel ne danda. Dicastil. & alii. *part* 10. *tr.* 16 *resol.* 35. & si infans communicatur, Sacramentum illi confert gratiam, *ibid. tr.* 21. *resol.* 8. Præpos. & alii, & idem dicendum est de amente *ibid.* §. *ex his ego.*

Pueru dandum est viaticũ sint vel ne in usu rationu semper Sacramentũ habet esse, tũ. & confert gratiã.

21. Non debet, nec tenetur si quis in hebdo-

Qui in hebdomada sancta accepit viaticum nõ

Debet iterum se communicare pro anno præcepto, aliter si sanus incidit in periculũ mortis, & manè se communicavit unũ potest accipere viaticum.

hebdomadæ sancta, putà in feria secunda sumpsit viaticum, & postea supervixerit per aliquot dies, iterum communicare ad satisfaciendum præcepto annuæ communionis Sanchez, & alii, *part.* 10. *tract* 11. *resol.* 39. imò qui manè sanus celebravit, uel communicavit, & incidit in periculum mortis, potest eadem die sumere Eucharistiam pro viatico, & si periculum est in mora potest Sacerdos illud deferre absq; superpelliceo & stola, & lumine; Tambur. & alii, & non potest deferri à Sacerdote laborante ex chiragra non valente uti duobus digitis ad tangendum Sacramentum destinatis. Mart. de S. Joseph. *ibid. resol.* 40. & *tr.* 16. *resol* 80. & potest deferri etiam currendo sublato periculo non cadendi; an verò eadem ratio militat de equitando *ibid.* §. *Sed si aliquis*, & in extrema necessitate Sacerdotum potest Laicus in articulo mortis aliis, & sibi viaticum ministrare propriis manibus *ibidem*. Sic etiãsi infirmus non posset deglutire illud, potest judicio medicorum aptari in cochlear cum parum juris, vel aquæ, aut vini, & decentius. Pater Augustinus. *ibidem* §. *Nota hic.*

A laborante chiragra non debet ministrari.

Potest deferri equo & currendo.

In carentia Sacerdotum potest Laicus se ipsum & alios viaticum propriis manibus sumere.

Etiam in coeleari

Non possunt transportari particulæ ante communionem absque necessitate.

22. Particulæ consecratæ non debent transportari ab Altari usque ad communionem Sacerdotis, dummodo nõ urgeat necessitas infirmum communicandi, Card. de Lugo *part.* 10. *tract.* 15. *resol.* 41. & potest Sacerdos etiam absque causa dare partem hostiæ pro communione Laici, & non peccat maximè quando non adest alia missa, *ibid. tr.* 11. *resol.* 70.

Potest dari pars hostiæ Laico.

23. Si ceciderit hostia super terram, &c. radenda, vel lavanda est res tacta, etiam barba, & lotio ponatur in Sacrario juxta rub. mis. Franc. Nigro, & alii, *ibid. tr* 13. *resol* 49. & *tr.* 12. *resol.* 10.

Radenda est & lavanda res in qua ceciderit hostia.

Alia observãda in hac materia. Lege infra.

24. Aliqua curiosa circa eamdem materiam observanda, id est dicendus est totus psalmus *Lavabo*, cum gloria patri in cornu epistolæ, secundo Generalis, & Provincialis dum cantatur Missa possunt sedere ad partem Evangelii sicut Episcopi, tertiò Sacerdos deferendo Pixidem in qua reservatur Eucharistia sine cotta ad aliud Altare, non peccat mortaliter; quartò in Communicando Sacerdos potest uti Pixide & melius, & Patena advertendo ne fragmenta digitis applicentur scilicet non sunt abstergendi digiti dentibus communicantium, nec multas tenere inter digitos vel supra Patenam, ne halitu illorum in terram projiciantur. Nigrus, *part.* 10. *tract* 13. *resol.* 14. item dicendum est de orationibus post Litanias, quæ flexis genibus dicendæ sunt usque ad orationes & dicto Dominus vobiscum orationes decantur stando ante Altare. *Dian. ibidem* §. *Sed si aliquis.*

Orationes dicendæ sunt stando ante altare.

COMMVNIONIS Vtilitas.

25. † PLures sunt Communionis utilitates. Sed præcipua est gratia sanctificans, seu illius augmentum, ut patet ex D. Thom. 3. *par. quæst.* 79. *artic.* 1. *ad* 1. † Et confertur, quando Eucharistia perfectè sumitur, id est, deglutitur, & transit per guttur. Ita Henriquez *lib* 8. *cap* 43. Quamvis Becan. *de Sacr. cap.* 12. *quæst.* 6. *num.* 2. putet, conferri, cùm Hostia sumpta est, quamvis non sit transmissa; alioquin ægrotos Hostiam præ infirmitate transmittere non valentes, non accepturos gratiam. Confert autem gratiam, etiamsi semel transmissa evomatur, aut si quis sumpta parte Hostiæ decedat non sumpta alia parte. Ita Henriquez *ubi sup. num.* ... *p.* 3. *tract* 6. *res.* 96.

Sacra Communio confert augmentum gratiæ.

Quãdo perfectè sumitur & deglutitur.

Etiãsi postea evomatur.

26. Cæterum Eucharistia non confert gratiam toto tempore, quo est in stomacho, nec toto tempore manducationis, alioqui esset melioris conditionis, communicans sub multis Hostiis, quàm sub una, quod est falsum. Ita Cruz *part.* 2. *quæst* 4. *dub.* 1. *concl.* 2. Contraria sententia nihilominus est probabilis, quam tenet Card. Lugo & alii *part.* 11. *tract* 7. *res* 47. Et quamvis Coninch *de Sacram. quæst.* 79. *artic.* 1. *dub.* 2. *num.* 42. *concl.* 5. doceat, gratiam Sacramentalem augeri per accidens, si dum species integræ manent in stomacho, melioretur dispositio communicantis, ut si eliciat interim

At non confert successive toto tempore, quo manet in stomacho.

Vnde vitanda superstitio sumendi pures, aut maiores hostias.

plures, & perfectiores actus charitatis: non est tamen dicendum, quod aliquis percipiat majorem gratiam, quia sumit majores, aut plures Hostias, aut quia diutius hæret in illis digerendis. Unde non est cur aliqui occasionem sumant, ut inter communicandum plures Hostias suscipiant: nam id quoque continget si diutius se ad Communionem disponant. Vide Fagundez *part. 3. lib. 4. cap. 1. nu. 11. par. 3. tract. 6. resolut. 6. §. Notandum est.*

An verò conferat maiorē gratiam sub utraque specie, quam sub una tantùm? Aliqui negant. Alii affirmant.

27. Sed an consequatur majorem gratiam communicans sub duplici specie, quam sub una, Caiet. *in 3. p. quæst 80. art. 12.* & alii negant; quia uterque Christi Corpus, & Sanguis æqualiter sumit. Sed Hurtad. *de Euch. disp. 10. diff. 6.* & alii affirmant, quod etiam sentit Clemens VI. *in Bulla ad Regem Angliæ*, an. 1341. dum Angliæ Regi concessit, ut sub utraque specie communicaret. Probatur autem hæc opinio: quia quælibet species ratione sui diversimodè gratiam significat, & confert; ergo unaquæque speciasem gratiæ gradū producit; Antecedens probatur, quia species panis significat, & confert gratiam ut satiantem, quia per modum cibi, vinum verò significat, & confert ut refrigerantem per modum potus. Utraque sententia est probabilis. Certum autem est, neminem excepto Sacerdote celebrante, teneri ex jure divino communicare sub utraque specie, † ut garriunt Hæretici. † Et Ecclesiam justissimis rationibus talem Communionem laicis interdixisse. *part. 3. tr. 4. resol. 97. & part. 5. tract. 13. resolutione 29.*

Vtique probabil. er Caterum laici non tenētur ex iure divino communicare sub utraque specie. Et Ecclesia iuste illā laicis prohibuit.

Sacra Communio per se non remittit peccatum, nec confert primam gratiam. Nisi in duobus casibus per accidēs.

28. Petes hic primò. An Eucharistia remittat peccatum mortale, & conferat primam gratiam? Respondeo negativè, per se loquendo. Nam hoc Sacramentum institutum est per modum cibi, qui non conferat vitam, sed conservat. Ita Trident. *sess. 6. cap. 2. & can. 5.* Potest tamen contingere casus, in quo peccatum mortale remittat, & primam gratiam conferat. Et erit primò si quis post diligentem discussionem non recordatus peccati mortalis quod revera habet, ad hoc Sacramentum saltem contritus accedat. Secundò, si quis conscius peccati mortalis, urgente necessitate communicandi, & deficiente Confessario, communicat cum attritione putata contritione. *part 3. tract. 6. resolut. 98. §. Ex his.*

An verò possit aliquādo cōmunicans non consequi gratiam, nec peccatum cōmittere?

29. Petes secundò, an possit dari casus, in quo quis communicans nec gratiam consequatur, nec peccatum committat? Et Richardus *in 4. disp. 9. quæst. 2. artic. 2.* negativè respondet. Nam vel is accedit post examen conscientiæ, vel sine illo. Si primùm, nullum posuit obicem, & ideò gratiam consequetur. Si secundum, indignè communicat, & ideò peccat. Sed Suarez *tom. 3. disput. 63. sect. 2.* & Fagundez *part. 3. lib. 4. cap. 2. num. 14.* *Ambiguū.* dicunt, posse contingere. Et casum fore, si quis post diligens conscientiæ examen non recordatus peccati, quod revera habet, sine ullo dolore ad Sacramentum accederet. Is enim non peccabit, quia non tenetur elicere dolorem de peccato, quod non venit in mentem: nec acquiret gratiam, quia habet obicem peccati, si nullum Sacramentum habet vim delendi peccatum mortale absque dolore. *part. 3. tr. 6. resol. 98.*

Certè Sacerdos, qui sumeret Hostiā in peccato, & statim cōtereretur, acquireret gratiam per sumptionem Calicu.

30. Adverte hic ex Villalobos *tom. 1. tract. 7. diff. 31. num. 3.* quod si Sacerdos post sumptionem Hostiæ cum obice, ante sumptionem Calicis contereret, gratiam reciperet; nam talis sumptio esset moraliter distincta. Quod etiam ait contingere, si quis recipiendo duas formulas, ante sumptionem secundæ actum contritionis eliceret. *part. 5. tract. 13. resol. 29. §. Notandum est.*

COMMVNIONIS
Dispositio.

31. † INtegra ad Communionē dispositio consurgit ex novem requisitis in his duobus versibus contentis.

Lotus discretus, sanus, ieiunus, & aptus,
Contritus, fassus, mūdus, rectēq; paratus.

Communicans debet esse in primis baptizatus. Non autem confirmatus.

32. Primò ergo communicans debet esse LOTVS, id est baptizatus. † Soto *in 4. dist. 7. quæst. unic. art. 7. prop. 3.* putavit, debere esse quoq; confirmatum, ita ut si

ut si non confirmatus communicaret, peccaret saltem venialiter. Sed tale peccatum ex nulla ratione deducitur. Nam usus Ecclesię, quod post Baptismum succederet confirmatio, mox verò Eucharistia, jam exolevit. Ita Præpositus *in 3. part. q. 72 art. 8. n. 38. part. 4 tr. 4. resol. 50 §. Nota secundò.*

Item discretus.

33. Secundò, debet esse DISCRETUS, idest habere debet usum rationis. Ex quo à Communione arcendi sunt in primis pueri ante septēnium. Imò etiam post, ante pubertatem; nam ut supra *n. 3.* diximus non statim, ac puer tenetur confiteri, tenetur & potest communicare: nam major discretio requiritur ad hoc, quam ad illud Sacramentum. Sed quia contraria opinio Sancii *select. disputat. 26.* est probabilis, Confessarii non sint multum scrupulosi in danda communione pueris, ubi certum erit, eos usum rationis habere, *part. 3 tr. 6 resol. 70 §. Ex quibus.*

Vnde non sunt cōmunicandi pueri.

Aut perpetuò fatui. Nisi aliquādo sui compotes fuerint, & per illud tempus piè vixerint.

34. Deinde arcendi sunt à communione fatui, quibus, si fatui sint à nativitate; numquam prorsus impertienda est Sacra Communio, si verò sui compotes aliquando fuerunt, impertienda est in articulo mortis: tum quia id præcipitur in Concilio Carthaginensi IV. & Arausicano I. tum quia in ejusmodi hominibus est saltem devotio virtualis erga Eucharistiam, quam Ecclesię pietas in illis judicat, quotiescumque constat, illos post Baptismum Christianè vixisse, nec in mortali culpa amētes evasisse; ergo illis saltem in mortis articulo præbenda est, in quo ex præcepto divino eam accipere tenebantur. Ita Granadus *in 3 part. controvers. 6 tr. 10. disp. 5 num. 3.* & alii contra Sà v. *Eucharistia num. 3 part. 4. tract. 14. resol. 78. & part. 5 tract. 3 resol. 46.*

Et hīc quidē solū in articulo mortis.

Semifatuis verò permitti potest quotannis.

35. Imò Angles *in 4. sentent.* docuit, tales amentes debere quotannis communicari. Et Sancius *select. disp. 16. num. 6* toties, quoties petierint. Sed hic loquitur nimis laxè. Angles etiam opinio in verè fatuis non est admittenda, quia Ecclesia illos communicare permittit tantùm in mortis articulo. Admitti igitur potest in semifatuis, qui aliquem, sed imperfectum rationis usum nacti sunt. Et ita etiam docet Henriquez *lib. 8 cap. 42. n. 3. part. 2 tractat. 14. resol. 79. & part. 5 tract. 3 resolut. 46. §. 1.* in fine.

Sicut etiam ei qui mutus & surdus natus est, si aliquali ter instructus sit.

36. † Et tandem arcendi sunt surdi, & simul muti à nativitate: qui post diligentem instructionem per nutus, & signa non potuerunt hujus Sacramenti naturam, & valorem percipere. Sin autem perceperint, præberi illis debet, non solum in mortis articulo, ut dictum est *num. 14.* sed etiam quotannis in Paschate, ut dictum est, *num. 5.*

Itē communicans debet esse sanus.

37. Tertiò communicans debet esse SANUS. Ex quo capite arcendi sunt à communione illi tantùm infirmi, in quibus ob frequentes vomitus, & tussim timetur aliqua irreverentia Sacramenti.†

Vt absit periculum vomitus. De quo vide notabilē doctrinam Sancii.

38. In quo casu ait Sancius *select. disputat. 38. num. 2.* quod si vomitus contingat post cibum, vel potum, quem quantumvis exiguum stomachus non patiatur, sed statim in propria specie sursum, aut deorsum expellat, Eucharistia non debet administrari. Si autem modicum cibum retineat ministrari posse in exigua quantitate, facta prius experientia cum particula non consecrata. Sin verò vomitus contingat ex sola corporis ægritudine absque alia sumptione, ministrari non debere, nisi per sex horas cessaverit. Nam tunc judicari potest omninò cessasse, de quo consulendum esse Medicum: si verò hic absit, communicandum fore tunc, quando judicatur, vomitum saltem cessaturum esse per horam. Et si tunc per accidens contingat, evomi sacram buccellam, accipiendam, & in loco aliquo sacro reponendam, & corruptas postea species in Sacrarium projiciendas, *parte 2 tractatu 14. resolutione 78. §. Tales, vers. sed hæc omnia, & parte 5. tractatu 3. resol. 55.*

Item debet esse jejunus extra necessitatem.

39. † Quartò, communicans debet esse JEJUNUS. Quod intellige extra casum necessitatis, ut dicemus infrà: extra quem si quis communicaret non je-

junus, committeret sacrilegium mortale, & si accedit prava animæ dispositio, aliqui dicunt fore duo sacrilegia: quia virtus Religionis bis violaretur, & diversimodè, nimirum accedendo absque puritate animæ ex jure naturali divino requisita, & absque puritate corporali ex jure Ecclesiastico. Sed ego existimo cum Hurtado *de Sacram. disput. 5. diff. 1.* esse unum tantum peccatum, licèt gravius: quia duo illi tituli malitiæ opponuntur eidem virtuti Religionis eodem modo, id est contra reverentiam debitam Sacramento: quod enim procedat ex diversis præceptis, parùm refert, quia peccata non multiplicantur propter multitudinem præceptorum, *part. 4. tr. 4 resol. 195*

Sed si quis cum mortali, & post esum, communicaret, non duo, sed unum committeret sacrilegium.

40. Porrò jejunium ad Communionem prærequisitum Gotfredus, & Præpositus apud Hurtad. *de Sacram. Eucharist. disp. 9 difficult. 15.* dicunt esse Ecclesiasticum, quia præcipitur ab Ecclesia, & ideò intelligi eo modo, quo ipsa in Quadragesima, & Quatuor temporibus jejunium præcipit. Alii apud eumdem dicunt, in hoc jejunio dari parvitatem materiæ, & sic communicantem post modicum cibum, vel potum, peccare tantùm venialiter. Sed utraque hæc opinio est improbabilis. Nam Ecclesia non prohibet sumptionem cibi, aut potus ante Communionem, sed Communionem post cibum, vel potum, quòd præceptum simpliciter violatur per Communionem post cibum, vel potum modicissimum. Unde Concilium Toletanum 7. *can. 2.* relatum *in cap. nihil qu. 1* dicit, *nullus post cibum potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere præsumat.* Ita ipse Hurtado, & alii communiter, *p. 5. tr. 5. res. 12*

Jejunus inquam, esse debet jejunio naturali quod nō admittit parvitatem materiæ.

41. Cæterum non violatur hoc jejunium, si saliva, vel aliquid per modum salivæ trajiciatur. Per modum salivæ, ait Granado *in 3. part. contr. 6 disp. 8. n. 8.* trajici, minimum, quod inadvertenter trajicitur, & ex Henriquez apud ipsum, si musca in os apertum casu intraverit. Rodriquez verò apud eumdem, aquam ad captum putaminis avellanę inadverten-

Nisi aliquid sumatur per modum salivæ.

Quid si musca casu in os apertum intraret? Aut abluēs, aquæ guttā trajiceret?

ter deglutitam censeri trajectam per modum salivæ. Ipse verò rem restringendam potius esse ait, quam dilatandam, *ibid. §. Non desinam.*

Negant aliqui frangi ieiunium.

Quod dicendum de iis, qui tabachū sumunt.

41. Sed quid dicendum est de sumptione tabachi, & trajectione reliquiarum cibi præcedentis diei dentibus adhærentium. Quoad tabachum respondet Anton. de Leone *p. 2 §. 4. n. 10.* naturale jejunium frangere sive in pulvere, sive in folio, aut fumo sumatur; quia de folio, & pulvere semper aliquid in stomachum trajicitur, & parum refert, quòd sit nutritivum, vel ne: existimat enim, monetam, lapillos, ceram, &c. frangere jejunium: si advertenter, & voluntariè deglutiantur. Fumum verò nutrire: quia aliqui narrantur solo fumo vitam ad aliquos dies distulisse. Et quamvis ex natura sua non sit potabilis, fumi tamen ab ejus familiarib. per modum potus, & nutrimenti. Adducit etiam duo Concilia Provincialia, scilicet Limense III. *act. 3. cap. 20.* & Mexicanum III. *lib. 4. tit. 15 cap. 13.* sumptionem tabachi Sacerdotib. celebraturis, aliisque communionem susceperturis prohibentia. Sed ipse cum Alphonso de Leone *de off. Capell. quæst. 8 sectio. 17. cas. 2 num. 134.* nego, tabachum in folio, & pulvere jejunium frangere: quia ex Concilio Toletano VII. *superius cit.* solùm prohibetur cibus, & potus, & ex Fagundez *pr. 3. lib. 3 cap. 5 numer. 14.* & alii non frangitur jejunium, nisi cibus, & potus sumantur per os, & transmittantur ad stomacham per vitali actionē comestivā, & potativā. At verò tabachus in pulvere, & folo sumitur per nares, per quas, ait Suarez *in 3 part. tom. 3 disputat. 68 sect. 4. §. Quæres rursus:* qui aliquantulum aquæ reciperet, non frangeret jejunium. Quod si aliquando tabachus in folio sumatur per os, tunc neque frangit, nisi deglutiatur. Ita Præpositus *in 3. p. q. 80 art. 8. dub. 1. n. 39.* & alii dicunt licere ante communionem aromata ori imponere, & dentibus conterere, dummodo nihil deglutiatur. Imò Tannetus *tom. 4 disput. 5. quæst. 8 art 8, not. 1.* putat, nec frangi je-

Sive in folio, aut pulvere.

junium,

junium, si modicum quid ex illis salivæ incorporatum in stomachum decidat. Idem dicendum puto de tabachi fumo, quod universaliter de omni fumo docet Granado *in 3.part.contr.6.tr.* 10. *disp.* 8.*num.* 4. etiam si sit tantæ quantitatis, ut ad aliqualem nutritionem sufficiat, quia fumus non sumitur per modum cibi: cum non sumatur per comestionem, sed per respirationem. Adde: falsum esse, quod fumus nutriat, & historias, quas Leo adducit, non esse facilè credendas, ut notat Dandinus *de anim. lib.* 2 *comm.* 53.*digress.* 25. Et tandem, fumum tabachi non transmitti in stomachum, sed statim per nares exire. Ad argumenta supra facta patet ex dictis. Ad auctoritates Conciliorum respondetur, tabachi sumptionem prohibuisse, ratione vomitus, quem in illis partib. provocat. *part.* 5.*tr.* 13 *res.* 1.

Sive in fumo.

Et si quis comederet terram, monetam, fragmentum metalli plumbi, auri &c. ossa fructuum, ceram, &c. Etiam si illa ederet per modum cibi.

43. Igitur tabachus non frangit ieiunium, quia non est nutritivum. Quod universaliter etiam dic de omni eo, quod nutritivum non est, etiam si per modum cibi sumatur: quia applicatio agentis non potest facere de non cibo cibum, & Ecclesia solum cibum prohibuit. Ita S. Juan *par.* 1.*de Euchar. quæst.* 7. *art.* 10. quamvis Granad *de Sacram. contr.* 6 *tract.* 10.*disp.* 7.*numero* 6. contra sentiat. Sic non frangit ieiunium terra, charta, moneta, plumbum, aurum, &c. Quod ulterius confirmatur, quia ieiunium naturale, & Ecclesiasticum solum differūt in hoc, quod in illo non datur parvitas materiæ, in hoc datur; ergo quidquid in magna quantitate non frangit Ecclesiasticum, non potest frangere naturale: talia sunt cera, plumbum, & omnia recensita cum aliis similibus (nec enim plumbum, & ceram in quavis quantitate comedens in Vigilia, frangit ieiunium, ut ait Lugo *de Euchar. disp.* 15 *sect.* 2.*num.* 29.) ergo, &c. neque dicas, aurum nutrire, quia interdum adhibetur in medicamentis, quia id non facit, nisi contusum, & in pulverem redactum, quo pacto alterari potest à stomacho, minime verò integrum, ut de illo loquimur. *ibid.* §. *Verum, vers. dico igitur,* & olim *in parte* 2.*tract.* 14.*resolutione* 52 *& par.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 38

44. Quod autem attinet ad reliquias cibi diei præcedentis dentibus adhærentes, Vasquez *in* 3.*par.tom.* 3. *disp.* 11. *c.* 4. *numer.* 30 & alii dicunt, ieiunium frangere, si mane deglutiantur ex industria, secus si casu. Nugn. verò in 3. *part.tomo* 1.*quæstion.* 8.*articul.* 8. putat, reliquiam magnam frangere etiamsi casu traiiciatur: quia reliquiæ non deglutiuntur per modum salivæ, sed per modum cibi. Sed ego non damnarem de mortali communicantem post voluntariam reliquiarum traiectionem: quia contraria opinio Ochagavia *de Sacram. tract.* 2. *de Euch. effect. quæst.* 12 *num.* 7. est probabilis, & talis visa est Suar. *in* 3.*par. tom.* 3. *disp.* 68 *sect.* 4. & aliis. Eamque Coninch *de Sacram. quæst.* 80. *art.* 8.*numer.* 47. duab. rationibus confirmat, & quia talis traiectio pertinet ad comestionem præcedentis potius, quàm præsentis dici. Et quia sumuntur per modum salivæ, cum non veniant ab extrinseco, *p.* 3 *tr.* 4.*res.* 37 *& p* 4 *tr* 4 *res.* 104

At quid dicendum de reliquiis cibi heſterni dentib. affixis? Vasqu. ait frangere, si voluntariè trajiciantur

Sed probabile est non frangere.

45. Contra verò si Sacerdos, vel alius, saccharum in os sero immittat, paulatim deglutiendum, & duret post mediam noctem, naturale ieiunium frangit: quia, dum paulatim traiicit, illud comedit usque ad ultimam consumptionem: & illud, quod post mediam noctem traiicit, non tamen est reliquum præcedentis, quàm postremum præsentis comestionis. Alias posset quis sero in os cibum immittere, & mane mandere, ac deglutire sine præiudicio ieiunii naturalis, quod est absurdum. Ita Suarez in 3 *par.tom.* 3 *disput.* 16. *sect* 4 Sed Tabiena v. *Communicare*, §. 49. putat, neque hoc pacto ieiunium solvi, & ad solutionem ieiunii requirit immissionem cibi in os ipsa ieiunii die *par.* 2.*tract.* 14. *resol.* 51.

Frangere verò saccharum sero in os immissum paulatim liquandum, si duret post mediam noctem

Quamvis aliqui etiam in hoc casu negent frangi.

46. † Ieiunium autem hoc naturale, sicut & Ecclesiasticum incipit à media nocte, post quam parum refert, si comedens dormiat, & cibum digerat, non enim prohibetur stomachi qualiscumque præoccupatio, sed sola præoccupatio per-

Hoc ieiunium incipit à media nocte.

per comestionem ipsa dic.† Unde, si quis paulò ante mediam noctem in dominica concurrente Vigilia Nativitatis comedisset, statim post mediam noctem celebrare posset, quamvis stomachus plenus sit, *part.3 tract.4 res.44.§. Notandum.*

Post primũ horo ogii pulsum. Vbi non est, nisi unum.

47. Porrò media non significatur per primum horologii pulsum ex duodecim Hispanorum. († Nam horologia Itala non significant ex instituto mediam noctem. †) Quod enim duodecim signa dentur, id fit: quia non possunt plures horæ unico pulsu signari. Igitur post primum pulsum non potest aliquid deglutiri, &, ut ait Sancius *select.42 numer.* 20. qui buccellam masticat, si vult communicare, post primum pulsum ejiciat, & si infra primum & ultimum pulsum bibat, communicare non posse, *p.3.tract. 4 resol. 36 §. Notandum.* Quæ omnia procedunt, ubi unicum est horologium. Nam ubi plura sunt, qui comederet post datam mediam noctem ab uno, & post comestionem daretur ab alio, posset mane communicare, quia plura & diversa horologia se habentes plures opiniones probabiles, quarum quælibet sequi possumus, & nullam determinatè sequi tenemur: nisi tamen primum valdè justum sit, & affatim mensuratum: ita Sanchez *de matr.tom.1 lib.2 disp.41 num.* 4. contra Rodriquez *sum.nov. edit.tomo 1. capite 105 num.6 parte 3.tract.4. resolutione 36 & par.4.tr.3.res.19*

Vbi verò sũt plura aque dubia veritatis potest, communicaturus cogitare post unam. & ante aliud.

Et probabile est, communicare posse eum qui dubitat, an aliquid trajecerit.

48. Sed an possit communicare dubius, an aliquid cibi, vel potus post mediam noctem sumpserit: Negative respondet Fagundez *p.3 lib.3 cap.5. num.18.* quia possessio stat pro præcepto, non pro communicante. Sed probabilis & tuta est opinio Sancii *select.disput.42.* quod si talis deponat dubium practicum, judicans quod hic & nunc communicare sibi liceat, communicare possit, etiãsi maneat in dubio speculativo. Quod etiam docet Layman *lib.1 tr.1.c.5.§.4.n.36.* addens, non teneri à communione abstinere, qui aliquid ruminans, dubitat, an aliquid deglutiverit, si in utramque partem inclinare possit, *p.3 tr.4.res.29*

Dummodò deponat dubium practicum.

49. Porrò ab hoc præcepto jejunii eximitur infirmus, hic enim communicare potest non jejunus ad implendum præceptum divinum pro tempore mortis: non solùm autem potest, sed si illo die periculum timeatur, etiam debet, quamvis periculum urgere cœperit, post meridiem, & ipse mane ut sanus communicaverit, & multo magis si in Paschate vel ante multum tempus, ut supra diximus *numer* 9. † Tolerus *lib.2 cap.28 numer.4.* putat, infirmum communicare etiam posse post potionem, ad implendum præceptum Ecclesiasticum, si potio absque gravi nocumento differri non posset. Sed hoc Præpositus *in 3 p.quæstion.* 80 *artic.8. dub.2 num.* 4. non admittit, cum in tali casu Communio differri possit: Ecclesia namque non intendit obligare ad Communionem eum, qui non potest communicare jejunus, *par.4 tractat.4. resol.104.§. Notandum est.*

Porrò infirmus communicare potest post cibum ad implendum præceptum divinum.

Non autem Ecclesiasticum.

50. Cæterum Vasquez *in 3. par. tom 3 disput.211.cap.4 numer.* 38. putat infirmum non jejunum per modum viatici semel tantum communicare posse in una, & eadem infirmitate; quia per unam Communionem satisfacit præcepto Communionis. Sed communis DD. sententia, & fidelium usus stat in contrarium: & ratio est; quia hoc Sacramentum non solum datur infirmo, ut satisfaciat præcepto, ut ipse supponit, sed etiam in præsidium contra tentationes, quæ cum morituro sæpe occurrant, sæpe etiam subveniri debet. Unde Concilium Constantiense *sess.* 13. permittit Communionem ægroto non jejuno absque limitatione, vide Granadum *in 3 part.contr.6.tractat.10 disput.8.num.9 part.2 tract.14 resol.74 & par.5.t.3.resol.* 37. Verum est, quod inter unam, & aliam ægroti Communionem aliquod tempus debet intercedere; quod Navarrus *par.2.lib.5. conclus.* 41. ait debere esse multum arbitrio boni viri: Alii, sed nimis rigidè, triginta dierum. Nugnus *in 3.par.tom.1. quæst.* 80. *artic.* 8. decem, vel octo. Sylvius *in 3.p. quæst.* 80 *art.9.* septem. Ego cum Possevino

Et communicare per modum viatici potest multoties.

Dummodò intercedant sex dies.

de

de off. Cur. cap. 8. num. 21. sex. Addit Laymann. *lib. 5. tractat. 4. cap. 6. num. 20.* ex justa causa, ut si quis difficile à Communione abstineat, quia assuetus ob devotionem sæpius communicare posse statim altero die communicare non jejunium, dummodo mortis periculum instare videatur. In quam sententiam inclinasse postea Vasquez, notat S. Iuan. *tom. 1. quæst. 7. artic. 10. diff. 4. p. 2. tr. 14. res. 77. p. 3. tr. 4. res. 44.*

Nomine autem infirmi intelligendus est etiam damnatus ad mortē. Cui non est denegāda Cōmunio post cibum.

51 Dari etiam potest sacra Synaxis post cibum ei, qui eadem die suspendendus esset de mandato Principis: nam hic tenetur ex præcepto divino communicare, tanquam existens in articulo mortis, ut diximus *num. 14.* Ita Hurtadus *de Euchar. disp. 9 diff. 16.* & alii. Addit Sanchius *select. disp. 4. num. 4.* quod si is die præcedenti communicasset, & illo die communicare iterum vellet ex devotione, minus pium foret illi denegare, quam concedere. Imò id sibi suadendum esse, ut tolerabilius mortem subeat, & tentationes Dæmonis superet. Imò Sà V. *Eucharistia, num 2.* & alii dicunt, dari posse viaticum damnato hujusmodi una hora ante patibulum. Et quamvis hic Panormi, & in Regno Castellæ tales non communicent in die mortis, sed pridie; id tamen Sacramenti reverentia non exigit: nam cum institutum sit in nostram utilitatem, satis reverenter illud sumit, qui debitè dispositus sumit. Unde Romæ ipso mortis die communicant, ut testatur Corsettus *singul. 68. ar. 3. tr. 4. resol. 69. p. 5. tr. 3. resol. 38.* Nota hic, quod judex teneatur eo damnato ad mortem dare tempus ad Confessionem, & Communionem sufficiens: nam in *Clem. cum secundum de pœn. & remiss.* præcipitur Episcopis, ut illos suadeant, & si opus est, cogant ad concedendum tempus Confessioni: eadem autem est ratio de Communione: nam hæc non denegatur, quoties illa conceditur: ut patet ex cap. *quod in te, de Pœn. & remiss. ibi per quod pœnitentiam morientibus non denegamus, viaticum, etiam, quod verò pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus.* Imò tale tempus concedere debent etiam si timeatur fore eripiendum de carcere: nam dict. *Clem.* hanc conditionem non requirit, & minus inconveniens est, quod eripiatur è carcere, quam quod rapiatur in carcerem sempiternum. Ita Ochagavia *tract. de Euch. quæst. 14. num. 10.* qui explicat, teneri differre suspendium ad tres, vel quatuor dies: & limitat, nisi fuga, quæ timetur, foret nociva Reipublicæ. *p. 5. cit. §. Nec valet. vers. Notandum.*

Tenetur tamen iudex concedere illi tēpus confitendi, & communicandi.

Etiam si de carcere timeat abiturum.

52 Et verò Sacerdos in multis casibus potest non jejunus Eucharistiam consecrare, & sumere. Primus est, si in calice posuit aquam pro vino, idque post ejus sumptionem cognovit. Vide V. *Celebrare Missam, num. 6. part. 2. tr. 14. res. 66. §. Notandum est.*

Sacerdos celebrare potest non ieiunus; si post sumptionem calicis vidēdo conse-crasse solā aquam.

53 Secundus casus est, quando post sumptionem calicis, & ejus ablutionem videt in patena, vel corporali fragmenta: tunc enim licet Sacerdoti illa sumere: quia pertinent ad idem convivium, quod, dum Sacerdos manet in altari nondum est absolutum. Ita Sylvester *v. Eucharist. 3. § 8.* contra Paludanum *in 4. dist. 9. qu. 1. ibid. §. Secundus casus.*

Poteſt sumere fragmentum inventum in patena, vel corporali post purificationem.

54 Sed quid, si fragmentum inveniatur post reditum Sacerdotis in Sacristiam; Respondeo, probabilius esse, quod sumere non possit; quia convivium absolutum est, & Sacerdos explevit ministerium suum. Excipe casum, in quo tale fragmentum non posset decentius servari, quam sumi, & ideò pro praxi, ubi plures Missæ celebrantur, tabis reliquia detur Sacerdoti jejuno exeunti ad celebrandum, ut sumat. Ubi verò una tantum Missa celebratur, nec servatur Sacramentum, sumat illas idem Sacerdos non jejunus, quia majori irreverentia servaretur. Ita Fagundez *par. 3. l. 3. cap 3. n. 3.* Vide etiam Lugo *de Euch. disp. 15. sect. 4. num. 12.* Sed neque damnarem Sacerdotem, qui antequam vestes sacras deponeret, reliquiam sumeret in Sacristia, etiam extra hunc casum: quia hanc opinionem docet Granado *disp. 8. num 21.* existimans hanc non fore novam Communionem, sed perfe-

Sed quid, si inveniae in sacristia?

Probabilius est debere dare alteri Sacerdoti, ieiuno, si adest.

Sed probabile etiā sumere posse eūdē.

Sive fragmentum magnū sit, sive parvū

ctionem præcedentis, *part. 3. tr. 4. resol. 45. & part. 5. tr. 14. res. 43.* Et hæc omnia contra Sotum *in 4. dist. 12. q. 1. art. 3.* procedunt, sive reliquiæ parvæ sint, sive magnæ, *p. 2. ubi sup.*

Item si adverteret se comedisse in altari post consecrationem. Non autè si ante. Nisi immineat scandalū.

55 Tertius casus est, quando celebrans post consecrationem adverteret se comedisse. Nam finire deberet sacrificium, & communicare ex cap. *nihil. 7. quæst. 1.* Ita Coninch *de Sacr. q. 80. art. 8. num. 63. part. 2 tr. 14 resol. 66. §. Tertius casus.* At ante consecrationem advertens, debet à sacrificio cessare, nisi non posset absque nota infamiæ, aut scandali, in quo casu idem dicendum est de eo, qui scamno communicantium innixus expectans Communionem. Ita Prepositus *in 3. p. quæst 89. q. 9. dub. 2. n. 4. p. 4. tr. 4. resol. 104. §. Tandem.*

Potest item celebrare post cibum in articulo mortis propriæ, si non potest aliter communicare. Sed an etiam, ut cōmunicet alium moriturum. Cōmuniter negāt.

56 Quartus casus esset articulus mortis naturalis, vel violentæ ipsius Sacerdotis: nam si debet communicare, potest & debet etiam celebrare ut communicet, si aliunde communionem habere non potest. Ita Zambrana *de Euchar. c. 3. dub. 6. num. 2.* quidquid contradicat Faustus *de Euch. lib. 1. quæst. 393. p. 3. tr. 3. resol. 36.*

57 Sed an liceat Sacerdoti celebrare non jejuno ad dandum viaticum alteri moribundo? Communis opinio apud Suarez *in 3. p. tom 3. disp. 68. sect. 5.* Hurtadum *de Euch. disp. 9. diff. 17.* & alios, negat: quia major ratio habenda est reverentiæ huic Sacramento habitæ, quàm necessitatis proximi: & præceptum obligat infirmum, quando Sacramentum decenter confici, & sumi potest. Unde est dispar ratio in hoc casu, & proxime superiori: nam ibi duo præcepta concurrunt in eadem persona Sacerdotis, in qua majus, scilicet divinum, præferri debet; hic verò concurrunt in diversis. Sed Granado *in 3. p. contr. 6. tom. 10. disp. 8. num. 12.* & alii dicunt, posse etiam in hoc casu, & Sacerdotem teneri succurrere morituro ex lege charitatis divinæ, quæ præferri debet præcepto Ecclesiastico communicandi jejunè, sicut, ob eandem rationem, pro communicando moribundo celebrare potest bis eodem die. Hanc sententiam docuerat etiam Major. *in 4. dist. 9. quæst. 3. ad 5.* addens, Sacerdotem in hoc casu non debere celebrare aut vestes sacras induere, sed statim consecrare, ut reperitur, quod Granado nimia licentia videtur. Docuerunt etiam Faustus *de Euch. lib. 1. q. 393.* & Layman. *lib. 5. tr. 4. cap. 6. numer. 22.* in casu necessitatis, si videlicet moriturus aliud Sacramentum, Pœnitentiæ, aut Extremæ Unctionis suscipere non potuisset, & scandalum cessaret, *part. 2. tractat. 4. resolut. 66. part. 3. tractat. 4 resol. 33. & part 5. tr. 3. res 35.*

Et cum strictiore Layman.

58 Quintus casus esset, si Sacerdoti injiceretur metus mortis, nisi sic celebraret: & id quidem non in contemptum Ecclesiæ, ejusque præcepti (nam tunc esset intrinsecè malum, & ipse teneretur mortem subire potius, quam sic celebrare) sed in alium finem, puta ut audiant sacrum, &c. Et ratio est, quia lex Ecclesiastica non obligat cum tanto rigore. Ita Ochagavia, *de Sacram. tract. quæst. 12. num. 15.* quod etiam dicemus de Sacerdote excommunicato, V. *Excommunicationis, numero 18. p. 5. tr. 3. res 39.*

Celebrare tandè possunt non iuncti, ex metu mortis illatæ, nō in contemptum Religionis.

59 † Quintò, communicans debet esse *APTUS*. Fit autem ineptus per excommunicationem, & interdictum personale; excommunicatus enim aut personaliter interdictus ad communionem accedens, peccat mortaliter. Vide V. *Excommunicationis, & Interdicti personalis effectus.*

Item communicatus debet esse solutus ab excommunicatione & interdicto personali.

60 † Sexta communicantis conditio est, ut sit *CONTRITUS*, hoc est, ut non accedat ad Communionem cum conscientia peccati mortalis; nam si sic accedit, quamvis revera sit in gratia, committit sacrilegium, & gratiam amittit. † Excipit Lugo casum extremæ necessitatis, ut si v. g. irruente hæreticorum, vel Paganorum multitudine in Ecclesiam, timeretur SS. Eucharistiæ vilipendium: tunc enim Catholicus existens in peccato, qui in re tam subita non posset ad contritionem excitari, posset sacram Eucharistiam sumere, ad

Sine conscientia peccati mortalis.

Granado affirmat.

Quæ sententiæ docuerat cū ampliatione Maior.

vitan-

vitandam ejus irreverentiam, sicut etiam posset non jejunus. Vide etiam V. *Celebrare Missam n. 55. par. 5 tr. 13. res. 74.* in fine.

Et quantumpotest, etiam venialis.

61. Layman *lib. 5 tractat. 4. cap. 6. numero 3.* & alii dicunt, quod accedere accedere ad Communionem cum conscientia peccati venialis est sacrilegium veniale. Sà autem V. *Eucharistia, numero 2.* id limitat, quando ipsa Communio ordinaretur ad veniale, ut si quis communicaret ob vanam gloriam, &c. aut quando peccatum veniale consisteret in exteriori irreverentia in ipsa Communione, ut si quis inter communicandum otiosè loqueretur, rideret, &c. Sed quid, si quis communicaret

Et sine distractione.

cum distractione voluntataria? Respondet Sanctus *select. disput. 23. numer. 32.* non peccaturum venialiter: quia nullibi præcipitur attentio in Communione, nec ipsa Communionis natura postulat attentionem; quia est manducatio; secus verò de oratione, quæ est locutio cum Deo; nam qui distractè loquitur, facit injuriam ei, cui loquitur, non tamen cibo quem distractè comedit. Consulendam tamen esse attentionem, sed si quis tale consilium sequi nolit, non ob id retrahendum ab altari. At Filliucius ait, attentionem esse unam ex circumstantiis ad dignam Communionem requisitis, quam voluntariè distrahere esset peccatum veniale. *par. 3. tract. 4. resol. 31.*

Aut dubio peccati mortalis.

62 Est autem peccatum mortale ad Communionem accedere non solum cum conscientia, sed etiam cum dubio peccati mortalis, quidquid novissimè contra sentiat Granado *in 3. part. contr. 6. tractat. 10. disputatione 7. numero 13.* Nam, sicut tenemur confiteri peccata certa ut certa, ita tenemur confiteri dubia ut dubia; ut dicemus infra V. *Confess. numero 38.* Si ergo peccata dubia confiteri tenemur, non possumus cum illis absque prævia Confessione communicare. *part. 5. tractat. 14. resol. 44.* Si quis etiam ante Communionem recordaretur peccati mortalis inculpabiliter in confessione omissi, teneretur iterum confiteri, cessante scandalo, quia verè habet conscientiam illius peccati. *part. 11. tractat. 8. resolut. 40.* contraria opinio varias censuras sustinet.

Sed si in peccato est, aut esse dubitat, confiteatur.

63 † Est ergo septima communicantis conditio, ut sit *FASSVS*, seu confessus: Non enim satis est, peccatorem accedere contritum, sed oportet sacramentaliter confiteri, si habet copiam Confessarii. Ita statuit Tridentinum *sess. 13. & cap. 7. can. 11.* Et in hoc erravit Cajetanus, *v. Communio.* Unum casum excipit Concilium, quando scilicet est necessitas communicandi ob periculum mortis, aut ad vitandam infamiam, &c. & deest copia Confessarii. In quo casu permittit communicare cum sola contritione, & postea confiteri. Sed quandonam censeatur adesse necessitas celebrandi, & communicandi absque Confessione ex defectu Confessarii, & an liceat Confessionem dimidiatam præmittere, nec non quomodo obliget præceptum Concilii confitendi postea quamprimum, &c. vide supra V. *Celebrare Missam, à n. 33.* †

Aliter cõmunicare non potest. Nisi desit Confessarius, & adsit communicãdi necessitas. Quo casu sufficit cõtritio cum proposito confitendi.

64 Unum hic dicendum superest, & est casus positus à Zambrano *de Sacram. pœnit. capit. 4. dub. 6. numero 6. & 7.* quid nimirum faciendum sit, si accedenti Parocho ad communicandum infirmum, hic dicat se velle reconciliare, & inveniatur feciſſe multas Confessiones invalidas, nec Confessionem absolvere posse, nisi post longum tempus? Respondet ille, quod si infirmitas sit periculosa, & timeatur mors, præmittenda est Confessio per mediam horam crassa minerva, cum accusatione generali, & communicandus infirmus præmisso pacto, quod sumpta aliqua occasione Parochum accersitum mittat, & Confessionem absolvat. Sin autem infirmitas non sit periculosa, & Confessio per dimidiam horam absolvi nequeat, præmittatur contritio cum proposito, confitendi eo, vel sequenti die, & communicetur. Ratio primi est, quia sic vitantur omnia incommoda;

Vide quid faciendum à Parocho accedente ad cõmunicandum infirmum, si hic petãs reconciliari, inveniatur feciſſe multas Confessiones invalidas, & repetendas.

subvenitur enim moribundo præmissa Confessione possibili, & absolutione, ministrando illi Eucharistiam, & cessat scandalum. Ratio secundi, quia sic vitatur etiam scandalum, & eligitur minus inconveniens, quod est communicare illum cum sola contritione, & non cum confessione dimidiata & præpropera. Vide similem opinionem Granadi de eo, qui stat ad linteum communionis, infra V. *Confessionis*, *numero* 48. *parte* 5. *tractat.* 3. *resol.* 75.

Post Confessionē potest quis statim cōmunicare, & non tenetur expectare diem commisso peccato.

65 † Igitur septima conditio in peccatore ad confessionem prærequisita est confessio. † At non est audiendus Navarrus *de pœnit. distinct.* 6. *c.* 1. docens, esse peccatum mortale Eucharistiam sumere ante diem integrum post peccatum mortale commissum, quamvis homo contritus est, & confessus, *par.* 3. *tr.* 4. *res.* 30. in fine. Consulendum tamen est conjugatis abstinere à Communione, si

Nec fuerit peccatum carnale.

præcedenti nocte copulam habuerunt. Ita Salazar *de freq. Comm. c.* 9. §. 1. Nam:

Vel etiam copulalicita.

66 Octava communicantis conditio est, ut sit *MVNDVS*, id est non pollutus; unde, qui post pollutionem licitam, vel illicitam, confessam tamen, præcedenti nocte habitam communicaret, peccaret venialiter secundum Nugnum *in* 3. *par. to.* 1 *q.* 80. *art.* 2. *concl.* 10. & 11. ratione corporalis immunditiæ. Sed Sancius *select. disput.* 23. contrarium docet. Et primò quidem, quamvis suadendum sit conjugatis, à copula abstinere, ut Eucharistiam sumant; dato tamen: quod non abstinuerint consulendum potius iis esse, ut communicent, quia ex communione multa bona fortiuntur. Secundò consulendam esse etiam communionem habenti pollutionem nocturnam non solum involuntariam, sed etiam voluntariam, dummodo confessa sit. Quia ex una parte communio multum illi prodest, & ex alia dignus est illam accipere. Tridentinum enim *sess.* 23. *cap.* 7. eum qui nullius criminis mortalis est sibi conscius, aut si sit conscius, per confessionem se probavit, dignum censuit Sacræ communionis: unde dicere, quod talis peccat venialiter communicando, est advertari Concilio. Ex quibus infert, votum conjugati de non communicando in die habitæ copulæ, non tenere, quia est de minori bono. Sed contra Sancium insurgit novissimè nominatim Joannes de Lugo *de Euchar. disp.* 15. *sect.* 1. *num.* 4. quem vide *par.* 2. *cap.* 14. *resol.* 79. propè finem *par.* 3. *tract.* 4. *resol.* 30. & *tract.* 6. *resol.* 71. & illud de voluntariè polluto, etiam in *par.* 5. *tractat.* 13. *resol.* 65.

Sed Sanc. id negat.

Et multa dicit.

Ex auctoritate Concilii.

At in ipsū invehitur Lugo.

67 Nona tandem conditio communicantis est, ut sit *RECTE PARATVS*, id est devotus, attentus, &c. Sed circa attentionem, vide supra *num.* 51. Huc etiam pertinet *cap. Ecclesiastica*, *dist.* 23. præcipiens Sacerdoti more laicorum communicanti, ut adhibeat stolam. Quod decretum. Naldus in *sum. ver. Missa*, *num.* 6. ait, in Italiæ partibus obligare. Sed novissimè Gavantus *comment. ad rubr. miss. tom.* 1. *part.* 4. *tractat.* 8. *num.* 7. ait, ubique usu abrogatum esse *part.* 2. *tract.* 14. *resol.* 10.

Sacerdos communicans non laicorum tenetur adhibere stolam.

68 Et hæc dicta sint de dispositione requisita ad dignè communicandum: ubi adverte, quod ait Sylvius in 3. *par. quæst.* 80. *artic.* 11. *quæst.* 2. eum, ubi in Paschate indignè communicaret, non satisfacere præcepto: unde præter sacrilegium indignitatis novum peccatum committere, contra præceptum, & contrahere excommunicationem latam ab Ordinario contra transgressores præcepti Communionis. Rationem verò assignat; quia præceptum Ecclesiæ non est, nisi explicatio, & determinatio præcepti divini, unde intendit Communionem piam, & religiosam qualem Christus præcepit. Sed ipse contrarium teneo cum Villalobos *tom.* 1. *tract.* 7. *diffic.* 42. *num.* 6. & Ochagavia *de Sacram. tract.* 2. *quæst.* 15. *num.* 6. Nam Ecclesia solum præcipit, ut sumatur Corpus Domini; ergo illis satisfit, sive dignè, sive indignè sumatur. Deinde, quia alia præcepta impleri possunt per actum quamvis mortiferum, sicut impletur præceptum Baptismi per receptionem illius in peccato mortali. Et tandem, quia ex D. Thoma 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 9.

Quin in Paschate communicaret indignus.

Satisfaceret præcepto Ecclesiæ.

lex, quæ præcipit aliquem actum, præcipit substantiam actus, non modum, nisi modus sit de substantia illius. At Ecclesia præcipit Communionem, non autem rectam dispositionem, neque hæc est de substantia illius; quia stat vera communio cum sacrilegio in ipsa commisso. Ego *part. 2. tr. 4. resol. 43.* & Addit. secund. *res. 14.*

COMMVNIONIS *tempus & Locus.*

Cõmunio semper est licita.

69 TEmpus, quo quis tenetur communicare, dictum est supra V. *Communionis necessitas.* Præter illud potest quis communicare quocumque die, *Etiam in die Veneris sancti.* etiam in die Veneris Sancti, quia in hoc Ecclesia nullam limitationem apposuit. Innocentius enim I. *Epist. 2. ad Decentium cap. 4.* solum habet, ea die ex traditione Ecclesiæ non celebrari. Et Missale Romanum ordinans feria V. reservandas esse aliquot Particulas consecratas pro infirmis, non prohibet ministrari sanis: unde videtur illis concedere. Quod autem expresse non concedat, id est, quia sani eo die in signum mœroris à sacra refectione abstinere solent: quæ tamen consuetudo non inducit necessitatem, sed congruitatem. Ita Hurtado *de sacrif. disput. 4. diff. 3.* & apud illum Vasquez, & Suarez, & alii contra Francolinum *de Horis Canon. c. 30. n. 12. p. 4. tr. 4. resol. 237.*

Causam infirmitatis potest communicare in die Veneris Sancti, & Sabbati Sancti.

Sac. Congregat. sub Vrbano VIII. decrevit tantum causa infirmitatis licere in die Veneris Sancti communicare, *part. 9. tract. 7. resol. 24.* & Sabbatho Sancto celebrare post incœptam Missam majorem (secluso scandalo,) sed si in illo die incidit festum Annunciationis Beatæ Mariæ, potest Episcopus dispensare ad celebrandum in aliis Ecclesiis. §. *Notandum,* & in Missa mediæ noctis Natalis Domini potest communicari. *p. 9. tr. 4. res. 43.*

70 Potest etiam quis quacumque diei hora communicare, dummodo sit jejunus, & absit scandalum. Nam, licet prohibitum sit post meridiem celebrare, non est tamen prohibitum post meridiem communicare. Ita Azorius *part. 2. lib. 10. cap. 25. quæst. 7.* & alii. Quamvis Coninch *de Sacram. quæst. 8. artic. 10. n. 85.* ex reverentia tanto debita Sacramento; non esse permittendum dicat, ut aliquis sine necessitate sub vesperam, & qualibet hora diei communicet *part. 2. tractat. 14. resolut. 54.* Sæpius uno die communicare non est prohibitum jure divino, etiam extra festum Nativitatis Domini, quia Leo III. aliquando celebravit eodem die septies vel octies, ut testatur Baron. *tom. 9. ad ann. 816. part. 11. tractat. 7. resol. 15.* cavenda tamen est frequentia quæ Sacramenti contemptum parere posset. Idcirco Ecclesia prohibet communionem iterari eodem die. c. consuluisti, de celebratione missar. c. sufficit. de consecr. dist. 1.

Et quacumque hora diei post meridiem.

Locus cõmunionis pro sanis.

71 † Quoad locum potest quis communicare in omni Ecclesia sæculari, aut regulari: & si habet Bullam, communicare potest in Oratorio propriæ domus. † Excipe tamen diem Paschatis in quo quilibet communicare tenetur in sua Parochia. Sed de hoc quoad privilegia Regularium, vide v. *Regularium, à num. 4.*

Et infirmis.

72. Infirmi communicare possunt in propriis domibus. Imò etiam in navibus. Vide infrà V. *Eucharistiæ custodia.*

COMMVNIONIS *Minister.*

Communionis minister debet esse Sacerdos Curatus.

73 † MInister Communionis ex can. *pervenit, de consecrat. dist. 2.* debet esse Sacerdos, quamvis ex necessitate possit ministrare Diaconus cum licentia Parochi, si adsit, & si non adsit, sine illa, ex can. *diaconus dist. 93.* Non solum autem Sacerdos, sed etiam Curatus esse debet, nisi habeat

Sed ex necessitate

Et Regulares & priuilegio insuis vel alienis Ecclesiis extra Pascha. Et absente Parocho cõmunionem ferre possunt moribundo.

quis priuilegium Bullæ, vel alia, vt habent Regulares, iuxtà proximè dicta, aut nisi quis haberet ipsius Curati licentiam.* In articulo mortis absente Parocho & periculum sit in mora, viaticum ministrare possunt Religiosi. Ita Ochagauia *de Sacram. tract. 3. quæst. 4. num. 14.* & alij contra Toletum *lib. 1. cap. 36. n. 2 p. 5. tr. 3. resol. 51.* Et suis familiaribus, etiam præsente Parocho. *Ibid. res. 31.* Vide V. *Regularium, n. 6.*

Laicus in extrema necessitate potest communicare seipsum. An etiam alios. Aliqui affirmant. Et probabiliter.

74. Laicus regulariter non potest Eucharistiam distribuere: Potest tamen in necessitate communicare seipsum, si esset in articulo mortis, & non adesset minister idoneus; & ita fecit Regina Scotiæ martyrium subitura. Layman *lib. 5. tract. 4. cap. 7. num. 4.* contra Bonacinam *de Sacram. disput. 4. punct. 1. num. 6.* Imò aliqui putant, in casu necessitatis communicare posse etiam alios. Quæ opinio quamuis Soto *in 4. distinct. 23. quæst. 1. art. 3.* videatur intolerabilis, mihi & Valentiæ *tom. 4. disput. 6. quæst. 10. punct. 1.* probabilis videtur. Eamque docent Layman *vbi supra*, & Conink *de Sacramen. quæst. 82. art. 3. num. 23.* Et probant, quia id nec naturali, nec diuino iuri repugnat. Can. autem *peruenit*, loquitur extra necessitatem. Nec obstat, quod aliàs id factum non sit: nam & id non constat & esse potest, vt casus tantæ necessitatis nunquam contigerit. Cæterum olim per laicos Eucharistia ferebatur ad infirmos, teste Eusebio *lib. 6. cap. 34.* Et nunc propter periculum irreuerentiæ potest laicus Eucharistiam tangere, imò & seipsum cõmunicare, ne Eucharistia veniat in manus infidelium, à quibus indignè tractetur. Vide, &c. & ita docet nouissimè Granado in *3. par. contro. 6. tract. 12. disput. 1. n. 4.* quamuis contra sentiat Lugo *de Euchar. disput. 19. sect. 1. num. 22. part 3. tract. 47. & part. 5. tr. 3. resol. 47. vide p. 1. tr. 7. res. 42. & 43.*

Sacerdos potest se ipsum communicare etiam ex deuotione

75. Sacerdos verò potest sibi ipsi Eucharistiam ministrare, si magnum festũ adsit, & sacrificare non possit, vel etiam alio die extra necessitatem, solius deuotionis causa, vt facit in Parascene. Quia in hoc Sacramento non requiritur minister personaliter distinctus à suscipiente. Ita Homobonus *par. 1. tra. 4. cap. 11. nu. 106* contra Filiuciũ *tom. 1. tract. 4. cap. 9. num. 185.* Dummodo tamen absit scandalum, & non adsit aliùs Sacerdos. Sed quid si adest Diaconus? Sumere debere per manus Diaconi, ait Fagundez *pr. 3. lib. 3. cap. 3. num. 7.* quod docet Præpositus *in 3. part. quæst. 82. artic. 3. dub. 1. numero 11.* in casu necessitatis, vt si Diaconus Sacerdoti moribundo Sacramentum deferret. Sed in tali casu Durand *in 4. distinct. 13. quæst. 4.* docuit, debere Eucharistiam propriis manibus sumere. *p. 2. tr. 14. res. 53.* & hoc vltimum etiam in *p. 5. tr. 3. res. 53.* & hoc vltimum etiam in *p. 5. tr. 3. res. 48.*

quando celebrare non potest, nec est alius Sacerdos. Sed quid si adsit Diaconus?

76. Porrò Sacerdos in casu necessitatis secundum Gratianum *tomo 1. c. 4. nu. 6.* ministrare potest Eucharistiam, etiam si sit mutus *p. 5. tr. 6. res. 18.*

Variatur sponsa. An Sacerdos mutus possit Eucharistiam ministrare?

MINISTER.

Diaconus ex licentia sacerdotis potest in Paschate ministrare Eucharistiam. Etiam sine licentia moribundo deferre.

77 Diaconus ex commissione Sacerdotis non solum in necessitate iudicata arbitrio boni viri potest ministrare Eucharistiam, sed etiã in die obligationis annuæ Communionis, vel ad Iubilæum consequendum, dum non adsit alius Sacerdos, cui huic munus cõmittatur. *part. 9. tract. 6. resol. 39.* Immò si Parochus, Episcopus, & etiam Papa iniquitate, nollent talem licentiam Diacono concedere, ne viaticum moribundo deferat, potest sine tali licentia illud moribundo deferre. *ibidem §. Nota hic, sed aquerendum* 40. quod non solum Diaconus, sed Subdiaconus absente Sacerdote potest Eucharistiam moribundo deferre, etiamsi in peccato mortali existeret, nec hoc faciens peccaret mortaliter, & si moribundus se cognosceret conscium peccati mortalis nec haberet copiam Sacerdotis ad confitendum, licitè posset illam sumere de manu laici, cum hoc Sacramentum interdum facit de attrito contritum. *ibid §. Sed his non obstantibus. res. 49.*

In necessitate potest

78 Episcopus potest prohibere iuxta Bullas Pontificias Regularibus ne in die Pasch a-

Sumi de manu laici.

Paschatis Resurrectionis, administrent Eucharistiam sæcularibus, ita definitū est per S. C. Card. supra Cong. sed Iesuitis concessum est per speciale priuilegium. *par. 9. tr. 9 res. 7.*

Episcopus potest prohibere Regularibus administrationem Eucharistiæ.

79. Regulares in casu necessitatis absente Parocho possunt communicare Moribundum. *part. 9 tr. 8. res. 63.* Non satisfacit annuæ communionis præcepto si in die Resurrectionis quis sumat Eucharistiam à Parocho Cathedralis Ecclesiæ absque licentia proprij Parochi. *p. 9. tr. 8. res 64.*

Nec potest in Ecclesia cathedrali.

Sacerdos ministrans Eucharistiam in mortali, non peccat mortaliter.

80. Quod si quis ministret in peccato mortali, ait D. Thomas in 4. *dist. 5. quæst. 1. art. 2 p. 4 ad 2.* peccare mortaliter quia talis actus per se pertinet ad Sacramentum Ordinis, & versatur circa Sacramentum omniū Sanctissimū, quodque maiorem reuerentiam, quam alia, in ministro requirit. Sed ego contrariū teneo cum Vasquez *in 3. par. tract. 2. disp. 136. cap. 3. num. 38.* & aliis; quia ministrās Eucharistiam non efficit Sacramentum, & sic non est proximus Dei minister ad iustificationem causandam; sed tantum applicat velut actiua passiuis. Nec tangit nisi species materiales, quæ non sunt, nisi signa; quod olim fecerunt laici: & Sacerdos huiusmodi posset digitum panniculo contegere, & vitare immediatum contactum: Et tandem, qui Christum in terris agentem cū peccato retrigisset, non peccauisset mortaliter. *par. 2. tract. 14. resol. 23. & tract. 17. resolut. 13. par. 3. in Addit. secund. resolutione 5, & par. 5. tract. 14. resolut. 56. §. Nota tamen.*

Quod Ochagauia docet etiā de laico tangente Eucharistiam in mortali, & sine causa.

Et hoc potiori iure procedit in laico Eucharistiam ex necessitate ministrare *part. 5. tr. 3. resolut. 47. §. Nota etiam.* Vide Ochagauiam *de Sacram. tract. 3 quæstionem. numero 2.* docentem, quod Sacerdos, vel laicus Eucharistiam in mortali tangens, etiam sine causa, non peccat mortaliter. *part. 5. tract. 14 resolut. 50. §. Nota tamen.* An ministrare possit Eucharistiam Sacerdos excommunicatus. Vide infra Ver. *Excommunicationis, numero 16.*

Quid de Sacerdote excōmunicato.

Eucharistiam ab excommunicato hæretico, & c si non adest alius.

81. Sed an liceat in articulo mortis, absente alio, Eucharistiam petere à Sacerdote excommunicato, denunciato, hæretico, & ab omni eo, à quo peti potest absolutio in eodem articulo? Videtur negandum ex Kellisonio *in 3. par. quæst. 8. artic. 3.* quia Eucharistia non est simpliciter necessaria, sicut Confessio. At Zambranus *de Eucharist cap. 3 dub. 7. num. 2.* respondet affirmatiuè, si infirmus aliud Sacramentum recipere non valeret. Nam esset summa necessitas, quæ non habet legem, ex cap. *sicut de consecrat. distinct. 1.* Nec esse improbabilem sententiam Suarez *in 3. part. tom 3. quæst. 82. art. 3. disputatione 72. sect. 4.* id admittentis, etiamsi infirmus alia Sacramenta recipere posset. Sed tu hæc omnia limita, nisi adsit scandalum, & Religionis infamia. *p. 5. tract. 3. res. 49.*

Eran li. mettere

Peccatori publico non potest Eucharistiam ministrari Occulto etiam debes si petat Et multò magis si cognoscant per sigillū Confessionis. Etiamsi occultè peteret, & negari posset absque scandalo.

82. Quæres primò. An possit Sacerdos ministrare Eucharistiam peccatori petenti absque Confessione? Respondeo, si peccatum est publicum, non potest, si autem occultum, potest, imò debet. Vide si Confessarius in Confessione cognouisset pœnitentem immundū, eique absolutionem denegasset, nō posset postea negare Communionem, si se cum aliis ingereret. Sed quid si petat occultè? Respondet Vasquez *in 3. par. tom. 3. disputatione 209. capite 5. numero 51.* denegare posse; nam sigillum non frangitur, & Sacramentum non confertur indigno. Sed ego contrarium teneo cum Fagundez, *n. 3 lib. 5. cap. 10. num. 23.* quia illa negatio est fractio sigilli: quia, cum dirigatur ad externam Sacramenti administrationem, est publica. Sigillum. n. est adeo strictum, vt nec cum ipso pœnitente liceat loqui de Confessione absque eius licentia, nec factis, aut vultu illis peccata exprobare: nihil enim minus scimus, quam quæ scimus in Confessione. Et tandem, qui peccata audiuit vt Deus, non potest tali notitia vti ad Sacramentorum administrationem, ut homo. *parte 3. tr. 4. res. 40.* Si verò dubium sit, an aliquis peccator sit publicus, vel occultus, & Sacerdos illud cognoscat extra Confessionē, ait Ochagauia *de Euchar. eff. tr. 2. quæst. 10. num. 4.* nec illi Cōmunionem denegare debere.

Quod Ochagauia etiā docet in dubio an peccator sit publicus.

qui?

Ministrãs autem peccatori publico non committit duo peccata, sed vnum.

quia in pari casu melior est conditio possidentis. & in hoc casu peccator stat in possessione libertatis communicandi. *p. 4. c. 3. res. 54.* Quòd si peccatori publicò Eucharistiam ministrat non committit duo peccata, vnum contra proprium officium, & aliud scandali cooperando illius peccato, sed vnum tantùm, consistens in conferendo Sacramento indigno. Ita aliqui apud Præpositum *in 3. part. quæst. 80. art. 5. dub. 6. num. 23. p. 4. tr. 4. res. 103.*

Sed an liceat huic ministrare particulã non consecratam.

83. Quæres secundò, an liceat peccatori occulto ad vitandum scandalum ministrare particulam non consecratã? Respondeo non licere. Tum quia simulatio in Sacramentis est detestabilis. Tum etiam, quia in tali casu Sacerdos exponit adstantes periculo idololatriæ, proponens adorandam Hostiam non consecratam, quamuis illi consecratam præponat. Ita D. Th. *3. p quæst. 70 a. 6. ad 2.* Sed affirmatiua Bonaventuræ *in 4. dist. 9. art 2. q. vlt.* & aliorum opinio sequenda videtur, quia talis simulatio non est detestanda, cum vrgeat necessitas; nam etiam Confessarius simulare potest absoluere, cum est indignus, ad vitandum scandalum. Idololatriæ autem periculo occurri, ita illum hostiam occultando, vt nec videatur, nec adoretur. Et hanc sententiam docet ex recentioribus Villalobos *tom. 1. tract. 7. diff. 38. num 7. p. 3. tr. 6. res. 83. § Non desunt & p. 4. tr. 4. resolut. 47.* Nota etiam, quod in hoc casu Sacerdos potest simulare se particulam in os peccatoris immittere. Ita Henriquez, *lib. 6 cap. 21. num. 4. part. 4. cit.* in fine.

Negat Thomas.

Affirmat Bonaventura.

Et certè licet simulare immissionem particulæ in os illius.

Licet aliquando denegare Cõmunionem subdito, pœnitenti ob bonum finem.

84. Quæres tertiò, an expediat Confessariis, & Prælatis Religionum impedire pœnitentes & subditos à Communione? Respondeo cum communi DD. opinione affirmatiuè, si id faciant ad emendationem quorumdam peccatorum venialium, vel ad mortificationem. At Sancius *select. disp. 26. num. 5. & disp 8. num. 9* negat: contra eum tamen insurgit Salazar *in pract. de freq. Commun. p 1. tr. 14. res. 79.*

Et, deficiẽtibus Particulis, dare partem Hostiæ ex rationabili causa.

85. Quæres quartò, an deficientibus particulis, possit Sacerdos ministrare alicui partem Hostiæ consecratæ? Respondeo in casu necessitatis, posse. Ita Paludanus *in 4. dist. 12. quæst. 1. a. 5. concl. 2.* Imo etiam extra necessitatem, dummodò rationabilis causa subsit, vt si quis magna deuotione accederet, & Particula non adesset. Nam non pertinet ad integritatem Sacrificij, quòd sumatur tota Hostia, sed quod sumatur vtraque species, & quia aliqui Sacerdotes abstinebant à sumptione Sacri sanguinis, ideo illos reprehendit Gelasius *c. Comperimus de consecr. d. 2.* In cap. autem *relatum eodem titulo* reprehenditur quorumdam abusus, qui multas Missas eodem die celebrantes, in omnibus præter vltimam à Communione abstinebant. Cæterum, sicut adstantes Sacrificio, fructuum illius spiritualium participes fiunt, ita meritò, ait Sancius *select. disp. 22 cap. 21.* participes fieri possunt fructus realis: in ipso Sacramento realiter communicando, *part. 2 tr. 14. res. 37. part. 3. tract. 4 resol. 30. & part. 5. tract. 16. resol. 54.* Qui auctor tenet, id non esse peccatum, etiam cum aliæ particulæ facilè dari possunt. Sed ipse contra sentio cum Granado *par. 5. cit.* in fine.

Parochus non tenatur cõmunicare pestilentes.

86. Quæres quintò. An Parochus tempore pestis teneatur cum vitæ periculo ouibus infectis Eucharistiam ministrare? Et an possit adhibere aliquem modum, quo à contagionis periculo liberetur? Respondeo quoad primum, affirmatiuè respondet Sylvius *in 3. p. quæst. 32 art. 3.* Sed Molfesius *tom. 1. tr. 4. c. 3. n. 52.* negat: quia viaticum non est necessitate medij; & præceptum non obligat cum tanto aliorum dispendio. Igitur satisfaceret Parochos, si à longè infectos admoneant ad patienter ferendam infirmitatem, & habendum propositum sumendi Eucharistiam, si possent. Ita ille, quod antea docuerat Maior *in 4. dist. 7 quæst. vltim.* & decreuerat Gregorius XIII. in quadam Epistola ad S. Carolum Borromæum. Hæc tamen opinio intelligenda est, postquam Parochus pestilentorum Confessiones audiuit, & absoluit. Nam si quis non possit confiteri, quia

Si confessi sint.

At si tunerentur, deberet præbere eucharistiam immediatè.

quia amisit loquelam, vel est surdus, tenetur illi Communionem præbere. *p.3. t.4.res.174.& p.5.t.3.res.53.*

87. Quoad secundum, D. Petrus de Marchis Archiepiscopus Smyrn. in sua diœcesi, quæ hoc morbo assiduè laborat, hunc modum exhibuit suis Sacerdotibus, ut scilicet ponerent Particulam super folium paginæ albæ extensæ super scabellum ad id paratum, & infirmus accedens lingua Particulam reverenter sumeret, Clericus verò paginam combureret. Et hunc modum probabilem putat Mancinus, *tract. visit. infir. p.8. dub.18.* (Venerus *l.4. cap.40. num.47.* ait, exhiberi posse in cochleari argenteo *p.4.t.4 resol.114.*) Alii alios ponunt. Sed omnes reprobandi sunt: Et in primis Chapeavilla *de Euch. quæst.33.* damnat supradictum de mensa cum pagina superposita: deinde eos, qui proponunt ægris, sumendam ex scutellis. Tertiò eos, qui pani usuali involutum. Quartò, qui forcipe oblonga, vel spatula è longe propinant. Quia omnes isti modi sunt irreverentes Sacramento, & adversantur communi Ecclesiæ usui, qui est exhibendi manu immediatè Vsus præterea Archiep. Smyrnensis, habet peculiarem difficultatem: nam si aliquod fragmentum super pagina remaneret, ad quid deserviret combustio? Meritò igitur Concilium. Quintum Mediolanense à Summo Pontifice approbatum, modum similem reprobavit. *p.5.tr.3.res.50.*

Nec enim posset ponere super paginam.

Vel sumendū proponere ex scutellis. Aut forcipe, vel spatula ministrare.

88. Quæres tandem. An laico moribundo, qui particulam deglutire non potest, sit ministranda species sanguinis; Affirmativè respondet Ochagavia de Euchar. *Eff. tract.2. quæst.18. numero 9.* contra Suarez *in 3 par. tom.3. disputatione 80. sect.3.* nam præceptum divinum de communicando in articulo mortis, præponderat Ecclesiastico de non ministrando laicis sub specie sanguinis. Sed Nugnus *in 3.p.tom.1.q.80. art.12. concl.3.* monet, in tali casu adhibendum consensum Episcopi. Sed, quidquid sit de hoc, certum est laicum sumere posse Sactatissimum Sanguinem, si conservari non posset absque periculo, ut si species accrescerent, aut deventurus esset in manus inimicorum, &c. Ita Vasquez *in 3.p.to.3. disp.216.c.4.n.4* contra Sotum *in 4. dist.13. quæst.2 art.6.p.5. tractat 3. resol.34.*

An moribundo non valenti sumere Hostiā liceat ministrare sub specie vini?

Res in ambiguo.

Posset autē Laicus sumere Sacrū Sanguinē; si conservari non posset absq; periculo.

Vide verb. *Ieiunium, Missa, Sacrificium.*

COMOEDIA.

I. COmœdiis interesse ob solam curiositatem vanam, etiamsi re præsententur res turpes, & turpiter, dummodo absit probabile periculum lapsus, & delectatio non transeat ad rem repræsentatam, non est peccatum mortale. Azorius *parte 3. lib.5. capite 27. quæst.7.* contra Comitolum *libr 5. quæst. 21.* Id quod procedit etiam in Clericis, cessante scandalo, quod hodie ratione consuetudinis communiter cessat, & revocatum censetur cap. *Cleri 2. de vita, & honestate Clericorum,* quod tamen nec obligabat secluso contemptu, & scandalo. Ita Bonacina *de matr. q.4. pūct.9. num. 22.p.2.t.17.resol.35.*

Comœdiis interesse ob vanam curiositatem secluso periculo non est mortale.

Etiam in Clericis.

2. Sed an peccent comœdias audientes ex alio capite, quia nimirum ex eorum stipendiis histriones aluntur, & in peccato, ut supponimus, detinentur? Affirmat Mendoza *vol.2. disputatione 173 sect.285.§.367.* quia hoc est peccatum scandali: nam sine tali pecunia histriones tam turpe munus, & Reipublicæ pernicioſum non exercerent. Quod si dicas; histriones non ali ex pecunia singulorum distributiuè: quia si unus non adesset, non decessent alii. Respondet hoc procedere de eo, qui comœdiis semel, vel iterum interest, minime verò de eo, qui illas frequentat: nam hic multum soluit, & concurrit notabiliter ad perseverantiam histrionum in tali officio. Deinde contra primum etiam est, quia etiam si unam comœdiam audiat, vel ad illam confluit ex primis, & sic est motiuum, ut hic, & nunc fabula agatur: vel confluit ex ultimis, & tunc etiam concurrit per se ad repræsentationem tanquam causa partialis: quia,

Sed an peccaret mortaliter alēntes histriones suis stipendiis.

quamvis histriones cum sufficiente auditorio, quod iam præerat, parati essent comœdiam agere: tamen hic, & nunc voluntillam agere pro omnibus, qui pecuniam soluerunt. Sed Baldellus *tom. 1. libr. 3. disp. 18. num. 11.* licet hoc verum putet de iis, qui primò ad comœdias confluunt: putat tamen non peccare mortaliter eos, qui confluunt post auditorium sufficiens *par. 3 tr. 13. res. 81.* Sicut nec is peccat, qui in die ieiunii offert amico suo cœnam, quem alibi sciret habere cœnam præparatam, & iã velle eam sumere Ferrant. de scand. & alii *p. 11. tr. 5. res. 52.*

Et Principes non puniendi?

3 Docet etiam Mendoza *ubi supr. sect 29. §. 377.* peccare mortaliter Magistratus comœdias permittentes: Nam hoc est permittere commune malum, ex quo non vitatur aliquod aliud, sed potius omnia vitia foventur. Sed Baldellus *ubi supra num. 13.* licet peccare eos putet, si comœdias fieri mandent, vel approbent, aut aliter histriones in peccato foveant: negat tamen peccare mortaliter, si pro aliquo tempore ad vitandam maiorem licentiam, histriones nõ puniant: quia hæc permissio in hunc finem licitum, quamvis alioqui de re illicita, est solum tolerantia, quemadmodum tolerantia meretricum. Nec enim dici potest, quod hoc modo tolerata approbentur, ex *c. meretrices, 34. q. 4. p. 5. tr. 13. rés. 82.*

COMPENSATIO,

Compensare.

Compensare quid? Et quando operteat?

1 ✠ COmpensare est, debitum credito, vel creditum debito coæquare. Res, quæ non sunt pretio æstimabiles, non admittunt compensationem in pecunia. ✠ Vnde pro vita extincta hominis liberi nulla est pecuniæ cõpensatio facienda, ut dicemus V. *Restituere, num. 12.* Et qui non potest famam alterius restituere, non tenetur compẽsare pecunia. Vide V. *detractio, num. 12.* Quando quis teneatur compensare famam ablatam, vide *ibid. à num. 9.* & quando damnum datum ex furto, homicidio, &c. Vide V. *Restituere quis teneatur.*

Potest quis sibi cõpensare secretò quod sibi debetur, si adsint certa condi. tiones.

2 Potest sibi creditor occultè surripiendo, vel aliter rem alterius retinendo, debitum compensare, si sit ita certum, ut alius sibi retinere non possit sine peccato. Secundò, si non plus capiat, quam sibi debetur. Tertiò, si debitum sit actu, non potentia, & dummodo admoneat debitorem, vel hæredes, iam debitum esse solutum, ne bis soluant. Alii requirunt quod res sublata non possit commodè recuperari per iudicem, alias si quis viam judicialem omittens, utatur occulta compensatione, graviter peccaturum, quia usurpat officium iudicis, & lædit iustitiam legalem. Ita Villalobos, *tomo 2 tractat. 11. dub. 23. num. 7.* Qui tamen advertit, hodie regulariter rem ablatam non posse commodè, & sine magnis sumptibus per iudicem repeti, & ideò sic compensantes excusari à mortali, cum præsertim, si secretò fiat, parua iudici inferatur iniuria. Et ego cum Maldero in 2. 2. *tract. 4. cap 1. dub. 6.* absolutè existimo, occultam compensationem licitam esse. ex eo, quòd sic non turbatur Respublica, & in hoc casu non agitur de acquirendo de novo, sed tantum de retinendo. Sylvius præterea in 2. 2. *quæst 62. artic. 8. quæst. 1. concl. 7. caus. 3* requirit, quòd res, quæ auferrur, sit eiusdem rationis cum ea, quæ debetur. Sed hoc procedit tantum in foro externo: nam in interno si debes mihi pecuniam, possum accipere pallium, &c. Ita Valerus, *Verb. Compensatio, diff 3 num 2. par. 2 tractat. 16. resol 46.* & hoc ultimum recitativè *in resol 39. eiusdem T. & par. 7. tract. 10 resolut. 16. 17. & 18.* Addit etiam Sylvius, compensationem non posse fieri de depositio, sed ego probabile puto, fieri posse etiam in depositio, ut dicemus V. *Depositum, num. 4.* Item in gabella, si debitor sit Princeps, etiam si tertiæ personæ locata sit: quia conducitur cum hoc onere, & ideò minoris, quàm valet. Ita Lesius, *lib. 2. cap. 33. dub. 10. num 75 part 3 tr. 16. resolutione 14.* Item non refert, quod

Etiam si sibi aliud obtinere possit per iudicem.

Etiam ex depositio.

Et anticipatè.

adsint

adsint creditores anteriores, ✝ nisi habeant hypothecam realem. ✝ Ita Lublinus Ver. *pecunia. num.* 17. *part.* 3. *tractat.* 6. *resolut.* 10 *& in addit. resol.* 8 *& par.* 7. *tract.* 10. *ref.* 18. Et in hoc casu non ligatur creditor censura lata contra non restituentes: quia hæc fertur contra eos, qui non possunt retinere sine peccato. Ita Raynaudus *de monit par.* 1. *c.* 2. *quæst.* 6. *par.* 5. *tract.* 13. *resol.* 79. Adverte posse aliquē compensatione uti ex re, quam debitor mitti dono ad alium. Et licèt Vasquez *opusc de restitut. c.* 5 §. 1 *dub.* 8. *num.* 47. negetid licere, si debitor mittat illam non dono, sed in solutionem debiti, refellitur tamen à Lugo *de iust. tom. disput.* 16. *sect.* 6. *num.* 112. *part.* 7. *tract.* 10. *ref.* 17. §. *Not.* 1. Adverte etiam, quòd qui non habet spem recuperandi rem suam tempore præfixo, potest compensationem anticipare, quamvis supra dictum sit, debitum debere esse actu non potentia. Ita Tannerus in 2. 2. *disp.* 4. *q.* 6. *dub* 14 *n* 406 *p.* 2. *tr.* 10. *ref.* 46. in fine, *& p.* 7. *tr.* 10. *ref.* 13 §. *Not.* 3. Sed de hoc V *p.* 9 *tr.* 8 *ref.* 44.

Et ex re quam debitor mittit dono alteri.

An possit uti compensatione legatarius, testamenti minus solemnis? Et diffamatus?

3 Legatarius testamenti minus solemnis, si hæres non vult legatum soluere, potest occultè sibi compensare? quia probabile est hæredem ab intestato teneri in conscientia soluere legata in testamento minus solemni relicta, ut dicemus, V. *legatum, num.* 10. Et similiter, quia probabilior est Soti sententia *lib.* 4 *qu.* 5 *art.* 3 *ad* 4. quod qui non potest famam restituere, teneatur pecunia compensare, potest infamatus sibi satisfacere de pecunia infamantis occultè, si is aut nolit, aut nequeat compensare *p.* 3. *tr.* 5. *resol.* 30. §. *Notandum est tamen.* ✝ Sed hæc doctrina supponit in compensatione non requiri, ut debitum sit certum, ut diximus initio *numeri præcedentis.* ✝

Donis, & obsequiis præstari potest compensatio.

4 In debitis ex Iustitia, dari potest compensatio cum donis, vel obsequii gratuitis, quando illis volo satisfacere, idque procedit tam in debitis, quæ sciebam, quam in illis, quæ ignorabam: Ex Trullench *in Decal. to.* 2. *l.* 7. *cap.* 4. *dub.* 6. *n.* 10 *par.* 7. *tr.* 10. *ref.* 19.

Quando non sit licita.

5 Licitum non est uti compensatione, cum aliquis promisit debitum solvere sub iuramento *par.* 7 *tr.* 10. *resol.* 17. § *Negandum.* Nec si aliquis tibi debeat ex sola charitate, vel titulo gratitudinis, licet Navarr. *de restit. lib* 3. *tract.* 1. *num* 376. *&* 393 contrarium asserat *ibid. ref.* 19. § *Nota tamen.*

Quid fieri men alicui obiiciatur, an possit. Mentiri?

6 Numquam verò licitum erit reddere maledictum pro maledicto. *par.* 3. *t.* 5. *resol.* 30. *Notandum est secundò* propè finem. Nisi, quod falsum aut verum, sed occultum crimen obiicienti responderi potest, *Mentiris*, &, si hoc non sufficit, ut adstantes credant, illum esse mentitum, obiici possunt alia vera crimina. Ita Mendoza in 2. 2. *disp.* 70. *sect.* 14. à §. 117. *par.* 5 *t.* 13. *resolut.* 26.

Quid de iudicante probabiliter rem suam, etsi teneatur ab alio?

7 Iudicans probabiliter rem esse suam, etiamsi probabiliter teneatur ab alio non certo possidenti, potest de illa occultam compensationem facere, si ius suum non potest defendere coram iudice. Ita Srephanus Spinola, & P. Frā cise. de Lugo. Sed contrariam sententiā teneo cum Sanchez, Palao, & aliis. *p.* 9. *tr.* 9. *ref.* 44.

COMPENSARE.

Iurans teneturne compensare.

8 IUrans soluere dummodo non intendat contrarium iurare dum iurat, potest compensare sine mendacio periurii, Eman. Sauer. *p.* 10. *tr.* 16 *ref.* 60. *vide n.* 2.

Promissit non potest fieri compensatio.

9 Non potest compensari eleemosyna promissis, v. g. si quis ordinavit Sacerdoti 100. missas dicendas, & ut eleemosynam exigeret fecit aliquos sumptus non debet facere compensationem Sacerdos minuendo missas. Dian. & alii *p.* 10. *tr.* 16 *ref* 66.

CONCIONATOR.

Concionatores qui excusentur à ieiunio. Et quorū sumptibus alendi sint?

1 COncionatores non omnes excusantur à ieiunio, sed tantum illi, qui concionantur per integram Quadragesimam etiam ex mercede, vel sunt valdè debiles. Vide V. *Ieiunium, num.* 15

2. Concionatoribus eleemosyna quorum.

Concionatores Regularium possunt cõcedere certas Indulgentias.

rum sumptibus danda sit, vide Ver. *Eleemosyna, n. 34.*

3. Concionatores Regularium possunt certis diebus certas Indulgentias suis auditoribus concedere, quas vide, V. *Regul. Indulgentia.*

Et non veniunt in Bull. Pontif. nomine officiorum, graduum, &c.

4. Concionatores non veniunt in Bullis Pontificum nomine privationis officiorum, graduum, dignitatum, &c. Ita Bonacina *de claus. punct. 4. n. 6.* contra Lezanam *cap. 20 num. 32. p. 4. t. 4. res. 224.*

CONFESSARIVS.

Quoad ordinem.

In Confessario quatuor desiderantur.

1. ✠ Circa confessarii sollicitantis denunciationem, vide V. *Denunciare Confessarium.* Circa pœnas eiusdem, vide V. *Inquisitorum. num. 168.* Confessarius ad validè absolvendum quatuor conditionis habere debet. Potestatem Ordinis Sacerdotalis, potestatem jurisdictionis, proprietatem & scientiam.

In primis. Ordo sacerdotalis.

2 In primis ergò confessarius debet esse Sacerdos. Unde confessio facta laico, vel Clerico, etiam Diacono, nulla est ex defectu Ordinis. ✠ Sed quid dicendum de confessione illa, quam quidam nautæ in tempestatibus, & magnis periculis faciunt, alii aliis peccata sua manifestantes? Respondeo hunc abusum omninò evellendum esse; quia illa confessio neque est valida, neque aliquid prodest; tales verò consulendos esse, ut similibus periculis, deficiente sacerdote, curent de salute per veram contritionem. Ita Fagundez *p. 2 lib. 7. cap. 31. num. 8.* Verum tamen est, quod Gamach. *to. 3. de Pœnit. cap. 16.* talem Confessionem admittit ad maiorem humilitatem, & contritionem ad placandam iram Dei, & redimendam aliquam partem pœnæ peccatis debitæ. Additque in aliquo casu Confessionem non solum posse, sed etiam debere fieri laico, ut si quis in articulo mortis constitutus nullum habere possit Sacerdotem, & alioqui consilio ad salutem indigeat vel si quæstio sit de rebus ad lites, ad restitutionem, de admonenda tertia persona, ut resipiscat, sibi caveat, veniam concedat, & similibus. Sed ego hanc Confessionem reprobo cum Marchino *de peste, p. 3 cap. 11. num. 7. par. 5. tract. 3. res. 73.* An possit laicus absolvere moribundum a censuris, vide V. *Absolvere, n. 57.*

Vide Confessio quæ faciũt nautæ inter se ipsos imminente naufragio, reprobari debet.

Quidquid aliqui dicant.

Ordo autẽ non impeditur ab exercitio valido per suspensionem vel interdictum per.

3 Quod si Ordo sacerdotalis sit impeditus ab exercitio ob suspensionem, illicitè absoluet Sacerdos, sed validè. Ita Victoria *sum. de clavib. n. 227.* & alii contra Sot. *in 4. dist. 22. q. 1. art. 5. concl. 2.* & patet in Extrauag. ad evitanda. *p. 5. tr. 10. res. 52.* Idem dic de irregularitate, cum Cornelio *in 3 p. tr. 5 disp. 5 dub. 3 q. 3.* contra Hurtad. *disp. 1. de irregul. diff. 1. n. 19.* quia irregularitas non irritat actus ordinis, & iurisdictionis. Et irregularis validè consecrat, leges fert, &c. Et hanc sententiã docet Præpositus *in 3 p. quæst. 5 dub. 3. num. 13.* etiamsi irregularis sit denunciatus, & publicus, *par. 4. tractat. 2. resolut. 68.* Quod etiam procedit de interdicto, ut dicemus Ver. *Interdicti, num. 12.* Non tamen de excommunicatione maiori. Vide V. *Excommunicationis, num. 16.* Advertendum autem est cum Turriano *de cens. lib. 8. disp. 58. dub. 2.* Confessionem cum suspenso, vel irregulari, reddi posse invalidam ex parte pœnitentis, si sciat illum illicitè tali munere fungi, & nihilominus accedat: quia ponit obicem, iuxta ea, quæ dicemus V. *Scandalum, à n. 13.* si verò accederet bona fides, esset valida, *p. 4. tr. 2. res. 68. in fine.*

CONFESSARIVS

Quoad Iurisdictionem.

Secundo in Cõfessario requiritur iurisdictio. Quatriplex est. Ordinaria.

4 Secundum Confessarii requisitum est iurisdictio in foro saltem interiori: sive talis jurisdictio sit ordinaria, qualis est in Episcopo, Parocho, &c. sive delegata expresè, vel tacitè; sive sit jure concessa virtute Bullæ, Iubilæi &c. ✠ Sed

Delegata.

5 Adverte primò, quòd ad hoc, ut Sacerdos validè, ac etiam licitè Confessiones

Et iure concessa. *Et quidè delegata sufficit si tacèdatur oretenus.*

fessiones audire possit, non est necesse, ut licentia, & delegata jurisdictio scripta sit; sed sufficit, quod detur in voce. Ita Reginaldus *lib.1. cap.16. q.6. n.198.* Et quamvis hoc in Synodo Panormitana prohibeatur, non videtur prohibeti sub mortali, quamvis à Confessario fieri non debeat. *part.1. tr.14. res.41.*

Imò sufficit ratihabitio de præsenti.

6 Jmò, ut supra diximus, Sacerdos valide Confessiones excipit, si Superior, v. g. Episcopus videt, & tacet; Nam sufficit ratihabitio de præsenti, seu delegatio tacita, quæ in hoc casu intervenit. Ita Villalobos, *tom.1. tract.9. diff.51. numer.2.* & alii contra Nugnum in *addit. ad 3. part. tom.2. quæst.8. artic.5. dub.2.* Graviter tamen peccaret secundum Coninch. sic incipiens Confessiones audire, de *Sacram. disput.8. dub..... num 36.* quia priores Confessiones invalidè audiret. *p.3. tr.2. res.11. & tract.4. res.68.* Addit Peregr. *com. ad const. Cler. Reg. p.1. cap.9. litt. C. §.3.* ad audiendas Confessiones sufficere ratihabitionem de futuro, seu præsumptam voluntatem Superioris, quæ non fundetur in aliquibus signis sufficienter indicantibus præsentem voluntatem ipsius de concedenda facultate. Quam opinionem Filliucius, *tom.1. tract.7. cap.9. num.241.* putat esse probabilem. Sed an ita sit, alii judicent: est enim contra communem opinionem DD. cum Henriquez *lib.6. cap.13. n.13.* & ideo mihi non placet. *par.3. tr.4. res.68. §. Sciendum.*

Non autè de futuro.

Confessarius approbatus Panormi absolvere potest Panormitanos Romæ, & ubicumq; illos invenit.

7 Adverte secundò, quod Parochus, & Religiosus approbatus ab Episcopo hic Panormi, potest absolvere Panormitanum Romæ, Neapoli, &c. Ita DD. communiter. De aliis Sacerdotibus approbatis negat Guttier. *qq. canon. l.c.27.* quia jurisdictio delegatorum terminatur territorio. Sed affirmandum est cum Sanchez *de matrim. tom.1. lib.3. disput.34. num.2.* & communiori opinione: quia hæc jurisdictio delegata est Confessariis in personas pœnitentium, non in loca; ergo est personalis, & exerceri potest ubicunque reperitur persona subjecta. Adde quod jurisdictio voluntaria exerceri potest extra territorium, Ad declarationes Cardinalium, & DD. quod affert Garsias *de benef. tom.1. part.1. c.8. n.132.* dic procedere, si v. g. approbatus Panormi audiret Confessiones Neapolitanorum, vel Messanensium, non autem in casu nostro. Ad illud, quod jurisdictio clauditur territorio, dic verum esse in foro contentioso, non in foro conscientiæ. *p.3 tr.4. res.144.*

Et semel approbatus non potest valide Regularium est certius ex privilegio, ut dicemus suo loco, num.3. De sæcularibus Turrianus de pœnit. quæst.8. art.1. disputatione 16. dub.3. negat esse nullam. Sed ego teneo cum Suarez *tom. 4. in 3. part. disput.28. sect.8. dub.7.* & novissimè Bossio *de Iubil. sect.3. cap.2. §.4. num.164.* esse etiam nullam, quandoquidem talis suspensio, seu revocatio facultatis est quædam ablatio juris acquisiti, vel quasi revocatio justæ sententiæ: sententia autem sine nova causa non potest validè revocari. Confirmatur, quia talis Confessarius approbatus, & reputatus idoneus, si nulla superveniat causa ex parte ipsius quoad scientiam, & mores; jam habet omnia requisita Concilii, ut idoneus reputetur, si aliundè habeat jurisdictionem. *part.3. tract.2. resolut.22. & part.5. tr.14. resol.21.* Excipe nisi admissus sit ad Confessiones audiendas sine examine. Sicut enim potest Episcopus concedere sacerdotibus idoneus licentiam audiendi confessiones quamvis examini non exponantur, quidquid dicat Navarius *in Summa Bullar. tom.2. tit. de Regul. aud. conf. secul. num.9.* ita potest sine causa revocare licentiam confitendi, quia illud fuit privilegium penitus gratiosum: ergo, & gratis revocari potest; ex Bordono *in consil. Reg. resol.36. quæst.2. num.9. part.7. tr.11. res.33.*

Nisi admissus sit sine examine.

Sufficit etiam ad Cõfessiones valide excipiendas, communis

9 Adverte quartò, quod si confessarius cum falsa licentia Ordinarii excipiat confessiones, non erunt invalidæ: nam communis error tribuit jurisdictionem, etiam sine titulo colorato à legitimo possessore, ut probat Pont.

lib. 5. c. 20. num. 2. Ita docet Molfes. *tom. 1. tract. 7. c. 13. num. 21.* contra Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 22. q. 2. p. 11. tr. 2. resol. 69.* Ex quo infertur à fortiori, quod, si quis sciat confessarium esse privatum jurisdictione, ipso confessario, & communi populo id ignorante, poterit ab illo absolutionem petere, & validè obtinere, *part. 3. tract. 4. resol. 122.* † Sed *in part. 2. tr. 16. res. 43.* inclinaverat in sententiam Sanchez, quod communis error non tribuat jurisdictionem sine titulo saltem invalido, ex *cap. infamuz. quæst. 7.* †

Non autem jurisdictio dubia dubio negativo.

10 Adverte quintò, quòd, si confessarius dubitat de sua jurisdictione, puta, quia mortuus sit delegatus, vel privilegium dubium, &c. & hoc negativè, in neutram partem inclinans, tunc non potest absolutè confessiones excipere, nisi in gravi necessitate, & sub conditione, *si possum*, & cum onere iterum confitendi jurisdictionem certam. Ita Naldus *v. Confessio numer. 32.* Villalobos *tom. 1. tract. 9. diff. 15. num. 3.* & alii. Sed Salas *in 1. 2. tract. 8. disput. un. sect. 27. num. 283.* putat, talem non remanere obligatum iterum confitendi: quia ita est in dubio improprio & positivo; & si in tali casu Sacerdos oblitus esset, vel noluisset tale onus imponere, probabile est, absolutionem validam fuisse; ergo absolutio sine tali onere est valida. Adde, quod intolerabile onus esset, obligare pœnitentem ad confitenda bis eadem peccata. Sed tu ne recedas à prima sententia: *part. 4. tract. 3. resol. 38.*

Jurisdictio confessarii suspenditur per excommunicationem denunciatã.

11 Adverte sextò, quòd jurisdictio audiendi Confessiones, per excommunicationem majorem non toleratam suspenditur, ut diximus de usu Ordinis, *num. 3.*

Jurisdictio concessa ad Confessiones non cessat cessante advocatione, & censuras.

12 Adverte septimò, non statim, ac alicui sacerdoti delegatur jurisdictio audiendi confessiones, delegari facultatem absolvendi à reservatis, vel censuris. Nam in his requiritur specialis potestas. Vide V. *Absolvere.*

Sed an ad venialia requiratur approbatio Episcopi? Affirmat Faber.

13 Adverte octavò, quod novissimè docuit Faber *in 4. distinct. 17. quæst. unic. disput. 25. cap. 3. num. 71.* licentiam Ordinarii requiri, etiam ad absolvenda peccata venialia, & sine ea invalidè absolvi, & cum sacrilegio veniali, quia ex una parte, absolutio venialium est actus jurisdictionis, contra Sotum *in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 2. ad 3.* quia venialia dimittuntur per modum judicii. Nec refert, quod sint culpæ leves: nam Iudex non potest condemnare subditos alterius Iudicis de re etiam levissima. Ex alia vero parte, ex nullo textu colligitur, quod Sacerdos habeat jurisdictionem absolvendi à venialibus sine licentia Ordinarii. Quod enim asserit Suarez *disput. 26. sect. 5.* ex Soto *in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 3.* & DD. communiter, præceptum Ecclesiæ de annua Confessione non cadere in venialia, non infert, venialia absolvi posse à quolibet Sacerdote. Consuetudo autem, quam ipse Suarez adducit, est valdè dubia, tum quia his temporibus neminem videmus Confessiones audire sine prævia approbatione Ordinarii. Tum etiam, quia Tridentinum, *sess 14. cap. 6.* asserit verissimum esse, & in Ecclesia Dei semper persuasum, quod nullius momenti sit absolutio à Sacerdote collata sine jurisdictione ordinaria, aut delegata: unde colligitur, morem Ecclesiæ semper fuisse, dare Sacerdotibus jurisdictionem ordinariam, vel delegatam explicitè. Hæc Faber. Sed non est deserenda communis opinio D. Thomæ *in 4. distinct. 18. quæst. 2. art. 3. quæst. 1. ad 3.* & aliorum apud Suarez *tom. 4. disp. 26 sect. 2. num. 7.* & 8. quod quilibet Sacerdos, eo ipso quod est ordinatus, possit absolvere à peccatis venialibus. Non, quia ad hoc non sit necessaria jurisdictio: sed quia Summus Pontifex, & Ecclesia credeuntur hanc jurisdictionem omni sacerdoti delegasse: tum ut illa verba, *Accipe Spiritum Sanctum*, pleniorem sensum haberent; tum etiam, quia culpa venialis non est necessaria materia confessionis, nec indiget peculiari scientia in confessario, & ideò non est ratio, cur requirat ministrum specialiter deputatum. Et hanc sencen-

Sed communis, & verior opinio negat.

Nam potestas in venialia creditur concedi ab Ecclesia in ipsa Ordinum susceptione.

sententiam Doctores supradicti contra Sotum extendunt ad peccata mortalia jam legitimè confessa. Ex quibus infert Granado *in 3. p. cont. 7 tr. 10 disp. 4 sect. 1. n. 6.* quod nullus Prælatus inferior Papa, qui illam concedit, potest hanc facultatem à sacerdotibus auferre; Et quod confitens simplici sacerdoti venialia, remanet indirectè absolutus à reatu mortalis obliti, cum onere tamen, ut si recordetur, legitimo illud confessario confiteatur, *p. 5 tr. 4 res. 86.* Infert etiam Valerus v. *Nullitas, diff. 5 n. 3.* simplicem sacerdotem absolvere posse mortale oblitū, *par. 2. tr 6 res. 44. pr. pe finem.* An venialia absolvi possint à sacerdote excommunicato non tolerato. Vide *V. excommunicationis, n. 16.*

Vnde nullus inferior Papa non potest hanc potestatem tollere.

Sicut tollit excommunicatio maior denunciata.

In articulo mortis omnis Sacerd. habet iurisdictionē Etiam non approbatus.

14 + Adverte nonò, in articulo (vel etiam periculo, *part. 5. tr. 3. res. 59.*) mortis omnem sacerdotem habere jurisdictionem absolvendi, etiamsi non sit approbatus, *ex cap. Pastoralis, de offic. ordinarii,* & ex Tridentino *sess. 14. cap. 7.* Quisnam sit in articulo, vel periculo mortis constitutus quoad hoc, vide V. *Absolvere, n. 10.*] Et quamvis Medina *Cod. de Cons. quæst. 32.* id neget de sacerdote excōmunicato denunciato, quia per excommunicationem aufertur omnis iurisdictio: Et idem doceat Coriolanus *de cas. reservat. part. 1. sect. 2. art. 6. n. 10.* cum aliis de sacerdote hæretico, vel schismatico, dicendum tamen puto cum Mendoza *volum. 1. de fide disput. 84. sect. 8 §. 139. & 140.* & aliis multis, etiam excommunicatum denunciatum, & hæreticum, vel schismaticum, in articulo mortis iurisdictionem habere. Patet ex Tridentino *loco citato,* docente, quod in articulo mortis *omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscunque peccatis, & censuris absolvere possunt*: ubi quemadmodum particula *quoslibet* comprehendit omnes prorsus pœnitentes, & particula, *quibuscunque*, omnia peccata, & censuras, ita etiam particula, *omnis*, omnem sacerdotem comprehendere debet, nemine excepto: quia hanc amplitudinem patitur. Adde, quod motivum Concilii id postulat, quod fuit præstare summum favorem fidelibus in illo articulo, quem pro animarum salute præstare potuit, quod neutiquam præstitisset, si iurisdictionem absolvendi non dedisset cuicumque sacerdoti, etiam excommunicato, & hæretico. Imò, ait Mendoza, gravissimè peccaturum Papam, qui hanc jurisdictionem pro illo articulo conaretur ab hæretico tollere, quia urgeretur sua jurisdictione in perniciem animarum, non in ædificationem, *p. 4. tr. 4. res. 235. & p. 5. tr. 3. res. 57.*

Etiam excommunicatus, denunciatus, Hæreticus. Et schismaticus.

Et quidem non approbatum in tali casu probabile est posse absolvere, etiam præsente approbato. Quamvis approbatus præferri debeat.

15 Sed circa prædicta occurrunt multa dubia. Primum est, an sacerdos simplex possit absolvere moribundum, præsente confessario iurisdictionem habente? Prima opinio Mendozæ *vol. 1. de fide disputat 82. sectio 6 §. 163.* & aliorū negat. Secunda Ledesmæ *tom. 1. tractat. de pœnitent. cap. 14 diff. 2.* & aliorum, affirmat. Quia Tridentinum *sess. 14 c. 6.* omnes Sacerdotes facit æqualis potestatis in articulo mortis, & cum lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Vtraque hæc sententia est probabilis. *part. 1 tr. 5. resol. 5. p. 4. tr. 4. resol. 161. & part. 5. tract. 3 resol. 60.* juxta Dicastill. ultima probabilior *p. 11 tr. 5. res 29.*

Si approbatus sit in diœcesi.

16 Sed quid, si concurrat simplex Sacerdos cum approbato in alienā diœcesi? Mendoza *ubi sup.* ait præferendum secundum. Sed contrarium teneo cum Trullench *in Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. num. 4.* quia approbatus in aliena diœcesi est simplex in propria, & sic non habet majorem iurisdictionem, quam alius; quod si in secundo est argumentum scientiæ, id superari potest per notitiam æqualis, vel majoris sufficientiæ in alio. *p. 5. l. c. §. Notan.*

Sed quid si is sit excōmunicatus

17 Secundum dubium est: an in mortis articulo, concurrente simplici Sacerdote cum approbato, sed excommunicato, ille, an iste præferri debeat: Et respondet Mendoza *volum. 1. de fide disputat. 82. sectio 6. §. 145.* præferendum esse simplicem Sacerdotem: quia excommunicatus, dum est denunciatus, est simplex Sacerdos,

&c.

& præterea vitari debet, dum commodè potest. Item excommunicatus tenetur neminem absolvere, nisi in necessitate extrema; in tali autem casu non occurrit extrema necessitas. Item excommunicatus caret jurisdictione contraria, quia est ei positivè interdicta, simplex autem Sacerdos caret tantum privativè, quia non est ei concessa. Et tandem excommunicato interdicta est etiam absolutio venialium, quæ non est interdicta simplici Sacerdoti. Ergo excommunicatus est deterioris conditionis, quam simplex Sacerdos. *p. 5. tr. 3. ref. 60. vers. Libet.*

Et quid si concurrãt plures diversis irretiti censuris.

18. Tertium dubium est, in concursu plurium Sacerdotum diversis censuris ligatorum quinam sit præferendus, si v. g. concurrant suspensus, interdictus, irregularis, excommunicatus, &c. Et respondet idem Hurtado de Mendoza *ibid.* §. 146. suspensum, & interdictum præferendum esse irregulari, irregularem excommunicato denunciato, excommunicatum degradato degradatum catholicum hæretico. *ibid.*

Et an pœnitens in tali periculo ab his Sacerdotibus, absolutionẽ petere possit?

19. Quartum dubium est, an existens in articulo mortis possit à Sacerdote excommunicato, hæretico, &c. absolutionem petere, si sciat supradictos cum peccato daturos, & non adsit alius Sacerdos? de quo vide infrà V. *Scandalum, n.* 10.

Quod si simplex Sacerdos non potest solvere moribundum præsente approbato, potest nihilominus Confessionẽ absente illo inceptam præsente illo perficere.

20 Quintum dubium est, stando in opinione Mendozæ *volum. 1. de fide disput. 82. sectio 6. §. 163.* quòd simplex Sacerdos non possit moribundi Confessionem audire præsente Confessario approbato, an si deficiente Confessario, Sacerdos simplex cœpit Confessionem audire, teneatur desistere, si superveniat approbatus? Et negative respondendum est cum Granado *in 3. par. controv. 7. tractat. 10. disp. 4. sect. 2. num.* 12. quia jura favent rei inceptæ, voluntque ab eo perfici, à quo incepta est; alioqui enim grave onus esset moribundo, debere peccata jam confessa superveni enti repetere. Ita etiam dicendum de licentia Confessarii ad tempus concessa, nam, si v. g. hodie expiraret, & Confessarius Confessionem longam alicujus audire cœpisset, vel absolutionem hodie non potuisset impendere, posset die crastina, vel perendie Confessionem perficere, vel absolvere. Similiter, si simplex Sacerdos judicans infirmum laborare in extremis, ejus Confessionem cœpit audire, & inter confitendum judicaret, illum ita convalescere, ut sit extra periculum, potest nihilominus, imò tenetur illum absolvere: quia satis est, incepisse cum illo periculo præsumpto. *p. 5. tr. 3. ref. 66.*

Et si invalidè absolvit ex defectu pœnitentis, potest superveniente approbato repetentem audire. Non autẽ ab oblitis absolvere.

21 Sed quid si talis infirmus feci sset Confessionem invalidam, & volente illam repetere, superveniat approbatus? Respondeo, posse repetere cum primo, & ab illo iterum absolvi: quia is habuit jurisdictionem ad primam Confessionem, quæ non censetur finita dum absolutio non fuit validè præstita. Si verò æger validè confessus, confiteri vellet aliqua peccata oblita, tunc non posset confiteri, nisi legitimo supervenienti Confessario. Ita Ludovicus de la Cruz in *Bell. Cruc. disp. 1. cap. 3. dub. 15. n. 13. ibid. §. sed quid.*

CONFESSARIUS
Quoad proprietatem.

Tertio Confessarius debet esse proprius pœnitẽtis.

22 † Tertia Confessarii conditio est proprietas: debet enim Confessio fieri proprio Sacerdoti, qui scilicet habeat jurisdictionem ordinariam in ordine ad pœnitentem, qualis est Parochus in Parochia, Episcopus in Episcopatu, &c. Quod intellige, si non est Confessarius habens jurisdictionem delegatã, vel à jure concessam, qui etiam dicitur proprius largo modo. † Quicunque tamen Confessarius habens jurisdictionem Panormi, sive ordinariam, sive delegatam, &c. non potest illam exercere Messanæ, nisi quoad Panormitanos, ut diximus supra *n.* 7.

Qualis est Episcopus sua diœcesis. Vel Parochus sua Parochia.

Sed Prælati non habent Confessarium proprium.

23 Adverte autem primò, Prælatos non habere Confessarium proprium; quia habent facultatem à jure eligendi sibi Confessarium *cap. pro dilatione, de pœnit.* *proprium.*

pœnit & remiss. Per Prælatum intellige habentes iurisdictionem Ecclesiasticam etiam in foro exterioti, vt sunt Episcopi, Abbates, Prouinciales, Priores, & Guardiani Religiosorum, & ante omnes Papa Item & Cardinales, sicut etiam eorum familiares de eorum licentia, vt dictum est supra V. *Cardinales, num.* 13.

Possunt enim sibi eligere ad libitum.

Alij verò confiteri possunt Sacerdoti non proprio de licentia proprij.

24 Aduerte secundò, posse aliquem confiteri non proprio Sacerdoti primò, si habeat licentiam proprij, vt modo dictum est de familiaribus Cardinalium, & dicendum est de Episcopis, & Prælatis Regularium. Parochus autem non potest dare licentiam confitendi simplici Sacerdoti non approbato, an autem possit dare licentiam confitendi Sacerdoti approbato pro alia Parochia, vel diœcesi, quære sub V. *Parochus numero* 15. *Thom. Hurtadus var. to.* 2. *tr.* 12. *c.* 1. § 2. *dub.* 1. affirmat, quia Tridentinum solùm derogat priuilegijs, parochus autem ius delegandi non habet ex priuilegio, sed iure diuino & humano. Sed verè hæc sententia practice improbabilis est, *p. ar. tr.* 4 *ref.* 13 Cardinales nihilominus familiaribus suis concedere possunt vt confiteantur non approbato ab Episcopo, etiam extra suam aulam, Lugo *de sac. pœnit. disp.* 19. *sect.* 1. *n.* 5. Busenbaum. & alij *p.* 11. *tr.* 4. *ref. cit.*

Aut virtute Bullæ Iubilæi, &c.

Secundò potest quis confiteri Sacerdoti non proprio, virtute alicuius diplomatis Apostolici, vt per bullam Cruciatæ, aut Iubilæum, vt dicitur in suis locis, & hoc sine licentia proprij. Tertiò peregrinus, dum versatur per alienam diœcesim, potest confiteri proprio Sacerdoti illius loci, in quo versatur, & hoc ex consuetudine approbata ab Eugenio IV. Imò potest ab illo absolui à reseruatis Episcopo domicilij, nisi etiam ibi sint reseruata, vt diximus V. *absolue re, num.* 9. Quartò potest quis confiteri alteri Sacerdoti, quando proprius Parochus aperiret Confessiones, vel immineret aliquod graue periculum famæ, &c. & ipse dare non vellet licentiam alteri confitendi. Ita probabiliter Henriquez *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 4. & alij contra Villalobos *tom.* 1. *tract.* 9 *dif.* 79. *num.* 14. Quia in tali casu defectum Parochi iniustè licentiam denegantis supplet Episcopus ipso iure, sicut defectum Prælati Regularis supplet Generalis Ordinis, aut vtrumque ipso iure, vel ex præsumpta voluntate, Summus Pontifex: qui dat etiam licentiam Confessariis Regularium, quando ipsis dignè præsentatis denegat Episcopus *p.* 3. *tract.* 4. *res.* 79. Quintò potest quis relinquere proprium Parochum, & alieno Sacerdoti absque eius licentia confiteri, si ille sit ignorans adeo, vt Confessio ex hoc capite foret inualida, vel illicita, ex *cap placuit* 9 *quæst.* 2. *de pœnit. dist.* 6. Ita Vasquez *in* 3. *p. tom.* 4. *quæst.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. contra Sotum *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 2 *p.* 4. *tract.* 4. *res.* 201. § *Non desinam.*

Aut si reperiantur extra diœcesim.

Aut si proprius reuelaret Confessiones, vel aliud graue periculum immineret.

Vt si proprius Sacerdos esset valde ignorans.

CONFESSARIVS
Quoad Scientiam.

25 * QVarta conditio Confessarij est Scientia: est enim iudex fori interioris, & ideo scire debet ea, quæ sub foro accidunt. Tenetur autem scire, quodnam sit peccatum mortale, quod veniale: circumstantias necessariò confitendas, casus & censuras reseruatas, contractus licitos, impedimenta absolutionis, obligationem restituendi, & similia, aut saltem de his dubitare, vt possit viros peritos consulere: & plura scire tenetur confessarius pagi, quam ciuitatis; mercatorum, quam simplicium &c. * Quod srhæc, quæ comuniter scire tenetur, ignoret, probabilis est opinio Richardi, Caietani, & aliorum apud Bossium *de Iubil. sect.* 3. *cas.* 2 § 5. *nu.* 168. cum Vasquez *in* 3 *par. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 3 *dub.* 2. quod confessio cum ipso facta sit nulla. Quia ad actum iudicialem, qualis est confessio, requiritur cognitio causæ, vt dictum est, & Sacerdos ita ignarus se habet, ac si peccata non perciperet ob stupiditatem, somnum, &c. Sed est etiam probabilis sententia contraria Henriquez *lib.* 2. *cap* 14. § 5. Præ-

Quartum Confessarij requisitum est scientia.

Si enimea, quæ comuniter scire tenetur, ignorat, probabile est inualidè absoluere.

Sed probabile etiam absoluere validè.

Ipse tamen grauiter peccabit.

positi *in 3.par.quæst.7.dub.6. numer. 66.* & aliorum: nam ad veritatem Sacramenti sufficit materia, forma, & intentio ministri, & actus pœnitentis cogniti vt peccata, sunt materia sufficiens absolutionis. Peccaret tamen confessarius absoluendo, sicut & pœnitens ad illum accedendo (nisi vterque excusaretur bona fide) & ex mala fide pœnitentis confessio fieret inualida *par.3.tr.4. res. 121 p.4.tr.4.res.201. & par.5.tr.14.res.22* Probabile est, quod non teneatur repetere confessionē, qui confessus est cōfessario plane ignoranti, dummodo is sub cōfusa ratione peccati peccato cognouerit, & aliàs formā & intentionē sufficientē habuerit. Præpos. & alij *p.11.tr.4.res.10.*

Quid, si inter audiēdum dormiat, & nō integram confessionem excipiat?

26 Ad hoc caput pertinet requisitum attentionis.* Et quidem Syluester *ver. Confessio, quæst.3* & alij docent, quod si confessarius inter audiendum Confessiones dormiat, vel aliud agens, non intelligat omnia peccata, inualidè absoluit: quia iudex priusquam absoluat, debet integrè accusationem percipere. Sed ego teneo cum Layman *lib.4.tract.6.cap.9.num.5.* & nouissimè etiam Mercero in *3.par.9.quæst.9.art.1.* in tali casu validè absoluere: quia absolutio potest essentialiter consistere absque specifica, & integra explicatione peccatorum. Debent autem pœnitentes peccata non audita in alia Confessione repetere, vt quæ indirectè fuerunt absoluta, directè iterum absoluantur *part.3.tract.4.res.109. & part.4.tr.4.res.198.*

27 An confessarius antequam pœnitentem absoluat, recordare debeat status pœnitentis, Vide *verb. Confessionis, n.58.*

Potest in aliquo casu Sacerdos surdus sed non mutus, confessiones audire.

28 † Huc etiam pertinet defectus corporalis Sacerdotis in Confessione ministranda, vt si sit surdus, vel mutus, & cet. † Potest autem sacerdos surdus, sed non mutus, aliquando confessionem audire, quando nimirum pœnitentem vrgeret præceptum confitendi, & non adesset alius sacerdos; tunc enim teneretur illi confiteri per signa. Ita Hurtado *de pœniten. disp.8. diff.4. par.5. tract.6. resol.19.*

CONFESSARIVS
Quoad Examen.

Debet præterea confessarius pœnitentē examinare circa multa.

29 * PRæter conditiones confessarij numeratas, debet confessarius præstare duo vnum ante absolutionem, quod est examen: aliud post illam, & est sigillum, de quo vide infra *verb. Sigillum Sacramentale.*

30 Debet igitur confessarius interrogare pœnitentem ante confessionem, habeatne aliquam excommunicationem, vel aliquod reseruatum, à quo ipse non possit absoluere, si impleuit pœnitentiam præcedentis confessionis, si adhibuit diligentiam in examine conscientiæ, & an doleat de peccatis commissis, proponatque, se in posterum non peccaturum. In confessione verò, peccatorum circumstantias, numerum, intentionem, conscientiæ dictamen, consuetudinem peccandi, & occasiones peccatorum *.

An etiam de consuetudine peccandi?

Negat Sancius.

31 Porrò Ioannes Sancius *pract.disput. 9.numero.6.* docuit, confessarium non habere ius interrogandi pœnitentem de consuetudine peccandi, illumque rubore afficiendi propter peccata iam confessa: quia, quantumuis consuetudinē habeat, si tamen contritus sit, & propositū habeat non peccandi, est dignus absolui, & cōfessarius tenetur illi absolutionem impendere. Ex quo deducit,

Et pœnitētem de ea interrogatum non teneri respondere.

quod pœnitens non tenetur confessario interroganti de consuetudine, respondere: quia peccata semel confessa nō tenetur cū suo dedecore, & rubore repetere. imò posse illam negare cum æquiuocatione. Sed an hæc opinio sic probabilis, alij videant. Dicendum igitur est, quod quamuis pœnitens non teneatur explicare consuetudinem peccandi, nisi oriatur ex occasione proxima, quam vitare tenetur, vt docet Bonacina *de Sacrament. disputat.5.quæst.5.sect.2. punct.2. §.3.diffic.3.numero 22.* contra Henriq. *lib.5.cap.8 num.1.* potest nihilominus Confessarius, ad cognoscendum propositum pœnitentis,

Sed dicendū est posse.

nitentis, illum de consuetudine interrogare; nam consuetudo peccandi arguit infirmum propositum. Et in tali casu pœnitens tenetur illam confiteri, quia Confessarius iure interrogat, potestque, si opus sit, consuetudinario absolutionem differre, plus vel minus, vt eius prudentia dictabit. Ita Vasquez *in 3. part. tom 4 quæst. 91. artic. 1 dub. 3.* & alij, *part 1. tractat. 7. resolut. 15. & 55.*

Et pœnitentem teneri ad confitendum veritatem.

Negat et iam Sanc. Confessarium habere ius de occasione peccandi proxima interrogandi, si non est cui tabilis sine graui incommodo.

32 De occasione item proxima, ait Sancius *disput. 9. num. 6. & disput. 10. nu. 20.* quando sine magno incommodo vitari non potest, non teneri pœnitentem illam explicare, nec Confessarium habere ius de illa interrogandi, & si contritus est pœnitens, & proponat non amplius peccare, debere illum absoluere, (toties quoties, etsi nullus profectus appareat. *part 1. tractat. 16. resolut. 45.*) quia hoc non est velle occasionem, sed permittere ad detrimentum vitandum *part. 1. tractat. 7. resolut. 55. §. Vndeex his. vers. Idem dicendum.* Ex quibus infert, non esse negandam absolutionem ei, qui non expellit è domo concubinam, vt recuperet centum aureos, quos illi mutuò dedit, aut ne amittat lucrum temporale in negotio, cui illa est necessaria, vel etiam ne amittat oblectamentum, vulgò *regalo*, eo quod illa epulas benè ministrat, sine quibus nimis ægrè vitã trãsigeret, & similis famula difficile inueniretur. Nam in his casibus non tenetur concubinarius concubinam è domo eiicere, imò potest eiectam iterum ad famulatũ admittere, quantumcũque metuat labendi periculũ; dum adest propositũ amplius non labendi. (In hac sententia est etiã Ioseph ab Ortu *in spec. cap. 10. nu. 33.* & nonnullos casus similes ponit. *part. 4. tractat. 4. resolut. 165.*) Sed an hæc sint probabilia, alij iudicent: nam primum casum de mutuo impugnat nominatim Palaus *tom. 1. tractat. 2. disputat. 2. punct. 9. §. 3. num. 14.* docens, in tali casu amittendum debitum, si eiecta concubina recuperari non potest, & ob id magnum damnum concubinario non proueniat. Et sanè vnusquisque tenetur suæ saluti consulere, etiam cũ alio temporali, & corporali detrimento *part. 5. tr. 14. resol. 108.* * Et illud de 100. aureis impropabile esse, docuerat in *Addit. part. 3. resolut 27. §. Sed ego.* * Posset tamen impendi absolutio concubinario, non eiecta concubina, cum cessat periculum, vel quia deformis, aut infirma facta est, vel quia cognatio eos coniunxit, vel aliud obstaculum non contemnibile superuenit. Ita Palaus *vbi suprà num. 16. part. 3. cit.* in fine. Vel si occasio sine valdè magno detrimento vitari non potest? *part. 2. tract. 16. resol. 45.*

Dummodo adsit propositum non peccandi.

Sed contrarium tenendũ est. & talẽ absolui non debere antè eiectam de domo concubinam.

Nisi cessasset periculum relabendi.

33 Quando verò pœnitens tenetur deserere occasionem peccandi quamuis possit Confessarius semel aut bis illum absoluere, antequam de facto deserat, eo quod speret statim pulsurum, tarò tamen id facere debet; quia experientia docet, pœnitentem semel absolutum tarò occasionem expellere, imò potius nouit se laqueis implicare. debet igitur Confessarius regulariter concubinariũ cogere, vt ante absolutionem, abiiciat concubinam. Quod autem ait Sancius *select disputat. 10. n 4.* pœnitentem habere ius ad absolutionem, etiamsi millies concubinam expellere promiserit, dum extraordinaria signa contritionis, & propositi ostendit, ac proinde Confessarium non posse illi absolutionem negare; Id quidem benè procedit de Confessario, vt Iudex est: quia tamen est etiam medicus, debet medicamentum adhibere ad præcauenda peccata futura, qualis est dilatio absolutionis: quantũuis enim contritionis, & propositi signa in pœnitente cognoscat, semper potest iustè timere, non fore remouendã occasionem, si absolutionem concedat. Ita Palaus *to. 1 tract. 2. disputat 2. punct 9. §. 3. num. 18.* Addit Megala *promp. verb. concubina, num. 6.* absolutionem non esse impertiendam concubinario, antequã concubinam expellat, etiamsi abfit recidiui periculum, si adest scandalũ vnius, vel duorum; idque etiam in articulo mortis, si tempus suppetat. Imò id etiam procedere, si illa, cum non sit, iudicatur tamen à populis concubina;

Et multò minus totiesquoties veniat cõtritus, vt ait Sancius.

Imò Megala vult expellendam esse ante absolutionem etiam cessante periculo recidiui, ad vi-

sandum scãdalum.

nam etiam à specie tali cauendum est. *part.5.tractat.14.resolut.107.*

Nec danda est absolutio, si postquam eiecit, illius domũ frequentat, etiam in cænem alẽ di filios.

34 Vbi verò concubinarius expulit concubinam, non debet illam inuisere fine alendi filios, & c. quamuis cum illa non peccet: & hoc ad vitandum scandalum, & periculum recidiui, quod in malè assuetis facilè potest accidere. Ita Beia *part.prima cap.14.* vnde infert, Confessarium huiusmodi concubinario non debere absolutionem concedere, si id faciat. At Sancius *select.disputat.10 nu.9.* contra illum insurgit, & tale scandalum fieri passiuum, si concubinarius ex iusta causa id faciat. Et Palaus *tom.1.tractat.2. disputat.2 punct.9 §.3.num.1.* docet, ad id teneri, si alia ei à filiis subueniri non potest, quamuis periculum inde sequatur. Sed ego non video, cur non possit per alios filiis alimenta præstare, vel in domum concubinæ cum sociis intrare, vt scandalum cesset *part.5.tractat.4. resolut.109.*

Quia nutrit periculum, & scandalũ. Quod vtrũque facilè vitabit, ministrãdo alimenta per alios, vel ipse adeundo cum sociis.

35 Sed an Confessarius concubinarius possit suæ concubinæ Confessionem audire? Respondeo affirmatiuè in rigore loquendo, imò vt Sancius *disput.11 num.16.* obseruat, aliquando id expedit, vt ne apud alium diffametur, vt citius à peccato liberetur, vel vt conscientiam illius melius cognitam commodius conciliet. Idque, etiamsi publicum sit, Sacerdotem, & fœminam in concubinatu vixisse: quia ex actione de facili tate nullum oritur scandalum actiuum. In cap. verò fin.30 *quæst.1.* solùm decernitur, ne Confessarius misceatur cum fœmina cuius Confessionem audierat, non autem contra, vt putauit Fagundez *præc.2.lib.4 cap.3.num.35.* Si autem esset periculum lapsus, vel doloris defectus, non liceret. Ita Sancius *part.5.tractat 14. resol.110.*

Confessarius concubinarius potest audire Confessiones suæ cõcubinæ.

Confessarius in examine mulierum sit cautus circa quædam peccata carnalia.

36 Valdè autem cautè gerere se debet Confessarius in examine mulierum circa aliqua peccata carnalia, & ideò docuit Fagundez *ibidem cap.2. num.8.* quòd, si mulier, aut vir confiteatur, habuisse copulam extra vas debitum, non debet inquirere in quanam parte corporis: quia sufficit habere cognitionem, quòd tale peccatum sit contra naturam. Et præstat aliquando Confessario peccatum pœnitentis minus perfectè intelligere (ait Homobonus *part.1.tract.4.cap.12.quæst.11.*) quam illi, vel sibi aliquod scandalum parere, *part.3.tractat.4. resolut.99.*

Nec nimis scrupulosè perquirat.

a 37 * Caueat item Confessarius, ne pœnitentem interroget circa illa, in quibus sola eum excusare potest bona fide, & interrogatio potest illi ruinam parere ✠, vt si cum impedimento aliquo dirimente ignoranter contraxit. In hoc enim casu solùm interrogare debet generaliter, num angatur aliquo scrupulo, & dissimulate, iuxta illud August. homil.41.*inter 50. Si scirem sibi non prodesse, non te monerem, non te terrerem.* Nam cum pro dispensatione adiri debeat Papa, interim regulariter non speratur, nisi inquietudo, rixæ, scandala, & incontinentia, cuius periculum rarò abesse potest, ait Villalobos *tom.1.tract.9 diff.70.num.4* Si verò speraretur fructus, posset, & deberet admoneri. Ita Sanchez *de matrimon.tom.1.lib.1. disput.38.num.9.* & alij communiter *part.3 tractat.4.resolutione 80. & part.7.tractat.3. resolutione 19.*

Nec pœnitẽ moneat in re aliquo, à quo bona fide excusatur, nec admonitio fructum faciet.

38 Caueat præterea, ne pœnitentes perturbet circa validitatem præteritarum Confessionum. Nam, si interrogando illos de numero respondeant, se nunquam numerum expressisse, cum id bona fide fecerint; relinquendos in bona fide, ait Matchantius *tractat.5.de pœnitent.cap.3 quæst.3* nisi aliquid essentiale omisisse constet. Nam de reliquo Confessiones, alioqui non integras materialiter, esse posse integras formaliter ratione bonæ fidei; & sic sufficientes. Adde, quod Confessarius ex Confessione vnius anni potest, velut ex vngue leonem, metiri species, & numerum peccatorum aliàs commissorum; cum eamdem ferè viuendi, & confitendi methodum seruent *part.2 tr.4. resolut. 89.§. Hinc, & part.5.tract.13 resol.84.* post medium.

Nec item illos pertur bet circa præteritas Confessiones. Si non cognoscit defecisse in essentialibus.

Nec vnquam interroget de complice in individuo.

39 Numquam verò licet Confessario interrogare pœnitentem de complice, *Et si illum*

pœnitens sponte revelet, ille verò eidem confitens illud peccatum taceat Confessarius eũ absolvat.

plice, etiam eo fine, ut fraternè illum corrigat, nisi id esset necessarium ad cognoscendum proprium peccatum, *part.7.tr.3. resol.34.* Vide *verb. Sigillum num.49.* Quod si incidenter pœnitens manifestavit complicem, hic verò eidem Confessario confitens illud peccatum taceat, Confessarius, postquam eum interrogavit in communi, & respondit, se nihil aliud habere, tenetur illi absolutionem impendere; quia pœnitenti prosæ, & contra se credendum est, & non est major ratio, cur alteri major fides habeatur, quam sibi. Ita Tol. *t. lib 3. cap.10. num 4.* contra Henriquez *lib.3. cap.20. num 6. part 5. tr. 11. resolut.21.* Contra verò si Confessarius certò sciat, quòd pœnitens fecerit tale peccatum, & non sit Confessus, habeatque de hoc evidentiam, non debet illum absolvere, quia non est pronunciandæ forma Sacramenti, ubi certò constat subjectum esse indispositum: & Confessarius non solum est Iudex, sed etiam Medicus. Ita Sancius *select. disputat.8. num.6.* Sed, his non obstantibus putat Megala *in 1. part lib.1. cap.2. num.12.* talem Confessarium debere absolutionem impendere; quia tenetur sibi persuadere, quòd pœnitens excusetur ab illo peccato explicando, ut sæpè contingit; si alias ritè dispositum non absolvat, gravem se illi injuriam irrogare, *p.3. tr.4. res.105.*

Nisi evidenter sciret tale peccatum commississe, & non esse confessum.

Imò etiam in tali casu Megala ait, debere absolvi.

Quomodo se gerere debeat Cõfessarius cum pœnitẽte Suidot

40 Si pœnitens sit surdus, debet Confessarius secundum Possevinum *de off. Curati. c.7. num.15.* peccata audire in loco remotiori, & illum non interrogare, nisi de puris necessariis in mortalibus, ut sic sui, & surdi fatigationem evitet, *p.5. tr.6. res.5.*

Cõfessarius non advertens interrogare de circũstantia necessaria, non peccat mortaliter.

41 Confessarius omittens aliquam interrogationem necessariam ex inadvertentia, aut oblivione, non peccat mortaliter. Ita Valerus. An verò teneatur pœnitentes admonere de defectu commisso? Affirmativè respondet Fernandez, secluso scandalo, vel aliquo detrimento. Sed Filliucius putat, quod tunc Confessarius tenetur admonere pœnitentem; quando Confessio ex tali defectu fuit invalida, vel ille defectus conjunctus est cum damno tertii, vel ipsius pœnitentis: si verò fuit valida, quamvis absolutionem cum peccato concesserit, non teneri; sed sufficere, si ad hoc quod ipsum pœniteat, *part.2 tract.15. resol.7.* Tenetur autem admonere pœnitentem, ut restituat; si culpabiliter in Confessione non obligavit (sed non absque ejus expressa licentia. Vide infra *verb. Sigillum, num.41.*) Imo si positivè dixit: *ne restituas, quia non teneris*, & postea pœnitens sit factus impotens, tenetur ipse restituere, & Nugnus *in addit. ad 3. part. tom.2. quæst.8. artic.4. dub.6.* docet etiam teneri, si in tali casu omisit culpabiliter pœnitentem obligare: quia sive sit Parochus, sive Parochi vicem gerat, tenetur docere pœnitentem necessaria, alioqui erit causa moralis, quod pœnitens non restituat, & peccabit contra justitiam. Sed contrarium docendum cum Bonacina *de restit. disputat.1. quæst.2. punct. 11. num 12.* quia Confessarius non tenetur ex officio temporibus bonis creditorũ prospicere, cum ab illis mercedem non accipiat; sed solum tenetur ex virtute Religionis monere pœnitentem ut restituat, in ordine ad illius salutem: unde, si id omittat, peccabit contra Religionem, non contra justitiam, nec tenetur ad restitutionem tenebitur, *p.2. tr.16. sequi opinione 1.* Debet vero Confessarius prosequi opinionem pœnitentis, si sit probabilis, etiamsi sua sit probabilior, *pœnitentiu. Vide verb. opinio, num.9.*

An verò teneatur pœnitentẽ admonere defectu cõmissos? Discordes sententiæ.

Certè tenetur admonere, ut restituat, si ad hoc obligare oblitus est in Confessione.

Sed impetrata ejus licentia.

Et si positivè dixit nõ teneri, & pœnitẽs fiat pauper, tenetur ipse restituere ad restitutionem.

Minimè verò si solum prius restituat, in ordine ad illius salutem: univativè nõ de, si id omittat, peccabit contra obligat. Et tenetur ad restitutionem tenebitur, p.2. tr.16. sequi opinionem 1. *Debet vero Confessarius prosequi opinionem pœnitentis, si sit probabilem probabilis, etiamsi sua sit probabilior, pœnitentiu. Vide verb. opinio, num.9.*

CONFESSARIVS
Quoad alia.

42 CConfessarius in peccato mortali Confessionem excipiens, peccat mortaliter. Sed si post audita peccata, ante absolutionem, actum contritionis eliciat, probabilis est opinio Henriquez *lib.6. cap.2 numer.6 in gloss. mortaliter. V.* contra Possevinum *de off. Curati, ter. cap.45. numer.45.* quod non peccat quia Sacramentum in absolutione perfici-

Confessarius audiẽs Cõfessiones in mortali, peccat mortaliter.

Si, ante quam ab-

solvat, non conteritur. Et probabile est, absolvendo pluret in peccato sine interruptione, unũ peccatum cõmittere.

tur, *part. 1. tract. 7. resolut. 47.* An verò Confessiones multorum successivè excipiens in mortali, absque notabili interruptione, plura peccata committat, vide *verb. Circumstantia, numer. 62.* Et quid agendum, quando urgente necessitate audiendi Confessionem, Sacerdos sit in mortali, &c. Vide *verb. Sacramentum. n. 10.*

Et pro eadem necessitate Missam interrumpere?

43. Confessarius secundum Valentiam *tom. 3. disp. 2. quæst. 4 punct. 4.* tenetur audire Confessionem existentis in periculo mortis, etiam cum vitæ discrimine, si ab ipso petatur, quia timet se non esse contritum & esse in extrema necessitate Confessionis. Sed hoc aliqui apud Coninch *de fide disputat. 25. dub. 7. numer. 89.* limitant in eo, qui ignorat sibi extra Confessionem opus esse contritione, & quid sit contritio, &c. ac proinde non cogit se ad illam habendam. Nam alioqui non dicetur esse in extrema necessitate, *p. 3 tract. 5. resol. 50.*

Et pro eadem necessitate Missam interrumpere?

44 Confessarius pro audienda Confessione infirmi in periculo mortis, secundum Zambranum *de Sacrament. Pœnitent. cap. 4. dub. 6. num. 5.* potest Missam inchoatam relinquere, etiam post consecrationem (servante interim aliquo Eucharistiam) post Confessionem ad perficiendum sacrum revertere. Si verò Confessio sit adeò longa, ut infra semihoram perfici nequeat, illum absolvat, monens, ut peracto sacro, nova occasione denuò ipsum accersat, & iterum auditum absolvat, *part. 5. tractat. 3. resol. 70.*

CONFESSARIVS.

Virtute indulgentia non potest eligi Confessarius ut in Iubilæo.

45 NOn potest eligi Confessarius virtute alicujus Indulgentiæ per modum Iubilæi concessa, ut sunt quæ conceduntur alicui Ecclesiæ, Capellæ, vel altari. Suarez & alii. *part. 10. tractat. 16. resol. 115.* Vnde Episcopus

Potest Episcopus delegare Sacerdotem assistentiam infirmo de nocte moribundo, ut conferat Indulgentias, quas Episcopus

potest concedere. Pellizzarius *ibid. §. & tandem.*

Potest Confessarius approbatus ab ordinario suas oves ubique extra diœcesim absolvere, sicut & Regulares.

46. Potest Confessarius approbatus ab ordinario suas oves ubique extra diœcesim absolvere, sicut & Regulares, Bordonus, & alii, *part. 10. tract. 14. resol. 39.* sed non potest absolvere neque excipere personas illius loci sine licentia eorum Ordinarii *ibid. tractat. 14. resolut. 23. & tractat. 16. resolut. 75 § Verum,* in casu necessitatis magni concursus potest Parochus approbatum alias a quocumque Ordinario amittere ad audiendas Confessiones. Leandrus, & alii. *ibid tr 16. res. 75.*

Non tenetur exactissimo examine.

47 Confessarius non tenetur examinare pœnitentem exactissimo examine, sed suavi, & humano Bordonus & alii, *part. 10. tract. 14. res. 3.*

Iesuita possunt absolvere à petitione debiti.

48 Solum Confessoribus ex Societate Jesu concessum est à suis superioribus, ut possint absolvere ad petendum debitum ex affinitate incestuosa contractum, & Confessoribus Regularibus debent concedi aliquot Confessores deputati ad absolvendum in hoc casu. Martin. à S. Joseph, *part. 10. tractat. 14. res. 20.* nec debent moneri conjugati, ignari de hoc impedimento ob melius bonum. *ibid.*

Nõ est dãda caro pueris capacibus usu rationis, secus fatuis & infidelibus Meretrices privantur Eccl. sepultura si non confitentur in Pasch.

49 Probabilior, & securior est si pueri ante septennium adepti sunt usum rationis, tenentur ad annuam Confessionem, & carnes non edere, Diana & alii, *part. 10 tract. 12. resol. 37* Faruis, & infidelibus possunt Carnes administrari, quia non subsunt legibus. Martin. *ibid. §.* Nota hic Meretrices, quæ in Paschate non sunt confessæ, & morientur absque Confessione, privantur Ecclesiastica sepultura, pueri usque 15. annum non tenentur ad istas pœnas. Leander & alii, *ibid. res. 36.*

Peccata dubia possunt esse materia Confessionis.

50 Peccata dubia possunt esse materia Confessionis. D. Thom. & alii, *p. 10. tract. 11. resolut. 2.* Sed quando reperiuntur certa pro certis, debent & iterum confiteri. Dian. & alii, *ibid. tractat 16. resolut. 59.* & qui ob verecundiam omisit aliquod peccatum tenetur repetere totam confessionem præteritam,

Relinquit per verecundiam

quæ

eundiam tenetur repetere totã Confess.

quæ fuit nulla. Leand. & alii *p.10. tr.14. r.19.*

CONFESSARIVS Regularis.

Confessarius Regularis potest audire pecc. cata professorum recentium.

1. CONfessarius Regularis audire potest Confessiones Professorum recentium, qui stant sub cura Magistri. Nam Clem. VIII. in decreto anni 1593. præcipit Superioribus Regularium, ut deputent confessarios, pro subditorum numero. Quod non est intelligendum, ut debeat apponi numerus confessariorum sufficientium, qui tamen habeant divisa onera confessiones recipiendi, ut interpretatur Suarez *de Religion. tom. 4. lib. 2. cap. 15 num. 7.* Sed quod sint multi confessarii, ut quilibet confiteri possit cui voluerit. Nam mens Pontificis in illo decreto fuit, Religiosorum in confitendo libertati consulere, ut patet ex illis verbis: *Nonnullos infirmiores interdum superiori suo conscientiæ maculas detegere formidantes, abducere posset in æternæ damnationis periculum, &c.* Et in hoc decreto nomine subditorum veniunt etiam recenter professi: nam ratio Pontificis militat particulariter pro ipsis. Adde, quod Clemens prædictus approbavit cõstitutiones Theatinorum, in quibus habetur, ut unusquisque confiteatur, cui voluerit ex Cõfessariis deputatis, absque ulla distinctione. Peregrinus contrarium tenet, quia dictus Clemens mandat iuvenes manere in novitiatu sub cura magistri, cui soli confiteantur, &c. Sed ibi Pontifex non tradit præceptum, sed consiliũ. Ita Molfesius *tom. 1. tr 7. cap. 14 n. 83 par. 3. tr. 2. resolut. 5.*

Et sæcularium mox in Ordine transiturorum, absq; approbatione Epi scopi.

2 ✝ Confessarius Regularis potest audire confessionem mox in suam Religionem ingressuri, absque approbatione Ordinarii ✝, eumque absoluere à casibus Episcopalibus secundum Vecchium, *d. spuriat. 9 dub. 7. num. 75.* qui sic suum Procuratorem de mente Clemen. VIII respõdisse testatur. Nec obstare contrarium decretum iussu eiusdẽ Clementis editum: quia in eo sermo est de sæcularibus, at proximè Religionem ingressurus non venit nomine sæcularium. *par. 3. tract 2. resol. 46.* Adverte etiam, quod si est approbatus ab Ordinario, virtute privilegiorum absolvere potest sæculares à censuris Episcopalibus, à casibus Papalibus occultis, & aliis Episcopalibus à iure. Vide *verb. Absolvere, num. 30.*

Et si est approbatus ab Episcopo absolvere potest casus Papales occultos, & censuras Episcopales.

3 Non tamen potest absolvere excõmunicationem per duellum incursam: quia eam Clemens VIII. sibi reservavit, decrevitque à nemine absolui posse virtute cuiuscumque privilegii. Et quamvis Hurtado in 2. 2. *disp. 170. sect 21 §. 201.* doceat, per hanc clausulam non derogari privilegiis Societatis, quia non exprimuntur: non est tamen admittendus, quia Societas expresse nominatur in decreto Sacræ Congregationis super casibus reservatis die 9. Ianuarij 1602. & eius declaratione die 26. Novembris 1602. Cæterum, quia insulæ Siciliæ, Corsicæ, & Sardiniæ secundum probabilem opinionem Gambaruptæ *de casi reserv. cap. 3. numero 8.* contra Megalam *in 1. par. libr. 1. cap. 13. numero 20.* non comprehenduntur sub nomine Italiæ, posset quis dicere, Patres Societatis in Insulis supradictis posse prædictam excommunicationem absoluere. *part. 5 tract. 14 resolut. 103.*

Non autẽ excommunicationẽ duelli.

Sed quid in hac Insula?

4 Potest nihilominus Confessarius Regularis dispensare in omnibus votis, in quibus potest Episcopus, excepto voto peregrinationis ultra duas dietas, cuiuscumque diœcesis sint voventes. Ita ex communi Tannerus *in 2. 2. disputat. 5. quæst. 4 num. 92.* Potestque vota commutare in minus bonum. Ita Medina *lib. 1. cap. 14 § 7. reg. 3 part. 3. tract. 5. resol. 25 §. Quartò.* Item dispensare potest cum cõiugaris incestuosis ad petendum debitum. Vide *verb. Incestus, num 3.*

Poteſt etiã dispensare in votis Episcopalibus.

Et cum incestuosis, ad petendum debitum.

5 Cæterum Confessarius Regularis non potest audire Moniales nisi sit approbatus ab Episcopo, propter bullam *Inscrutabili*, imo declaratio Card. habet, quod approbatus pro Monialibus unius

Mo-

Monasterii, non censeatur approbatus pro aliis *p.11.tr 2.ref.28.* Similiter non potest sæcularium Confessiones excipere, nisi sit approbatus ab Ordinario, ut decrevit Tridentin. *sessi.m.23.cap.15.*

Sed pro his omnibus debet esse approbatus ab Ordinario.

† Etiamsi autem hæc approbatio fiat ficte, externis scilicet verbis approbando, quem revera interius indicat inidoneum, validè confessiones audiet Suar. Lugo Pontius *de matr.lib.5 c.19 n.14.* & alii *p 11 tr.4.ref.17.* Circa quod aliqua sunt advertenda. Et primò quidem si Episcopus Regularem idoneum sine justa causa approbare renuerit. Secundum Fagundez *pract.2 lib.7.c.2. num.15.* & multos alios, potest nihilominus Confessiones, ac si probatus esset, excipere *ex Clement. dudum, de sepult.* quam per supradictum Tridentini decretum non revocari, solidè probat Fagundez *ubi supra.* Rodriquez *qq.Reg.tom.1.quæst. 59.artic.2* & alii Quamvis alii cum Suarez *tom.4 in 3 part.disputat.28 sect.1. num.5.* contrarium doceant. *part.3.tract. 2.resolutione 24 & part.5 tractat.13. resolutione 45 Videp.11 tr.2.ref.11. & 12. & tr.4.ref.13. & 14.*

Vel saltem idoneus, & Episcopo præsentatus.

Qui secundū aliquos non potest talem licentiam eis limitare, quoad viros tantùm.

6 Imò Villalobos *tom.1. tractat.9 diff. 53.num 2.* ut probabile admittit, & admissum à viris doctissimis Societatis testatur, quod Episcopus non possit Regularibus limitare licentiam Confessionum ad viros tantum, ex defectu ætatis, si aliud non accedat: nam Clericis annorum 25. conceditur ab Episcopis beneficium curatum absque ulla distinctione, quod magis procedere debet cū Religiosis, in quibus maior bonitas præsumitur. Et hanc sententiam multi sequuntur. Verum Episcopi solent limitare Regularibus licentiam ad tempus, locum, & personas. Et si quidem justa causa concurrat, legitimè id faciunt, ut docet Fagundez *ubi suprà num 1. part.3 tractat.2 resolut.25.* Si verò nulla interveniat justa causa ex probabilissima sententia Lezanæ *in summ cap.19. num.8.* & aliorum, talis restrictio non tenet *part.4.tr.4.resol 200.§. Ex his n.11. tr.2.ref 19.*

Ad tempus, locum, &c.

Saltem si ne iusta causa.

7 Petes an Episcopus, ubi concessit Regulari Confessionem ad certum tempus, vel simpliciter, possit illam revocare ante tempus, sine rationabili causa: Hurtado respondet affirmativè, ut videre est *de Sacrament. disputat.10. diff 19.* Quia ex natura sua est revocabilis, & nullo iure revocari prohibetur. Quare etiam licebit Episcopo Confessionem ad libitum à Regulari auferre, quemadmodum poterat à principio nō concedere. At contrarium tenendum est cum Mercero *in 3.part.quæst.8.artic.4 dub.2. num.8.* quod apud Gauantum *verb. Approbare,* declaravit Sacra Congregatio Episcopi, & Reg. in una Gienuen. & Oriol. anno 1630. Et ratio est: quia jurisdictionem Regulari non dat Episcopus, sed Papa per privilegia: Episcopus verò solum examinat, & idoneū appellat veluti per sententiam, quæ semel data, secundum Regulas iustitiæ non potest amplius revocari. Vnde, non obstante tali revocatione iniusta poterit Confessarius Regularis Confessiones excipere *part.3 tractat.1 resolut.22 & part.4 tractat.4 resolut.200.* Secus dicendum est de facultate illis concessa ad beneplacitum. Nam hæc potest quādocumque revocari, ut declaravit eadem Sacra Congregatio. *In una Papiensi 12. Martii 1619* apud Barbosam. *verb. Regularium Confessor. & verb. Approbare, part.4.lib.1 § Non desinam.* Quamquam Cœlestinus, *in Compend. tractat.1. cap.16 num.1.* dicat, etiamsi sit concessa ad beneplacitum revocari non posse. *part.5 tractat.13.resolut.45.* in fine. Vide etiam Peyrinum *privil.tom 1 constitut.2. Sixti IV.§.2.num.44 part.3 tract.2. resolut.26.*

Nec concessam simpliciter, vel ad certum tempus, ante elapsum tempus revocare.

Secus si concessit ad beneplacitum.

8 Petes iterum? An nouus Episcopus possit Confessarios Regulares à Confessione suspēdere, & ad examen vocare? Affirmativè respondeo cum Miranda, *tom.1 quæst.45 artic.7.* & Sacra Congregatione *in una Alban 1619.* apud Barbosam, *in Collect. verb. Appellare.* Quod etiam decrevit Pius V. & declaravit Sacra Congregatio apud Villalobos, *in summ. tom.2. tractat.9. diff.53 num.5.* Quamvis ipse limitet hoc decretum ad aliquem

Et nouus Episcopus potest revocare omnes licentias concedendi ad nouiter approbandum.

aliquem Regularem suspectum de sufficientia considerabili. Adverte autem, quod si Episcopus suspenderet generaliter Confessarios, non includerentur Regulares, sed debent nominatim exprimi, id quod procedit in omnibus odiosis. Ita Fagundez *prec.2 lib.7.cap. 2.num.28.* Ubi etiam notat, Confessarios Regulares non posse suspendi à Capitulo Sede Vacante, ex Privil. Clem.IV. *part.3 tractat.2 resolut.27.& part 4.tractat.4.resolutione 200.* in fine. Optanda esset hac in parte declaratio Pontificia propter authoritatem Doctorum inter se pugnantium *part.11.tr 8 res.52.*

Regularis approbatus in una Diœcesi, potest audire peccata in alia diœcesi, si in ea peregrinatur, & non potest commode se Episcopo præsentare.

9 Adverte hic, quod Confessarius Regularis approbatus ab Episcopo unius diœcesis, audire potest Confesionem in aliena diœcesi, non solùm diœcesani illius diœcesis, in qua approbatus fuit, quod habet ex dispositione iuris communis, sicut etiam Confessarii sæculares sed etiam diœcesanorum filius diœcesis, ubi in itinere reperitur, si ibi se Episcopo commode præsentare non potest, & Parochi non repugnant. Idque ex privilegiis Eugen.IV. & Gregorii XIII. concessis Minoribus, & Iesuitis. Sed dubium est, an hæc privilegia revocata fuerint per constit. Vrbani VIII. *edit, anno 1628. incip. Cum sicut accepimus* Sicut revocatum est privilegium concessum Congreg. S. Mariæ de Vallicella, quod Regularis approbatus in Vrbe, censendus sit approbatus pro toto Orbe, si solùm se præsentet Episcopis, & Romanam licentiam ostendat *part. 3. tr 2. resolut.123.* Hodie tamen propter decretum Vrbani citatum, & bullam Innocentii X. die 14. Maii 1648. non remanet dubitatio quin ista privilegia revocata sint *p.11 tr 2. res.11.*

Non tamen sufficit approbatio Vrbis pro toto Orbe.

Approbatus ab Episcopo sine licentia sui Prælati valide audit peccata.

10 Petes tandem: An Regularis pro audiendis validè Confesionibus sæcularium, non solùm Episcopi, sed sui etiam superioris licentiam habere debeat? Negativè respondeo cum Miranda *tom.2 quæst.45 artic.11-12.* contra Angelum apud Adrianum *quæst.1. de Confess. dub.1.* nam si est Sacerdos, & approbatus ab Episcopo, habet potestatem ordinis, & iurisdictionis. Neque dicas Episcopum facultatem concedere dependenter à suo Prælato, dum Episcopus nihil de hoc significat: nam potest absq; ulla dependentia illam conferre. Verum est quod Peregrinus *in comment. constit. sui Ord. part.1.cap.5.§.9.* tenet contrarium. Regularem peccare mortaliter Sed rectius ait Magala *part 1 lib.1 cap 15 num 8.* determinandum id esse ex statutis uniuscuiusque Religionis: ut si illæ obligent sub mortali, peccet mortaliter, si sub veniali, venialiter *part.1.tractat.11. resolut.13.*

Sed non licitè.

11 In Bullis Pontificiis & Sacræ Congregationis decretis, ubi imponuntur pœnæ privationum graduum, dignitatum, officiorum, &c. non comprehenduntur Confessarii Ita Filliuccius *tom.2 tractat.30.c.3.num.77.* contra Lezanam *cap.10 num 32. part 4. tractat.4 resolut. 224*

Confitendi facultas in Regularibus non clauditur in privatione generali gradum officiorum, &c.

12 Regularis absque licentia ordinarii non potest excipere Confessiones sæcularium existentium, & dormientium in Monasterio, potest illis Communionem, & extremam-Vnctionem præbere, etiamsi sint coniugati, & exeta Conventum dormiant *par.9.tract.9. resolut.36* Et si licentia concessa fuit ad beneplacitum, non expirat mortuo Episcopo, Pasqualigus *part 8. tractat.7. resolut.74* Idem dicendum est de Religiosis *(dictis li Benfratelli)* quod non possunt excipere Confessionem infirmorum, in eorum hospitalibus commorantium absque licentia ordinarii *part.8. tract.7. resolut.96.* Sic etiam equites S. Iacobi Alcantaræ, & Calatravæ debent Confessarios ab ordinariis confiteri, *ibid. resolut.96.*

Benfratelli, & alii non possunt excipere Confessiones infirmorum absq; licentia ordinarii.

13 Regularis non potest absoluere sæculares, qui percusserunt Clericum, etiam leui percussione. Sic Leone *de censur. recollect.5 num.350.* At in oppositum sentit Lezana, de mediocri percussione. Consule circa hoc quandam declarationem Sacr. Congregat. Episcoporũ & Regularium die 18. Iulii 1642 evulgatum. Vult Pellizzarius etiam

An Regularis possit absolvere à percussione Clerici.

posse Regulares vi suorum privilegiorũ absoluere a percussione enormi, modò sit occulta.

Negativa sententia tenenda.

14 At verò non recedendum esse à sententia negativa arbitror. Quanquam non desint viri docti, qui asseruant Regulares privilegiatos posse etiam hodie absoluere seculares à casibus Bullæ Cœnæ, si sint occulti. Cum quibus non stat Pellizzarius.

CONFESSIONIS Necessitas.

Confessionis præceptũ obligat singulos.

NEcessitas Confessionis urget semel in anno, & præterea in articulo mortis, & quotiescunque peccator vult Eucharistiæ Sacramentum suscipere.

Sed non pueros ante septennium. Etiamsi discurrãt.

1. Quilibet ergo fideles tenetur semel saltem in anno ex præcepto sanctæ Matris Ecclesiæ confiteri ✠. Quo præcepto ligari incipiunt pueri post septennium, quando nimirum rationis usus in eis esset; non autem antea, etiamsi sint doli capaces: nam hoc est per accidens, ad quod Ecclesia non respexit. Ita Sancius *disputat. 51. num. 31. part. 4. tractat 3. resolut. 52.* Tenentur autem in articulo mortis, in quo si dubium sit de usu rationis, & aliquod peccatum confiteantur, absolui debent sub conditione: nam sic eligitur pars tutior pro salute illorum, & iniuria Sacramenti cessat per conditionem. Ita Chapeavilla *de Sacrament. quæst. 14. part. 5. tractat 3. resolut. 68.* Imò probabile puto id fieri posse in vita. *part. 4. tractat 3 resolut. 53.* An verò ante annos pubertatis existentes incurrant excommunicationem synodalem aliquorum Episcoporum contra omittentes Confessionem annuam? Affirmat Hurtado *de Sacrament. disputatio. 7. de Pœnitent. diff. 9.* Sed probabilis est negativa sententia Merceri *in 3 part quæst. 6. art. 5. num. 7.* & aliorum: quia, (ut dicitur *in cap. 4. de delictis puerorum*) *in pueris relinqui solet inultum, quod in aliis progressionibus ætatis humanæ leges ducunt severiùs puniendum. par. 3. tract. 4 resol. 120.*

Imò excõmunicatio Episcopalis huic præcepto adnexa nec ligat impuberes.

Annus aũ tempr. præcepti computandus est à Ianuario in Ianuariũ.

2 Annus, intra quem Ecclesia præcipit semel confiteri, computandus est à Ianuario in Ianuarium: quia annus absolutè dictus communiter, & ordinariè sic computatur. Quamuis Suarez *disputat. 36. sect. 6.* doceat computandum esse à Quadragesima in Quadragesimam, aut à Paschate in Pascha. Unde qui confitetur in Ianuario præsentis anni, satisfaciet pro anno præsenti, & si confiteatur in Decembri sequentis anni satisfaciet etiam pro illo anno. Ita Vasquez *in 3 part. tom. 4 quæst 90. artic. 2. dub. 1.* Et Laymann addit *lib. 5. tract. 6. cap 5. num. 10.* quod, qui infra annum confessi sunt, & in sequenti Paschate reperiuntur infirmi in lecto, ac proinde communicare non possunt, non sunt ad Confessionem impellendi. Et ratio est, quia Concilium Lateranense *in cap. omnis utriusque sexus*, non assignavit pro Confessione tempus Paschale, sicuti assignavit pro communione: igitur quocunque anni tempore impleri potest. Imò addit etiam Laymann haud graviter peccaturum, qui annuam Confessionem ad modicum tempus ultra annum differret ex iusta causa, ut à Paschate ad Pentecosten, putans se tunc eam commodius peracturum. *part. 3. tractat. 4 resolut 81. & part. 4 tract. 4 resolut. 206. & olim in part. 2. tractat. 17. resolut. 14*

Et ex iusta causa paulò ulterius.

Hoc præceptũ obligat ad confitẽda omnia mortalia, quæ memorantur.

3 Tenetur autem fidelis hoc præcepto confiteri omnia peccata mortalia, non quidem omnia, quæ committit in eo anno, ut probabile putat ex citato Concilii capite Mercerus *in 3 part. quæst. 6. art. 5. num. 3.* Sed omnia, quæ recordatur, quando confitetur. Ita Hurtado *de pœnitent. diff. 11.* Unde qui in Ianuario v. gr. confessus est, non tenebitur iterum confiteri in Paschate, si nova mortalia committat, vel oblita recordatur, nisi communionis gratia, aut mortis occasione *part. 2. tract. 17. resol. 54. nec non part. 3 tract 4 resol. 124. & part. 4 citat.*

4 Non

Vnde non obligat eos qui nō habent, nisi venialia.

4 Non tenetur ad hoc præceptum, qui non habet, nisi peccata venialia: quia hæc de iure diuino non tenemur confiteri; Ecclesia verò vt notat Becanus *de Sacram. cap. 30. quæst. 6. num 3* non fecit nouum præceptum Confessionis, sed solum determinauit præceptum diuinum ad certū tempus *part. 3. tract. 4. resolut 75. & 125.* Imò aliqui apud Paludanum *in 4 diff. 17. qu. 1. artic. 4 conclus. 2.* tenent, Ecclesiam non posse præceptū Confessionis de solis venialibus indicere. Et quamuis contrarium doceat Benzonius *lib. 5. cap 15. dub. 6* & alij: nihilominus Molfesius, *tractat. 2. cap. 10. nō 21.* & alij docent. Clementinam vnicam *de statu monachorum*, vbi præcipitur Religiosis Sancti Benedicti, vt semel in mense confiteantur, non obligare sub mortali, quando non adsunt mortalia.

Vel etiam mortalia quæ iustis de causis explicari nō possunt.

Quod simile dici potest de vniuersali præcepto Ecclesiæ, & peculiari alicuius Religionis, *part. 3. resolut. 1: 5. citat. à §. Quæ omnia*, & quoad vltimum *in part. 5. tractat 13 resolut 35.* Ex quibus infertur cum Laymann. *lib. 5. tract. 6 c. 5. num. 18.* & aliis, non teneri ad Confessionem annuam, qui habet peccata mortalia, quæ iusta de causa confiteri nō potest. Quidquid dicat Nugnus *in Addit. ad 3. part. quæst. 6 art. 6. diff. 1.* teneri talem confiteri saltem venialia *part 3 tr. 4. resolut 125*

Sed an satisfaciat huic præcepto, qui confitetur sola venialia, quæ habet si postea cōmittat mortalia, vt non teneatur hæc in eodem anno confiteri.

5 Per Confessionem tantùm venialium secundùm Hurtado *de Sacrament disput at. 7 de pœnitent diff 11.* non satisfit præcepto Ecclesiæ secundum Ochagauiam *de Sacrament tractat 2. quæst. 9.* satisfit: vnde, qui in principio anni confessus est sola venialia, & postea committat mortale, secundum illum tenetur intra eundem annum iterum confiteri. Secundum istum non ita, & hanc opinionem certiorem putat Mercerus *in 3 part. quæst. 6 art. 5. num. 3.* quia Ecclesia præcipit tantùm Confessionem mortalium *part. 4. tr. 4. resol. 206.* in fine.

Nemo tenetur Cōfessionem annuam præuenire ob periculum obliuiscēdi multa peccata.

6 Tenet Nugnus *in 3. part. tom. 2. quæst. 6. art 5 diff. 1. conel. 4.* quòd, si adest periculum obliuiscendi multa peccata, tenetur quis iure diuino confiteri, etiam ante annum: quia iure naturæ tenemur ad integram Confessionem, & consequenter ad præueniendum periculum illam dimidiandi. Sed hæc opinio non est tenenda quia si hoc esset, homo sæpè teneretur confiteri infra annum, cum regulariter homo non possit recordari peccatorum vnius anni: & nihilominus Ecclesia obligationem iuris diuini determinauit ad singulos annos. Ad argumentum Nugni respondetur, nos non teneri ad integram Confessionem peccatorum, quæ fecimus, sed eorum, quæ recordamur, adhibito prius sufficienti examine. Ita Turrianus *de pœnitent. quæst. 6. art 2 disput. 19. dub. 4.* Villalobos *in summ. tom. 1. tractat. 5. diff. 17. num. 7.* & alij *part. 3 tr. 4 resol 155.*

Tenetur verò, si in fine anni timeat de futuram copiam Cōfessarij.

7 Tenetur tamen fidelis præceptum annuæ Confessionis præuenire, si timet, quòd in fine anni, quando vrgebit præceptum, non erit copia Confessarij. Nam cuti in die festo, qui præuidet se non posse hora nona Sacrum audire, tenetur anticipare. Quod etiam dicendum est de præcepto Communionis in Paschate. Ita Laymann *Thom moral. lib 5. tract. 6 cap. 5 num 9* & alij. Sed quoad Cōfessionem Ioannes de la Cruz, *p. 2. de Sacram. Pœn. q. 3. dub. 3. conclus. 3* contrariam opinionem probabilem putat. Et quoad Communionem Azorius *tom. 1. lib. 11. cap 41. quæst. 13.* contrarium asseruit *p. 3. t. 4 res 69*

Qui in anno Confessionem præceptā prætermisit, tenetur cōfiteri quāprimum. Sed aliqui id negant. Et in prima sententia, si is Confessionē multo differret vnā peccatum

8 Quòd si anno transacto, præceptum confessionis quis non impleuerit, ex communi, & probabiliori opinione Doctorum, quos citat & sequitur Villalobos *diff 28. numero 8.* tenetur primo quoque tempore confiteri. Quia annus assignatur vt non prætereatur, non verò vt, eo præterito, cesset obligatio præcepti. Sed Filliucius, *tom. 1. tract 7. capit. 3. num 54.* probabilem putat contrariam sententiam Diui Antonini, Syluestri & aliorum. Primò, ob auctoritatem Doctorum. Secundò: quia præceptum affirmatiuum obligat determinatè pro certo tempore, vt præceptum ieiunij Horarum Canonicarum, &c. *parte 3. tract. 4. resolutione 130.* Posita verò prima opinio

sommitteret. ne, qui Confessionem omitteret non committeret tot peccata, quoties oblata opportunitate confitendi non confiteretur, ut docuit Bonacina *de Sacramen. disputatione 5 quæst. 5. sent. 2 punct. 4. num. 50.* Sed unum solum eo quidem gravius, quo diutius Confessionem sine causa differret. Ità Nugnus *in add. 3. p. tomo 2 quæst. 6. ar. 5. diff. 5.* & alii *par. 3. t. 4. res. 135.*

Peccat verò mortaliter contra hoc præceptum excõmunicatus negligens absolui, ut valeat cõfiteri.

9. Obligantur etiam hoc præcepto excommunicati ad rollendum vinculum excommunicationis, unde si eius absolutionem negligunt impetrare, peccant mortaliter contra hoc præceptum. Ita Layman *lib. 1. tr 5. c. 2 n 38 par. 3. t. 9. res. 88.*

An huic præcepto satisfaciat quis invalidè confitendo?

10. Sotus, *in 4. dist. 18. art. 3* Suarez *in 3. tom. 4. disp. 36. sect. 7. num 3.* & alii docent, huic præcepto non satisfieri per Confessionem validam voluntatiè, ex defectu nimirum doloris, propõsiti, &c. Ratio est, quia ex supra dictis Ecclesia non præcipit aliam Confessionem, ab ea quam Deus fieri mandat. Sed Deus præcipit veram, & validam Confessionem: ergo etiam Ecclesia. Hæc opinio est probabilior, quam tenet etiam Henriquez, *lib. 4. cap. 4. §. 1* qui tamen advertit, quod licet faciens Confessionem voluntariè nullam, non satisfaciat Ecclesiæ præcepto, liberatur tamen ab excommunicatione imposita in quibusdam constitutionib. Synodalibus contra tale præceptum transgredientes. Sed probabilis quoque est absoluta sententia Paludani *in 4 dist. 17. qu. 7.* & aliorum, quod talis satisfaciat præcepto. Tum quia Ecclesia non potest præcipere actus internos; sed solùm externum actũ Confessionis. Tum etiam quia remissio peccatorum est finis huius præcepti, & ideò non potest cadere sub præcepto. *parte 3. tract. 4. resolutione 120.*

Probabilius est, non satisfacere, quãvis liberetur ab excommunicatione synodali.

Sed probabile etiam satisfacere.

11 ✠ Tenetur præterea quis ad Confessionem quoties habet peccatum mortale, & vult, aut debet communicare, aut celebrare Missam. An autem in casu necessitatis possit quis communicare, aut celebrare cum conscientia peccati mortalis sine prævia Confessione, & ad quid teneatur in tali casu, vide V. *Celebrare Missam, an. 33.*

Tenetur infrà annũ confiteri, qui est in mortali, & vult communicare, aut celebrare.

12 Ad Extremam Vnctionem non est necessario præmittenda Confessio, ut dicemus V. *Extremæ Vnctionis, n. 19.*

13 ✠ Est autem necessaria Confessio in articulo mortis necessitate præcepti divini, quando adest copia Sacerdotis (nã in nullo casu debet quis confiteri Laico, ut diximus V. *Cõfessarius n. 2.* quã vis possit per illum absolui à censuris, ut dictũ est V. *Absoluere, n. 57.* Nec improbabiliter docent Vasq. Suar & alii, illo præcepto nos etiã aliquando in vita obligari, quia est tabula post naufragium, quã non solum tenemur arripere cum certò imminet mors, sed etiam quando adhuc est spes evadendi. *p. 11. t. 8. res 38. & 39.*

aut celebrare.

Non antẽ ante extremam Vnctionem.

Rursus cõfiteri tenetur fidelis in periculo mortis.

Non Laico.

14 Potest autem licitè moribundus petere absolutionem peccatorum à Sacerdote, etiam excommunicato, hæretico, irregulari, &c. si non est alius. Vide V. *Scandalum n 10.*

Sed Sacerdoti, quicũque ille sit.

15 Quoniam verò Pius V. in Bulla *super gregem, edita anno 1566.* præcipit, ne medici ultra tertium diem ægrotum visitent, nisi de illius Confessione per Confessarii chirographum certificent, additque in Doctoratu exigendum à medicis iuramentum servandi hanc constitutionem, quæ renovatur in cap. *cum infirmitas, de pœnit. & remiss.* Advertè cum Nugno *in Addit. ad 3. part. tom. 2. quæst. 6. art. 5. difficult. 2.* contra Cherubinum, *compen. Bull. tomo 2. constitut. 3. Pii V. schol. 2.* dictas leges non obligare, nisi in morbo gravi, vel qui in principio prudenter iudicatur periculosus, ut gravis efficiatur. Item supradictam monitionem fieri posse à me, dico per alios: nam sic dictas leges interpretata est consuetudo. Ita Homobonus *de statibus p. 2. c. 5.* Tertiò si æger admonitus nollet confiteri, non debere à medicis in probabili mortis periculo deseri. Imò, si medicus prudẽter iudicaret monitionẽ nil profuturã, nec illum monere teneretur, neque deserere, quia Pontifex nihil frustratorium præcipit. Ita Sanch. *summ. tom. 1. lib. 3. cap. 16. num.*

Medici autẽ non tenẽtur ægrotũ de Confessione monere, nisi in morbo gravi.

Et tũc nec per seipsos. Nec tenentur impœnitentem deserere. Aut non profuturã monitionẽ adhibere.

Sufficit autem eis testimoniũ domestico-rum, quæ fit cõfessus. Et sic usu recepta est constit. Pius V. & hoc modo medicijurant se servaturos.

num. 10. 11. *p.* 11. *tract.* 1. *res.* 22. Quartò, sufficere medicis, quod de Confessione ægroti testentur ejus domestici fide digni: vel etiam ipse, si est magnæ auctoritatis. Et sic interpretata est consuetudo constit. prædictæ secundum Nugnum, *ubi suprà*. Et tandem juramentum à medicis præstitum exequendæ dictæ constit. intelligi in quantum usu recepta est. Ita Sanchez *uti suprà. p.* 3. *tract.* 4. *resol.* 93. Quæres an quis propter periculum incurrendi in nova peccata teneatur frequentius confiteri quã semel in anno? Affirmat cum plurimis aliis Cajetan. *in summ. verb. confess.* §. 5. At rectè contrarium tenet, & docet Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disputat.* 15. *sect.* 4. *num* 45. *& seqq.* qui tamen affirmat teneri sub mortali sæpius intra annum elicere actum contritionis ad vitandum periculum illud incidendi in nova peccata mortalia; quamvis non sit necessarium interrogare de hoc pœnitentem, nec eum admonere in particulari de tali obligatione, *part.* 7. *tract.* 12. *res.* 31.

Non tenetur infra annũ quis confiteri ob periculum incurrendi in nova peccata. Licet teneatur confiteri.

CONFESSIONIS Modus.

Confessio debet fieri ore proprio. Quamquam in aliquibus casibus, quidam admittant fieri posse dando peccata scripta Confessario præsenti.

16 COnfessio, primò extra necessitatem faciendæ semper est ore proprio. Sic enim habet Ecclesiæ consuetudo. † An verò hæc consuetudo obliget sub mortali, ita ut non sit absolvendus, qui præsenti Confessario sine causa præberet peccata scripta, & de illis se accusaret? Affirmat Fagundez *prac.* 3. *lib* 3. *cap.* 1. *num.* 8. quia talis mutatio est gravis, & in re gravi. Sed Villalobos *tom.* 1. *tract.* 9 *diffic.* 31. *num.* 1. putat, talem non committere, nisi venialem; &, si id faceret ex causa rationabili, nullo modo peccare. Quod, & Laymann. *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 6. *num.* 3. cum aliis admittit, & assignat duos casus, quorum unus est, si quis magnum pudorem sentiret in proferendis peccatis; alter, si ægrotis guturis angorem pateretur, ita ut vix, aut ægrè posset ore tenus confiteri. Ratio verò est; quia consuetudo prædicta videtur non obligare in his casibus, *p.* 3. *tr.* 4. *res.* 127.

17 An vero ad implendum præceptum in Paschate, vel in articulo mortis non solum quis possit, sed etiam teneatur confiteri per scriptum, si alio modo non potest? Affirmative respondent Turrianus *de pœnit. quæst.* 9. *art.* 2. *disputat.* 32. *dub.* 2. Becan *de Sacrament. cap.* 37. *quæst.* 7. *num.* 2. & alii. Quia præceptum Ecclesiasticum ordinatum ad implendum divinum, obligat ad adhibendam diligentiam, & apponenda media, quæ non sunt magnæ difficultatis, qualis est Confessio scripta; nam in hoc est modicus labor, & periculo publicationis occurri potest adhibendo cautelam, ut post lecturam Confessarii comburatur, &c. Sed negativam sententiam Ioannis de la Cruz *in direct. conf.* 2. *de Sacrament. Pœnitent. quæst.* 9. *dub.* 7. *concl.* 1. & aliorum probabilem puto. Quia peccata scribere, & confessario scripta præbere, est modus confitendi insolitus, & de se publicus. Quod satis est, ut lex Ecclesiastica ad id non cogat, *p.* 3. *tr.* 4. *res.* 128. & *p.* 5. *tr.* 6. *resol.* 4. 5. & 19.

An ad implendum præceptum annuum vel articuli mortis, qui aliter non potest teneatur confiteri per scriptum?

Aliqui affirmant.

Alii probabiliter negant.

18 Et ob eandem rationem non tenetur quis confiteri per interpretem, si alio modo non potest. Et ideo dicitur in Concilio Lateranen. *Omnia sua solus peccata confiteatur proprio Sacerdoti.* Ita Sancius *in selectis disputat.* 33. *numer.* 8. & alii. Et hoc Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 99. *artic* 4. *dub.* 3. & alii, procedere etiam dicunt in articulo mortis. Granados *in* 3. *p. controv.* 7. *tr.* 1. *disp.* 9. *sect.* 6. *n.* 28. contrarium docet: nam alioqui moribundus exponeretur gravi periculo damnationis, quia contritionem in illo articulo habere, difficile est; & sine contritione peccatum mortale non remittitur, saltem si non recipiatur aliud Sacramentum. Favet huic sententiæ D. Thomas *addit. ad* 3. *part. quæst.* 9. *art.* 3. *ad* 2 affirmãs, præceptum Confessionis obligare ad adhibendum interpretem, si aliter non potest, quod saltem protedit in articulo mortis. Sed ego dicen-

Aliqui affirmant.

Alii probabiliter negant.

Quod etiam in primo casu dicẽdũ est de Confessione per interpretem.

Et in secundo, si moribundus probabiliter putat se contritum. Si autem putat contrarium, tenetur interpretem adhibere. Sed non ad confessionē integram materialiter.

dum puto cum Fagundez, *pract. 2. lib. 1. cap. 6. num. 8.* quod si pœnitens moribundus in peccato mortali existens, habet probabilem existimationem quod sit contritus, non tenetur confiteri per interpretem, quia tunc Confessio non est adeò necessaria ad salutem, nec Deus videtur obligare cum tanto onere. Si autem probabiliter dubitat, se non esse contritum, tunc tenetur, tum ex præcepto divino, tum ex naturali propriæ charitatis, ne damnationis periculo se exponat. Non tenetur autem in tali casu facere Confessionem integram materialiter, sed tacere potest illa peccata, ex quibus nota bilis infamia sibi, vel alteri sequi potest, *part. 3. tract. 4. res. 129. & p. 5. tr. 3. res. 72.*

Quandocumque verò præceptū, urgeat, qui non potest confiteri verbis, tenetur confiteri nutibus, & signis.

19 Tenentur autem, qui non potest verbis confiteri signis, & nutibus, ut est mutus, vel qui non habet nisi confessarium surdum quando præceptum confessionis urgeret, pœnitens posset peccata confessario manifestare per signa; nam ex hoc nullum sequitur inconveniens. Ita omnes DD. apud Hurtadum *de pœnit. disp. 8. dis. 3.* Et Megala *part. 1. lib. 5. cap. 8. num 11.* asserit mutum in tali casu sufficere explicare ea peccata; quæ potest judicio prudentis. Imò Fernandez *part. 1. docum. 4. num. 33.* putat, Confessarium, cum urget præceptum confessionis, posse absolvere mutum, si signa doloris ostenderit, etiamsi nullum potuerit ex ejus signis peccatum percipere, dum non est alius Confessarius, qui melius intelligat, *p. 5. tractat. 6. res. 3. & 19.*

Quibus qui in articulo mortis petit absolutionem.

20 Sed hunc casum ultimum paulò altius discutiamus. Nam Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 6. ad 1.* & omnes ferè Thomistæ tenent, moribundum, qui loqui non valens, absolutionem à Confessario nutibus quærit, non posse absolvi. Primò, quia Confessarius non habet per hos nutus sufficientem notitiam. Secundò, quia nihil proponitur absolvendum, cum non explicentur peccata in particulari. Tertiò, quia peccata talis moribundi non possunt remitti directè cum non explicentur; nec indirectè, quia peccatum in communi, ut ab eo explicatur, non est remissibile. Et tandem, quia hic non verè confitetur, sed solum habet voluntatem confitendi. Sed affirmativa sententia tenenda est cum Regio *in reserv. cas. 39. num. 4.* & aliis multis. Nam, sicut necessitas excusat aliquando Confessionem dimidiatam, ita excusare potest Confessionem in genere, quia non magis est necessaria ad Confessionem explicatio peccatorum in particulari, quam integritas. Confirmatur primò; quia qui recordatur se commisisse mortale, & non recordatur speciem, sufficienter confitetur illud in genere. Confirmatur secundò, quia talis dat veram materiam, scilicet accusationem sui, cum ostensione doloris, ex quibus Confessarius cognoscit statum illius, quantum hic, & nunc potest cognosci. Nec Deus requirit à nobis aliquid supra vires. Et hanc sententiam determinant Canones, & Rituale Romanum Pauli Quinti ad primum argumentum dicimus, dari notitiam, quæ potest, & in tali casu sufficientem. Ad secundum, proponi absolvendam offensionem divinam personæ particularis, quæ est materia sufficiens. Ad tertium, offensionem divinam in genere absolvi directè, peccata verò singula indirectè, ut contingit in peccato oblito. Ad quartum, non dari solum voluntatem confitendi, sed etiam Confessionem peccatorum in genere, significatam per nutus, *part. 3. tract. 3. resolutione 1.*

Et absolvendus.

Immo absolvi debet si nec audit, nec loqui potest, pulsat autem sibi pectus, & oculos in cœlum tollit.

21 Sed hic insurgunt alia duo dubia. Primum est, an Confessarius possit absolvere moribundum, qui non audit, nec loqui potest, sed pugno pectus sibi pulsat, & oculos in cœlum tollit, vel ad imaginem vergit cum suspiriis? Et Megala *in prima parte lib. 1 cap. 11. numer. 8.* negativè respondet; Quia signa contritionis adhibenda sunt in ordine ad claves, vocando Sacerdotem, &c. Sed Chapeavilla *de Sacrament. ministr. tempor. pestis cap. 3. quæst. 11.* affirmat. Quia in tali casu adest tacita Sacerdotis

cerdotis petitio. Illa enim signa in articulo mortis non fiunt nisi dolore manifestando, & medicinæ quærendæ. Et sanè, si is posset, peteret Confessarium, quod quilibet peccator facit, dum potest. Et tandem ex D. Augustino *sermon. 44.* tunsio pectoris est signum manifestativum peccati, & sic tacita peccati Confessio. Hæc opinio est pia, & Confessarius suaderi debet ut talem absolvat sub conditione. Neque dicas, in tali casu adesse aliquam Confessionem, sed non Sacramentalem, quæ facienda est Sacerdoti. Nam, dum is tacitè confitetur, petit absolutionem ab eo, qui habet potestatem. Vbi nota, quod aliter dicendum est de Confessione Sacramentali, ordinata ad absolutionem; aliter de Confessione generali facta Deo & Ecclesiæ sine hoc ordine qualis fit per *Confiteor*. Et quidem prima sufficit ad dandam absolutionem, secunda non item. Vnde qui ad pedes Confessarii prostratus ut confiteatur, apoplexia corriperetur, absolvi posset. Non tamen Sacerdos, qui post inchoatam Missam dictumque *Confiteor* tale symptoma contingeret. Ita Laymann *lib. 5. tract. 6 cap. 8 num. 4. part. 3. tractat. 3. resolut 2.* Sed novissimè docet Marchinus, etiam Sacerdotem in tali casu absolvendum esse *part. 4. tract. 4. resol. 92 §. Notandum est*, in fine.

Etiamsi dubium sit, num talia signa procedant ex contritione, an ex dolore mortis?

22 Secundum dubium est, an talis sit absolvendus, si dubium sit, an prædicta signa orta sint ex contritione, an verò ex mortis angustia? Et respondeo cum Sancio, *select. disput. 44. numer. 35.* absolvi posse sub conditione, quia talis absolutio prodesse potest infirmo, & non obest Sacramento, *part. 3. tract 3. resol. 3.*

Confessio debet fieri Confessario præsenti, & ab eo præsente absolvi.

23 SECVNDO, Confessio Sacramentalis non potest fieri Confessario absenti, & ab illo absente recipi absolutio. Nam Clemens VIII. per suum decretum anno 1602. damnat ut falsam, temerariam, & scandalosam istam propositionem. *Non licet per litteras, seu internuncium, Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere.* Sed Villalobos *tom. 1. tractat. 9 difficult. 37. numer. 6.* & alii, inter quos novissimè Gamachæus *in 3. part cap 19. §. 4. de Sacrament. Pœnit.* & Kellisonius, *in 3. part. tom. 2. quæst. 9. artic. 3. dub. 3.* putant Clementem VIII. damnasse supradictam propositionem in sensu copulativo, quatenus tam Confessionem; quam absolutionem in absentia factam includit. Quæ opinio probari potest primò; quia Pontifex adhibet particulam, *&*, quæ copulat, non, *vel*, quæ disjungit. Secundo, quia damnat illam propositionem in singulari, ac proinde per modum unius hypotheticæ. Tertio, quia quæstio quam dirimere intendit, non erat de sensu divisivo, sed de copulativo inter DD. Igitur in hac sententia Confessio facta absenti esset valida, dummodo absolutio conferatur præsenti. Advertit tamen Gamachæus, talem Confessionem à Pontifice declarari illicitam; excusari tamen posse bona fide, quia decretum loquitur de iis tantum, qui prudenter, & scienter contra prohibitionem ausi fuerint confiteri. Verum ipse puto cum Freyta *addit. ad tractat. de possit quis confess sollicit. quæst. 13. numer. 31.* & aliis multis, esse de necessitate Confessionis, ut fiat in præsentia Sacerdotis; quia est actus personalis, quemadmodum absolutio, & Clement. VIII. in prædicto decreto non solum damnasse absolutionem absente pœnitente, sed etiam Confessionem absente Confessario, quod Sylvius *in 3. part. quæst 9. art. 3. post conclus. 4.* testatur declarasse ipsum Clementem Cardinali Bellarmino, & declaravit postea S. Congregatio apud Coquetium *differt. de conf. per litt. c. 5. n. 15.* Igitur Confessio facta Sacerdoti absenti, non solum est illicita, sed etiam invalida, *p. 3. tr. 3. res. 7. & p. 5. tr. 17. res. 60.*

Ita ut non possit quis confess sollicit. quæst. 13. numer. 31. & aliis *confiteri absenti, & ab ea post eo præsente absolvi.*

24 Cæterum ex hac sententia sequi videtur non posse absolvi moribundum, qui absente Confessario Confessionem petiit, vel signa pœnitentiæ dedit, aliquibus id testantibus. Et ita tenet Turrianus *de Pœnit. quæst. 9. artic. 2. disp. 32. dub. 4.* cum aliis quamplurimis. *Poteſt nihilominus absolvi moribundus qui dedit signa abſente Confeſſario,*

Sed

Si huic præsenti testentur auditores illa vidisse.

Sed nihilominus tenendum est cum Vasquez *in 3. part. tom 4. quæst. 91. art. 2. dub. 1. num. 4 & 5.* & aliis multis absolvi posse. Hanc sententiam clarè docuit D. Thomas *opuscul. 65. §. de Extrem. Vnctione*, & Clemens VIII. apud Coninch *de Sacrament. disput. 7. dub. 10. post nu. 61.* respondit, se in decreto de quo supra hunc casum non comprehendisse. Quæ responsio quamquam ab ipso manaverit, ut Doctore privato, satis probat prædictum decretum huic opinioni nō derogare. Accedit auctoritas Conciliorum Arausicani I. *cap. 12.* Carthaginensis III. *cit. in cap. ægrotantes de cons. distinct. 4. & IV. cap. 67. cit. in c. 8. eadem causa*, S. Leonis Papæ Epist. 89. Et tandem Ritualis Romani editi anno 1615.

Nam talis Confessio est quodāmodo præsens.

Ad argumentum supra positum de absentia Sacerdotis, respondetur, talem Confessionem non fieri omninò absenti, si adstantes talem Confessionem coram infirmo repeterent tanquam interpretes. Ita Sylvius *in 3. part. quæst. 9. artic. 3. conclus. 4. part. 2. tractat. 13. resolut 13. & part 3. tract. 3. resolut. 4.* Vnde ob contrariam rationem, si testes, non in præsentia moribundi, sed in ejus absentia testentur Sacerdoti de signis contritionis moribundi, non potest confessarius illi absolutionem impendere. Sed quia Bonacina *tom 4. disput. 2. quæst. 3. punct. 33. num. 4.* & alii multi tenent, etiam in hoc casu moribundum absolvi posse: hanc opinionem probabilem censeo, *part. 3. tractat. 3 resolut 7.* † & recitanter *in part. 4. tract 4. resol. 92. §. Notandum est.* Si testes referant Confessarium se ab aliis audivisse, quod æger petierit confiteri, potuit absolvi. Card Lugo *de pœnit. disput 7. sect 5. numer. 81.* oporteret tamen dari absolutionem sub conditione, Busenbaum *lib 6. tr. 4. c. 1. dub. 3. art. 2. ita p. 11. tr. 7. res. 31.*

Secus si testes testentur in absentia de signis.

Et tamen etiā in hoc casu probabile est absolvi posse.

At quot testes in tali casu requirantur?

25 Sed ad hoc supersunt aliqua dubia circa prædicta. Primum est, quot testes requirantur ad testandum in tali casu coram Sacerdote, & moribundo de signis pœnitentiæ ab illo editis? Et videntur requiri plures. Quia S. Leo, & Concilia citata loquuntur de testibus in plurali. Sed Sanctius *disp 44. num 35.* docet, sufficere unum. Nam Felinus *in cap. veniens, etsi 1. num. 8. de testibus*, ait, standum esse dicto unius, ubi non agitur de præjudicio alterius. Nec oportere, quod sit Christianus, sed quemcumque sufficere: nam præsumptio in hæretico, &c. est quod deberet negare, ne fiat Sacramentum, & sic in favorem. Debere tamen absolvi sub conditione, *si signa dedisti, p. 3. tract. 3. resolut 5.* Et ita tenendum est *p 2 tr. 13. res 13.* in fine.

Vnus, ait Sanctius.

Etiam si sit Paganus.

Cōfessarius potest absolvere moribundum sine sensibus, si illum confiteri antea audivit.

Non autē si nunquā signa dedit, vel Confessionem petiit.

Sed, si erat bonus vir affirmativa sententia non est improbabilis.

26 Secundum dubium; An Confessarius possit absolvere moribundum sensibus destitutum, quem paulò ante confitentem audierat, & postea recessserat antequam absoluisset? Et respondeo affirmativè cum Chapeavilla *de modo ministr. Sacrament. temp. mortis, cap. 4. dub. 2. section. 7. quæst. 13.* dummodo non constet de mutato proposito. Nam non debet præsumi mutari. Nec est in hoc majus dubium, quam in contrahente per procuratorem, *part. 3 tract 3. resol. 6.*

27 Tertium dubium: An dari possit sub conditione absolutio moribundo, qui nec confessarium petiit, nec ulla signa pœnitentiæ dedit? Et negativè respondeo cum Henr quez *lib. 3. c. 10. n. 9.* Quia non potest dari absolutio, ubi nulla est accusatio. Nec dicas cum Homobono *part. 1. tract. 7 cap 18. quæst. 84.* talem fortasse habere actum contritionis internum cum voluntate confitendi. Nam talis voluntas debet exterius manifestari per signa: Sacramentum enim, quia sensibile, requirit materiam sensibilem. Cæterum sententiam affirmativam præter Homobonum dubit Gregorius XV. dum erat Archiepiscopus Bononiensis, *in memor. Confess. cap. 1. numer 16* Et testantur practicatam esse à Clemente VIII. cum quodam, quem cadere vidit à fabrica D. Petri. Docuit etiam Faustus *tom. 1. lib. 4. quæst. 202.* Qui omnes loquuntur de moribundo alias bonæ famæ, & probatæ vitæ: quia is præsumi potest habere aliquem dolorem factum sufficienter sensibilem per testificationem bonæ famæ. Et tandem

Prima tamen est verior.

Bava *institut. Relig. Christ. lib. 2. cap. 91.* docuit, talem absolui posse per modum suffragii, cum conditione tacita, vel expressa, *in quantum possum, & tu es capax, par. 3. tract. 4. resolut. 8. & par. 4. tractat. 4. resolut. 92.* Vnde hæc opinio est probabilis saltem per locum extrinsecum. *p. 11. tr. 7. res. 31.* Non est tamen recedendum à prima sententia, *part 3.* Cui addit Sancius *in edit. Lugd. disput. 44. n. 35* quod si moribundus absente confessario dedit quidem signa, sed nullus id testatur, non potest confessarius sub cõditione absoluere. Et, si aliquis mentiatur se signa doloris vidisse, quæ ille revera elicuit, non illi profuturam absolutionem, quia interpres est formaliter falsus, *part. 5. tractat. 3. resolut. 56. §. Observat.*

Addit Sancius, nec posse absolvi si dedit signa, sed nemo id testetur.

28 Quartum dubium: An, quando adest probabilis opinio, confessarius possit, & debeat absolutionem impendere, & sub conditione? Respondeo. Vide verb. *Opinio, num. 6.*

Quãdo est opinio probabilis, quod moribundus absolui possit, Sacerdos adidtenetur.

29 ✠ TERTIO Confessio debet esse secreta ✠. Nam regulariter ad Confessionem publicam nemo tenetur, sicut supra dictum est de Confessione per interpretem, nisi quis in articulo mortis dubitans se esse contritum, non posset nisi publicè confiteri, ut tempore pestis, naufragii, &c. Nam tunc plus timenda est mors æterna, quam aliqua famæ iactura; sed hic non tenetur explicare omnia peccata, sed potest omittere graviora, *part 2. tractat. 16. resolut. 41. & part. 3. tract. 11. resolut. 23.* Imò sufficit dicere unum peccatum, vel ut docet Hurtadus *de Sacrament. Pœnitent. disp. 9. diff 10.* aliquo signo declarare se esse pœnitentem, ut si in naufragio, bello, &c. dicat confessarius, ut omnes, qui volunt confiteri genuflectant: nam tũc satis est genuflectere, *part. 5. tract. 3. resolut. 73.* & confessarius potest omnes in communi absoluere. *Ego vos absoluo à peccatis vestris. Ibidem, & tract. 11. res. 13. & in par. 1. sup. cit.* in fine.

Nisi in aliquo casu per accidens.

30 Idem dic, si quis in platea vulnus lethale reciperet, & non posset simul animæ, & corporis medicamentum admittere, nec medici vellent per modicũ à medendo desistere. Quòd enim ait Mancinus *præcept. 4. dub. 10.* in tali casu debere peccata signis & nutibus, ut potest, coram necessariis tantum personis manifestare, monendo eas, ut oculos, & aures advertant, & si quid audierint servandum sub sigillo: hoc inquam viris doctis non satis placet. Ego verò, si possem, unum peccatum audirem, & absoluerem, confessionem integram absoluturus post medelam. *ibid. resolut. 56.*

In quo nec tenetur confiteri integrè.

31 Confessio facta invalida de reservatis Delegata, tollit reservationem, *par. 8. tractat. 7. resolut. 65.* Reservatio non includit peccata dubia. *ibidem resolution 72.* Sic etiam confessiones in domibus prohibitæ à Synodo Diœcesana, non sunt nullæ, quamquam puniendus est confessarius. *ibidem resolutione, 73.* Non confessus elapso, unica confessione satisfacit annuæ confessioni, elapsi, & præsentis anni. *Ibid. res. 80.*

Confessio facta in domibus non est invalida sed puniendus confessarius est.

32 In confessione non est aperienda circumstantia Sodomiæ (nisi propter reservatum) si cum fœmina, vel cum masculo illam commisit, sed satis est dicere, peccavi contra naturam, *ibid. res. 86 p. 9. tract. 8. res. 66.*

Sed Sodomia est peccatũ reservatũ, aperienda est eius circũstantia.

33 Vicarius electus à Capitulo mortuo Archiepiscopo non potest revocare licentiam confessionis datam Regularibus, *ibid res. 94.*

Taciturnitas peccatis nõ impedit satisfactionem annuæ confessionis.

24 Adimplet præceptum annuæ cõfessionis, qui aliquod peccatum ex iusta causa tacet in confessione, & non tenetur amplius eo anno confiteri, & eadem est ratio de crimitis, sicut qui in articulo mortis ex causa omisit non tenetur statim eo cessante confiteri, sed potest expectare tempus annuæ confessionis. *par. 9. tr. 8. resol. 56.* Tenetur pœnitens manifestare reservata confessario non habente facultatem ab illis absolvendi cũm non reservatis, sed si sine periculo vitæ in famiæ, vel honoris, tenetur manifestare, quæ absolutioni obstare possunt *ibidem. Sed obiter,* non tenetur sæcularis se accusare in Confessione de defectibus, qui peccata non sunt,

Defectus qui nõ sunt peccata, non sunt confitendi.

Secus de Religiosis.

sed Pellizzarius affirmat de Religiosis, cum aliquando possint esse cum culpa. *part 9.tr 9.res.29.*

CONFESSIONIS *Requisita.*

Confessi, multa requiris.

35 ✠ REQUISITA Confessionis continentur in his sequentibus carminibus.

Sit simplex, humilis Confessio, pura fidelis,
Atque frequens, nuda; discreta, libens; verecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parêre parata.

Præcipuè verò fidelitatem, dolorem, integritatem.

Non sunt tamen omnes hæ conditiones necessariæ, maxime autem sunt fidelitas, qua peccata certa explicẽtur ut certa, & dubia, ut dubia, dolor, de quo vide supra *verb. Attritio, & Contritio, & Integritas.*

In Confessione enim mentiri est grave peccatum.

36 Ad fidelitatem pertinet in Confessione verum dicere, & in ea mentiri est peccatum ex suo genere grave. ✠ Excusat tamen primò paruitas materiæ; nam mendacium de peccato veniali nõ est peccatum mortale *part.5 tract.5 res.* 27. nisi illud veniale esset totalis materia Confessionis: nam tunc daretur absolutio sine materia, & Sacramentum foret nullum. Ita Suarez, *tom.4.disp.* 22. *sect.*10 *num* 6. & DD. communiter. Sed Faber *in* 14. *dist.*17 *quæst. unic. disput.* 14. *cap.*3. *num* 51. ait, mendacium de veniali, etiamsi sit totalis materia Confessionis, esse veniale: quia inquit, omne mendacium de veniali est res leuis & parum lædit iudicium Confessarii. Ad argumentum supra factum respondet, Sacramentum ex parte etiam irritari, quando mendacium est de materia partiali, vnde debere vtrumque esse mortale, si levitas materiæ non excusaret: sicut idem peccatum mortale esset, consecrare panem hordeaceum solum, & hordeaceum simul cum triticeo. Ita ille; sed an probabiliter, alii iudicent. *part.3 tr.4.res.96.*

Nisi paruitas materiæ minuat.

Vt si mendacium sit de veniali, quod non sit tota materia.

Et secundum Fabrum etiã si sit tota materia.

37 Excusat etiam Sancius à mortali, mentientem in re impertinente ad iudicium Confessarii, ut si interrogetur de consuetudine, vel de occasione peccandi etiam proxima, quam pœnitens vitare non possit. Sed de hac opinione dictum est supra *verb. Confessarius. n* 31.

Vel si mendacium sit de re ad Confessionem non pertinente.

38 ✠ Quoad INTEGRITATEM sciendum, Cõfessionem esse debere de omnibus peccatis mortalibus quoad speciem, & numerum, ac proinde de omnibus circumstantiis mutantibus speciem ✠ non autem de aggravantibus in eadem specie, de quo dictũ supra *verb. Circumstantia, num* 5.

Rursus explicari debent omnia mortalia in specie, & numero. Nõ autem quoad circumstãtias aggravantes.

39 Neque confitenda sunt aliqua, quæ minus perite explicari solent absque eo, quod sint peccata. Itaque non tenetur pœnitens confiteri, quod divinis inspirationibus, non correspõderit: quia aut inspiratio est ad implendum præceptum, & tunc illi non correspondere, non est peccatum distinctũ à transgressione præcepti, ac proinde satis est, quod explicetur ipsa præcepti transgressio. Si verò est ad consilium, ut ad ingrediendam Religionẽ, ad dignitates posthabendas, ad curas humanas oblivioni tradendas, macerandũ corpus, & similia, non est peccatum illi non respondere, cum nemo teneat operari secundum consilium, quamuis Toletus *lib.3 cap.*2. *num.*6. dicat esse peccatum veniale. Ita Sancius. *disputat* 7. *num* 4 *part.*3 *tr.*4. *res. sol.*52.

Nec explicanda sunt aliqua, quæ non sunt peccata.

Vt, quod pœnitens non responderit divinis inspirationibus.

40 Præterea, si pœnitens sufficiens examen adhibuisse bonafide arbitratur, & dolorem, quem potest, adducit, non tenetur se accusare, quod non præmiserit magnum examen, & non afferat magnum dolorem, quia non obligatur, nisi ad moralem diligentiam. Sanch. *disp.*1. *n* 8. *ibid* §. *Primo.*

Et quod non afferat perfectum dolorem.

41 Tertiò, non oportet, se accusare de omnibus commissis ore, verbo, opere, & cognitione; quia hæc generalis confessio est imbibita in Confessione specialium peccatorum. Idem Sancius. *Ibid. n.*17. *ibid* §. *Secundò.* Qui infrà docet præ-

Nec se, accusare debet in generali.

Et secùs dū Sanciū nec de peccatis oblitis.

Nec quod Deum non amaverit quantum potuit.

Aut se accusare eo modo quo à Deo cognoscitur deliquisse.

Item nō teneri coniugatos se accusare de verbis impudicis.

Aut de nimia delectatione.

Et denique dominos nō teneri se accusare, quòd servos nō coercuerint.

Sed aliqua horum non placent aliquibus.

Qui dubitat negativè an peccatū mortale commiserit, vel an cōmissum cōfessus sit, tenetur tale dubium confiteri.

Quamvis neget Coninch.

præterea non esse necessarium post finem Confessionis dicere: *Dico meam culpam de illis, quæ obliviscor:* Nam propositum illa confitendi, si in memoriam veniissent, includitur in prævia Confessione. Nec opus esse pœnitentibus, se accusare, quod Deum non amaverint tota intentione, qua potuissent; quia præceptum amoris Dei impletur per actum quantumuis remissum. Nec teneri dicere, *Me accuso eo modo, quo scit Deus me deliquisse:* quia confessio facienda est iuxta conscientiam pœnitentis. Item non teneri coniugatos se accusare, quod extra copulam verba amatoria & impudica cum uxore habuerint, quia hæc verba honestantur à matrimonio. Nec si nimiam delectationem sensualem in copula carnali experti sint: quia hoc est naturale copulæ carnali. Sed horum aliqua aliquibus non placent. *ibid. à § Tertiò.* Docet tandem *in disputat. 6. num. 9.* dominos teneri se accusare, quod non corrigant mancipia, minimè verò quod non corrigant servos ob salarium servientes. *part. 5. tractat. 4. res. 56 §. Quarto septimo.* ✠ Quam opinionem approbaverat auctor, *inp. 1. tractat. 7. res. 57.* in fine. ✠

43 ✠ Rursus ad integritatem Confessionis pertinet, ut explicentur peccata etiam dubia. Porro dubius an aliquod peccatum commiserit, vel in illud confessus sit, vel ita dubitat, ut iudicium pro neutra parte ferre possit, & maneat suspensus ac negativus, vel habet assensum probabilem in utramque partem. ✠ Et quidem, qui dubitat primo modo, tenetur tale dubium confiteri. Ita Sanchez *in summ. tom. 1 libr 1. cap. 10. numer 66* & Doct. communiter, ac etiam iudicat Tridentinum *sess 14. capite 5.* Sed Coninch *de Sacram. tractat. 2 disputat. 7. dub. 8. concl. 7.* putat, neminem teneri ad explicandum aliquod peccatum, nisi saltem probabiliter iudicet, se peccasse. Nam delictum præsumi non debet. Quod etiam latè probat Præpositus *in 3. part. quæstio. 5. dub. 3. numero 117.* & speculativè probabile iudicat, sicut etiam Layman, *libr. 1 tractat. 1. cap. 5. § 4 numero 37.* saltem extra mortis articulum. Quia nullum adest præceptum confitendi peccata dubia. At ut tene primam sententiam. *part. 3 tract. 4. resolutione 60 part. 11 tr. 8. resol 4.* Si verò quis, se peccasse dubitet secundo modo, scilicet cum assensu probabili in utramque partem, & assensus sit æquè probabilis, satis probabile est, non teneri se accusare de illo; quia cum probabile sit, se non peccasse, vel illud confessum esse, potest hanc opinionem sequi, & ita tenere. Ita Suarez, *in 3 part. tom. 4. disputat. 22. sect. 9. numero 6.* quamuis contra sentiat Nugnus, *in add. ad 3 part. quæst 9. artic. 2. dub. 4. par. 3. cit. resolut 107.* & *part. 4. tract. 3. resol. 5. § nota.*

Si verò pro babile utrumq; putat, non tenetur.

Etiamsi probabilius iudicet, omisisse, vel non esse confessum.

44 Sed quid, si probabilius iudicet, se peccasse: vel non esse confessum? Respondet Coninch *de Sacrament. disp. 7. dub. 8. num. 68.* confiteri illud debere cum dubio, & gradu probabilitatis, ne se exponat periculo errandi circa integritatem Confessionis. Et ita novissimè docet Duuallius *in tract. de hum. act. quæst. 4. art. 12.* Sed ego etiam in hoc casu puto non teneri, cum Sylvio *in add. ad 3. par. quæst. 6. art 4. quæst 3.* & Merano: *tom 3. in 4 par. tractat. de Sacrament. Pœn. disp. 26. sect 3. nu. 4* quia potest quis sequi opinionem probabilem relicta probabiliori, nec ullo periculo se exponit, cum omnis opinio probabilis tutè, & absque formidine sequi possit. *p 3 tr. 4 res. 107. § Sed difficultas,* & *p. 5. tr. 14. res. 13.*

Quod si peccatum dubium an confessum sit, confitetur quis tacendo dubium confessio nō est invalida.

45. Non faceret Confessionem invalidam, qui in dubio an peccatum confessus sit, confiteretur peccatum, ut certum, & sine dubio, quia non mentiretur circa materiam, quam exponeret, cum certum sit peccatum esse commissum, & ipse non negaret, se illud alias confessum fuisse. Ita Homobonus, *volum. 1. par. 5. resp. 132.* & alii *p. 4. tractat. 3. res. 65.*

Certus, se commisisse peccatum mortale &

46 Qui meminit se peccasse mortaliter, ignorat verò speciem peccati, tenetur illud in genere confiteri. Quia peccatum mortale in genere est ma-

quibus de specie peccati, tenetur cum tali dubio confiteri.

teria sufficiens, immò necessaria Confessionis. Ita Laymann: *lib. 5. tract. 6. c. 12 num septimo.* contra Sotum *apud Villalobos in summ. tom. 1. tract. 9 diff. 34. num. 3.* citans pro se D. Thomam. Advertendum est Villalobos *loco cit.* in negotio tanti momenti ad maiorem cautelam, cum peccato huiusmodi, alia peccata venialia explicanda esse, ut absolutio, quæ est actus iudicij, feratur quo minus potest in materiam genericam, & indeterminatam. Nota hic, quòd aliqui DD. apud Homobonum, *p. 1. tract. 5 cap. 13. quæst. 83.* docent, quòd qui non habet nisi venialia, validè confiteatur dicens, se venialiter peccasse: numerum, & speciem peccatorum tacens *p. 11. tract 5. resol. 53.* Quam opinionem ipse Homobonus probabilem iudicare videtur, dum contrariam, quam ipse tenet, veriorem appellat, *p. 3. tr. 4. res. 66.*

An autem habens sola venialia, satisfaciat, se accusando de illis in genere.

Et an certior factus, postquam peccatum confessus est dubium teneatur confiteri certum?

47 Cæterum qui confitetur peccatum in genere, aut cum dubio, num illud commiserit, vel num fuerit mortale, aut etiam num alias illud confessus fuerit, si postea recordatur peccati speciem, aut certus evadit, se peccatum commisisse, illudque esse mortale, nec aliàs confessum, tenetur illud confiteri, explicando speciem, & certitudinem secundum Turrianum *de pœnit. quæst. 9. art. 2. disput. 19. dub. 6.* Quia peccata explicanda sunt, ut sunt in conscientia pœnitentis: hoc autem peccatum ita determinatum, & certum, ut nunc est in conscientia pœnitentis, numquam subiectum fuit clauibus. Ita etiam tenet Sanchez, *Summ. tom. 1 lib. 1. cap. 20. num. 69.* Qui tamen excipit dubium de peccato mortali aut veniali; Nam, ait ipse, si quis confessus est integrè factum, dubius, an fuerit mortale, iam plenè suum peccatum manifestavit, nec aliqua circumstantia de novo occurrit, *part. 3. tractatu 4. resolutione 91. & part. 4. tractat. 3. res. 5. §. Nota etiam.*

Et quid si peccatum commisit, dubitans:

48 Qui peccatum unialè committit, sciens illud esse peccatum, sed non distinguens utrum sit veniale, aut mortale, probabile est, quòd re postea cognita satisfaciat dicens se commisisse veniale. Vide V. *Conscientia num. 2.*

an sit mortale, vel

49. Si quis verò operaretur cum conscientia erronea, existimans illud esse peccatum mortale aut veniale, quod postea comperit, non esse tale, tenetur in Confessione id explicare. Sanctus *Sanctus si illud existimavit mortale.* Thomas autem confitendo peccatum iuxta dictamen conscientiæ, ut si quis putans, hodie esse vigiliam, comederet carnes, dicat, se comedisse carnes in die prohibito. Sed contra sentit Valentia, *tom. 4. disp 7. quæst. 11. punct. 1. p. 3. tr. 4 res. 162 §. Notandum.*

veniale, postea vè sciat esse veniale?

50 Sciendum item, confessionem posse esse integram dupliciter, uno modo materialiter, & formaliter, alio modo formaliter tantùm. Primo modo dicitur integra, quando est de omnibus peccatis commissis: secundo verò, quando quis post sufficiens examen confitetur omnia peccata, quæ illi occurrunt, quamuis aliqua omittat ex oblivione, aut inadvertentia, aut alia causa iusta aut ut primò, si homo mutus, surdus, balbutientis linguæ, aut ignoti idiomatis, omnia peccatis, omnia peccata explicare non possit. Ita Henriquez *lib. 5. cap. 12. num. 3.* Secundò, si inter confitendum periculum sit ne pœnitens moriatur: nam tunc statim absolui debet Ita Sà, V. *Absolutio, n. 9.* Tertiò, cum imminet multis periculum mortis ex naufragio, bellò, &c. Tertiò, si ut dictum est *num 30 par. 3. tract 4. resol. 131.* Quartò si pœnitēs laboraret morbo contagioso, ex quo timeretur infectio confessarii; nam in tali casu Ioannes de la Cruz, *par. 2. de Pœnitent. quæst. 3. dub. 5. concluſ. 3.* putat posse Confessionem differri: At Marchinus de peste, *part. 3. c. 4. n. 5.* contrarium docet, & septem rationibus probat, *part. 5. tractat 3. resolut. 74.* Quintò, si necessitas urgeat confitendi cum aliquo confessario, cur aliquis debet quod peccatum sine gravi periculo explicari non posset. Ita Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 5 part. 3. ubi sup. 1.* Sextò, si pœnitens habet aliquem casum reservatum, quem Confessarius non possit absoluere, vel superior nolit absoluere nisi reservata: nam tunc secundum Ioannem

Secus si illud mavult mortale.

Primò, si homo surdus, mutus, explicare omnia peccata. Secundò si dum cōfitetur urgeat mortis. Quintò, si quis debet cōfiteri alicui quod peccatum. Sextò si pœnitens habet

bet reseruata, & Confessarius non potest absoluere. Vel Septimò si superior absoluat tantũ reseruata. In quibus omnibus casibus pœnitẽs absolvitur cum onere faciẽdi confessionẽ integrã cessante necessitate. Nõ autem statim. Cum quo onere. Granado putat probabile dimidiari posse confessionẽ nimis longã urgẽte tẽpore. Cõmunio nis publicæ. Valida est Cõfessio, in qua omittuntur peccata quæ non æstimantur peccata. Quod contingere potest in fornicatione, & pollutione voluntaria. Et sic diu

nem de la Crux, *par 2. de pœnit. quæst 3. dub. 3. concl. 3.* satis est, quod confessario inferiori manifestet non reservata. Vide V. *celebrare, num. 39.* Vbi etiam invenies, quòd in his, & similibus casibus, pœnitens indirectè tantùm absoluitur à peccatis confessis; ab aliis autem indirectè, & cum onere, ut ea postea confiteatur. Non debere tamen peccata omissa confessario statim deferre, sed differri posse explicanda in prima confessione annuali Quadragesimæ, &c.

51 Addit etiam Granado *in 3 par. controv. 7 disp. 5. sect. 3 num. 20.* confessionẽ dimidiari posse, quando non posset cõmitti Communio sine gravi scandalo, & aliundè occurrat necessitas confessionis adeò longæ, & tunc perficiũ possit, in tali enim casu posset pœnitens communicare præmissa contritione, si verò contritio non eliceretur, & timeretur prudenter non eliciẽda, probabilè putat; posse confessionem dimidiatã præmittere, ne alioqui novum peccatũ committat. Sed cum onere, quod supra diximus *par. 5. tract 14. res. 33.* vide etiam V. *Communionis, num. 54.*

52 Insuper, potest esse integra formaliter, & valida confessio, quamvis omittantur aliqua peccata, quæ invincibiliter ignorentur esse peccata, quæ quidem ignorantia invincibilis contingere etiam potest in fornicatione, & pollutione voluntaria, ut dicam *verb. Ignorãtia n. 10.* Et ita docet Laymann. *lib. 4. tractat. 6. cap. 8 n. 5.* Addit Reginaldus *tom 1. lib. 6. cap. 5. sect. 3. num. 153.* quòd si hæc, aut similis ignorantia esset vincibilis, & mortifera, nec irritaret Confessiones, sed sufficeret, peccatum ignoratũ adveniente mala fide, manifestare, *part. 3 tract. 4. res. 108.*

53 Posse etiam, ait Marchantius, *Cand. 99. Pastor. tract. 5. cap. 3. quæst. 3.* talem ignorantiam contingere circa expressionem numeri peccatorum, ut dictum est *verb. Confessarius, num. 38.*

54 Vt Confessio fiat integrè debet adhiberi examen. Sed nemo cuiusuis memoriæ tenetur peccata scribere, ut ait Bonacina *de Sacrament. disputat. 5. quæst. 5. sect. 2 punct. ult. num. 6.* quia non adest præceptum conservandi memoriam peccatorum. Ita Vasquez *in 3 part. tractat. 4 quæst. 90. artic 1 num. 24.* Quadendum tamen est, ut docet Coninch. *in 3. part. disputat. 7. dub. 90. num. 72.* contra Sotum *in 4. distinct 18 quæst. 2. art. 4. ad ult.* quia in hac re laudanda est diligentia: modò vitentur scrupuli: nam nimia diligentia in perscrutando numero peccatorum, est peccatum venialis; quia in omni virtute morali peccatur per defectum, & per excessum, ut tradit D. Thomas, *part. 2. quæst. 64. art. 1 part 2. tract. 17 res. 46.*

55 Qui, non præmittens examen sufficiens, aliqua peccata omittit, existimans tamen sufficiens adhibuisse, si id putet invincibiliter. Confessio non est invalida: si verò vincibiliter, Vasquez *in 3 part n tom. 4. quæst. 92. artic. 2. & 3.* & alii probabiliter docent fore invalidam, quia pœnitens accedens absque sufficienti examine, peccat mortaliter in ipsa Confessione, & sic non accedit cum dispositione, quæ est pars essentialis huius Sacramenti. Sed Sotus, *in 4. distinct 18. quæst. 3. artic. 2.* Martinus *de Sacrament. Pœnitent. quæst. 30* & communiter D. Thomæ discipuli probabiliter etiam docent, non fore invalidam, quamvis informem, & sine fructu, propter prauam dispositionem suscipientis: nam dati possunt alia Sacramenta valida, sine fructu gratiæ. Ad argumentum supra factum respondere pœnitentem accedere dispositum, si affert dolorem: quia cõfitetur omnia peccata, quæ memoriæ occurrunt, adhibita prius aliquali diligentia: quamuis, quia non fuit sufficiens, Confessio sit sacrilega. Ignorantia enim vincibilis opponitur quidem gratiæ: non tamen validitati Sacramenti cui solùm opponitur peccatum ex certa scientia. An autem examẽ præmissum ad validitatem Sacramenti sufficiẽs fuerit hac regula dignosci potest: Si post Confessionem plura peccata memoriæ

Marchãt circa numeri declarandi necessitatem. Ante cõfessionem præmitti debet examen cõscientiæ. Non tamẽ scribi peccata, etiãsi adsit periculum oblivionis. Quamuis id bonum esset. Quod si quis invincibiliter credat se diligenter examinasse, cũ nõ itasit. Confessionẽ est invalida. Si autẽ id vincibiliter, puter, probabile est fore invalidam. Probabile etiam fore validam, sed informem. Tunc verò fore invalidam, quando post confessionem me-

merarentur peccata multo plura, quam confessa sunt.

moriæ occurrunt, quam confessa fuerunt; examen non fuit sufficiens, & Confessio est iteranda. Si autem occurrant multo pauciora examen fuit sufficiens, & Confessio non est iteranda. Sed satis est confiteri peccata non confessa, & negligentiam, saltem ad cautelam. Nugnus *c.3. part. tom.2. quæst.9. artic.1. part.2. tr.17. resol.51.*

Cæterum, post diligẽs conscientiæ examẽ, & memoratorum confessionem nemo tenetur de anteacta vita ulterius cogitare.

56 Nota hic celebrem doctrinam Sancii *disputat. 4. numer.18.* quod postquam quis diligentem conscientiam examinavit, & confessus est omnia peccata, quæ in mentem venerunt, non tenetur de anteacta vita ulterius cogitare. Et, si aliquid occurrit, quod non sit explicatum credere potest confessum fuisse, *part.3. lib 4. resolut.107* in fine.

Potest etiã dimidiari confessio, ut uni confiteantur mortalia, & alteri postea venialia.

57 Qui, duos Confessarios habens, uni confitetur mortalia; & alteri postea venialia, non peccat. Nam utraque Confessio est integra. Neque est vera hypocrisis, velle conservare bonam famam apud Confessarium ordinarium; quia hoc aut levem, aut nullam deordinationem continet. Neque est species mendacii, quia pœnitens nihil falsum confitetur, quamvis facto ipso permittat alium decipi. Ita Villalobos, *tom.1. tractat. 9. diffic.31. num.1.* & alii contra Victoriam, *num.196.* Esse tamen potest peccatum mortale per accidens, quando pœnitens ex hoc maneret in occasione peccandi, *part.3. tractat.14. res.132.*

Confessio generalis non exigit integritatem.

58 Confessio generalis non requirit integritatem quoad peccata alias confessa. Neque ad hoc obligare potest Papa. Unde, qui dixit Confessario, se velle facere cum ipso confessionem generalem, non ob id tenetur exprimere omnia mortalia: nam quamvis mentiatur, id tamen parum refert ad judicium confessarii, cum non pertineat ad ejus forum. Id quod etiam procedit, si pœnitens, dum hoc dixit, habeat intentionem confitendi omnia, nam potest mutare voluntatem. Ita Henriquez *lib.2. cap.12. num 2. gloss. litt. D* & alii communiter contra Victoriam, *summ. numer. 253.* & Ledesmam, *cap.22. p 4. quæst.8. artic 2. dub. 15. part.3. tractat.4. res. 86.*

59 Quando quis narrando turpia multis peccati occasionem dedit, Dicastill. *de sac. tom.2. tr.8. disput.10. dub.8.* Laym & alii numerum in confessione exprimendum existimant contraria tamen sententia, quæ est Lugo & Coninch est tuta in praxi à priori tamen sententia non recedo, *part.11. tract.5. resol.49.* an exprimenda sit species contumeliæ, quam alium affecisti; Pontius affirmat, & æquè probabiliter negat Cardinalis Lugo mecum, *tract.7. res.34.* Satis quoque probabile est gradum consanguinitatis vel affinitatis in incestu necessariò exprimi non debere. Henriq. *qq. pract. sect.8. q.14. n.21.* etiamsi esset incestus cum sorore vel matre, quia non mutatur species. Quod intellige, nisi quidam casus sint reservatio in tuo loco, & confiteatis Confessario non habenti potestatem absolvendi à reservatis. Notent hoc bene Confessarii, *p.11. tr.7. res.34. & tract 8. res.63.* Eodem modo qui se jactavit de peccato, non tenetur speciem peccati in confessione exponere Tamburin. de confess. *lib.2. c.7 §.3. n.10.* contra Ioannem Pontium *in cursu Theol. disp. 46. q.7. concl. 2.* cujus sententia etiam est probabilis. *part.11. tractat.7. resolut.36.*

Quando aliquis peccatum quoddam sine gravi incommodo non potest aperire, reliquis confessis dicat, se adhuc habere conscientiam peccati gravis, sed modo non posse speciem nominare. Dicastill. *de Sacr. tom.2. tr.8. disp.9. dub.11.* postea tamen cessante incommodo tenetur confiteri. Quod si etiam ægrotus, quem cum Venerabili accessisti, inceperit confiteri, & interim aperuerit peccatum, ratione cujus opus erit repetere multas confessiones, ita ut intra horam non possit finire, etiamsi mors non immineat, eliciat actum contritionis, & tum sumat Eucharistiam, ad cavendum scandalum, confessio autem absolvatur alio tempore, Granad. *3. p. contr.7. tr.9. disp.5. sect.3. part.11. tr.8. resol.47.* Si fiat confessio generalis non

est

est opus dicere quæ peccata commiserit post ultimam confessionem; quia per hoc non variatur species, Busenbaum. Card. Lugo. Bonacina & alii, *p. 11. tr. 6. res. 22.* Pasqualigus *tom. 2. Theol. disput. 83. sect. 1.* putat, si quis tam rudis esset, ut nullum peccatum posset exprimere, eum absolvi posse, dummodo in genere diceret, se esse peccatorem, *ibid. tract. 6. res. 60.* multò magis absolvi potest, si quis dicat, peccavi graviter in materia furti, licet numerum non exprimat, quantumcumque magnus ille sit, *part. 11. tract. 3 res. 3.* juxta Pontium. Sed de furto censendum sicut de interfectione plurium hominum, quorum plures si una explosione interfeciſti, id in confessione fatendum. *ibidem.*

CONFESSIONIS *Repetitio.*

Confessio repeti debet, quando fuit invalida.

60 † CONfessio repetenda est, quando fuit invalida. Invalida autem potest esse tum ex parte confessarii, tum etiam ex parte pœnitentis: quandonam sit invalida ex parte confessarii invenies supra V. *Confessarius*; quandonam ex parte pœnitentis, mox dictum est V. *Confessionis modus, & Confessionis requisita.* †

Non fuit autem invalida, si facta non est principaliter in remissionẽ peccatorũ.

61. Vnum hic addo, confessionem non fore invalidam ex eo, quod fiat alio fine principaliter, quam ob remissionem peccatorum; dummodo in eo non peccetur mortaliter, & peccatorum remissio intendatur, saltem, ut finis minus principalis. Nam in tali casu est intentio suscipiendi Sacramentum, & omnia requisita ad illius valorem. Ita Vasquez, *in 3. tom. 4. quæst. 92. art. 3. dub. 2.* contra Sylvest. V. *Confessio 1. numero 7. part. 4. tract. 4 resolut. 212.*

Quando verò confessio repeti debet cũ eodem confessario, sufficit, quod repetatur uno verbo.

62 Quando Confessio valida est iteranda cum eodem Confessario, & hic neque in confuso recordatur statum pœnitentis, neque pœnitentiam injunctam, nec ipsi notatis à pœnitente, docet Hurtadus, *de Sacrament. disp. 8. difficult. 8.* non sufficere, quod pœnitens se uno verbo accuset de omnibus peccatis confessis, & in sacrilegio in illa Confessione commisso, sed requiri aliquam saltem confusam Confessionem, & explicationem illorum peccatorum, quantum sufficit Confessario ad taxandam prudenter pœnitentiam, *part. 4. tract. 4. resol. 203.* & initio, *resolut. 51. infra citanda.* Sed ego probabilem puto sententiam Granado *in 3. part. controv. 7. tractat. 9. disputatione 12. numero 5.* quod satis sit, pœnitentem in tali casu se accusare omnium peccatorum aliàs confessorum, & sacrilegii commissi in Confessione invalida, & tunc Confessarius validè, ac etiam licitè illum absolvere potest, quamvis nec confusam peccatorum notitiam habeat, nec pœnitentiæ recordetur. Ratio est, quia nulla ratio nos cogit ad imponendum tam grave onus pœnitenti in materia adeò difficili, qualis est ad confessionem accessus, qui, quantum fieri potest, facilis reddi debet. Assumptum probatur; quia illa repetitio in speciali non requiritur ad hoc, ut verum sit, pœnitentem omnia peccata confessum esse; nam jam supponitur confessus in præterita confessione, ex qua, quamvis invalida confessarius habuit illorum notitiam. Neque requiritur, ut confessarius pœnitentiam proportionatam injungat. Nam supponitur injunxisse, & pœnitens illam impleviſse: & præterea pœnitentia non est cum tanto rigore proportionanda peccatis, ut non possit aliquando rationabiliter minui; & ideò in hoc casu potest confessarius suo arbitrio imponere etiam minorem, maximè quia implevit aliam: quæ quamvis nullum fructum contulerit ex opere operato, quia non fuit pars veri Sacramenti; fuit tamen utilis ad præservandum pœnitentem à culpis, qui est unus ex finibus, quos in injungenda pœnitentia confessarius sibi proponit. Confirmatur hæc sententia; nam si pœnitens faceret confessionem generalem per multos dies, & confessa-

Etiamsi confessarius non habeat notitiam peccatorum Confessorum, neque confusam.

confessarius singulis diebus pœnitentiam partialem imponeret, non esset necessarium in fine confessionis omnium peccatorum recordari, aut de pœnitentiis injunctis interrogare. Quæ omnia non procedunt, quando Confessore reiteratur cum alio Confessore, quia hic numquam habuit peccatorum notitiam. Ita Granado, *part. 5. tract. 14. resp. 51.* Quidquid aliqui in contrarium dicant, & † Quamvis *in part. 3. tract. 14. resol. 113.* docuerit, Confessarium in tali casu peccare †.

Et si iterato oblitus multas confessiones interposuisset, illæ non essent invalidæ.

63 Pœnitens, Confessionem invalidam iterare amittens ex naturali oblivione, non facit alias Confessiones invalidas. si cum vero dolore & sufficienti dispositione confiteatur, neque tenetur illas repetere, cum nullitatem cognoscit, sed tantum illam invalidam cum defectu nullitatis. Ita Sancius *select. disp. 41. n. 10. p. 3. tr. 14. resp. 108.*

CONFESSIO
Ante Eucharistiam.

Est de præcepto præmittere confessionem ante Eucharistiã.

63 DE præcepto divino asserimus, præmittendum esse confessionem ante sumptionem Eucharistiæ *part. 9. tract. 3. resol. 1. & 2.* Et si quis sciret, se justificatum esse, tenetur adhuc confessionem præmittere ante Eucharistiam, *ibid. resp. 3.*

De peccato oblito si absq; scandalo potest fieri, debẽt de illo ante Eucharistiam confiteri.

64 De peccato oblito in confessione, & de eo recordatus ante celebrationem, vel communionem, si non adest scandalum, vel irreverentia Sacramenti, necesse est de eo confiteri. *ibid. resp. 4.*

Est necessaria dimissio dubii.

65 Confitens decem peccata, & unius illorum obliviscitur, & de decem contritus, non est necesse de oblito denuò conterere, sed sufficit prima contritio, quando ipsam non retractavit. *ibid. resp. 5. & 12.*

66 Si practicè dubium non dimittitur, non potest Eucharistia sumi ante confessionem de peccatis dubiis *ibid. resol. 6.* Et si quis præmisit confessionem de dubio, & postea cognovit se certo peccasse tenetur iterum ante communionem illud tanquam certum confiteri, *ibid. resp. 6. §. Vnde exhu.*

Tenetur absque scandalo.

67 Si quis in celebratione Missæ recordetur alicujus peccati, mortalis secundum Ledesma non tenetur de eo confiteri, etiam, si hoc absque scandalo fieri potest, sed contrarium tenendum est, quod quando potest fieri sine scandalo tenetur, *ibid. resp. 7.* Nec tenetur Sacerdos de peccato commisso in celebratione Missæ confiteri, scilicet, quando cantatur Gloria, vel Credo cum hæ partes non sunt partes Missæ, *ibid. §. hic obiter* circa finem.

Non tenetur surgere à linteo, vel scamno communionis.

68 Non tenetur accessus ad linteum, seu scamnum ad accipiendam Eucharistiam, si recordaretur alicujus peccati mortalis, surgere, & confessarium adire, ut de illo confiteatur, sed sufficit conterere propter scandalum. *ibid. resol. 8.*

Sacerdos tenetur celebrare.

69 Sacerdos tenetur celebrare, si non adsit Sacerdos, ita, ut ipse, & alii præcepto audiendi Missam, *ibid. resol. 9.* Nec tenetur per interpretem præmittere confessionem, nesciens vulgari sermone, vel latino sua peccata confiteri, nec absque nota suæ famæ, nec qui est in articulo mortis, & non adest Sacerdos pro Viatico, potest conterere, & sufficit, *ibid. resp. 10.* Vide *numer. 18.* de modo confessionis: nec etiam quando non est Sacerdos potens absolvere de reservatis, vel excommunicatione, & adest necessitas celebrandi potest alius Sacerdos celebrare, & sumere Eucharistiam absque prævia confessione, solum cum contritione, *ibid. resp. 11. & 16.*

Non tenetur in casu necessitatis.

70 Nisi in casu necessitatis? quod aliter, fieri non potest sine infamia, tenetur semper sacerdos ad præviam confessionem ante communionem, contra aliquos contrarium tenentes, *ibid. resolut. 13.*

Alius potest perficere.

71 Si sacerdos post consecrationem hostiæ moreretur, potest alius sacerdos sine prævia confessione illud sacrificium perficere; secus si posset sine scandalo hoc evitare, vel si poterit conterere, *ibid. resp. 14.*

72 Quando

Potest Regularis celebrare, si habeat licentiam de reservato.

72 Quando aliquis Regularis habens aliquod reservatum, & peritum confessarium non poterit haberi licentiam à superiore absolvendi; potest celebrare, maximè quando adest periculum infamiæ; immò potest absolvi pro una vice tantùm ex tacita concessione Prælati, præsertim cum adest necessitas celebrandi, *ibid. res* 15.

Non ieiunus potest celebrare.

73 Sacerdos si inscio hausit venenum, & adest necessitas dandi viaticum infirmo moribundo, vel si accersit vires suas deficere, potest absque confessione celebrare, etiam non jejunus, *ibid. resol.* 17.

Sine copia confessoris contritus potest communicare annui præcepti.

74 In necessitate adimplendi præceptum Ecclesiæ, si non adest copia confessarii, posse quemquam accedere ad Communionem saltem contritum, cum voto post à confitendi habita prima copia confessoris, ait Toletus. *ibidem resolutione* 18. & in casibus licitum est sumere Eucharistiam ante Confessionem necesse est elicere actum contritionis. *ibid. res.* 19.

Scandalū debet esse de facto totius populi, & non aliquorum.

75 Vt dicatur scandalum, debet esse propriè, & de facto, & non admiratio simplicis tantum, sed totius populi, ut Sacerdos non possit desistere à celebratione, vel susceptione Eucharistiæ absque confessione *ibid. res.* 20.

Potest fieri data prima opportunitate.

76 Præceptum de confitendo (quam primum) post Communionem in casibus, in quibus potest communicari absque prævia confessione est merè humanum, unde potest fieri data prima opportunitate, & non statim facta communione. *ibid. res.* 21. Præceptum confitendi quamprimum, obligat sub mortali illud adimplendi, *ibid. resol.* 22. & verba ista (quamprimum) intelliguntur saltem per tres dies. *idem. res.* 23.

77 Cardinalis de Lugo tenet, quod si sacerdos in ipso sacrificio recordaretur alicujus peccati mortalis, teneatur quamprimum confiteri, sic etiamsi in ipso sacrificio peccaret, *ibid. res.* 24. Si recordaretur post sumptionem Eucharistiæ non tenetur, quamprimum confiteri. *ibid. resol.* 25. tenetur tamen, si ex malitia celebravit absque prævia confessione, & ita intelligitur de peccatis reservatis, de quibus non potuit habere absolutionem ante Communionem. *ibidem resolut.* 26. & ad hoc præceptum (quamprimum) non tenentur laici, sicut dictum est superius, si communicantur absque prævia confessione, *ibidem resol.* 27. nec etiam Sacerdos tenetur si in die Veneris Sancti officium fecit, absque confessione, confiteri, *ibid. resol.* 28. Sic etiam, qui complevit sacrificium urgente necessitate ab alio inchoato, & mortuo, *ibidem resol.* 30. Et hoc intelligitur de urgente necessitate, si adhuc etiam Sacerdos ea sola voluntate celebravit, tenetur quamprimum confiteri, *ibidem resol.* 31. Et si eadem necessitate celebravit indignè tenetur, *ibid. §. Hic etiam.* Vnum tantum peccatum mortale committit, qui tenebatur præmittere Confessionem, & celebravit, vel communicavit ea non præmissa, *ibidem res.* 32.

Tenetur si ex malitia celebravit absque confessione.

celebravit absq; confessione.

Quamprimum.

Laici non tenentur. Lege infra.

78 Meretrices, quæ in Paschate non adimplent præceptum annuæ confessionis, non incidere in censuras latas ab Ecclesia putat Leand. *part.* 1. *tract.* 5. *disputat.* 3. *quæst.* 38. cum aliis. Idemque sentit Martin. de S. Ioseph. *in Monit. Confess. tom.* 1. *lib.* 1. *tractat.* 6. *de Pœnitent. numer.* 12. de pueris ante decimumquartum annum, & de puellis ante duodecimum. Quod satis probabile, quoad secundum habendum est, *part.* 10. *tractat.* 12. *resolutione* 36. Vide *verb. Eucharistia.*

Meretrices non confitentes annuatim, non incurrunt censuras.

Quid de pueris, ac puellis.

CONFIRMATIO.

Confirmatio quale Sacramentum sit.

1 † COnfirmatio est secundum in ordine inter Sacramenta novæ legis post Baptismum, conferens characterem in signum militiæ Christi, & gratiam fortitudinis, qua inimicis pro Christo resistatur. In hoc Sacramento consideranda sunt eadem, quæ in Baptismo. Vnde de Patrino confirmationis, quære etiam sub V. *Patrinus.* †

CONFIRMATIONIS Necessitas.

Confirmationem omittere, nõ est mortale.

2 COnfirmatio non est Sacramentum necessitatis. Vnde, qui illam sine contemptu, & scandalo omitteret, non peccaret mortaliter. Ita D. Thomas 3. *part. quæst.* 72. *art.* 8. *ad* 4. & ex recentioribus Vasquez apud Hurtadum *de Sacram. Confirmat. diff.* 11. contra Sotum *dict.* 2. *de confirmat.* Pontifices verò, & Concilia, quæ contrarii auctores adducunt, loquuntur de necessitate non præcepti, sed utilitatis. Patet, nam Ecclesia non determinavit tempus susceptionis hujus Sacramenti, quod signum est, non obligare ad illam suscipiendam, *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 20. in fine, & 25. & *p.* 5. *tract.* 3. *resol* 30. Sed dices: Qui data copia hujus Sacramenti, quam postea non facilè est habiturus negligit illud suscipere, non ne illud contemnit, & consequenter peccat mortaliter? Negativè respondeo cum Fernand. *p.* 3. §. 5. *nu.* 2. contra Richard. *apud ipsum, ibid.* Multa enim animæ salutaria negligimus, quia cogitamus non esse necessaria, & tamen non illa contemnimus. Vnde idem accidere potest in casu nostro, *p.* 3. *cit.* §. *Sed difficultas.*

Secluso contemptu.

Qui non præsumitur ex eo præcisè, quod habet opportunitatem, illud omittit.

Sed non est omittẽda, quia confert maiorem gratiam, quã cætera Sacramenta citra Ordinem.

3 Cæterum, quamvis Confirmationis Sacramentum non sit necessarium, non debet tamen à fidelibus negligi. Nam cæteris paribus, major gratia per illam confertur, quam per Baptismum, & quodvis aliud Sacramentum, excepto ordine. Ita Præpositus in 3. *part. q.* 72. *art.* 7. *dub.* 1. *num.* 35. contra Scotum in 4. *dist.* 7. *quæst.* 1. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 50. §. *Et tandem*: Adverte etiam, docere Ochagav. *de Sacr. confirm. quæst.* 12. *num.* 4. quod quamvis per se loquendo, non sit peccatum, Confirmationem omittere, tamen aliquando per accidens est peccatum veniale temeritatis, in aggrediendis fine illa periculis mortis. Immò si quis eam relinqueret tempore mortis, habens conscientiam peccati mortalis, & non potest aliud Sacramentum recipere, peccare mortaliter: est enim maxima temeritas, remedium ita facilè relinquere, cum quo & sola attritione existimata contritione, salvari posset, & expectare contritionem, quæ est multum difficilis. Ita ille, *p.* 5. *tr.* 3. *res.* 32.

Et in aliquo casu omitti non potest absque peccato, ait Ochagavia.

4 Confirmationem omittere, quando commodè recipi potest, est veniale. Lesius, & alii, *p.* 2. *tr.* 16. *res* 90. §. *Nota tamen.*

CONFIRMATIONIS Materia.

Confirmationis materia est Chrisma ex oleo, & Balsamo.

5 MAteria Confirmationis est Chrisma, seu unguentum ex oleo olivarum, & balsamo, sed Estius, in 4. *distinct.* 7. §. 8. putat, balsamum non esse necessarium. Nam Innocentius III. *cap. Pastoralis, de Sacram. non iter.* ait, non esse iterandam Confirmationem illius, qui per errorem, solo oleo delibûtus fuerat. Verum la Cerda *qq. pro laurea Salmant. quæst.* 9. *schol. art.* 3. *n.* 6. & alii dicunt, esse materiam necessariam: quia Concilium Florentinum explicans materiam Sacramentorum, quas dixerat esse de necessitate Sacramenti, ait, materiam Confirmationis esse Chrisma ex oleo, & balsamo, quod utrumque videtur esse æquè prima necessarium, alias Concilium aliquo discrimine distinxisset, sicut distinxit vinum, & aquam in materia Calicis dicens, esse *vinum, qui admiscenda est modicissima aqua.* Sed, quia prima opinio est probabilis rectè ait Cruz *part.* 12. *quæst.* 72. *dub.* 2. *conc.* 1. confirmatum oleo simplici, non debere iterum absolutè, sed sub conditione confirmari cum materia certa, *p.* 3 *tr.* 4 *res.* 23. Debet autem Chrisma esse consecratum ab Episcopo, & hoc de necessitate Sacramenti. Sed Valentia *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 1. *punct.* 2. ait, ex commissione Pontificis consecrari posse à simplici Sacerdote. Verum id negat Coninch *de Sacr. dis.* 72. *artic.* 3. *dub.* 1. *concl.* 4. *Ibid.* §. *Notandum est hic.*

Consecratum ab Episcopo.

6 † Et

Cum quo vngenda est frons cõfirmandi in modum Crucis, cũ pollice ministri.

6 * Et hæc est materia remota Confirmationis. Proxima verò est vnctio, quæ facienda est in fronte confirmandi per modum Crucis, cum pollice ministri. * Et quidem probabilior opinio Layman *lib. 5. t. 3. cap. 2. num. 5.* & aliorum contra Hæredium *de Sacr. Confirm. 5 p. 5 dub. vn. num 2.* tenet. Confirmationem aliter, quàm modo dicto, ministratam esse nullam. Vnde tempore pestis v. gr. non potest ministrari per pennam, vel aliud instrumentum à longè, vt potest Extrema Vnctio, quia in hoc Sacramento est necessaria manuum impositio, quæ non est vera, si adhibetur instrumentum. (Contra verò, quod vnctio non fiat pollice, sed indice v gr. non irritat Sacramentum est, non esse peccatum mortale; videtur enim parua mutatio. Ita Nugn. *in 3. par. tom. 1. qu. 62. art. 4. diff. 3 concl 4.* Quamuis oppositum videatur docere Zambran. *de casib. mortis, ca 2 dub. 1 num 1 part 3 tr. 4 res. 22.*) Immò Hæredia conatur probare, parum referre, quod conferatur etiam penna, vel alio instrumento, quia hæc etiam est manuum impositio, sicut est violenta manus impositio in Clericum, si quis eum non manibus, sed baculo percutit. *p. 3 tr. 4 res. 28.*

Quæ omnia sunt necessaria ad validitatem Sacramenti.

Nisi quod vnctio potest fieri alio quàm digito pollice.

Etiã sine mortali.

CONFIRMATIONIS *Materia.*

Modica quantitas sufficit.

7 QVantitas bãlsami miscenda in oleo ad conficiendam confirmationem, modica sufficit ob adimplẽdum præceptum Christi, etsi illa olei esset magna. Dicastil *par. 10. tr. 11. resol 13.* & si confirmaretur aliquis cum oleo sine balsamo est reiteranda cum condi-tione. Leand. nec peccaret Episcopus si vngeret alio digito, quam pollice *ibid. §. Notandum.*

Sine balsamo est reiterãda cõfirmatio.

CONFIRMATIONIS *Forma.*

FOrma Confirmationis essentialis hæc est; *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Est enim essentialis inuocatio Trinitatis, sicut diximus in Baptismo, & indicat Concilium Florentinum: quia Confirmatio ordinatur ad perficiendam fidem in Baptismo acceptam, eamque constanter profitendam, quod quia alia Sacramenta non habent expressam SS. Trinitatis inuocationem minimè requirunt. Sunt etiam essentialia illa verba; *Signo, & confirmo*, quia actio ministri debet necessariò exprimi. Et quidem vtrumque, quia non sunt æquipollentia: aliud enim est signare, aliud confirmare. Probabilius etiam est, esse necessariam particulam, *signo Crucis*, quia signare habet generaliorem significationem. Necessarium item est addere, *Chrismate salutis*, vel *sanctificationis*; quia hæc non veniunt per verbum *confirmo*, sicut per verbum *baptizo*, veniunt materia & effectus Baptismi. Et tandem exprimi debent subiectum, & minister: vnde non potest omitti particula, *te. p. 3 tr. 4 res. 27.*

Confirmationis forma (Signo te, &c.)

Quæ tota est de essentia.

8 Cæterum peccaret mortaliter, qui confirmaret sub hac forma, *Confirmatur seruus Christi*; nam est contra communem vsum Ecclesiæ, tàm Latinæ, quàm Græcæ, qui quamuis concessum sit baptizare sub simili forma; *Baptizetur seruus Christi*: non tamen concessum est sub tali forma confirmare. Ita Nugn. in *3. par. tom. 1. q 72. art. 4. diff. 1.* Et omnia supradicta docet Coninch *de Sacr. q. 72. art. 4. n. 65.* cum alijs. *ibid. §. Notandum.*

Nec profiteri potest modo imperatiuo sine mortali.

CONFIRMATIONIS *Subiectum.*

9 SVbiectum Confirmationis est homo baptizatus, Et quidem Pontificale Romanum præcipit, vt cõ-

Confirmationis subiectum, est

homo baptizatus. firmandus sciat doctrinam Christianã. Vnde videtur non posse confirmari infans, non habens vsum rationis. Quod

Sed non infans. confirmatur, quia in eodem Pontificali habetur, vt hoc Sacramentum conferatur ieiuno, & impingatur ei alapa in recordationem, quæ omnia in infantes nõ benè cadunt. Accedit consuetudo: nam pueri non confirmantur ante vsum rationis, & auctoritas Concilij Mediolan. I. prohibentis confirmari pueros ante septennium. Et hanc sententiam docuerunt Valentia, *quæst. 2. de Confirmat. punct. 2.* & alij. Sed Hurtad. *de Sacram. confirm. diff. 10.* ait, non esse prohibitum confirmare infantes, etiam sine causa. Et D. Thomas, *2.2 quæst. 72. art. 8. ad 4.* docet infantes, in articulo mortis, si commodè fieri potest, confirmari debere: nam, quamuis non sint professuri fidem coram Tyranno, recipient tamen maiorem gratiam, & consequenter maiorem gloriam, hoc est, cur tanto beneficio priuentur, *par. 5 tr 3 resol. 30.* Sunt etiam alij casus, in quibus licet confirmare infantem, vt si manifestè discurrat: Si post illam opportunitatem non facilè possit postea confirmari: Si sit filius Principis: Si talis in diœcesi vigeat consuetudo. Ita Layman. *lib. 5. tr. 3. cap. 5. num. 1.* Præter quos casus, indecens quidem erit, infantes confirmare, non tamẽ peccatum mortale, quia ad hoc Sacramentum non requiritur dispositio. Et consuetudo Ecclesiæ non obligat sub mortali. Ita Nugn. in *3. par. quæst. 72 art. 8. concl. 4. ibid. & par. 3. tract. 5. resolut. 19. & tr. 6 resolut. 93.*

Nisi in articulo mortis.

Aut certis aliis casib.

Præter quos indecẽs erit infantes confirmare, sed non mortale.

Potest etiã hoc Sacramentum in articulo mortis cõferri adultis.

10 Optimum quoque esset in articulo mortis confirmare adultos: nam hoc Sacramentum, si obeant, prodesse eis potest ad maiorem gratiam, & gloriam, & ad tentationes illius angustiæ superandas, ad quod quamuis instituta sit extrema Vnctio, tamen virtus vnita, fortior. Ita Sanchez *select. disputat. 40. num. 4.* Ex quibus Adrian. *in 4. de Confir. art. 1.* ait, in hoc adesse obligationem sub mortali, vbi esset consuetudo obligatoria, sed hanc ait Zambran. *de confirmat. cap. 2. dub. 5 n. 4.* nullibi extare *par. 5. tr 3. resol. 30.*

11 Debet etiam Confirmatio ministrari perpetuò amentibus. Quia sunt capaces gratiæ sacramentalis, & augmenti gratiæ sanctificantis, quibus priuari non debent. Ita Coninch, *de Sacr. quæst. 72. art. 8. num. 83.* Quod autem spiritualis militiæ non sint capaces, hoc est per accidens. Quod à fortiori procedit, si ante amentiam vsum rationis habuerint, quia præsumuntur suscipere voluisse Sacramenta suo tempore, dum non constat eos, cum mortali in amentiam incidisse. Et hoc, etiam si numquam illud petierint *par. 3. tract. 4. resol. 20 & tract 6 resolut 93. § Nota etiam.* Confirmatio debet dari in fronte, vnde peccaret mortaliter Episcopus, si non vngeret confirmandos in fronte: tamen secundum vsum aliquarum Ecclesiarum, possunt vngi aliæ partes corporis, sed frons est pars essentialis *par. 9. tr. 8. resol. 30.* & potest fieri per pinnellum, vel calamum; sed necessarium est fieri per manum Episcopi. *Ibid § Cum itaque.*

Et perpetuò amentibus.

Possunt vngi aliæ partes corporis per Pinnellum.

CONFIRMATIONIS *Minister.*

12 * Minister huius Sacramenti est Episcopus. * An possit esse simplex Sacerdos aliqui affirmant, alij negant apud Fernandez. *par 3. cap. 2. § 3 num. 3. par. 3. tractat 4. resol. 23.* in fine. Episcopus verò non peccat confirmando in sua diœcesi subditum alterius. Ita Ochagauia, *tract vn. de confirm. quæst. 11. num. 1. Ibid resol. 24. par. 2. tract. 17. resol. 17. & par. 4. tractat. 4. resol. 50 par. 1. tract. 11. resol. 14.* Nec peccat mortaliter confirmando extrà Ecclesiam. Ita Præpositus, in *3. par. quæst. 72 art. 12. num. 54 par 2. cit. § Nec etiam & par 4. cit. §. Notandum,* addens confirmare etiam posse post prandium. *par. 4. loc. cit.*

Confirmationis minister Episcopus.

Qui potest confirmare subditum alterius.

Extrà Ecclesiam. Et post prãdium.

Peccaret tamen mortaliter, si id faceret non indutus sacris vestibus nempè Sto-

Non tamẽ sine sacris vestibus.

Episcopus non confirmatus peccat.

pè Stola, Pluuiali, Mitra, & Baculo pastorali *par.7 tract.10.resol.31.* Etsi Episcopus non sic confirmatus, peccat venialiter confirmando *par.9.tr.6 resol. 47. p. 2 tr. 1 resol 14.*

Non peccat ordinando non confirmatus, nisi venialiter.

Non peccat Episcopus mortaliter ordinando aliquem non confirmatum nec ordinatus nisi venialiter. Sotus, & alij *part.10.tractat.11 resol 14* & potest confirmare alienum subditum in sua Diœcesi, & si Episcopus non confirmatus confirmat, peccat venialiter. *ibidem §. Nota tamen.*

Potest confirmare alienum subditum non confirmatus confirmãdo venialiter peccat.

CONFIRMATIONIS *Effectus.*

Confirmationis effectus character, gratia affinitas.

13 * TRes sunt effectus huius Sacramenti. Character, quo insignitur miles Christi. Gratia fortitudinis, qua validè militet. Et affinitas inter ipsum, & patrinum, de quo sub V. *Patrinus.**

CONIVGATVS.

Possunt cõiuges cessare ab incepta copula, modò non sequatur periculum pollutionis.

1 POssunt coniugati, secluso periculo pollutionis, semel incœptã copulam non consummare. Sic Matrih. de S. Ioseph. *p.10.tr.13. resolutione 41. vers. Nota etiam.* Quia copula absque seminatione reputatur inter actus pudendorum, qui liciti sunt inter coniuges, cessante dicto periculo. Sic etiam tenent Leand. *p.1. tract.9 disputat.25 quæst. 42.* citans Caiet. Palud. & Tabienam.

Non licet vxori post copulam semen emittere.

2 P. Fagund. *in Decal. tract. 1. lib. 6. cap 3. num. 10.* dixit immeritò contra communem, licere vxori post copulam semen emittere iustâ de causâ, ne concipiat. Dixi, immerito; quia impedire generationem de se est intrinsece malum.

Potest vxor non sana mẽtis reddi debitum à marito.

3 An verò possit coniugatus delectari v.g. in pictura, vt possit coire cum vxore, dictum est *verb. Circunstantia.*

4 Adhuc cum periculo aborsus dixit Baucius *tom.2. opusc. 1. quæst.10.* posse vxori non sanæ mentis reddi debitum à marito. & citat pro se Sanchez *lib. 8. de matr. dub 102. num 8.* asserentem posse ad inuicem reddi debitum inter coniugatos, etiamsi cognoscant prolem non edituam. Sed contrarium ego sequor cum pluribus & communi *p.1. tr.13. res. 41.* nisi esset vxor sterilis.

Non verò si cognoscat prolem non edituam.

Cõiugatus ignorata pœna incestus nõ incurrit censuram.

5 Coniugatum ignorata pœna imposita incestu, non incurrere illam, & sic non ligari, vt repetat debitum, probabilius esse dicit Martin. de S. Ioseph *in Monit. tom.1 lib.1. tr.52. de Matr. ibid.*

Maritus debet expectare, donec vxor professionem emittat.

6 Bimestre posse expectari à coniuge, ne reddat debitum, etsi volit religionem ingredi, docent plures apud Sanchez, quibus adhæreo, licet oppositum doceat Bord *in Miscell. decis.244.* Et tandem maritus debet expectare, donec vxor professionem emittat, etiamsi in illa tardet, scilicet, si ingressa est Religionem duodennis *part.10. tr.14. res.22.* vide plur. *verb. matrimonium vxor.*

7 Copula coniugalis facta ex voluptate solâ, communiter est veniale, aliquando etiam nullum omnino peccatũ erit. Sicut delectatio in cibo communiter, etsi non semper, est peccatum veniale *p.11 tr.2 res 41.*

CONSANGVINEI.

Consanguinei tenẽtur in casu hæresis tantũ denuntiare.

1 COnsanguinei vsque od quartum gradum non tenentur denuntiare, si veritas aliunde haberi non potest, possunt tamen in casu hæresis, & in Tribunali Sancti Officij. *pag. 8. tract.7. resol.10.*

CONSCIENTIA *Dubia.*

Ad rectè operandum sufficit sensus practicus.

2 QVamuis ad rectè operandum requiritur iudicium practicum moraliter certum; hoc tamen non oportet vt sit ita certum, quod omnem

Practicus rationis ita dictans, etiam cum formidine.

oppositi formidinem excludat. Vnde sufficit assensus rationis probabiliter dictans hoc vel illud, honestè agi. Ita Vasquez, in 1.2 *disp.62. cap.5.* contra Laymã, *lib.1.tr.1.cap.5.§.1.num.3.par.4.tom.3.resol.1.§. Notandum.* Operari autem cum conscientia dubia speculatiuè, & non practicè, non est illicitum; quando adhibita est diligentia ad vincendum dubium speculatiuum, & subest rationabilis causa variandi iudicium speculatiuum practicè, seu hic, & nunc, v.gr. possidet quis rem bona fide: mox incipit dubitare, an res sit sua, quod est dubium speculatiuum. Adhibet diligentiam, vt certior fiat, & dubium non vincitur: potest is rem retinere, & practicè non dubitare, qua melior est conditio possidentis *ex reg. 61. de reg. iur. in 6.* Hanc distinctionẽ dubij practici, & speculatiui admittunt contra Lorcam in 1.2. *disputatione 37. numero 1.* omnes DD *ibid.* initio.

Et potest quis operari cũ dubio speculatiuo

Non tamen practico.

Illa regula iuris (melior est conditio possidentis) non solum est vera in materia iustitiæ, sed etiam omnis virtutis.

2 Citatam regulam iuris, quod *melior est conditio possidentis*, ait Vasquez *in 1.2. disp.65 cap.3* veram esse solum in materia iustitiæ. Et probabiliter quidem. Sed æquè probabiliter docuit Suarez *de relig. tom.2.lib.4 cap.5. num.7.* veram esse in omnibus virtutibus. Est enim regula iustitiæ generalis, quæ in omnibus virtutibus, in quibus legi vniuersali obedire tenemur, imbibitur *p.4.tr.3.resol.2.*

Probabile est, esse solùm veniale, operari cum conscientia dubia, an actus sit mortalis, vel venialis.

3 Operari cum conscientia dubia, an actus sit peccatum mortale, vel veniale, & proponente illum vt malum in confuso, secundum Vasquez *in par.2. disput. 59 cap.3.num.10* est peccatum mortale, etiam si postea comperiatur fuisse veniale. Quia voluntas, dum non examinat, vult illud committere, qualecunque sit. Et sine dubio se exponit periculo peccandi mortaliter. Sed contraria sententia Valentiæ *tom.2, disp.2 q.14. punct. 4.* est probabilis, quia velle malitiam in genere est velle malitiam, quæ non excedit veniale: si n. excederet, non esset veniali, & mortali cõmunis *par.1. tr.7. resol.24.par.3.tract.4.resol.162. & par.5.tr. 5.res.31.§. Sed difficultas.*

An in dubiis tutior

4 Regula illa, quæ habetur *in cap. inuenit, de sponsal. & in cap. si quis autem*

pars sit eligenda?

disp.7. de pœnit. nimirum: *Tene certum, & dimitte incertum*, secundum Palaum *tom. 1. disputatione 3. punct.6 numero.4* & alios, non continet præceptum sed consilium. Secundum Naldum *v. dubium, n.39.* procedit, quando exprimitur in iure circa aliquem casum peculiarem. At Becanus in *1.2. tract 1 c.4 q.9. n 4.* & alij procedere putant in dubio practico, non in speculatiuo. Nam non obstante dubio speculatiuo de iustitia, v.g. cambij *colla ricorsa*, possum ipse formare iudicium practicum moraliter certum, me posse illud efficere; eo quod hic, & nunc licitum mihi est, operari secundum probabilem opinionem speculatiuam. *p.4.tr: 3.res.3.*

In dubio vter ducrũ sit patet illegitimi, vterque tenetur illũ alere.

5 In dubio, quisnam ex duobus sit pater alicuius illegitimi, vterque tenetur illum alere. Attamen, si alter nolit, aut nequeat, non tenetur alter integrũ, vt ait Azo *tom.2. lib.2 c.19 quæst.8* quia illegitimus non habet ius integrum contra vtrumque. Ita Vasquez in 1.2. *disput.66 cap.8.num.48.* Quamuis probabiliter docet Salas in 1.2 *tr.8. disp.vn. sect 24.nu.148.* matrem aliquid plus exigere posse a nobiliori, & ditiori, qui scilicet meliora alimenta præstare deberet, si certus esset esse suum *par.4.tract.3.resol 31.*

Quamuis mater possit aliquid, plus exigere à nobiliori, & ditiori.

6 In dubio, an cognitio causæ competat iudici Ecclesiastico, an Laico, Ecclesiasticus cognoscit. Et generaliter in omnibus dubiis eligenda est opinio, quæ fauet Ecclesiæ. Vide *v. opinio probabilis, n 1.*

6 In dubio de potestate Prælati, &c. an subditus teneatur obedire. Vide *v. subditus.*

CONSCIENTIA Erronea.

Agere cum conscientia erronea, dicitante actũ esse mortiferũ est peccatũ mortale.

7 COnscientia erronea dicitur iudicium practicum particulare, quo quis imprudenter iudicat bonum, quod malum, vel malum, quod bonum est. Et quidem si conscientia etiam erronea dictat aliquid esse peccatum, quod

quod alioqui non esset peccatum est illud efficere. ✝ Hoc autem peccatum nō habet specialem malitiam contra præceptum, vel virtutem, sed generalem quamdam rationem peccati, determinandā ex tali, vel tali materia, circa quā versatur. Vnde qui falsò putaret hodie esse Vigiliam, & non ieiunaret, eiusdem speciei peccatum committeret ac si verè Vigilia esset, & sic non oportet in Confessione explicare circumstantiam conscientiæ errantis, sed sufficeret dicere: *Non ieiunavi in Vigilia.* Vide Salas *in par. 2 tract. 8. disputatione 1. sect. 33. num. 28.* Sed contrarium docet Valentia *tom. 4 disp. 7. quæst. 11. punct. 7 par. 3 tr. 4. resol. 16. §. Notandum.*

Illius speciei, cuius existimatur.

8 Agere contra conscientiam errantem, non semper est mortale: sed quandoque veniale: suamque gravitatem, & levitatem sumit à gravitate, & levitate materiæ, in qua conscientia errat, & à diversitate iudicii, falsò suadentis, vel monentis. Nam conscientia dictare potest, ut peccatum mortale, etiam si sit leuis, sicut etiam dictare, ut veniale, cùm materiā sit grauis, Ita Azorius *tom. 1. libr. 2. cap. 8 quæst. 5 part. 5. tr. 5. res. 31.*

Quandoq; etiam solū veniale.

9 Nullum peccatum committit quis, si sequeretur conscientiam errantem, si dictat utramque partem contrariam esse malam? quia non adest libertas sufficiens ad peccatum *par. 9. tr. 8. res. 47.* Et sic non peccat actu, nisi actu sit conscientia dictans esse peccatum, vel dubitet actum de eius obligatione, *ibid. res. 48.* ad deponendam conscientiam erroneam, debent esse rationes probabiles in contrarium, quia pro libito talem conscientiam deponere nequeat *ibid. res. 49.*

Errans in utramque partem nō committit peccatum.

Debet actu dictare, ut sit peccatum.

CONSERVATOR.

1 Regulares non possunt eligere alium Regularem Prælatum in conservatorem, de hoc lege Breve Innocentii Decimi 14. Maij *1648. p. 9. tr. 9. res. 26.*

Regularis non potest eligi in Cōservatorem.

CONSVETVDO.

1 Consuetudo abrogat ius positivum. Sed ad hoc duo sunt necessaria, *ex cap. fin. de consuetud.* Primùm, quòd sit rationabilis. Est autem rationabilis secundum Palatium in *3. senten. distinct. 37. disputatione. 7.* si neque dissonat à iure divino, neque à iure naturali; Secundum, quod sit præscripta sufficienter. Sufficiens autem præscriptio est, si legibus, aut ter contraveniatur, Principe sciente, & non contradicente, cùm facilè posset. (Simplex autem tolerantia non excusat à legis contraventione, quia multa per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, *ex cap. cum tam dudum, de præbend. part. 1. tractat. 2. resolut. 5. & part. 4. tractat. 1. resolutio. 1. §. Verum.*) Si autem consuetudo introducatur, ignorante legislatore, Sotus *de iustit. libro 1. quæst. 7. art. 3,* & alii, asserunt, nullum tempus determinatè sufficere, sed arbitrio prudentis determinandum, ex qualitate negotii, & actionum pluralitate. Azorius *tomo 1. libr. 5. cap. 4 quæst. 4.* distinguit, aitque pro lege civili sufficere decem annos, pro Canonica quadraginta. Sed dicendum cum Palao *tom. 2. tractat. 10. disputatione vnic. punct. 4 nu. 2.* probabile esse, quòd etiam ad abrogandam legem Canonicā consuetudo decem annorum sufficiat? quia, cum de illa nihil peculiare quoad hoc designetur, censendum videtur ex iure civili: Nec est paritas, quod ad præscriptionem contra bona Ecclesiastica requirantur quadraginta anni. Nam in hoc, ut ait Granado in *1. 2. controv. 7 tractat. 3 part. 2. disputat. 16. sect. 1. num. 9.* præscriptio tollit ius Ecclesiæ in illa bona, etiam ipsa nolente; consuetudo verò tollit obligationem legis ex tacito legislatoris consensu, qui sufficienter dignoscitur in decennio. Cæterum Palatius, ubi supra tenet, huiusmodi spatium, & præscriptionem esse necessariam pro foro exteriori, ut

Consuetudo tollit ius positivum.

Si est rationabilis.

Et sufficiēter præscripta.

Id est, si lex bis, aut ter sciente, & non cōtradicente Principe conservetur.

Vel si ipso ignorante, violetur per decennium.

Etiam si sit Canonica.

Immo Palatius, in foro conscientiæ non retinet nisi præscriptionē.

Iudex

Iudex iudicet pro consuetudine contra legem: pro foro autem conscientiæ sufficere, quòd consuetudo sit rationabilis. Quæ opinio an sit probabilis, ipse considera. Nam contra illam stant Suarez, *de leg. lib. 7. cap. 18.* & alii communiter docentes, quod qui introducunt consuetudinem contra legem, toto tempore, quo consuetudo non est legitimè præscripta, peccant, quia nulla ratione excusantur. Lex enim obligat, dum contraria consuetudo non est introducta *p. 5 tr. 14. ref. 62.* ex parte etiam docuerat *part. 1. tr. 9. ref. 21. & tr. 10. ref. 7.*

Sed hoc videtur laxum.

2 Porrò nulla consuetudo potest contra libertatem Ecclesiasticã. Tum, quia libertas Ecclesiastica, si non procedit à iure divino, est saltem iuri divino conformis, & consequenter eius violatio est irrationabilis. Tum etiam, quia omnis talis consuetudo reprobatur in cap. *noverint, de sentent. excommunic. in Authentica cassa. C. de Sacrosanct. Eccles.* in cap. *cum terra, de elect.* cap. *ad nostram*, & cap. *cum inter, de consuetud.* & singulis annis in Bulla Cœnæ Qui textus non solum loquuntur de consuetudine abrogante totam immunitatem Ecclesiasticam, contra Couarruuiam, *pr. 99. cap. 35. num. 5.* qui in hac legendus est: sed etiam contra Pereiram, *de manu Reg. par. 2. cap. 50. num. 41.* de consuetudine particulari. ut patet ex cap. *Clerici, de iud.* Ita Binsfeldius, *de iniur. & damno dato, cap. 7. concluſ. 12. dub. 3.* & alii *par. tet. tract. 2 ref. 4 & par. 4 tract. 1 ref. 10. & 101.* Idemque putat Suarez *contra Reg. Ang. lib. 4. cap. 32. n. 19.* contra Surdum, *cons. 2. volum. 1.* de consuetudine mixta laicorum & Clericorum, si iuri canonico præiudicat. & in illam Pontifex, saltem tacitè, non consentiat. *p. 4 cit. ref. 69.* nec ulla consuetudo tribuere potest laico iurisdictionem Ecclesiasticam, quia non est illius capax. Ita communiter cum Tusco, *tom. 4. concl. 442. num. 28. par. 3. tractat. 6. resolut. 1.* & *part. 7. tractat. 1. resolut. 18.* Vide V. *Censura, num. 5.*

Nulla consuetudo prævalet in libertatem Ecclesiasticam.

Etiam in aliquo casu particulari.

3 Ex quibus infert primò, Principem non posse ulla præscriptione iuuari in acquirenda iurisdictione conferendi Episcopatus, & alia beneficia, etiamsi sit immemorialis. Nec iuuat tolerantia Papæ; nam hæc non est tolerantia, sed simplex conniventia, & patientia, ut infra dicemus. Ita etiam Tuschus, *ibidem.* Rursus non posse iudicem laicum cognoscere Clericos, etiam in minoribus, *part. 4 tractat. 1 resolutione 10.* Nec Principem eos collectare vigore consuetudinis, *part. 1 tractat. 2 resolutione 97. & par. 4. tract. 1 resol. 101.* Nam violant libertatem Ecclesiasticam, & incurrunt excommunicationem, cap. *noverint, de sent. excomm.* & secundum Sayrum, *de cens. lib. 3. cap. 19. num. 10.* etiam in censuram Bullæ Cœnæ. Et Navarrus, *cap. 27. n. 119.* putat iudicem laicum hanc censuram incurrere, si sciens servari statutum contræ immunitatem, non impediat *par. 3 tract. 1. ref. 58.*

Vnde consuetudo nõ excusat in dicẽ laicũ ad cognoscendum, vel Principem ad collectandum Clericos in minoribus.

4 Sed quid dicendum de consuetudinibus quorundam Regnorum, contra immunitatem Ecclesiasticam, quæ absque ullo scrupulo à laicis magistratibus observantur? Respondeo, si tales consuetudines non sunt approbatæ per cõsensum. Summi Pontificis, certum est eas non posse inducere privilegium, quantumvis immemorabile. si verò talis consensus adsit, adsitque constans fama, & traditio antiquæ seu immemorialis, quod præuenerit privilegium, videtur sufficiens, ut talis consuetudo pro privilegio reputetur. Ita Suarez *contra Reg. Ang. lib. 4. cap. 34. num. 17.* contra Valascum *prax. cap. 35. num 11. part. 3. tract. 1. resol. 62.* Quòd verò attinet ad collationem Episcopatuum, &c. Principes qui eos conferunt, cõferre ex speciali privilegio Papæ dicendum videtur, & sic non conferre ipsos, sed Papam ministerio ipsorum, ut determinavit Rota omninò videnda apud Riccium, *tom. 4 resol. 37. par. 3. tract. 1. resolut. 65. § ut igitur.* Nam de reliquo non est semper verum, quod si Papa tolerat aliquam consuetudinem consentit in illã Namur docet Suarez, non omnis tolerantia indicat consensum. Multa enim per

Quid de consuetudine quorundam Regnorum contra immunitatẽ.

Probati possunt, si adsit fama privilegii.

Et consensus summi Pontificis.

Non solum toleratiuus, sed approbatiuus,

per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, iuxtà cap. *cum tam dudum, de præb.* & D. Thomam apud Macratium *to. 1 tr. de leg. disp. 15 sect. 11.* Debet ergo huiusmodi consensus esse approbatiuus, animo inducendi, vel confirmandi consuetudinem, *p. 1. tr. 2. resol. 5. & p 4. tr. 1. ref. 2. §. Verum, & res 20.* in fine. An verò talis consensus in aliquibus casibus adsit. Affirmant Salgado *tom. 1 p. 1. c. 1. prel. 3 num. 139.* & alii. Negant Suarez *contra Reg. Ang vbi sup. num. 11.* Peregrinus *de immun. cap. 2. num. 34.* & alii. Dicuntque omnes tales consuetudines revocari, & irritas declarari quotannis per Bullam Cœnæ: Pontificem verò illis non resistere: quia non potest sine maiori damno, & scandalo. Est igitur res multum dubia, & periculosa. *par. 1. tract. 2. ref. 5. & par. 7. tr. 1. ref. 18.*

Qui an de facto adsit, communiter negant.

Cæterum consuetudo iudicis Ecclesiastici in laicos, prævalet.

5 Consuetudo autem iudicis Ecclesiastici in laicos est valida, iuxta ea, quæ docent DD. *in c. cum contingat, de foro cõp. c. licet ex suscepto eod. tit. & lib. 3. c. de emancip liber.* Acquiritque iurisdictionem privativè, quia præscriptio æquiparatur pacto, seu contractui. Ita Cochier *par. 1. cap 30. num. 7. & cap 26. num. 1. 2.* Quòd verò ait Cadaldus, *de imper, quæst. 54. num. 20.* non sufficere, scientiam officialium, sed requiri etiam scientiã Principis laici, verum est tantum respectu subditorum, qui adversus superiorem præscribere non possunt; unde non procedit cum iudice Ecclesiastico. Idem Cochier *vbi sup. q. 3 n 3 p 4. tr. 5 ref. 52.*

Etiam si ignorante Principe sit introducta.

Cõsuetudo etiam facit legem, si de maiori bono.

Introducta à maiori parte populi, cum intentione se obligandi.

6 ✠ Consuetudo non solum destruit legem, sed etiam facit, & obligationem inducit, & si est de maiori bono, etiam in conscientia. ✠ Debet autem esse inducta à maiore parte populi, cum intentione obligãdi, & quidem sub mortali, ut obliget ad mortale. Quod si dubium sit, utrum introducta fuerit animo se obligandi, ab verò ex devotione præsumendum est, non fuisse inductam tanquam obligatoriam. Ita Suarez *de leg. libro 7. capite 15. numero 13.* contra Reginaldum *tomo 1. libro 13. capite 13 sect. 1. numero 14. 4 parte 1 tractat. 9 resolutione 41. §. Notandum est & tractat. 10. resolutione 30 parte 4. tractat 3. resolutione 58.* Consuetudo autem generalis obligat omnes generaliter: particularis alicuius populi, illum populum. Porrò consuetudines particulares laicorum non obligant Clericos, nec Religiosos; & consuetudines Clericorum non obligãt laicos, & Religiosos. Neque similiter Religiosorum obligant laicos, vel Clericos. *par 5. tr 14 ref. 13*

Certa.

Et quidem eos obligat; inter quos inducta est. Vnde consuetudo laicorum non obligat Clericos, &c.

7 Consuetudo peccandi, an explicanda sit in Confessione Vide V. *Confessarius, numero 31.* Consuetudo absque bona fide præscribi dicitur contra Lessium. *par. 8. tr. 7 ref. 37.*

Cõsuetudo obligat ad mortale.

8 Consuetudo monialium dicendi officium extra Chorum, recitandi officium defunctorum 2. Novembris, ieiunandi in Vigilia Assumptionis B. Mariæ, non comedendi ova in Quadragesima obligat ad mortale *par. 9 tract. 7 ref. 29* nec credendum est Doctoribus circa consuetudinem. *Ibid. tract. 8. ref. 12. §.* Nec obstat.

Cõsuetudo 40. & decem annorum debet servari.

9 Consuetudo 40. annorum, imò & decem introducta contra Regulam, & constitutionem Religionis excusat ab earum observantia, & sufficit ad abrogandam legem. Idem admittit Suarez adhuc respectu legis Canonicæ, *de leg. libro 7. capite 8. numero 9.* & Lessius *libro 2 dub. 4 capite 6.* Diana & alii *parte 10. tr. 15 resolutione 6.*

CONTRACTVS.

✠ DE Contractibus, Cambii, Census, Conductionis, Locationis, Depositi, Emptionis, Venditionis, Matrimonii, & Mutui, quæ sub propriis nominibus. De contractibus metu celebratis. Vide V. *Metus irritans contractum.*

Cõtractus (à la mesa,) licitus est.

1 Contractus massarii ad mercatorem, Siculis frequens, vulgo dictus, *à lamera*, licitus est, etiam, si qui frumentum promittit, non sit agricola, nec dominus prædiorum; unde speret frumenta iuri serragiorum, neque in

solidum cum aliquo se obliget, qui talis sit. Qui potest nihilominus habere frumenta quæ promittit emendo illa. Vnde hic contractus reducitur ad contractum emptionis, & venditionis rei, quam quis habet in potentia morali, eo modo, quo agricola habet frumenta, quæ colliget ex suo agro. Addo, quòd quis licitè vendere potest rem alienam, & frumentum alienum, quod nec habet, nec habere potest, & talis vendès solùm tenetur emptori ad evictionem, ad pretium rei venditæ, & ad damnum ex tali emptione secutum. Si verò contrahens, nec habet frumenta, nec facultatem illa emendi, mentitur, & contractus, secluſa necessitate, & bona fide, est illicitus. Et mercator iniquè sic contrahit cum filiis familias, & talibus, quos scit, non posse præfixo tempore frumenta habere, & consignare. *par. 1. tr. 8. res. 13.*

Etiã in eo qui non habet frumẽta, nec ius ad illa.

Dummodo emere possit suo tempore.

2 Quoniam verò in contractu *à la meta* apponitur pactum de petendo in defectu consignationis summo valore frumenti illius anni, vulgò *le maggiori valute*: dico tunc summum pretium sumi posse, quando mercator determinasset vendere talia frumenta, eo tempore, quo currebat pretium summum. Si verò tunc nil cogitavit, non posse accipere, nisi medium inter pretia currẽtia illius anni. Ita in casu simili Villalobos *par. 2. tract. 21. dub. 7. numero 10.* & alii. Sed in contrarium aliqui adducunt doctrinam Vasquez *opusc. de restit. capite 5. §. 1. dub. 12. numero 77.* & aliorum, quòd si incertum sit, quo pretio dominus rem furtivam erat venditurus, restituendum est ei summum pretium, quod interea habuit res illa, quia revera illo pretio vendi poterat, & in dubiis melior est conditio possidentis. Neque dicas hoc procedere tantum in iure. Nam, ut benè docet Tanner. in *2. 2. disputatione 4. quæstion. 6. dub. 2. numero 40.* mora debitoris æquivalet iniustæ acceptioni etiã directè voluntaria. Vnde est par ratio. *parte 1. tract. 8. resolutione 17.* An verò emptor possit accipere omne interesse intrinsecum, & extrinsecum, si nullum fuit pactum appositum in venditore. Vide V. *Vendere num. 19.*

Creditor autem non potest sibi in defectu consignationis sumere maximum valorem illius anni, sed illũ qui currebat, cum vendere parabat.

Quamquam aliqui teneãt sumere possè summũ valorem.

3 Contractus *à la meta*, sæpius renovari potest, si debitor tempore mensis Augusti nec potest soluere frumentum, nec pretium. Secluſa tamen fraude, & affectu avaritiæ, & dummodo talis habeat spem habendi statuto tempore frumenta, vel pretium *parte 1 tract 8 resolut. 18.* An verò in renovatione prædicti cõtractus adiici possit interesse sorti principali? Negat Molfesius *summ. par. 62. tract. 12. cap 7. num. 113.* & Decisiones novissimæ Rotæ Romanæ *vol. 1. decis. 315. numer. 8.* Nam in primis hæ essent usuræ usurarum prohibitæ *in l. vlt. C. de vsuris.* Et deinde si daretur interesse alterius interesse, res abiret in infinitum contra textum, *l vn. V. in aliis autem casibus. C. de sorti prinsent. qua pro eo, quod interest profertur.* Sed probabilior est sententia Ripæ *observ. 314. numero 8.* & aliorum affirmativa. Nam cum primum interesse non soluitur, fit capitale; quo non restituto, causatur novum interesse. Nec potest assignari ratio, cur interesse sortis accipi possit, & non interesse alterius interesse, cum tam sors debeatur, quam interesse. Vide Lesium *libr. 2. cap. 23. dub. 9. n. 85. part. 1. tr. 8. res. 19.*

Hic verò contractus dum venditor non consignari potest saltus renovarit.

Additio intereſſe ſorti principali.

4 Frequens est in hoc Regno contractus vulgò dictus *apagare, e consegnare.* Celebratur autem huiusmodi. Ioannes habet mense Ianuarii centum modios tritici; vendit eos Petro, sed non tradit tunc, cum celebratur contractus, nec Petrus tunc solvit pretium, sed utrumque fit mense Iulii: pretium verò taxatur mense Ianuarii, modicum supra pretium tunc temporis currens. Et Ioannes tenetur consignare frumenta Petro, quandocumque ille petierit intra Ianuarium, & Iulium, quo tempore frumentum stat periculo, & expensis Ioannis. Quod si transacto Iulio, Petrus frumenta non accipiat, debet illum Ioannes cogere, ut accipiat, protestando se de interesse, & expensis, & periculum deinceps erit penes Petrum.

Cõtractus (à pagare, è consegnare est lidicitus.

Inter eos qui habẽt, & vendũt frumenta.

Hic

Hic autem contractus si fiat inter eos, qui verè habent, & vendunt frumenta, licitus est. Quia est contractus veræ emptionis, & venditionis. Et illud modicum, quod accipitur ultra pretium currens, accipitur pro expensis, laboribus, & periculis, quibus subest Ioannes in conservando frumentum. Denique in hoc contractu est æquale & probabile periculum utriusque: nam post Ianuarium pretium frumentorum potest evadere maius, & minus, & sic uterque potest lucrari, & perdere *p. 1 tract. 8. res. 65.*

Sicut contractus dictus Italicè, stocco.

5 Contractus Hispanicè dictus, *mohatra*; Italicè, *stocco* (quando scilicet, quis pecuniæ egens, emit pecunia credita merces à mercatore pretio summo, & statim ei pecunia numerata revendit pretio infimo) à D. Antonino *p. 3. tit. 8 cap. 4. §. 4.* iudicatur usurarius, & in legibus Castellæ, ut notat Rebellius, *par. 2. libr 9 quæst. 7. num. 7.* gravissimis pœnis prohibetur. Sed probabilius est, esse iustum, ut docet Navarrus *cap. 23. num. 91.* & alii, dummodo mercator ad hoc emptorem non cogat, nec ullum pactum implicitum vel explicitum adhibeat, ut docet Graffius *par. 1. libr. 2. capite 109. numero 4.* Item dummodo pretium, quo venduntur merces, non sit maius summo, & pretium quo reemuntur, minus infimo. Ratio verò est quia cum servatur iustum pretium tam in vēditione, quam in revenditione, non videtur esse iniustitia. Immò fit beneficium emptori; dum liberatur ab onere quærendi alium, cui vendat merces & à sumptibus ad hoc requisiti. *par. 1. tr. 8. res 20. 33. & 58.* Molina *tom. 2. disp. 310.* ultra requirit, quod merces non vendātur ex intentione principali reemendi infimo pretio. Sed rectius ait Salas *tr. de empt. & vend. dub. 37. n. 4.* hoc non obstare, quia ubi nihil ultra sortē deducitur in pactum, nec speratur ut pretium aut debitum de iustitia, pro mutuo, nulla est usura etiamsi auctarium principaliter intendatur, *res. 48. cit. à §. Addunt.*

Concurrentibus certis circumstantiis.

Et cum aliis circūstantiis cōtractus (à godere.

6 Licitum est tradere alteri pecuniam, tradenti v. gr, domum, ut interim unus utatur re, alter pecunia, qui contractus vulgò dicitur, à *godere*. Dummodo in traditione pecuniæ cesset aliquod lucrum, & apponatur pactum retrovendendi in favorem utriusque contrahentis. Nam tunc usus rei accipitur ratione lucri cessantis, quod etiam in mutuo fieri potest. Et sic iste contractus reducitur ad contractum innominatum. *Do, ut des.* Ita Homobonus *parte 2. tractat. 9 cap. 15. quæst. 42. par. 1 tractat. 8. resolutione 28.* Molfesius *tomo 2. tractat. 12. cap 8. numero 47.* ad vitandam suspicionem usuræ, tradit hanc praxim istius contractus, ut dominus prædii illud vendat pecunia numerata, cum pacto retrovendendi post certos annos, intra quos à prædio emptor expelli non possit. Requirit autem præterea, quòd fructus prædii æquales sint cum lucro cessante, alias ad æqualitatem reducantur. Alium modum præbet Coradus *de contr. quæstion. 84. parte 1. tractat. 8. resolut. 8.*

Et (beneficiata.)

7 Licitus item est contractus, vulgo dictus *lotto*, seu *beneficiata*, seclusis fraudibus. Ita Filliucius *tomo 2. tractat. 37. cap. 3. numero 43.* Res autem ibi vendi debent iusto pretio, adiectis expensis, & labore ministrorum. Ita Sà V. *vend. numero 15. parte 1. tractat. 8. resolutione 81.*

Nec non contractus dandi certa summā pecuniarū mercatori, ut accipiātur v. g. quinq; pro cētenario.

8 Potest quis dare mercatori magnam summam pecuniarum cum pacto, ut in fine anni accipiat quinquè ver. gr. pro centenario. Dummodo intendat saltem implicite, celebrare tres contractus, unum societatis, alterum assecurationis capitalis, & tertium venditionis lucri incerti pro certo, aut assecurationis lucri certi pro maiori incerto. Ratio est, quia in tali casu servatur æqualitas, nam onera imposita compensantur iusto pretio. Deinde, si supradicti cōtractus seorsim, & cum diversis personis celebrentur, sunt licitis; ergo etiāsi simul, & cum eadem persona. Ita Bonacina *de contract. disp. 3 quæst. 3. punct. 11. n. 2 p. 1. tr. 8 res. 30.*

In contractibus celebratis in gratiam utriusque contrahentis si ali-

Librati in gratiam utriusque contrahentis, si damnum contingat sine culpa possidentis, dividi debet.

quod damnum contingat sine culpa possidentis hic in foro externo ad nihil tenetur, sed in conscientia tenetur ad dimidium damni, quia, sicut uterque contrahens ex contractu commodum percipit, ita æquum est, quod uterque damnum participet. Et sic Valerus V. *Damnum, diff. 4.* obligavit in conscientia scholarem; apud quem mulus conductus sine eius culpa perierat, ad restituendum dimidium pretii *par 3. tractat. 6 res 10.*

Cõtractus innominati per ius naturale actionem non pariũt

10 Contractus innominati actionem non pariunt per ius Civile secus per ius Naturale, & coram Deo, & in foro conscientiæ *par. 2. tract 9. res. 12.*

CONTRACTVS Census.

Census natura.

11 ✠ CEnsus describi potest, ius exigendi pensionem de re utili alterius. Alius est resignativus, alius consignativus. Et hic vel est perpetuus, vel temporalis. Item perpetuus, vel est redimibilis, vel irredimibilis quamvis post Bullam Pii V. omnis sit redimibilis. Temporalis verò aut est ad tempus certum vel ad tempus incertum. Rursus omnis census, aut est fructuarius, aut pecuniarius, qui est magis in usu: Emptio, & venditio censuum cum debitis circumstantiis est licita. Circumstantiæ verò aliæ requiruntur de iure naturæ, aliæ ex Bullis Pontificum ✠.

Et species.

Census licitus si servet iura naturæ.

Videlicet, iustitiam pretii.

12 De iure naturæ in contractu censuali requiritur æqualitas inter censum, & pretium. Et quod si aliqua gravamina hinc inde per pacta accessoria imponantur, ea prudentis arbitrio debitè compensentur. Ita Lesius *libro 2 cap. 22. dub. 12. num. 74. parte 1. tract. 8. resolut. 44. §. idem etiam. Versic. Quod verò.*

Et gravaminũ compensatio.

13 Addunt Sotus, *de iustit. lib. 6. quæstion. 3. artic. 3.* & alii requiri in contractu census de iure naturæ, ut non apponatur pactum de redimendo in favorem emptoris alioqui fore usurarium. Ubicumque enim datur pecunia cum pacto eam recipiendi, & aliquid ultra sortem, ibi adest usura. Sed, secluſa lege positiva, probabile existimo cum Valentia *tom. 4. disputat. 5. quæst. 22. punct 6.* talem circumstantiam non requiri, & pactum redimendi apponi posse, dummodo hoc grauamen debite ab emptore compensetur. Et ita, hanc sententiam Romæ à doctis viris existimatam probabilem, testatur ipse Valentia, quamvis ob periculum usuræ talia pacta non sint suadenda, *part. 3. tractat. 5. sol. 7.*

Etiamsipo natur pactum de redimendo in favorem emptoris.

14 ✠ Præter has conditiones aliæ exiguntur in extravagantibus Martini, Callisti, & tandem Pii V. Et quidem conditiones duorum priorum non videntur necessario requisitæ ad valorem contractus, & Pontifices approbasse contractus censuales cum talibus conditionibus, minimè verò reprobasse eos, qui aliter fierent ✠. Bullam verò Pij V. notat Lesius *lib 2 cap. 22. dub. 13. num. 99.* non esse in Regno Siciliæ usu receptam. Vnde illa non obstante, si venditor census non soluat fructus, potest est his antiquus census augeri, vel novus constitui. Ita Salas *de censib. dub 8. num. 13.* Immò Sotus, *de iustit. lib. 6. quæst. 5. art. 1.* probabiliter docet, censum constitui posse ex pecunia credita, quamvis Faustus, *disput. 18. quæst. 32. numero 3.* probabiliorem putet contrariam opinionem Lopez. Probabiliter in quam, ubi Bulla non est recepta, nam id in ea expresse prohibetur, *ubi supra.* Adde, quod, cum dicta Bulla multa requirat solum ad vitandas fraudes, quæ intervenire possunt, contractus censualis absque talibus requisitis valet pro foro conscientiæ, etiam ubi Bulla recepta est, dummodo fraudes absint. Ita Megala, in 2 2 *libro 2. capite 7. quæst. 2. numero 55* & alii. Vnde, secluſis fraudibus, potest constitui census ex pecunia antea debita, vel mercibus assignatis in pretium, non obstante quòd Bulla damnet census celebratos non numerata pecunia tempore celebrationis.

Sunt, & alia requisita iure positivo sumpta morũ Pontificum.

Præsertim Pii V.

Cuius Bullam in hoc Regno dicunt non esse receptam.

Vnde, ea non obstãte, census non solutus adiicipotest sortẽ principali.

Adde

Et in foro conscientiæ cõstitui potest ex mercibus, vel pecunia antea debita, etiam vbi Bulla recepta est.

Adde, quod illud de mercibus non videtur contrarium Bullæ, quia venire possunt nomine pecuniæ: nam ex *l. pecuniæ ff. de verbor. significat.* pecuniæ nomine comprehenduntur æquivalentia. Ita Malderus in 2.2 *tractat 5. capite 5. dub. 6.* & alij contra Filliucium, *tomo 2. tractat. 35 parte 2 cap. 3. num. 306. part. 1. tractat. 8. resolutione 44.* Et quamuis multi negent quod census constitui possit supra valorem fructuum rei, super quam imponitur, id tamen Sotus *de iustit. libro 6. quæst 5. articulo 1.* concedit fieri posse. *Ibidem* in fine.

Et ex Soto, etiamsi res minus reddat, quam sit census debitus.

15 Quod attinet ad pretium census illud est iustum, quod vel taxa constituit, vel consuetudo præscripsit †. Cæterum, si à venditore census vltrò offeratur vendendus, vile scit, sicut dicunt DD. communiter de mercibus vltroneis. Et quidem secundum aliquos vile scit pro tertia parte, secundum alios, pro dimidio. Itaque non damnarem eum, qui censum quinque vnciarum vltro oblatũ emeret vnciis octoginta, stante taxa vel consuetudine quinque pro centenario. Ita Cruz, *par. 1. pr. 3. qu. 6. dub. 2. concl. 3.* & alij *p. 1. tr. 8. res. 36.*

Census vitalitius est licitus.

16 Census vitalitius videtur licitus esse ex Filliucio *tom. 2. tr. 37. c. 2. num. 34.* quia exitus vitæ est incertus, & æquum æstimatur esse periculum amittendi, & spes lucrandi. *par. 7. tract. 9. resolutione 70.*

CONTVMELIA.

Contumelia quid?

1 † Contumelia propriè est inhonoratio alicuius per verba, aut signa denotantia malum culpæ, vt si cui dicatur, *fur, mendax,* &c. Latè idem est, quod conuicium, & significat etiam obiectionem mali pœnæ, vt cæcitatis, stultitiæ, natalium illegitimorum, &c. Est peccatum ex suo genere mortale, si non excusat indeliberatio, paruitas materiæ, aut modus obiiciendi, vt per ludum, aut correctionem. Sunt autem omnes contumeliæ eiusdem speciei, & in Confessione non necessariò distinguendæ, vt dictum est V. *Circumstantia numero 32.*

Quale peccatum?

2 Contumelioſum non licet occidere. Vide V. *Occidere, numero 26.* quamuis falsum, vel occultum crimen obiicienti, liceat respondere, *Mentiris,* vt dictum est V. *Compensare, numero 4.* †

Et an iustificet homicidium?

COPVLA Coniugalis.

Copula cõplenda, & initianda in vase naturali.

1 † Copula coniugalis fieri debet in vase naturali; nam in præpostero etiam incipere, peccatum est. Ità Bonacina *de matrimon. quæstion. 4. punct. 11. numero 12.* contra Nauarrum, *de pœnitent. concl. 7. part 2. tractat. 17. resolutione 37. § Ad secundum.* Immò nec licitum est perfricare verenda in vase prohibito. Pontius *lib. 10. cap. 11. numer. 5.* contra Sanchez, *tom. 3 lib. 9 de matrimon. disput. 17. num. 5. par. 3. tract. 4 resol. 204.*

Sed parum curandum de situ.

2 Sed variare situm in copula, ex suo genere est solùm veniale, etiamsi proptereà aliqua seminis pars elabatur, quia medici docent, non totum semen conseruari à matrice. Immò etiamsi eo concumbendi modo non ita certa speretur generatio, quia coniuges non tenentur ad generationem certiorem, sed solùm conuenientem modum adhibere. Ita Pontius, *vbi supra num. 3. par 2. tract. 15. resol. 64.* † & recitantur *in par. 3. tract. 4. resol. 204. § Notandum,* & quoad primum etiam, *in par. 1. tract. 7. resolutione 3. Si autem coniuges voluntariè foras semen emittant, peccant mortaliter.* Dixi, voluntariè, nam ✠ notat Pontius *vbi supra* id aliquando contingere posse absque culpa, vt si vir calidus, dum congredi conatur, semen extrà emittit, illa enim festinatio naturæ est, non voluntatis *p. 3 cit. § Addit.*

Quamuis non totum semen retineatur. Sed si foras illud voluntariè emittant, mortale est.

At coniux nõ tenetur expectare seminationem alterius ne alterius sit.

3 Cæterum probabile est, coniugem non teneri expectare seminationem alterius, etiamsi possit, nam aliqui docẽt, semen mulieris nec actiuè, nec necessariò ad generationem concurrere. Ita Sanchez *vbi supra numero 9.* [Ex quo *Et aliqui*

putant, vxorē posse manere frigidam, & veneri non cooperari.

etiam principio docuit Præpositus, *in 3. parte quæstion. 6. disputatione 4. numero 35.* Vxorem parum veneream, in reddendo debito posse mentem aliò diuertere, & remanere frigidam : nam hoc sufficit ad generationem ; alioqui sterilis non posset petere, & reddere debitum viro suo. *parte 5. tractat. 14. resolutione 37.*) Potest verò coniux post emissionem seminis coitum continuare, vt alter semen emittat, secundum Pontium, *num. 5. parte 3. tract. 4. resol. 104. §. Notandum*, in fine. At vbi vir membrum extrahit, non licet amplius vxori se ad semen emittendum manibus adiuuare. Vide V. *Tactu. numer. 4 par. 10 tract. 13. resol. 42.* nec posse virum suis manibus præstare in pudendis suæ vxoris docent Dian. & alij.

Accedere ad vxorem grauidam, non est peccatum.

4 Accedere ad vxorem grauidam, nullum peccatum est. Ita Coninch. *disputatione 34 dub. 9. concl 4.* contra Pontiū *cap. 14. numer. 7.* qui, secluso periculo incontinentiæ, putat esse veniale. *Resolut. 203. cit.* in fine. Ad menstruatam accedere, non est mortale. Imò Sanchez, *disp. 21. n. 2.* probabile putat, nullum esse peccatum. *Ibid. §. Nota*

Ad mẽstruatam, non est mortale. Copula fieri potest ob voluptatẽ. Ob conseruandã valetudinem.

5 * Finis primarius copulæ est propagatio speciei *. Sunt autem alij fines secundarij, vt conseruatio indiuidui, & sedatio concupiscentiæ : vnde probabile est coniuges coeuntes captandæ voluptatis causa, nec venialiter peccare, vt docuit Sanchez. *disputat 29. quæst. 3.* Ita Pontius, *libr. 1. cap 21 num. 6. 13 p. 3 tr. 4. resol. 216.* Idem dic, si id faciant ad conseruandam valetudinem. Ità Sà *V. debitum, nu. 5.* Etiam quando non deessent alia remedia, contra Henriquez, *lib. 11. cap. 15 numero. 5 par. 3 tract. 4 resol. 218.* Idemque, si id faciant vitandæ fornicationis causa, vt docet Durandus *in 4. dist. 31. q. 4.* contra D. Thomam *ibid. ar. 2. ad 4.* Idque contra Sanchez, *disp. 9 n. 4.* etiam si aliis remediis concupiscentia sedari posset. Nam oppositum nimis graue onus esset statui maritali. Ita Layman, *libro 5. tract. 10. par. 2. cap. 4. n. 1. par. 3. tr. 4. res. 219.*

Et vitandã fornicationem.

Et ne saluti

6 Coniuges de communi consensu copulam inchoantes & abrumpentes, ne noceat saluti, non peccant mortaliter. Ita Paludanus *in 4 dist. 31 quæst. 3. art. 2. cas. 5. par. 3. tract. 4. resol. 204. §. Nota*, & *resol. 227.* Immo nec venialiter, si neuter seminet, & absit periculum seminationis extra vas. Ita Sanchez *tomo 3 libro 9. disputatione 19. numer. 3 resol. 227 cit. §. Difficultas.* † Quamuis postea *tr. 6. res 95.* probabilius putet, id esse mortale †.

noceat, abrũpi potest.

Et ab vxore semen emitti absque peccato, si conscientia erronea non laborat.

7 Vxor statim mingens post copulam, vt semen eiiciat, vt non concipiat, per se non peccat mortaliter, secundum Belluchium *de cas. reser. par. 2. quæst. 4. numero 365.* quia matrix habet vim attractiuam, & retentiuam seminis, vnde ipsa frustra laborat. At ex conscientia erronea si existimat, sic impeditam iri generationem, proculdubio peccat mortaliter *par. 3 tr. 5 resolut. 15.*

Et coniuges in loco sacro concluſi per 4 dies, possunt coire sine peccato.

8 Coniuges in loco sacro concluſi (* per locum sacrum intellige solũ corpus Ecclesiæ, vt dictum est V. *Circumstãtia, numero 42.* *) si ibi maneant per longum tempus (quod Sanchez *disputatione 15. numero 12.* existimat esse mensem : Lessius *libr. 4 cap. 3. dub. 12. numero 86* semimensem. Fagundez *pr. 2. libr. 4. cap. 4 numero 21.* decem dies : ego verò cum Suarez, *in 3. p quæst. 83. art. 3. disputatione 81 sect. 4.* quatuor, vel quinque) copulam habentes, non peccant. Immo probabile est, quod docuit Pontius *libro 10. caput 10. numero 15.* copulam coniugalem occultam in Ecclesia, non esse sacrilegium, Etiamsi in ea coniuges non sint concluſi *p. 1. tr. 7. res. 19.*

COPVLA
Coniugalis.

Excitare amentes ad copulã cõiugalem est peccatum graue.

9 EXcitare duos amentes ad copulã coniugalem est peccatum graue, quando ab amente petitur debitum à sano non tenetur reddere, dummodo non adsit periculum polluendi se : vel accedendi ad alienam, si vir esset sanus non debet reddere vxori amenti, sed con-

Si abest periculū pollutionis.
Vir sanus non debet reddere amenti cum ira.
Est licitum copulam nō absoluere sine periculo pollutionis.
Peccat mulier mittēdo semen.
Non potest tangere verenda vxoris nec contra.
Tenetur expectare bimestre.
Sponsus tenetur expectare bimestre.

è contra Ochagauia *part.* 10. *tractat.* 13. *resolutione* 41. & eadem est ratio de furioso, & ebrio, Fagund. *ibid. tract.* 14. *resol.* 55 §. *Sed hic obiter p.* 10 *tr.* 13. *resol.* 42. & licitum est copulam non absoluere dummodo non sit periculum pollutionis alterius coniugis, & vxor inchoauit & copula contenta sit. *ibid. tr.* 14. *res* 55. fœmina se inuertens post copulā, vt semen emittat facit ex natura sua peccatū mort. Leand. *ib.* §. *Sed hic obiter*, alter coniux potest semen emittere non expecto alio, sed nō potest postea tangere verendā fœminæ vt ipsa perficiat, nec vice versa. *ibid. tractat* 13 *resolut* 42.

10 Coniux vouens religionem tenetur expectare bimestre completo iuxta dies currentes mensium, & non reddere debitum nisi elapso termino. Sanchez, & alij *par.* 10 *tr.* 14. *res.* 22. & si mulier 12. annorum ingreditur Religionem infra bimestre tenetur sponsus expectare vsque ad 16 annum, & si ingreditur Religionem S. Francisci de Paula vsque ad 18. Basilius Pontius *ibid. tr.* 14. *res.* 22.

CORRECTIO.

Correctio quotuplex.
Iudicialis. quid.
Fraterna quid.

1 COrrectio duplex est; iudicialis, & fraterna. Illa est, quæ prouenit à potestate publica in ordine ad bonum commune: & est propriè actus Iustitiæ vindicatiuæ. Fraterna vero fieri potest à priuata auctoritate, & ordinatur ad bonum eius, qui corripitur, & propriè, & per se respicit bonum ipsius delinquentis, cuius spirituali necessitati per hanc correctionem subuenitur, & de hac hic sermo, quam quoque esse actum virtutis nemo Catholicorum dubitat. *par.* 7. *tract.* 3. *resolut.* 1.

Est actus virtutis.
Et ad quā virtutem spectet.

2 Dubium quidem est, ad quam virtutem spectet, hæc correctio, de quo fusè Caspensis *in cursu Theolog. tom.* 2. *tract.* 17. *disp.* 6. *sect.* 1 *num.* 2. Illud verò certum, & omino indubitatum, ad satisfactionem huius præcepti non requiri necessario correctionem fieri ex hoc, vel illo motiuo charitatis, vel misericordiæ. Imò etiam si ex malo motiuo id facias, satisfacere potes præcepto correctionis *Ibid. res.* 2.

Correctio præscripta Matt. 18. obligat sub præcepto.

3 Correctio fraterna nobis præcipitur, a Domino Matth. 18. illis verbis. *Si peccauerit in te frater tuus*, &c. quæ quidem verba secundum Menochium in 2. 2. *disp.* 163 *sect.* 5 §. 207. vbi citat aliquos Commentatores, & Doctores, non continent præceptum, sed consilium, & Suarez *libr.* 10. *cap.* 7. *numer.* 13. quamuis teneat, correctionem esse de iure naturæ, fatetur tamen ex his verbis non facilè colligi. Sed continere præceptum tenet D. Thomas 2. 2. *quæst.* 13. *artic.* 7. & DD. communiter, quibus subscribimus, & videtur quoque communis SS. PP. Augustini serm. 16. de verbis Domini. Chrysost. *homil.* 62. Greg. *lib.* 4. *registrat. epistol.* 56. & aliorum. *p.* 5. *tract.* 13. *res.* 42. & *par.* 7. *tract.* 3. *resol.* 3.

Et sub mortali.

4 Et per se loquendo obligat sub mortali: ex Valentia *tom.* 3. *disputatione* 3. *quæst.* 10. *punct.* 2. Sicut enim præceptum eleemosynæ obligat sub mortali, quatenus proximus est in extrema, vel graui necessitate; ita similiter sub mortali tenemur ei per correctionem subuenire, si est in graui necessitate spirituali *par.* 7. *tr.* 3 *resol* 4.

Cum quibusdam tamen conditionib.

5 Cæterum hoc præceptum correctionis cum sit affirmatiuum, non obligat pro semper, sed ad inducendam obligationem sub mortali, requirit multas circumstantias, quæ raro concurrunt, de quibus infrà *n.* 19.

AD CORRECTIONEM Quinam teneantur, & quinam non.

Si peccatū sit certum.

6 PRimò igitur, peccatum mortale proximi, vel graue illius periculum debet esse moraliter certum. In dubio enim persona priuata non tenetur corrigere, nec indagare, & inquirere aliorum peccata, ad eum finem vt corripiat; nisi in casu hæresis, aut alterius criminis valde pernicios Reipubl.

aut

aut si immineret proximi mors, vel etiã probabilis spes foret, proximum peccati dubij correctionem non ægrè laturũ. Ita Filliuc. *tom. 2. tractat. 28. cap. 6. num. 233. par. 4. tr. 3. ref. 72. & tr. 4. ref. 228. & p. 7. tr. 3. ref. 6.*

Prælati ad quid teneantur.

7 Secundò Prælati religionum tenẽtur aliquãdo sub mortali corrigere etiam peccata venialia subditorum, quæ regularem disciplinã notabiliter minuunt. Ita Villalobos *tom. 2. tr. 4. diff. 2. num. 5.* contra Rodriquez *de ordin. iud. cap. 9 n. 7.* quam Sotus..... *concl. 3.* extendit etiam ad Gubernatores Reipublicæ, & Coninch *de art. supern. disputat. 28. dub. 3. nu. 24* ad particulares Religiosos, & quemlibet priuatum. Sed Bannez in *2. 2. quæst. 33. art. 2. dub. 2.* asserit primum esse nimis durum, si non agatur de peccatis Reipublicæ, eiusque paci præiudicantibus. Secundum etiam non esse mentem Doctorum, qui loquuntur solum de Prælatis *p. 3. tr. 2. resolut. 38. par. 4. tr. 4. ref. 228. p. 5. tr. 5. ref. 66. & p. 7. tract. 3. ref. 8.*

Vtrum verò hi teneantur peccata subdi orum inquirere ad corrigendum, idque ex iustitia. Vide *Prælati n. 5. & 6.*

Confessores.

8 Tertiò Confessarij non tenentur, nec debent mores pœnitentium inquirere; quia eorum auctoritas in foro exteriori minimè viget; sed tantum in interiori. Ita Duual. in *2. 2. tr. de charitate q. 9. art. 4.* Debent quidem in confessione suos pœnitentes monere, & corripere, non tam fraternè, quam iudicialiter, sed occasionem suarum monitionum tantũ ex iis, quæ in confessione sibi declarantur, debent arripere, non autem aliundè inuestigare *par. 7. tr. 3. resol. 12.*

Concionatores.

9 Quartò Concionatores tenentur publica peccata, aut quæ sciuntur in iis locis crebro fieri, publicè reprehendere, etsi ea committentes credantur nõ emẽdanditnisi fortè grauiora mala timeantur: vt fetè accidit, quando Superiorum peccata publicè reprehẽduntur. Ita Coninch *disp. 28. dub. 6. n. 113.* Sed cautè Cõcionatores in hoc procedant, & cum su is Superioribus omnia communicent *p. 7. tr. 3. resol. 12.* Quamuis autem ad id teneantur vt dictum est, non tamen dicẽdum Concionatores corrigentes in peccato, peccare mortaliter, vt putat Caietanus *2. 2. qu. 187. ar. 1.* quia supradictæ actiones nec sunt annexæ ordinibus sacris ex institutione Christi; nec sunt ita sacræ, quin à peccatore effici possint. Villalobos *in summa to. 2. tr. 4. diff. 8. n. 3. ibid. ref. 14.*

Qui tamen non peccãt, si corrigant inpeccato,

Subditi teneantur corrigere Superiores.

10 Quintò subditi tenentur corrigere suos Superiores *ex c. sicut 2. q. 7.* Tria tamẽ in ea seruanda. Primò, vt cũ magna prudentia, & humilitate fiat, & potius obsecrando, quã increpando. Secundò, vt fiat secretò, & non publicè; ex decreto Innocentij III. *exc. cũ ex iniuncto, de Hæreticis.* Quod tamẽ intelligi nisi peccata sint scandalosa, & publica: tunc enim publicè argui debẽt, etiamsi nulla speretur emendatio. Tertiò captari debent tempora, quibus creduntur esse magis dispositi Caspensis *in cursu Theol. tom. 2. 8. 17. disp. 6. sect. 1. n. 6.* & alij *p. 7. tr. 3. ref. 15.*

Parentes. Filios. Domini Seruos. Maritus Vxorem. Tutor sibi commissos.

11 Sextò Parentes, Domini, Maritus, & Tutor tenentur & ipsi speciali quidem titulo corripere filios, & cæteros è sua familia Ita Hurtadus de Mendoza *vol. 2. disput. 152. sect. 2. §. 10.* Immò ex Trullench *in Decal tom. 1. lib 1. cap 5 dub. 15. n. 1.* non satisfaciunt dicendo in confessione, se omisisse correctionẽ, sed tenentur dicere, se esse Patres, Dominos, Maritos, vel Tutores. Quod autẽ dicit Villalobos debere dominũ à suo seruitio famulũ expellere, si videat domi occasionẽ habere peccandi, laudo si faciat; obligationẽ tamen non agnosco, præcipuè si domino vtilis sit famulus. Ita Trullench citat. *Ibid. ref. 9 & ref. 31.*

Non tamẽ tenetur Dominus expellere seruum.

Priuatus an teneatur se emendare, vt corrigat?

12 Quæres primò, An priuatus (de Prælatis enim, & Superioribus dubium non est) teneatur vitam suam emendare, vt possit peccantem corrigere, quãdo ob peccatum ineptus efficitur ad correctionem? Affirmat Turrianus *in 2. 2. tom. 1. disp. 88. dub. 1.* cum aliis, teneri in casu necessitatis extremæ. At Castrus Palaus *tom. 2 tract. 6. disput. 3. punct. 7. n. 6.* ait non teneri ratione præcepti correctionis: ratione verò scandali obligationem esse posse, cum suo peccato, & malo exemplo tacit, vt alij peccatis inhæreant.

Affirmãtes.

Negantes.

Distinguẽtes.

ant Franciscus verò del Castillo *in 3. sent. tom. 2. disput. 6. de correct. q. 6. res.*... distinguit, teneri ad emendationem exteriorem, quæ est quædam proprij peccati recognitio; non autem ad interiorem, quæ est contritio, & pœnitentia de cõmisso peccato. Et sic putat posse reuocari in concordiam sententias oppositas. Tu cogita *p. 7. tr. 1. res. 16.*

Iudices etiam Ecclesiastici non peccant corrigendo iudicialiter in peccato.

13 Quæres 2, Num iudices, præsertim Ecclesiastici (de sæcularibus enim non est difficultas) existentes in peccato mortali, possint sine nouo peccato actum iudicialem in alium peccatorem exercere? Affirmat D. Thom. *in 4. dist. 19. quæst. 2 art. 2.* quia exercerent actum sacrum dignitati Ecclesiasticæ annexum. Sed contraria prorsus sententia est tenenda, quam docet Duuallius *in 2-2. tr. de charitate quæst. 9. art. 4.* quia non omnes actus sacri requirunt gratiam sanctificantem in operante, seu ministro; sed soli actus ordinis, non autem actus iurisdictionis. Et sic patet responsio ad rationem oppositam. *Ibid. res. 17.*

De quibus peccatis fieri debeat.

Correctio faciẽda de peccatis mortalibus certis.

13 PRimo debet fieri correctio de iis peccatis mortalibus, quæ certa sunt & quæ quis certò nouit: vt supra, *num. 6.*

Non autẽ de venialibus.

14 De peccatis verò venialibus, quãuis Gaspar Hurtadus, *disp 6. de correct. difficult. 6.* cum plurimis aliis teneat, adesse præceptum sub veniali, ea corrigendi tamen cum Trull. *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 15. nu. 4.* & aliis puto correctionem fraternam pro venialibus non esse in præcepto excluso aliquo casu. de quo supra *num. 7.* Et ratio esse potest, quia *Matth. 18* vbi potissimum istud præceptum à Christo declaratur, & iniungitur, supponit proximum, cui adhibenda est correctio, esse perditum, & æternæ damnationi obnoxium; aliter enim non dixisset: *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Cum ergo peccata venialia tantam ruinam in nobis non cau-

Nisi in aliquo casu.

sent, probabile est ordinariè non teneri pro peccatis venialibus fraternam correctionem adhibere, *par. 7. tr. 3. resol. 7.*

Peccatum habituale sine periculo relabendi an corrigẽdum, affirmant aliqui.

15 Peccatum item habituale, licet non adsit periculum labendi, corrigendum esse affirmant non contemnendi Doctores, inter quos Hurtadus de Mẽdoza *volu. 2. disp. 161 sect. 7 §. 68.* Hac ducti ratione; quia peccatum commissum, & non emendatum secluso periculo in aliud relabendi, est secundum se materia grauis huius virtutis; sed ad grauem eius materiam obligamur, quoties sine graui incommodo cum spe fructus eam possumus exercere, ergo peccatum commissum, & non emendatum secundum se nos grauiter obligat. Contrariæ tamen sententiæ adhæreo cum Trullẽch *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 5 dub. 14. n. 3.* Quia non censetur proximus in graui necessitate esse constitutus, nisi ex occasione peccati commissi sumat occasionem illud peccatum committendi, aut probabiliter existimetur ita permansurum in illo peccato, vt suo tempore de illo doleat quod iam nouum est peccatum. Extra hoc periculum perseuerantiæ in peccato, eriamsi grauis miseria sit; non tamen ex misericordia videris obligatus procurare illam tollere. *Ibidem resol. 11.*

Alij negãt.

QVINAM CORRIGENDI, *Vel non.*

Corrigendi peccãtes ex ignorantia vincibili.

16 PRimo tenemur corrigere peccantes ex ignorantia vincibili, & culpabili; quia hæc ignorantia non excusat proximum à peccato. At si ex ignorantia inuincibili quis legem transgrediatur; plures Doctores, docent me non esse obligatum ad correctionẽ. Qua ratione dicunt nullam esse obligationem monendi comedentes carnes die Veneris, vel non audientem Missam die festo, si ignorantia inuincibili præcepti laborant. Ita Bonac. *disp. 3. de Charitate, quæst. 4. par. 7. num. 10.* At ego puto adhibendam esse correctionem quando quis peccat ex ignorantia inuincibili iu-

ris tam naturalis, quàm positiui, si speretur fructus; secus si non speretur fructus, *par. 7 tract. 3. resol. 18.* Hinc si sciam, vt docet Conin. h *disput. 29. de charitate dub. 4. num. 45.* alios propter cognationem, aut inualidè contraxisse, idque eos inuincibiliter ignorare, si sperem eos facilè inducendos, vt impetrent dispensationem, & sine turbis rursus contrahant, teneor ipsis veritatem aperire. Idem dicendũ in quibusdam peccatis commissis ex ignorantia iuris, non ita passim noti, & quod non potest nosci pertinere ad hunc in particulari, verbi gratia, cõfitetur aliquis se cognouisse consanguineã vxoris suæ, ita secundum communẽ sententiam non potest petere debitũ. Confessarius tamen (nisi possit fortè cum eo dispensare, vt licitè debitum petat) cõmuniter melius faciet relinquendo illam in sua bona fide, qua putat sibi licere petere debitum: quia si aperiat illi veritatem, postea formaliter peccabit petendo debitum; & communiter nõ est verosimile futurum, vt ideò abstineat à petendo debito quamdiu autem manet in bona fide solum peccat mortaliter sine vllo periculo scandali, quod si confessarius possit dispensare, aut certò credat alterum cognita veritate ante obtentam dispensationem non perituru debitum, deberet illi aperire veritatẽ. Vt verò confessarius possit cognoscere pœnitentem laborare ignorantia inuincibili, ita vt non teneatur illum admonere, curet bono modo intelligere, an pœnitẽs credat se in bono statu constitutum esse, vel an dubiam habeat conscientiam. Sit tamen cautus Confessarius, ne dubium malæ fidei ingerat pœnitenti, dum non sperat fructũ correptionis. Ita Trullench *in Decal. to. 1. li. 1. c. 5. dub. 14. num. 6 par. 7. tr. 3 resol. 19.*

Et ex inuincibili, si speretur fructus.

Casus alicuius, in quibus nõ corrigendi ex ignorantia inuincibili.

In eo, qui inualidè contraxit.

In eo qui cognouit consanguineã vxoris suæ.

Cautio pro Cõfessariis.

17 Secundò tenemur corrigere etiam infideles, quando est spes fructus, ac reliquæ conditiones adsunt, vt hoc præceptum obligat. Ita Coninch *disput. 28. de charitate dub. 4 num. 49.* cum aliis. Et quamuis Laymann *in Theol. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 7. num. 2.* contrarium teneat, quia Christus, Matth. 18. solum iubet nos corripere fratrem peccantem; infidelis autem non est frater noster quia non est filius Dei, nec Ecclesiæ; tamen dicendum est hoc non obstare, quia etiam infidelis dici potest frater aliquo modo, ratione, scommunis naturæ, & originis ex Adamo, *par. 7. tract. 3. resol. 20.* Imò, vt docet Duuall. *in 2. 2 tract de charitate quæst 9 a. 4.* ipsi infideles tenentur ad corrigendos alios; Cum enim hoc præceptum fundamentum habeat in natura, & recta ratione, quæ ad vniuersos homines, etiam infideles, se extẽdit, quatenus scilicet tenentur proximis suis in necessitate, quæcumque illa sit, siue spiritualis siue corporea, subuenire non est dubium, quin infideles correctionem hanc fraternam seruare debeant. *Ibid §. Not.*

Corrigendi infideles.

Et ipsimet tenẽtur ad correctionẽ.

18 Tertiò publici peccatores, vt meretrices, vsurarij, &c. sunt corrigendi si speretur emendatio, quia & Deus offenditur, & proximus sibi malum infert. Ita Lorca 2. 2. *D Thomæ disput. 41. num. 4* qui tamen optimè obseruat plures excusari à correctione istorum, vel quia cum sint in notitia omnium, sunt alij qui facilius & meliùs eos corrigere possint: vel quia in his rarò speratur fructus, & vtilitas correptionis, & propterea frequenter negligitur *par. 7. tract. 3. resol 3.*

Publici peccatores corrigendi.

QVANDO OBLIGET, Vel non.

19 COrrectio fraterna, obligat quãdo sequentes conditiones occurrunt: Prima quando vides proximũ actu peccare, aut moraliter scis eum peccasse. Vt patet ex dictis *num. 6* & seqq.

Conditiones ad correctionẽ requisitæ. Si peccatum sit certum.

20 Secunda, quando probabiliter speras correctionem profuturam, & proximum ex ea emendandum. Et quãdo spes emendationis esset valdè modica, non esset peccatũ mortale correctionem omittere: & multò minus, quando per correptionem crederetur proxi-

Si speretur correctio profutura.

mus

mus excitandus, vt grauius peccaret, verb. gr. blasphemando, aut nos graui odio persequēdo, &c. *part. 7. tr. 3. resol. 21.* Si autem esset dubium an correctio esset delinquenti profutura; esset autem certitudo quod non esset obfutura, deberet adhiberi, minimè verò si simul esset dubium, an esse, nocumentum allatura. *ibid. resolut. 22.* Quod si correctio primū sit obfutura, deinde profutura, etiā tunc puto ratò contingere, vt quis sub peccato mortali obligetur corrigere eū quem probabiliter putat in præsēti fore deteriorem, & per impatientiā atque contumēlias contra corripientem, aut alios, de nouo peccaturum, licet postea conticiat eum iri ex illa correctione emendatum. *ibid resol. 23.* In articulo tamen mortis, & quando peccatū est publicū vel scandalosum, correctio est adhibenda, etiamsi proximus timeatur, deteriorem euasurus. *part. 4. tract. 3. resol. 72. & tract. 4. resolut. 228. §. Tertiò, & part. 3. tractat. 5. resolutione 93.* * vbi absolutè negatiuam sententiam docuerat. † Aduertendum tamen damnum graue, puta vt Dei iniuria, pusillorum scandalum, aliorum peruersio, aut graue innocentis damnum impediatur, tenetur quis corrigere aliquem, etiamsi credat peiorem futurum; quia hæc correptio propriè assumitur, non ad emendationem, aut punitionem delinquētis, (prout assumuntur fraterna & iudicialis) sed ad defensionem innocentis, & ad dicta mala impedienda: *part. 7. tr. 3. resol. 14.*

Non autē in dubio.

Nec si primū sit obfutura, deinde profutura.

Excepto articulo mortis.

Et impeditione damni alieni.

21 Tertia ad correctionem necessaria conditio, est, vt ad illius emendationem necesse sit, vt illum corripiam. Si enim delinquens sit timoratæ conscientiæ, vnde speretur facilè surrecturus, vel ab alio corrigendus, præceptum correctionis non obligat sub mortali; quia correctio est quædam spiritualis eleemosyna nonnisi indigenti facienda. Non tamen sufficit, quod adsint alij, qui possint, aut etiam magis quam ego teneantur talem ex corporali, aut spirituali necessitate eripere, nisi omninò probabiliter credam eos hoc facturos. Ita Valentia *tom. 3. disputat. 3. quæst. 10. punct. 2. part. 4. tractat. 4. resol. 228. vers. Deinde. & part. 7. tract. 3. resolut. 25.*

Vel si aliter non speretur correctio.

22 Quarta, quod ex correctione illa non proueniat damnum notabile corripientis; tunc enim nulla erit obligatio; nisi in necessitate extrema, aut quasi extrema damnationis proximi: In qua quidem valdè dubium est, an priuatus teneatur vitæ periculum subire, vt proximū corrigat; Affirmante Bannez *in 2. 2. quæst. 33. artic. 3. dub. 4. concl. 3.* cum aliis; Negante verò Lorca *in 2. 2. Diui Thom. disput. 95. num. 7.* & aliis pariter. Prælati quidem, & alij superiores in extrema necessitate proximi cum periculo vitæ correctionē adhibere, & hoc ex communi Doctorum consensu. *part. 4. tract. 4. resolut. 228. vers. quartò, & part. 7. tract. 3. resolutione 26. 17. 8.*

Vel ea sit futura corrigenti.

Nisi sit Prælatus, aut superior.

23 Quæres primò, an si adsint prædictæ conditiones, sit statim adhibenda correctio? Respond. ad decernendū quando licitum sit correptionem fratris differre, aut etiam omittere; quando verò illicitum, aut peccatum mortale, aut veniale, notanda sunt sequentia. Primum, quando ex dilatione correptionis timeretur in intermedio tempore lapsus fratris in peccatum mortale, aut ipsius mors corporalis in peccato mortali, aut eiusdē, vel Reipublicæ, vel etiam tertiæ personæ detrimentum notabile; quod vitari posset ipsa correctione fraterna: peccatum de se mortale esset eam differre; cum id fiat contra charitatem in materia graui. Secundum, quando nihil prædictorum timetur, si correctio in aliud tempus differretur sine causa, talem dilationem de se nō esse peccatū plusquam veniale; quia nō fit eū graui Dei, vel proximi iniuria. Tertium, si & nihil iam dictorum timeretur, & aliqua iusta de causa iudicetur aliud tempus opportunius expectandum esse: dilationem non modo licitam, sed etiam debitam esse posse; vt quādo multum refert expectare aliud tempus. Id quod relinquitur prudentis arbitrio. Et hæc omnia docet Reginald. *tom. 1. lib. 4. cap. 25. n. 245. part. 4. tract. 4. resol. 228. vers. quartò, & p. 7. tr. 5. resol. 30.*

Interdum est adhibēda statim, interdum potest differri correctio.

Omittens correctionē ex timiditate, &c. non peccat mortal.

24 Quod si quis omitteret, vel differret correctionem, non ex proposito, sed ex tepiditate, aut simili affectu, non esset mortale, nisi alioquin damnum proximi tantùm esset, vt grauiter imputaretur dolenti eum corrigere. Prælatus autem correctionem omittens ex timiditate, &c. peccaret mortaliter. Ita Granado. Ex quibus omnibus patet, rarò contingere, vt priuatus correctionē omittens, peccet mortaliter. Et ratio est, quia præcepta charitatis non multum rigorosam obligationem inducunt, & præsertim istud eleemosynæ spiritualis: nam cum eius finis sit, subleuare proximum à miseria culpæ, in qua ipsa liberè est, & à qua liberè potest exire, non ita strictè obligabit: nam corrigendus non censetur ita propriè pati spiritualem necessitatem. Quæ omnia docet Granado *in 2.2. contr 3. tract. 12. disput. 1. num. 6. part. 4 tract. 4. resol. 28.*

Nisi sit Prælatus.

Permittere alicuius peccatū, vt melius corrigatur, videtur aliquibus licitum.

25 Quæres secundò: An sit licitum permittere alicuius peccatum, vt melius corrigatur? Affirmat Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 14. num. 8.* quia sic tantum permittimus peccatum, vt proximus non resurgat, vt postea resurgere possit feruentius; imò non tam permittimus peccatum, quam vt proximus non resurgat, quod facere possumus sine peccato. Limita tamen, nisi timeatur casurum in grauissimum peccatum, verbi gratia communicaturum in peccato mortali. Verum Franciscus del Castillo *in 3. sentent. tom. 2. disput. 6. de correct. quæst. 4. num. 10.* contrarium asserit: quia licèt Deus sic aliquando permittat, vt postea ipsum auxiliando à peccatis eruat, tamen hoc nobis non licet, quia neque scimus certò futura contingentia, sicut Deus, neque probare possumus auxilia efficacia, sicut ipse, & misericordia non patitur fratrem relinquere inuolui in peccatis, etiam si sit suspicio, quod resurget de futuro, *part. 7. tr. 3. res. 29.*

Cum quadam limitatione.

Aliis secus.

Quoties ad hibenda correctio.

26 Quæres tertiò an teneamur sæpiùs adhibere correctionem? Respondeo cum Trull. *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. numero 4.* toties corripiendum esse proximum, quoties speratur vtilitas arbitrio prudentis. *p. 7. tr. 3 res. 32.*

Quo ordine facienda correctio.

Ordo præscriptus à Christo est seruādus in correctione sub præcepto.

27 Ordo porrò in correctione seruandus est, quem Christus Dominus in Euangelio præscripsit, Matthæi 18. qui quidem ordo nō est tantum congruitatis, vt tenet D. Bonauentura *in cap. 17. Luca*, sed necessitatis, & cadit sub præcepto, vt docent quamplurimi cum Valentia *tom. 3. quæst. 10. punct. 5.* Quorum opinio nititur illis fundamentis, seu principiis, *quod tibi non vis, alteri non feceris.* Item; *omnia quæcunque vultis vobis fieri ab aliis, hæc illis facite* Item; *Diliges proximum sicut teipsum. par 5. tract. 16 resolut. 42. & par. 7. tr. 3. resolut. 36.*

Vt scilicet corrigatur prius secretò.

28 Primò itaque delinquens, est secretò monendus; iuxta illud, *Corripe eū inter te, & ipsum solum.* Quod tamen intellige, modo delictum sit occultum. Vnde si quis prudenter iudicaret se posse prodesse fratri hac secreta monitione, & ea omissa vellet incipere à correctione coram testibus, qui est secundus correctionis gradus, peccaret mortaliter, quia ita corrigens infamat fratrem apud alterum absque necessitate. Quod ita intelligendum, quantum est ex parte ipsius actus. Cæterum talis circumstantia esse potest in tertia illa persona, vel personis, quibus reuelatur, quod ipse peccator parum, aut nihil detrimenti patiatur: & tūc erit vel veniale, vel nullum peccatum. Idem cum eadē intelligē tia statuendū est de illo, qui incipit à tertio correctionis gradu, de quo infra, relictis prioribus, quando prioribus adhibitis poterat prodesse fratri cum minori dispendio, *par. 7. tract. 3. resol. 37.* Quæ omnia procedent etiam in Religiosis, qui non possunt occulta fratrum crimina superiori, quantumuis prudenti deferre tamquā patri; sed teneatur occultam correctionem præmittere. Nisi in aliqua Religione contrarium cautū sit,

Etiam in Religiosis.

Nisi adsit constitutio contraria.

vt est

ut est in Societate Iesu. Ita Tannerus *in 2.2. disputat. quæst. 5. dub. 5. num. 106.* & alii contra Turrianum *ibid. disp. 89. num. 4 part. 3 tract. 2 resol. 37* & *part. 7. tr. 3 resol. 44.* & *45.* vbi pluribus confirmat licitam esse prædictam constitutionem Societatis Iesu. Quomodo verò debeat se gerere Prælatus, cui tanquam Patri delatum sit aliquod delictum absque prævia correctione, in opinione eorum qui dicunt id licitum esse, cum subdito sic delato, habes apud Caspensem *in cursu. Theol. to. 2 tr. 17. disp. 6. sect. 3. n. 35.* & *par 7 tract. 3. resol. 46. 47.*

Et in ipso Rectore, & Priore.

29 Rector, vel Prior alicuius collegii, seu Domus, qui manifestat Provinciali, vel Generali delictum occultum fratris, quem ipse potest emendare absque tali manifestatione, peccat mortaliter, quia absq; illa poterat lucrari proximũ. Ita Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 5. dub. 16. n. 1.* quamvis Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6 disput. 3 punct. 11. n. 6.* contrariam etiam sententiam probabilem existimer, at hanc probabiliorem, *p. 7. tr. 3. resol. 48.*

Potest autẽ omitti correctio, & peccatum proximi superiori deferri, si vergat in damnum aliorum.

30 In aliquibus verò casibus potest quis correctionem omittere, & peccatum fratris ad superiorem deferre. Et primus est, quando peccatum proximi occultũ vergit in detrimentum aliorũ, nec videtur occurri sufficienter posse per privatam monitionem. Vt si quis clãdestinam proditionem moliatur, vel incendiũ civitatis, aut alios inficiat hæresi. Ita D. Thomas, quia in tali casu plus æstimãda est salus aliorum, quã fama vnius maligni. *par. 7. tr. 3. resol. 45.* & *52.* Secundus, quando quis prudenter iudicat, se nihil corrigendo facturum, sed melius fore, si relicta secreta monitione, vel inductione testium, superiori deferat, & remediũ postulet. Quia ordo Evangelicus institutus est ad emendationẽ proximi, vnde si illum iudicamus non profecturum, eligere possumus, quod in illum finem est utilius. Adverte tamen, quod si speras delinquentem emendandũ per te, licet non tã benè quam per superiorem, sed tamen absolutè emendabitur, non teneris adire superiorem, *par. 7. tr. 3. resol. 43.* & *resol. 39. §. Notand.* Tertius, quandò proximus propter maiorẽ profectum spiritualem paratus est, ut ipsius peccata quantumvis occulta nulla præmissa correctione, superiori deferatur. Tales sunt Religiosi Societatis Iesũ, qui in hoc suo iuri renunciant. Et hæc omnia docet Becanus *de fide, &c. c. 21. dub. 4 n. 30. p. 5 tr. 4. resol. 42 §. Sed hic.* & *p. 7. tr. 3. resol. 39. 44. 45.* & *61.*

Si correctio non speretur profutura.

Aut proximus in

hoc suo iuri renunciavit.

31 Quando peccatum fratris est publicum, potest publice corrigi. Nã correctio occulta præcipitur, ut consulatur illius famæ, qui finis in peccato publico haberi nõ potest, & alioqui peccata publica non debent manere impunita, ne alii liberius peccent. Si tamen privatim monendo possim corrigere eum qui publice peccavit, non est necessario denunciandus, neque arguendus coram pluribus, nisi scandalum, quod passi sunt, aliter reparari non possit, aut nisi eo publico reprehenso; etiam illi sint corrigendi, qui ipsius exemplo deliquerunt. Rectè tamen talis denunciabitur Prælato inquienti: habet enim ius inquirendi, & iudicandi de publicis. Et ita docet Malderus in 2.2. D. Thom. *quæst. 33. art. 7 part. 7. tract. 3. resolut. 41.* Si tamen peccatum sit notorium notorietate facti, ita ut non possit ulla tergiversatione celari, tunc non debet præcedere secreta monitio, sed immediatè superiori est deferendum; nec existimandum est hoc modo fratrem infamari, cum iam sit infamis ob publicũ peccatum. *Ibid. resol. 42.*

Peccatum publicum potest publicè corrigi.

Et aliquãdo etiam debet.

32 Secundum correctionis gradus est, ut coram testibus corrigatur; si privata, & secreta monitio profuit: Matth. 18. *Si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.* Et quamvis Frãcisc. del Castillo *in 3. sentent. tom. 2. disp. 6. de correctione, quæst. 8. num. 9.* existimet non posse adhiberi testes in peccato unitantum noto; tamen contrarium est tenendum cum Turr. *in 2.2. tom. 1. disput. 89. dub. 4.* Vt servetur hic ordo Evangelicus. Neque hoc est diffamare fratrem, sed cum aliquo detrimento in

Si correctio non prodest, adhibendi testes.

Etiam in peccato occulto, & tibi soli noto.

minori bono famæ, maius eius bonum in conscientia curaret: quomodo medicus pro conservatione totius corporis abscindit membrum minus necessarium. Imò vix vllum erit istud detrimentum, si vel testes delicti conscii possint adhiberi, vel in horum defectum, adhibeantur etiam inscii, sed prudentes, quales adhibendi erunt *parte 5. tractatu 13. resol. 41. & par. 7. tract. 3 resol. 37. & 39 §. Igitur.*

In quem finem adducantur

33 Qui quidem testes, ut docet D. Thomas *in 2.2. quæst. 37. artic. 8.* tribus potissimum de causis inducendi sunt. Prima ut corrigens ostendat se præstitisse, quod debebat erga correctionem fratris, & munus suum impleuisse. Secunda, ut per testes delinquens possit postea ab Ecclesia cõueniri, & probetur delictum. Tertia, ut melius emendetur peccator, & qui vnum admonentem contempsit, duos vel tres reuereatur, & audiat. *par 5 tr. 3 resol. 38.*

Non semper plures adhibendi.

34 Non tamen ordinariè est necessarium, ut quis in testium numerõ gradatim ascendat, antequam Prælato denũcietur: ut aduertit Malderus *in. 2.2. D. Thom. quæst. 33. artic. 7.* Si enim grauius sit fratri, malè audire apud Prælatum, quã apud decem testes, considerandum est, grauius etiam esse, tot adhibere testes corrigenti, quam semel indicare Prælato. At in praxi videtur tutius afficere quod docet Trullench *in Decalog. tom. 1 lib. 1. cap 5. dub. 16. num. 1.* Nimirum, si frater non emendatus fuerit secreta monitione, adhibeantur vnus, aut duo testes, etiam delicti ignari, ut coram eis corripiam toties, quoties moraliter speratur emenda. At si scitur ab aliquibus, & coram illis posset sufficienter corrigi, illi sunt adhibendi *part. 7. tr. 2. resol. 40. & 51.*

Et possunt adhiberi vel successiuè, vel ambo simul.

34 Quæres an sit necessarium adhibere prius vnum testem, deinde duos? Resp. Malderus citatus: & speres vno teste adhibito corrigẽdum fratrem, teneris adhibere tantum unum, vult enim Dominus vnũ, aut duos adhiberi prouidebitur necessariũ; non enim videtur otiosum, quod sub disiunctione Dominus dicat. *Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos.* Attamen contraria sententia probabilior est, ut scilicet possint adhiberi duo simul, ut efficacior sit correctio. Ita Trullench citatus. *part. 7. tract 3 resol. 40. & 53.*

35 Tertius correctionis gradus est, ut Prælato, vel superiori denũcietur, quo ties correctio obseruatis primis duobus modis non profuit. *Quod si eos non audierit, dic Ecclesiæ,* inquit Christus. *Postremo, si neque Ecclesia audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. p 7 tract 3. resol. 35.*

Si neq; testes prosciant defe ratur Prælato.

36 Quæres an quando proceditur via denunciationis iudicialis in delictis tendentibus in damnum communitatis, sit præmittenda fraterna correctio? Resp. quod si per monitionem secretam delinquenti vel alteri tertio factam sufficienter intelligitur damnum imminẽs reparari, clarũ est non habere locum iudicialem denunciationem. At si præsumitur delinquens non corrigendus per secretam monitionem illi, vel tertio, cui damnum parari factam plures Doctores videntur affirmare, non posse ad denũciationem iudicialem deueniri, sed debere dicere Prælato, ut Patri, vel aliis, ut illum obseruent, & possint esse testes in iudicio; ita Durandus *in 4. sentent. distin. 19 quæst. 4.* Sed contrarium prorsus est dicendum cum Bonacina *disp. 10. quæst. 3 punct. 1.* & aliis quod scilicet possit fieri delatio iudicialis in his peccatis, quamvis non præcedat monitio. Aduertendum tamen magnum esse discrimen inter hæc crimina, quando sunt omninò occulta, & improbabilia; & quãdo sunt occulta, probabilia tamen; nam in hoc casu possunt denunciari Iudici, ut Iudici, ut puniat: at in priori solum possunt denunciari ei, qui posset prodesse, & nõ obesse, idest iudici tanquam Patri, ut remedium adhibeat: non autem tanquam Iudici, ut puniat. Si tamen hoc sufficiat ad remedium, quando verò id non sufficeret, posset denunciari Iudici, ut Iudici, dicendo me id probare non posse, sed ut Iudex ex suo officio prouideat, & inquirat. Imò quando crimen occultũ est

In denunciatione iudiciali quid seruandum.

Et quãdo crimina occulta possint vel nõ denũciari.

est in damnum privatæ personæ, ad quod cavendum nec sufficit monitio, nec denunciatio facta iudici. ut Patri; potest manifestari illi privatæ personæ, cui damnum imminet, & illa potest dicere iudici, ut iudici, ut le protegat, & hæc omnia docet Sanchez *in opuse. tom. 2 lib. 6 cap. 2. dub 4 num. 8 part. 7. tract. 3. resol. 55.* Advertendum insuper: Delicta pertinentia ad S. Officium esse denuncianda, etiamsi sint occulta; & probari non possint, & contrarium asserere est censura dignum. *Ibid. § Nota etiam.* & V. Denunciare, *num 8.*

Publicam denuntiationem debet præcedere testiū inductio.

37 Quæres secundò: An testium inductio debeat præcedere denunciationem publicam? Durandus *in 4. dist. 19. quæst. 4.* existimat in peccatis quæ sunt occulta, testium inductionem esse prorsus illicitam: & tunc solum esse licitam, quando peccatum aliquod occultum in duorum, vel trium notitiam devenit: ideòq; si corripienti solum innotescat, post privatam admonitionem bis, terve repetitam, non debere ulterius progredi. Verum hanc Durandi opinionem refellit S. Thomas *in 2. 2. quæst. 33. ad 1.* vbi docet privatam monitionem, antequam ad publicam denunciationem deveniatur, adhibendos esse testes, ut patet Matthæi 18. *Adhibe tecum vnum, aut duos testes.* Non nego tamen ratione circumstantiarum sæpius testes non esse adhibendos ante publicam denunciationem, ut docet Hurtad. *volum. 2. disput. 163 sect. 7. § 115 part. 7. tractat. 3. resolutione 56.*

Nō autem accusationem.

38 Quod si procedatur via accusationis, in tali casu videtur posse fieri accusatio sine prævia correctione, saltem in rigore iuris, ut docet Duuallius *in 2. 2 tract. de Correct. quæst. 9. artic. 5.* & Doctores communiter: ex charitate tamen, & levitate, quæ inter homines debet intercedere, præsertim quando est aliqualis coniectura, quod ipsa poterit prodesse, non est dubium, quin ipsa debeat præmitti, ut tenet Lorca *in 2. 2. D. Thom. disputat. 47. num. 27. Ibidem resolutione 57.*

Nisi ex charitate.

Vide alia

39 Prælatus, vel Iudex, cui constaret iniuriam fieri reo, eo quod denunciatur, vel accusatur, non præmissa admonitione, quando debita est, tenetur, quantum potest commodè denunciationem, & accusationem impedire, & conari, ut Evangelicus ordo servetur: si quidem iudex alia via, quam per sententiam suam Iuridicam, posset æquè benè impediri peccatum, & vitari illius incommoda, tenetur ex vi charitatis, quantum fieri potest istam denunciationem, & accusationem impedire: q̄amvis si nolit accusator, aut delator desistere, nec possit providere Iudex, ut Evangelicæ correptionis ordo servetur, non peccet admittendo denunciationem, & accusationem: eius quippe est, se ut Iudicem gerere, nec adeo esse sollicitum, an secreta admonitio, quæ est ex lege Charitatis, præmissa fuerit, & hæc omnia docet Duuallius *in 2. 2. tr. de correct. quæst. 9. artic. 5. part. 7. tractat. 3. res. 58.*

quando Iudex, si possit, teneatur denunciationem & accusationem impedire, nisi præcedat correctio.

Quando idem possit procedere via iudiciali contra denunciatum.

40 Quæres tertiò, quando liceat Prælato procedere via iudiciali adversus denunciatum? Respondet Valentia *tom. 3 disputat. 3. quæst. 10 punct. 5. §. 2. contr. 4* duobus dictis. Primum est, quando liceret procedere via iudiciali non interveniente correptione propter exemplum aliorum, vel bonum commune; licet etiam ea interveniente; quia virtus charitatis, cuius actus est correptio, non præiudicat virtuti Iustitiæ ad quam pertinet ille processus iudicialis. Secundum est: in duobus casibus non modo esse licitum, quod dictum est in præcedenti dicto, verum etiam esse debitum. Primus est quando oporteret denunciare iuridicè crimen, aut de illo inquirere, ut si esset pernicioſum Reipublicæ, secundus, quando esset spes fore, ut per processum iudicialem corrigatur quoque delinquens: tunc enim charitas, per quam institutus est processus correptionis: imperat iustitiæ, ut inchoet processum iudicialem, quod obtinetur finis charitatis, qui est emendatio proximi. *part. 7. tract. 3. resol. 59.*

CREDITOR.

Creditor in compensando.

1 CReditor cum certis circumstantiis, potest sibi in conscientia compensationem facere. Vide *verb. Compensare, n. 2.*

In recipiendo solutionem.

2 Creditor posterior, cui debitor inverso ordine solveret, omisso nimirum creditore anteriori, non tenetur restituere. Ita probabiliter Molina *de iustit. tom. 2. tractat. 2. disput. 536.* Quamuis Faber *in 4 dist. 15 quæst. 2. disp. 50 c. 7. num. 222.* etiam probabiliter contrarium doceat *part. 3. tractat. 5. resolut. 10 §. Notandum est etiam.* & *p. 11. tr. 3. ref. 13.* nam Vtrum creditor antiquus, cæteris paribus sit præferendus posteriori, res utrimque probabilis & in conscientia tuta est. negant Lessius, Molina, Vasquez, Layman, affirmant Valentia, Salonius Toletus aliique. Nec pauperi necessario est præferendus pauperior, nisi sit extrema, aut valdè gravis necessitas. *part. 11. tr. 3. ref. 11.*

Et impetrando cessura contra debitorem.

3 Creditor impetrans censuram contra debitorem, nisi infra certum terminum soluat, potest, ignorante iudice, terminū prorogare. Vide *verb. Absolvere n. 6.*

4 Si creditorum nullus est hypothecarius, qui prius petit, præferēdus in solutione; quia diligentia facit ipsum iure potiorem. VVigers Fagundez. Dicastillo. *de iust. lib. 2. tr. 2. disp. 11. dub. 7.* contrariū tamē etiam probabiliter tenēt Azor. *to. 3. lib. 4. c. 36. q. 6* & alii. *p. 11. tr. 3. ref. 12.*

CRIMINA misti fori.

De crimine misti fori ripunitus in uno foro, non potest iterum puniri in alio.

1 ✝ CRIMEN misti fori dicitur, quod tam ad Ecclesiasticum, quam ad laicum forum pertinet, & in eius cognitione datur locus præventioni. ✝ Falsum tamen est, quod cum Cenedo, *quæst. 36. n. 25.* docent multi Iuristæ, accusatū, & insufficienter punitū in uno foro cognosci posse in alio foro pro excessu, & residuo pœnæ. Nam est contra cap. *vlt. de except. in 6.* & regulam cap. de his, *& l. Senatus. ff. de accus.* vbi decernitur, accusatum in foro delicti non posse de eodem delicto accusari iterum in foro domicilii, quāuis diversa sit pœna. Ita Freytas *in Addit. ad tract. de Confess. sollicquæst. 3, num 8* & alii *part. 1. tract. 2. resolutione 108. & part. 4. tractat. 1. resolutione 61.*

Et Ecclesiasticus potest illud punire pœnis impotentialibus.

2 Iudex Ecclesiasticus in delictis misti fori procedere potest contra laicum non solum censuris, sed etiam pœnis temporalibus carceris, &c. absque auxilio brachii sæcularis. Et quidem tunc ad carcerem Ecclesiasticum, non ad laicalem deferri debet. Ita contra Bobabillam, *tom. 1. lib. 2 cap. 17. num. 167.* primum Azor, *part. 2. lib 3. c. 53. qu. 3.* Secundum Seguram *part. 2. c. 13. n. 44. part. 1. tr. 2. ref. 89.*

Sunt verò misti fori delicta Clericorum de ficientium in requisitis Triden. tini.

3 Delicta misti fori sunt in primis ea, quæ cōmittit Clericus carens aliquo ex requisitis Tridentini, de quibus *verb. Clericus quoad forum.* Ita ex Sacra Congregatione Bonacina, *de leg. disp. 10. qu. 2. punct 1 §. 4. n. 19. part. 3. tr. 1. ref. 48. §. Notandum est.*

Sacrilegium.

4 Deinde misti fori est sacrilegium, & de illo cognoscere potest Ecclesiasticus. Ita Barbosa, *in Collect. tom. 2. lib. 5 tit. 23 c. 2. num. 9.* Vnde potest Ecclesiasticus procedere contra laicum invasorem rerum Ecclesiasticarum, quando per vim illas occupat; & contra eos, qui in negotiis cum Ecclesia gestis per fraudem, vel alia via illi præiudicant. Quod etiamsi Clerici, vel eorum bona iniuriosè invadantur *part. 1. tr. 2 ref. 81.*

Delictum cōmissum in Ecclesia.

5 Delictum sæcularis sæculare factum in Ecclesia evadit misti fori, ut sacrilegium. Ita Farinac. *append. de immun part 3 num. 7.* contra Ripol. *de iurisd. omn. iud. cap. 1. num. 170. part. 4. tract. 1. ref. 67.*

Et concubinatus.

6 Conbubinatum, Valboa *in c. cum sit generale, de foro compet. num. 18.* & alii tenent esse misti fori: quia prohibetur in utroque iure. Sed Abbas *ibid.* tenet,

tenet, pertinere ad solum Ecclesiasticum: quia, ut docet Clarus, *lib. 4. § fornicatio, num. 6* prohibetur solum à iure Canonico, & Iudices laici illum non puniunt: *part. 5. tractat. 1. resolut. 10.* Sed quidquid sit de hoc, certum est, Iudicem Ecclesiasticum posse concubinatum punire: nec adhibere teneri trinam monitionem, ut vult Pereyra, *tom. 2. cap. 34. num. 11.* nisi procedere velit per census iuxta formam Tridentini, *sess. 24. cap. 8* nam de reliquo procedere potest aliis viis, & pœnis, pecunia, exilio, carcere, & aliis sive in iure Canonico sive in statutis synodalibus inflictis, absque monitione. Ita Rubeus *verb. Concubinarius num. 4.* asserens, sic declarasse Sacram Congregationem Concilii. Ex quibus patet, ministros Ecclesiasticos posse meretricum domos invisere. *part. 1. tract. 2 resol. 86.*

DATVM, Et promissum.

Bulla Bonifa. VIII. de datis, & promissis Epitome.

1 CVm Bonifacius VIII. in constitutione edita anno 1295. quæ incipit, *excommunicamus*, excommunicationis sententiam tulisset in dantes aliquid, vel recipientes, sive promittentes etiam sub verbis generalibus, & non planè expressis, & promissionem recipientes etiam rei parvæ pro obtinenda iustitia, aut gratia sive pro se sive pro alio, à Sede Apostolica: Vel qui sciret aliquem esse in tali culpa, & intra triduum non notificaret; à qua excommunicatione nemo posset absolvere absq; speciali mandato Papæ, aut mortis articulo, & hunc si tantum pauperibus daret, quantum recepisset, aut dedisset: Et expediti nes sic obtentas declarasset nullas, adeò ut, qui sciente litteris illis vteretur, in eamdem cẽsuram incideret. Gregorius decimus tertius easdem sordes abhorrens sua extravagant. edita anno 1574 quæ incipit. *Abipso* §. 2. Constitutionem prædictam confirmat & extendit ad prædictorum consiliarios, fautores, & auxiliatores: & § 3. privat ipso iure omnes prædictos quocumque beneficio, & officio Ecclesiastico, & sæculari, reddit infames, & inhabiles ad illa, & ad alia beneficia, & officia, & § 4. cõcedit impunitatem socios, complices, & fautores, manifestantibus.

Item Bulla Gregor. XIII.

In quibus casibus nõ incurrantur pœnæ Bullæ.

2 In aliquibus tamen casibus, ex mẽte aliquorum Doctorum, possunt dantes munera in Curia Romana excusari ab incursione pœnarum dictæ Bullæ; Primò quando quis aliquid donat non pro gratia & iustitia obtinenda, sed ob liberalitatem, & gratitudinem. Secundò quando quis dat ratione laboris, & hoc procedit, etiamsi detur maius stipendium, quam sit debitum, modo id non refertur ad obtinendam gratiam, vel iustitiam, etiamsi detur ante collatam gratiam, vel iustitiam. Tertiò, qui dant, vel accipiunt, ad compensandum damnum, quod resultat intercedenti, modò excessus non sit notabilis. Ita novissimè Dicastillus *de Iustit. & Iure libro secundo tractat. 1. disput. 5. dub. 7. à num. 208. vsque ad 260.* Quarto Io. Antonius Novarius *in summ. Bulla part 2. tit. de Nato. & promiss. proiustit. &c. nu. 7.* docet, huius Bullæ pœnas non habere locum, si daretur aliquid simpliciter nullo pacto præcedente, & ad effectum specificè obtinendi aliquam gratiam, vel iustitiam. *part. 7. tract. 4 res 1.*

Si detur ob liberalitatem, & gratitudinem ratione laboris.

Ratione damni cõpensandi.

Vel si detur, sine vllo pacto præcedente.

3 Quamvis autem in prædicta Bulla prohibeantur omnes promissiones, etiam sub verbis generalibus, & non ominò expressis, ita vt Azor. *part. 3. lib. 12. cap. 23.* Molina, & alii asserant incurri pœnas, si promissio talis sit, vt moueat ad Iustitiam, vel gratiam conferendam, sive fiat per pacta, vel promissiones occultas, vel manifestas, verbis generalibus, vel expressis conceptas, tamen Bonacin. *tom. 3. disput. quæst. 3 part. 31. num. 10* distinguit, & ait: Vel verba solum proferuntur vrbanitatis gratia, absque animo illius obligationis sibi imponendæ, vel proferuntur animo re ipsa promittendi, seu se obligandi. Si proferuntur solum vrbanitatis gratia, censeo proferentem non incurrere pœnas à

De obligationibus cum verbis generalibus opinio Azorii.

Bonacina.

prætatis Pontificibus constitutas. Si verò proferantur animo promittendi, & hoc pacto inflectendi iudicem, aut gratiæ collatorem, ad gratiam, vel iustitiam concedendam, arbitror promittentem ligari his pœnis. Sed Dicastillus *de iustit. 2. tractat. 1. disputat. 5. dub 7. num. 189.* existimat eas tantum promissiones generales prohiberi, quæ sunt propriæ, & strictæ promissiones, quæ alias ex gratitudine quodammodo sint debitæ, aut de materia, quæ quodammodo erit debita ex gratitudine. Verum absolutè, & sine vlla distinctione Navarrus, quē sequitur Filliuccius *tom. 1. tractat 8. c. 6. n. 129.* asserit promissionem factam verbis generalibus ex gratitudine non prohiberi in hac Bulla, nisi inducat super se civilem obligationem: Hæc enim grati animi significatio, & exhibitio iure naturæ debentur benefactoribus. Et hæc sunt placita Doctorum circa præsentē, & præteritam quæstionem, quæ viris doctis maturanda relinquo. *part. 7. tract. 4. res. 2.*

Dicastilli.

Navarri.

Incurrunt pœnas Bullæ impetrãtes à Papa, vt est Dominus Tẽporalis.

4 Dictas pœnas Bullæ non videtur incurrere is, qui promittit, & donat aliquid vrbis Gubernatori, vel Burgi, aut Iudicibus Capitolij, vel eorum delegatis: Ita Navarrus, quem sequitur; & cuius que opinionem probabilem putat Bonacina *tom. 3. disput. 2. quæst. 3. punct. 31 num. 5.* At contrarium eidem Bonacinæ videtur probabilius. Immò P. Leo *de censur. Recol. 4. litter. B. verbo Dantes.* docet à Clement. VIII. dictam excommunicationem fuisse ampliatam pro quocumque Tribunali in vrbe, vel extra, & pro gratiis quæ obtinentur à Papa, ut est Dominus temporalis *ibid. res. 3.*

Et an ficte promittentes, alii negant.

Alii affirmant.

5 Item an fictè promittens incurrat in dictas pœnas discrepant Doctores. Nam Bonacina *cit. num. 8.* existimat nō subiacere his pœnis tum quia ficta promissio, non est promissio, nisi ore tenus: tum quia versamur in materia pœnali & ideò odiosa, nec extendenda. Hic tamen in foro externo præsumetur excommunicationem, aliasque pœnas cō traxisse, quia forum externum iudicat de externis. Dicastillus tamen *cit. num. 179.* contrariam docet sententiam: quia licet ficta promissio in ratione promissionis non sit propriè promissio (quod habet suam quæstionem) tamen reverā movet, & iuuat alium, ut rem efficiat, aut intentet, & includit virtuale consilium, & exhortationem: Dantes autem consilium, auxilium, aut favorem subiacent pœnis Bullæ, ergo Ideò tu cogita *part. 7. tract. 4. resolut. 4.* Idemque Dicastill. *n. 182.* contra eumdem Bonacinam tenet incurri in pœnas Bullæ, etiamsi non acceptetur promissio: quia huiusmodi promissio non acceptata est saltem pollicitatio: Bullæ autem etiam pollicitationes prohibet illis verbis: *donis, pollicitationibusq; ambiunt. ibid. resolutione 5.*

Licet non sit acceptata promissio.

6 Vt autem huiusmodi pœnæ incurrantur, non satis est, ut donum attingat quantitatem sufficientem ad constituendum peccatum mortale furti, quemadmodum docet Bonacina, *tom 3. disput. 2. quæst. 3 punct. 31 num. 13.* Sed attendendum est, an res eius momenti sit, quæ allicere possit, & pervertere accipientem. Si enim talis non sit, non censendam erit dantes, aut accipientes pœnas incurrere. Vnde secundum Sanctarellum non incurrer quis pœnas censuræ propter largitionem duorum, vel trium aureorum. Ita P. Leo *de censur. resolutione 4. litter. B verb. Dantes,* vbi Bonacinam impugnat *part. 7. tract 4. resolutione 6.*

Donum nō satis est, vt attingat quantitatem sufficientem peccatum mortale furti.

7 Præterea non videtur incidere in pœnas dictæ Bullæ dans, vel accipiens aliquid pro Iustitia auferenda, vel differenda, secundum Farinacium *part 3 quæst. 111. num. 351.* Contrarium tamen docet Filliuccius *tom. 1. tractat. 15. cap 6. num 133.* quia qui dat aliquid pro iustitia auferenda, vel differenda, obtinet gratiam: ergo ligatur pœnis Bullæ. Item qui dat, vel promittit aliquid, ut causam expediat probabiliter secundum eundem Farinacium *citat. num. 350.* Licet contrarium, quod docet Bonacina item *citat. num. 14.* sit probabilius. Item qui donat, vel recipit aliquid, etiamsi non sit moderatum, sed excessivum, post im-

Non videtur incurrere dans, vel promittens pro auferenda, vel differenda Iustitia.

Nec, vt causa expediatur.

impetratam gratiam, & iustitiam; quia Bulla imponit solum pœnas danti, vel promittenti ad obtinendam iustitiam, & gratiam; ergo non sunt extendendæ contra dantes, vel accipientes post gratiam. Ita Baunius *in Theol. moral. part. 2. disput. 5. tractat. 2. qu. 12.* qui etiam observat pœnas latas in Bulla Greg. XIII. non spectare ad Iudices delegatos citramontanos. *part. 7. tractat. 4. resolut. 8. 9. 10.* Advertendum cum Ioanne Antonio Novario in Bull. Pontif. *part. 1. tit. de dato, & promisso, num. 12.* pœnas huius constit. non habere locum extra Curiam Romanam: vnde si aliquid daretur Neapoli pro obtinenda gratia à Sancta Sede Apostolica, evitarentur hæ pœnæ, ut in terminis fuisse iudicatum per Rotam Romanam, testatur Seraphin. *decis. 825.* Vnde ego olim respondi, quod si quis daret aliquid alicui extra Romam, pro Cardinalitia obtinenda dignitate, non incurreret pœnas Bullæ Gregor. XIII. de qua loquimur; licet si hoc faceret Romæ, pœnas non evaderet, si Summus Pontifex hoc nesciret, nam ipso sciente, cessant pœnæ huius Bullæ. Ita Novarius *ibid. resp. 10. § Notandum.*

Nec dans, vel recipiens post gratiam obtentam Vel Iudici delegato citramontano. Vel extra Curiam Romanæ.

Non denũcians intra triduum vtrum incurrat Bullæ pœnas.

8 Qui noverit delictum contra hanc Constitutionem nisi intra triduum deferat Summo Pontifici, aut alteri, qui eidem Papæ fideliter denunciet, ipso facto incurrit excommunicationem. Ita Dicastillus *de Iustitia lib. 2 tract. 1. disp. 6 dub. 9. num. 250.* Quod limitat Molina solum in iis, qui existunt in Curia Romana. Bonacina tamen *tom. 3. disputat. 2. quæst. 3. punct. 18. & 19.* observat viros gravissimos sibi asseruisse, Bullam quoad hoc vsu non esse receptam. Advertendum illud quidem, quod qui aliquid ex prohibitis in hac Bulla faceret cum Summo Pontifice, vel cum eius ministris, aut familiaribus de illius consensu expresso, vel tacito in pœnas Bullæ non incideret, neque in iis actionibus, quæ alioquin non essent prohibitæ iure divino, sed tantum humano positivo, esset simoniacus. Ita Dicastillus, & Bonacina. Sed quidquid sit de hac denunciatione, illud est certum non esse faciendam sine prævia correctione fraterna; ut docet Bonacina *citat. num. 20.* quia Prælato non est obediendum contra Domini præceptum, qui eum ordinem servari præcipit. Quæ quidem doctrina vera est excepcis tamẽ delictis pertinentibus ad Sacrum Tribunal Inquisitionis, de quibus *verb. Denunciare p. 7 tr. 4. res. 11. & 12.*

Præmittenda semper fraterna correctio.

9 Dans auxilium, consilium, vel favorem, non incidit in pœnas, effectu non sequuto. Ita communiter. *ibid resolut. 13.* Nec si quis ex ignorantia invincibili nesciret pœnas huius constitutionis; quia ea habet vim legis, ignorantia autem legis sicut excusat à transgressione; excusat etiam à pœnæ. Ita Mazuchellus *tractat. de cas. reserv. disputat. 2 quæst. 2. diff. 5. num. 16. part. 7. tr. 4. res. 14.*

Consulentes, &c. quando non incurrant.

Vtrum autem Cardinales comprehendantur in hac Constitutione, Vide *verb. Cardinalis.*

Et nescientes ex ignorantia.

DEBITOR.

I DEBITOR statuto tempore non soluens, tenetur ad restitutionem damni emergentis, & lucri cessantis. Ita Filliucius, *tom. 2. tractat. 33. cap. 9. num. 151.* Etiamsi elapso termino creditor non petat; nam petit ipse terminus. Ita Bonacina *de contr. disputat. 3. quæst. 3 punct. 4. num. 4.* Et si solutio differatur per multos annos soluenda sunt interesse omnium annorum, & interesse ipsius interesse. Filliuccius, *tractat. 34. cap. . . num 72.* Etiamsi creditor id non indicavit, ut forte intellecto tanto incommodo, soluisset. Malderus *in 2, 2. tractat 5. cap 3. dub. 11. col. 4. quæst. 2.* Etiamsi mora non fuerit culpabilis & pactum de soluendo interesse non fuerit in contractu expressum. Ita probabiliter Molina *tom. 2. tractat. 2. disput. 315. num. 2. part. 5. tractat 13. resolut. 78.* & doctrinam Malderi docuerat etiam

Debitor morosus tenetur ad damnum emergens, & lucrum cessans.

part.1.tractat.8 resolut 87. & hoc vltimum recitanter *ibid resol* 43. Quamvis *in part.1 tractat.15. resolut.* 49. contrarium ex professo docuerit. ✠ Quæ omnia procedunt de venditore non tradente rem venditam tempore statuto. Vide *verb. Vendere, num.*19. An debeat verò solvere pœnam conventionalem ante iudicis sententiam. Vide *verb. Lex, num* 43. Si verò ex dilatione solutionis nullum damnum resultat creditori, adhuc debitorem peccare mortaliter, docent DD. communiter cum Banez, *in 2.2 quæst.62 art.*8. quia præceptum restituendi, quatenus includit præceptum non retinendi rem alienam, est negativum, & sic statim implendum Sed ego existimo cum Molina *tom.3 tract.2. disp.*753.*n.*1. quod, licet Cõfessarius debeat vrgere pro solutione: si tamen creditor nullum damnum patitur, & debitor habet animum soluendi, potest illũ absoluere toties quoties: quia talis dilatio, cum non sit multum iniuriosa, non videtur mortifera, *part.2.tractat.17. resolutione* 3.

Sed an peccet mortaliter si nullum damnum resultet creditori.

Quod sibi lucrum retineat, & soluat minus?

Verum & probabile.

None st vsurarius, si soluat dimidium anticipatè cum pacto soluendi reliquum postpositè.

2 Debitor soluens dimidium debiti anticipatè cum pacto, ut reliquum solvere possit postpositè, secundum Bonacinam, *de contr. disp.3. quæst.3 punct.3. num.* 9. est vsurarius, quia hoc nihil aliud est, quàm dare mutuo, cum pacto ut sibi remutuandum sit tali tempore. Sed contraria sententia Malderi *in 2.2 tract. 1. cap.3. dub.4.* est probabilior ✠, & illam tenet novissimè Trullench. *tom.2. lib 7. cap.*18. *dub.6. num* 8. ✠ nam mutuum, & remutuum fiunt simul: creditor enim ex tunc prorogat tempus solutionis residuæ. Arragonius *in 2.2. quæstion.78. artic.2. dub.1.* in hoc contractu dat remedium rescisionis, & renovationis; sed ut advertit Salas. *de vsuris, dub.9. numero* 10. hoc remedium non caret difficultate, *part.1. tractat.8. resolutione* 63.

*An verò sit vsurarius, si, solvens anticipatè, alimergente, & lucro cessante, talem solutionem esse vsurariam Quia tanti valent centum hodie, quanti hinc ad annum: alioqui enim sola temporis expectatio daret valorem rei, quod est absurdum. Sed contraria sententia videtur quoque probabilis, ut etiam visa est Laymann. *lib.3. sect.5. tractat.4. cap.17. §. 5. numero* 33. & aliis. Quia pecunia præsens magis æstimatur, quam futura, & minus est habere actionem ad rem, quam rem ipsam habere, *L minus. ff de reg. iuris.* Neque verò contractus huiusmodi est mutuum, sed emptio, & venditio: ius enim ad rem vendi potest, sicut ius transeundi per aliquem agrum. Ita Caietanus *verb. Vsura sub fin.* Vnde qui hanc opinionem sequeretur cum Azorio, *part.3. lib.8. cap.*10 *qu.* 3. non illum condemnarem. Vide Fernandez. *part.1. c.*15. §.1. *n.*10 *part.1. tract* 8. *res.* 49.

4 Debitor secundum Sanchez *tom.*1 *lib.*5. *cap.*13, *num.*11. non satisfacit creditori, si debiti immemor tantumdem præstiterit illi alio titulo, verb. gr. elecmosynæ, &c. Nam hoc est peculiare iustitiæ, ut debito non satisfiat, dando alio titulo, quam solutionis legalis, *part.* 3. *tractat.*13 *resolut.*94. Et ita tenendum est *part.3. tractat.6. resolut.* 57. §. *Notandum, &* 77. §. *Verum.* Sed Baldellus *tom.* 1. *lib.*5. *disputat.*25 *numero* 18. probabiliter putat, satisfacere ex intentione illa generali, qua unusquisque præsumitur suis actionibus velle potiori obligationi satisfacere iuxta *l. cum pluribus. ff. de solut.* hæc enim intentio sufficit etiam in materia iustitiæ; nec obstat oblivio, & incogitantia huius, vel illius obligationis specialis. Sed satis est voluntas generalis qua si interrogaretur; verisimile est, ita se explicaturum. Idque ait procedere, non solum quando in actu soluendi nullus titulus exprimitur, sed etiam quando exprimitur, & determinatur titulus minus principalis, ex aliorum oblivione, vel ignorantia. Nam talis traditio resoluitur in cõditionalem: *Trado tibi gratis, vel ex elemosyna, nisi potiori titulo debeam.*

Sicut an satisfacit, si debitum soluat alio titulo, quã soluendi illud debitũ v.g in elemosynam.

debeam, p. 5. t. 13. resolut. 94. §. Sed negatiuam. An aliud pro alio inuito creditore solui possit, dictum est V. *compensare, n.* 2. Cæterum, qui plura debita cum eodem creditore contraxit, habet optionem satisfaciendi vna solutione partiali pro debito, quod maluerit. Ita Lopez *parte 5. tit. 14. l. in gloss. 5* & alij *ex l. 1. 2. 3. & 4. ff. de solut.* nam debitor potest legem dicere rei suæ. Vnde, nisi contrarium exprimat, semper censetur soluere pro debito, quod magis grauat, vt si vnum debeat cum fideiussore, aliud sine, præsumitur soluere primũ sicut etiam, si alterum magis vrget, & e. Ita Molina, *tom. 2. tractat. 2. disputat. 565. num 5 p. 2. tr. 16. resolut. 49.*

Habens cũ eodem plura debita, potest soluere quod maluerit.

Certus de debito, & dubius an soluerit, tenetur soluere.

5 Certus de debito, & dubius an soluerit, tenetur soluere. Sed hanc sententiam limitat primò Tannerus, *in 2 disputat. 42. quæst. 6 dub. 4. num. 49.* nisi etiam creditor dubius sit, nam in hoc casu, existimat, debitorem non teneri, quia possessio stat penes ipsum, & melior est conditio possidentis. Sed ego existimo cum Layman, *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 41.* in tali casu soluendam esse debiti partem, iuxta dubij proportionẽ. Nam non videtur debitor exponendus periculo duplicis solutionis, & creditor qui & ipse dubitat, nullum periculum pati debere. Ita Layman, quamuis Merolla *to. 1. disp. 3 dub 2. n. 65.* probabiliter etiam putet, teneri ad integrum debitũ, *par. 3. tr. 6. res. 49. & p. 3. tr. 6. res. 32.*

Si verò etiam creditor dubitet tenetur ad dimidium.

Debitor extremo indigens non tenetur soluere.

Sed quid si creditor sit in eadem necessitate? Multi multa dicunt.

6 Debitor non tenetur soluere, quãdo ipse est in extrema necesitate constitutus & creditor eamdem necesitatem non patitur. Si verò vterque est in extrema necesitate, Scotus *in 4. dist. 15 quæst. 2 art. 4* putat teneri, quia plus iuris habet ad debitum creditor, qui est eius dominus, & rem illam præoccupauit: quare, cum necesitas sit æqualis præferri debet. Paludanus *ibid. quæst. 2. art. 4. conclus. 1.* & alij negant. Lorca in 2. *sect. 3 disputat 38 numer. 11.* distinguit, & si res restituenda reperitur eadem in specie, soluendam esse, ob fundamentum prioris sententiæ. Si verò consusa sit cum bonis debitoris, non ita, quia dominium stat penes ipsum, & ab obligatione soluendi excusatur propter necesitatem. Ego omnes has sententias existimo probabiles, sed si quis in extrema necesitate aliquid acciperet è constituto in extrema item necesitate, tunc existimo tenendum cum Scoto. In aliis casibus, cum Paludano, quia in extrema necesitate omnia sunt communia, & potior est conditio possidentis, *p. 5 tr. 7 resol. 11.* Sed quid si pater, vel mater debitoris sit in extrema necesitate vna cum creditore? Adhuc subuenire debere patenti, vel etiam vxori, liberis, & fratribus, existimo cum Syluio *in 2. 2. q. 31 art. 3* contra Azor *to. 2. l. 12. c. 8. q. 6. p 5 tr. 8. res. 12.*

Et omnes probabiliter,

Sed ego cẽserem, non teneri, nisi à creditore indigente surripuisset

Quod etiã procedit in necessitate suorum parentũ vxoris, filiorũ, & fratris.

Debitor an possit Religionem ingredi.

7 Debitor per Bullam Sixti V. non potest in Religionem recipi, sed in hac Bulla in primis non comprehenduntur debitores ex sola promissione liberali, vel debitis incertis. Vechius *disput. 2. dub. 13. n. 15.* Deinde secundum Sanch. *in sum. to. 1. lib. 3. cap. 19. num. 6.* non comprehenduntur damnati ad pœnas pecuniarias propter delicta, nec obligati ad satisfactionem alicuius damni, vel iniuriæ illatæ. Et secundum Vechiũ *vbi sup.* non comprehenditur debitor, qui absq; sua culpa ad impotentiam soluendi peruenit, iuxta verba Bullæ ibi, *Multi decoctores post dilapidatam rem familiarem, &c.* Et tamen non comprehenditur debitor, qui in seculo manens, nullam habet spẽ melioris fortunæ, vt possit debita soluere. Ita Mauden. in *Decal. pr. 7. disp. 18. numero 17.* Imò secundum Lesium *lib. 2. cap. 41. dub. 2. numero 32.* Potest debitor ingredi si non habet opem diteiscendi intra paucos annos, quos Sanchez *num. 8.* dicit esse duos, & Suar. *de relig. tom. 3. lib. 5 capite 7. numero 2.* vnum. *par. 4. tr. 4. res. 81.* Quæ omnia multo potiori ratione procedunt de iure communi. Imò D. Th. *2. 2. q. vlt art. 6. ad 3* absolutè liberat debitorem in religionem ingressum ab onere restituendi, quamuis Nauar. *comm. num. de regul. n 8.* contrarium sentiat, *p. 4. tr. 2. res. 41.*

Si habet spem diteiscendi, & soluendi debitas

Et sic ingressus liberetur abonere solutionis.

8 Debitore defuncto, ex eorum bonis, priusquam debitoribus satisfiat, de-

De hæreditate debitorũ

vis detrahi possunt ex pensa funeris. detrahi possunt moderatæ expensæ pro funere, *l. penultimo ti. de Relig. & sumpt. fun.* & sic poscit necessitas, & tacitè creditores permittunt. Vide Molfesium; *tomo 2. tract. 13. cap. 8. num. 43 parte 5. tractat. 3. resol. 116.* Imò vxor, & filij, post contractam quocumque casu paupertatem, possunt sibi ex relictis bonis retinere, & occultare, quantum honestæ eorũ sustentationi requiritur, etiam si ad instãtiã creditorum detur illis iuramentum, vel imponatur excommunicatio, quia sicut in necessitate possunt aliena subripi, ita, & retineri. Ita Cælestinus, *tractat. 9. capite 19.* in fine. Qui addit, filium, & nepotem sortitum hæreditatem à patre, vel auo per vsuras acquisitam, non teneri restituere cum detrimento sui status, siue bona fide, siue mala hæreditatem susceperit. * Sed non probatur.* *parte 5. tract. 14 resolutione 57* Tenetur verò hæres facere inuentarium sub pœna soluendi debita etiam supra vires hæreditatis. Vide V. Hæres, *num. 1.*

Et victus necessarius vxoris. & filiorum.

Potest solui debitum ante diẽ præfixum. Debitor potest soluere debitũ creditori die præfixo vel etiam eo contradicente ante prædictum diem, *p. 8. tr. 7. res. 17.*

DEBITVM Coniugale.

Debitum se rio petenti rarò concedere peccatũ grave.

1 † EX contractu matrimonij oritur in vtroque coniuge obligatio iustitiæ ad reddendum debitum coniugale alteri petenti. † Quod proinde serio petenti, rarissimè, & cum magna difficultate reddere, graue peccatum est, tum ratione iniuriæ negando illi, quod suum est, tum propter discordias, quæ indè proceduut, & ob periculum incontinentiæ, *part. 5. tractat. 5. resol. 14. & tract. 14. res. 36.* in fine. Cæterum, quando coniux, precibus, & blanditiis debitum petit, non habens verecundiam efficaciùs petendi, non est graue peccatum illi negare: nam alij debitores non peccant grauiter, negando debitum sic petenti. Itẽ rarò, vt ex quinque petitionibus vnius mensis, negare

Secus si petat precibus, & blãditijs.

vni, vel aliquanto differre, vt si petatur manè, & reddatur vespere, leue peccatum est. Et crebrò petenti; nullum peccatum est denegare. Quæ intelligenda sunt, modò adsit periculum incontinentiæ, pollutionis, aut morbi. Ita Cornejo *in 3. part. tr. 6. disp. 5. dub. 1. q. 2.* & Ochagauia *tr. 5. q. 1. num. 6. resolutione 39. cit.*

Vel negetur rarò, crebrò petenti.

2 Qui non reddere debitum, exterritus multitudine prolis, secundum Sotum *in 4 distinct. 32. q. vn. artic. 1.* contra Nauarrum apud Layman, *lib. 5. tract. 10. par. 3. cap. 1 num. 16* non peccaret mortaliter: quia in aliis debitis magna soluendi incommoditas excusat. Imò secundum Ledesmam *de matrim. q. 64 art. 1.* neque venialiter, si absit periculum incontinentiæ. Cum qua limitatione omnes conueniunt cum Paludano in *4. dist. 31 q. 3 art. 2.* validum esse pactum inter coniuges abstinendi a coitu, ne proles multiplicetur *p. 3 tr. 4. res. 213.* tantum nobilibus, & non pauperibus conceditur *part. 9 tr. 6. resol. 2.*

Vel negetur ne proles nimium multiplicetur.

3 * Obligatio etiam reddendi debitum non vrget nisi ad illud reddendum & complendum debito modo. * Quãquam, si vir petat coitu cum culpa veniali, ratione situs, &c. teneatur vxor illi reddere: quia talis copula est solum mala ex vehementi appetitu voluptatis ipsius viri, cui vxor, non cooperatur, Sanchez *de matrimon. tom 3. lib. 9. disputatione 16. numero 3.* contra Bonacinam *de matrimon. quæst. 4 punct. 3. num 9. par. tract 7 resol. 15* in fine, *& par. 3. tr. 4. resol. 296.* * contra verò, * quia probabile est, copulam coniugalem ante benedictionem Ecclesiæ esse peccatum, saltem veniale * vtriusque coniugis, † non tenetur coniux tunc temporis debitum reddere, secundum Villalobos. *tom 1. tr. 5. c. 24. n. 12. p. 3. tr. 4. resol. 240.*

Vxor tenetur reddere viro petenti coitu, cum culpa veniali sua tãtum.

4 Si vir, habens votum castitatis debitum petit, vxor tenetur reddere. Quia vir per votum non amisit dominium corporis eius, sed solum peccat in petendo, cui peccato vxor non cooperatur. Valde etiam probabile est, posse vxorem reddere debitum viro, qui con-

Vel si sibi peccet petendo, vt est in casu, quo castitatem vouisset,

sangui-

sanguineam eius cognouit ante dispensationem: nam ille peccat solum petendo, non cognoscendo. Ita ex Sanchez Filliucius *to.1 tr.10.p.1.c 9 num.309. 310.* quidquid probabiliter etiã contra hoc secundum sentiat Villalobos, *tom.1.tr.13. diff. 47.num. 4 p.3 tract.4.resol.196.§. Notandum.*

Vel si peccet coeundo tãtum extra malitiã

5 Item vxor potest licitè petere & reddere debitum marito, qui absque eius consensu solet in fine copulæ membrum extrahere, & semen foras effundere: nam ipsa cooperatur actui qui ex se potest bene fieri. Ita Pontius *libro 10. cap. 11 num 3* apud quem quidam viri doctissimi contra sentiunt. *par.2.tractat. 15.res. 64.*

Coniux contrahens cum voto Religionis non tenetur reddere in primo bimestri.

6 Coniux, qui post votum Religionis contraxit, potest per bimestre à matrimonij consummatione abstinere, & Religionem intrare. *capite 7. de connu. coniug.* Sed si non habet animum intrandi, secundum Coninch *de Sacram. disputat.20.dub 4 concl.2 numer.46.* tenetur interim debitum reddere: nam ex vna parte, statim, vt fit contractus, traditur dominium corporis, & ex alia; illud spatium conceditur cogitanti, & volenti Religionem intrare, ad deliberandum. Sed Præpositus in *3.par.qu.5 dub. 6. num.47.* docet, non teneri *p.4.tr.4.res.133* Vota coniugis circa debitum coniugale potest maritus irritare. Et Episcopus dispensare. Vide V. *Voti relaxatio*, & V. *Episcopi, num.32. Coniuges num.32.*

Etiamsi deliberet non intrare Religionem.

Non peccat vouendo ingressum Religionis

7 Coniuges non peccant si vnusquisque voueat Religionem dependenter ab alterius ingressu, consummando matrimonium, quia nemo obligatus fuit religionem ingredi nisi altero ingrediente *p.9.tr. 6.res 2.*

Lege infra de amentibus coniugatis.

8 Maritus tenetur reddere debitum vxori amenti, quando ista de illa negatione ad alium accessura esset; quando verò ambo sunt amentes debent separari, & peccant mortaliter illos excitantes, sed si vxor, vel vir sunt rationis cõpotes, potest peti debitum vir à coniuge & è contra; sic etiam de ebrio coniux nõ tenetur reddere tali debitũ per se, sed per accidẽs periculo pollutionis. *ibid.res. 4.p. 10.tr.13 res 4.*

9 Vxoratus impeditus ad petendum debitũ in nullo casu ei licitum est debitũ petere, sed tenetur vti macerationibus carnis; sed si videt periculũ in altera coniuge incontinentiæ tunc licitũ est petere, & illa petitio diceretur redditio, vnde infertur, quod coniux non tenetur reddere debitum viro morbo gallico, vel lepra infecto *par.9.tr.8.res.33.*

Potest (videndo incontinẽtiã futuram vxoris) petere.

10 Delectatio morosa coniugis de copula cum coniuge absente nõ est peccatum mortale cum sit de obiecto, & copula licita, esset mortale, quãdo delectaretur de alia fœmina in actu coniugali, cũ delectatio morosa est de obiecto mortaliter graui, & turpi *ibid.reso. 44.* Vnde tactus sui ipsius ex voluptate carnali non referendo ad copulam non sunt peccata mortalia, cum ordinantur ad copulam licitam, sed contrariũ tenet Diana; Non peccant si inter se tangant *ibid.§. Sed hic non obstantibus per totam res.*

Copulæ delectatio carnis non est peccatum, nisi sit de mortaliter graui, & turpi obiecto alia fœmina.

11 Qui matrimonium bona fide cõtraxit, quod deinde cognouit ex impedimento dirimente irritum esse, non potest ante dispensationem debitũ reddere, aut petere. Etiam cum periculo vitæ, quia ex nullo metu licet fornicari Id quod determinatur in cap. *Inquisitioni, de sentent. excommunicat.* & contrariam sententiam Malfesij *tom.1. tract.4.cap.14. numero 90.* & aliorum falsam, & erroneam appellat Sanch. *tom.1. lib.3. disp.39.nu.5.part 4.tract.4.res.48.*

Contrahẽs cum impedimento dirimente bona fide, non potest petere, aut reddere, etiã metu mortis.

12 Quod si de validitate matrimonij dubitat, tenetur diligenter veritatem inquirere (& interim non tenetur reddere; quia alter non habet ius, Sanchez *disputat. 47.numero 46.* cõtra Henriquez *lib.12. cap.6.num.5.* Gloss. *tit. T. parte 4. tractat.3 resolut.15.§. Sed difficultas.*) Si autem post adhibitam diligentiam remanet dubius secundum Rebellium, *par 2. lib.2 qu 16 sect.1.num.1.* non potest petere. Sed probabilius est, posse, vt tenet Sanch. *vbi supra*, quia possessor bonæ fidei, qui post adhibitam diligentiã, remanet dubius, an res aliqua sit sua, non solum potest illam retinere: sed etiam ea vti *p.3 tr.4.res.193. & par.4 tract.3 res.*

Et si de hoc dubitat, nõ potest petere ante diligentiã adhibitam. Potest post illam. (At coniux non tenetur credere alteri affirmanti de nullitate.)

15. Ad-

15. Aduerte hic, quod coniux, regulariter loquendo, non tenetur credere alteri coniugi affirmanti de impedimento dirimente, nisi accedant aliæ coniecturæ, vel asserentis probitas, &c. Sanch. *ibidem resolut. 295. cit.* in fine.

13 Pete hic primò. An dubitans, num coniux sit mancipium, & matrimonium cum illo bona fide contractum; sit validum, possit, ac teneatur reddere debitum? Respondeo cum Hurtado, *de matr. disp. 10. diff 9. n. 42.* affirmatiuè, nec propterea reualidari matrimonium; quia quamuis ad mancipium accedat affectu maritali, id facit pro soluendo debito, si forte debeat, non cum animo reualidandi, si fuit nullum. Ità ille, quidquid contra asserat Nauarrus apud Sanch. *disp. 43. n. 8. part. 4. tr. 3. resolut. 15. § Et tandem.*

14 Petes secundò, an coniux, qui contraxit cum dubio nullitatis, possit petere, & reddere? Respondeo, si alter contraxit bona fide tenetur reddere; sed non posse petere. Ita Henriquez *lib. 12. cap. 6. num. 5. & 7 ingloss litter. S.* contra Sotum in *4 distinct. 27. quæst. 1. artic 23.* Si verò vterque contraxit mala fide, neuter petere potest, aut reddere; quia possessio mala fide capta nemini suffragatur. Ita Coninch. *disp. 34. dub. 10 num. 102.* Si verò tales habeant rationes probabiles pro validitate, Sanch *disp. 42. num. 8.* putat, posse petere, & reddere Merolla *tom. 1. disp. 3. cap. 3. corollar. 2. diff. 12 num. 108.* negat. Vterque probabiliter. *p. 4 tr. 3. res. 13. § Difficultas.*

15 Petes tertiò. Quid facere debet coniux, qui dubius nullitatis contraxit, & adhuc non consummauit? Respondeo in priori bimestri non teneri reddere; quia cum alter non habeat ius petendi non est periculum iniustitiæ. Post bimestre, secundum Vasqu. *in 1. 2. disp. 66. c. 6. num. 33.* tenetur alteri coniugi dubiũ manifestare, nè perpetuo suspensum detineat, & interim non petere, donec sufficiens adhibeatur examen. Si verò putat, dubij reuelationem minimè profuturam, non teneri Religionem ingredi ad hoc vt alterum liberum reliquat; nam est valdè durum, sed teneri reddere debitum, ne alterum coniugem vltrà terminum iuris suspensum detineat *par. 4 tr. 3. res. 41.*

Si verò dubium sit de impedimento conditionis, tenetur in dubio reddere, & potest petere.

Nec proinde matrimoniũ validatur.

Quod si contraxit cum dub. o, tenetur reddere alteri contrahenti bona fide. Sed nõ potest petere.

Si vero vterque mala fide contraxit, non possunt petere, aut reddere.

Nisi habeant rationes probabiles validitatis.

Quod si cõtrahens cũ dubio adhuc nõ cõsummauit, intra bimestre non reddat.

Sed quid post bimestre.

16 Sponsa oppressa à sponso per vim ante bimestre non potest semen incontinenti expellere, quia iniuria fieret proli ex illo semine procreandæ. & non marito. *par. 9. tract. 8. res. 8.* nec peccat maritus cognoscendo vxorem inuitam intra tempus bimestre, quando verò nõ ageretur de Religionis ingressu. *ibid. §. Sed hic oritur.*

Iniuria sit proli procreandæ.

17 A iure petendi debitum priuatur coniux per votum castitatis, ratione affinitatis, cognationis, vel adulterij.

Vnde qui castitatem vouit (diuortio legitimè facto) potest coniugi adulteræ reconciliari *par. 9. tract. 6. res 2. §. Sed si aliquis.* Circa impedimentum voti. Vide V. *Voti relaxatio.* Circa impedimentum affinitatis incestuosæ, vide V. *Incestus, num. 3.*

DECIMÆ.

† DEcimas omnium mobilium licitè quæsitorum, ex quinto Ecclesiæ præcepto tenentur laici Ecclesiæ soluere, in sustentationem ministrorum ✠

Ad decimas non tenentur laici coloni Religiosorum.

1 Coloni Religiosorum non tenentur pro sua portione fructuum soluere decimas, sed gaudent priuilegio ipsorum Religiosorum, quod est reale, vtpotè concessum communitati, quæ numquam moritur: priuilegium autem reale de iure communi transit ad colonos. Ità Peyrinus. *tomo 1 const. 2. Iulij 11. § 31 numero. 132.* & alij contra Tamburinum, *de iure Abbatum, tomo 1. disputatione 15. quæst. 18 numero 32.* Vide priuilegium de exemptione decimarum concessum Societati à Gregorio XI I. apud Henriquez, *libro 7. capite 27 numero 8. & in glossa litt. H.* Quod si coloni Religiosorum, vel ipsimet Religiosi in aliqua Prouincia soluunt decimas, id erit ex aliquo breui Pontificio ab Episcopis obtento, dictorum

Sicut nec Religiosi.

rum priuilegiorum reuocatorio. Vide etiam Portellum Ver. *Decima, numero 3. parte 3. tr. 1. ref. 23.*

Laici verò eximuntur ab illarum onere ex præscriptione immemorabili sine titulo. Exprascriptione 40. annorum cum titulo, aut ex totidem annorum consuetudine sine titulo.

2 Laici ex præscriptione immemoriali sine titulo fiunt immunes à solutione decimarum, ex cap. *auditis, de præscrip.* & *cap. 3 de consuet. in 6.* sicut etiam ex præscriptione quadraginta annorum cum titulo, & consuetudine quadraginta annorum sine titulo. Disparitas autem inter consuetudinem, & præscriptionem est, quia consuetudo respicit communitatem quæ per diuturnum vsum legitimo tempore continuatum potest legem derogare: præscriptio verò respicit priuatam personam, cuius vsus quantumuis continuatus non potest legem introducere, aut abrogare. Ita Layman *libro 4. tractat. 6. capite 7 num. 9* & alij contra Barbatium, *vol. 2. cons. 35* & alios Iurisconsultos dicentes, per præscriptionem laicum non posse omninò eximi ab onere decimarum, sed tantùm in partem, vt scilicet loco decimæ soluat vigesimam, aut trigesimam partem. Adde, quod Henriquez *libro 7 capite 27. numero 2.* & Tannerus in 2. 2. *disputatione 5. quæst. 3. dub. 2. numero 31.* docent, ad præscriptionem sine titulo in causa decimarum sufficere tempus quadraginta annorum. & Palaus, *tomo 2. tractat. 10. disputatione vn. punct 4. num. 6.* probabile putat, ad consuetudinem contra decimas sufficere spatium decem annorum. Sed hæ opiniones ex dictis non videntur. *parte 3. tractat 5 resolutione 77. & part. 5. tr. 14. ref. 42.*

Causa decimarum ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet.

3 Causa decimarum est Ecclesiastica, & in omni casu pertinet ad iudicem Ecclesiasticum: nisi auctoritate Summi Pontificis contractu permutationis translatæ sint. Vide infra V. *Iudex Ecclesiasticus, num. 4.*

DECLARATIONES CARDINALIVM.

ADhoc vt declaratio S. Congregationis Cardinalium Interpretũ Concilij Tridentini habeat vim legis requiritur 1. vt sit signata Sigillo Præfecti, & Secretarij eiusdẽ Congregationis, pro tempore existentiũ. 2. vt sit facta cõsulto Pontifice, idq; in ea exprimatur. 3. quod solum declaret, non dispenset, restringat &c. Hurt. *var. to. 1. tr. 3. c. 6. ref. 45. 4.* vt Papa det Breue, quo iubeat eam seruari, vel quod Auditor Cameræ, det monitorium in earum executionem, seu mandet eas seruari sub censura. Bossius de Iubilæo *sect. 3 cas. 2. n. 225.* cui insuper addit Dicastillus *de sac. to. 2. tr. 8. di. p. 10 dub. 9* quod debeant esse omnino eædem circumstantiæ. Sed optandum esset hac in parte aliquid certi per Pontificẽ definiri. interim tamen standum magis est pro declarationum Authoritate maioti *p. 11 tr. 8. ref. 53. & tr. 2. ref. 42.*

DELECTATIO *Morosa.*

Delectatio morosa est consensus voluntatis in appetitus illicitos. Consensus inquam expressus, vel interpretatiuus.

2 DElectatio morosa dicitur, cõsensus voluntatis in motus illicitos appetitus sensitiui. Hic autem consensus duplex esse potest, expressus, vel tacitus. Expressus est, quando voluntas acceptat delectationes huiusmodi positiuè. Tacitus, quando post perfectam aduertentiam, & deliberationem adhuc motus illos relinquit & non exercet, quantum moraliter potest. Et in hoc secundo consistit propriè delectatio morosa, sic dicta, non à mora temporis, qua durat, sed ex mora rationis in repellendo. Quæ si non solùm sibi complacet de motu illicito, sed præterea vult actum illicitum, & malum desiderium, de quo infra V. *Desiderium* †

Nam vterque est peccatũ mortale.

2 Porrò non solum est peccatũ mortale, quando voluntas positiuè consentit, sed etiam quãdo permisiuè se habet nõ impediendo tales motus. Nam consensus interpretatiuus æquiualet formali. Ita Vasquez *in par. 1 tom. 1. disput. 108. cap. 2. numero 2.* & alij. Sed probabilis est opinio Caietani, *sum. V. Delectatio,*

Quamuis probabile

sit, interpretatiuũ non esse mortale.

quod consensus interpretatiuus, quando, voluntas nec positiuè consentit, nec positiuè dissentit, non sit peccatum mortale. Nam per hoc non violatur aliquod præceptum, si enim aliquod violaretur, maximè esset præceptum negatiuũ, *Non concupisces*; Sed hoc præceptũ non obligat ad repellendam concupiscentiã sensus, sed solum ad non cõsentiendum. Ergo si non adest consensus positiuus, non violatur. Confirmatur, nam in communi sententia hi motus absque vlla culpa petmitti possunt in aliquibus casibus: ergo hæc promissio non est ex genere suo mala. Ad argumentum cõtrarium respondetur consensum interpretatiuũ non semper æquiualere formali, nisi quando est æqualis obligatio non procurandi aliquid, & reiiciendi, & sic potest esse minor obligatio non procurandi aliquam dignitatem, quam illam reiiciendi. &c. & consequenter maius peccatum in consensu expresso, quam interpretatiuo *p.1. tr.17. res.33.*

Porrò si talis consensus est efficax circa actum, de quo delectatur, sumit speciẽ ab illo.

3 Delectatio morosa consistens in actu voluntatis efficaci in ordine ad executionem actus, qui est delectationis obiectũ, est eiusdem speciei cũ ipso actu, & sic delectatio morosa efficax, seu maius desiderium fornicationis, vel adulterij est eiusdẽ speciei cum fornicatione, vel adulterio. Quod si delectatio non sit cũ consensu efficaci, sed absque vllo affectu ad opus consistens in simplici cõplacentia, adhuc Lorca *inp. 2. tom 2. disp. 18 n.3.* & alij dicunt, sumere speciẽ malitiæ ab actu externo, tanquam ab obiecto Sed contrariã sententiam Vasquez. *inp.2.to.2 disp.112.c.2.* & aliorum probabilem censeo cum Bonacina, *de matrim. q.4 punct.8 n 18.* quod nimirum omnis delectatio morosa contra castitatem sit vnius speciei, quia omnis versatur circa eamdem turpitudinem: Probatur, nam simplex complacentia de coniugata nõ versatur circa adulterium, vt iniuriosum alteri, & sic non contrahit malitiam adulterij. Iniuria enim non irrogatur viro, nisi per actum externum adulterij in quod simplex complacentia nõ progreditur, sed quamcumque mulierem respicit vt pulchram, & delectabilem secundum tactum Idem dic de muliere religiosa, consanguinea, &c. *par.2. tr.7. res.48.p.2.tr.17.res.34 & p.3.tr.4.res.67. § in res.48.*

Si verò cõsistat in sola complacentia, probabile est omnẽ consensum talem esse eiusdem speciei.

4 At non ita dicendum de circumstantia personæ, quæ morosè delectatur. Nam delectatio morosa coniugati, aut religiosi differt specie à delectatione soluti, prima enim est peccatum contra iustitiam, & secunda contra Religionẽ. Ita Reginaldus *tom.2 lib.12.c.2 sec.3 nu.* 3 & Vasquez. *inp.2.to 1.disp. 112 c.2.n.20. p.2.tr. 17 res.34.* propè finem. Qui tamen aduertit illud de coniugato non esse sibi admodum certum, & Hurtado *de subiect.pec.disp.4.diff.10.* contrarium tenet quia nullo argumento probatur in matrimonio præstari fidem coniugi, nõ collocandi mentem in alium, & bene etiam docet contra Montesinum, *inp.2. tom.2.disp.7.q.4 num.91.* quod si quis haberet votũ castitatis exterioris, non peccaret contra votum, se delectando morosè. *p.3.tr.6.res.73. & p.5 tr.13 res.99.* Sed si coniugatus habuit delectationes morosas de copula sodomitica, vel de bestialitate, tenetur de his confiteri *p.8. tractat.6.resolutione 2.3. & 4.*

Distinguũtur tamen ex circumstantiis personarum, quæ delectantur.

Et sic si delectatur cõiugatus, est adulterium.

Si Religiosus, sacrilegium.

At de coniugato negat Hurtado.

5 † Delectio morosa est peccatum mortale, si est de actu ex le malo, vt est furtum, adulterium, & omnis materia luxuriæ. * Nec excusat paruitas materiæ; quia secundum Galenum, omnis cogitatio venerea est inchoata pollutio. Ita Lessius *lib.4. cap.3. dub.15.nu 109. p.3.tr 5.res.2.* si verò actus sit malus, solum quia prohibitus aliqua lege positiua, delectatio illius non est mortale, quia lex positiua non prohibet actus internos, nec talis delectatio versatur circa actũ, vt malum, nisi versetur circa illum vt prohibitum, quod rarò contingit. Itaq; delectari de eiu carnium, in die Veneris non est mortale. Ita Tann *inp.2.disp 4. q.8 dub.7.n.117.* contra Medinam *de restit. c.21.* & Montesinum vbi suprà, *p.3.tr. 5.res.5.*

Et illud de Religioso non extendi ad habentem votum castitatis externæ.

Delectatio morosa de actu intrinsecè malo, est mortale.

Secus, si sit de re mala ratione præcepti positiui.

Vt est esus carnium in die Veneris.

6 Coniugati morosè delectantes de copula in absentia alterius cõiugis, absque periculo pollutionis, nõ peccãt mortaliter,

Coniugati

delectãtes de copula, in absentia alterius coniugis absque periculo pollutionis nõ peccant mortaliter.

taliter, quia delectantur de actu licito, in ordine ad actum licitum, qui est copula coniugalis: absentia autem per accidens impedit, ne talis copula exerceatur. Ita Curiel *in p. 2. q. 74. art. 8. dub. 3. §. 2. diff. 3.* & alij multi contra Nauarrum, *c. 16. n. 10. p. 2. tr. 17. ref. 36. p. 3. tr. 4. resolutione 200. & tr 6. ref. 73. §. Verum.*

Etiamsi copula esset interdicta ob periculum salutis

7 Probabilissima quoque est sententia Sanchez *t 3. l. 9. disp. 44. num. 21.* non esse illicitam inter coniuges delectationem de copula cogitata, vt præsenti, quando ipsa copula est ipsis illicita ob periculum salutis, vel abortus, aut ob aliquod impedimentũ naturale post matrimoniũ superueniens; & vniuersaliter ex quacumque circũstantia extrinseca: nam in his omnibus casibus copula per se est licita, & illicita solùm per accidẽs vnde nõ est illicita eius delectatio: Idẽ etiam dic, si copula sit prohibita aliquo præcepto Ecclesiastico, vt si ratione cõsanguinea sponsæ, vir affinitatẽ contraxisset cum ipsa, ex quo priuatus esset iure petendi debitũ, nam hoc impedimentum est extrinsecum, & arcens à copula in pœnam delicti: & cũ res sit pœnalis, non debet extendi ad delectationem de copula. Hæc omnia Sanch. quidquid contra asserat Rodriquez *summ. t. 1. c. 129. concl. 3. p. 9. tr. 4. res.* 224. Secus autem dicendum, si adesset impedimentum voti absoluti; nam tunc, sicut illicitus esset actus, ita etiam illicita esset eius delectatio. Quod etiam verum est, si coniux votum castitatis emisisset absque consensu alterius coniugis, & sic teneretur debitum reddere. Ita Lessius *l. 4. cap. 3. dub. 14. numer. 106 p. 3. tr. 6. resol 73. §. Nota.*

Vel aliam quamlibet extrinsecã circumstantiam.

Sicut etiã ob affinitatem contra ctam per copulam cum consanguinea sponsæ.

Secus, si copula prohibita esset ratione voti.

Etiã absque licentia alterius cõiugis emissi.

8 Viduis non licet delectari de copula præterita, neque sponsis de futuro, de copula futura, quia actus externus, de quo delectantur, viduis & sponsis de futuro non est licitus. Est autem dispar ratio de his, ac de coniugibus circa copulam præteritam, vel futuram; quia copula huiusmodi coniugibus his, & nunc nõ est illicita, quemadmodum illis. Ita Bonacina *de matrimon. quæst. 4. punct. 8. num.* 3. & alij contra Valentiam *tom. 4. disp. 6. q 4 punct. 4.* Qui tamen docet, talem delectationem in vidua esse plerumque peccatum mortale, propter periculum consentiendi directè, vel indirectè *p. 3. tr. 5. res. 2. & olim in par. 2. tr. 17. resolut. 36. §. Ad argumentum.*

Vidua non licet delectari de copula præterita, nec sponsis de futuro, de copula futura.

DE NVNCIARE

Hæreticum, & alios criminosos ad Officium S. Inquisitionis.

Hæreticus & de hæresi suspectus denunciandus est infrà terminum.

1 ✝ IN edicto DD. Inquisitorum præcipitur vt sciens aliquem esse hæreticum, vel aliquod delictum ad eorum forum pertinens commisisse, qualia sunt omnia, quæ referemus, V. *Inquisitor, iurisdictio in qua delicta*, illum ad eorum Tribunal deferat, infra certum terminum, sub pœna excommunicationis, &c. † Quod si quis ignoret edictum, secundùm aliquos tenetur denunciare statim, ac sibi innotescit. Sed Acugna de *Conf. sollic. quæst. 21. num. 4.* concedit huic termi-

A puncto saltẽ notitiæ computandum.

num edicti à puncto notitiæ computati. *part. 4. tr. 5 resol. 26* Et affirmantes *inp. 3. tr. 5 resol. 95. § Notandum est etiam hic.* Sed id non procedit in casu, quo quis sciret edictum, sed non denunciaret ob aliquod impedimentum. Nam habuit totum illud tempus ad deliberandum, & consulendum. Ita Sancius *disput. 11. num. 59* Quamuis Acugna *vbi supra.* suam doctrinam etiam ad hunc casum extendat. *resol. 26. cit. 6. Notandum*, & recitanter. *in resol. 41. § Secundò.* Et quamuis Naldus V. *Reuelare, numero 2.* eos qui infra terminum edicti ignorant, aut reuelare non possunt, deobligeri pœnitus à reuelando post terminum: non est tamen recedendum à contraria sententia Filliucij. *t. 1. tr. 14. cap. 2. num. 42. p. 3. tract. 5. resol. 95.*

Et si præuideatur futura cõmoditas, etiã anticipatè.

Immò si præuideatur de futura commoditas denunciandi in fine termini, incumbit obligatio denunciandi ante finem, quando vltimò adest commoditas, sicut diximus V. *Confessionis, num. 7.* præmittendã esse confessionẽ annuam,

Sub pœna excommunicationis.

Quæ post factam denunciationē absolui potest per Bullam absque onere comparādi.

ab eo, qui præuidet sibi in fine anni fore impossibilem. Ita Suar. *t. 4 disput. 36 sect. 5. numero 5.* Et quamuis Sancius *disputat. 11. numero 70.* contrarium probabile putat de iure positiuo, de iure tamen naturali tenet nobiscum, si præsertim timeretur publicum damnum, &c. *p. 4. tract. 5. resolut. 29.* Si verò fœmina sciens, & potens, ver. gr. infra terminum non reuelaret Confessario, incurreret excommunicationem, quæ per Bullam non potest absolui, nisi prius satisfiat parti, nimirum tribunali denunciando, &c. *part. 4. tract. 5. resol. 26.* in fine. Postquam verò denunciauerit, absolui potest tum virtute Bullæ, tum etiam priuilegiorū Regularium absque vllo onere cōparandi coram Inquisitoribus. *par. 4. tract. 5 res. 29.* in fine.

Hæc obligatio semper durat tum virtute edicti.

2 Durat autem valor & obligatio edicti per totum annum: non enim minorem habet vim, quàm leges Canonicæ: nam fertur auctoritate Apostolica, & Tribunal, à quo procedit, est perpetuum, vnde perpetuò durat, quemadmodum Bulla Cœnæ. Ita Suarez *de fide disputat. 20. sectio. 4. numero 11.* contra Henriqu. *lib. 13. cap. 18. numero 4. in gloss. litt. L par. 4. tract. 5. resolutione 27.* Immò

Tum etiā virtute præcepti Inquisitor. Rom.

quamuis Inquisitores particulares ex negligentia, vel alio capite non publicarent edictum, adhuc esset obligatio denunciandi, non solum sub onere peccati mortalis, sed etiam censuræ, stante præcepto Inquisit. Romanæ, edito 3. *Ianuarij 1623.* Quod non ideo non est perpetuum, quia non proponitur nomine decreti, sed præcepti, vt aliqui opinati sunt: nam illud more decretorum obligat vbique locorum, & pœnam imponit indefinitè: fortasse verò prodiit sub nomine præcepti, quia hoc familiare est illi Tribunali, & præceptum, ac decretum sæpè confunduntur in iure, vt notat Tuschus *v. Præceptum, conclus. 480. numero 4. & 11.* & obseruari potest in constit. Sixti V. circa agitationes taurorum apud Guttierez *l. 1. cap. 7. n. 36. p. 4. tr. 5. res. 41.* Circa terminum verò denunciandi,

Sed dies termini nō computan-

aduerte cum Freyta *n. 41.* in eo non cōprehendi diem ipsum publicationis vsq; ad sequentem eadem hora, qua fuit publicatus. *Ibid. §. non desinam.*

tur in termino.

Obligat autem etiam scientes sub sigillo naturali, & sub iuramēto.

3 Nota hic primò, obligationem denunciandi hæreticum, vel de hæresi suspectum, vrgere etiam eos, qui sciunt sub sigillo naturali, vel etiam sub iuramento: quia agitur de bono publico. Ita Palaus *tract. 4. disputat. 9. punct. 10. numero 5.* contra Fagundez *præcep. 2. lib. 4. cap. 3. numero 33. par. 1. tractat. 4. resolut. 24. & par. 4. tractat. 5. resolut. 31.* Contra quem *ibidem* bene docet Moura *de satisfact. sectio. 3. cap. 3. numero 11.* Confessarium sollicitantem, sicut & cæteri suspecti de hæresi denunciari debere, etiam si de eodem delicto non sit diffamatus: nam in his delictis potest inquiri, etiam si infamia non præcedat, *part. 4. tractat. 5. resolutio. 1.* Nec verò requiritur, quod denunciator probare possit delictum, vt contra eumdem *ibid.* docet Barbosa *de potest. Episc. p. 3. alleg. 96. numero 51.* Quia, licèt denunciator teneatur de iure suam denunciationem probare. *l. Diuus, & l. ab accusatore, ff. de Senatusconsul. Turpill.* peculiare tamen est huic Tribunali, posse inquirere ex simplici denunciatione, quæ licet non sit satis ad probandum, satis tamen est ad diligentias adhibendas, vt alias crimen innotescat, fortasse etiam per alias denunciationes *par. 1. tr. 4. resol. 1. & p. 7. tr. 12. resol. 21.* Quod quia in aliis Tribunalibus non cōtingit: in his nemo denūciare tenetur delictum, quod probare cō potest, ait Bannez apud Cruz *vbi infra* contra Sancium, & alios. Et probabile est, neque posse, vt docet Cruz *part. 1. tr. 8. art. 4. dub. 13.* Quamuis contraria sententia Lessij *l. 2. c. 30. dub. 6. num. 49.* sit probabilior. *p. 3. t. 5. resol. 100.* Tenetur etiam in S. Officio denunciare, qui aliquod delictum proximi suspectum nouit ex auditu, non solum fide digni, sed etiam leuis: relinquendo talis dicti valorem penes Inquisitores: nam hæc delicta vergunt in damnum publicum, ob quod in hoc Tribunali admittuntur testes aliàs inhabiles, vt dicemus *v. Inquisitorū, n. vbi supra.* Ita Thomas à Iesu *de visit. tr. 1. c. 15. num. 11.* contra Fagundez. *p. 4. t. 3. res. 28.*

Quod in aliis Tribunalibus nō procedit.

Immò etiā scientes ex auditu personæ leuis.

Etiam vxorem.

4 Nota

Fratrem.

4 Nota secundò in denunciatione hæreticorum non dari personas privilegiatas, nam vxor, & frater tenetur denunciare maritum, & fratrem hæreticum. Ita de vxore, Pegna *parte 3. numero 111. comm. 160.* de fratre Sanctarellus *de har. capite 9. numero 15. part. 11. tractat. 4. resolutione 5.* Immo patrem hæreticum tenetur quoque filius denunciare. Ita DD. quos citat, & sequitur Farinacius *de har. quæst. 197. §. 2. num. 40.* contra Alens. *p. 3. quæst. 23. memb. 4. ar. 2. dub. vlt.* Verum est, quòd Genuensis *cap. 18. num. 9.* limitat hanc sententiam in casu, quo pater dogmatizaret, & filium alioquè doceret, vel si vocaretur à iudice tanquam testis, quod fieri non deberet, nisi in subsidium deficientibus aliis testibus *p. 1. tract. 4. resolut. 4.* Ex quo reprobandus est vniversaliter Pereira *cap. 10. num. 35* docens personas privilegiatas non teneri revelare crimen occultum sui coniuncti, ex vi monitorii, etiamsi alii testes deficiant *part. 3. tr. 5. resol. 63.* Imò stante praxi, videtur, quòd vxor, & frater teneantur denuntiare virum, & fratrem, in blasphemias prorumpentes, vel aliud crimen suspectum de hæresi perpetrantes. Quamuis Homobonus *de cas. res. part. 2. cap. 1* id neget ex eo, quod extra crimen hæresis ad hoc non coguntur à iure *part. 1. tractat. 4. resol. 6.*

Et filium, in casu Hæresis formalis.

Et videtur etiam dicendum in delictis suspectis.

Non tamen seipsum.

5 Docent verò DD. communiter: non teneri hæreticum denunciare seipsum: quia *ex cap. aliquando. de pœnis, distinct. 1.* nemo tenetur se prodere. Sed hanc sententiam aliqui limitant, nisi perniciespublica immineat, in quo casu pro bono communi vita spernenda foret. Vnde doctissimi Theologi obligaverunt discipulos cuiusdam hæretici dogmatizantis ad illum denunciandũ, quamvis ipsi fuerint complices delicti, *part. 1. tract. 4 resol. 8.* Et mulier sollicitationi in Confessione consentiens tenetur Confessarium denunciare, vt habetur ex declaratione S. D. N. Vrbani VIII. & Sacræ Congregat. specialiter celebratæ coram D. N. *die 25. Iulii 1624.* relata in Epistola Cardinalis Mellini ad Card. Borrom. Archiepisc. Mediol. Vbi etiam habetur, talem fœminam non teneri suum consensum exprimere, & si vel ipsa, vel Confessarius exprimant, in Actis Curiæ non scribi, tanquam rem impertinentem ad Tribunal. Ex quibus refellendæ duæ extremæ opiniones ero vna Sousæ *tractat. 2. cap. 7 num. 2.* quod mulier consentiens non debeat revelare, & alia Freytas *in edit. noviss. quæst. 10. num. 40.* quod teneatur aperire copulam, & inquisitores possint illam de hoc interrogare, *p. 4. tr. 5. res. 31.* & recitanter *in p. 1. tr. 4 res. 9.*

Nisi per accidens revelando complicẽ.

Sed tunc potest suũ delictum tacere.

6 Nota tertiò, quòd quamuis Fagundez *pr. 2. lib. 4 cap 3 num. 31.* excuset denunciãti à denunciando hæreticum eum, cui pericu lum vitæ, famæ, aut bonorum externorum in propriam, vel patris, matris, vxoris, fratris, vel alterius coniunctissimi personam immineat, vnde docet Freyta *quæst 19. num. 15.* quòd hæreticus, qui ob timorem magni damni cõplices tacuit, non est tradendus brachio sæculari, vt diminutus, sed mitius tractandus. His tamen non obstantibus, Bonacina *disp. 6. punct. 2. n 6* testatur, hãc doctrinam non omnibus probari. Et illam Genuensis *cap 18. num. 8.* limitat, nũciando nisi hæreticus dogmatizaret, & seduceret animas, aut corpora læderet, &c. nam in his casibus teneretur homo exponere propriam vitã pro patria. Et ipse Freytas, stante praxi, contrariam sententiam amplectendam esse, inquit, pro omni maximè in casu hæresis formalis, *part. 1. tract. 4. resolut. 7.* Et bene docet *quæst. 12. num. 19.* quod stando etiam in prima sententia periculum in bonis temporalibus amici non excuset: quia maior amicus est Deus, & amicus vsque ad aras. Alioqui numquam denunciandus foret amicus, vel consanguineus hæreticus, quia incurreret pœnam confiscationis bonorum, *cap. cum secundum de har. in 6.* Amissionem verò bonorum temporaliũ propriorũ tunc solum excusare quãdo cogeret statum mutare, *part. 4 tract. 5 res. 36.* Regulariter verò mulierem sollicitatam non excusari ob timorem a Cõfessario denũciando, ait Bonacina *disp. 6*

Sed quid si denunciãti immineat periculum vitæ, famæ, &c. In suam personam, vel sui coniuncti?

Aliqui excusant à delatione.

probantur

excusat periculum in bonis temporalibus amici.

bonis temporalibus

amici.

Vel etiam

propriis bonorum,

mutatione.

punct.1.§.3.num 6. quia ferè numquam huiusmodi damni periculum imminet, incommoda, quæ sequuntur ex abusu huius Sacramenti prævalent incommodis privatarum personarum. Sed hæc opinio admittenda est, quando bonum fidei periclitatur. Et ita tenet Sousa *lib.1.cap.34.num.58.* qui regulariter huiusmodi mulieres excusat in probabili periculo mortis, &c. suæ vel coniunctorum. Sed caveant Confessarii, ne trepidetur timore, vbi nullus est timor, & moneant mulieres denunciare, & secundum Sanctum *disput.11.num.45.* etiam nobiles, & egregias, si clausura, infirmitate, vel aliàs non sint impeditæ, adire Inquisitores personaliter; nec enim id durum est ob bonum Religionis, *par.4.tract.5.resp.19.* Si verò sint legitimè impeditæ, aut non possint Inquisitorem absque infamia adire, secundum Portellium V. *sollicitare fœminas num.21.* satisfacient mittendo Epistolam, vel stando consilio Confessarii, *par.1.tractat.4.resp.7.§.Ideò.*

Et Confessarii non sint multùm trepidi in hispericulis, & mittant sollicitatas etiam nobiles ad denunciandũ per se, si possunt, aliàs per alium.

An denunciandasit mulier, quæ semel maleficiũ fecit.

7 Nota quartò, secundum Genuensem *in praxi cap.18. nu.15.* non esse denunciandam mulierem, quæ semel maleficium, aut superstitionem fecit, nisi faceret manifestè hæresim, & simplicitas, aut alia iusta causa non excusaret, *part.2.tractat 17.resol.65.* in fine. Et quando delictum denunciandum præcipitur ex præsumptione, qui scitet præsumptionem indeficere secundum Valerum V. *hæresis diff.1.num 4.* non teneretur denunciare, ut qui v.gr. sciret aliquem divinare ex simplici manuum inspectione, &c. non autem ex pacto dæmonis, ut præsumit Sixtus in Bulla. Sed contrarium docet Freytas *quæst.21.num.26.* & tale iudicium reservandum esse Inquisitoribus *p.1.tr.4.resp 10.* Vnde sententia Valeri non placet. *ibid.tr.10.resol.27.§.Item prohibitio.*

Et qui delictum commisit, in quo cessat præsumptio, in qua fundatur suspicio.

Licet hæreticus, &c. sit fraternè corrigendus, si speratur

8 Nota quinto, quod, licet, priusquam hæreticus, vel de hæresi suspectus, denuncietur, procedere debeat fraterna monitio, si speretur fructus; nihilominus non obstãte correctione, deferri debet. Ita præcipit Inquisitorum edictum, & rationabiliter: quia, vt ait Suarz *de fide disputat.20. sect.3. num.12.* his criminibus rarissimè occurri potest per privatam correctionem & ad cognoscendam veram resipiscentiam magna prudentia requiritur, cum semper lateat fraus. Et propterea finis præcipuus denunciationis non est sola emendatio fratris, sed publica illius correctio ad aliorum securitatem, quæ ex fraterna correctione sperari non potest. Ita Palaus *tractat.4. disput.9. punct. 10.num.2.* Idem docet Bonacina *in Bull. Cœn. disput.1.quæst.12.punct.3. numero 11.* de machinantibus malum alicui Cardinali, qui ex Const. Pij V. denunciari præcipiuntur, *part.5.tractat 2.resolut 89. §.Sed difficultas.* ✠ Vbi testatur, se hanc doctrinam quoad suspectos hæresis docuisse, *in part.4.tr.3.resp 24.* Sed ibi revera docuit correctionem omitti debere. ✠ Ex quibus existimo cum Bonacin. *tr.var.disp.6.pun.3 n.9.* & aliis hæreticum, vel suspectum de hæresi, denunciandum esse, etiamsi moraliter constet iam esse emendatũ. Contrarium tamen tenet Sotus *lib.3.q.5.art.5.* quem multi sequuntur, *p.1.tr.4 resp.3.& p.4 tr.3.resp 51 & p 1.tr.3.resp.63.* Quod si petas, quo pacto constare possit, reum esse emendatum? Respondet Felin. *in c. testimonium, de test.* si sacramentaliter sit confessus Homobon. *p.1.tr.7.cap.7.q.23.* si iubilæum sit consecutus. Si per triennium benè vixerit, Freytas *in add.ad q 8 n.32.* Alii tandem id remittunt arbitrio boni viri *p.1.cit.* Hoc ipsum in specie de Confessario sollicitante docet Sousa. *tr.2. cap.6. concl.3 n.16* declarãs, sufficienter emendatum præsumi, si mulier solicitata ter, vel quater ad ipsum accedens, libidinis expertem inveniat. Sed Bonac. *vbi sup.* tenet Confessarium emendatum denũciari debere. *par.4 tr.5.resp.23.& p.7.tr.3. resp.63.* Et Genuensis *cap.18.num.6.* limitat supradictam doctrinam, quod non procedat in hæresiarchis. Et Fagund *p.2.lib.6.cap.4.num.17.* quod non procedat in ullo hæretico formali; nam emendatio hæretici difficile constare potest, & abstinere non potest quin hæresim,

fructus, debet tamen denunciari, non expectata emendatione.

Imò etiam si sit emendatus.

Quamvis aliqui id negent & assignent emendationis argumenta.

resim, quam semel amplexus est, alios doceat, *par. 1. tract. 4 res 4. §. Limitat. & infra.* Docet etiam Bonacina *vbi supra*, Confessarium denunciandum esse, etiam si statim post solicitationem pœniteat: nam quod factum est, nequit non fieri. *lib. in bello §. Facta ff. de capt. & poblem. rever.* Et alioqui quilibet Confessarius ad effugiendam denunciationē, diceret, se pœnituisse. *par. 4. t. 5. resol. 22.* Quæ doctrina procedit, etiam si Confessarius ab alio denunciatus delictum abiuravit: non quidem de eadem sollicitatione; nam iudicium in idipsum bis exerceri non solet; sed de alia: nam cōplex sollicitatione meretur maiorem pœnam, quam vnica: & in causa hæresis accedente noua probatione, reus iterū punitur. Ita etiam Bonacina *vbi sup. nu. 10. part. 4. tractat. 5. resol. 41.* & recitanter olim *inp. 1. tractat. 4. res. 26.* Idque à fortiori procedit contra Sancium *disp. 11. n. 53.* Si Confessarius post abiurationem in sollicitando perseveraret *par. 4. tr. 5. resol 21.* Probabiliter tamen docuit Fagund. *trac. 2 lib 4 cap 3. num. 31.* non esse denunciandum cōfessarium de sollicitatione commissa ante Bullas; quia nulla lex extenditur ad delicta præterita, si clarè non explicet, *cap. cognoscentes, & c. vlt. de const.* Licet etiam probabiliter contrarium doceat Freytas *quæst 3. n. 15 par. 1. tractat. 4. res. 25. & par. 4. ar. 5. res 40. & p. 7. tr. 3. res. 63.*

Et Confessarius denunciari debet, etiã si statim post sollicitationem pœniteat.

Etiamsi abiuravit suspicionem, denunciatus de alia sollicitatione.

Præsertim si perseveret sollicitando.

Probabile tamen est non esse denunciandum de solicitatione facta ante Bullas.

DENVNCIARE Confessarium sollicitantem ad turpia.

9 ✠ Denunciandi sunt Confessarij ex Bullis Summorum Pontificum, præsertim Gregorij Decimi Quinti. *Qui personas; quæcunque illæ sint ad inhonesta, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis huiusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, sive extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocunque, vbi Confessiones sacramentales audiantur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint; aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint.* ✠ Et quidem sub mortali, vt patet ex illis verbis prædicti decreti; *mandantes omnibus Confessariis, vt suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi,* &c. Quæ verba quamvis præcedentes Bullæ non habuerint, sub hoc tamen onere vsu receptæ fuerunt.

Confessarius verò denunciãdus est in casibus explicandis.

Subenere peccati mortalis.

Saltem post Bullã Gregorii.

Vnde, etiamsi Edictum Inquisitorum non promulgaretur, ex vi tamen huius Bullæ incumberet obligatio denunciandi, vt notat Sancius *disput. 11. numero 10. part. 4. tractat. 5. resolutione 3.* Quam ideo ex mandato D. N. Vrbani VIII. per litteras Cardinalis Mellini apud Peyrin. *in hanc Bullam in §. 9. num. 34.* Archiepiscopi, & Vicarii Generales tenentur Sacerdotibus ad Confessiones approbandis in ipsa approbatione legere, & intimare, vt nimirum ex tunc sciant Confessarii pœnas propositas sollicitantibus, & obligationem monendi pœnitentes sollicitatos ad denunciandum *part. 4. tractat. 5. res. 31.* Et hæc obligatio non solum incumbit personæ sollicitatæ, vt docuit Homo bonus *tra. 1. part. 4. resolutione 51.* Sed etiam aliis, qui id sciunt, saltem ex auditu personæ fide dignæ, vt ait Fagundez *par. 2. lib. 4. cap. 3. numero 31.* & observat praxis S. Officii. *par. 4 tractat. 5. resolut 28.* in fine. ✠ Quomodo autem facienda sit talis denunciatio, an præmittenda sit correctio, quæ causa excuset à denunciando, & alia communia omnibus denunciationibus, dicta sunt supra. An Confessarius sollicitans pertineat ad Episcopum, vide V. *Episcopi iurisdictio in Confessarios sollicitantes*, nunc videndum, in quibus casibus confessarius comprehendatur in Bulla, & sic denunciandus ✠

Quæ legi debet, & intimari sacerdotib. dum ad confessiones approbantur.

Non solum à pœnitẽte sollicitato: sed ab omnibus qui id sciunt.

Et verè nõ est denunciãdus pœnitens sollicitans in Confessarium.

10 In primis ergo non est denunciãda mulier sollicitans confessarium, quia Bulla solùm loquitur de Confessario, ex eo nimirum, quòd in pœnitẽtibus id ra-

Nec interpres Confessionis.

Nec, qui sollicitaret per confessarium. Licet in tali casu denunciandus foret Confessarius, tanquã leno.

rò contingit. Ita Riccius *par. 3. resolut. 67. numero 1.* contra Paramum *libr. 3. quæst. 10. part. 1. tractat. 4. ref. 23.* Vndenec est denunciandus interpres Confessionis, etiam Sacerdos; quia se tenet ex parte pœnitentis *part. 4. tractat. 4. resolutione 9. & p. 9. tractat. 9 ref. 31 §. Nota vero*, tamen subiacet iudicio Doctorum Inquisitorum.

Etiam ante Bullam Gregorii.

Nec item tertius, qui alium sollicitaret per Confessarium in confessione; quia is non verè sollicitat in confessione, & leges latæ contra efficientes, non ligant mandantes, ut dictum est V. *Censura, num. 29. part. 1. tract. 5. resol. 22.* Denunciandus tamen foret confessarius sollicitans pro alio, & sic ad lenocinũ, per illa verba, *ad inhonesta sive inter se, sive cum aliis perpetranda.* Id quod etiam procedit in terminis aliarum Bullarum, & quod in illis comprehendebatur omnis sollicitatio ad turpia, & non minor Sacramento consurgit iniuria ex sollicitatione ad turpia cum alia, quæm cum seipso perpetranda. Ita Freytas *quæst. 17. numero 14.* Quamvis Sousa *in annot. ad Bull. Greg.* hanc sententiam, etiam post Bullam Gregorii solum probabiliorem appellet *par. 1. tr. 4 ref. 19 & par. 4. tract 5. ref. 12.* Et in terminis Bullæ Gregorii denunciari debet confessarius petens à pœnitente domum, in quam concubinam adducat, quia supra dicta verba *sive cum aliis*, hunc casum videntur includere *par. 4 tractat. 5. resolut. 45.*

Post quam denũciari debet, si petat à pœnitente domũ pro inducenda amasia.

Item non debet denunciari laicus fingens se Sacerdotem, & sollicitans.

Item (sub censura) non videtur denunciandus laicus, vel Clericus non Sacerdos, qui fingens se confessarium, pœnitentem audiens, non tamen absoluens, sollicitaret; quia Bullæ latæ sunt contra Sacerdotes sollicitãtes. Ita Sanctarellus *de her. cap. 46 dub vnic. numero 9. part. 1. tract 4 ref 15.* ✠ Quod si is absolueret, denunciandus esset ex alio capite, quia scilicet præsumeretur sentire, ministrũ huius Sacramenti esse posse non Sacerdotem. ✠ Quam præsumptionem cessare, si non absoluat, ait Sancius *disput 11. num. 36. part. 1. tract. 4 resol. 16.* Idem docet Fagundez *pr. 2 lib. 3. cap. 3 num. 79.* de Sacerdote non approbato ad Confessiones, quia iste sollicitando, non coniungeret sollicitationem cum Sacramento, vnde non præsumeretur de illo malè sentire. Sed in hoc contrarium teneo, non solum post Bullam Gregorii, quæ mandat denunciari Confessarios sollicitantes prætextu Confessionis (*p. 3. tractat. 4. resol. 17.*) sed etiam ante illam: quia simplex Sacerdos habet potestatem Ordinis, & iurisdictionem in venialia, & in articulo mortis etiã in mortalia. Ita Palaus *tractat. 4 disput 9 punct. 9 numero 1.* & in terminis Bullæ Gregor. puto cum Sancio *disputat. 10 num. 19* denunciandum esse talem, etiamsi vterque sciret Confessionem ex defectu iurisdictionis futuram invalidam. *part. 9. tractat. 9 resolut. 32. §. observa.* (Quod ipse à fortiori procedere putat, si Confessarius deprehendens fœminam verũ propositum non habere, non absoluat, sed audiendo peccata sollicitet: quia, licèt in hoc casu non fiat Sacramentum, fit tamen accusatio in foro pœnitentiæ sufficiens ad obligationem sigilli & pater ex verbis Bullæ ibi *etiam Confessione non secuta, &c. resol. 8 § Verum, & 30 par 4. tractat. 5.*) Ex quibus à fortiori sequitur denunciandum esse Confessarium, qui sollicitatet mulierem accedentem ad confitendum, ut non incurrat censuram contra omittentes Confessionem annuam. Ita Sousa *lib. 1. cap. 34. num. 18. part 4. tractat. 5. resolut. 8.* Item non esset denunciandus Sacerdos sollicitans in administratione Baptismi, vel aliorũ Sacramentorum, ut ait Sancius *disput. 11. num 42. part. 4 tractat 1. resolut. 16.* Nec sollicitans in Confessione ad alia peccata præter luxu iam: quia Bulla loquitur de sollicitante in Confessione, ad turpia, vnde addit *sermones illicitos & inhonestos* Ita obseruat praxis Inquisitorum, & docet Bonacina *disputat. 6 punct. 3 num. 7*, contra Freytam *quæst 8 num. 17 part. 1. tr. 4 ref. 20 & part. 4. tract. 5. resolutione 17.*

Nisi absolvat.

Secus de Sacerdote non approbato.

Etiamsi vter præsciret Confessionem fore nullam.

Etiãsi non absoluat.

Aut pœnitens accedat ad confitendum, nè incurrat censuram. Item non debet denunciari Sacerdos, sollicitans in administratione aliorum Sacramẽtorum. Vel ad alia peccata extra venerẽ At denunciari debet si in Confessione sollicitet masculum.

Etiam ante Bullam Gregorii.

11. Denunciandus verò est Confessarius post Bullam Gregorii, primò, si sollicitet masculum, quia dicit, personas, quæcumque illæ sint. Ita Nal-

dus

dus V. *Confessio.num.31.part 1.tractat.4.*

Post quam denunciare debet, si pœnitenti, sollicitanti consentiat.

reſolut.12. Immò id dicendum erat ante illam, vt declaraverat Paulus V. *anni* 1619. ratione eiuſdem, immò maioris iniuriæ, quæ in ſollicitatione maris Sacramento irrogatur. Ita Souſa *tract.1.cap.12.num.12.part.4.tractat.5. reſolut.33.* Secundò, denunciandum eſt, ſi non ipſe ſollicitat, ſed pœnitenti ſollicitanti conſentiat, per illa verba, *cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſeu tractatus habuerint.* Ita Fagundez *pract.2. lib.4.cap 3.num.56.*

Quamvis poſt turpia verba ſtatim deſiſtat.

Quamvis id multi negent, *part.1.tractat.4.reſol.11. & part. 4.tractat.5.reſolut.42.* Immò id procedere puto, etiamſi ſtatim, ac ſollicitationi per turpia verba acquievit, ab illis deſiſtat, & complementum differat in aliud tempus, dilata etiam abſolutione: nam iam habuit inhoneſtos ſermones *part.4.tract.5.reſolut.4.* Idem dic, ſi ſollicitanti ad copulam, acquieſceret ſolùm in baſiis, & actibus impudicis. Ita Sancius *diſputat.11.num.28.* contra Palaum *tractat 4. diſput 9. punct.5. num.54.* Et ſi ſollicitantem ad ſodomiam, vel contra, vel iam de ſollicitatione pœnitentem ſollicitaret. *part.4.tractat.5.reſol. 17.* Quod ſi conſentiret ob metum, quia ſcilicet pœnitens minaretur, ſe velle illum denunciare, &c. ſecundum Sanciũ *ibid.num.30* non eſſet denunciandus, & ſecundum Freytam *quæſt.11.num.39* non eſſet puniendus. Quamvis Souſa aſſerat, citra abiurationem puniri poſſe, *part.4. tract.5.reſolut.15.* Sine dubio autem denunciandus eſſet Confeſſarius, qui cum pœnitente ſe ſimul ſollicitarent adinvicem, vt ait Souſa, *lib.1.cap.34. num.31. part.4.tractat.5.reſolut.14.* vel convenirent ad ſimulandam Confeſſionem, vt inhoneſtos ſermones haberent, vt ait Sancius *diſputat.15. num.3.* poſt Bullam Gregorii, quidquid ſit in terminis aliarum, *part.4.tractat.5.reſolut.10.* Et ſecundum Bonacinam *punct.3. num.17.* ſi ex eo, quòd pœnitens ſe malum animum cum eo habuiſſe confeſſa eſſet, occaſionem arriperet illam ſollicitandi *part.4.tractat 5.reſolut.20.* Id quod etiam procedit: ſi pœnitens ad confeſſionarium accederet, de aliquibus negotiis bona fide tractaturus, vt ait Souſa. *lib.9.cap.34.num.42.part.4 tractat.5. reſolut.10 §. Nota* Etiam abſque vllo ordine ad Confeſſionem, per illa verba, *ſive extra occaſionem Confeſſionis, reſol.18. tractat.4 part.1.* Et multò magis, ſi prætextu Confeſſionis, vt habent edicta DD. Inquiſitorum, & Bulla Gregorii ibi, *qui prætextu Confeſſionis. &c. part.5.tractat.4. reſol 13.* Item denunciandus eſt Sacerdos, ſi pœnitentem accedentem ad ipſum, & dicentem, ſe velle in craſtinum confiteri, ſollicitaret: nam talis ſollicitatio fieret in Confeſſionario, ſimulando Confeſſionem. Ita Fagundez *pract.2.lib.4.cap.3.num.49.* contra Sancium *diſput.11.num.49.part.4.tract.5. reſolut.6.* Immò quamvis in Bulla Gregorii videatur non comprehendi Confeſſarius ſollicitans fœminam in confeſſionario non ſimulata Confeſſione, vt docet Sancius *diſputat.11 num.66.* & alii multi: Attamen contrarium dicendum eſt ex decreto Pauli V. apud Pexrinum *in hanc conſt. Gregorii §.5.num.15.* Et illa verba Gregorii *ſimulantes ibidem Cõfeſſiones audire*, non referri ad ſolicitationem in confeſſionario, ſed in ſubſelliis, quæ licet aliquando confeſſioni inſerviant, tamen non ſunt, nec dicuntur confeſſionalia. Ita Lezana *c.19.n.34 p.4. tr.5.reſ.38.*

Etſi cum pœnitente ſimul ſe ſollicitarent. Vel convenirent ad ſimulandã Confeſſionem turpiter ſecuturi.

Et generaliter ſi ſollicitaret Confeſſionis occaſione.

Prætextu.

Vel ſimulatione.

Immò abſque ea, dũmodo ſollicitet in confeſſionario.

12 Non eſt tamen denunciandus Confeſſarius, qui conveniens cum muliere ad turpia peragenda, vocatus poſtea in domum prætextu Confeſſionis ibi ſollicitaret: quia in hoc caſu prætextus Confeſſionis eſſet remotus. Ita Freytas, *quæſt.15.num.4.* contra Sancium, *diſput.11.num.60 part.4.tractat.5.reſolut.37.* Qui etiam *quæſt.9.num.21.* contra eundem *num.32.* docet, non eſſe denunciandum Confeſſarium, qui peccata carnis in Confeſſione audita ex zelotypia reprehenderet: quia talis obiurgatio ex ſuo genere eſt licita, & quod procedat ex zelotypia conſtare non poteſt; niſi adiciat minas, ſi cũ riuali deinceps confabuletur, eius domũ intret, &c. qui ca-

Minimè verò ſi ſollicitaret in domo, vocatus prætextu Confeſſionis.

Vel obiurget de peccatis carnalibus confeſſis, & ex zelotypia.

sus est moraliter impossibilis, quia supponit fœminam sine proposito confitendi, & cum eodem Confessario in lasciva conversatione perseverantem, vnde non esset opus reprehendi in Confessione, *par. 4. tr. 5. res. 43.*

Item denunciandus est si sollicitet paulò ante, vel post Confessionem. Immediatè.

13 Ante Bullam Gregorii XV. Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31.* tenebat, non esse denunciandum Confessarium sollicitantem pœnitentem paulò ante, vel post Confessionem immediatè. Sed Bulla Gregorii expressis verbis declaravit esse denunciandum. Non tamen est audiendus Navarrus apud Paramum *l. 3. qu. 10. num. 44* quod denunciari debeat, si sollicitet post multum temporis à Confessione. *part. 1. tractat. 5 resolut. 14.* Vnde, quamvis Peyrinus *in hanc const. schol. 2. num. 2.* doceat, revelandum esse, si post audita peccata carnalia in Confessione fœminam ab Ecclesia discedentem insequitur, & in itinere sollicitat: tamen multi viri docti id negant, etiamsi sollicitet in eadem Ecclesia, extra tamen tempus, & locum in Bullis contentam; nam, vt ait Sousa *in opusc. n. 10.* per exercitus Confessionis debet esse proximus, id quod etiam aliqui dicunt de occasione. Ideò tu cogita *part. 4. tract. 5. resolut. 7.* Sanè non est denunciandus, si post Confessionem accedat ad domum pœnitentis, & ibi eam sollicitet. Ita Scortia *in Bull. epit. 77. theor. 197. par. 1. tr. 4. res. 14.* in fine.

Nam aliqui id negant, si sollicitaret post Confessionem recedentē in itinere. Vel in Ecclesia extra locū Confessionis. Quod certum est, si post Confessionē factā in Ecclesia, sollicitet domi.

Denūciari tamen debet, si daret in Confessione chartam sollicitationis post Confessionem legendam.

14 Denunciandus tamen foret, si daret pœnitenti in Confessione chartam sollicitationis, etiam post Confessionem legendam; nam tradendo chartam, inciperet sollicitare, & iniuriam facere Sacramento. Ita Sancius *disput. 6. num. 31.* Sed Palaus *tom. 1 tractat. 4. disp. 9 punct. 4. num. 2.* oppositum probabile putat, si charta legenda sit post aliquod tempus à Confessione, quia, quando datur charta, tunc non incipit sollicitatio, sed causa sollicitationis, quæ incipit postea, cùm charta legitur. Quod si quis dicat, ex hac sententia dari ansam Confessariis sollicitandi per chartas, respōderi posset, Confessarios si id faciant, non frustrare Bullas, sed cautè se gerere, vt fidem magis profiteantur. *par. 4 tractat. 3. resolut. 2.* Et certè non est denunciandus Sacerdos, qui pœnitentem sollicitat per litteras amatorias in domum missas, vel per lenonem. Ita Acugna *part. 5. num. 15. part. 1. tractat. 4. resolutione 14.* in fine. Denunciandus tamen esset, si sollicitaret puerum in cellam ductum, titulo dandi chirographum Confessionis iam dudum peractæ, quia iste casus penderet à Confessione. Ita Sousa *lib. 1. cap. 34 num. 39 part. 4. tractat. 5. resolut. 77.* Idem dic, si pœnitentiam fœminæ imponat, vt ab ipso Confessario nuda verbereturve sibi vestenda ostendat, quæ sibi in Confessione infirma esse dixit, dum hæc postea accidunt. Ita idem Sousa *ibidem, & c. 18 n. 14. Ibid. & mox res. 47.*

Item denūciari debet si sollicitet puerum in cellam ductum titulo dandi chirographum Confessionis.

15 ✠ Porrò Confessarius, qui pœnitentem se signo Crucis signantem interrumpens sollicitat, dilata in aliud tempus absolutione, vel etiam statim, ac ad genua confessura procumbit, proculdubio denunciari debet. ✠ Et ita docet Freyta *quæst. 14. num. 16. par 4. tract. 5. res. 30.* à medio. Qui benè asserit. *n. 28* contra Sousam, *tractat. 1 cap. 18. num. 7.* id verum esse, etiam ante Bullam Gregorii, vt erat in praxi: tum, quia DD. communiter asserebant, denunciandū esse sollicitantem paulò ante, vel post Confessionem: tum etiam, quia hic casus est similis illi, quem ponit ipse Sousa. *num. 6.* scilicet, denunciandum esse Confessarium, si sciens pœnitētem velle confiteri, ipsam sollicitaret: etiam Cōfessione non secuta, quia postea noluit confiteri, vel ipse Confessarius noluit audire. *part. 4 tractat. 5 resolut. 39.* Post Bull. verò Gregorii non est dubium denunciari debere Confessarium sollicitantem pœnitentem accedentem ad ipsum, vt confiteatur illam præveniendo, & Confessionem differendo, *part. 4. tract. 5. res. 46.*

Si sollicitet confessuram post signū Crucis, vel saltem genu flectentem.

Saltem post Bullam Gregor.

16 Petes hic, an Confessarius excusari possit ex parvitate materiæ, ita ut aliquando non sit denunciandus? Portelius *in Additione V. Sollicitare nu. 4.* & alii respondet affirmativè, quia ex communica-

In sollicitatione nō excusat paruitas materiæ.

nicatio non incurritur, nisi ob culpam lethalem. Sed negative respondendum est cum Sancio, *disputat.11.num.22.* & aliis. Tum quia in rebus Venereis non datur parua materia, ut dicemus *verb. Luxuria, num.3.* Tum etiam, quia etsi parua materia in Venere daretur, talis materia esset quidem levis in genere luxuriæ, sed in casu sollicitationis intra genus Religionis esset gravis, quemadmodum parua materia in die ieiunii, quæ excusat à mortali in genere temperantiæ, non excusat à mortali in genere Religionis obligantis communicari ieiunè. Itaque denunciandus foret, si leviter manum tangeret, pedem premeret, vellicaret, &c *part.1 tract.4.res.11.part.4 tract.5.res.5. & part.5.tractat.5. resolutione 9.* Immò Sousa *lib.1.cap.34. num.54.* putat id procedere, etiamsi verba, aut signa sint dubia, *part.4.tractat.4 resol.25.* Et sanè denunciari deberet, si pœnitentem laudaret de pulchritudine: præsertim post Bullam Gregorii. Ita Bonacina, *tractat.variar.disput.6.puncto 3. n.3.* Quæ benè limitat, nisi constet, aut rationabiliter præsumatur Confessarium non in finem sollicitationis illas laudes protulisse *par.4 tr.5.res.18.*

Vnde denũciari debet cõfessarius premens pedem.

Tangens manum.

Et laudãs de pulchritudine.

In dubio de intentione.

17 Confessarius sollicitatus à muliere ad turpia in Confessione minus, vel cæteris huiusmodi si non consentiat, & ille metu fœminæ consensit, non effugit pœnam extraordinariam, sed non debet abiurare, Anton. Sousa, & alii, *part.10. tract.14. res.40.* Abiurari debentur, & puniri Confessores sollicitantes non solum in Confessione, verum etiam in Confessionario, sive alio in loco sollicitantes, vel Confessionem simulantes, si non suspecti de hæresi, saltem abiurare debent de leni: Fagundez, & alii, *ibid. resolut.4.* Et possunt punire confessores regulares, vt sedeant in vltimo loco tam in choro, quam in Refectorio, *ibid.§. Nota quod.*

Non effugi pœnam extra ordinariam.

Vide curiosa.

Mandans vt sollicitet non est denunciandus.

18 Mandans Confessario, vt in Confessione sollicitet pœnitentem non est denunciandus. Trullench, & alii, *par.10 tractat 14 resolut.42.* At in oppositum sentit Carena *de off. S. Inquis.* quia præcepta & pœnæ diriguntur contra sollicitantes in Confessione, quod mandans non efficit, vt per se patet. Nec denunciandus est, qui talibus, vel nutibus, aut signis provocat fœminam cum illa alteri confitetur, Escobar. *ibid.§. Vnde.*

Nec sollicitans per nutus.

19. Si Confessarius pœnitentem dormientem in Confessionario tangit, osculatur, &c. non est denunciandus, ait Sanc. & alii; affirmant alii & probabilius, P. Leand. & alii: Sed si arte, vel aliquo artificio ducit in somnum fœminam, vt rem cum ea habeat, hic dicitur sollicitator, & puniri debet ab Inquisitoribus; DD. citat *part.10. tractat.14. resolutione 43.* Et denunciandus esset: si ad actum peccaminosum veniale fœminam sollicitaret. Navar. & alii, *ibid. res.44.*

Osculans dormientẽ non est denunciandus si arte hoc non fecit, aliter est denunciandus.

20 Mulier, Confessarium sollicitantem se, quamquam alias ei benefecerit denunciare tenetur: Baron *part.10. tr. 13.res.46.*

Etiam si esset benefactor.

21 Provocans ad peccatum veniale ex se denunciandus etiam est. Sic Fagund. & alii. quia si missus actus ex se venialis tunc habiti gravem iniuriam facerent Sacramento.

Provocans ad veniale, etiam denunciandus.

22 Sciens aliquis sub secreto naturali sollicitationem in Confessione tenetur denunciare non obstante nullo secreto (excepto sacramentali) *part.9. tract.8.resol 45.* Sic etiam est denunciandus confessarius si in Confessione dixerit mulieri *se io fosse secolare, vi prenderei (per moglie) ibid.tr 9 resolut 32.* Sedens in confessionario, & sollicitans mulierem stantem, vel sedentem ante confessionarium non simulando Confessionem, est denunciandus, *ibid resol.33.* Sed si in confessionario donaret aliquid parui valoris, id est ramos florum, non esset denunciandus, secus si esset magni valoris, *ibid. res.34.*

Tenetur sciẽs sub secreto naturali denunciare.

Curiosa invenies.

23 Manifestanda est scriptura sub obligatione excommunicationis, quã do eius suppressio, aut retẽtio erit mortalis; sed legenda est rota res, *ibid.tract.9 res.48.*

Manifestanda est scriptura sub excommunicatione.

24 Fœminam devinctam beneficiis in

Mulier etiam beneficiis devincta tenetur denunciare confessarium.

se vel in suis acceptis non teneri confessarium denunciare, cum hoc esset contra ius naturale intimans omnibus gratitudinem, malè dixit Sancius *in select. disputat. 11. num. 55.* hæc autem opinio temeraria iudicatur à Carolo de Bauc. & sanè destructiva esset Sancti Tribunalis.

DEPOSITVM.

Quid sit depositum? Quid depositarius. Et de qua culpa teneatur.

1 ✝ DEpositum est species contractus, qua aliquid alicuius fidei custodiendum traditur. Depositarius dicitur is, apud quem quid custodiendum deponitur.

2 Tenetur is diligentiam adhibere, ne depositum pereat. ✝ Et quidem, si nihil recipiat in mercedem, secundum Molfesium. *summ. tom. 2. tractat. 12. cap. 15. num. 44.* & DD. communiter, tenetur tantùm de dolo, & lata culpa *part 1. tractat. 8. resolut. 74.* Immò id etiam existimo cum Rebellio, *part. 2 lib. 1. quæst. 20. num. 11.* contra Molinam *tom. 2. tract. 2. disputat. 527.* & alios communiter, procedere in foro conscientiæ, si mercedem accipiat, vt sunt nautæ, cauponæ, & stabularii. Sed in foro externo tenentur de culpa levissima, ita Patuente *l. & ita, § at hoc, ff. naut. caupo.* ne ostium fraudibus patere. *Ibid. & part. 3. tractat. 6. resolut. 21. & part. 4. tractat. 3. resolut. 30.* in fine. Dubitans verò, an depositum culpa sua perierit, non tenetur ex supradictis ad restitutionem; quia in dubio peccatum non præsumitur. Et hoc maximè procederet, quando depositum factum esset in gratia deponentis. Ita Sanch. *de matrimon. lib. 2. disput. 41. num. 17.* & alii, *part. 2. tractat. 6. resolutione 40.* in fine, *part. 4. tractat. 3. resolutione 30.*

In foro conscientiæ solum tenetur de culpa gravi, & mortali.

Et si dubitat, an res sua culpa perierit, ad nihil tenetur.

Deposito utens sine licentia domini saltè præsumpta censetur furari.

3 Depositarius re deposita utens, & eam alienans, sine expressa, vel præsumpta domini licentia, censetur furtum committere, *excl. 3. C. eod. & ex Inst. de oblig. quæ ex delicto nascunt. § furtum.* Cæterum non condemnarem gravis peccati depositarium, qui frumentum, oleum, vel aliud depositum vsu consumptibile alienaret, si alias certus esset, se tantumdem eiusdem generis, & bonitatis habiturum, cum dominus repetierit quia ex hoc nulli præiudicatur. Vnde non obstante, quod magistratus prohibeat, ne frumentum ex horreo publico absque eius iussu extrahatur, potest nihilominus industriosus officialis extrahere, si certus est, se æquè bona frumenta constitutis temporibus in promptu habiturum. Ita Laymann *lib. 3. tract. 5 tract. 4 cap. 25 num. 3 part. 4 tract. 4 res 68.*

Sed hoc mitiga.

4 Depositarius, cui deponens aliquid debebat, non potest sibi ex depositio compensare: nam hoc prohibitum est in cap. *bona fides, de depos.* ob fidelitatem in depositio requisitam. At, quamvis probabile sit, hunc textum obligare etiam in conscientia, vt docent Lublinus. *sum. V. pecunia, num. 17.* & alii, probabile tamen est etiam, obligare tantùm in foro externo; quando depositarius alia via debitum sibi compensare non potest. Ita docent Lessius, *de iustit. lib. 2. cap. 27. dub. 4. num. 16.* Villalobos, *tom. 1. tractat. 29 diff. 5 num. 2. & tractat. 11. diff. 23. num 3.* & alii, *part. 2. tract. 16. resolutione 46. à §. non desunt, & part. 3. tr. 5 resolutione 10. à §. Notandum, & in addit. res. 1.*

Depositum non admittit compensationem in foro exteriori.

An in foro conscientiæ probabile est admittere.

5 Deponens pecuniam apud vsurarium, quem scit pecunia illa fœneraturum, an peccet, vide *verb. Scandalū, n. 12.*

DESIDERIVM Pravum.

Desiderii pravum quid? Et cuius speciei.

1 ✝ DESIDERIVM pravum dicitur tendentia efficax voluntatis in obiectum malum absens, sub ea ratione, sub qua malum est. Sumit suam speciem ab obiecto, ut dictum est *verb. Delectatio, num. 3.* ✝

Nō est illicitum desi-

2 Itaque ait Balaus *tractat. 6. disputat. 4. punct. 1. numero 11.* contra Navarrum *man. cap. 5, numero 10.* desiderare mor-

derare mortẽ propinqui ob bonũ hæreditatis.

mortem naturalem propinqui, non vt malum ipsius, sed ob aliquod emolumentum temporale ex eius morte sibi secuturum, non esse peccatum mortale; quia mors non desideratur, vt proximo mala, sed vt bona desideranti: ex quibus infert Azorius, *tom. 1. lib. 3. cap. 12. quæst. 2.* a fortiori, licitum esse matri

Vel filiarũ ne inhonestè nubant.

desiderare mortem filiorum, eo quia ob deformitatem, vel inopiam non possint conformiter suo statui nubere, &c. Et Sanctius, *disputat. 2 num. 9.* licitum esse optare sibi, vel proximo mortem ad vitandam molestam infirmitatem, mendicitatem, aut simile incommodum, dummodo desideretur infligenda à Deo, non ab homine iniustè, vel a dæmone, *part. 3 tract. 5. resolutione 84.* Quod vltimum docet etiam Granado *in*

Aut etiam nostram longam infirmitatẽ, mendicitatẽmq; non patiamur.

2.2. contr. 3 tract. 6. disputat. 2. sect. 4. num. 22. contra Nauarrum *cap. 15. num. 15.* benè addens, id extra casum magnæ afflictionis non posse fieri sine mortali; quia lædit charitatem sibi debitam cupiens priuari magno bono, cuius homo non est dominus, absque causa notabili. Et in hoc peccatum sæpè incidunt mulierculæ, si non excusantur ex defectu deliberationis *part. 3. tr. 14. resolut. 92.*

Et inimici ad maius malum sibi vel nobis vitandam.

3 Notat insuper Mendoza *de spe, & charit. vol. 2. disputat. 153. sect. 4 §. 48.* posse nos aliquid mali optari inimico, quod sit aptum ad vitanda maiora sua, vel nostra mala. Et sic posse nos desiderare, vt Deus mortem illius acceleret, si meliorem viuendi normam non sit captaturus, vel si, iniquè, & quidem irreparabiliter, est nos vexaturus: quia id est desiderare bonum, & sibi, & nobis. Sed hæc

Quamquã ab his desiderijs abstinendum sit.

non sunt consulenda, ne corruptæ irascibili laxentur habenæ, *part. 3. tractat. 13. resolutione 89. §. Qui etiam.*

Nõ est mortale desiderare pollutionem in somnis ad aliquem bonum finem.

4 Item desiderare pollutionem in somnis ad aliquem bonum finem, & de ea eueniente gaudere, non est peccatũ mortale. Vide V. *Pollutio, num. 9.*

Sed an possit quis

5 Super sunt duo dubia. Primum: An optare, vt quod est intrinsecè malum, non sit malum, sit peccatum mortale? Et non semper esse ait Vasq, *in 1. 2. disp. 116. c. 2.* sed attendendum esse motiuum: itaque non esse mortale, si quis sæpius in formationem ex fragilitate incidens optaret illam esse licitam, Sed Sanchez *Summ. tomo 1 lib. 1. cap. 2. num. 23.* contra sentit: nam hoc esset, velle mutare ordinem, & bonum totius naturæ ob suum bonum particulare; quod est dissentaneum rectæ rationi, *part. 3. tract. 7. res. 47.*

optare, ne esset malũ, quod est malum intrinsecè.

6 Secundum dubium. An voluntas, seu desiderium conditionatum circa rem naturaliter interdictam sit mortale? v. gr. si quis dicat: *Occiderem inimicum, nisi Deum offenderem*, Layman *lib. 1. tr. 3. cap. 6. num. 10.* & alij affirmatiuè respondent, quia actus similes nõ possunt præscindere à malitia: & conditio illa inuoluit contradictionem, sed Vasquez *in disp. 116. c. 2. nu. 4.* respondent negatiuè, quando conditio tollit omne malum, vt supradicta, secus si non auferat totum, vt esset hic actus: *Occiderem inimicum nisi supplicium timerem, ibid. §. Notandum.*

Aut desiderare malũ intrinsecè, cum cõditione, si non esset malũ.

DETRACTIO.

Detractio quid?

1 † Detractio est, cũ quis proximi famam dehonestat cum intentione nocendi. Fit autem octo modis, quatuor circa malum, & quatuor circa bonum proximi, qui continentur his versibus:

Etquot modis contingat?

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens,
Qui negat, aut minuit, tacuit, laudatve remissè.

Est ex suo genere peccatũ mortale.

2 Est detractio ex suo genere peccatum mortale quia est contra iustitiam. Potest tamen esse veniale ex leuitate materiæ, vt si quis narraret leuem alterius imperfectionem. Ita Lessius *lib. 2. c. 11. disp. 3. nu. 11.* Limita tamen nisi leuis imperfectio narraretur de tali persona, vt reputaretur grauis. Item ordinariè

Sed aliquã de fit leue ex leuitate materiæ,

loquendo, non est mortale narrare defectus naturales animi, aut corporis, vt esse ignatum, parui ingenii, aut esse cæcũ, gibbosum, &c. Et Petrus Nauarra *li. 2. c. vt si nar-*

rentur vitia proximi leuia, & corporalia. Et similia.

4.n.307. putat non esse mortale aperire defectus natalium, vt dicere aliquē esse natum de adulterio, sacrilegio, &c. nisi ex hoc proximus in mente auditorum puteretur valdè contemnendus. Tandem nō est mortale, dicere in genere aliquē esse superbū, auarum, &c. quia hæc verba, per se loquendo, nō sonant peccata mortalia, sed naturalem inclinationem, vel culpam venialem. *p. t. 5. res. 69.*

In narrās peccata proximi audita, referēsque vt relata simpliciter, peccat mortaliter. Affirmat Sotus.

3 Narrans peccata alterius audita, quamuis expresse asserat, se nihil certo scire, sed tantum recensere, quæ audiuit secundum Sotum, *de iust. lib. 4 q. 6. art. 3. ad 4.* & alios, peccat mortaliter. Nam est causa, vt illi auditores peccata proximi sciant, & proximus apud plures famam amittat Azorius, *p. 3. lib. 3. c. 6.* & alij hanc sententiam tenent in casu, quo talis narrans sit tantæ auctoritatis, vt ipsi credatur, etiam audita referenti, vel quando eo modo narrat, vt auditores putet ex leuitate credituros. Hæ duæ opiniones sunt probabiliores, & amplectendæ. Sed probabiliter etiam docuit Caietanus *in 2. 2. q. 33. art. 2. dub. 2.* & post ipsum Tannerus *ibid. d. sput. 4 q. 8. dub. 7. n. 139.* talem simpliciter, & sine additione, aut confirmatione narrantem peccata proximi, non peccare mortaliter. Nā si credatur diffamatio proximi, non tam erit discentis, quam audientium. *p. 3. tr. 5. res. 28.*

Et ex parte Azorius. Sed Caietanus probabiliter negat. Cæterū nō peccat mortaliter referens amico iniuriā sibi secreto illatam, ad leniendū dolorem.

4 Narrans amico iniuriam sibi ab alio secreto illatam, ad leuiendum dolorem, non peccat mortaliter. Nam nimis durum esset, & repugnans humanæ consuetudini, obligare aliquem ad ferendas iniurias in seipso, & prohibere illi communicationem cum amico, vt leuius ferat. Ita Syluius in *2. 2. q. 6. 2. art. 2. q. 5.* & alij. Imò Cruz *p. 3 q. 2 art. 2. dub 3. concl. 1.* putat non esse mortale, si is, nō valens iniuriam ferre, in querimonias publicas præ dolore prærumpat, ex quo iniurians infametur, hoc enim homini naturalissimum est. *p. 3. tr. 5. res. 32.*

Imò probabile est nec peccare

5 Qui sine causa iusta manifesta occultum proximi crimen vni, vel duobus viris prudentibus, quos scit non euulgaturos, Turrianus *in 2, 2. tom. 2, disp. 53. dub. 8. nu. 2.* & alij dicunt peccare mortaliter, & hanc esse communem opinionem recentiorum Thomistarum. Nam diffamare proximum apud vnum virū magni nominis, est maioris detrimenti, quā apud decem plebeos, quilibet enim prudentis facit quod habeat rectam opinionē sui vir vnus grauis, quam decem plebei. Deinde, quia iudicium temerarium, quamuis extra non patet, est peccatum mortale, propterea quod frater amittit bonum nomen apud iudicantē, ergo ad detractionem mortalem satis est diffamare quem apud vnum. Tertiò, is cui prudenter reuelas, poterit similes prudentes inuenire, & conscios facere, & sic frater infamabitur apud multos. Quartò, alias non esset peccatum mortale, detrahentem audire, vt docent sancti, & DD. nam prudens, cui confidi potest audire poterit. Sed ego cum Tannero *in 2. 2. disp. 4. q. 8 dub. 7. n. 138.* probabilem puto sententiam contrariam Caietani in *2. 2. q. 62. art. 2.* Nam, sicut quis non acquirit famam vno dicente, ita nec infamiā si vni dicatur. *par. 3 tract. 5. resol. 33. & p. 2. tr. 17. resol. 22.*

mortaliter aperientem secretum crimen proximi vni, vel duobus prudētibus non euulgaturis sine causa iusta.

In quo casu vir prudēs, cui narratur, non peccat mortaliter audiendo, dū est solus. Vel etiam cum aliis multis sit tamen non tenetur ex officio narrātē corrigere, nec debet.

6 In casu autem supradicto vir prudens, cui soli, vel cum altero prudente narratur crimen occultum, non peccat mortaliter audiendo: quia talis infamia ex dictis non est notabilis. Sed quid si audiat cū alijs multis, & non corrigat? Respondeo, ex officio nō tenetur famā alterius defendere, vel ipsum corrigere: nec animaduertit, ex tali detractione magnum aliquod damnū secuturū, non peccat mortaliter. Ita Tannerus, *nu. 15.* Item si corrigere desinat ex timore, negligentia, aut verecundia, non peccat mortaliter. Addit Bonacina *de contr. disp. 2. q. 4. punct 17 num. 8.* talem ordinarie loquendo non debere detrahentem corrigere; quia dubius est, an peccatū, quod ille narrat, sit publicum vel occultum, & an iuste, vel iniuste narret, vnde fieri posset, quod ille iuste narret, & ipse iniuste reprehendat. In dubio autē præsumendū potius est bonum, quam malum, nisi in contrariū adsint coniecturæ sufficientes. Vide alias causas, quæ excusant

sant non obstantem detractioni apud Molinam, *tom. 1 tract. 4 disp. 34. p. 2. tr. 7. resol. 24. p. 3. tr. 5. resol. 35. & p. 4. tr. 4. res. 229. §. Facit.*

Probabile est nō peccare mortaliter narrantē crimen alterius notoriū vbi nescitur.

7 Docent etiam communiter DD. Soto *lib. 5. q. 19. art. 2.* esse peccatum mortale, saltem contra charitatem detegere peccatum alterius notorium facti (licet per rumores, & famam publicam) vel iuris (id est per sententiam iudicis) in loco, vbi grauabatur. Nam in tali casu læditur proximus in re graui, quòd fie ri merito ægerrimè ferrē. Limitat hanc sententiā Lessius *part. 2. lib. c 11 dub 13. n. 68* nisi ille parum curaret se alibi infamari; vel crimen, de quo punitus fuit ita enorme, vt expediat, ad ædificationem narrari. Sed ego probabilem existimo sententiam Fagund. *2 part 2 lib. 5. c. 3. n. 14.* quod sic detrahentes non peccāt, neque contra iustitiam, neque contra charitatem, siue crimen detegatur in loco, in quem eius fama facilè, siue difficilè, vel nunquam peruentura foret. Quod Fagundez solidè probat, & ad fundamentum contrariæ sententiæ respondet. Hanc etiā sententiā docet Lublinus *verb. Fama, n. 28. part 3. tract. 5. resol. 17. & part. 4 tractat. 4. resol. 128.*

Et Religiosum publicantē reū punitum in Aula S. Officij apud Religiosos.

8 Petes: An liceat interuenientibus sententiæ contra Confessarios sollicitantes in Aula Sancti Officij prolatas manifestare delinquentem. Respondet Sousa *de Conf. solic. tract. 2. cap. 16 num. 8.* illicitum esse, & mortale: namideò ibi in secreto profertur, vt delinquens non diffametur, & res limites tribunalis non excedat. Sed hæc opinio loquitur de manifestatione coram sæcularibus; nam si manifestarent inter alios Ecclesiasticos, & Regulares, nulla orirentur scandala, immò potius timor, & effectus bonus. Vt verò sæcularibus non manifestetur imponendā esse illis pœnam excommunicationis, & dandum iuramentū ait Freytas *add. quæst. 24. nu. 49* Nam secula excommunicatione, & iuramento, nec aderit obligatio sub mortali *part. 4 tract 5 resolutione 41.*

Qui proximo falsum crimen imposuit, tenetur iere tractare.

9 † Ex detractione oritur obligatio iustitiæ ad restitutionem.* Et quidem si quis alicui falsum crimen imposuit, tenetur se retractare, & affirmare se falsum dixisse. Imm. ô Sylvius *in 2 2 quæst. 62. art. 2. quæst. 12. tract. 32. cap. 10. num. 245.* & *quæst. 10.* Villalobos *tom 2 tract. 11. diff 37. num 3* & multi alij docent, quòd, si detractor non est vir magnæ auctoritatis, tenetur retractationem iuramento confirmare, & Molina *tom. 5. disput. 41.* si opus est, etiam testes adhibere. Sed Faber *in 4 distinct. 15. quæst. 3. disputat. 53. cap. 1. num. 32* ait: sufficere, quod simpliciter se retractet; nec aliud requirere D. Thomam *2. 2. quæst. 82. artic. 2. ad 2.* Scotum *in 4. dist. 15.* & alios Doctores antiquos *part. 3. tract. 5. resolut. 39.*

Et, si nō est magnæ auctoritatis, etiā cū iuramento.

Qui verò crimen occultū manifestauit, tenetur se retractare apud illos tātū, quibus ipse dixit.

10 Qui verum crimen, sed occultum alterius propalauit, sufficit quòd se retractet apud illos, quibus crimen manifestauit, etiamsi hi aliis notum fecerint: quia posterior hæc infamia per accidens sequitur ex priori, & ex malitia audientium, qui etiam ipsi tenentur apud suos auditores restituere. Ita Villalobos, *tom. 2 tractat. 11. diff 37. num. 11.* Vide etiam Tannerum *in 2. 2. disputat. 4. quæst. 6. dub. 6. num. 145. part 3 tractat 5 resolut. 34.* Immò in hoc casu restituendi sufficit, quòd de tali delicto non amplius loquatur apud eosdem, & illum laudet, honorificè de eo, & cum eo loquendo. Ita Caietanus *in 2. 2. quæst. 72. art. 2* & alij *part. 3. tractat. 5. resolut. 30.*

Immò satis est, quod apud illos curet de eodē honorificè loqui, &c.

Nō tenetur quis restituere famā cū periculo vitæ.

11 Si infamator non potest famam restituere, nisi cum periculo vitæ, non tenetur: quia vita est res nobilioris ordinis, quam fama, & res inferioris ordinis non debet reparari cum detrimento rei superioris ordinis. Quod procedit, etiamsi infamia esset maxima, puta hæresis, criminis læsæ maiestatis, &c. & etiāsi infamator sit plebeius, & infamatus vir nobilis. Ita Malderus *in 2. 2. tractat. 7. cap. 2. dub. 9.* contra Sotum *de iust. lib. 4. quæst. 6 articul. 3 ad 4 part 3. tractat. 5. resolutione 30. §. Notandum est quintò.*

Nec illam cōpensare pecunia.

12 Si infamator non potest restituere famam, non tenetur illam compensare pecunia. Ita Laymann *lib. 3. sect. 5. pecunia. tractat. 3 part. 2. cap. 7. num. 3.* & alij. Sed contraria sententia Soti *de iust. lib. 4. qu.*

6. art.

6.art.3 ad 4. & aliorum est probabilis. *Ibid § Notandum est tamen, & tractat. 6. resol.53 § Vnde nunc.*

Qui se mutuò infamauerint, neuter tenetur restituere, nisi alter velit restituere ipse.

13 Qui se mutuò infamauerunt, possunt vti compensatione, ita vt neuter restituere teneatur, nisi alter restituere velit: non potest autem fieri compensatio reddendo maledictum pro maledicto. Ita Syluius *in 2.2.quæst.62.articul. 2 quæst.10.* contra Turrianum *in 2.2. to. 1.disput.53.dub 5.num.7.resol 30.cit.§. Notandum est secundò* alios casus, quibus liberes à restitutione famæ, vide *p.11. tr. 6.res.57.*

DISPENSARE.

DIspensare in votis, & iuramentis quis possit, & in quibus, vide sub *verb. Voti relaxatio*: Circa irregularitates, vide *verb. Irregularitatis dispensatio* Quis possit dispensare ad debitum, vide *verb. Incestus.*

In impedimẽtis matrimonij nõ dirimentibus, dispẽsat Episcopus.

1 Circa impedimenta matrimonij, quæ tantum impediunt, dispensare potest Episcopus. In dirimentibus, ante celebrationem regulariter solus Papa: post celebrationem bona fide, saltem vnius, pũblicè factam, si impedimentum est occultum, & separatio coniugum nequit fieri absque magna famæ iactura, aut scandalo, alióve magno detrimento, & non est facilis ad Papam recursus, vel ad alium habentem ad id potestatem, vt si est periculum in mora, &c. dispensare potest Episcopus. Ita Pontius *lib. 8 cap 13.num.4.* & alij communiter. An etiam possit Commissarius Cruciatæ, vide sub eius nomine *num.4.part.5.tractat 14. resolutione 18. & olim part.4.tractat. 16 resolutione 17.* Potest etiam dari casus, in quo Episcopus dispensare possit in impedimento dirimente ante contractum matrimonium. Vt si sponsa mane ad Confessionem accedens, quando omnia parata sunt ad nuptias eodem vespere celebrandas, quæ sine graui infamia omitti non possunt, aut differri, inueniatur diriment impedimentum habere.

In dirimẽtibus ante celebrationem, Papa.

Post celebrationẽ bona fide factã, si aliquæ circũstantiæ concurrũt. Episcopus.

In hoc enim casu dispensare potest Episcopus, quia impedimenta sunt de iure humano, & eadem ratio, quia Episcopus dispensare possit post matrimoniũ, militat etiam antea. Ita Sanchez *de matrimon.lib.2.cap.40.num.7.part.2. tract. 10.resolutione 17.à §. tota.*

Et in aliquo casu vrgente, etiam ante celebrationem.

2 Si verò matrimonium cum impedimento mala fide contractum sit, quidquid inde sequatur, docent DD. communiter, Episcopum dispensare nõ posse: quia Trident *sect 23 cap.5.* de tali cõtrahente dicit: *separetur, & spe dispensationis obtinendæ omninò careat.* At Moscosus *tractat.10.cap. 19.num.22.* huiusmodi afflictorum miseratus probabilem conatur reddere affirmatiuam sententiam. Henriquez *lib.12.cap.3.num.2.* quia Episcopus in sua diœcesi de iure diuino potest quidquid potest Papa in toto orbe. Et eius quamuis potestas posita Papa limitari, & de facto in hoc limitata sit; non tamen censetur limitare in omnibus casibus, sed in ordinariis, quando enim adest periculum animarum præsumitur Papa velle, quod Episcopus suam iurisdictionem exerceat, & remedium adhibeat. Sic enim decet patrem, pastorem, & bonum dispensatorem. Et cum hac limitatione interpretatur Tridentinum: nam etiam Deus (ait ipse) prohibet homicidium, quod tamen permittit in necessariam defensionẽ. Et quemadmodum Concilium, *loco citato* prohibens dispensationem cum sic contrahẽtibus, non ligauit manus Pontificis, quia quando sibi videtur congruum, dispensare queat; ita nec ligauit Episcopo: nam vterque habet iurisdictionem de iure diuino; ille quidem per se, hic verò per accidens, quando sibi Pontifex vetuit, sua tamen dispensatio est necessaria ad animarum salutem, concurrẽtibus supradictis. Ita ille, qui tamen aduertit, talem dispensationem ab Episcopo non debere concedi, nisi clarum sit, adesse maximam necessitatem, & tunc cũ maxima cautela, & diligentia. Sed an hæc sententia sit probabilis, alij iudicent. *part.5.tract.14.resolut..8*

Et secũdũ aliquos etiam post celebrationem dolosam.

3 Videatur quòd Papa non possit dispensa-

An Papa dispensare possit in primo gradu lineæ rectæ inter affines.

Vt socer possit ducere nurũ.

Vitricus privignam, &c.

Multi negativè respondent.

pensare in primo gradu affinitatis lineæ rectæ, ut scilicet socer accipiat nurum, vitricum, privignam, &c. Primò, quia privignus habetur loco filii, sicut etiam nurus, quæ facta est una caro cum filio. Secundò, quia Apostolus Corinthiis ait 1. Corinth. cap. 5. *Auditur inter vos fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.* Unde D. Thomas *ibi lect. 1. Vxor patris*, inquit, *repellitur à matrimonio, sicut persona patris, vel matris.* Tertiò, quia Concilium Avernense *sub Vigilio PP. cap. 11.* cum prohibuisset matrimonium cum privigna, subdit, *eũ qui secus, ausu sacrilego, auctoritatem divinæ legis, & jure naturæ prorũpere*, &c. ex quibus patet, tale matrimonium esse naturali lege prohibitum. Quartò, quia multi DD. apud Sanchez *de matrim. tom. 2 lib. 7. disp. 66. n. 6.* docent matrimoniũ inter affines in primo gradu lineæ rectę, esse jure naturę nullum. Quod confirmari potest ex eo quòd nunquam legitur Pontifex in tali gradu dispensasse. Sed dicendum, quod Papa possit in supradictis casibus dispensare, & quòd matrimonium inter affines primi gradus lineæ rectę non sit jure naturali nullum. Ita Sanchez *ubi supr. n. 7.* & multi apud ipsum. Item Præpositus *in add. ad 3 part. q. 7 disput. 11. n. 69.* Villalobos *tom. 1. tract. 14. diff. 17. num. 11* & alii. Et docere videtur D. Thomas 2. 2. *quæst. 164. art. 9. ad 3.* Probat autem Villalobos: nam Adonias filius David 3. *Regum. 2.* petiit in uxorem Abisac Sunamitidem, quæ fuerat uxor David patris sui. Et Seleucus dedit uxorem suam Stratonicam in uxorem Antiochio filio suo. Ita refert Plutarchus in vita Demetrii. Deinde probatur primò: quia inter tales affines nulla requiritur superioritas, contra cujus reverentiam sit usus matrimonii, quia unus est non principium naturale alterius. Ita Hurtado *disput. 20. diff. 4. num. 13.* Secundò, quia Concilia Agathense *can. 61.* Eupapenense *can. 30.* & Aurelianense III. *can. 10.* prohibentia expressè matrimonium cum privigna, cum nouerca, cum relicta fratris, vel avunculi, præcipiunt, ut matrimonia ante illam prohibitionem contracta non dissolvantur. Et Aurelianense decernit, nec esse dissolvẽdum matrimoniũ inter prædictos contractum cum ignorantia legum ecclesiasticarum. Ita Pontius *de matr. lib. 7. c. 34. n. 5.* Tertiò, quia Pontifices non raro dispensant in dicta affinitate orta ex copula fornicaria. Et Pius V. talem facultatem concessit Henrico Cardinali Lusitaniæ: cum tamen talis affinitas sit ejusdem rationis cum ea, quæ contrahitur ex copula conjugali. San Juan *in summ. quæst. 6. de Sacr. matr. art. 7. diff. 5. dub. 1. concl. 1.* Ad primum argumentum respondetur, nurum, & privignam impropriè, & largo modo dici filios, quia revera non dependent à socero, & noverca. Ad secundum, Apostolum reprehendisse incestuosum, qui carnaliter cognovit novercam vivente patre, ut constat ex eodem 2. Corinth. 7. in illis verbis: *Igitur, & si scripsi vobis, non propter eum, qui fecit injuriam*, &c. Nam aliquo tale conjugium patre mortuo usitatum erat apud quasdam gentes, ut videre est apud Theodoretum *lib. de leg. versus finem.* Ad D. Thomam dicendum mutasse sententiam in summa, loco quẽ citavimus. Ad tertium dico, Concilium ibi docere, quod jure naturæ matrimonium illud contineat aliquam turpitudinem, ac proinde sit illicitum, nisi justa causa excusetur. Id quod secundum Sanchez *de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 66. n. 9.* est adversari secundario juri naturali. Quo pacto D. Ambrosius, *epist. 66. ad patruum* ait, illicitam esse iure naturæ, ut patruus ducat nepotem; cum tamen asserat Henriquez *lib. 12. cap. 13. num. 9 in gloss. lit. D.* Gregorium XIII. dispensasse cum Comitissa de S. Hadea, ut contraheret cum patruo Ad auctoritatem DD. respondetur, opponendo alios multos citatos Ad Confirmationem, nego consequentiam: nam numquam auditum fuit, quod Pontifex dispensasset, ut quis duxerit duas sorores, & tamen ad hoc dispensavit in nostro sæculo Clemens VIII. *part. 4. tr. 4. resolut. 93*

Sed ego affirmo cum Sancio.

Hæc enim matrimonia non sunt naturali jure prohibita.

Cum aliquoties celebrata sint apud Hebræos & Gentiles.

Nec inter tales adest ordo superioritatis usui matrimonii repugnans.

Accedit testimonium Conciliorum. Et prax Pontificum in simili.

4. Sed quid dicendum de matrimonio inter fratrẽ, & sororem? Potéstne ad illud

Potest item Papa dispen-

sare inter Fratrem, & sororem.

Summus Pontifex dispensare? Negant Præpositus *in addit. ad 3. p. quæst. 7. dub. 9. num. 73.* & alii docentes, esse irritum jure naturæ: Nam Innocent. III. *cap. gaudeamus de divort.* ait, *Conversos ad fidem qui antea in secundo gradu, & in ulterioribus gradibus contraxerunt, non esse separandos,* unde videtur supponere, separandos esse, qui in primo gradu contraxerunt. Hoc argumento convictus Soto *in 4. distinct. 40 quæst. unic. artic. 4.* damnavit contrariam sententiam tanquam erroneam. Sed immeritò, nam illam vocant probabilem Præpositus, & alii auctores primæ sententiæ, & tenent absolutè Hurtado, *de matrim. disputat. 17. diff. 5. numer. 12* qui citat Scotum, Cajetanum, & alios, tenet etiam Pontius, *de matrim. lib. 7. cap. 32. num. 3.* & citat D. Thomam, Riccardum, & alios. Cum quibus (sed sub judicio Sedis Apostolicæ) dicendum, tale matrimonium jure naturæ validum esse, & Pontificem posse in eo dispensare, concurrente justa causa, quæ secundum Pontium esse potest, si verbi gratia Princeps Hispaniarum non posset pati conjugio copulari extraneæ, nisi hæreticæ, aut suspectæ, unde probabile periculum immineret, vel pervertendi Regis, vel inficiendi Regni; tunc enim dispensare posset, ut sororem duceret, maximè si non esset uterina. Ratio est, quia nullum fundamentum sufficiens ostendit, ex natura rei debere reverentiam consanguineis, qui non sunt ascendentes, & naturaliter superiores: ac proinde usum matrimonii inter tales irreverentiam cõtinere, quæ reddat matrimoniũ jure naturæ nullum. Verũ tamen est, quod propter tam arctam sanguinis conjunctionem, reperitur in copula inter sororem, & fratrem indecentia manifesta, ob quam ab omnibus ferè gentibus matrimoniũ inter illos prohibitum fuerit. Ad argumẽtum contrarium respondetur, ibi Innocentium, quia de cõlanguineis in primo gradu non fuit illi propositum, nihil circa eos determinasse. Dices: Pontifex in cap. *litteras, de testam. spoliat.* dicit, se non posse dispensare in gradibus prohibitis divina lege, ubi glossa *in verb. divina lege* explicat de gradibus interdictis *Levit. cap. 18.* inter quos est gradus, de quo loquimur. Respondeo, Icx, *non posse* significare, *non debere, sine magna causa.* Nam in dicto cap. prohibetur etiam matrimoniũ cum uxore fratris, & tamen in hoc dispensavit ipsemet Innocentius cum Libionensibus: Alex. VI. cum Emmanuele Rege Lusitaniæ, & Julius II. cum Henrico III. *part. 4 tract. 4. resol. 93. §. Verùm pro coronide.*

Concurrente justa causa.

Neque enim frater est sorori superior aut contra.

Quod si aliquando Pontifex respondit, se non posse, voluit significare, se non debere.

7. Episcopus secundùm DD. communiter apud Sanchez *de matr. tr. 1. l. 2. disp. 40. n. 1. & tr. 2. l. 7. disp. 7. n. 6.* non potest jure ordinario dispensare in lege Concilii, seu Summi Pontificis, etiamsi facultas dispensandi non illi adimatur expressè, ex illo generali principio, quòd inferior non potest dispensare in lege superioris. Sed Pontius *l. 6. cap. 8. num. 11.* & alii ex contrario principio, tenent, posse, nisi illis facultas expresè denegetur. *Sed Pontius part. 3. tr. 5. resol. 23. & tr. 6. resol. 82. §. Notandum.*

Episcopus non potest jure ordinario dispensare in lege Concilii, seu Papæ. Quævis talis facultas non sit illi expressè adempta. Sed Pontius aït, posse.

6. Probabile tamen censeo cum Palao *tom. 1. tract. 7. disp. 6. punct. 5. num. 10.* contra Bonacinam, *de leg. disput. 1. quæst. 2. punct. 1. num. 18.* Episcopum dispensare posse quando dubium est, an res egeat dispensatione: nam Papæ non videtur reservatus casus dubius, sed certus. Immò ego existimo, in tali casu dispensationem non esse necessariam. Vide infra *verb. Dispensatio n. 11. part. 3. tr. 6. res. 82. § Sed Castrus, & part. 4. tract. 3. resolut. 46.*

Quod probabile puto, in dubio an res egeat dispensatione.

7. † Dispensare autem potest Episcopus in lege Pontificis, & generaliter inferior Prælatus in lege Superioris ex justa causa, §. At, non esse justam causam, ait Vasquez *in part. 2. tom. 2. disp. 178. c. 2. n. 16.* paupertatem partium, si eam potest Episcopus suis redditibus sublevare, & certiorem facere summum Pontificem: nam ipse tenetur pauperum necessitati subvenire. Sed ego contrarium teneo; nam non tenetur Episcopus in hisce dispensationibus suos redditus consumere. Ita Salas, *de leg. disp. 20. sect. 3. n. 27.* testatur de praxi, & auctoritate Doctorum,

Potest tamen dispensare ex justa causa, Qualis esset partium paupertas, etiam sublevabilis ab Episcopo.

part.1.tr 10, *resolutione* 37. At quid, si inferior in lege superioris dispenset in causa non justa, vel non præcognita? Vide *verb. dispensatio à num.2.*

Dispensare an possit Episcopus, ut quis Sacros Ordines suscipiat absq; patrimonio, & absque ullo alio titulo, vide *verb. Ordinis, n.* 18. Dispensare in interstitiis quis debeat, vide *ibid. à n.*28.

DISPENSATIO.

Dispensationis diffinitio.

1. DIspensatio est juris communis relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo, qui jus habet dispensandi, vel est rigoris juris per eum, ad quem spectat relaxatio Canonicè facta, differt tamen dispensatio à potestate dispensandi, prima strictè est interpretanda, secunda largè est intelligenda. *part.* 8.*tr.*3. *resol.*1.

Dispensatio est relatio juris.

2. Dispensatio fieri debet ex causa. Et quidem Vasquez *in par.* 2. *tract.*2. *disp.* 178. *c.*4. putat, dispensationem factam in lege propria vel inferioris sine justa causa, esse invalidam Sed contraria opinio Villalobos *tractat.* 2. *dub.* 4. *num.*5. est communis; nam lex pendet ex voluntate ferentis, vel ejus superioris, qui proinde possunt illam pro libito tollere, & relaxare. *part.*1.*tr.*10. *resol.* 32. An verò sit peccatum mortale; dispensationem concedere, vel impetrare, & ea uti sine justa causa? Affirmat Granado *contr.* 7. *tract.*3. *part.*2. *disp.*17. *sect.*3. *num.*24. Negat Villalobos *ubi sup. n.* 6. Et ego cum Sanchez *de matrim. tom.* 3. *disp.*18. *num.* 10. probabile puto, nec esse peccatum veniale, uti dispensatione obtenta sine causa. Quia jam lex relaxata est, unde nulla remanet obligatio ad veniale. *ibid.* §. *Nota, & resol.*35.

Non faciendа sine causa.

Si tamen fiat in lege propria, vel inferioris est valida.

Sed an sit peccatum mortale illã concedere? Aut concessa uti?

In dubio de justitia causæ, probabile est, dispensari posse.

3. Si verò Prælatus dubitat de justitia causæ, probabiliter docet Bonacina *de leg. disp.*1. *q.*2. *punct.*3. *n.*7. non posse licitè dispensare: quia se exponit periculo dispensandi sine justa causa. Sed Sanch. *in sum. tr.*1. *l.*4. *c.*45. *n.* 10. probabiliter docet, posse: quia in dubio in benigniorem partem inclinandum est. Et ita petit suave Ecclesiæ regimen ne scrupulorum ambagibus implicemur, *part.*1. *tr.* 10. *res.* 31. *& part.*4. *tr.*3. *resol.*44.

Sicut etiam validam esse dispensationem inferioris in lege superioris in causa non justa, bona fide facta

4. Dispensatio inferioris in lege superioris in causa non justa, bona fide facta secundum Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 4. *n.* 35. est invalida, quia bona fides non potest facta; alioqui nulla valida reddere. Sed Sanch. *de matr tom.*3. *lib.*8 *disp.*17 *n.* 8. probabiliter etiam docuit, valere: nam talis præsumi debet intentio papæ circa suas leges, & Dei erga suas. *part.*1. *tract.*10. *resol.*33. Si verò adest justa causa, sed non præcognita, secundum Azorium *part.*1. *lib.*5. *cap.*5. *quæst.*9. *&* 10. est invalida: nam facultas dispensandi commissa censetur, præmissa causę cognitione. Sed probabilior est contraria sententia Sanch. *ubi suprà num.*21. nam talis dispensatio in foro conscientiæ nullo jure irritatur. Et alioqui intervenit legis requisitum, quamvis non adhibeatur juris solemnitas. Unde ego puto contra Azorium, tali dispensatione utentem, neque venialiter peccare, *part.*1. *tract.*10. *resolutione* 34.

Aut cum justa, sed non præcognita.

Cessante causa dispensationis, non cessat dispensatio.

5. Cessante causa dispensationis cessat dispensatio, secundum Sanchez *disp.* 30. *num.* 14. nam ita cessat lex communis, quæ est majoris roboris. Sed contraria sententia Pontii *de matrim. lib.*8. *cap.*20. *num.*4. est probabilior: quia per dispensationem lex omnino relaxata fuit, unde non potest revivisscere. Dices: In dispensatione intelligitur conditio, *si causa permaneat*, aliàs dispẽsans esset iniquus. Respondeo, illam conditionem non sibi intelligi, nec dispensatorem esse iniquum, quia probabiliter judicavit, causam fore perpetuam. Quamquam, si comperiat, causam cessasse, teneatur dispensationem revocare. Itaque dispensatus † à Pontifice sine ulla limitatione † ad non jejunandum per totam vitam, etiam si causa, v.g. infirmitas cessaret, uti posset dispensatione. Quamvis contrarium teneat Salas *de leg. disp.* 20. *sect.* 5. *numero* 65. *p.*1. *t.*10. *res.* 41. *par.* 8. *tract.*3. *resol.*14.

Nulla est dispensatio

6. Dispensatio esse potest invalida, etiam ex parte exponentis. † nã si tacet aliquid,

inter consanguineos vel affines, non facta mentione de copula.

quid, quod secundum stylum curiæ est necessario declarandum, dispensatio in utroque foro est subreptitia: quia stylus Curiæ facit jus. Unde dispensatio inter affines, vel consanguineos, non facta mentione de copula, pro neutro foro valet: quia ex stylo Curiæ exprimi debet. Ita DD. communiter, & novissimè Ochagavia *de Sacrament. tract. 4 quæst. 11 numero 4. par. 4. t. 4. res. 135.* Sed Hurtado *de matrim. disput 26. diff. 5. numer. 22.* & alii docent, hanc dispensationem in foro conscientiæ valere: quia incestus neque est impedimentum, quod ratione sui egeat dispensatione, nec ex stylo Curiæ, & consilio virorum doctorum semper exprimitur, & quando exprimitur, non pertinet ad causam motivam dispensationis negandæ, sed potius concedendæ. *Ibid.* Et Cevallos *quæst. 737. à numer. 20.* ait, stylum curiæ non obligare extra curiam, & præterea variari cum Pontifice, nec obligare, nisi scripto & approbatum à Papa. *par. 1. tract 10. res. 42.* Sed non est recedendum à prima sententia *par. 4. tr. 4. resol. 135.* † retractans opinionem, quam probabilissimam judicaverat. *p. 1. t. 10. res. 44* † Adverte autem, quod si in rescripto apponitur unica causa, & illa est falsa, vitiatur rescriptum. Palaus *tomo 1. tract. 3. disp. 6. punct. 16. §. 3. num. 1.* Si verò apponantur plures partiales, & quarum singulæ non sufficerent, existente una falsa, etiam vitiabitur. Secus, si vera sit una sufficiens, licèt aliæ falsæ sint. Pontius *l. 8. c. 17. §. ult. n. 41. p. 4 t. 4. res. 53.*

Et quotiescunque causa unica apponitur, est falsa.

Sed quid in impedimento publicæ honestatis.

7. Cæterum Ochagavia *tr. 4. q. 11. conclus. 2. n. 14.* putat in decreto Tridentin. *sess. 4. cap. 5.* non comprehendi impedimentum publicæ honestatis, sed tantùm consanguinitatis, vel affinitatis: quia cum hoc impedimento matrimonia frequentiùs contrahuntur, unde debuerunt strictius prohiberi, & adducit declarationem Cardinalium. Ex quibus infert, dispensationem circa impedimentum publicæ honestatis, non facta mentione de copula, non esse invalidam. *par. 5. tr. 14. resol. 28.*

Qui laboran.

8. Dispensatio super uno impedimento matrimonii cum his, qui laborant duplici, sed tacuerunt unum, ut de illo seorsim dispensationem petant, est subreptitia: quia sic decipitur Pontifex existimans tales uno tantum impedimento laborare. Ita Suarez *de leg. lib. 6. cap. 24. n. 6.* Contrarium docet Sà, *v. dispensatio. n. 16.* quare si qui sunt simul affines, & consanguinei posse petere dispensationem sanguinitatis, & postea affinitatis, vel contra. Et hanc sententiam probabilem vocat Sanchez *de matr. t. 3. l. 8. disp. 23. n. 1.* Sed ejus probabilitas infringitur ex eo, quod est contra praxim Romanæ Curiæ. *p. 1. t. 10. res. 39. p. 10. tr. 5. r. 44. §. Nota hic obiter.*

tes duplici impedimento explicant unum petiturí circa alium dispensationem seorsim, subripiunt dispensationem.

9. Dispensatio metu extorta; quamdiu tacitè, vel expressè non confirmatur, & nulla est ipso jure. Ita Pontius *de matrimon. lib. 4. cap. 8 part. 3. tr. 5. res. 118. §. Notandum vers. Quintò non autem absolutio ab externo. par. 8. tr. 3. resol. 76*

Dispensatio per vim & metum est invalida.

10. Dispensatio cum errore in nomine diœcesis, ut si Petrus sit diœcesis Panormitanæ, & dicatur esse diœcesis Messanensis secundum Sanchez *de matr. tom. 3. disputat. 21. numer 39.* est invalida: nam tunc committitur Archiepiscopo Messanensi, qui non potest dispensare cum non subdito, *part. 8. t. 3. resolut. 63. & 64.* Sed ego, non solum puto cum Pontio *lib. 8 cap. 15. §. ult. num. 43.* esse validam si erretur in nomine personæ, ut si vocetur Petrus, & dicatur Paulus: sed etiam cum Salas *disput. 20. sect. 16. num. 123.* si erretur in nomine diœcesis: quia constat, intentionem Papæ esse, ut cum oratore dispenset proprius Episcopus. Adverte etiam cum Layman *lib. 1. tractat. 4. cap. 32 numer. 26.* dispensationem non vitiari ex eo, quòd aliquis error in curia scriptoris irrepat, ut si pro tertio gradu affinitatis scribat tertium consanguinitatis. *part. 1 tract. 20. resolut 36.* Si verò dispensans ex falso nomine in rescripto apposito, intelligat personam sibi notam, non videtur vitiari dispensatio: quia Princeps in gratiis concedendis præsumitur, si aliunde non constet contrarium, attendere ad merita causæ, propter quę gratia petitur, cujuscumque tandem personæ sint

Dispensatio non vitiatur si contingat in ea error in nomine personæ, vel diœcesis.

Vel petatur prouno & in rescripto alius nomi- netur.

sint merita propter quæ gratia petitur: Ita post Sanchez Pater Amicus *tomo 5. de iust. disp. 6. sect. 8. num. 143.* Contrarium tamen docet Petrus à S. Joseph *in idea Theologiæ moralis l. 1. c. 11. resp. 5.* quia dispensans non intendit eam concedere personæ, pro qua postulatur, sed alteri ab ea distinctæ. Unde utramque sententiam probabilem puto. *p. 7. tr. 10. res. 35.*

In dubio positivo an casus egeat dispensatione, non est necessaria dispensatio.

11. In dubio positivo, an aliquis casus egeat dispensatione, non est opus dispensatione. Ita Barbosa *de pot. Episc. p. 2. alleg. 35. num. 18. par. 3. tract. 6. res. 81.* Idem docet Palaus *tom. 1. t. 3. disp. 6. punct. 5. nu. 10.* in dubio negativo, etiam si quis propensior sit in eam partem, quod casus egeat dispensatione: quia in tali casu possessio stat pro libertate. *Ibid.* & affirmantur postea *p. 4. tr. 3. res. 46. Sed potest Episcopus dispensare. p. 8. tr. 3. res. 72.*

Et in dubio, an dispensatio sit valida, sive quia dubitatur de veritate narratorum: sive quia dubitatur, an causa allegata sit finalis, præsumendum est esse validam.

13. In dubio, an dispensatio sit valida, quia dubium est de veritate narratorum, vel an causa allegata sit finalis, præsumendum est esse validam: quia in re dubia præsumendum est in favorem actus. Quod etiam procedit in dubio validitatis in dispensatione matrimonii. Ita Sanchez *de matr. lib. 8. disputat. 21. n. 25.* Palaus *punct. 16. §. 5. num. 3.* alii contra Coninch *de Sacram. disp. 33. dub. 6. nu. 93.* Neque dicas: Melior est conditio possidentis; sed possessio stat pro impedimento certo; ergo prævalet dispensationi dubiæ. Nam respondeo, meliorem esse conditionem possidentis, si illi aliquid aliud non prævaleat, in nostro autem casu prævalere impedimento, quòd in dubio præsumendum sit in favorem actus, ut constat ex c. *Abbate, de verb. signif.* & *l. quoties ff. de reb. dub. p. 3. tr. 6. res. 9.* & *p. 4. t. 3. res. 45.* & *64.* & generaliter quando in narrativa dispensationis tacetur, vel falsò exprimitur aliquid, de quo dubitatur, an fuerit causa finalis, id est sine qua Pontifex non concessisset dispensationem, an verò solum impulsiva, ita ut etiam sine illa dispensatio concederetur, præsumendum est, esse tantũ impulsivam, & consequenter dispensationem sic obtentam esse validam: quia semper præsumendum est in favorem actus. Ita Palaus *ubi supra.* Sed cõtra sententia Villalobos *to. 1. tr. 2. diff. 43. n. 7.* est probabilis. *p. 4. t. 2. res. 45. §. Notandum.* & *64.* & *t. 4. res. 53. § Dico 4.* & *p. 8. t. 3. res. 62.*

Probabile est dispensat. nem extingui prima vice, qua tracti. catur.

13. Dispensatio secundum Ochagaviam *de Sacr. tr. 4. q. 13. n. 8.* & *9.* prima vice, qua quis ea utitur, extinguitur. v. g. emisit quis votum Relig. & impetravit dispensationem, ut eo non obstante, uxorem duceret: si prima uxor moritur, non potest iterum contrahere. Sed Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 31.* & Pontius *de matr. lib. 8. c. 20. §. un. nu. 13* putat talem posse multa matrimonia inire; quia per dispensationem tollitur votum, quod impediebat. Et Sanchez putat, id verum esse, etiamsi Pontifex concedat matrimonium cum certa persona, si tamen ratio exposita valet pro quacumque. Omnes hæ sententiæ sunt probabiles. *par. 5. tract. 14. resol. 20.*

Probabile etiam non extingui.

Qui dispensatus ad contrahendum cum una consanguinea, mutaret propositum, & vellet contrahere cum alia consanguinea, non teneretur in petenda secunda dispensatione facere mentionem prioris.

14. Qui impetravit dispensationem ad contrahendi cum consanguinea, vel affini, cum qua postea non contraxit: si velit cum alia affini, vel consanguinea contrahere, ait Suarez *de leg. libro 6. capite 23. num. 20.* debere in petenda secunda dispensatione facere mentionem prioris, aliàs fore subreptitiam, est enim indulgentia nimis extraordinaria, quòd duæ dispensationes simul validæ, permaneant, unde non præsumi id velle Pontificem: explicandum ergo illi, ut vel priorem irritet, vel ejus renunciationem acceptet, vel utramque simul validam esse declaret. Sed probabilior est contraria sententia Sanchez *disputatione 22. num. 13.* & Guttierez *de matrimon. cap. 123. num. 20.* Ad argumentum Suar. respondetur, in usu illarum dispensationum dari optionem, ut impetrans uti possit, qua velit; vel, per impetrationem posterioris censeri oratorem renunciari priori in manu Pontificis, & sic non posse uti nisi posteriori. *p. 1. tr. 10. res. 40.* Valida est si postea cum alia non consanguinea contrahit. *p. 8. tr. 3. res. 74.*

Dispensationes expediendæ sunt gratis.

15 Dispensationes expediendæ sunt gratis. Et ita in litteris Sacræ Pœnitentiariæ semper apponũtur illa verba. *Gratis ubique.* Sed Sanchez apud Homobo-

num *p.3.tr.13.cap.11.q.32.* putat, non prohiberi quòd aliquid accipiatur post expeditionem gratitudinis gratia. Et Gutier. *cap.123.num.2.* putat, in dictis verbis illa tantùm dona prohiberi, quæ judicis animum corrumpere possunt. Alii verò contrarium docent *p.4.tr.4.res.84.* Praxim harum dispensationum invenies V. *Voti n.41.42.*

Certè in dispensationib. matrimonialibus sita.

16. De dispensationibus matrimonialibus in foro externo major est dubitatio, nam in illis apponitur clausula, ut illarum occasione non possit Episcopus, aut ejus Vicarius aliquid muneris aut præmii sumere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Attamen Sanchez *disp.35.n.10.* putat, posse aliquid recipi in stipendium laboris, quia clausula loquitur de munere aut præmio, non de mercede laboris. Sed hæc opinio non est tenenda, quia Sacra Congregatio anno 1588. declaravit, nõ licere Episcopo, vel ejus Vicario, quidquam pro his dispensationibus accipere, nec ratione taxæ, nec ratione sigilli, nec ratione alterius rei. Vide Garsiam *de benefic. t.2.p.8 cap.1. numero 77.* & Barbosam *Collect. Trident. sess. 21. capite 1. numero 15. parte 5. tractat. 13. resolutione 71.* Vide etiam Gavant. *in Enchir. V. matrimonii impedimenta. num. 34.* Ubi affert alia Cardinal. declarationem *sub die 22. Aprilis. 1616. par.4.tract.4.resol.71.* in fine. An has literas dispensationum exequi possit Vicarius Capituli, sede Vacante, Vide V. *Vicarius, num 4.* Et an Vicarius Prælati habentis jurisdictionem Episcopalem. Vide *ibidem. num.2.*

Nec enim pro ea sumere quis aliquid potest, etiam ratione sigilli.

Dispensationem à Confessario circa materiam Confessionis satis est si conferatur internè.

17. Dispensatio commissa Confessario, circa aliquam materiam in Confessione Sacramentali faciendam, si ex ignorantia fiat tantùm internè, non erit nulla. Ita Turrian. *select. disputatione p.2.disputatio.31.dub.65. part.4.tr.4.res. 118.*

Potest relaxare vota divina, sed non in iure divino.

18. Non potest Pontifex dispensare in jure divino positivo, si potest dispensare, & relaxare vota divina, & juramenta, sed hoc non est propriè dispensare in lege Divina, sed solum cedere juri Dei, quæsito ex voto, vel juramento per auctoritatem habitam dispensatoris. *ibid.res.2.*

Potest dispensare in legibus Concilii.

19. In his quæ jure Canonico positivo statuta sunt, potest Pontifex dispensare, & quamquam aliqui dicunt, Concilium esse supra Papam; tamen non negant, Papam posse in legis Concilii dispensare, & etiam in quacumque lege Apostolica humana. *ibid.res.3.*

Dispensare absque causa peccat.

20. Dispensatio facta à Papa absque causa tenet, sed peccat communis inter Theologos, tamen jure divino prohibitam, sed non irritam; nullatenus dispensatus peccat. Diana. *ibid. res.4.*

Potest sibi dispensare in id quod potest cum aliis.

21. Probatur multis rationibus, Pontificem posse sibi dispensare, quod potest cum aliis. *ibid.resol.5.*

Duplex causa dispensationis intrinseca, & extrinseca.

22. Causa dispensationis est duplex, intrinseca una, extrinseca altera; intrinseca est oppositio ad observationem legis impossibiliter, ut est debilitas corporis adjejunandum, vel comedendã carnem in die Veneris; extrinseca oritur ex variis circumstantiis circa personam dispensandam. Trident. *sess. 15. de Refor. ibid resol.6.*

Veniali ter.

23. Peccare Papam dispensantem sine causa, dicunt multi, saltem venialiter, seclusa tantum scandalo, & damno aliorum, attenta qualitate materiæ dispensabilis, aliter peccabit mortaliter, Villalobos, & alii. *ibid.res.7.*

Petere dispensationem sine causa per accidens potest esse mortale.

24. Non est mortale ex genere suo petere dispensationem sine causa, licet posset per accidens esse ratione scandali, vel damni Principis, aut aliorum. Navar. *ibid. resol.8.* Utens tali dispensatione facta à Superiore sine causa venialiter peccat, sed gravius peccat legislator utendo dispensatione secum facta: sed contrarium tenendum est cum Diana, cum debeat se aliis conformare. *ib.res.9.* & 10.

Vti peccat venialiter. Episcopus non potest in id, in quod potest Papa dispensare.

25. Episcopus non potest dispensare in sua Diœcesi in id, super quod Papa potest in toto orbe terrarum, quia nullus inferior habet potestatem dispensandi in legibus superioris, nisi superior expresse, vel tacitè concedat. *ex cap. inferior. distinct.21.* & *n.4.* Item dicendum est de Parocho in his, quæ sunt Episcopi, & si possit je jejuniis ex jure consuetudinis.

& in

& in observatione festorum, ubi fuerit legitima consuetudo. Diana. *ib. res.* 11.

Casus aliquot in quibus potest Episcopus dispensare.

26. Aliquot casus in quibus potest Episcopus dispensare in lege superioris ex jure, vel ex ejus potestate. Primò in jejuniis, & recitatione horarum, idque potest Prælatus Regularis cum suis subditis. Secundò in re levis momenti, non obligante ad mortale. Tertiò, quando lex est particularis suis subditis tam Episcopo, quàm Regularibus. Quartò: quãdo non potest adiri Pontifex, & periculum est in mora urgente necessitate, Castrus Palaus addit hos alios, scilicet, quando leges non sunt communes aliis Provinciis, sed propriæ unius, & si consuetudine præscribantur, tunc inferior potest dispensare in lege superioris cap. *Cum contingat.*

Archiepiscopus non potest.

27. Potest Episcopus dispensare pro sua diœcesi in legibus Conc. Provincialis quod non potest Archiepiscopus.

Posita appellatione potest Archiepiscopus cũ suffraganeis dispensare.

Item alii casus producti ab Amico. Primò potest Episcopus dispensare circa ea, quorum dispositionem, vel jus, vel recepta consuetudo illi concedat. Secundò in levibus, & si potest recurri ad superiorem. Tertiò in jejunio, & festis & aliis hujusmodi. Quartò in ea quæ ita sunt unius Communitatis, ut non conveniant aliis, modo talis quod dicitur ista potestas potius ordinaria quam delegata, sit etiam Regularium. *ib. res.* 12.

Potest absolvere à peccatis, sed non dispensare.

28. Archiepiscopus potest dispensare cum suffraganeis in appellatione, secus sine illa posita justa causa appellationis, & talis dispensatio misericorditer concessa dicendum est, quam judiciariè. *ibid. res.* 12. Unde non habet hanc potestatem dispensandi cum suffraganeis cum ex jure non constat, & non est necessarium. Palaus. *ibid. res.* 13. & 14.

Possunt sibi dispensare, qui cum aliis possunt.

29. Archiepiscopus in visitatione suffraganeorum habet potestatem absolvendi à peccatis, non autem dispensandi, cum non habeat aliud nisi quod à jure conceditur, nec concedere dimissorias, nec dispensare in denuntiationibus matrimonii potest Fran. *ibid. res.* 15.

Patientia Prælati sufficit pro dispensatione.

30. Habentes potestatem dispensandi cum aliis, possunt in eadem lege secũ dispensare; imò, & habentes jurisdictionem delegatam dispensandi in universum cum aliqua communicate, cujus ipsi sunt partes, secus quando haberent potestatem limitatam dispensandi cũ certis personis, vel cum certo numero personarum, & hoc intelligendum est de Superioribus secularibus. Sanch. *l. 4. disp. 26. p. 10. tr. 14. res. 15. & 64. in censuris medio sacerdote à se, & ut absolvatur.* Pal.

Dans pecuniam Papæ pro dispensatione beneficii, censetur dispensatus in Simonia.

31. Sola patientia Prælati sufficit pro dispensatione, quia quotiescumque inferior dispensat in lege superioris, dispẽsat ipso superiore vidente, & tacente. Sanchez. Item, si quis dederit Papæ pecuniam pro aliquo beneficio eo ipso quod contulerit censetur esse dispensatum in Simonia, & potest retinere beneficium tuta conscientia, quia scientia Principis purgat vitium, & sic de aliis inferioribus. Salas *ibid. resol.* 17.

32. Quotiescumque in Canone, vel in lege superioris additur (nisi in ea dispensetur) nec explicatur à quo faciẽda sit dispensatio, tacitè censetur superiorem facultatem dispensandi inferiori Prælato concedere coram Th. & Can. Sanchez tenet quod Episcopus possit dispensare in Canone, quando Pontifex concedit, quod in eo dispẽsare possit, etiam si talis Canon originẽ ducat ex Concilio; tamen non potest dispẽsare in pœna lata per Principem superiorẽ. *ib. res.* 18.

Non solum personas, sed causas debent exprimere.

33. Dispensator debet non solum exprimere personas dispensatas, verũ etiã, & causam dispensationis; quando verò est inferior, non est necesse, quia supponitur superiorem certiorem esse de causa commissionis dispensandi. Diana. *ibid. res.* 19

Causa iudicata iusta dispensatio tenet.

34. Si Prælatus bona fide judicaverit causam dispensandi esse justam, cum re vera non sit, valida est dispensatio, & subditus debet adhærere superioris judicio *ibid. res.* 20.

Dispens sine cognitione causæ peccat, sed valida est dispensatio.

35. Potens dispensare in votis, & juramento sive jure ordinario, sive delegato (nisi in delegatione habeatur specialis forma, petens præmitti causæ cognitionem) dispensat in aliis legitima causa existente, quamvis non cognita,

cognita, peccaret quidem mortaliter, dispensatio est valida in foro conscientiæ, quia eadem est ratio, imò si dispensans est conscius causæ non peccat non examinando causam. Diana *ibid. resp* 21. Unde dispensans in lege superioris non potest imponere aliquam pœnam dispensato, *ibid. res.* 22.

36. Quando Pontifex dispensat, ut Novitius possit admitti ad professionem ante annum completum, debet Novitius renunciationem facere bonorum per bimestrem, non autem die proximo professioni. Merolla *ibid. res.* 23.

Cessante causa non cessat dispensatio, nisi sit temporanea.

37. Cessante causa non cessat dispensatio, nec amplius revocanda est (& si dispensatus renunciet,) nisi renuntiatio acceptetur à dispensante. Sic etiam dispensatio concessa ad tempus durat cessata causa; unde dispensatus ad jejunium ob infirmitate temporanea, cessante impedimento tenetur jejunare; si vero arbitrio medicorũ creditur tempus duratura quamquam convalescat, tamen ego non liberarem dispensatũ à peccato veniale non jejunando. Præpositus. *ibid. res.* 24.

Valet dispensatio facta in uno impedimento non facta mentione de aliis. Recurrendũ est pœnitentiariæ secretæ.

38. Valet dispensatio facta in uno impedimento non facta mentione de aliis cõtra Panor. multa impedimenta cõcurrentia, sat est in diversis dispensationibus referri; & si duo impedimenta concurrunt, unum occultissimum, cujus revelatio esset detrimento personæ, satis est publicum solum exprimere Papæ, deberet proponi secretum Pœnitentiariæ secretæ simul cum publico, & sic dispensatio erit valida. Merolla *ib. res.* 25.

Prælati inferiores se habent, ut Pontifex in suis legibus, secus de Archiepiscopo.

39. Sicut se habet Pontifex in dispensatione suarum legum, ita Episcopus, vel inferior Prælatus in suis legibus. Non autem Archiepiscopus respectu legum Episcoporum, & nullus Episcopus potest dispensare in legibus Conc. Provincialis, nec in sua, maximè si contractus transivit in bonum tertii, Granad. nec legatus nisi expressè hoc à Papa in commissione manifestatur, ut sine causa possit dispensare, quoad Archiepiscopum, & Episcopum. Dico standum esse constitutionib. Synodalibus, & Episcopus potest dispensare in legibus Synodi Diœcesanæ, de rigore juris sine consensu Capituli quoad directivam, non coactivam; & sic Archiepiscopus non potest dispensare absque causa in legib. Synodi Provincialis, cum strictio inferior, & idem dicendum est de aliis Prælatis. Navarr. *ibid. resolut. 26 & p. 9. tract. 6. resolut.* 40.

Episcopus iusta causa, potest dispensare in denunciationibus.

40. Potest Episcopus dispensare cum justa causa, quæ non semper est debita, sed aliquando est gratiosa; & sic tenetur dispensare, ut Clericus studio incumbat, & in denunciationibus cum causa Matrimonii, & interstitiorum ad utilitatem Ecclesiæ. Dian. *ibid. res.* 19.

Legati, est alia ratio.

41. Delegato est alia ratio, quia privilegium habens in sui favorem, non tenetur petenti concedere; si verò privilegium concessum est petenti tenetur delegatus concedere concedendo jus petentis, & sui. *ibid. resol.* 28.

42. Videtur non peccare Prælatus dispensando in causam dubiam, cum præsumendum in dubio, Superiorem concedere facultatem inferiori dispensandi ad tollendos scrupulos Superiorum, & valida est dispensatio propter bonum & suave regimen Ecclesiæ. Merolla. *ibid. resol.* 29.

In dubio debet fieri dispensatio ad tollendos scrupulos.

Credendum est dicenti se habere potestatem dispensandi, si id agatur de præiudicio tertii.

43. Credendum est dicenti se habere potestatem dispensandi, vel absolvendi à reservatis, maximè quando non agitur de præjudicio, vel gravi damno tertii, secus si agatur de præjudicio; sic de viro timorato circa concessionem Indulgentiæ Suarez, sic si Episcopus in collationis titulo ordinati non subditi dicat, illum ordinasse cum licentia sui ordinarii. Rebuff. Ita etiam litteris Summi pœnitentiarii credendum est asserentis sibi vivæ vocis oraculo commissum esse à Papa, ut dispenset in aliquo casu Pontifici reservato. *ibid. resol.* 30.

Pœna inflicta ab inferiore non possunt relaxari à Superiore ipso nolente.

44. Prælati Superiores non possunt relaxare pœnam inflictam ab inferiore, subditis, ipso renitente, possunt vero mortuo inferiore. Palaus. *ibid. resol.* 31.

45. Dispensatio odiosa stricte intelligenda est, non autem de materia favorabili 28. reg. juris. *ibid. resol* 32.

46. In causa Matrimoniali etiã dispensatio

Ita in causa matrimoniali.

Subdiaconus uxoratus cū licētia Papæ tenetur ad officium divinum.

Dispensatio absoluta super illegitimitate continet omnia, excepto beneficio simplici.

Dataria contrarium observat.

Illegitimus dispensatus ad beneficiū intelligitur de simplici, & non de curato.

Semper indiget nova dispensatione ad alias dignitates.

Latè inter-

satio latè debet intelligi cōtra Sanchez, cum reducitur ad jus naturæ, quod est favorabile. *ibid. resolut* 33.

47. Dispensatio concessa Subdiacono, ut possit ducere uxorem, non liberat eum à recitatione Divini Officii, cum non remaneat privatus privilegio Clericorum, nec etiam onere Divini Officii. Sanchez *ibid. resolut.* 34.

48. Episcopus ordinans subditum alienum cum sua licentia, potest cum illo dispensare in defectu occurrenti, aut oblito, cum, dispensato principali extenditur ad accessoria. Avila. *ibid. resol.* 35.

49. Dispensatus à Papa super illegitimitate ad ordines suscipiendos intelligitur etiam ad Ordines Sacros, & si dispensatio sit absoluta sine aliqua clausula omnia continet. Coninch. *ibid. resolut.* 36. Non tamen intelligitur ad obtinendum beneficium simplex. Thesaur. *ibid. resolutione* 37. Sed si dispensetur ad Ordines Sacros, etiam, ad irregularitatem, & intenditur ad beneficium simplex, quo possint ordinibus insigniri; Sed quando illegitimus dispensetur in irregularitate absolutè tunc extenditur etiam ad beneficia Curata. Palaus. *ibidem. resolutione* 39. *part.* 9. *tractat.* 8. *resolutione* 22.

50. Illegitimus dispensatus ad ordines, non est Capax pensionis, quamquam decisio Rotæ aliter decernit, tamen stylus Datariæ, & Cancellariæ observat contrarium Merolla. *ibid. resol.* 39.

51. Dispensatio, ut illegitimus sit capax beneficii, non respicit personam, sed beneficium, unde si dispensatus est capax beneficii simplicis, & non Curati. *ibid. resolut.* 40. Unde dispensatus ad beneficium Curatum, eget nova dispensatione ad Episcopatum. *ibid.* Dispensatus ad ordines Sacros, & dignitates Ecclesiasticas non est ad Episcopatum, & si ad istum, non ad Archiepiscopatum, & dispensatus ad minores non censetur ad majores, etiamsi Papa dispenset, ut Clericus fiat, intelligitur de minoribus, nisi illegitimus in illis sit constitutus. Henriq. *ibid. resolut.* 41.

52. Potestas dispensandi (quamquā dispensatio strictè interpretanda est) latè debet interpretari, cum sit gratia, & beneficium Principis, quando potestas dispensandi cum uno non cadit in damnum tertii tunc præsumitur concedi cum minori damno alterius. Amicus *ibid. resol.* 42.

pretanda est dispensatio cum sit gratia.

53. Delegatus potens dispensare in votis, potest, & ea commutare, quia cui licet plus, licebit, & minus, præcipuè quando, & hoc continetur in majori, tamquam pars in toto. Lessius *ibid. resolut.* 43.

Potens, dispensare potest & commutare, & extēditur ad iuramenta.

54. Habens potestatem delegatam dispensandi, vel commutandi vota, (extenditur, ad juramentum) quæ soli Deo fiunt. *ibid. resol.* 44.

55. Privilegia Bullæ Cruciatæ, vel Jubilæi latè interpretanda sunt quatenus continent facultatem dispensandi, Diana in tract. de Bulla Cruciata *resolut.* 48. Ut facultas concessa alicui eligendi confessarium pro absolutione à reservatis, & Censuris latè interpretanda est, quia favet saluti animæ. *ibid. resol.* 45.

Privilegia Bullæ vel Iubilæi latè interpretanda sunt.

56. Habens potestatem delegatam dispensandi, vel vota etiam jurata cōmutandi ejusdem rei pertinentia, & si sint vincula diversa specie, tum in ordine ad dispensationem, & commutationem, reputantur quasi unum, & ejusdem rationis, potest utraque dispensare, vel commutare, absque ulla distinctione, facultatem verò delegatam ad dispensanda vota, vel juramenta virtute Cruciatæ, vel Jubilæi extendendam esse ad vota emissa post publicationem privilegii, sic etiam ad juramenta, & vota futura. Sanch. *ibid. resol.* 46.

Curiosa circa vota, & iuramenta eiusdem speciei.

57. Forenses, & Peregrini (quamquam possunt absolvi à peccatis in foro pœnitentiæ ab ordinario ubi habitant, vel si brevi tempore commorantur, & idem dicendum est de Medicis, Doctoribus, & Prætoribus) non possunt tamen ab illo dispensari in votis, & juramentis. Decl. Card. *ibid. resol.* 47.

Forenses, & Peregrini nō possunt dispēsari in votis, & iuramentis.

58. Regularis habitans in aliquo Monasterio existente in Diœcesi, & Prælatus suæ Religionis non habet facultatem absolvendi, vel dispensandi (aliter debet prius

Regularis in casu necessitatis, absente suo Prælato

potest ab Episcopo dispensari.

Priùs ad illum recurrere) potest ab Episcopo absolvi, vel dispensari, dummodo urgeat necessitas impetrandi dispensationem, vel superior longè absit, & facilè adiri non potest. Sanch. si etiam Prælatus non possit subditum absolvere, vel dispensare, probabilius existimo de licentia sui Prælati posse adire Episcopum pro absolutione, vel dispensatione obtinenda. *ibid. resol.* 48.

Episcopus sciens negationem dispensationis adhuc potest dispensare.

59. Episcopus potest dispensare cum aliquo, cui Papa denegavit dispensationem judicans causam non esse justam, & Episcopus sciat hanc denegationem, quia non privatur jure suo. Suarez. Item si quis impetravit à Papa facultatem dispensandi in voto pœnali Castitatis, vel Religionis, commissam Episcopo, vel Confessario, potest adire habentem facultatem dispensandi ex privilegio, vel per Bullam Cruciatæ non faciendo mentionem prioris dispensationis, *ibid. resol.* 49.

Vitiatur dispensatio taciturnitate causæ finalis.

60. Dispensatio vitiatur taciturnitate tam ex causa finali intrinseca, quam extrinseca à jure requisita, vel consuetudine introducta, vel ex stylo Curiæ Romanæ, & dispensatio dicitur subreptitia. Amicus. *ibid. res.* 50.

Non est necesse explicare personam occisam.

61. Non requiritur, ut explicetur qualitas personæ interfectæ pro dispensatione irregularitatis, sed sat est dicere se hominem interfecisse. *ibid. resolut.* 51.

Taciturnitas casus propter metum vitiat dispensationem.

62. Quærens dispẽsationem in aliquo casu, nolens illum Superiori manifestare propter metum sibi negandam esse dispensationem, & obtinuit facultatem, ut alius tecum dispensaret, invalida est dispensatio maximè si antea habuit animũ numquam in tali casu dispensandi, cum non sit intentio concedendi; sed si numquam habuit animum dispensandi in tali casu, & aliàs poterat dispensare, valida erit dispensatio, & concessio dispensandi. Portel. *ibid. resolut.* 52.

Non est necessarium manifestare perseverantiam.

63 Non videtur subreptitia dispẽsatio in voto de perseverantia in Religione, etsi non fiat mentio de ea in petitione dispensationis, cum perseverantia nihil novi addit voto Religionis, cum implicitè intelligitur professio, & approbatio. Texeda *ib. res.* 53.

Valida est dispensatio facta ab uno Superiore denegata ab alio absque mentione prioris negationis.

64. Impetratio per aliquem obtenta ab eodem Superiore à quo negata fuit, tenet, & est valida, etsi tacetur prima negatio: & eadem doctrina currit, si negata ab uno Superiore obtinetur ab alio nulla facta mentione negationis alterius Superioris, etiam secundus sit inferior, & habeat potestatem delegatam, & negans ordinariam. Suar. *ibid. res.* 54.

Simile.

65. Taciturnitas prioris, non facit posteriorem dispensationem invalidã quãdo utraque dispensatio versetur circa fines diversos, & diversos effectus, secus si esset circa eumdem finem, & effectũ, tunc necesse est, ut explicetur prior ad validitatem posterioris. Sanchez, quamquam alii contrarium teneant, *ibidem resolutione.* 55.

Potest impetrari dispensatio de voto religionis tacito voto castitatis, sed nõ è contrà. Aliqui affirmant.

66. Potest impetrari dispẽsatio de voto Religionis non facta mentione voti Castitatis: sed non è contra, ut quando causa honestans dispensationem voti Religionis sumeretur ad Ordinem Matrimonii, sed aliqui tenent, posse impetrari dispensatio voti Castitatis, absque mentione Religionis, cum hoc non obligat ad perseverandum. Basil. Pont. *ib. res.* 56.

Satis est dispensatio unius irregularitatis, non facta mentione de aliis.

67. Potest quis impetrare dispẽsationem unius irregularitatis non facta mẽtione de aliis, cum non sit connexio inter tales irregularitates. Perez. *ibid. res.* 57. Unde committens plura homicidia, non incurrit in plures irregularitates, numero distinctas, unde potest impetrare dispensationem primæ sine mentione aliarum. Palaus, & alii, *ibid. res.* 58.

Gradus propinquior ortus ex consanguinitate explicandus est.

68. Cum ex eodem gradu consanguinitatis, vel affinitatis duplicato unũ tantum oritur impedimentum nõ est explicandus duplex gradus in dispensatione, sed tantum gradum propinquiorem, ex quo impedimentum oritur. *ib. resol.* 60.

Taciturnitas causæ finalis facit dispensationem non subreptitiã, non causæ impulsivæ.

69. Tacere in dispẽsationem causam finalem, facit illam subreptitiam, & invalidam, non autem impulsivam. Item non vitiatur dispensatio ex falsa causæ expressione, quando ea expressa, facilior esset dispensatio, ut cum impetravit beneficium simplex, exponendo esse curatum. Pan. *ibid. res.* 61.

Validum est

70. De dispensatione obtenta Matrimonii,

rescriptum.
Impetrata per ignorantiam non est valida.
Non est faciendamentio de dispensatione irrita.

monii, quæ fuit irrita, nō debet fieri mētio in secūda dispensatione, cum ad hoc jura non compellunt, nec prima suum effectum operata est. *ib.* 59.

71. Dispensatio facta à Pontifice cum consanguineis, allegando habuisse copulam, & iam nō est habita, tamen propter hoc mulier passa est detrimentum famæ non est subreptitia, sed valida, & quando causa est finalis, est valida, secus si non sit finalis. Amicus. Item Dispensatio cum

Alia curiosa.
Non potest amplius Episcopus dispensare.

consanguinea, cum qua habuit Copulam ante dispensationem, & post illam antequam ab Episcopo executioni mandetur, iterum se copulavit, litteræ dispensationis illi suffragantur; sed si postquam Episcopus executioni, mandavit, & copulam iterum habuit ante contractum Matrimonium Episcopus non potest amplius cum illis dispensare. Portel. *ibid. resolut.* 65.

Si includatur pars in toto valida est dispensatio, secus si neutrum.
Valet dispensatio voti nō facta mentione de altero. Mutata substantia narrationis à curiale, incurritur pœna falsarii.
Valida est dispensatio obtenta de copula non habita propter infamiam.
Curiosa circa hæc verba (motu proprio.)

72. Dispensatio facta in voto, falsè explicata substantia voti si unum includatur in alterum, ut pars in toto valida est dispensatio, secus autem si neutrum includatur in aliud. Suar. *ib. res.* 66.

73. In voto jurato si petatur dispensatio facta mentione de uno solo, negato altero, valet dispensatio. Sanch. *ib. res.* 67.

74. Curialis, sollicitator, qui ut facilius impetret dispensationē mutata substantia narrationis, nōn incidit in excōmunicationem, sed in pœnam falsarii, Sanct. Et rescriptum est validum *ib. r.* 68.

75. Dispensatio impetrata per ignorantiam, & simplicitatem tacendo causam veram, non est valida. Palaus *ibi.* 69.

76. Clausula (Motu proprio) non supplet, si vitium subreptionis sit in expressione Causæ finalis falsæ, & motus sit contrarius tertii, nec tollit inhabilitatem personæ si taceatur. Amicus. Sed si dicit Motus propria sua voluntate, & liberalitate, hoc modo tollit impedimentum etiam non narratum. *ibidem resolutio.* 70.

In gravi necessitate potest Episcopus dispensare.

77. In aliquo casu, urgente necessitate, in quo non potest adiri Pontifex propter magnam pauperiem, Episcopus potest in illo dispensare. Sanch. & alii, *ibid. res.* 71.

Constitutiones non roboratas à Papa, potest Episcopus abrogare. Facienda est mentio prioris dispensationis, si non esset eiusdem generis.

78. Episcopus potest abrogare Constitutiones confirmatas pro sua Diœcesi per Papam, quando is suas non fecit, & robur non addit, secus autem si suas fecit. *ibid. res.* 73.

79. Dispēsatus in uno casu, si postea in alio ejusdem incidat, debet facere mentionem prioris dispensationis, aliter dispensatio erit nulla; secus autē si nō esset ejusdem generis. sed diversi. Cou. *ib. r.* 75

Cessat dispensatio si cessat causa finalis, antequam habeatur.

80. Causa finalis verificatur in dispēsatione eo tempore, quo Pontifex dicit in litteris (si Preces veritate nitantur.) Item dispensatio delegata inferiori, si causa finalis cesset antequam habeatur, vel exequatur non valet, cum jam non erat perfecta dispensatio sed in fieri, & sufficit, ut eam subeat, quando dispensatur, sed non in initione Matrimonii. Præp. *ibid. resolut.* 77.

Episcopus potest dispensare in impedimentis occultis cum detrimento, & infamia.

81. Episcopus potest in aliquibus dispensare validè, super impedimētis Matrimonii. Primò, quando impedimentū est occultum, ut non possit manifestari sine notabili detrimento famæ, vel alicujus gravioris mali. Secundò, quando matrimonium est contractum in facie Ecclesiæ, & validum præsumatur. Tertiò, quando separatio futura sit difficilis, & vel ex una, vel utraque parte non potest probari illam faciendam. Quartò, si sit difficilis recursus ad Pontificem etiam in divitibus, & non sit facilis recursus ad Legatum Apostolicum. Sed per hoc ultimum videtur non posse: Diana, *ibid. res.* 78. Sed isti casus non sunt concessi ejus Vicario, sed potest Episcopus committere, ut dispensat Præp. *ibid. resolut.* 79.

Non potest eius Vicarius nisi ex speciali delegatione.

Simile.

82. Potest Episcopus tentatis omnibus ad evitandū scandalum, vel infamiā ex causa urgente dispensare in impedimento dormiente non solum in contrahendo, sed etiam contracto. Item potest dispensare propter dispensationem subreptitiè obtentam, post contractum matrimonium confirmando dispensationē Pontificis. Basil. Pont. Et etiam super impedimentis supervenientibus matrimonio jam contracto & impedimentis petendi debitum. Val *ibid. resolut.* 80.

Copula inter consanguineos non est manifestanda quando incæstus non est publicus

83. Copula habita inter consanguineos, cum non sit impedimentum, non est manifestanda Pontifici, nec est subreptitia dispensatio dummodo incæstus non sit publicus, & cum infamia tertii Sanch. *ibid. ref.* 81. *par.* 10. *tract.* 15. *ref.* 13. §. *Et hanc.*

Copula cum spe facilius impetrandi dispensationem, si utriusque pars est conscia debet exponi.

84. Copula habita cum spe, & animo facilius dispensaturi super impedimento quando utrique sunt conscii, non autem unus ex ipsis, debet exponi, tamen si adsunt aliæ causæ sufficientes solæ ad obtinendam dispensationem, tunc necesse non est exponere Copulam, nec intentionem, qua habita fuit. Aversa, *ibid. ref.* 82. *par.* 10. *tract.* 11. *ref.* 44.

Copula ex parte unius non facit dispensationem subreptitiam, etiam cum cognata spirituali.

85. Copula cum consanguinea ex parte unius tantum Cognita, vel ex publica honestate non facit dispensationem subreptitiam si in petitione dispensetur non manifestando Copulam cum cognata spirituali cum non sit incestus; & quando non seminatur intra vas non contrahitur incœstus. Sanchez *ibid. ref.* 83. *& num.* 4.

Dispensatio quando litteræ non sunt expeditæ valet in foro interno.

86. Dispensatio valet in foro conscientiæ, quando probabiliter necesse est Papam dispensare, etsi litteræ nondum sint expeditæ, non autem in foro externo; & etiam valet si Papa moriatur antequam litteræ expediantur. Mol. *ib. r.* 84.

Potest cõtrahi cum consanguinea, cum qua dispensatus fuit post mortem, primæ uxoris.

87. Si quis obtinuit dispensationem contrahendi cum consanguinea, tamen cum alia nupsit, potest mortua prima contrahere cum consanguinea cum qua dispensatus fuit. *ibid. ref.* 85.

Superior invito vovente potest in suis votis dispensare.

88. Potest superior dispensare in votis etiam invito vovente, cum sit Dominus ejus voluntatis, quando verò sit in bonum commune, vel bonum spirituale voventis, aliter non valet. *ibid. ref.* 86.

Dispensatio impetrata in scio vovente valet si eam acceptat.

89. Dispensatio obtenta pro aliquo eam ignorante, valet si eam acceptat; sin minus, non est valida. Sà, etiam pro consanguineis pauperibus sine mercede. Item, valet dispensatio quando impedimentum officit utrique satis est, si unus sciat impedimentum, & ab eo obtineatur, & acceptatur, ut profit altero ignoranti. Navar. quando impedimentum est unius, vel utriusque ut est in voto castitatis, potest acceptare absque mandato alterius. Sanc. *ibid. ref.* 87.

Necesse est ut sit nota dispensato.

90. Dispensatio, nisi sit nota dispensato, non sortitur suum effectum, & si contrahat matrimonium, non est validum, nisi sit conscius dispensationis. Amicus. *ibid. ref.* 88.

Non potest Pontifex revocare dispensationem ad suum libitum absque legitima causa.

91. Non potest Pontifex revocare dispensationem ad suum libitum factam super aliquod impedimentum, absque legitima causa, quando est pro remuneratione meritorum impellentium volũtatem Pontificis, nec soluta pecunia in Dataria pro sublevãdis sumptibus Pontificis, non autem si gratis, & non per modum contractus; nec à Sacra Pœnitentiaria possunt revocari dispensationes à se factæ eodem modo, vel ad bonum spirituale tertii, cum causa vero potest; licet non possint ordinarii, qui ex causa dispensant. Perez *ibid. ref.* 89.

Quando partes sunt distincta, subreptio unius, non invalidat validitatem alterius.

92. In dispensatione continente duas partes simul conjunctas, subreptio unius invalidat validitatem alterius, non autẽ quando partes sunt distinctæ, & non habent connexionem inter se. *ibid. ref.* 90.

Taciturnitas veritatis, quando non est circa causam finalem non vitiat rescriptum.

93. Taciturnitas veritatis, vel manifestatio falsitatis non vitiat rescriptum quando subreptio non est circa causam impulsivam, secus in causa finali. Diana *ibid. ref.* 91.

Potest dispensare etiam cũ privatis personis.

94. Pontifex potest dispensare, ut dicemus de potestate Pontificis, non solum cum magnatibus, & nobilibus personis, sed etiam cum privatis, ob eorum privatum bonum in secundo gradu. Ocsangau. *ibid. ref.* 92.

95. Si vis scire causas propter quas Pontifex dispensare possit, non te pigeat legere. *ibid. ref.* 93.

Fœmina pauper effecta dives si vult renunciare potest.

96. Fœmina pauper, si ante, vel post missionem pro dispẽsatione, sed antequã dispensetur fiat dives, vel per legatum, potest renunciare ad effectum prædictæ dispensationis obtinendæ, non autem si nolit renunciare, nec acceptare, si autem per longitudinem Regionum facta hærede, vel legataria, & non pervenerit ad eã notitia legati, & concessa fuit dispensatio potest acceptare, & eõtrahere matrimonium, & valida est dispẽsatio. Sanchez; sic

Valet ob paupertatem dispensatio cũ consanguineo.

chez; sic valet dispensatio fœminæ, quæ ob paupertatem, non potest extraneo nubere, si petat nubere cum eadem paupertate cum consanguineo. *ibid. ref. 94.*

In dubio potest contrahi absque dispensatione.

97. In dubio si habeat impedimentum potest licitè contrahere matrimonium absque dispensatione. Cra. *ibid. ref. 95.*

Datur casus, ut dives non possit adire Papam.

98. Potest dari casus in divitibus, ut propter aliquã, vel aliquas causas adire non possint Pontificẽ pro dispensatione super impedimento dirimente, in quo Episcopus potest dispensare, *ibid. ref. 96.*

Potestate supernaturali potest solvere matrimoniũ ratum & non consummatũ.

99. Potest Pontifex dispensare, & solvere potestate supernaturali sibi à Deo concessa, matrimonium ratum & non consummatum. Dia. *ibid. ref. 97.*

Durat dispensatio mortuo Papa cum clausula (si preces.)

100. Dispensatio cũ Clausula (si preces veritate nitantur) est valida, & durat etiam morte concedentis; & hoc etiã procedit in irregularitate, & aliis quę in foro externo, vel interno committuntur cùm hac clausula. *ibid. ref. 98.*

Dispensatio testandi durat mortuo concedente, & aliqua cu. riosa invenies.

101. Dispensatio, & facultas concessa Episcopis, & aliis non valentibus testandi non spirat morte concedentis. Riccius. Secundò, non validatur testamentum factum sine licentia ex superveniẽte facultate. Tertiò, testamentum factum ab Episcopo ante facultatem habitam convalidatur cum licentia superveniente. Quartò, si Princeps concedit facultatem ædificandi Molendinum extenditur ad ædificatum. Quintò, si Rex concedit habendi beneficium in Regno habet locum de jam habito. Rebuffus. Sextò, si Pontifex dispensat habendi plura beneficia incompatibilia extenditur ad jam habita. Septimò, licentia Episcopi ad ordines suscipiendos non expirat eo mortuo & sic de aliis beneficiis habitis, ut gratiæ. Octavò licentia confitendi, aut concionandi non expirat etiamsi amoveatur ab Episcopatu. D. Anton. Nonò, non expirat licentia eligendi Confessarium concessa à Pontifice, vel Episcopo per eorum mortem, *ibid. ref. 99.*

Potest dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientiæ.

102. Pontifex potest dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientiæ. Lessius. Sic etiam in recitatione Divini Officii cum qualibet persona obligata, *ib. ref. 100. & 101.*

Dispensatus ad unum casum dispensatio non extenditur ad alium.

103. Dispensatio unius casus, nõ censetur per extẽsionem ad alium, ut cũ donatur alicui unus nũmus aureus ob amicitiam non tenetur ad alium. Cẽsetur ad annexos, & connexos, & inclusos sub dispensat. Glossa *ibid. resol. 102.*

Doctori, & non licentiato.

104. Dispensationes directæ Magistro Theologię intelliguntur Doctori Theologo, & non licentiato, solum possunt licentiatis Societatis Jesu dirigi; debent tamen habere potestatem à Superiore antequam litteræ sint expeditæ, alias dispensatio erit nulla. Quando verò diriguntur Confessario ab Ordinario approbato; valet, etiamsi sit pro solis fœminis, vel solis masculinis, non autem ratione scientiæ. Perez, *ibid. ref. 103.*

Valet etiamsi pro solis fœminis sit deputatus.

Confessarius electus virtute literatum non potest variari.

105. Non potest variari confessarius electus virtute litterarum dispensationis, vigore ejusdem Bullæ inconsulto majori pœnitentiario. Pater Leo, & alii tenent non amittere suum effectum, quamvis aperiantur à non habente dictas qualitates in illis concessas executori, & apertori, peccabit tamen illas aperiendo carens illis.

Denuò potest eligi.

Item potest adire alium Confessariũ, casu quo primus aperit, & nolit dispensationem concedere, cum sit ejusdem naturæ confessionis Sacramentalis, quæ variari potest, imò etiam si melius consultus posteà vult concedere, potest, etiam eligi denuò. Naldus. *ibid. resolut. 104.*

Debet fieri in confessione etiamsi sit invalida, & sacrilega.

106. Dispensatio debet fieri in Cõfessione Sacramentali juxta verba Sacræ pœnitentiariæ (quatenus audita Sacramentali Confessione.) *ibid. resol. 105.*

107. Dispensatio facta in confessione invalida, & sacrilega sortitur suum effectum cum agitur de materia favorabili, dummodo Confessio non sit invalida ex defectu integritatis circa rem de qua petitur dispensatio. Suarez *ibid. resolut. 106.*

Propter frequentem lapsum complexionis.

108. Ut dispensatio cum clausula (propter incontinentiæ periculum) sortiatur suum effectum, debet fieri propter frequentem lapsum, & fragilitatem complexionis, vel ex pravo habitu acquisito non ex aliquo timore. Portellus. Sic

etiam in voto castitatis in foro conscientiæ non sufficit, quævis tentatio, nec periculum, sed magnum, vel ex prava inclinatione oriatur, vel ex complexione naturali, vel pravo habitu. Filliuc. *ibid. resol.* 107.

Clausula examinationis.

109. De clausula (examinationis faciendæ oratoris à confessario) indigere juramento volunt aliqui, sed si antea ex alia confessione Confessarius scivit veritatem non indiget novo juramento, ut dispensare possit. Item si causa justa est à parte rei, & confessor illam nescit, neq; examinet, & dispenset nulla est, cum nō servat formam substantialem præscriptam pro illo actu faciendo: Confessarius debet monere oratorem antequam dispenset de veritate dicenda, aliter dispensatio non valebit, tamen si hæc omittat servanda reliqua, dispensatio est valida. *ibid. ref.* 108.

De aliis clausulis, vide infra.

110. Quoad clausulam de confessione facienda, & aliis pœnitentiis debet Confessor injungere aliquas confessiones, potest eas injungere, vel semel in mense, vel duobus, vel tribus mensibus suo arbitrio faciendis, & si una fiat 1. Januar. & altera Februar. valet; & si in uno istorum mensium incidat confessio annualis Ecclesiæ non tenetur menstruam facere; secus de confessionibus pervotum de aliis pœnitentiis potest suo arbitrio, vel imbecillitate pœnitentis aliqua opera pia in die, vel Heddomada, aut mense injungere, sicuti est jejunium, vel alias preces. In voto Religionis vero quæ jubentur quotidie imponi, recordetur exceptionis voti, quo tenebatur. Portell. *ibid. resol.* 109.

111. De clausula (dummodò impedimentum sit occultum) advertendum est publicum esse illud, quod est notorium, & foro contentioso deductum, itaut rectè ac simpliciter dicatur publicum, *ibid. ref.* 110.

De Clausula (gratis ubique) intelligitur prohibere solum munera à manu, & non poculenta, & esculenta, quæ animi gratia donantur. Perez, *ibid. resol.* 111.

112. Annuendum est à Summo Pontifice, oratoribus pro dispensatione in secundo gradu consanguinitatis etiam privatis. Navar. *par.* 8 *tr* 7. *resol.* 8.

Præferendum est rescriptū ultimum priori.

113. Plura rescripta concessa à Summo Pontifice, semper præferendum est ultimum priori, facta mentione de priori, maximè pro diversis beneficiis, vel pluribus Ecclesiis, in secundo debet fieri mentio de primo, & de processu executo ex primo rescripto Panorm. quando duo rescripta impetrantur unum à principali, & alterum à Procuratore, & ignorante datur optio, quo uti vellet. *par.* 8. *tr.* 7. *ref.* 4.

Potest uti, quo velit.

Sign. à Pontifice valet.

114. Dispensatio statim quod signatur à Pontifice valet in foro conscientiæ, quia in dispensatione non aliud quæritur, nisi voluntas Pontificis, quæ in signatione habetur. Paschal. & alii, *p.* 10. *tr.* 16. *ref* 55.

Valet si ponatur una pro alia, vel si (causa vera) additur falsa.

Valida est dispensatio si ponatur una causa pro alia, ut mulier non remaneat innupta. Sanch. & alii, *ibid. tr.* 11 *ref.* 42.

Valet dispensatio quando causæ adæquatè veræ additur aliæ similis falsa. Leand. & alii, *p.* 10. *tr.* 11. *ref.* 43.

Possunt dispensare Generales cum subditis illegitimis ad Generalatum.

115. Possunt Generales vi Privilegiorum sibi à Papa concessorum, non solum in capitulo Generali, vel Provinciali, sed extra dispensare cum suis Regularibus illegitimis, non solum ad dignitates inferiores, verum etiam ad Generalatum; unde cōclusū est per multos DD. utriusque classis, posse superiores Regulares cum suis subditis illegitimis ad Generalatum dispensare, maximè, & si opponatur in Privilegio clausula universalis, & indefinita, & ad nostram Doctrinam non obstant dicta in additione ad priorem tractatum, *p.* 10. *tr.* 9. *per tot.*

DISTRIBVTIONES.

Potest recipere distributiones impeditus pro Ecclesia.

1. CAnonicus, vel beneficiatus impeditus propter negotia Ecclesiæ, & nō potest adesse choro, potest recipere distributiones etiam in infirmitate eventa ex justa causa dum abfuit à Choro, secus si ex injusta: Bonacina, *par.* 10. *tr.* 16. *ref.* 54 *in fin.*

Etiā dispensatus in ætate potest recipere

2. Dispensatus in ætate, ut sit Canonicus potest recipere distributiones, sed nō insistere Capitulo quoad vocē, si non sit

distributiones etiam nō sedendo in proprio stallo.

sit subdiaconus, *ibid. §. Notandum* 1. Sic Canonicus non sedens in proprio stallo, vel non sit indutus vestibus solitis, dummodò aliud non sit statutum, *§. Secundò, Nota.* Ita etiam absens à choro justis de causis. *ibid. §.* 3.

DIVORTIVM.

Sodomia debet esse cum seminis effusione, ut sit causa divortii.

1. COpula Sodomitica imperfecta cum uxore non inducit causam divortii perpetui, sed debet esse completa cum seminis effusione intra vas contra naturam. Sanch. *part. 9. tract. 8. resol.* 39. nec per pollutionem intra crura mulieris, contra Texeda, *ibid. §. Hinc dictis.* neque per fornicationem mulieris vel matrimonium cum alio initum si ipsa bona fide putaverit virum obiisse Layman. *lib. 5. tractat. 10. cap. 7. numer.* 13. Præpositus aliique quia non est adulterium formale, sed materiale tantùm, *p.* 11. *tr. 5 res.* 47.

Divortium concedendum est marito ejicienti uxorem cui alimenta negavit, dummodo ea intentione non ejecisset.

2. Concedendum est divortium marito, qui uxorem ejecit è domo negando ei alimenta, & ipsa per hoc fornicata est, nō ideò adulterio consentit, nec à divortio faciendo impediendus est, secus si ea intentione ejecisset, ut compulsa necessitate adulterium committeret, *ibid. resol.* 38. Et potest petere divortium etiam quod uxor adulterata est per vim gravem cadentem in constantem virum, *ibid. §. Sed si quæres.*

Non tenetur dimittere uxorem pertinacem in adulterio.

3. Non tenetur vir uxorem dimittere adulterantem, & pertinaciter perseverantem in adulterio, sub peccato mortali, nisi in rarissimo casu, itaut dimissio sit apta ad emendationem absque inconvenienti, aut ad evitandam suspectionē, & non sit marito valdè incommoda, & non sit aliud remedium sufficiens ad emendationem, tenetur eam dimittere. Sanchex *ibid. resolut.* 40 Sic multò minus de uxore cum viro adulterante, *ibid. §. Sed quid dicendum.*

Potest cogi vir post adulterium, ut uxori reconcilietur.

4. Vir, qui post divortium adulterium commisit, non solum ex Judicis sententia, & ex officio, sed ad petitionem partis, cogendum esse innocentem, (postmodum nocentem, nocenti dimisso reconciliari) obligatúsque esset in conscientia, hanc præstare reconciliationem quolibet volente, & de hoc alibi dictum est, *ibid. resolut. 39. p. 11. tr. 5. res.* 37.

Mulier adultera ingressa Monasterium potest professionem emittere.

5. Mulier adultera ingressa in Monasterium, vel tacente viro offenso potest professionem emittere absque eo, quod vir teneatur ingredi Religionem, sed potest in sæculo manere absque ullo voto. Diana, *ibid resol.* 60.

DOLOR.

Non est necesse ut dolor sit semper actualis quando actu non revocavit antecedentem.

ACtus doloris in Confessione faciēda, potest præcedere tempus, v. g. si manè dolet, & actu non revocato post tres, vel quatuor horas confiteatur sine novo doloris actu, satisfacit confessioni, & si nocte præcedente examinavit suam conscientiam eliciendo actum doloris, potest manè confiteri, sic etiam transacto die, actu tamen non revocato. Diana *part. 9 tr. 9. resol.* 51.

Contritionem ob metum pœnæ Purgatorii sufficere ad valorem Sacramenti docet Leandrus, sic etiam attritio de morte subeunda per sententiam Judicis, ob infamiam, est sufficiens ad valorem cum aliquo respectu ad Deum, ut sit dolor de peccato commisso. Lugo. *ibid. §. Nota hic.*

De venialibus etiam eliciendus est dolor.

2. Qui confitetur de venialibus tantum, tenetur elicere actum doloris efficacis, sicut tenetur in Confessione de mortalibus. Diana *part. 9. tr. 9. resolut.* 31 Peccata venialia possunt remitti virtute. Sanchez, *ibid. §. Sed si.* Similiter dolor de peccatis validus est si habeatur ante, vel post Confessionem. *ibid. tr. 9. resolut.* 37.

DOMINVS.

Potestas Dominica quid. Quid Dominus?

1. CErtū est servos esse in Dominorū potestate. Quę potestas rectè definitur, Jus quod Dominus habet in servum. Et omni suo effectu eadem est cum dominio.

Qui ejus effectus.

dominio, quod Dominus habet in rebus suis, id sit potestas Dominica in servis. Per Dominum autem intelligimus, non solum eum, qui verè Dominus est, id est, proprietatis; sed fructuarium etiam, & bonæ fidei possessorem. Hujus autem potestatis effectus præcipuus est, quod Dominus in servos vitæ, necisque potestatem habeat, quæ tamen potestas hodie ex constitutione Divi Pii Anton. valdè diminuta, & coarctata est. Licèt enim illa olim fuerit summa, hoc est, licèt Dominus potuerit servum suum sine causa impunè occidere, verberare, violare; attamen hodie sine causa legibus cognita, non potest. Et hæc omnia docet Justin. *in institutis lib.* 1 *tit. de his qui sui, vel alieni juris sunt.* Quæ quidem olim procedebant de jure civili; nam de jure naturæ contrarium dicendum, cum homicidium sit intrinsecè malum, *part.* 7. *tractat.* 7. *resolutione* 4.

Non potest denegare alimenta servis.

2. Aliqui opinati sunt posse Dominum ob certa quædam crimina, & scelera servi denegare illi alimenta ut si sit ingratus, vel contumeliosus in Dominum, vel si mali aliquid fecerit, ob quod mortis pœnam meretur. Sed verius est, quod alii tradiderunt; Si servi crimen est ultimo supplicio dignum ad Magistratus, ac Judices jure defertur; si alterius pœnæ sit reus, privatim à Domino jure punitur, nunquam tamen alimenta, quæ sunt necessaria simpliciter vitæ subsidia, Dominus potest jure denegare; quamvis ea possit ex parte minuere: ita ut servus non inedia absumatur, & pereat, sed attenuato, & diminuto victu castigetur, ut sic fortè ad saniorem mentem, meliorémque vitam redeat: Ita Filliucius *tom.* 3. *tract.* 28 *part.* 2. *cap.* 4. *numer.* 75. Unde non sunt damnandi Domini, qui propter aliqua delicta licèt leviora detrahunt servis, *Partè della ratione* ut vulgò dicitur *part.* 7. *tractat.* 7. *resolut.* 46 Quod si Dominus sit nimis sævus in servos, potest cogi, ut illos vendat, ex Menochio *de Arbit. centur.* 2. *cas.* 138. *ex lib.* 3. *ff. de his qui sunt sui, vel alieni juris*, §. *sed major.* Sicut cogitur pater

Licet possit ea minuere.

At ob sævitiam potest cogi vendere servos.

emancipare filium, quem acerbiùs, quàm pro paterna pietate tractarit. Et ob sævitiam socii, licet ante tempus à societate recedere. Et Vasallus nimium sæviendo in subditos jus feudi amittit. Æstimatio autem cujusque sævitiæ arbitrio judicis remittenda est. *Ibid. resolutione* 46.

Quæ vota servorũ possit irritare, & quæ non.

3. Dominus potest irritare ea vota servi, quæ ipsius obsequio, & servitio obstiterint; non autem ea, quorum executionem servi remiserint in tempus solutæ servitutis. De votis verò ante servitutem emissis, suspendi eorum executio potest, si præjudicantia fuerint, & idem dicendum de votis observandi præcepta divina, audiendi Missam, jejunandi, communicandi, &c. quod à fortiori procedit; in votis rerum ad consiliũ pertinentium, ut recitandi aliquas moderatas orationes, præstandive aliquam moderatam abstinentiam. Votum verò castitatis nullatenus imitari, neque suspendi potest. Et idem est de votis realibus, si fortè servi aliqua bona habeant propria. Secus verò si ex bonis dominorum sint, nam eo ipso sunt eorum dispositioni subjecta. Ita Trullench. *in Decal. tom.* 1. *l.* 2. *cap.* 2. *dub.* 37. *num.* 1. *& seqq.* Qui optimè etiam observat uxorem non posse servi vota irritare, nisi spectent ad ejus bona paraphernalia, & *dub.* 36. *n.* 7. notat, posse dominum servi impuberis parentibus orbati, omnia illius vota irritare. Quod est valdè notandum. *part.* 7. *tr.* 9. *resol.* 27.

Peccata in usu servorũ.

4. Possunt autem graviter peccare Domini præcipuè in his. Primò si sint notabiliter negligentes in procurandis iis, quæ sunt necessaria ad salutem servorũ; ut est susceptio Sacramentorum suo tẽpore, Missæ auditio, & alia hujusmodi. Secundò si sint negligentes in corrigendis eorum peccatis. Tertiò si jubeant aliqua, quæ servi facere non possint sine peccato mortali. Quartò, cum eos onerant laboribus intolerabilibus. Quinto, cum eos afficiunt contumelis, ut vocando servos Christianos canes. Sextò si graviter verberent ex levi culpa. Ita Trullench *in Dec. tom.* 1. *libr.* 4. *c.* 1. *dubio* 6 *num.*

Non peccant vocando servos Christianos canes.

n.2. At ego puto, Dominos; vocando servos Christianos canes excusari à peccato, quia ex ira, & ex indeliberatione talē solent proferre injuriam. *ibid. resol.* 47.

Nec in apponendū carnibus servis infidelibus, &c.

Nec peccant offerendo carnes servis infidelibus in die jejunii, vel imponendo illis opera servilia in diebus festivis, quia infideles, sunt extra Ecclesiam, & non ligantur eis præceptis *p.* 1. *tr.* 9. *resol.* 42. *& p.* 7. *tr.* 7. *res.* 58.

Nec peccando cum illis, tenetur hanc circunstantiam aperire.

5. Dominus peccans cum servo, vel serva infideli, debet in confessione hanc circumstantiam explicare juxta probabiliorem sententiam, quam docet Averſa de *Sacr. Pœnit. q.* 9. *sect.* 3. Sed probabilis est etiam negativa, cum plures Doctores asserant circumstantiam infidelitatis in copula illicita non mutare speciem, sed aggravare, *p.* 7. *t* 7. *res.* 72.

Tenetur resarcire damnum culpabiliter à servo illatum.

6. Quæres, an Dominus teneatur resarcire damnum à servis illatum; Resp. quod competit actio adversus Dominū mancipii ob damnum mancipio culpabiliter illatum absque Domini culpa, ut habetur *in tit. Iust. & Digest. de noxalibus actionib.* (Si enim culpa Domini illatum fuit, tenebitur Dominus aliunde ex injusta læsione ad totum damnum:) & tūc dominus debet, vel dānum solvere, vel mancipium pro noxa dare, damnum passo: Dixi ob damnum à mancipio culpabiliter illatum; quia si absque ulla ejus culpa fuit, sicut mancipium ad nihil tenetur ita nec Dominus, nisi quantum ex damno illato factus est locupletior: si autem adversus mancipium criminaliter agatur ad eum puniendum; non potest Dominus illud liberare, solvendo damnum, sed debet actio adversus servum intentari. An verò ista obligatio, quam Dominus ex damno illato à mancipio contraxit, liget in Foro conscientiæ, an solùm post Judicis condemnationem: affirmat Vasquez *opus. de Restitut. cap.* 2. §. 2. *dub.* 1. cum aliis. Ita probabilior mihi videtur contraria sententia, quam tuetur Trullench *Decal. t.* 2. *l.* 7. *cap.* 6. *dub.* 3. *num.* 9 *part.* 7. *tr.* 7. *res.* 73. Quando autem possit, vel non Baptizare filios suorum servorum invitis parentibus. Vide Verbo *Baptism. n.* 41. Item an teneatur

Non tamen ante Iudicis sententiam.

strictius ad correctionem. Vide Verbo *Correctionum.*..

DONATIO.

Donationis diffinitio.

1. † Donatio est datio liberalis, quæ nullo jure cogente ex sola animi benignitate alteri fit, & concedītur, vel est actus, quo res propria, ex liberalitate à volente proficiscitur, & in volentem confertur. Arprechtus *p.* 8. *tr.* 6. *resol.* 1.

Duplex donatio causa mortis, una, & inter vivos alia.

2. Duplex donatio, inter vivos una, causa mortis altera, donatio differt à legato substantia, & natura; in donatione requiritur donans & donatarius, in legato sola voluntas testatoris; Inter vivos, est quæ sine suspicione ulla mortis, sed mera voluntate donantis, & mente & proposito, ut res donata, statim fiat accipientis, nec ullo casu ad donantem revertatur ad distinctionem illius causā mortis, quæ facilè revocari potest. Diana. *ibid. res.* 2.

Non possunt donare infantes, furiosi, mente capti, muti, & surdi, sed si signo aliquo ostendant, quæ volunt possunt senes deliri, pupilli, impubes.

3 Infantes, furiosi & mente capti, muti, & surdi nati donare non possunt; Muti, & surdi, qui quod volunt ostendant possunt donare, qui casu est surdus, vel mutus, vel utrumque simul, litterarum tamen non ignarus, talis scripto donare potest; senes deliri non possunt donare; senes utentibus judicio non prohibētur, sed solum diliris pupilli non possunt donare; impubes non expletis annis quatuordecim, fœmina 12. non possunt donare, tamen ad pias causas, & hoc de jure Civili, non in foro conscientiæ. Donationes impuberum cum ratione factæ erunt validæ. *ibid. res.* 3.

Minores 25. annorum non possunt donare.

4. Minores annorum 25. absque Curatoris auctoritate donare nō possunt, si nō habent Curatores possunt irrevocabiliter donare res mobiles, (nō immobiles) dummodo ratificent elapsis 25. annis & infra istud tempus possunt retractari auxilio restitutionis. Prodigi nō possunt donare: minores 10. annorum habentes usum rationis sine licentia patris, & Curatoris, bona Castrensia, & quasi Castrēsia, cum sint Domini istorum; filius familias

Prodigi.

milias non potest promittere bona immobilia, neque mobilia pretiosa, tamen post annos 25. si ratificat valet. Itē Mas, post decimum annum cum dimidio, fœmina post nonū cū dimidio, sicut possūt contrahi naturaliter, ita possunt insciō tutore; tamen si probatur inertia, vel deceptio, potest rescindi donatio; donatio facta à minore in foro conscientiæ, cum ratificabitur, vel donec à tutore irritetur valet, tamē venialiter peccaret, mortaliter vero quando in contemptu, vel iniuria tutoris id faciant *ibid. resp. 4.*

Et alii minores.

Miles non potest donare.

5. Miles, non potest donare nisi ob usū corporis, vel alicui obsequium; si absolutè, & libere donavit bona cujuscumque generis, potest repetere, non autē ratione usus corporis. Hurtadus. Post commissum crimen capitale non potest donari, si sequatur condemnatio: Donationes factę post duellum, licet donator nō. dum sit postulans, per fiscum revocatur: crimen non capitale, non facit irritā donationem etiam post condemnationem: dummodo non sit donatio causa mortis bona addicta fisco post condemnationem donata non tenent: antea facta tenet donatio, idem dicendum est Ecclesiasticos non posse concubinæ donare. Dicastillus. *ibid. resol. 5.*

Nec post commissum crimen.

Bona Castr. & quasi Castr. possunt donari à filiisfamilias.

6. Bona Castrensia, & quasi Castrensia possunt donari à filiis familiæ, secus de profectis neque adventitiis, etiamsi trāseat ad secundas nuptias, tamen si filiofamilias donatum fuerit, vel relictum aliquod bonum cum hac conditione, ne usus fructus sint patris, hoc potest donare, si filius admissus est in hæreditatem simul cum patre, hic habet solum consortium proprietatis & quando pater fit hæreticus, filius acquirit jus bonorum. Fernand. *ibid. resp. 6.*

Non tenetur accipiens à minore ad restitutionem.

7. Non tenetur ad restitutionem donatarius, si accepit à minore 25. annorū tacitè, vel non consentiente Curatore, dummodo donet, quod possunt sui pares, vel sui juris, quando à Curatore, vel ab ipso non repetantur, secus autem si repetantur, nec peccat infra illud tempus non restituendo, *ibid. resp. 7.*

Servi possunt donare sibi relicta, vel donata.

8. Servi possunt donare bona, sibi donata, vel relicta, aut acquisita sua industria tempore, quo Domino nō inserviunt ne servitiū fraudēt, etiam tacitè vel expressè vel cum conditione: ne Domino acquirant. Sanc. contra Caram. *ibid. resp. 8.*

Simile.

9. Ancillę possunt donare bona danata ob turpē usum sui corporis, sicut possunt servi, ut supra, vel etiam ex ludo lucrata, in foro tamen conscientiæ. Dian. *ib. resp. 9*

Vxores possunt donare iudicata à prudenti viro.

10. Uxores possunt donare de facultatibus, quod arbitrio, & prudenti viro vi debitur, & istis duplum cōcedendū est, quam filiis. Secundò si vir rogatus cōcederet. Tertiò si dat in extrema necessitate de superfluis naturę. Quartò, de bonis in sua libertate positis, & de acquisitis sua industria. Quintò, ad impediendum damnū marito, etiā spirituale; ut precetur Deum pro illo. Sextò potest accipere de rebus familiaribus pro necessariis domi, & personæ, quando maritus nolit providere. Septimò, quando maritus est dissipator cum meretricibus, vel ludo, & cætera hujusmodi. Octavò, potest facere eleëmosynas, donationes remuneratorias secundum quod faciunt suæ pares, communiter DD. & non peccant uxores per istas res moderatas contradicente marito: nec si separentur tenentur de istis in partem recipere, nisi excedant limites prudentiæ. Mol. *ibid, resol. 10.*

Et ut infra.

Nec contradicente viro.

Simile. Sed non filius alterius matrimonii.

11. Maritus potest idem facere, sicut & uxor de bonis cōmunibus acquisitis, sed moderatè, quamquam sit Dominus, sed non potest aliquid donare filiis alterius matrimonii, nec dotem constituere, vel alimenta præbere, nec etiam parentibus si indigeant, sed tenentur de suis bonis, nec si occiderit hominem potest pecuniā dare de bonis communibus, *ibid. resp. 11.*

Superiores Regulares possunt moderate donare intuitu monasterii.

12. Superiores Regulares possunt donare moderatè, sed non splendidè, & fit semper pro beneficio Monasterii, vel pro fugiendo damno & oppressione Monasterii: summa relinquitur arbitrio boni viri secundum qualitatem, & statum Monasteriorum & Religiosorum, & quoad subditos. Vide Dian. *tr. de pauper. Relig. part. 2. & c. ibid, resp. 12.*

Episcopi, & Clerici possunt quasi

13. Episcopi, & Clerici validè donare possunt de bonis patrimonialibus, & de

sunt donare, sed non de bonis Ecclesiasticis.

quasi patrimonialibus, cum sint veri domini de Ecclesiasticis si quid parsimoniæ vivendo affrancaverint, neque in substentatione passi sunt, etiam de istis possunt donare Dicastill. *ibid. res.* 13.

14. Quanquam validè donare possunt Episcopi, & Clerici de rebus Ecclesiasticis, tamẽ illicitè, & cum peccato mortali donant; quia pauperibus, & Ecclesiæ superflua tenentur erogare, & non parentibus & hoc de jure humano, & naturali; possunt tamẽ de proventibus eis subvenire. *ibid. resol.* 14.

Clerici peccant donando.

15. Clerici validè donant, etsi illicitè, superfluos usus, tamen peccant donãdo, nã donatarius alienus ab Ecclesia, & locis piis; non tenetur ad restitutionem, & dispensator fructuum Clericorum non dando pauperibus, sed sibi retinẽdo peccat mortaliter contra justitiam; bona Ecclesiarum non spectantia ad portionem Episcopi & erat dispensator fructuũ eorum possunt vendi ad substentationem pauperum; similiter Meretrices vel ludentes cum Clericis beneficiariis non tenentur ad restitutionem lucrata ex bonis Ecclesiasticis. Trullench *ib. res.* 15.

Communitas potest donare pro meritis.

16. Communitates possunt donare personis benemeritis communitati etiã ultra salarium, circa necessaria ad bonũ regimẽ, unde donationes factæ à decurionibus, & consilio cõmunitatis circa bene merita spectata qualitate civitatis, & personæ donatariæ sunt validæ, & assertioni ipsorum standum est donec probetur contrarium: & si tales non remuneraverunt possunt successores, sed de hoc est controversia inter DD. *ibid. res.* 16.

Tutores divitum possunt donare donatione remuneratoria.

17. Procuratores tutores, & administratores pupillorum divitum spectata qualitate eorum possunt aliquid donare remuneratoriè tantum, sicut potest paterfamilias, Ecclesiastici, & Prælati, & etiam Regulares spectatis circumstantiis. Sanchez, *ibid. res.* 17.

Reges, &c. possunt donare dummodo non sit in dãnum Regni.

18. Reges, & principes possunt donare, dummodo non sit in damnum Regni, vel boni publici, quia hoc modo possunt successores revocare donationes. Lugo. *ibid. res.* 19.

Confirmatur juramento inter conjuges donationes.

20. Donationes factæ inter conjuges firmantur juramento, & non sunt revocandæ, & quamquam istæ donationes regulariter sint prohibitæ, tamen morte firmantur. *ibid. res.* 20.

Patris facta filio, & è contra valet in aliquibus casis.

21. Donatio filiorum utriusque sexus facta patri de bonis, quæ possunt donare valida est. Donatio patris facta filiæ dũmodo non sit enormis, vel ad fraudem filiorum, aut contra jus naturale, & quod non excedat quintam in foro conscientiæ tenet. Villalobos, & alii, facta filiis illegitimis tamquam extraneis *ib. res.* 21.

Causa studii non valet.

22. Donatio jurata patris facta filio, tenet, saltem propter obligationem naturalem, & cum accedit juramentum, cessat effectus patriæ potestatis. Th. & luristæ. *ibid. res.* 22.

Firmatur morte naturali, & civile inter conjuges.

23. Donatio patris facta filio causa studii non valet, quia pater tenetur sustentare filios ad studium, vel ad gradum obtinendum, nec sumptus debent computari in legitimam, & potest cogi pater per Judicem à filio non solum pro alimentis, sed pro libris, & aliis necessariis, etiam si debita fecit pro studio, & hoc de jure divino. Auct. *ibid. resol.* 23.

Non valet sine insinuatione.

24. Donatio inter conjuges firmatur morte naturali, & morte civili, vel professione Religionis profitentis pauperta-tem, nõ de possidentibus bona Sanchez. Idem dicendum est de dicta donatione, quæ omnino est invalida jure communi, sed morte validatur, cum in vita non revocavit, dummodo non excedat summã 500. aureorum absq; insinuatione, quod si excedat non valet quoad excessum: idem valet per professionem in Religione matrimonii rati & non consummati, quia hujusmodi requiritur mors, Io. Andreas *ibid. resol.* 24.

Circa donationem arrharum vide infra.

25. Donatio arrharum, & sponsalitiæ largitatis, acquisitæ à sponsa per osculũ, non tenetur sponsa restituere, cum non datur error in principali causa donationis, & propter hoc in pœnam recipit dimidiũ jocaliũ, etiam nõ facta insinuatione Sacramenti, per copulam integram, & arrha, & spõsalitia largitas sunt in matrimonio, & eo consũmato vir moriatur nõ potest utramque acquirere, unde datur terminus 10. dierum ad eligendũ sponsę

vel illius hæredibus, elapso termino electio datur hæredibus mortui. Sanch. *ib. resol.* 15.

Valet donatio unius conjugis pro oleo, vel cera applicata Deo in Ecclesia.

26. Donatio unius Conjugis annualis redditus pro dotanda Capella, vel illuminando lampadem oleo, vel cera est valida, Dia. Item valet si uxor donat viro ad consequendam aliquam dignitatem, vel honorem, &c. hujusmodi Vuadingi *ibid. resol* 26.

Donatio causa resarcitionis valet.

27. Donationes factæ inter virum, & conjugem non veræ, sed putativæ, si validæ sint tenent, sin minus non tenēt, hæc est resolutio DD. Unde si vir aliquid donet uxori, vel gemmas propter usum corporis, quòd resarcitio vocatur tenet. *ibid. resol.* 27.

Remuneratoria inter conjuges est valida.

28. Donatio mutua remuneratoria inter cōjuges, valida, & licita est. *ib. resol.* 28. Unde si maritus senex & ignobilis potest donare uxori nobili, & Juveni. Clar. vocat eam remuneratoriam. *ib. resol.* 29.

Non tenet inter socerum, & nurum viventibus sponsibus.

29. Donatio inter conjuges causa mortis, valet, cum sit à lege receptа contra Clarum, inter socerum, & nurum, nō tenet, cum sint vivi filius & ejus uxor; In dubia donatione, si expressè non constat

In dubio præsumitur causa mortis.

præsumitur causa mortis, quia ista potest revocari, & non illa inter vivos. Ripa. *ibid. resol.* 30.

Valet quæ fit causa gratulationis in die Nativitatis Domini.

30. Donatio inter conjuges in die Nativitatis Domini, est valida ratione piæ gratulationis Christi nati, & etiam parētes filiis possunt donare aliquid. Berloch alias causas de validitate inter conjuges; lege Dianam *ibid. resol* 31.

Non potest revocari à fisco donatio facta à viro ante bannum

31. Donatio facta uxori à viro timēte nè ponatur in banno, & postea bannitur si bona confiscantur, talis donatio à fisco non potest revocari *text. unic. in jure leg. Sed si mors*; unde, ut donatio confirmetur requiritur necessario, ut vivente donatore traditio sit vera, vel ficta, & res donatæ donatario sint traditæ, aliter

Vide infra alias conditiones donationis.

morte non confirmantur. De gemmis donatis mulieribus mortuo marito, ut scrupulus tollatur, quando non potest haberi mens donantis, videndum est de aliis fœminis quomodo utantur gemmis, & ita debet, & ipsa uti; non autem ad pretium, *ibid. resol.* 32.

Donatio patris filio causa remunerationis valet etiamsi servitia non probantur.

32. **Donatio patris filio remuneratoria**, valet dummodo benemerita approbetur à filio; etiam si specie exprimat; in foro conscientiæ sufficiunt merita, & servitia extrinseca, & si probari non possint, & si filius patri inservivit, id non facientibus aliis filiis potest pater filio donare, quod extraneo donaretur pro tali servitio & hæredes tenētur illud dare tamquam pretium post mortem patris, dummodo tali intentione deservisse aliter non potest recipere. Fagund. & valet donatio talis post ejus mortem quamquam à filio merita non probentur. *ibid. resol.* 33.

De donatione facta à matre filio discordant Doctores.

33. Discordant Theologi, & Juristæ circa donationem factam filio à Matre, conveniunt tamen, quando mater donat filio intuitu patris principaliter valere talem donationem, sic etiam valet facta mancipatio, naturali, & filio uxorato. Villalobos. *ibid. resol.* 34.

Absque insinuatione non valet in excessu 500. aureorum.

34. Licet donatio patris facta filio nō valet, tamen si eam non revocaverit cōfirmatur ejus mor[illegible], & cōfirmatur quando in eadem voluntate perseveravit dūmodo res non sit donata alio titulo; tamen si excedit 500. aureorum summam non videtur bona etiam post mortem, & aliis filiis præjudicat. Gail. Et talis donatio intelligitur causa mortis, etsi facta sit inter vivos, & debet insinuari si excedit summam, ut sup. quæ de excessu non valet. *ibid. resol* 35.

Lege casus in quibus valet donatio.

35. Alii casus in quibus valet talis donatio. Primò facta filiæ causa dotis. Secundò propter nuptias factas filio. Tertiò, Summus Princeps potest filio suo donare. Quartò filio mancipato nec indiget confirmatione, & debet subsequi mors patris ad ejus confirmationem. Quintò si detur in dotem, vel in Matrimonium. Sextò, mobilia proficiscentia ad bellum. Septimò, si libros donat pro aliqua disciplina adipiscenda. Octavò, si condonat filium usumfructum habitum à bonis adventitiis filii. Nonò in remunerationem obsequiorum. Decimò, omnes donationes validè inter conjuges valent inter filium, & patrem Lessius, & alii. *ibid. resol* 36.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet.

36. Do-

36. Donatio inter vivos omnium bonorum præsentium, & futurorum est invalida, quamquam sit insinuata. *ib. resol* 37

Donatio facta filii cum obligatione in genere valet.

37. Quando filius se obligat in genere, valet donatio, quoad obligationem naturalem. Secundò si donat in specie aliquid debet advertere qualis sit res, quã donat, vel sit peculii Castrensis, vel quasi Castrensis, vel adventitii, aut profectitii, si de adventitiis, an pater de his fuerit legitimus administrator, vel non. Bartolus, *ibid. resol.* 38.

Donatarius potest retinere acceptum per donationem, quando non exigitur à donante.

38. Acceptum per donationem omniũ bonorum, ut supra potest tuta conscientia à donatario retineri, quando non exigitur à donante, vel ab hæredibus, maximè cum talis donatio confirmatur à Principe. Dicastillus. *ibid resol.* 39.

Aliqui casus in quibus valet donatio omnium bonorum.

39. Dantur alii casus, quibus donatio omnium bonorum sit valida. Primò, donatio etiam futurorum est valida, quãdo fit causa mortis. Secundò, quando fit titulo oneroso, ut est matrimoniũ, dos, vel alterius generis: Tertiò, quando fit Ecclesiæ, aut causæ piæ. Quartò, quando reservãtur sibi ususfructus, dummodo sint sufficientes ad substentationem donantis, aut arbitrio prudentis viri. *ib. resol.* 40.

Valet facta Ecclesiæ etiã calore iracundiæ.

40. Donationem factam Ecclesiæ omnium bonorum, etiam futurorum valida esse docet Hurtad. Sic etiam donationem factam Ecclesiæ, vel loco pio facta calore iracundiæ, modo donans non sit à mente alienatus. Felin. *ib. resol.* 41.

Conditiones donationis facta loco pio cum onere, vel pensione.

41. Donatio facta Ecclesiæ, vel loco pio cum onere, vel pensione, vel cum pacto habente clausulam (comm issi) has habet conditiones. Primò, res donata, si pactum non servetur, non potest repeti, sed cogatur ad implotionem. Secundò, si pacto non stetur, auferatur res donata Ecclesiæ, & aliæ Ecclesiæ, vel loco pio, vel cui donator nominaverit, applicetur; & eadem ratio militat de legatis, piis locis relictis, ut de donatis. *ibid. resol* 42.

Non potest revocari juramento firmata.

42. Donatio omnium bonorum, etiam futurorum juramẽto firmata revocari nõ potest in utroque foro; & quod nõ sit in damnum creditorum, vel unius, vel plurium, quos alere tenetur, & non peccat nisi venialiter. Villalob. *ibid. resol.* 4.

43. Donatio omnium bonorum etiam futurorum in terminis juris communis in præsentibus, est nulla, & non valet, sic donationem factam hujusmodi, causa mortis valere docent DD. cum alium hæredem possit instituere donator, & potest donatarius post mortem donantis sibi retinere partem Falcidiam. D. Thom. *ibid. resol.* 44.

Potest partem Falcidiã sibi donatarius retinere.

44. Donans omnia bona etiam futura, reservando sibi usumfructum, potest de ipso testari, cum sit Dominus in tota vita fructuum, quibus utitur; potest etiam testari in morte de rebus, vel pecuniis acquisitis, & sic donatio est valida. *ibid. resol.* 45.

Potest testari de usufructibus reservatis.

45. Donationes excedentes summam 500. aureorum absq; insinuatione Judicis nõ valent pro excessu, sed solum pro 500. Nec possunt fieri donationes: ut unaquæque contineat 500. aureos quia erit in fraudem juris, *ibid. resol.* 46.

Non valet donatio sine insinuatione, quoad excessum.

46. Dantur aliqui casus nõ indigentes insinuatione; Donatio Principis, Secundò Ducis militiæ militibus. Tertiò antedoralis, & remuneratoria, vel ob causam futuram, & omnes donationes non excedentes summam 500. aureorum, dummodo non fiat causa remunerationis, & merita sint inferiora; communis DD. Item renuncians quis legatum, quod sperabat, sed nondum obtentum, valida est renunciatio in quacumque quantitate absque insinuatione, cum non sit donatio, sed non acquisitio rei. Gomez *ibid. resol.* 47.

Aliqui casus non indigentes insinuatione.

47. Donatio facta pluribus absq; insinuatione, si excedit 500. solidos, sed si detrahitur aliquid pro singulis usque ad veram quantitatem propriam nõ requirit insinuationem. Azor. Si fiant tales donationes diversis actibus, & temporibus & fiant eidem, valent quia una est donatio: eadem ratio procedit quando donantur plures res, dummodo unaquæque non excedat quantitatem 500. solidorum, *ibid. resol.* 48.

Plures donationes factæ pluribus non excedentes 500. solidorum, non indigent insinuatione.

48. Donationes factæ ad pias causas, vel Ecclesiæ, aut Hospitali, cõmunitati, sic, vel loco vel causa studii, etiamsi excedant quantitatẽ seu solidorum, seu aureorum non

Facta Ecclesiæ, vel piis nõ indigent insinuatione.

indigent insinuatione, cum sit contra Evangelium. Communis DD. *ibid. resol.* 49.

De emptione & venditione est alia ratio.

49. Donatio non excedens 500. solidorum inter conjuges causa mortis, & morte valida non indiget insinuatione, quod emitur ultra dimidium excedentē valorem, à quo donare non potest absq; insinuatione; non potest emptor valide remittere, & condonare venditori absque insinuatione, & eadem ratio valet de infra dimidium, venditor non potest renunciare læsioni absque eadem insinuatione, neque emptor manet tutus in utroque foro. Clarus *ibid. resol.* 50.

Valet iuramento firmata.

50. Donatio firmata juramento valida est absq; insinuatione. Gallus *ib. res.* 51.

Valet cum renuncia. insinuationis.

51. Donatio facta cum renuncia insinuationis si sit acceptata valet, ut modus, & pactus cum actionem, & obligationem pariat in foro exteriori, si vel, ne renunciatum sit insinuationi cum adsit consensus utriusque partis, etiam si adsit statutum de renunciatione etiam juramento. *ibid. resol.* 52.

Potest retineri excessus.

52. Donatarius potest in conscientia retinere excessum ex donatione absque insinuatione usque dum à donatore reputatur. Lessius. *ibid. resol.* 53.

Causæ revocationis.

53. Donatio in quinque casibus potest revocari ad ingratitudinem. 1. propter manus violentas positas in donatorem. 2. propter injuriam atrocem verbalem. 3. propter grave damnum rebus allatum. 4. per instructionem insidiarum ad vitam. 5. non adimpletio conventionum appositarum, & istis causis potest revocari à donatore, quando solum scivit causam ingratitudinis, & tacet, non autem ab hæredibus, secus si ignorabit. *ib. resol.* 54.

Negans alimenta, filia propter ingratitudinē potest privari.

54. Donatarius negans alimenta donatori pauperi effectu ob donationem, potest privari, filia dotata propter ingratitudinem potest privari donatione dotali mortuo viro, si non habet filios. *ibid. res.* 55.

Per modum appositum nō observatum potest revocari.

55. Donatio facta Ecclesiæ, quando modus appositus, tamquam finalis non est observatus potest revocari, non autem propter ingratitudinem Clericorum. Clar. *ibid. resol.* 56.

Etiam iurata de non revocando potest revocari.

56. Donatio juramento firmata de non revocando potest revocari. *ibid. resol.* 57. Donatarius non tenetur restituere rem donatam, ob ingratitudinem ante sententiam judicis. Lugo; si de habente rem cum uxore defuncti ingratus tenetur restituere fructus receptos à re donata ante revocationem. Ripa. *ib. res.* 58.

Per futuros filios præcogitatos potest revocari.

57. Non potest revocari donatio facta à præcogitante de futuris filiis, cum in hoc cessavit ratio legis; si in dubio potest revocari, item de cōstituto in matrimonio, item potest revocari si apposita sit clausula, quod non possit revocari quacumque ex causa etiam ingratitudinis; communis DD. & etiam si juravit non revocādi suscepta prole Cla. secus si conditionem excludit, filii possunt illa revocare post mortem patris. *ib. res.* 59.

Potest renunciari beneficio legis à patre.

58. Pater potest renunciare beneficio legis. *Si unquam*, quod sibi soli, & non filiis tribuitur hoc beneficium. *ibid. res.* 60. lege text. & pulchra invenies.

Donatio revocata etiam filiis mortuis durat.

59. Si donatio revocatur propter filios susceptos, & hi è vita decidant ante donatorem, donatio adhuc remanet revocata, nec validatur, nisi nova superveniente donatione. DD. utriusque Classis. *ibid. resol.* 61.

Revocatus etiam per filios illegitimos legitimatos per subsequens matrimonium.

60. Donatio facta ante procurationē filiorum revocatur, si nascantur filii illegitimi, qui postea legitimantur per subsequens matrimonium, vel rescripto Principis. Diana. *ibid. resol.* 62.

Etiamsi nascantur filii nō expectati.

61. Donatio facta à patre desperatione non habendi filios, & postea habet, potest revocari, cum præsupponitur, hac donasse conditione, dummodo filii nascantur. Diana. *ibid. resol.* 63.

Per subvenientem prolem facta Ecclesiæ, vel causæ piæ non revocatur.

63. Donatio facta Ecclesiæ à non habente filios, non potest revocari ob supervenientem prolem, eadem ratio de causa pia quoad totum, sed quoad id in quo est inofficiosa filiis, id est ad legitimam eorum. Dian. *ibid. resol.* 64.

Gratuita non potest revocari, nisi in partem excedentem.

64. Donatio remuneratoria, ita ut nō sit liberalis, sed habeat causam gratitudinis, non potest revocari; solum in partem excedentem æquivalentiam. Baldus. *ibid. resol.* 65.

Inofficiosa

65. Donatio inofficiosa est quæ excludit

potest revocari in excessu.

cludit legitimos hæredes à legitima, quæ duplex est re ipsa, & excessu solùm, altera excessu, & consilio, cum donat in præjudicium filiorum. Unde facta re, tantum extraneo, & nihil filio relictum fuit, potest revocari usque ad legitimam, & è contra re, & consilio in toto potest revocari, sic etiam facta fuit Ecclesiæ, vel causæ piæ, aut extraneo, etiam jurata revocatur, quando legitima filiorum, &c. *ibid. resol. 66.*

Diffinitio donationis facta causa mortis.

66. Donationem causa mortis Diana sic definit, quando, malo me habere rem donatam, quam eum cui dono, & magis ipsam, quam eum hæredem, quæ triplicitèr evenit. Primò, sola cogitatione mortis. Secundò, cum quis impendente mortis periculo, ita donat, ut statim rem faciat accipientis. Tertiò, ut res non statim fiat accipientis, sed secuta ejus morte, quæ donatio debet fieri in præsentem, vel per Epistolam, vel per Nuncium absenti præsentibus sc. Testibus per fideicommissum, & valet in præsentem, & tacentem. *ibid. resol. 67.*

Potentes testari possunt, & donare.

67. Omnes testari potentes possunt donare, exceptis pupillis, furiosis, servis, ad mortem condemnatis, filiis familias, his tamen possunt consentiente parte. Diana. *ibid. resol. 68.*

68. Filius familias donare potest causa mortis bona adventitia. *ibid. resol. 69.* Et suo patri consentienti, & acceptanti. *ibid. resol 70.*

69. De minoribus 25. annorum. Vide *resol. 4.* tamen causa mortis possunt donare absque licentia Curatoris. Grassus, *ibid. resol. 71.* Donationes filiifamilias cum clausulis ordinariis, valent causa mortis, *ibid. resol. 72.*

Usurarii non possunt donare nisi facta restitutione, vel cautione.

Possunt ad causas pias.

70. Usurarii non possunt donare nisi restituant, vel cautionem præbeant; tamen possunt ad causas pias donare, & hæredes compellere ad satisfaciendum, DD. utriusque Classis, *ibid. resol. 73.* Etiam Judæi possunt sine cautione, exceptis juribus, nominibus, & actionibus. Jason. *ibid. resol. 74.*

Cæcus non potest donare.

71. Cæcus non potest donare causa mortis sine solemnitatibus legis, etsi possit contrahere inter vivos. Mulier, quæ est in potestate viri potest donare causa mortis absque consensu viri, *ibid. res. 75.*

Signa causæ mortis.

72. Signa demonstrantia donationem causa mortis, 1. cum in donatione fit mētio mortis. Secundò, si est vicinus mortis. Tertiò, si in eodem periculo mortis donans dicat, Relinquo, est donatio causa mortis, Covarru. *ibidem. resolutione 76.*

Redditus debentur donatario.

73. Bona, vel redditus reservati in donatione causa mortis, & donans moritur ab inaestato, debentur donatario. Jason. *ibid. res. 77.*

Pro ratione Falcidiæ.

74. Donatio causa mortis potest revocari per supervenientiam filiorum; tamen si hæc donatio non fuit revocata per patrem, non poterit revocari per filios susceptos, nisi proportione Falcidiæ, sive testatur pater, sive non, & quando tenetur restituere, intelligitur non solum res, sed fructus. Gomez. *ibidem resolutione 78.*

Expœnitentia non potest revocari.

75. Donatio causa mortis ex sola pœnitentia, etiam firmata juramento, non potest revocari. Mich. *ibid. res. 79.*

76. Donatio causa mortis quoad principium, & sui in esse productionem, est similis quoad modum contractui, cum à præsente fit præsenti, quoad effectum verò ultimæ voluntati omnipò est similis. Pictor. *ibid. resol. 80.*

Causa mortis non eget insinuatione, sed duo, vel tres testes sunt necessarii.

77. Donatio causa mortis non eget insinuatione, sed solum sc. testibus, duo vel tres sufficiunt ad causas pias. Tuscus; sic etiam facta filiis, & causæ piæ valet per epistolam sine testibus, non autem extraneis; valet etiam per procuratorem, quando sibi mandatur præsentibus quinque testibus. Pict. *ibid. resol. 81.*

Falcidia habet locum in donatione.

78. Lex Falcidia habet locum in donatione causa mortis, id est quarta pars bonorum donantis, etiamsi facta fuit extra testamentum. *DD. ibid. resol. 82.*

Potest donarii concubinæ.

79. Potest quis donare suæ cōcubinæ, & solvere salarium pro servitio corporali præstito, & facere etiam donationes remuneratorias ob servitia præstita, quæ oportet probari sententia judicis, nec standum est dicto donatoris nec ejus Confessioni, de salario verò tenetur in utroque foro, & hæc doctrina militat pro Clericis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Donatio Clerici, & militis est irrita, & non firmatur juramento.

Clericis & Doctoribus, vel licentiatis, Barb. Donatio Clerici, & militis est irrita, & non firmatur juramento. Covarruv. Meretrix potest donationem promissam in judicio petere. *ibidem. resolutione. 83.*

Valet prodiga legitima acceptata.

80. Donatiõ prodiga, non est ipso jure nulla, quamquam sit vitiosa, per excedẽtiam moralem facultatis donatoris; tamen cum sit legitimè acceptata à donatario, qui non tenetur inquirere de excedentia valet. Molina *ibid. resol. 84.*

Legata fideicommissa valent etiam conditione impossibili.

81. Legata fideicommissa, institutiones hæredum, & donationes factæ causa mortis conditione impossibili, sive ex natura rei, & in facto, sive de jure, valebunt, & talis conditio habetur pro non adjecta. DD. Donatio facta de 100. ducatorum cum pacto, quod in quolibet anno Donatarius solvat decem ducatos donanti valet, non in aliis contractibus. Sauch. *ibid. resolut. 85.*

Donatio Novitii causa mortis sine Superioris licentia valet.

82. Novitius causa mortis potest donare absq; licentia Superioris de iis, quæ potest legare. Sacr. Congreg. Card. cum non existat professio, nulla existit donatio in propinquos facta, potest etiam si licitè recedit à Religione, bona Ecclesiastica collata contemplatione ingressus in Religionem recuperare, & si donavit cum pacto si non posset stare in Monasterio similiter recuperare potest. Navarr. *ibid. 86.* Donatio facta ante ingressum animo illam ingrediendi valet. Ita declaravit decisio Rotæ 1. *Febr* 1640. *ibid. resol. 87.*

Facta ab Episcopo 20. diebus ante mortem est nulla.

83. Donatio facta ab Episcopo infra 20. dies ante obitum est nulla in foro exteriori, cum judicatur causa mortis in præjudicium Cameræ Apostolicæ, etiamsi causæ piæ facta fuit, valet in foro conscientiæ, maximè si facta fuit extra infirmitatem, & excommunicatio lata contra non revelantes non ligat. *ibid. resolutione 88.*

Absque substantia causa non valet.

84. Donationes factæ absque subsistentia causæ præsentis, vel futuræ non sunt validæ, sed si sint cum errore, eo cognito possunt irritari. Donatio cum onere, fine, vel usu facta, erit irrita fine nõ præstito; sic donationes factæ cum errore circa substantialiã, ut donationis jure naturæ, est irrita, secus si erit circa accidentalia, *ibid. resolut. 89.*

Si non potest probare donatarius potest surripere & æquivalens.

85. Donatarius, qui sibi factam donationem, non potest probare in conscientia, tantum surripere potest ab hærede, quantum res donata valebat. Laym. *ibid. resolut. 90.*

Pater tenetur dotare filium propter ordines sacros.

85. Pater tenetur dotare filium ad ordines sacros sicut filiam ad nubendum, & potest compelli pater officio judicis, ad id faciendum; & hæc donatio non potest revocari, nec etiam propter ingratitudinem. Homobon. *ibid. resol. 91.*

Computanda est inter legitimam.

Et ista donatio computanda est inter legitimam cum aliis filiis in divisione bonorum. Diana. *ibid. resolut 92.*

Ante acceptationem nõ potest revocari.

86. Donatio, seu promissio facta absenti, nuncio, Epistola, & procuratore, non potest revocari ante ejus acceptationem, differt verò Nuncius à Procuratore, quia si donans revocaret, & Nuncius ignoret revocationem, & nunciet, donatio est nulla, non autem à Procuratore. Molina, *ibid. resol. 93.*

Nuncius injustè retinẽs rem donatam tenetur hæredibus restituere.

87. Nuncius injustè retinens rem donatam ante mortem donantis, tenetur restituere rem donatam hæredibus tamquam suam, & donatarius tantùm æquivalens, quãtum res valebat, dũmodo Ecclesiæ non sit donata. Amicus. *ib. resol. 94*

Absens potest acceptare post mortem donantis ex defectu Nuncii.

88. Donatio facta absenti, & secuta morte donatoris, sed missus est Nuncius cum litteris authenticis, potest acceptari post mortem donantis, etiamsi mortuo Nuncio litteræ pervenissent ad manus donatarii, & talis donatio non potest ab hæredibus revocari mortuo donatore. Amicus *ibid. resol. 95.*

Facta Ecclesia à quovis potest acceptari

89. Donationes factæ Ecclesiæ, vel piæ causæ, possunt à quovis absque mandato particulari, acceptari. Tusch. *ib. res. 97.*

Solus existẽs sub potestate donatarii potest acceptare.

90. Non potest alius acceptare donationem pro absente, nisi sit quis existens sub potestate Donatarii, ita permittentibus juribus. Glossa, *ibid. resol. 97.*

Etiam Notarius, vel publicus officialis.

92. Posse Notarium ex generali consuetudine recepta, vel alium publicum officialem pro absente stipulare, nec posse promissionem retrocedere ante absentis ratificationem, docet Alexander et-

der etiam pro Ecclesia hoc fieret Bartol. *ibid.resol.98.*

Donatio facta absenti nondum acceptata firmatur iuramento.

92. Donatio facta absenti, & nondum acceptata, juramento firmatur, ratione ipsius & non donationis, cum nullum jus acquisivit donatarius, potest eo invito à Prælato commutari in alia opera pia. *ibid.resol.99.*

Ecclesia tenetur ad pacta donationis.

93. Donatio facta Ecclesiæ cum pacto, ut Ecclesia habeat aliquod onus solvendi aliquid, tenetur solvere, si aliquis donec cum pacto ne detur Ecclesiæ potest hoc facere, sed si donat, ut post mortem detur Ecclesiæ, potest hoc pactum tollere. Sà, *ibid. resol.100.*

Non acceptata à donatario ante mortem donantis tenet.

94. Donatio non acceptata à donatario, ante mortem donatoris, nec ratificata suo nomine tenet, & ad illam obligantur hæredes. Molina, & donatio infanti ante usum rationis, & acceptata à Notario, vel ab alio auctoritatem habente, expostulanda est infantis ratihabitio, & ante istam, est revocabilis, tamen Juristæ tenent, quod talis donatio sit acceptata à jure. *ibid resol.101.*

Facta malo fine post peccatum tenet non antea.

95. Donatio facta ad malum finem, est irrita jure naturæ, non autem post peccatum patratum, sic etiam est irrita donatio illius, qui in promissione non habuit animum donandi, etiamsi verbis donavit. Seda. *ibid. resol.102.*

Donatio ad tempus potest eo elapso revocari.

96. Donatio equi, vel alicujus rei alicui donatæ, ut post annum alteri reddat, potest post elapsum annum revocari, ne equus detur secundo. Fern. *ibidem resol.103.*

Capuccinis, & Iesuitis facta per modū eleëmosyna non est irrita.

97. Donatio facta Capuccinis, Minoribus, & Societati Jesu simpliciter est irrita, non autem per modum legati quasi eleëmosyna. *ibid.resol 104.* ex hoc patet, non obligari donationem, quoties variatur status rerum, personarum, negotiationum, & aliorum hujusmodi, ut rationaliter à promissione facienda retraheret, docet D. Thom. secus de votis factis, unde si duo sibi mutuo donaverunt, & unus à promissione resilier, alter non tenetur stare suæ donationi. Molina. *ibid.resol.105.*

Tenetur dare partem Ecclesiæ.

98. Donatio facta Ecclesiæ, valida est ante acceptationem; sic donatio viri, & mulieris unanimiter facta Ecclesiæ post mortem unius tenetur alter dare medietatē donationis Ecclesiæ. Naldus. *ib.r.106*

Donatio interna non obligat.

99. Donatio merè interna non obligat donatorem ad dandum promissum, nec confessarius debet aggravare pœnitentem ad manifestandam promissionem internam. Baunius *ibid.resol.107.*

Interna verò nō obligat ante acceptationem donatarii jure positivo, nec naturali, & revocari potest, etiamsi irrevocabiliter se obligavit, quod non observatur in aliis contractibus sub conditione de futuro, sed debēt expectare eventum conditionis. Rebel. *ib.resol.108.*

Donatio facta intuitu sanctitatis falsa non tenetur in magna quantitate.

100. Donatio facta intuitu paupertatis, vel sanctitatis, si falsa sit prupertas, vel sanctitas, & donatio fuit in magna quantitate, potest rescindi, si in minima, æstimanda est pro eleëmosyna. *ib.resol.109.*

Iudex non tenetur restituere.

101. Judex acceptum pro injusta sententia, non tenetur restituere. Molin. *ibid.resol.110.*

Donatio hæretico ante hæresim tenet.

102. Donatio facta ab Hæretico absolutè, & simpliciter antequam in hæresim incideret, est valida, nec à fisco res donata confiscari potest: secus si fuerit donata cum donatione, qua non impleta ante commissum crimen, etiam completa possunt confiscari. Suarez *ibid.resol.111.*

Non potest à fisco confiscari.

103. Donatarius non tenetur persolvere vota donantis, quando ad hoc non obligatur. Suarez *ibid.resol.112.*

Non intelliguntur donati.

104. Vir aliquis accepit in dote 15. mille ducatos in dote realiter, & confitetur se recepisse 20. mille, non intelligit alios donare. Rodriq. *ibid.resol.113.*

Excessus vēditionis inter cognatos intelligitur donatus.

105. Excessus in venditione, vel emptione alicujus rei inter consanguineos, & amicos, non ad extraneos, dummodo non oriatur ex paupertate, vel ignorantia valoris rei intelligitur donatus. Juris. unde si aliquis tradidit rem aliquam alteri sine ulla expressione, creditur deposuisse, & non donavisse, sed non militat inter nobiles. *ibid.resol.114.*

Remuneratoria debet fieri de præteritis, non de futuris.

106. Donatio remuneratoria, non dicitur verè donatio, sed causa remunerationis, quæ de præteritis, non de futuris fieri debet. *ibid.resol.106.* Et quando non exprimuntur merita habetur pro simplici,

plici, & merè liberali, sed in donationibus Principis semper intelliguntur merita; in dubio verò semper existimatur remuneratoria. *resol.* 116. Talis donatio potest revocari quoad excessum, non ad merita. *resol.* 217. in donatione remuneratoria etiamsi incœperit à promissione, donatorem teneri ad evectionem, dicit Ulricus. *resol.* 118.

Dicitur remuneratoria pro obsequiis.

107. Donatio facta pro obsequiis dicitur, & remuneratoria in magnatibus maximè propter obsequia subditorum. *ibid. resol.* 119. Donatio, ut dicatur remuneratoria debet excedere merita arbitrio prudentis, & boni viri spectata qualitate donantis, unde si excessus sit nimis, dicitur liberalis. Sanch. *ibid. resol.* 120.

Valet tutoris, & Novitii.

108. Novitius si facit donationem remuneratoriam, est valida; item donatio eadem facta à Tutore in beneficium pupilli, & procurator in virum benefacientem Domino de sua administratione, potest facere donationem remuneratoriam. *ibid. resolutione* 121. Sic etiam facta à Principe tamquam contractum onerosum liberè revocari non potest, nisi justa causa expressa, respiciens publicam utilitatem Juristæ. *ibid. resol.* 122. Regum, & Principum Donationes factæ subditis excedentes merita, & publico ærario damnosæ, possunt rescindi, etiam juramento firmata, sicut aliæ cum causa, item privilegia, Regale patrimonium. Ledesma. DD. *ibid. resol.* 123.

Principis damnosæ ærario possunt rescindi.

Facta Ecclesiæ revocari non potest.

109 Donatio facta Ecclesiæ amplius revocari non potest, etiamsi facta fuit cum pacto, ut post mortem donatarii, res donata vadat ad Ecclesiam vivente donatario non potest revocari in damnum tertii. *ibid. resol.* 124. Et donatio facta Ecclesiæ, vel Collegio constituendo, etiam non erecto est valida, Molin. *ibidem resolutione* 125.

Antiphatus lucratur à virgine corrupta.

110. Donatio ad nuptias, (seu ut dicitur Antiphatum) in conscientia lucratur à Virgine corrupta, & pro Virgine peccat, & talis virgo fruitur legatis relictis pro maritandis puellis Virginibus. Lata. *ibid. resol.* 126.

Et alia curiosa invenies.

111. Donatio facta filiofamilias existimatur quasi Castrensis, unde non tenetur peculio rem donatam adscribere, neque creditores patris possunt filium super tali donatione molestare de aliis. Vide *ibid. resol.* 127.

Facta filio ob merita patris non extenditur ad creditores.

112. Donationes factæ à Principe filio ob merita patris defuncti non obligantur ad creditores patris, & si Princeps donavit Petro aliquid, mortuo uno ejus pars evenit alio, & idem procedit si donatio erit insolidum. *ibidem resolutione* 128.

Ob metum potest rescindi, secus de testamento.

113. Donatio facta per metum, reverentiam, & importunitatem, potest rescindi, Testamentum vero factum per metum cadentem in constantem virum non est ipso jure nullum; sed quando Notarius, & testes sunt coacti. Vasquez *ibid. resol.* 129.

Donatio in fraudem gabellarum.

114. Donationes, quæ sunt in frandem gabellarum. Primò; quando pater donat filio Clerico bona obnoxia gabellis. Secundò, quando absorbet partem patrimonii donantis. Tertiò, facta in præjudicium aliorum filiorum. Quartò, quando pater post donationem possidet eadem bona. Quintò, quando filius vendidit partem donatam in favorem patris. Diana. *ibid. resol.* 130.

Facta nascituris non valet, nisi Notarius pro illis acceptet.

115. Donatio facta infanti, vel pueris nascituris, non valet, nisi pater, vel Notarius nomine illorum stipuletur, & acceptaverit voluntatem donantis. Didad. *ibid. resol.* 131.

Episcopus Regularis de fructibus superstitis non potest donare.

116. Episcopus Regularis non potest donare, maximè ad usus profanos de fructibus superstitis Episcopatus, cum sint Ecclesiæ cui præest. *ibid. resol.* 132. Regulares beneficiarii dum beneficium administrant, validè expendere possunt in quoscumque usus. Wandingus. *ibid. resol.* 133.

Accipiens ab Episcopo, vel beneficiario non peccat, nec tenetur ad restitutionem.

117. Non peccat mortaliter accipiens ab Episcopo sæculari, vel beneficiario Religioso, nec tenetur ad restitutionem, quando non cooperatur ad donationem. Lugo *ibid. resol.* 134.

Factum pro patrimonio non tenetur restituere.

118. Donatio facta pro patrimonio ad suscipiendos Ordines Sacros non tenetur in utroque foro ad illam restituendã, etiam cum pacto de retrodonando absq; licentia Episcopi; nec retrodonando incurrit

currit ullam pœnam nec suspensionem, cum non dicitur ordinans absque titulo, Dian. Et si moriatur, donatio transfertur hæredibus donatarii, *ibid. res.* 135.

Vera est donatio facta à Constantino Imperatore Ecclesiæ.

119. Donatio facta à Constantino Imperatore Ecclesiæ vera est, & valida, & contrarium asserentes sunt denunciandi, ut hæretici. *ibid. res.* 136.

DVBIVM.

Dubius non est spoliandus de dubia potestate.

1. IN dubio Princeps impediens extrahere victuali à suo statu ad Romanam Curiam, non debet spoliari potestate dubia, sicut non est æquum ad obligandum, qui dubius est an. 21. annum expleverit, ut jejunio obligetur, cum in dubio stat pro libertate possidentis, unde si impedimentum est appositum à persona publica, in foro externo præsumitur justo titulo appositum esse, secus si persona privata. *p. 9. tr. 7. res.* 17. Vide, Bulla Cœnæ.

Certant Doctores.

2. In dubio ex multis occidentibus unum hominem omnes esse irregulares tenet Lessius, alii tenent nullum esse in foro interno, in externo adhærent Lessio probabiliter; sed si unus reperiatur occisor ipse est irregularis. Covarru. omnes esse irregulares tenent aliqui, ut auxiliantes, consulentes, &c. Avila *ibid. tr. 6. res.* 18.

Ægrotus in dubio non indiget dispensatione.

3. Abstinentia certus in dubio cum sit illatura damnum vitæ non indiget ægrotus dispensatione. Diana. *parte 9. tract. 6. resolut.* 27.

Dubius de impedimento dirimente potest contrahere.

4. Dubius de impedimento dirimente potest contrahere matrimonium, quia possessio stat pro dubitante. Lessius, & alii *par. 10. tract. 15. res 7.* qui verò bona fide contraxit, & possidet, potest petere, & reddere, secus si mala fide potest reddere, sed non petere, 1 *si quæres.* Si matrimonium sit contractum, & non consummatum elapso bimestri tenetur reddere, Vasquez. *ibid. §. At difficultas.* de dubitante de jure suo, vide Dia. *ibid. §. Sed hic notandum est.*

Contrahens bona fide, potest petere de mala fide, potest reddere sed non petere. Elapso bimestri tenetur ad ea-

5 Qui vovit virginitatem, & eam amisit non tenetur servare castitatem, secus si intendit tantum de prima vice Sanchez & alii *p. 10. tr 17. res.* 44. *stitatem, nisi aliter voverint.*

6. Ignorans casum reservatum absque censura absolvi potest à quocumque Confessario tamquam à non reservatis. P. Joseph. de S. Joseph. & alii. *par. 10. tr. 13. res.* 63. *Ignorans casum reservatum potest absolvi.*

7. Data paritate personarum in dubio pro matrimonio præsumendum est tam in contracto quam in contrahendo, secus de imparitate Mascard. *ib. tract. 13. resolutio.* 39. non est eadem ratio de sponsalibus. *ibid. §. Notandum tamen est.* *In dubio pro matrimonio præsumendum est.* *Non est eadem ratio de sponsalibus.*

8. Si adulter dubitet, an filius sit suus, an mariti, præsumitur esse mariti; quia maritus est in possessione Lessius *de iust. l. 2. cap. 10. d. 6.* Si verò plures matrem cognoverint, ita ut respectu unius esset spurius, respectu alterius naturalis, præsumitur naturalis; quia hoc est honestius. Vasquez & eo casu probabile est neutrum teneri filio procurare alimenta, sed solam matrem, quia nemo cogitur solvere debitum incertum. *p. 11. tract. 5. res.* 27.

DVELLVM.

Duelli descriptio.

1.† DUellum est pugna ex condicto assumpta duorum, vel plurium cum periculo mortis, aut vulnerationis gravis, absque licito fine. Est duellum regulariter prohibitum, præsertim jure Ecclesiastico & maximè ex Tridentino, & Bullis Pii V. Gregor. XIII. & Clement. VIII. sub pœna excommunicationis Papalis, quam an absolvere possit Confessarius Regularis, quære sub ejus nomine *num.* 3. Non solùm autem duellum committentes hanc excommunicationem incurrunt, sed etiã patrini, consulentes, suadentes, spectatores ex consilio, & quocumque modo ad duellum concurrentes tam publicum, quam occultum. Item Principes concedentes locum ad duellum in suis terris, aut scientes, & permittentes. Præter excommunicationem ipsi cõmittentes duellum incurrunt omnium bonorũ pro-

Duellum est prohibitum sub excommunicatione fieri.

Patrocinari Consuli, Suaderi.

Inspici.

proscriptionem, perpetuam infamiam, & pœnam homicidii, & si in conflictu decedant, privationem Ecclesiasticæ sepulturæ. Vide *infrà verb. Sepultura Ecclesiastica.* Quoad excommunicationem hic multi casus determinati sunt.†

Permitti.

Sunt & aliæ pœnæ duelli committentibus impositæ.

2. Et primò potest quis sine periculo excommunicationis acceptare duellum, quando ex illius recusatione amissurus esset honores, & munera publica, quãdo v. g. quis objicit viro nobili innocenti crimen dignum amissione nobilitatis, & munerum, quod, nisi ille duellum acceptet, censebitur probatum. Et ratio est, quia in tali casu acceptatio duelli est medium unicum ad tuendam nobilitatem, & munera. Ita Mendoza *in 2. 2. disp. 170. sect. 8. §. 76. part. 5. tract. 13. resolut. 27. §. Nota etiam.*

Quæ tamen omnes non ligant virũ nobilem acceptantem duellum in defensionem nobilitatis, &c.

3. Qui *ibid. sect. 9. §. 83.* addit primò; licitum esse, non solum acceptare, sed etiam provocare ad certamen accusatorem injustum, si non est alia via injustæ mortis evadendæ, & talem provocationem habere rationem inculpatæ tutelæ. Nihil enim refert, quòd accusator non per se, sed per judicem aggrediatur: Ita ille. Immò Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 2. quæst. 39. numer. septimo;* in tali casu putat, licere talem occultè occidere. Neque dicas, quod talis provocator peccaret, eo quia esset causa, ut accusator duellum acceptaret. Nam hæc instantia communis est omni militi justè prælianti quod non posset licitè prælium offerre, quod nemo dicit. Respondetur igitur, talem provocationem ex tali capite non esse malam, quia non censetur absoluta, sed conditionata. *Si adhuc in mala voluntate perseveras me occidendi, te provoco: si vis ab illa desistere, desisto. Ibidem, §. Sed maxima.* Addit secundò *sect. 8. §. 77.* duellum acceptari posse in defensionem bonorum temporalium, si non est alia via illa tuendi, sive duellum purgativum sit, sive non purgativum. Nam unusquisque habet jus sua bona tuendi, etiam cum nece inimici, *ibid.* ab initio.

Immò ait Mẽdoza, nec ligare provocantem accusatorem iniustum, si non potest alia via tueri vitam.

Aut bona tẽporalia.

Diffidans cũ certitudine,

4. Diffidans alterum, non animo pugnandi, sed honoris proprii defendendi, & cum inimico accedens ad locum cõditum cum morali securitate, quod nullum damnum secuturum sit sed inde potius pax concilianda, non incurrit excommunicationem. Ita Volfangus à Vorburg. *in rudim. iur. canon. de exc. art. 5. fol. 196. part. 2. tract. 16. resol. 53.* à medio, & *part. 3. tract. 6. resol. 1.*

quod pugna non sit secutura, non incurrit excommunicationem.

5. Si quis dicat alicui: *Tecum pugnabo prima vice qua tibi per urbem obviam ibo.* non incurrit excommunicationem, quia ad duellum proprium requiritur determinatio certi loci, & temporis. Ita Mancinus *pract. visit. infirm pract. 4 num. 16. dub. 9.* contra Bonacinam *de cens. disp. 2. quæst. 6. punct. 1. num. 7. part. 3. tract. 6. resol. 1. §. Dico tertiò, & part. 5. tract. 13. resolutione 59.*

Sicut si non determinat locum, & tempus.

6. Provocans ad duellum, & in locum conditum se conferens, & altero non comparente discedens, vel alio pacto non secuta pugna; secundum Mendozam *in 2. 2. disput. 170. sect. 21. §. 190.* contra Filliuccium *tom. 2. tract. 29 cap. 8. num. 170.* non incurrit pœnas Gregorii XIII. quia hujus Bulla non comprehendit duellatores, nisi pugna secuta *part. 2. tract. 16. resolut. 53. part. 3. tract. 6. resolut. 1. §. Dico octavò, & part. 5. tractat. 14. resolut. 102.* Aitque idem dicendum esse in terminis Bullæ Clementis VIII. quia is de hac re nihil innovavit, & semper utitur illo termino, *duellum ex composito ineuntes,* & speciatim de provocato ait, *ex condicto ad certamen descendat, aut illum provocet,* ubi provocare accipitur pro provocatione ad pugnam, & inchoatione certaminis. Et præterea generale est omni pœnæ, quando infligitur propter delictum, non incurri, delicto non consummato, nisi à legislatore exprimatur, quod hic non contingit. Ita Mendoza. Qui etiam respondet ad argumenta Filliuccii, & stylum Curiæ, quem Filliuccius adducit, non facere legem, nisi habeat formale, aut virtuale præceptum Pontificis. Sed an hæc sententia sit probabilis, alii judicent. *part. 5. cit. §. His tamen.*

Sed an provocans ad duellum, & in locũ conscendens si nõ sequatur pugna, incurrat excommunicationem? Negativè respondet Mendoza.

Etiam in terminis Bullæ Clem. VIII. Sed an probabiliter ipse iudica.

7. Si quis ad inimicum accedens, dicat: *Distringe ensem, tecum enim pugnare volo.* *Sanè non incurrit inimi-*

si verum.

cum ex abrupto aggrediens.

si verum est, quod talia dixisti, non incurrit excommunicationem: hoc enim non est duellum, sed potius injusta aggressio, *part. 2. tractat. 16. resolut. 53. & part. 3. tractat. 6. resolutione 1. §. Dico secundò.*

Secus si proponens illi locum, cum ibi diffidat.

8. At verò, si quis dicat. *Vade quære gladium, hic te expecto*, aut *veni ad talem locum, te ibi expecto*, vel si existens in navi vel alibi, dicat: *Egrediamur in terram*: vel, *Exeamus foras*, & similia, excommunicationem incurrit, *part. 1. tr. 16. resol. 53.*

Nisi id faciat, oriente inter eos subitanea rixa.

9. Si orta inter duos subitanea rixa, alter eorum dicat: *Exeamus in talem locum ibi pugnemus*, & de facto dimicent, ille non incurrit excommunicationem. Ita Cherubinus *in Bull. Pont. tom. 3. const. 11. Clem. VIII. schol. 1.* & Graffius *lib. 1 cap. 7 num. 12.* idem ait, si statim in condictum locum accedant, & ibi pugnant, quia non adest assignatio temporis. Sed Bonacina, *tom. 3. disputat. 2. quæst. 3. punct. 4. num. 7.* contrariam sententiam approbat, *part. 3. tr. 6. resol. 1. §. Dico undecimo.*

Non incurrit excommunicationem, ratum habens duellum suo nomine indictum.

10. Ratum habens provocationem ad duellum suo nomine factam non incidit in excommunicationem, quia Pontifices quando ratihabentes comprehendere volunt, solent hoc exprimere. Ita Floronus, *cap. 14. §. 3. numer. 1.* quidquid asserat Peregrinus *de duello quæst. 31. num 3. ibidem. §. Dico septimò.* Hæc de duellatoribus.

Incurrit ministrans arma, sine quibus pugna non sequeretur.

11. Commodans arma amico duellati, qui absque illis armis à duello desisteret incurrit in excommunicationem Gregorii. Item si ille non esset destitutus, sed amicus præberet illi arma contra pactum duelli, ut si commodaret pistoletum, quando pacti fuissent pugnare solis ensibus, & pugionibus incurreret in excom. municationem, quia hæc est iniqua armorum submini-stratio, in Bulla Gregorii comprehensa. Si autem non habenti arma, amicus commodet, aut habenti inferiora commodet æqualia, vel meliora intra eandem speciem cum armis adversarii, secundum Mendozam, *sect. 3. §. 185.*

Vel cum quibus pugnasset inæqualiter, & contra pactum.

Non autem non incurrit, quia hæc non est justa armorum submini-stratio, nec causa duelli sed amici auxilium, ut securius pugnet & cum minori periculo, quod non est malum. Illi enim, qui soluturus est jejunium cibo nocivo, possum ego præbere innoxium? Ita ille. Vide etiam Floronum *de duello cap. 11. num. 45.* & Peregrinum *de duello quæst. 25. part. 5. tractat. 14. resolutione 101.*

si ministret arma æqualia pugnæ secuturæ.

12. Consulens duellum, secundum Peregrinum, *ibid. quæst. 43.* incurrit excommunicationem, etiamsi consilium sit inefficax; sed contrarium sustineri probabiliter potest, ut notat Bonacina *tom. 3. disputat. 2. quæst. 3. punct. 4. num. 28. part. 3. tractat. 6. resolut. 1. §. Dico nonò.* Si verò sit efficax, sed postea nitatur illum revocare, quamvis de facto non revocet, non incurrit excommunicationem, quidquid contra asserat Bonacina, *ibid. n. 36. ibid. §. Dico decimò.*

Duellū consulens ineffi-caciter probabile est, quod non incurrat. Sicut si consilium efficax nititur revocare.

13. Narrans aliquod factum, ex quo prævidet aliquos arrepturos duellandi occasionem, nō incurrit excommunicationem, quia hic casus in Bulla non exprimitur, & lex pœnalis extendi non debet. Ita Bonacina, *ubi suprà n 32.* contra Peregrinum *quæstion. 27. ibidem. §. Dico quintò.*

Narrans aliquod factum ex quo prævidet secuturum duellum, non incurrit excommunicationē

14. Princeps in aliquo casu extraordinario, potest ad majora incommoda vitanda duellum permittere. Ita Reginaldus *tom. 2. lib. 21. cap. 7. num. 75.* contra Megalam *in 3. part. lib. 4. c. 4. quæst. 2. n. 13. ib. §. Nota secundò.* Famuli possunt chartas duelli scribere, si immineat periculum mortis, probabile autem est, nō posse. Ita Merolla, *tom. 1. disp. 2. c. 4. dub. 10. coroll. 5. num. 390. ibid. in fine.* Audientes, vel legentes scripta provocantia ad duellum, non incurrunt excommunicationem, quia id in Bulla non exprimitur, *ib. §. dico sextò.*

15. Spectatores duelli incurrunt in excommunicationem, ait Mendoza, *sect. 11 §. 279.* nisi quis interveniret ex justa causa, ut essent officiales assistentes duello permisso, ne concitentur tumultus, aut sequatur aliqua injustitia, Sacerdos, ut moribundi Confessionem audiet; famulus ferens arma heri, & equum, &

Illúmque legentes, vel audientes.

Multi etiam excusantur ab excommunicatione, duellum spectantes.

accersiturus Chirurgum, aut Confessarium. Item nec qui aspiceret ex occulto, aut qui casu præsens inveniretur; vel etiam qui duelli conscius, ad illud pergit causa meræ curiositatis. Nam Bulla damnat spectatores, qui sponte se offerunt pugnæ spectatores, & testes, cum inter duellantes nascitur jurgium. Ex quibus patet, non esse admittendam sententiam Pereg. *quæst.* 37. docentis, quod accedens ad locum duelli causa inspiciendi, incidit in excommunicationem, etiamsi pugna non sequatur. Ita Bonacina *de consur. disput.* 2. *quæst.* 6 *punct.* 1. *num.* 30. *par.* 8. *tractat.* 14. *resolutione* 9. & ex parte olim *part.* 3 *tract* 6. *resol.* 1. §. *Dico quartò.* nec qui acceptat duellum ad defendendum se ab agressore, vel famam, honorem, dignitatem, officium, &c. cum moderamine, &c. Machad. *part.* 10. *tract* 12. *resol.* 5.

ECCLESIA.

Ecclesiæ ubique ædificari possunt cum licentia Episcopi.

1. DE Ecclesiæ immunitate, vide *verb. Immunitas.* Unum hic nota, quòd Ecclesiæ, & loca sacra possunt ubique ædificari de licentia tantũ Episcopi, ex privilegio Magni Constantini, quod confirmatum deinde est à Gelasio Can. *de locorum*, Nicolao can. *Ecclesia, de consecr. dist.* 1. & aliis Pontificibus, nec non à Concilio Aurelianens. cap. *nemo.* Unde Principes id prohibentes, violarent Ecclesiasticam libertatem, *part.* 1. *tract.* 2. *resol* 62. Nec possunt prohibere ædificationem Monasteriorum prætextu, ne jam existentibus minuantur Eleëmosynæ: quia id inspicere est Prælati Ecclesiastici talem licentiam concessuri. Valenzuela *in def. cens. Paul. V. part.* 2. & alii *part.* 1. *tr.* 1. *res.* 19.

Ecclesiæ Regularium nõ sunt collegiatæ.

2. Ecclesiæ Regularium non sunt collegiatæ. Ita Rodriquez *qq. reg. tom.* 1 *q.* 43 *art.* 12. contra Portellium. *verb. Missa, n.* 7 vide in feriis privilegiatis, in quibus concurrit festum duplex, aut semiduplex, non tenentur regulares canere duas Missas. Sic Villalobos. *tom.* 1. *tr.* 8. *diff.* 19. *n.* 4. *part.* 2. *tract.* 14 *resolut.* 76. à medio.

Ecclesia polluta quomodo reconcilianda, si ab benedicta.

3. Ecclesia benedicta, humano sanguine, vel semine violata, recõciliari potest per simplicem Sacerdotem sæcularem, vel regularem cum aqua benedicta ordinaria consecrata, non nisi per Episcopum proprium, vel de licentia proprii, cum aqua ab ipso, vel alio Episcopo benedicta cum vino, & cinere. Ita Henriquez *lib.* 9 *cap.* 37 *num.* 6. & DD. communiter ex cap. *aqua, de consecr. Eccles.* ubi consuetudo committendi hoc munus simplici Sacerdoti, appellatur corruptela. Unde, ait Sà, *verb. Ecclesia, n.* 20. illam approbans, sit probandus, ipse judica, *p.* 2. *tract.* 15. *resolut* 6. & *part.* 4. *tract.* 4. *res.* 91. Novarius, *tit. de poll. Ecclesia, num.* 7. putat Ecclesias Regularium consecratas reconciliari posse per proprios Prælatos. Sed hoc etiam multi negant. *part.* 4. citat. in fine *part.* 11. *tract.* 8. *res.* 23. ubi etiam habetur de privilegio concesso Mendicantibus à Leone X. ut illorum superiores possint, aquâ per ipsos benedictâ reconciliare Ecclesias suas, &, si Episcopus ultra duas diœtas distet, etiam sæcularium. In quo casu Ecclesia polluatur, vide *verb Circumstantia ubi.*

Aut consecrata? Et à quo?

3. Repræsentationes Sacræ secundum Sanchez *in opusc. tr.* 1 *l.* 1 *c.* 8. *dub.* 24 *n.* 23. in Ecclesia licitè fierent. Sed id negat Gavantus *in Enchir. verb. repræsentationes, num.* 1. observatque S. Carolum *in Cruc. verb. Provinc.* vetuisse, ne Salvatoris passio alicubi repræsentetur, quod generaliter de omni Sacra historia optimè vetituros Episcopos, observat Zerola *part.* 1. *verb. repræsentationes part* 4. *tr.* 4 *tesol.* 84.

Sedilia habere in Ecclesia est usus facti, & ideò amovibilis.

4. Sedilia laicos habere in Ecclesia usus solum facti est; ideóque semper est revocabilis ad nutum Rectorum: *vide p.* 10. *tr.* 16. *resol.* 64.

ECCLESIA POLLVTA.

Varia circa Ecclesiam pollutam.

4. ECclesia polluta, vel sanguine, vel exusta igne debet ab Episcopo solemniter reconciliari; non autem si longo tempore detecta ab hæreticis, vel aliis

aliis spurcitiis fuerit polluta; satis est eã aspergere aqua benedicta, & visitare Altaria, & de necessariis providere, & potest à Sacerdote auctoritate Episcopi reconciliari. Baun. *p.* 8. *tr.* 7. *ref.* 93. De collapsis vetustate, reparandæ sunt ex collectis à Parocho factis; sed si redditus Ecclesiarũ sint sufficientes ad reparationem, illis reparandæ sunt, si non sufficiunt, Rector, Canonici, & Beneficiati tenentur, dummodo non sit consuetudo, ut à populo reparentur, DD. permulti, *p.* 8. *tr.* 7. *resol.* 16.

Sumptio tabacchi in Ecclesia S. Petri est peccatum mortale.

5. Sumere tabacchum in Ecclesia S. Petri, & in ejus porticu est peccatum mortale: ita etiam in Civitate Hispalensi ex decreto Urbani VIII. de aliis Ecclesiis diœcesis, non est nisi propter irreverentiam cum qua sumebatur, contra Pasqual. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 23. Sumptio tabacchi, foliis per os non frangit jejunium naturale, si aliquid succi cum saliva descendat in stomacho, Leand. *Ibid.* §. *quo ad* 2.

Non in aliis Ecclesiis Diœcesis Hispalẽsis sicut in cathedrali.

Sumere per os non frangit jejunium.

Possunt amovere sedilia.

6. Rectores Ecclesiarum possunt amovere de loco ad locum sedilia pro audiendis concionibus. Ugolinus, & alii. *p.* 10. *tr.* 25. *ref.* 64.

ELECTIO.

Electio officialium Civitatis spectat ad illius Senatores.

De electione Summi Pontificis, vide V. *Cardinales quoad electionem Pontificis.* De electione ad beneficia, quære V. *Beneficium.*

1. Electio officialium civitatis de jure communi spectat ad Senatores. Ita Villadiego *polit. c.* 1. §. 17. *n.* 32. Senatores verò ante electionem præstare debent, & præstant juramentũ de benè eligendo: unde si bene non eligerent, fiunt perjuri, & quidem perjurio mortali: nam, ut ait Sãchez, hæc materia est gravis, & cõcernit bonum Reipublicæ, Sed an Senatores, & universaliter Magistratus laici, ad officia sæcularia teneantur eligere digniores; Affirmant communiter cum Villalobos *tom.* 2. *tr.* 8. *diff.* 6. *num.* 8 & 9. Tum quia, quamvis officia primariò instituta sint ob publicam utilitatem, secũdario tamẽ

Qui tenentur benè eligere sub mortali.

Probabile tamen est non teneri eligere digniores.

instituta etiam sunt in honorem ipsorum civium, quapropter respicienda etiam est ipsorum dignitas, & servanda justitia distributiva; Tum etiam, quia ideo multi electores instituuntur, ut majorem dignitatem multorum consilium probet *part.* 2. *tr.* 15 *ref.* 87. Sanch. *opusc tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 36. *num.* 15 distinguit, aut electio fit ab uno electore, aut à pluribus per suffragia. Si fit ab uno, & officiales non debent esse de partibus illius communitatis potest eligi dignus, omisso digniore; quia inter extraneos non cadit acceptio personarũ. Si verò fiat à pluribus, &c. nõ posse. Igitur secundum Sanchez non peccat Rex, mittendo v. g. in Proregem Siciliæ Prætorem Panormi, & Stratico Messanę, dignum, omisso digniore, quia isti eliguntur exteri: peccat verò, si eligat Capitaneum Panormi, Judices, Præsides Regni, minus dignos, quia hos tenetur eligere ex partibus istius communitatis. Sed absolutè probabilis est sententia Vasquez apud Turrianum in *select. cent.* 2. *dub.* 87. quod ad hæc officia sufficiat eligere dignos, etiã omissis dignioribus, eamque Turrianus *ibidem* receptam ait esse in praxi. *p.* 4. *tr.* 4. *ref.* 172. † & recitativè olim, *p.* 2. *supr. cit.* §. *Dico tertiò.* †. Senatores verò eligẽtes indignos, non solum peccant mortaliter, sed etiam tenentur ad resarcienda damna ex tali electione secuta. Ita Naldus V. *eligere, n.* 6. *p.* 2. *tr.* 15. *ref.* 67 § *Dico quartò.* Et si postquam unus ad aliquod officium electus est aliquis ex Senatoribus alium legat. Vel ante quam eligatur; chartulam aliquam grandiorem efficiat, ut illam in pileo facilius sumat; peccat mortaliter propter injuriam tertii. Ita Suar. *de relig. t.* 1. *l.* 2. *c.* 38. *n.* 68. *ibid.* § *dico quinto.*

Quod universim dictum intellige de magistratibus laicis, quoad officia secularia.

Sed vide distinctionem Sanchez.

Caterum, eligentis indignos ultra peccatum, tenentur ad restitutionem damni emergentis.

Et si in acceptione sortis legunt unum nomen pro alio: vel ponant in pileo chartulam grandiorem peccant mortaliter.

2. De electione ad beneficia, dictum est Verb. *Beneficium, à num.* 8. Et quidem Villalobos; *tomo* 2. *tract.* 8. *diff.* 3. *nu.* 6. & DD. communiter putant, prælaturas Regularium esse etiam beneficia Ecclesiastica, ac proinde Generales, & Definitores teneri ad illas eligere digniores, aliàs esse acceptatores personarũ, & peccare mortaliter. Sed Valerus Verb. *Electio diff.*

Valerus distinguit.

diff. 1. *n.* 1. excusat electionem minus digni, quando in electione Prælatus non habet beneficium, sed tantum onus, ut sunt Prioratus Dominicanorum, & similes. Et Palaus, *tom.* 2. *tr.* 13. *disp.* 2. *punct.* 11. §. 2. *n* 14. absolutè docet, eligi posse dignum, omisso digniore: quia seclusis specialibus cujuscumque Religionis cõstitutionibus, & spectato jure communi, non apparet firmum argumentum talis obligationis: quod enim dicitur de beneficiis, id non debet extendi ad Prælaturas regulares, quia lex ob similitudinẽ rationis, nõ debet extendi ad casum in lege non comprehẽsum. Adde quod nec est paritas rationis, quia beneficia Ecclesiastica sunt perpetua, Prelaturę verò regularium temporaneæ, & facilè amovibiles. Et tandem Tridentinum, *sess.* 7. *c* 3. docet ad curata inferiora sufficere, quod eligatur dignus. Sed hæc opinio nõ placet, quia est contra communem. Et prælaturæ regulares sunt magni momenti, habentque adnexam curam animarum. Tridentinum autem dicit sufficere dignum, ut electio sit valida in foro externo. Et in hoc sensu intelligendi sunt aliqui Canonistæ, dũ dicũt sufficere, quod eligatur idoneus; *par.* 1. *tr.* 15. *res.* 61. & *p.* 5. *tract.* 14. *r.* 11 *p.* 11. *tr.* 4. *res.* 37. An possit, quis in electione negare suffragium ei, quem esse indignum ex confessione cognovit quare V. *Sigillum, num.* 45.

Et Palaus absolutè negat.

Sed non placet.

Ad Prælaturas non potest eligi cæcus. Nec surdus.

3. Cæcus non potest eligi ad Prælaturas, ex cap. *hinc etenim*, §. *cæcus*, *dist.* 49. Item neque surdus ex cap. *constitutionem de verbor. signif.* Item neque mutus, ut ex dictis capitibus tradit Peyrinus, *de Relig. Præ.. t.* 2. *c.* 4. *n.* 18. Immo, si cæcus quis fiat postquam electus fuit in visitatorem alicujus Religionis, non potest cum socio sano visitationem cõtinuare, quia visitatores debent Generali, & capitulo de actibus Religionis testimonium ferre, & cæcus nõ potest esse testis in actibus, qui visu percipiuntur, ut docet Medices *de fort. cas. q.* 6. *n.* 55. Ita Megala *tom.* 2. *res.* 183. *p.* 5. *t.* 6. *res.* 20. Verum secundum Bonacinam *de elect. part.* 2. *c.* 4. *dub.* 89. *n.* 13. Surdus, & cœcus non privantur jurè eligendi: quia possunt liberè cẽsentire. Debent tamẽ illi renũciare, ut tutiores maneant in conscientia, quia facillimè decipi possunt. *p.* 5. *tr.* 6. *res.* 13. Novitius etiã PP. Capucinorum, potest in suo testamẽto reservare sibi jus eligẽdi, puellas, quibus suus hæres debet quotannis certam pecuniarum summam ex sua renunciatione. Vide V. *Novitius n.* 4.

Et si cæcus quis sit post electionem in visitatorẽ, non potest visitare.

Sed an surdus, & cæcus privetur jure eligendi?

4. Pestis electionum est ambitio, quã Sacri Canones ita oderunt, ut in c. *competitam, de elect.* annullãda veniat electio illius, qui ante electionem requisitus, cõsentit electioni de se faciendæ, ut notavit Miranda, *p. q.* 23. *a.* 30. *concl.* 1. & in c. *per inquisitionem eod. tit.* declaratur indigna electio Episcopi Tolosani, præsertim quia ipse, & ejus amici ante electionem habuerãt colloquium cum quibusdam Canonicis, eosque precibus ad electionem sollicitaverant. Hinc piè in aliquibus Religionibus prohibentur sub pœna excõmunicationis tractatus ante electionem; tractatus inquam ambitiosi partionales, &c. ut notavit Basilius *in direct. p.* 3. *cap.* 3. nam consultorii permittũtur in cap. *si transitus dist.* 79. Et Petrus Greg. *part. jur. can. lib.* 1. *tit.* 29. *c.* 5. observat, quod Glossa in cap. *in nom. Dom. tractantes, dist.* 25. vult quod electores, ubi conveniunt pro electione, tractatum habeant: & multos proponant, qui digni videantur, per modum consultationis, ut fiat collatio personę ad personam. Imò antea ita necessarius erat tractatus consultorius, ut sine illo nõ valeret electio cap. *Genesi, de elect.* At quia hodie electiones ut plurimum fiunt per suffragia secreta, talis tractatio non præmittitur. Itaque Regularis in Religione, ubi adest talis prohibitio, potest, si est vocalis proponere alterum eligendum; non tamen seipsum: & in Religione Theatinorum, si procurat ut eligatur ab aliis, electio est nulla. Ita Molfes. *t.* 1. *t.* 6. *c.* 16. *n.* 47. *p.* 2. *t.* 16. *res.* 35.

An approbandi sint, tractatus ante electionem?

5. Electio Sanctorum Tutelarium per sortes videtur improbari in Cõcilio Antiiodorensi 26. *q.* 5. *can. Aliquanti*, ubi damnantur sortes, quas Sanctorũ vocãt, & multo ante a Gelasio Papa. *dist.* 15. *can.* 5. *R. Eccl.* rejectus est quida liber dictus,

Et electiones Sanctorum tutelarium per sortes.

Sortes

Sortes Apostolorum. ideo Raphael della Torre. 2.2.*q.*95.*art.*8.*disp.*3.*dub.*3. ait hujusmodi electionem esse illicitam, si fiat eo animo, ut unicuiq; sanctus contingat eo anno colendus, qui sibi utilior est in patronum, id mittente Deo per sortes. Nam recurrere ad sortes sine necessitate est peccatum tentationis divinæ, ut ait D. Thomas, *art. de omnibus sortibus consultoriis* Posse autem hujusmodi electionem fieri per media prudentalia, eligēdo scilicet quisq; illum sanctum in tutelarē, qui suffragari efficacius solet in suis necessitatibus, & ærumnis. Posse tamē esse licitam, si sit divisoria, nimirum, si congregatio sumit sibi colendum certum Sanctorum collegium, Apostolorum v. g. & ad vitanda jurgia mittunt sortes, ut unicuiq; suus contingat casu, & fortuna *part.*5 *tr.*14.*resol.*9.

6. In electionibus si vota ferantur sub cōditione, vel indeterminatè, vel in personis incapacibus habeantur pro nullis, & qui majorem partem excusserit habeatur pro electo, Miranda *p.*8.*tr.*7.*r.*77

7. Pontifex, Rex, & alii Principes habentes jus eligendi ad beneficia, tenentur eligere digniores. cum semper de his prompti habentur. Lugo; quando non habentur, possunt eligere dignos male, *p.*8.*tr.*7.*res.*83.

Pars minor non potest concurrere cum majori. In dubium de indignitate personæ eligēdæ debet conformare cum timoratis. Si non est gravatus potest eligi, & non est eadem ratio de denunciato. Prælati Curiæ Romanæ non possunt sibi eligere

8. Minor pars non potest concurrere cum majori ad eligendum indignum. Peyrin. & alii. Sed si elector est dubius de indignitate personæ eligendæ, potest se conformare cum timoratis Dei, si est certus. *p.*10.*tr.*13.*res.*31.

9. Accusatus de aliquo delicto non est incapax electionis modo non sit aggravatus apud bonos viros de tali peccato, tunc esset inelegibilis. Naldus, & alii. *p.* 10.*tr.*13 *res.*32 sed non est eadem ratio de denuntiato. Leand *ibidem* §. *Sed hoc.* & si electio remaneret ad duos, potest unus eligere alterum. Samuellius, & alii. *ibid. res.*33.

10. Prælati Curiæ Romanæ non possunt sibi eligere pro Confessario Sacerdotem non approbatum ab ordinario ex c. finali de pœn. S. Congr. *ib. tr.*16 *res.*76. similiter non possunt. Equites S. Jo. S. Jacob. Alcantaræ, & Calatravæ P. Bardi tenet Equites Hierosol. quod possint. *ib.* §. *Sed Pater Nova.* *Nec Equites confessorem*

11. Pontifex non potest eligere sibi successorem, probatur multis rationibus *p.*10.*tr.*5.*per totum.* & in electione Imperatoris non est minuendus, neq; augendus numerus electorum s. octavum absque licentia Summi Pontificis, coram DD. *p.*10.*tr.*4 *per totum.* *Pontifex non potest eligere sibi successorē. Nec numerus electorum Imperatoris absque licentia Pontificis.*

12. Quoad electionem Episcoporum vide *p.*10.*tr.*1.*per totum.* solum dico, pertinet ad solum Pontificē, & si aliquibus Regibus concessa est auctoritas eligendi, nominandi, & c. electio, vel nominatio offertur Pontifici, ut confirmetur, & quoad Canonicos solum in Germania utitur hac electione, vel designatione, confirmatio verò spectat ad Rom. Pontif. Azorius & alii *p.*10.*tr.*1. per omnes resolutiones, & præsertim 8. ubi invenies quomodo gerendum sit pro Prælatis Regularibus. *Electio Episcoporum pertinet ad Papam. Cum licentia Papæ*

ELEEMOSYNA

Quibus præbenda

Vide V. *Pauper.*

1.† ELEEMOSYNA præbenda est pauperibus †. Pauperes autem sunt, quos inspecta qualitate personarū, & aliis circumstāriis bonus vir tales esse existimat, ut ait Mascardus, *n.*14. Et, ut clarius loquar, nomine pauperum veniunt, qui victum quærunt, vel etiam possunt quærere, ex suo labore. Sic Genuensis *in p. Eccl. Tric. nar.* 13.*q.*387.*n.*2. Et qui non potest commodè, & honestè vivere secundum suam conditionem. Sic Vasquez *de rest. c.*5.§.4.*dub.*1.*num.*6. Item Hospitalia, Ecclesiæ, Monasteria, & omnia loca pia. Ita Imola *in l. captatoria in fine, de leg.*1.*part.*2.*tractat.*15.*resolut.*8. *Eleemosyna danda pauperibus, id est, qui vivunt ex labore. Qui non possunt juxta sui status decentiam vivere. Et locis piis.*

2. Porrò paupertas, seu pauperū indigentia, triplex est: extrema, gravis, & cōmunis. Prima est, quādo desunt necessaria vitæ, & sine quibus vita aut deficiet, aut abbreviabitur, aut gravi, & diuturno *Paupertas triplex.*

morbo corripietur. Idque sive proveniat fortuito, sive ex alterius malitia: imò in hoc secundo casu est magis calamitosa, utpotè conjuncta cum injuria. Secus, si oriatur ex propria nequitia, *p.5.tr.8.res.1.& 7.* in fine. Adverte autem, quod si quis mendicando, posset suæ necessitati consulere, esset que plebejus, non censeretur constitutus in extremis. Si verò esset vir honestus, & mendicare esset ei ignominiosum, aliqui dicunt esse in extrema necessitate, sed Malderus *in 2.2.quæst 32.art.6.* negat, & ruborem, in tali necessitate attribuit superbiæ, *part.3.tract.8.resol.24.* Gravis necessitas est, cùm desunt necessaria ad decentiam, & conditionem proprii status. Sed in hac sunt tres gradus; nam vel desunt ea, sine quibus omninò necesse est è statu decidere, aut sine quibus status conservatur ægrè, & cum labore, aut non conservatur æquè benè. Si desunt hæc ultima, nulla oritur necessitas in ordine ad eleëmosynam: si prima, oritur necessitas gravis: si secunda, subdistinguendum est: nam si labor, & inopia sit urgens, ut si quis ære alieno gravatus in carcere detineatur, aut inter hostes inveniatur captivus, aut victu, & vestitu tenuissimo vitam transigat necessitas erit gravis: si non sit adeo urgens, si tamen alicujus momenti, erit communis. Potest autem contingere, ut necessitas cogès statu cadere, sit extrema, ut si oporteat transire in statum nimis miserabilem, ut mendicitatis, aut servitutis, quæ quibusdam adeò ignominiosa est ut mori potius velint, quam cum tanto dispendio vivere. Communis tandem necessitas, est mendicantium, qui quamvis multum indigeant; quia tamen à multis postulant, moraliter loquendo, non possunt suo statui necessaria non invenire. Quod verum est mendicis tam publicis, quàm secretis. Item eorum, qui in conservando proprio statu, aliquam inopiam patiuntur, ut supra diximus. Ita Lorca *in 2.2.sect.4.disp.39.n.18.9.10.p.5.tr.8.res.1.* His positis.

Extrema.

Gravis.

Communis.

Si quidem in prima certum est, dan-

3. In extrema necessitate certum est, divites teneri proximo subvenire. Et quidem secundum D. Thom. *2.2.q.118. art.4. ad 4.* ex legali præcepto justitiæ quo nimirum prohibemur proximũ interficere: nam capit *pasce* dicitur: *Quisquis pascendo hominem servare poteras, si non pavisti, occidisti*, unde infert Mendoza, *disp.159 sect 3 §.31.* negantũ eleëmosynã extremè indigenti, teneri ad omnia damna secuta, ut si illo obeunte, remanserunt orphani indigentes opera patris, &c. & sic indigentes cogere posse divites ad eleëmosynam in judicio. Vide V. *Pauper.n.6.* Sed placet opinio Bellarm. & aliorum, quòd talis obligatio sit solius charitatis: quia obligatio justitiæ in nullo jure invenitur. Et, quòd dicitur, tempore necessitatis omnia esse communia, non est sensus, quod ipso jure transferatur dominium, sed quod homo lege charitatis teneatur ad usum bonorum suorum indigentes admittere. Mendoza, *sect.3.§.36.* has opiniones conciliat, ut prima vera sit in extrema necessitate pecuniæ, vel rei temporalis pertinentis ad divisionem bonorum factam jure gẽtium: nam extremè indigens habet jus ad illam rem. Secundum verò, in necessitate industriæ alienæ, ut si quem ignis comburit, bestia devorat, &c. nam homo habet jus ad has meas industrias; unde teneo quidem si possum, cum bestia pugnare, ignem extinguere, &c. Sed ex charitate, non ex justitia. *par.5.tr.8.resol.2.*

dam eleemosynam.

Secundum D. Thomam ex justitia.

Secundum alios, ex charitate.

4. Qui dubitat, an proximus extremè indigeat, tenetur diligentiam adhibere ad dubium deponendum, sicut is, qui dubitat, an aliquis dies sit festivus, jejunii, & similia: alioqui de eo verificabitur, quod ait Psalmista, *Ps.35.noluit intelligere, ut benè ageret.* Si autem post scrutinium dubius adhuc manet, non tenetur ad eleëmosynam, quia possessio stat pro libertate. Sancius *disp.select.43.n.20.p.5.tr.8 resol.39.*

Et qui de hoc dubitat tenetur inquirere.

5. Cajetanus *in 2.2.q.72.art.1.* descendit ad aliquos casus particulares, in quibus proximus dicitur extremè, vel quasi, indigere; aitque advocatum teneri viduæ, & pauperi gratis patrocinari: medicum, & chirurgum, mederi infirmo non habenti ad solvendum; & huic pharmacopolam,

Multos autem casus enumerat Cajetanus.

polam, medicinam suppeditare: divites eleemosynam præbere, quoties vident proximũ annonæ penuria laborare, multos fame mori, vicinos ob carentiam victus ad turpitudines cogi, aut à Turcis detineri captivum. Sed de captivo, Mendoza *ib. disp. 159. sect. 3. §. 21.* ait neminem teneri illum redimere: nam captivi non sunt in extrema necessitate, aliàs nõ possent à dominis mancipia detineri. Excipit tamen casum, quo captivus timeretur melancholia, aut infectione aëris interimendus. Et Granado, *ib. contr. 3. tr. 11. disp. 2. sect 4. num. 21.* addit idem dicendum esse de viro nobili, aut magnæ sanctitatis, & utilitatis in Republica, *p. 5 tr. 8. ref. 6.*

In pari autẽ necessitate, prius succurrendum parentibus.

6. Petes hic primò: Quinam ordo servari debet, cùm multi ex proximis extremè indigent, & omnibus subveniri non potest? Respondeo; in pari indigentia Mendoza, *sect. 5. §. 77.* docet, prius succurrendum parentibus; idque sub gravi culpa: non autem prius patri, quã matri, nec uxori, quam filiis; alii volunt prius, Angelus *p. 9. tr. 9. r. 40* §. Sed difficultas est; patri quam creditori, & si est pater, sibi prius, quam creditori, *ibidem, §. secundo quæro.* Prius tamen patri quam avo, & filio, quàm nepoti, & fratri utpotè conjunctioribus. Lorca verò *in 2. 2. q. 26. art. 11. n. 4* probabile existimat, ordinẽ, inter cognatos in primo gradu exceptis parẽtibus non obligare sub mortali: quia omnes istæ cognationes magnæ sunt, & excessus unius ad alteram, parvus, *p. 5. tr. 14. res. 93.* Sed contra stat Turrianus *in 2. tomo 2. disp. 22. dub. 1. n. 6.* quia (ait ipse) materia hujus præcepti non est major, vel minor conjunctio: sed largitio eleemosynæ facienda propinquiori, quę magni momenti est; utpote ex qua pendet vita illius, cui facienda est eleemosyna, *p. 5. t. 5. res. 13.* ante finem. Advertit præterea Lorca, hæc omnia procedere per se; nam per accidens, posse unumquemque jus suum ingratitudine, & injuriis amittere, vel beneficiis & obsequiis augere, ut docet D. Thom. *2. 2. q 16. art. 10.* quæ in casu particulari prudentis arbitrio remittit, *res. 93. cit.*

Deinde uxori.

Filiis.

Fratribus, &c.

7. Petes secundò: An extremè indigẽtibus sufficiat subvenire per mutuũ, &c. Respõdeo: Aut proximus nec hic habet, nec alibi, nec laboribus, officio, &c. potest acquirere; aut habet alibi: potestve aliquando habere. In primo casu subveniri debet per gratuitam Eleemosynam. In secundo probabile est subveniri posse per mutuũ, si apponatur conditio, ut restituat tempore lautioris fortunæ: nam cum egenus sublevatur, quocumq; tamẽ modo, præceptum impletur. Ita Vasquez *de Eleemosyn. cap. 1. dub. 6 n 54.* Ex quo etiam à Suarez *disp. 7 sect. 5. n. 4.* quòd si proximus indiget tantùm usu, non teneris præstare dominium, sed solum mutuare, *p. 5. tr. 8 res. 5.*

Et probabile est, habituro subveniri posse per mutuum.

8. Petes tertiò: Quid si quis in voluntariam incidat indigentiam? Respondeo, aut is necessitatem, & paupertatẽ sponte eligit in divinum obsequium, ut faciunt Religiosi: hi comparandi sunt pauperibus involuntariis, ut ait Lorca *disput. 30. membr. 4. n. 57.* Unde improbabiliter docuit Medina *C. de Eleemosyna danda sanis §. quæ sorte.* Religiosos non esse subveniẽdos ut pauperes, sed solum quatenus ministrant spiritualia, *p. 5. tr. 8. res 18.* Aut necessitatem actu patitur ex mera malitia, ut esset avarus qui nollet propriam pecuniam in suis necessitatibũ insumere, & huic non tenemur Eleemosynas elargiri. Aut denique necessitatem patitur ex vehementi passione, qualis esset, qui suspendium sibi pararet, & esse etiam posset avarus, qui nollet uti sua pecũnia, & tunc teneremur illi subvenire, ex sua pecunia. Ita Lorca *disp. 37. n. 11. p. 5. t. 8. res. 19.*

Obligat verò præceptum, quamvis necessitas sit voluntaria propter Deũ.

Qualis est Religiosorum

Vel etiamsi ex gravi passione ortum habeat.

9. In GRAVI quoque necessitate obligat præceptum Eleemosynæ. Minimè verò in COMMUNI, nisi Clericos beneficiatos, ut dicemus *num. 18.* De quibus autem bonis in extrema, vel gravi necessitate facienda sit Eleemosyna, vide infra à *n. 12.*

In necessitate gravi faciendа etiam est Eleemosyna. Non tamen in communi, nisi à beneficiariis.

10. Unum hic nota, quod distributor Eleemosynę ex testamento, ex quo clarè non constet nec cõjectatur, quibus pauperibus largiri debeat, distribuere potest omnium pauperũ generi, quos recẽsui-

Distributor eleemosynæ ex testamento, potest il-

Iam præbere omni pauperum generi.

Et si est pauper, etiam sibi.

mus, *n.* 1 *p.* 2. *t.* 5. *res.* 8. Nec tenetur eligere pauperiores, est enim locus gratitudini, & si unum pauperem alteri præfert, non peccat. Ita Mantica *de conjec. l.* 5. *tit.* 5. *n.* 6. *p.* 2. *t.* 16. *res.* 19. Item, si est pauper, potest sibi applicare: non solùm si in pauperiem incidisset post testamentum, vel cum antea pauper fuerit, ejus paupertas testatori non patuit, ut docet Sanch *in sum. l.* 6. *c.* 11. *n.* 55. Sed etiam, si testator sciēs illum esse pauperem, nullam ipsius mentionem fecisset. Nam potuit id omittere per oblivionem, aut pudorem, & alioqui satis inter pauperes censendus est includi, dum non excluditur. Ita Sancius *in select. disp.* 14. *n.* 18. At non ita dicendum de eo, qui pœnitentiam habuit à Confessario Eleemosynæ faciendæ: quia Confessarius præscribere intendit Eleemosynam pœnalem, ac proindè alteri faciendam. Ita Palaus, *t.* 1. *tr.* 6. *disp.* 12. *punct.* 14. *n.* 10. *p.* 5. *tr.* 8 *res.* 38. An qui promisit Eleemosynam cuidam pauperi, possit illam sibi, vel pauperiori præbere, vide V. *Promissio n.* 5.

Secus si illum debeat ex pœnitentia.

ELEEMOSYNA.

A quibus, & de quibus bonis præbenda.

Divites privati non tenentur pauperes inquirere.

11. ELEEMOSYNAM facere tenētur divites, & Clerici beneficiarii. Et quidem divites sæculares privati secundum Mendoza in 2. 2. *disp.* 159. *sect.* 3. §. 13. non tenentur pauperes cujuscumque inopiæ ad illos subveniendos inquirere, sed suæ obligationi satisfaciūt subveniēdo pauperibus sibi notis, cum proposito succurrendi aliis se offerentibus: tum, quia pauperes frequenter se produnt, & nemo perit occultè, nisi tempore pestis, quo magistratus providere solet: tum quia aliis hoc munus iucumbit, in quorum conscientia quiescere possunt: præsertim, quòd ignorantiam facti nemo tenetur depellere: nisi adsit speciale præceptum sciēdi aliquid, ut de articulis fidei, &c. Et denique hæc obligatio molestissima esset, & homines ab assuetis occupationibus avocaret. *p.* 5. *tr.* 7. *res.* 3. † & affirmanter posteà *res.* 41. & olim *p.* 2. *tr.* 16. *res.* 26. §. *Tertiò* †.

Sed in extrema necessitate occurrentibus succurrere de necessariis statui citra depressionem.

12. Et verò divites in extrema proximi necessitate non solum de superfluis tenētur ad Eleemosynam; sed etiam de necessariis statui, quamvis in dignitate & fastu externo detrimentum aliquod patiantur: minimè verò statum opprimere, aut absolutè dejicere. Sic Mendoza, *sect.* 6. §. 56. *par.* 5. *tr.* 8 *res.* 7. † & liberius *par.* 2 *tr.* 16. *resolut.* 26. §. *Quintò* † In necessitate gravi, tenentur de superfluis status, hic Granadus *in* 2. 2. *contr.* 3. *tractat* 11. *disp. at.* 2. *sect.* 4. *numer.* 18 contra Roscellam *v. Eleemosyna.* 8. *cit. resolut.* 14. † & retractans opinionem, quam docuerat *in p.* 2. *tract.* 16. *resolut.* 26. §. *Secundò.* † de necessariis verò ad statum consulendi etiam sunt divites, cum Mendoza, *sect.* 4. §. 92. Sed probabilior videtur sententia D. Thomæ *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. *articul.* 4. quod non teneantur, ut probabimus *numer.* 4. *part.* 5. *cit. resolutio.* 15. †

In gravi itē consulendi sunt de necessariis, statui succurrere.

Sed probabilius est, teneri solum de superfluis.

Sed hanc sententiam olim *in p.* 4. *tom* 4. *resolutio* 25. appellaverat solùm probabilem. † In necessitatibus communibus certum est, illos non teneri, subvenire de necessariis naturæ, vel statui. Sed D. Thomas 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 1. docet teneri de superfluis status sub mortali: nam id pertinet ad rectam rerum divisionem, & charitas saltem obligat ad largienda superflua. Lorca in 2. 2. *sect.* 3. *disp.* 39. *membr.* 2. *numer.* 30. putat, hanc opinionem procedere quoad omnia superflua, sed quoad aliqua, quæ nimirum si to; idem à singulis divitibus præberentur, omnes pauperum necessitates sublevarentur: quia charitas obligat omnes. Et Suarez *de char. disp.* 7. *sect.* 3. *num.* 7. ait hunc actum, *nolo erogare eleemosynam in communibus necessitatibus de superfluis status*, esse mortiferum. Granad. *ubi sup. n.* 26. hanc obligationem putat urgere solum sub veniali. Ego verò cum Mendoza, §. 131. existimo nullam obligationem adesse. *p.* 2. *tr.* 15. & *t.* 16. *res.* 26. & *p.* 5. *tr.* 8. *res.* 17.

In communibus verò.

Existimo nullam obligationem habere.

13. Pro quorum intelligentia adverte cum Granado *sect.* 2. *n.* 3. bona temporalia ad tria genera revocari, nam aliqua sunt necessaria.

Vnde hic, quæ sint superflua, natura.

necessaria ad vitæ propriæ, & eorum, qui sub nostra cura sunt, substentationē: alia ad statum decenter conservandum; alia denique, quæ nec vitæ, nec statui necessaria sunt, sed omninò superflua. *p. 5.tr.8.res.1.§ Suppono secundo.* Inter superflua etiam numerat Lorca, quæ præsenti statui redundat, licet inservire possint ad illum meliorandum: nam alias nulla essent superflua, cum semper quis statum meliorare posset. Et si dicas tunc non esse superflua, cum status melioratio proximè speratur: infert magnum absurdum, nimirum, quod plura quis supra exigentiam status haberet, eo minus diceretur habere superflua; quia proximior esset statui altiori. Secus verò, si quis alia via statum meliorem prætendit, ut fieri Dux exercitus, Consiliarius Regis, &c. ad cujus conservationem superflua præsentis status necessaria forēt; nam tunc non dicerentur superflua. Ita ille *ubi suprà, memb.1.nu.7.* Verum Granado, *sect.1.num.3.* probabilissimè tenet, nec ea dicenda esse superflua, quæ conservantur ad meliorandum statum, cum nemo teneatur proprium statū, ne proximus amittat suum, amittere, vel ab altiori acquirendo desistere. Nec ea, quæ inserviunt sumptibus honorabilibus, filiorum, & familiæ munificentiæ, magnificentiæ, futuris eventibus & similibus: in qua sententia vix Reges inveniuntur, habentes superflua status, *par.5.tr.8.resolut.20.* † & absolutè olim *par.2.tr.16. res.26.§ Quartò.* † His positis.

Et statui.

Et an etiam ea, quæ inservire possunt ad statum meliorandum.

Et quæ inserviunt ad magnificentiam.

14. Quod in extrema necessitate non teneatur dives subvenire, suum statum opprimendo, vel dejiciendo, probatur; tum, quia Reipublicæ utilior est opulentus civium status, quam unius privati vita: tum etiam quia, si non tenetur quis cum gravi status detrimento exquisitas medicinas in suis infirmitatibus quærere; multò minus tenetur id facere in infirmitatibus alienis. Et denique status defectio est gravissimum damnum, cum quo nemo tenetur proximo providere. Imo ait Coninch. *disp.27.dub.8.num.134.* te non teneri pro redimenda privati vita, magnas divitias expendere, v. g. tria vel quatuor aureorum millia. *resol.7.tom.8 & 26.tract.16. ubi sup.* observat tamen Lorca *memb.2.num.39.* vix unquam cōtingere, quod extrema necessitas proximi sublevari non possit absque status incommodo. Nisi occurreret simul in multis, ut tempore famis, pestis, &c. in quo casu tenerentur omnes in solidū ita quo, nemine subveniente, omnes peccarent, & omittentibus aliis, quilibet ad integrum teneretur. Possent tamen convenire, ut occurrant per partes, & tunc si quis certò speraret, alios pro rata parte satisfacturos, satisfaceret præbendo suā partem. Ita ille *memb.3.nu.50 par.5.tr.8. res.13.* Si verò oporteret, teneretur quilibet etiam cum amissione status, subvenire; quia talis necessitas esset publica. *par.5.tr.8. resolut.7.§ Notandum est tamen hic.* Quod in necessitate gravi consulendi sint divites succurrere de necessariis status, non tamen teneantur, probatur, etiam, quia ex una parte gravis necessitas est quasi extrema, & non est vera amicitia, quæ patitur insigni necessitate amicum opprimi, cum levi incommodo subveniri potest: præsertim, si de necessariis statui pauca insumenda forent, ut si vir nobilis contentus esse deberet ver.gr. tribus tantum famulis, & aulæis sericis, cum ad ejus statum pertineat habere quatuor famulos, & aulæos ex serico auroque contextos. Ex alia verò parte, unusquisque habet jus vivendi juxta decentiam sui status, quo extra extremam proximi necessitatem non privatur. Et quod unus lautè, alius miserè vivat, humanæ conditioni tribuendum. Cumque tot viri docti usque ad hodiernum diem nullum jus divinum, aut humanum, oppositum convincens, afferre potuerint, signum est rem hanc esse saltem dubiam, ac proinde præceptum non obligare, quia præcepta dubia non obligant saltem sub mortali. *part.5.tract.8.resol.15.* Quod verò teneantur subvenire de superfluis, patet; quia quilibet tenetur sublevare miseriā proximi sui, saltem quando nullum patitur detrimentum: charitas enim obligat ad diligendum proximum, *non*

Vide quoque probationem dictorum.

Et an divites regulariter sint in malo statu, propter defectum eleemosynæ.

solùm verbis, sed etiam opere, & veritate. Quod si ex hoc inferas, multos divites damnari, quia multi in gravi necessitate manum non præbent. Aragonius *in 2.2. quæst.32.art.5.* concedit consequentiam. Et Bannez *ib.att.6.dub.2.* non solùm ipsos, sed & ipsorum Confessarios, damnari existimat. *p.5.tr.8.res.14* sed dicendum cum Valentia *tom.3.disp.3.quæst.9.punct. 4.§.2.* utrosque excusari posse, aut quia gravem proximi necessitatem non satis cognoscunt, aut quia probabiliter judicant ab aliis subveniendum: aut denique quia vix inveniri superflua status, diximus supra, *ibid.tr.9.resol.41.* in fine, & olim *part.2.tract.16.res.26. & part.4. tr. 4.resol.215. §. Notandum.* Petes: An excusari etiam possint auctoritate Roselæ, docentis extra extremam necessitatem non urgere præceptum eleemosynæ? Respondeo secundum Bonacinam *disp.7.lib.4.punct.6.n.8.* posse, quia secundum ipsum est probabilis: secundum Mendozam *sect.4 §.86.* non posse, quia nec probabilem, nec tutam existimat. *resol.14. citat §. Quares.* Denique quod in necessitatibus communibus nullum sit præceptum eleemosynæ, probatur, quia, aut necessitas est communis, quia levis, vel quia ab aliis sublevatur. Si primum, certè non teneor hominem ab omni labore redimere; locupletare, & in magnam felicitatem deducere, ut nec caput leviter doleat; hanc enim sollicitationem nec parentes habere solent cũ filijs. Si secundum, alius succurrat, nec periculum sit in mora, non est cur tenear mea bona erogare, etiam in gravi vel extrema necessitate. Sic Mendoza: Qui tamen addit, omittere eleemosynam in his casibus, frequenter esse peccatum veniale, ex fine inhonesto conservandi magna cum cum aviditate pecunias. *part.5. tract.8.resol.17.*

In statu periclitans non debet de superfluis necessario subvenire.

15. Petes primò. An qui periclitatur in statu, ob injustam rei temporalis amissionem, subveniendus necessariò sit de superfluis status? Respondet Vasquez *de eleemos.cap.1.dub.1.num.26.* affirmativè, in qua sententia, si periculum status, immineret alicui ob litem feudalem, teneretur dives dare illi tria, aut quatuor aureorum millia ad litem prosequendam. Sed ego teneo cum Mendoza §.98. quod si is è statu cadens, non cogeretur mendicare, servire aut vilem artem exercere, sed retineret alimenta, & vestes congruas, ut absque periculo infamiæ possit degere inter suos, nemo teneatur illi statum conservare: quia non dicitur esse in vera necessitate, neque communi; divitiæ enim, & splendor, quem amittit, non inserviunt ad depellendam miseriam, sed ad augendam dignitatem, quam illi ex nulla lege teneor conservare. *part.3.tract.8.resol.16.*

Si post statum amissũ possit honestè vivere.

16. Petes secundò: An egeni per vias expositi, ostendentes famem, nuditatẽ, morbos subveniendi ex præcepto sint de superfluis vitæ? Respondet Malderus *in 2.2.q.32.art.5.dub.2.q.4.* tarò præceptum cum his obligare; tum quia talis necessitas ut plurimum exaggerari, vel etiam simulari solet, ad movendos spectatores; tunc quia tales expositi facilè ab aliis levabuntur, *p.5 tit.8.res.17.§. Notandum est.* Et hæc circa divites.

Quid de infirmis per viam expositis.

17. Porrò Clericorum Beneficiariorũ major est obligatio circa eleemosynas largiendas: nam Episcopi, & cæteri in necessitatibus gravibus tenentur erogare totum superfluum, *p.5. tract.8. resolut. 27.* Quæ quidem obligatio incumbit etiam Papæ, quia est de jure divino, & naturali, contra Sotum *lib.10.q.4. art.3.* in quo proinde dispensare non potest, contra Cordubam *lib.1. qu.18.* Sic Sanch. *in op. & tom.1.lib.2.c.2. dub.40.n.3.p.5 tr 8. res 28.* Peculiariter verò tenetur Papa subvenire Cardinalibus egenis, quorum est speciale caput, & cum eis facit quid unũ. Unde multi apud Cucchum *l.2 tit. 4.n.132* docuerunt, Cardinales egenos de redditibus fisci Apostolici sublevandos: *Nemo enim carnem suam odio habet, sed magis nutrit, & fovet eam,* inquit Apostolus ad Ephes. *5.p.5 t.2.res.33.* Incũbit etiã pensionarijs, si pensio est Ecclesiastica: nam cum hæc sit pars fructuum Ecclesiasticorum, est verè beneficium Ecclesiasticum. Licet Vasquez *de eleemos. dub.ult.n.22.* dicat, non dari titulo beneficii, ac

Clerici beneficiati strictius tenentur ad eleemosynam.

Et in gravibus necessitatibus, ad totũ superfluum.

Præsertim cum Cardinalibus egenis.

Etiam pensionarii.

Nisi pensio sit laica.

ficii, ac proinde non inducere talem obligationem. Secus si pensio est laica. Sic Mendoza *in* 2.2. *disp.* 160. *sect.* 7. §. 117. *p.* 5. *t.* 8. *res.* 29. & ex parte olim, *p.* 4. *t.* 4. *res.* 161. in fine. Quare commendæ Religionum militarium quæ commendatariis dantur titulo laico, ut scilicet prompti sint ad militiam, ad requisitionem. Magistri, cõtra Navarrum *de reddit. q.* 7. *n.* 38. non inducunt talem obligationem. Sic Mendoza §. 119. Nec obstat, devota ipsorum paupertas: nam non est adeo stricta, ut videre est *v. Religiosi milites. p.* 5 *t.* 8. *r.* 30. Secus dicendum de monasteriis Regularium: nam hæc in extremis, & gravibus necessitatibus tenentur dare totum superfluum, & quandoque etiam ex necessariis. Imò Abulensis *ad c.* 6. *Matth.* hanc obligationem illa habere innuit, etiam in necessitatibus ordinariis, consideratis tamẽ necessitatibus eorum tam præsentibus, quam quæ probabiliter timentur: juxta illud Christi Luc. 11. *Quod superest, date eleemosynam:* nam bona, quæ ipsis tribuuntur, non tribuuntur ad diteſcendum, sed, ut superflua aliis pauperibus distribuant. Sed placet opinio Suarez *de relig. tom.* 4. *tr* 1. *lib.* 2. *c.* 26. *n.* 13. quòd regulariter loquendo, teneantur ad aliquã eleemosynam, non tamen ad omne residuum. Immò melius esse, quod monasteria ipsa, si commodè potest, in vasis sacris, cellis, & perpetuis redditibus amplificentur plures Religiosos sustentatura: nam hoc majus Dei obsequium est, quàm ampla pauperibus ordinarii facta largitio, *p.* 4. *t.* 8. *res.* 33.

Etiam monasteria Regularium.

In communibus verò, si sint pastores, tenẽtur pauperes quærere.

18 Portò in necessitatibus ordinariis Clerici beneficiati, si sint pastores tenentur pauperes quærere, ut eleemosynam præbeant: secus, si non sint curati. Sanch. *in opusc. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2 *dub.* 39. *n.* 4. & 5. *part. tractat.* 4. *resol* 158. Et utrique tenentur dare, ut nimirum, quartam partem, vel medietatem residui de redditibus Ecclesiasticis, juxta benigniorem opinionem Mendozæ, *sect.* 5. §. 105. ubi Episcopis consulit, dare quartam partem; nam, quia ut plurimum sunt Principes, parum habere solent residui, nisi Episcopatus sit pinguis. Clericis verò aliis, qui parcè vivunt, congruam prius sustentationem recipere, & dein superflui dimidium erogare, sed si hi omnes tertiã partem præbeant secutiores fore, & de reliquis duabus posse ad libitum disponere, nec ad aliud teneri, quia reddituum Ecclesiasticorum sunt veri domini, etiam si sint Religiosi: unde hæc obligatio erit solius misericordiæ, quæ in necessitatibus communibus non obligat ad erogãdum totum superfluum: nec aliud statum, & curam pastoralem exigere, *part.* 5. *tractat.* 8. *resol.* 17. Sed Granado *in* 2. 2. *controv.* 3. *tractat.* 11. *disput.* 3. *numer.* 21. vult cum communi, sufficere quidem, quòd in eleemosynam Episcopi quartam, alii verò beneficiati quintam, vel etiam sextam partem elargiantur: cæterum quod superest, in usus pios expendendum esse, *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 214. Et Laymann, *lib.* 3. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. contendit, talem obligationem esse justitiæ, non charitatis tantùm: esto quod sint tales reddituum veri domini; nam tale dominium, non absolutum, sed cum tali onere recipiunt, ut contingit in fideicommisso, legato sub gravamine, & aliis plerumque acquisitionibus. Sed oppositum est probabilius, *part.* 5. *tract.* 8. *resol.* 31. in fine. Advertit insuper Mendoza, nomine reddituum Ecclesiasticorum, hoc loco non venire distributiones quotidianas pro singulis Horis in choro, stipendia mortuorum, eleemosynas missarum, & concionum (adde ex Sanchez *dub.* 45. *num.* 6. nec stipendia capellaniæ etiam collativæ, & stipendia accepta pro ministerio, quod beneficiati præstare alias tenerentur, *part.* 4 *tract.* 4. *resolut.* 171.) Item non stipendia visitationis, & alia omnia quæ ab Ecclesiasticis acquiruntur personali labore, & industria, donatione, hæreditate, aut quocumque alio titulo, præter titulum beneficii, (& multò minus stipendia officiorum à laicis principibus concessorum, *part.* 4. *cit.*) Sed tantum annuos redditus, qui appellantur *Grossum part.* 3 *tr.* 8. *resol.* 27. Et si Clericus aliquid de necessariis sumptibus sibi subtraheret, nec cum eo computandum esse quoad eleemo-

Et, licet non sint, tenentur præbere ad minus quartam partem.

Annuorum reddituum, qui appellantur (Grossum.)

cleëmosynas tenet Navarr. *de reddit. q.1. n.59 part.4.tr.4.resol* 131.

Quid de uxoribus?

19. † Petes primò: An omnes possint eleemosynas facere? Respondeo, omnes qui dominium habent bonorum temporalium, de illis bonis, quorum dominium habent. † Uxores igitur dare possunt de paraphernalibus: filij familias de castrensibus, vel quasi castrensibus, & servi de rebus propriis, in iis casibus in quibus *verb. Servus* dicemus, eos habere posse dominium. Item hi omnes, ac etiam Religiosi, de bonis mariti, patris, domini, monasterii, quando habent rerum administrationem, & separatur ratihabitio. Vel si de certa portione sibi assignata aliquid subtrahunt: quoties item de illorum, ad quos spectant, præsumitur voluntate (unde, & pupilli possunt eleemosynas præbere suis paribus consuetas, & Tutores, Curatores, omnesque illi, qui aliena bona administrant, possunt de illis eleemosynas moderatas præbere, & quas præberent domini, nã quia id exigit recta administratio, præsumitur consensus eorũ, ad quos spectat. Lorca *in* 2.2. *sect* 3. *disput.* 56. *num.* 10. & alii communiter, *part.*5. *tractat.*8. *resol.*35.) denique in extrema proximi necessitate. In specie verò, uxor, præter casus prædictos, absque consensu viri, moderatas eleemosynas facere potest, ad ejusdem viri damnum spirituale, vel temporale vitandum (exemplo Abigail 1. Reg. 15. quæ David munera piè misit, quæ maritus impiè negaverat, *part.* 2. *tractat.* 16. *resolut.* 23.) Ita Lessius *lib.*2. *cap.* 12. *dub.* 14. *numer.* 84. Item ad sustentandos filios egenos ex priori matrimonio, vel fratres: nam sic petit arcta sanguinis conjunctio, & ipsius etiam viri decentia. Sic Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disput.* 2. *punct.* 13. *numer.* 16. Soluto tamen matrimonio, quæ sic dedit, in suam partem computare tenetur. Et tandem, inscio, vel etiam repugnante marito, distribuere potest in eleemosynam pauperibus ordinariis vigesimam annuorum proventuum partem: nam in hoc vir non potest esse invitus rationabiliter; ipsa enim non est mancipium, sed socia bonorum; unde spectat ad ipsius decentiam aliquas eleemosynas elargiri. Ita Granado *disputat.* 5. *num.* 3. contra Turrianum *in* 2. 2. *disputat.* 84. *dub.* 1. Si verò filios indigentes haberet, vel esset statutum aliquod peculiare in natione, ut est in Hispania, teste Navarr. *cap.* 17. *num.* 155. tunc nec bona acquisita ex donatione, &c. posset exteris pauperibus elargiri. Filius item, secundùm Mendozam *ubi suprà sect.* 6. §. 139. dispensare etiam potest in Eleemosynam acquisita ex ludo, ex præsumpta patris voluntate. Item si pater nullas Eleemosynas faceret, facere posset ipse pro illo. Si verò immoderatas præberet ex bonis paternis, teneretur fratribus restituere pro rata. Religiosus verò secundùm Sanchez *in summ. tom.* 2 *lib.* 7 *cap.* 19. *num.* 96. potest facere Eleemosynas moderatas, etiam interdicente superiore: nam is non præsumitur prohibere moderatas, & consuetas. † Quæ dicta sunt de uxore, habẽtur *part.* 2. *tract.* 5. *resolut.* 33 *tract.* 16. *resol.* 23. *part.* 5. *tract.* 8. *resol.* 34. & ex parte recitative *in tract.* 5. *resol.* 24. §. *Non desinam*: quæ de filiis familias, habentur *in part.* 5. *tract.* 8. *resol* 25. quæ de servis. *ib*, *resol.* 26. quæ de Religiosis *ibid. resolutione* 32. †

Filiisfamilias?

Servis?

Religiosis?

Pupillis?

Tutoribus, & administratoribus?

De propriis bonis si quibus permittuntur possunt eleemosynas facere.

De bonis viri, patris, monasterii, &c. in certis casibus, & cum moderamine possunt.

Eleemosyna Concionatori præbenda sumptibus Prælati. Si non adsit consuetudo, ut præbeatur à populo.

20. Petes secundò; Quibus sumptibus facienda sit Eleemosyna Concionatori? Respondet Paponius *de iur. Franc. lib.* 1. *arest.* 9. *in Gloss. litt. A.* in metropoli, sumptibus Archiepiscopi, vel Episcopi, quibus prædicandi munus incumbit; in Capido autem, recipiendum decimas; ipsum verò alendum à Parochia. Sed in hoc attendenda est consuetudo; nam licèt de jure teneatur Episcopus, si ex consuetudine facere soleat populus, ipse ad nihil tenetur. *part.* 3 *tract.* 5 *resol.* 71.

Aliàs non

Moniales præferenda.

21. In eleemosyna dispensanda sunt præferendæ Moniales aliis Religiosis. Messias. *p.*10. *tract.* 13. *resol.* 5.

22. De filiis circa parentes, & è converso in eleemosynis præstandis, sibique invicem subveniendo, vide abundè *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 60.

ELEE-

ELEEMOSYNÆ Effectus.

Eleemosyna an liberet Canonicum à restitutione ob Horas omissas?

1.† PRÆTER tot bona spiritualia & temporalia, quæ virtute Eleemosynæ ex divina promissione sperantur, ut videre est in sacris litteris, & SS. Patribus. † Canonici omittentes Horas Canonicas, & ob id ad restitutionem astricti, si Eleemosynas æqualis valoris cum fructibus restituendis fecisse inveniuntur, etiam absque hoc intuitu, secundùm Laymann *lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 12. num. 9.* liberantur ab onere restitutionis: nam talis præsumitur esse illorum intentio: & leges Ecclesiasticæ benignè sunt explicandæ *part. 3. tract. 6. resol. 57. & part. 7. tract. 10. resol. 24.* & an id dicendum sit de aliis obligationibus, vide *verb. Debitor, num. 4.*

EMERE.

Emere quisque debet iusto pretio.

1.† AD justam emptionem requiritur in primis, quòd pretium sit justum. Justum autem est pretium, quod taxa præscripsit, aut mercatorum consensus approbavit, quamvis hoc secundum habeat latitudinem, de qua *verb. Pretium.* † Aliquando verò res emi possunt minoris quàm alioquin venderentur, quibusdam concurrentibus circumstantiis, quæ pretium illarum diminuunt. Ità Covarruvias *lib. 2 cap. 3. num. 5.* Et sic in fine nundinarum merces minoris emuntur, quàm initio, &c. & quando merces offeruntur ultro, & sub hasta, ut dictum est *ibid num. 4. 5.* Si quis autem sub hasta rogaret astantes, ne plus offerat, ut ipse emat pretio infimo, sed justo, non peccaret. Secus, si cogeret vi, aut metu: quod procedit quoque in emptione vectigalium officiorum, &c. Reinald. *tomo 2. lib. 25. cap. 22. numer. 379.* contra Megalam *in 2. 2. lib. 2. cap. 6. quæst. 5. num. 146. part. 1. tractat. 8. resolutione 76.* Item minoris emi res possunt anticipata solutione; tum propter periculum non habendi merces, aut non sine litibus, & expensis: tum ob lucrum cessans, aut damnum emergens ex tali solutione: tum quia sic minuitur emptorum, & augetur venditorum numerus. Et tandem, quia tempore traditionis propter multitudinem, & necessitatem emptorum, merces ipsæ vilius emerentur. Ita Bonacina *de contr. disput. 3. quæst. 2. punct. 4. num. 20.* contra Valentium *tom. 3. disp. 5. quæst. 20 punct. 2. §. 2. part. 1. tract. 8. resolut. 22.* Ex quibus patet, licitam esse emptionem saccharorum in hoc Regno, pretio minori sub infimo, anticipata solutione. *part. 1. tract 8. resol. 78.* Quid dicendum de adjudicationibus prædiorum vili pretio, in hoc Regno fieri solitis, vide *verb. Pretium, num. 5.*

Anticipata solutione.

Seclusis certis casibus.

Vi si merces sint ultroneæ.

Si vendantur sub hasta.

2. Rursus res, quæ ad usum ordinariũ vendi solent tanti, ab eo, qui in aliquem utilissimum, sed ignotum finem procuratur, emi potest non pluris. Et sic invenies in fasce oleorum, vel herbarum, quæ venduntur ad pabulum animalium, vel ad comburendum, herbam magnæ virtutis ignotæ, emere illam posset pretio currenti. Ità Molina *tom. 2. tract. 2. disput. 353.* & DD. communiter, quidquid contra asserat Turrianus *in 2. 2. to. 2 disput. 58. dub. 4. num. 6.* Similiter fundus, in quo latet thesaurus, emi potest pro simplici fundo, etiam ab eo, qui scit de thesauro: quia talis simpliciter æstimatur. Idemque docet Salas *de emp dub. 26. num. 5.* † & post illum Trullench *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 20. dub. 12. n. 10.* † de re pretiosa, in iis regionibus, in quibus non æstimatur: & de lapide pretioso, cujus qualitatem lapidarius ignoraret. *part. 1. tr. 8. resol. 79.*

Nec enim debent, quanto valent ad aliquem finem ignotum, & insolitum.

3. Item credita difficilis solutionis, possunt minoris emi: & si difficultas, incertitudo, interesse, molestia, &c. in exigendo, æstimentur pertingere ad dimidium, possunt emi dimidio, etiam ab eo, qui sua industria, vel fortuna sit facilè recuperaturus: nam id suæ fortunæ, vel specialis diligentiæ foret effectus, justũ pretium rei emptæ est, non quanti valet emptori, sed quanti valet in se, aut creditori, cõsideratis certis circumstantiis.

Credita difficilis solutionis, emi possunt minoris.

Ita Bonacina *de contr. disputat. 3. quæst. 3. punct. 10. num. 4.* contra Malderum *in 2. 2. tractat. 5. cap. 7. dub. 5.* Unde ait Lessius *lib. 2. cap. 21. dub. 9. num. 6. & 7.* quod, si cui Turcarum Princeps deberet mille aureos, quos vix esset recuperaturus, emi possunt centum ab alio, qui facilè exacturus foret. Ex quibus patet, libraneias, quæ à Thesaurario hujus Regni difficilè exigi solent, posse à quocumque minoris emi, etiam dimidio, *part. 1. tract. 8. resolut. 50.*

Sicut si sint immaturæ.

4. Et verò credita immatura, si aliàs sunt facilis, & certæ solutionis, non possunt secundùm Reginaldum *tom. 2. l. 25. cap. 18. num. 312.* minoris emi secluso damno emergente, & lucro cessante, ob solam anticipationem solutionis: nam jus ad centum certa tanti valet, quanti centum ipsa: sola enim temporis expectatio non minuit rei valorem. Sed his non obstantibus, probabile est posse, & ipsum etiam debitorem solvere possuum debitum anticipatè, aliquid sibi retento, quia pecunia præsens pluris æstimatur, quam absens: & minus est, habere jus ad rem, quam habere rem ipsam, *l. minus, ff. de reg. iuris.* Et denique hic contractus non esset usurarius, quia non esset mutuum, sed emptio, & venditio: jus namque ad rem emi potest, sicut jus transeundi per aliquem agrum. Hanc sententiam teste Lessio *lib. 2. cap. 21. dub. 8. num. 66.* docuit publicè Lovanii Bellarminus, & Ledesma *tom. 2. cap. 33. tract. 8.* ait, post factum non esse damnandum. Sed, cum sit probabilis approbari potest, etiam ante factum, *part. 1. tract. 8. resolutione 49.*

Aut si venditor sponte dimittit.

5. † Item, cùm venditor residuum sponte dimittit; res emi potest quocumque pretio. † Sed hic nascitur dubium, an sartores, quibus cura emendi pannos, & serica pro conficiendis vestibus committi soiet, & qui unius mercatoris officinam frequentantes, inveniunt pretia mitiora, possint illud plus pretii, quod ipsis remittitur, in conscientia retinere? Salas *dub. 45. nu. 6.* negat, aitque, mercatorem revera nihil dimittere, sed mercem se illis dimittere ad illos decipiendos. Filliuccius verò *tom. 3. tract. 35. cap. 6. num. 149.* affirmat, & revera illis aliquid dimitti, quia parùm interest mercatoribus, quòd suam officinam frequentent, *part. 1. tract. 9 resolut. 26.* An verò possit retinere fragmenta, vide *verb. Salarium, num. 5.*

6. Petes hic primò: An è contrario, si venditor de rebus taxatis vult aliquid supra taxam, possit emptor sic emere? Respondeo affirmativè; quia hoc est redimere vexationem iniquam. Quare, non est illicitum, solvere macellario carnes selectiores supra pretium taxatum, nolenti eas dare pretio currente. Caveant verò emptores, ne specie majoris lucri alliciant macellarium ad carnium electionem: nam ipsi in hoc peccant, ut dicemus *verb. Vendere, nu. 6.* Et ideò illos ad hoc inducere, est peccatum scandali. Ita Megala *in 2. 2. lib. 2. cap. 6. q. 3. num. 113.* Caveant etiam (ait Graffius *part. 1. lib. 2. cap. 93. num. 21.*) ne cum illo conveniunt, ut si ab officialibus interrogentur, perjuriis, & mendaciis illos decipiant: nam in hoc peccarent mortaliter ob damnum Reipublicæ, *part. 1. tract. 8. resolut. 35. § Sed hic.* † Adde, & ob perjurium. †

An liceat emi carnes selectiores supra taxam.

7. Petes secundò: Quonam tempore Senatores, & Gubernatores civitatum provisionem frumentorum facere teneantur? Respondeo tempore recollectionis vel alio, quo vilius venduntur: nam tenentur sub gravi onere Reipublicæ res diligenter, & cum utilitate tractare; nec expectare tempus, quando jam extractiones factæ sunt. Sic monet Palatius *de contr. lib. 2. cap 2.* & alii *part. 2. tract. 15. resolut. 66.*

Et quando Senatores tenentur provisionem frumentorum efficere?

8. Hæc circa pretium. Nunc videndũ à quibus venditoribus emi liceat: nam cap. *quod olim.* Extravag. Nicol. VI. *olim.* & Clem. V. *multa mentis, de Iudæis,* prohibent mercimonium cum Sarracenis. Sed non loquuntur pro casu necessitatis. Unde, posito, quòd in Sicilia sit magna penuria carnium, ut aliqui dicunt, non esset illicitum Siculis, emere boves, & juvencos à Mauris Tunetanis, & cum illis alias merces permutare. Nam id cũ majori

An liceat emere à Mauris, & cum illis permutare?

majori Christianorum utilitate, etiam in deferendis rebus illicitis, licere docet Reginaldus *tom.1. lib.9.c. 18. num.301.* Adde quòd jura citata solum prohibent deferri mercimonia ad Saracenos Ægygypti; vide Corradum *de controv. tract.3. quæst. 51. conclus.1. part.2. tract.16. resolutione 34.*

In dubio, an res sit furtiva, emi potest cum intentione restituendi domino. Etiam pretio justo.

9. Deinde, res furtiva, & quæ talis esse dubitatur, emi non potest, nisi cum intentione illam vero Domino, deductis expensis, restituendi, in casu quo is numquam, vel non sine expensis esset recuperaturus: nam in hoc casu negotium Domini utiliter agitur Ita Medina *Codic. de restit. quæst 10 §. aliter tamen.* & DD. communiter, qui, quamvis Merolla *tom.1. disput.3. cap.3. dub.1. Corollar.5. num 36.* dicat, talem rem non posse emi, nisi modicum, absolutè dicunt, emi posse pretio justo. Advertunt tamen, quòd si Dominus non compareat, res converti debet in usus pios, deducto pretio, &c. *part.4. tract.3. resol.33.*

Quid, cùm adest suspicio, aut rumor, quod venditor sit fur?

10. Quod si rumor sit, aut vehemens suspicio, quod quis vendat res furtivas: ementem ab eo sine sufficienti examine, mala fide emere, ait Merolla *ubi suprà num.32.* quamvis ignoret, rem, quâ emit, esse furtivam, & credat, venditorem non vendere res furtivas. Sed Palaus *tom 1. disp.3 punct.3 num.5.* ait, hoc procedere, quando de tali venditore talis infamia rationibus efficacibus, & moraliter convincentibus probaretur: quia nemo præsumitur malus, nisi probetur, *l. merito ff. pro socio. parte 4. tract. 3. resol. 27 §. Notandum.*

Et quid, si in dubio quod res sit furtiva, quis illiam emit?

11. Ubi verò quis rem emit dubius, an furtivam, ait Palaus *num.2.* teneri hoc diligenter investigare, & si dubius adhuc manet, rem cum eo cujus esse dubitat dividere. Si Dominus compareat, restituere totam, & pretium amittere, quia mala fide dedit. Si verò emit à possessore bonæ fidei, & post adhibitam diligentiam remanet dubius, ad nihil teneri, quia succedit juri illius, pro quo stat possessio, *part.4. tract.3 resol.27.*

Emptor rei furtivæ potest contra-ctum rescindere, ad recuperandum pretium, si emit bona fide.

12. Emptor autem bonæ fidei, si stante bona fide rem revendit, ad nihil tenetur, ut dicemus *verb. Restitui à n. 4. & 5.* Si verò ante revenditionem certior fit de furto, secundum Cajetanum *in 2.2. quæst.62. artic.6.* tenetur rem vero Domino restituere, nec posse cum latrone contractum rescindere ad recuperandum pretium; quia cooperaretur injustæ detentioni, & Judex cognito domino rei, statim jubet ei restitui, quæ sententia cum justa sit, supponit obligationem in conscientia. Sed contraria sententia Bonacinæ *de controvers. disputat. 1. quæst. 4. punct. 2. num. 1.* videtur probabilior: quia talis emptor non tenetur potius alienis, quàm propriis consulere, & cum amissione sui pretii rem alterius in tuto ponere: nec cooperari dicendus est injustæ latronis detentioni; nam huic liberum est restituere, & si non restituit suæ malitiæ tribuendum. Judex verò sic judicat, quia in exteriori judicio sic expedit, Secùs, si quis rem alienam gratis accepit: nam tenetur restituere vero Domino, nisi certus moraliter sit, latronem restituturum. Ita Sayrus *lib.10. tract. 2. cap.2. num.21. part.1. tract.8. resol.69.*

Et probabiliter, etiam si mala.

13. Emptor similiter malæ fidei, tenetur restituere vero domino: nam qui mala fide emit, sibi imputet quòd pretium amittat. Sic Turrianus *in select. cent.4. dub.36.* Quia tamen immeritò improbabilem vocat contrariam sententiam Alensis *part.4 quæst 86. num.3. artic.5.* quam probabilem vocat novissimè Marchantius *part.2. cap.7. quæst.20.* Primò, quia res apud talem emptorem non est in meliori statu, quàm apud furem. Et si esset, nemo tenetur cum suo incommodo rem alterius in meliorem statum deducere. Secundò, quia fur rem justè repetit, ut restituat: quare justè emptor reddet, ut restituatur. Et tandem, fur furatus à fure secundum Sà *verb. furtum n.11.* potest, imò secundum Navarrum *lib 3. c.4 p.5. dub.4.* debet reddere eidem furi. Ergo idem in casu nostro. *part.2. tract.17. resolut.4. & part.5. tract.14. resol 87.*

Emptor fundi an teneatur

14. Emptor fundi ad plura debita hypothecati, tenetur secundum aliquos in

tur ad debita, ad quæ fundus est hypothecatus?

conscientia solvere auct. *l. si convenit, §. fundus. ff. de pignor.* & aliorum jurium; quia nimirum res transit cum suo onere. At Valerus *verb. debitum diff.* 11. docet, quòd si venditor, qui est debitor principalis, est impotens ad solvendum, excusatur etiam emptor, qui est debitor accessorius, & nihil ad ipsum pervenit de debitis: nam venditor in eum non transmisit actionem personalem, ex qua oritur obligatio fori interni, sed tantùm actionem realem passivè: propter quam obligari potest per Judicem ad solvendum. Sed an hæc sententia sit probabilis, & an loquatur de censibus decursis, alii videant. *part. 2. tractat. 16. resolut. 40.* Et si in fundo emptor invenit Thesaurum, debet inter se dividere emptor, & venditor, de aliis casibus curiosis. Vide *part. 9. tractat. 8. resolutione 10. per totam.*

Licet reliquias ab infidelibus redimere.

15. Licitum est reliquias ab infidelibus emere, cum non dicitur emptio, sed redemptio vexationis, quam infideles exercent retinendo reliquias. Diana *part. 10. tract. 1. resol. 18. §. Nota etiam.*

De Thesauro latente in agro empto quid sentiendum.

Potest quis sciens emere Thesaurum in fundo, licet pretio currenti emere fundum à Domino ignaro Thesauri. Ita D. Thom. & alii quamplurimi contra Hurtado, & alios; quia pretium justum rei sumitur præcisè ex communi æstimatione hominum, non ex majori utilitate rei. Verùm etsi hæc opinio sit vera, non inepte quidam existimant Thesaurum intra venditorem & emptorem æqualiter dividendum. *p. 9. tract. 3. resol. 15.*

EMPHYTEVTA.

Non tenetur ad restitutionem cessante solutione Canonis.

1. EMphyteuta cessans à solutione Canonis non tenetur restituere, nec post triennium, si Dominus agat de privatione Emphyteusis. Fachinæus *part. 8. tract. 7. resolut. 9.*

Non potest consanguineis dari.

2. Prælatus rem Emphyteuticam reversam ad Ecclesiam, non potest consanguineis in Emphyteusi dare, *text. Novel. 120 cap. 5. §. OEconomis, alii affirmant, ibid. resol. 24.*

Corruit ultra metam taxatum.

3. Si à Prælato conceditur Emphyteusis ultra legitimam metam solitam, taxatam ob largiorem concessionem, non omninò corruere volunt, Baldus, & alii, tamen ultra metam taxatam nihil habet roboris, sed non tollitur nisi excessus Novell. *part. 8. tract. 7. resol. 30.*

Per 30. vel 40. annorum spatium non facit præscriptionem, secus trãsactis.

4. Emphyteuta per 30 vel 40. annos non solvens pensionem, rem Emphyteuticam, non facere præscriptionem speculator; affirmant aliqui transacto quadragenario facere præscriptionem. Corn. *part. 8. tract. 7. resol. 36.*

Non est necessaria scriptura de re civili.

5. Scriptura in contractu Emphyteutico de re Civili, non est de substantia, sed solum de re Ecclesiastica. *ib. res. 25.*

Obligat juramentum acceptatum.

6. Si juramentum emphyteutæ sit acceptum à proprietario obligat eum ad solvendam pœnam juratam incursam, secus si non est acceptatum juramentum. Amicus *part. 10. tract. 16. resolut. 56.*

Laico non datur purgatio mora.

7. Non datur purgatio moræ de emphyteuta laico, seu Civili, secus de Ecclesiastico, qui si per duos annos nõ solverit pensionem constitutam amittit rẽ, nisi celeri satisfactione moram purgavit, si fuerit sæcularis, & per tres annos non solverit, quarum faceret celerem satisfactionem non conceditur moræ purgatio secundum jus commune, utraque DD. classis *part. 10. tract. 16. resolut. 57.* quoad fructus non tenetur post triennium elapsum restituere. Fachin. quod tenetur dicit Speculator, & alii; utraque est probabilis. *ibid. §. quod & contra.* Quod apprehensionem possessionis rei emphyteuticæ post incursam caducitatem auctoritate propria, si scandalum exinde non est evasurum, potest apprehendere Dominus rei. *ibidem. §. Quod ego.*

Potest accipere possessionem post incursam caducitatem.

Vendita pars inciditur pensio.

8. Vendita parte rei emphyteuticæ incidit pars totius pensionis. Amic. & alii, *p. 10. tract. 16. resol. 59.*

ENSALMVS.

Quid sit ensalmus.

1. † ENSALMUS, seu incantatio, dicitur structura verborum metro vel soluta oratione composita ad effectus miros, & supernaturales edendos.

† Cogni-

† Cognitio ensalmorum, & ensalmatorum pertinet ad Inquisitores. Vide *verb. Inquisitorum, num. 73.*

Et an in dubio, cujus virtute operetur, adhiberi possit?

2. De ensalmo docet Sanchez, *summ. t. 1. lib. 2. cap. 40. n 44.* quod si dubium sit, an operetur virtute divina, vel diabolica, nisi maxima ensalmatoris sanctitas, vel alia urgentissima ratio suadeat, à Deo provenire, censendum potius superstitiosum, & à dæmone quàm à Deo, etiamsi verba in eo contenta sint sacra: quia quotiescumque res adhibita nõ potest effectum naturaliter producere, est superstitio, & pertinet ad tacitum pactum cum dæmone. Secus verò, si dubium sit, an aliquis effectus pendeat à causa naturali, eo quia vires naturæ videatur excedere. Nam cum multæ agentium naturalium vires nos lateant, non est, cur ad malos Angelos facilè confugiamus. Sed Moura *opuscul. 1. de ensal. & incant. sect. 2 cap. 16. 17. & 18.* in hac re tria docet. Primum non licere uti ensalmo, de quo intellectus prudenter dubitat, an operetur virtute divina, naturali, vel diabolica. Secundùm, nec id licere, in gravi necessitate. Tertium, nec juvare protestationem, si dæmonum non subest. Sed circa hoc tertium Lessius *lib. 2. c. 44. dub. 6 n. 46.* contrarium sent. *part. 4. tr. 3. resol. 43.*

Ensalmus contra pestem qui incipit (Crux Christi) est superstitiosus.

3. Nota hic cum Moura, *ubi suprà c. 13. num. 25.* suspectum esse illum ensalmum, quem ut præsentissimum contra pestem, tradidisse dicunt magnæ sanctitatis Græcum Archiepiscopum, unum ex Patribus Concilii Tridentini DD. Cardinalibus Concilii Præsidentibus anno 1546. incipientem, *Crux Christi salva me*, &c. Eũque tamquam superstitiosum damnat Marchinus *de peste in probiem. problemat. 33. fol. 44.* traditque sic declarasse Sacr. Congregationem. Nam illa littera marginalis cur ponitur, cum quidquid illa innuit, exprimit versus illi respondens? Deinde, cur exarandus in membrana? Cur ad brachium appendi debet potius, quam ad collum? Cur recitari debet finita Missa, & non alias? Vide citatum Marchium, *part. 4. tract. 3. resol. 62.*

EPISCOPVS.

Vide *verb. Index Ecclesiasticus.*

Episcopus Cardinali superior in ordine.

1. EPISCOPUS est superior Cardinali, quoad ordinem, non tamen quoad dignitatem, ut diximus *verb. Cardinalatus n. 1.*

Non potest in sua Diœcesi, quod Pontifex in universo orbe.

2. Quamvis à multis recentioribus, quos citat Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 61. num. 3.* asseratur, Episcopum posse in sua Ecclesia, vel propria Diœcesi, quidquid Pontifex in universali Ecclesia, ubi aliquid non sit à Pontifice reservatum: tamen non videtur ita absolutè admittenda hæc opinio: nam ut rectè observat P. Amicus *tom. 5 de Iustit. disp. 4. num. 56.* & alii, & patet experientia, multa sunt, in quibus Episcopi non possunt ex vi ordinariæ potestatis dispensare, etiamsi eorum dispensatio expressè eis prohibita non sit. Et ideò communis, & recepta sententia est Episcopos non posse ex vi suæ potestatis ordinariæ, utpotè inferior dispensare in legibus Pontificiis, nisi expressè vel tacitè hoc eis fuerit concessum. In quibus verò casibus possit inferior vi suæ ordinariæ potestatis dispensare in lege superioris, optimè declarat Cajetan. 1. 2. *quæst. 97. artic. 4.* Nam primò dispensare potest circa ea, quorum dispensationem, vel jus, vel consuetudo recepta illi concedit. Secundò dispensare potest circa levia. Tertiò circa ea, quæ frequenter occurrere solent; cujusmodi sunt dispẽsatio in jejunio, in festis celebrandis, & similibus. Quartò circa ea, quæ ita propria sunt, unius Communitatis, ut nullo modo conveniant aliis, nisi inquit Cajetanus, casus adeò notabilis sit, ut meritò sit superior consulendus, *part. 7. tr 10. resol. 36.*

Licet aliquã. do dispenset in aliquibus legibus Pontificiis.

Debet esse annorũ triginta completorum.

3. Episcopus esse debet annorũ triginta, cap. *cum in cunctis, de elect.* Et quamvis glossa *verb. compleverint, in c. unic. de ætat. & qualit. in 6.* docuerit sufficere ingressum in annũ trigesimum, id tamẽ hodie non est admittendũ ex constit. Greg. XIV. publicata die 15. Maii 1591. ibi,

annum trigesimum explevisse. Ita Lessius *lib.2.cap.34.dub.20.n* 163. & alii *p.5.tr.2. resol.* 19. Quæres an ad Episcopatum sit præferendus Theologus Canonistæ? Nō desunt Auctores utramque partem tenentes. Affirmativam sententiam tenet Lugo *tom.4.de just.disp.35.sect.2.n.4* Pro Canonistis est Barbosa *de potest. Episcop. p.2.allegat.1.n* 30. Sed pro praxi, quia video ut plurimum Episcopos Theologos neque prædicare, neque docere, ideò ut plurimum existimo pro servitio, & bono regimine Ecclesiarum magis ad Episcopatum promovendos esse Canonistas quàm Theologos, in his præsertim partibus, in quibus non vigent hæreses. Nō nego tamen sæpiùs etiam Theologos Episcopali dignitate condecorandos esse. Optarem quidem ex Theologis, & Canonistis sapientiores, & digniores eligi. *p.7.tr.12.res.1.*

Num Theologus sit præferendus Canonistæ ad Episcopatum.

4. Electus Episcopus tenetur fidei professionem emittere. Sed an possit per Procuratorē? Vide infrà *verb. Fides n.* 8 Et nec potest amplius præsentari ad beneficia jurispatronatus, nisi prius à Sede Apostolica dispensationem obtineat. Ita Abbas *in cap. Ecclesia vestra, de elect.numer.3.part.5 tractat.2.resolutione* 15.

Et postquam eligitur, debet emittere professionem fidei. Et non potest præsentari ad beneficia jurispatronatus

5. Episcopus, qui propter ambitum, vel divitias pinguiorem Episcopatum procurat, peccat. Et quidem ex Navarro *miscellan.42 de orat.n.2.* graviter: & ex Medina *lib.1.cap.16.§ 2.* mortaliter. Ex Rodriquez verò apud Homobonum *p. 1 tract.15 cap.7.quæst 24. resol.* 1. venialiter, *part.4.tract.4.resol.* 100. Causa autem ob quas Episcopus transferri potest ad aliam Ecclesiam, sunt 1. malitia plebis, *c. nisi cum pridem de renunc.* 2. notabilis persecutio *c. sicut alterius* 7. *quæst.1.3* senectutis impotentia, *part.* 11. *tr.4.res.*40. ubi vide ex quo jure licita sit translatio.

Si propter ambitum vel divitias pinguiorem Episcopatum procurat, peccat.

6. Docuit Lorca *in* 2. 2 *quæst.*32. *art.*9. *disp.*40. *sect.*3. *membr.*2. *n.*39. Episcopum non posse ratione nobilitatis, aut doctrinæ ampliores impensas ex Ecclesiasticis redditibus in sui sustentationem sumere: nam in statu sanctitatis nobilitas demitti debet potiùs, quàm foveri; doctrina verò in omnibus ingens exigitur. Sed probabilior sententia Coninch *de act.supernatural.lib.2. disputat.* 27. *dub.* 11. *numer.* 194. Episcopis nobilioribus, & doctioribus aliquando lautiorem sustentationem permittit; moderatam tamen; & intra Ecclesiasticæ modestiæ limites: & dummodo eleemosyna ac succursus pauperum non negligatur. Et respondet ad argumentum Lorcæ. *p.2.tr.16.resol.*24.

At potest ratione nobilitatus, vel doctrinæ plusquam de redditibus Ecclesiasticis sibi insumere.

7. Episcopus in peccato mortali sacramentalia, quæ non sunt actus ordinis, faciens, ut est tonsurare, jurisdictionē fori exterioris exercere, virgines, vestes, & calices consecrare, & similia, non peccat mortaliter. Item non peccat mortaliter, si Ecclesiam consecret in mortali. Ita Sylvius *in 3.part.quæst.64. artic. 6. quæst. 1.conclus.6* contra Medinam *de pœnitent. tractat.1 quæst.6.part.3.tract.6.resolutione* 67. De consecratione Chrismatis, aliter sentit Lugo *de Sacrament.in gener.disputat.8.sect.9.num.*156. & assignat disparitatem: nam consecratio Ecclesiæ, Calicis, &c. non sunt actiones vere sacramentales, quibus Sacramentum aliquo modo conficiatur: at consecratio Chrismatis, & benedictio olei Confirmationis, & Extremæ Unctionis Sacramenta incipiunt, instituendo illorum materiam. Sed non est, cur discedamus à communiori sententia Vasquez, Suarez, & aliorum, quos citat, & sequitur Granado *in* 3. *part.controvers.* 3. *tractat.* 5. *n.* 7. Nam Episcopus consecrando Chrisma concurrit proxime ad gratiam producendam. *Ibidem, & part.*5. *tractat.* 13 *resolutione* 73. Idem dic de collatione minorum Ordinum. Vide *verb. Ordinis, num.*48.

Episcopus non peccat mortaliter si in mortali sacramētalia faciat: aut fori exterioris jurisdictionē exerceat. Aut Ecclesiam consecret.

Aut Chrisma.

8. Circumstantia Episcopatus non variat speciem peccatorū; unde Episcopus non tenetur in Confessione explicare, se esse Episcopum, & in materia castitatis sufficit, quòd dicat, *fregi votum castitatis cum salute*, &c. tacendo etiam circumstantiam Ordinis Sacri. Ita Sanchez *de matrim.tom.2.lib.7.disputat.27.num.* 33 contra Nugnum *in addit. ad* 3 *p. tom.*1. *quæst.*

Non tenetur in peccatis explicare circumstantiam Episcopatus. Nisi peccatū sit publicum.

quæst. 9. art. 2. dub. 3. conclus. 2. & 3. Quod à fortiori procedit in Generalibus Ordinum Sed limita, nisi peccatum esset publicum, & scandalum pareret, *part. 1. tract. 7. resol. 6.*

Episcopus tenetur residere.

9.† Tenetur Episcopus in Diœcesi residere, juxta decretum Concilii Tridentini *sess. 23. c. 1.* nisi aliqua eum causa extra Diœcesim impellat,† in quo casu tres ad summum menses sive continuos sive interruptos illi in anno permittit, dummodo interim grex detrimentum non patiatur; quod an ita sit, & an causa absessionis sit juxta, Episcopi conscientiæ remittit.

Potest autem abesse per trimestre ex justa causa. Sed an sit justa causa lassatio animi.

10. Et quidem ad hanc trimestrem absentiam honestandam ait Sotus *de justit. lib. 10, qu. 3. art. 4.* & post illum Azorius *p. 2. lib. 7. cap. 4. q. 1.* justam causam esse animi recreationem, & consanguineorum, ac amicorum invisendorum affectio. Vasquez *opusc. de benef. c. 4. §. 2. art. 1. dub. 3. num 147.* verò putat, huic naturæ necessitati, satisfieri regulariter per absentiam unius mensis *p. 5. tr. 13. resol 90.*

An Episcopus teneatur publicare leges Papales in sua Diœcesi, vide *verb. Lex, n. 24.*

EPISCOPUS. *Religiosus.*

Regularis factus Episcopus liber est ab oneribus Religionis.

1.† EPISCOPUS è statu Regulari in Episcopatum assumptus liberatur ab oneribus Religionis, quæ statui Episcopali repugnant. Et hoc certum est apud omnes, nam Pontifex eo ipso illos indirectè liberat: qui enim dat esse, dat consequentia ad esse. Circa alia, quæ cum statu Pontificali non repugnant, est majus dubium†

2. Et posita sententia probabiliori Vasquez *de redd. cap. 1. n. 27. & 46.* & aliorum (quod Ecclesiastici sint veri domini reddituum Ecclesiasticorum; unde eos prophanos usus insumentes, peccent quidem mortaliter, non tamen teneantur ad restitutionem) probabile est, Episcopum Religiosum fieri etiam Dominũ Ecclesiasticorum proventuum, sicut Episcopi sæculares, & eximi à voto paupertatis, ut diximus *verb. Cardinales, n. 54. part. 3. tract. 2. resolutione 50. & part. 5. tract. 2. resol. 64 & tract. 8. resol. 81.* Quod à fortiori procedit de PP. Societatis post vota biennii, quæ sunt solemnia, sed simplicia, ut docet in specie Granado *in 2 2. contr. 3. tract. 11. disputat. 5. num. 2. resolut. 31. citat. §. Nota etiam.* Quare contra Yanez *resolut. de Episcop. Reg. num. 36.* Religiosus Episcopus testari potest de bonis patrimonialibus, & acquisitis ex industria, ut rectè intulit Medina apud Rodriquez *in summ. tom. 2. cap. 67. n. 4 part. 3. tractat. 2. resolut. 50.* in fine. §. *Attamen, & part. 5. tract. 2. resolut. 64.* in fine. Item probabile est quod Episcopus Regularis possit revocare renunciationem legitimæ ante professionem emissam, servata forma Tridentini, ut docet Leone *part. 1 recoll 21. n. 178* quamvis etiam probabile sit, non posse, ut docet Cortellius *de donat. tom 1. tr. 1. part. 5 ex numer. 132. part. 5. tractat 8 resolutione 31. §. Verum.*

Et sit dominus redditus Ecclesiasticorum.

Rursus, si est ex Ordine Minimorum potest comedere cibos Paschales.

3. Secundò quod attinet ad quartum votum, quod in Religione Minimorum emittitur vitæ quadragesimalis perpetuæ, Peyrinus *privil. Minim. tom. 3. c. 14. n 3.* docet, Minimum Episcopum servare teneri, Et probat ex auctoritate trium Summorum Pontificum, Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII, in variis eventibus de hac re scisitatorum. Et deinde, quia Religiosi talis ordinis promittunt, se hæc vota servare toto tempore vitæ suæ, in quo scilicet promittunt in Religione perseverare. Sed licet hæc sententia sit probabilis, probabilis etiam est negativa sententia Sanchez, *summ. tom. 2 lib. 6. c. 6. num. 34* & aliorum ratione mutationis materiæ in qua, Ad auctoritatem Pontificum respondetur, de illis responsionibus non constare authenticè. Vel illos adhæsisse opinioni affirmativæ, quæ est probabilis: non negando sententiæ negativæ probabilitatem. *p. 3. tr. 2. resolut. 50. §. Hinc infertur, & p. 5. tr. 2. resolutione 65. & tractat. 13. resolutione 39.*

4. Quo-

Et ex quocunque sit, non tenetur ad orationes, & jejunia Regulæ.

Aut officium juxta ritum Religionis recitat.

4. Quoad alias observantias Regularis, ut est oratio, abstinentia, &c. Episcopus non tenetur, nisi ex debito morali honestatis. Ita Sanch. *ubi suprà num* 19. quod etiam dic de obligatione persolvendi divinum officium juxta ritum suæ Regulæ, cum Fausto *lib.* 6 *quæst.* 194. *n.* 3. *part.* 3. *tractat.* 2. *resolutione* 50. §. *Hinc infertur.*

Tenetur tamen deferre habitum. Sed non sub censura.

5. Tenetur tamen Religiosus Episcopus ferre habitum suæ Religionis. At si illum dimittit, non incurrit excommunicationem cap. *ne Clerici, vel Monachi:* quia hic textus loquitur de Religioso manente sub obedientia sui Abbatis, ne possit vagari incognitus sub sæcularibus vestibus. Unde non debet extendi ad Episcopos, qui nec Regulari obedientiæ sunt adstricti, nec habitu Episcopali ad vagandum apti redduntur. Ita Rodriqu. *qq. reg. tom.* 2 *q* 58. *artic.* 3. *Ibid. & p.* 1. *tr.* 2. *resol.* 66.

Potest iteri. esse Patrinus.

6. Religiosus factus Episcopus solvitur à prohibitione, cap. *monachi de consecr. dist.* 4. ubi Religiosi prohibentur esse patrini in Baptismo, vel Confirmatione: ut dictum est de Cardinali *verb. Cardinales, num.* 57.

Sed non solvitur ab omnibus votis Religionis.

5. Adverte hic, Anglez *in* 4. *qu. de voto, dub.* 6. *conclus.* 1. & alios docere quod Episcopus Religiosus liberatur ab observatione omnium votorum, quam opinionem probabilem vocat Villalobos, *tom.* 2. *tr.* 35. *diff.* 30. *n.* 5. ponderans verba c. *statutum q.* 1. & respondet ad c. *de monachis* 16. *q.* 1. quod loquatur de decentia, non de obligatione, & confirmat à simili de Religioso, qui eligitur Papa, vel transit ad Religionem arctiorem, qui absolvitur ab oneribus Religionis laxioris Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. & communi, *p.* 3. *tr.* 2. *resol* 61.

EPISCOPI IVRISDICTIO in Regulares.

Episcopus in Ecclesiis Regularium potest divina officia audire. Eaque in Pontificalibus celebrare. Solemniter populo benedicere. Vti baldachino. Non autem ordinare, chrismare, degradare. Et secundum Peyrinii, nec prædicare.

1. Potest Episcopus in Ecclesiis Regularium divina officia publicè, & privatim audire, & ea etiam in Pontificalibus celebrare, ibique solemniter populo benedicere illis verbis, *sit nomen Domini benedictum*, &c. facere etiam coram se celebrare absq; tamen Pontificalibus. Potest etiam uti baldachino, & Fratres cõtradicentes censuris, & pœnis Ecclesiasticis cogere, ex decreto sacræ Congregationis *an.* 1603. Non potest autem actus jurisdictionis exercere, ut confirmare, ordinare, degradare, &c. An possit Regularibus invitis prædicare, dubium est: quia actus videtur honoris. Et Peyrinus *privil. Minim. tr.* 1. *const.* 26. *Leonis* X. §. 24. *n.* 47. ex doctrina Cardinalis in Clement. *Archiepiscopo* §. *Si tamen, n.* 2. & 3. negat, quia exemptis, & privilegiatis non præjudicatur in suo privilegio, nisi exprimatur. Ita ille, apud quem invenies omnia supradicta, *part.* 3. *tractat.* 2. *resolutione* 109.

Episcopus non potest carcerare Regularem publicè delinquentem, aut contra illum processum formare, ut mittat ad superiorem. Etiam si stet in possessione illos judicandi.

2. Non potest Episcopus vigore Tridentini carcerare Regularem notoriè delinquentẽ, & contra illum processum formare, ut ad suum superiorem puniendum remittat. Sed debet illi statim remittere, si non adsit periculum fugæ. Ita Rodriquez *comp. qq. Reg. resol.* 62. *num.* 8. contra Piasecium *part.* 2. *c.* 2. *n.* 43 *part.* 3. *tr.* 2. *resol.* 132.

3. Immò existimo cum eodem Rodriquez *ubi supr. res.* 63 *n.* 13. contra Trivisanum, *l.* 1. *decis.* 36. *n.* 2. Episcopum nõ habere jurisdictionem in Religiosos, etiãsi suo privilegio renunciarent, & sic esset in possessione illos judicandi, quia exemptus nec expressè, nec tacitè, potest exemptioni renunciare absque licentia Summi Pontificis: ita declaravit sacra Congregatio *in una Vlyssiponensis monasterii ann.* 1625. apud Barbosam, *de potest. Episcop part.* 3. *allegat* 105. *n.* 76. *p.* 3. *tr.* 2. *resol.* 134.

Vnde nec potest illos excommunicare. Sed an possit excommuni-

4. Episcopus non potest Regulares exemptos excõmunicare: An verò possit denunciare ut tales excommunicati vitentur Affirmat Cenedus, *qq. can q.* 26. *n.* 30. Imò Febinus *in c. non potest. n.* 2. *de re jud.* ait citare posse illos ad videndũ declara-

Episcopus in Ecclesiis Regularium potest Confessarius Regularis.

QUID possit Episcopus in Confessarios Regulares, vide *verb. Confessarius Regularis.*

reatos denunciare, ut vitentur.

clarati, quia concesso principali, censetur etiam concessum accessorium. Sed Peyrinus *in priv. Minim. tom. 1. const. Sixti IV. §. 10. n. 13.* & alii id negant, præterquam in casibus expressis, ut si v. g. Sacramentum Eucharistiæ, vel Extremæ Unctionis ministrarent, aut matrimonia solemnizarent. Et ratio est; quia ad hanc denunciationem prærequiritur declaratio excommunicationis incursæ, ad hæc cognitio causæ, & citatio partis, quæ ab Episcopo in Regulares præmitti non possunt, cum non sit judex illorum competens. Ideò Ugolin. *cap. 29 §. 10. num. 1* & alii inter hos DD. intercedentes distinguunt, & id Episcopos posse in delicto excommunicationis notorio, quod à Regularibus nulla tergiversatione cælari potest, non autem in aliis, *part. 3. tr. 2. res. 35.*

Varia placita

Certè Regulares non comprehenduntur in prohibitione Episcopi de non exorcizando.

5. Regulares exempti non comprehenduntur in prohibitionibus Episcoporum de non exorcizando absque illorum licentia, quia ex una parte hoc illis non est prohibitum de jure communi, & ex ordine Ecclesiastico, exorcistæ, & Sacerdotes id facere possunt. Ita Portellius *V. exorcismus p. 3. tr. 2. r. 36.*

Et quamvis juberi possint, ut eant ad processiones quasdam publicas.

6. Declaravit Sacr. Congreg. apud Peyrinum, *in const. 7. Pii V. §. 29. nu. 25.* posse Ordinarium præcipere Regular. ut eant ad processiones publicas, quales sunt Corporis Christi, Litaniarum, & Jubilæorum, dummodo processiones sint ejus generis, quæ in Bulla Pii V. ann. 1567. Mendicantib. concessa comprehendantur: & dummodo Mendicantes non sint ex omnib. nuncupatis Collegia. Notat etiam ex eadem Congregat. Peyrin. per publicas processiones intelligi etiam de novo indictas pro bono publico *p. 3 t. 2. res. 106.*

(Et sine ejus licentia non possint ad libitum processiones facere.)

7. Notat insuper, ex sacra Congregatione Peyrinus, *ibid. §. 10. n. 11.* non posse Regulares sine licentia Episcopi processiones facere extra conventum, & ita Panormi servatur. Processionem tamen Rosarii, Nativitatis, Annunciationis Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ fieri posse per totam civitatem, ubi adsit consuetudo decem annorum. Sed Grassius *cons. 20. de Regul.* absolutè existimat Regulares posse processiones facere per triginta passus extra conventum, *p. 3. t. 2. res. 77.*

8. Cæterũ in processionibus, in quib. Regulares tenentur, & Episcopi illis præcipere possunt, non possunt illos cõpellere per censuras; quia Regulares habent privilegium, ut non possint ab Episcopis censuris arceri, nisi in casibus à jure expressis, quorum aliquos numerat Tridentinum; casus autem processionũ nullibi exprimitur. Ita Villalob. *t. 2. tr. 35. diff. 5. n. 17.* & alii contra Barbos. *alleg. 78. n. 25.* qui adducit præsse declarationem Cardinalium, de qua tamen non constat authentice, & alioqui Sacr. Congregat. apud Rodriq. *comp. qq. reg. res. 118. num. 1.* pluries declaravit, Episcopum non posse Regulares per censuras compellere. *p. 3 t. 2. res. 76. & p. 7. tr. 12. res. 29.*

Non tamen possunt cogi per censuras.

Nec tenentur Missas & Officia de festis Episcopalibus celebrare.

9. Quoad Missas festorum, quæ Episcopus in sua diœcesi servari præcipit, declaravit Sacra Congregatio apud Peyrinum, *tomo 1. const. 27. Leonis Decimi, n. 2* non teneri Regulares Missas, & Divina officia sui ritus, tam publicè quam privatim mutare; nec circa hæc Episcopos posse aliquid præcipere, aut religiosos obedire teneri. Cæterum quoad Conciones, & lectiones populo habendas, debere se conformare Evangeliis, & Epistolis, quibus utitur Clerus *part. 3. t. 3. res. 108.* Denique hic generaliter nota, Regulares non teneri per se, secluso scandalo servare præcepta synodalia. Ita Merolla, *tom. 2. d. 4. cap. 4. dub. 22. numer. 306. p. 5. t. 12. res. 36.* in fine. Vide V. *Regularium Privilegia.* Censuras tamen & edicta ab Episcopis emanata, in suis Ecclesiis publicare & servare debent, vi Tridentini *sess. 25. c. 12.* Riccius *in prax. res. 210. v. 5.* Chockier, Tamburinus & alii, *p. 11. tr. 2. res. 21.* uti & festa per Episcopum in diœcesi præscripta. Lezana. *V. Episcopus n. 21.* Piasecius, Clockier Tamburinus & alii: non tamen tenentur servare officium festorum, ex declaratione S. Congregationis, excepto die patroni, nec ad octavas, *p. 11. tr. 3. res. 6. & tract. 2. res. 20.*

EPISCOPI IVRISDICTIO, In Confessarios sollicitantes.

Episcopi hodie cognoscere possunt de crimine sollicitationis in Confessione.

10. POST Bullam Gregorii XIV. Episcopus cognoscere potest de crimine Confessarii, sollicitantis pœnitentes in Confessione. Patet manifestè ex ipsa Bulla, & sic docet cum aliis Sanctarellus *de har. c.44 n.11. & 13. p.1. t.4. res.29. & p 4 t.5. res.52*

Et quidem seorsim ab Inquisitoribus.

11 Et quidem in Regnis, & statibus, in quibus adest inquisiti Romana, seorsim ab Inquisitoribus, ut patet ex verbis Bullæ, ibi. *præterea omnes Inquisitores, & locorum Ordinarii super his contra prædictos, simul, vel separatim in omnibus*, &c. & docent Palaus, *p.1. tract.4 disp.9 punct. 1. n.9*

Præterquam in Regnis Hispaniarũ.

12 Sed id non procedit in Regnis inquisitionis Hispaniæ, ubi causas hæsis soli Inquisitores cognoscunt ratione consuetudinis, & privilegii Apostolici. ut dictum est V. *Inquisitorum n.12. p 4. t. 5. res.52*

Notabile.

13 Quod si causa sollicitationis præteritę prejudicata fuerit ab Episcopo, nõ posse Inquisitores in illam animadvertere; ait Acugna *de conf. solicit. p.3 n.11.* nam si reus damnatus est per definitivam sententiam, accusatio in ipsum progredi nõ potest; si absolutus similiter sistit, ex cap. *de his, de accus.* Et quamvis Moura *opusc. 1 de enfal. sect.3 c.3 n.16.* doceat, Inquisitores posse Confessarium ab Episcopo absolutum reassumere, & si culpa postulet, ad abjurationem cogere: tamen Acugnam Additionator ejus Freytas acriter defendit, & ad argumenta Mouræ respondet. *p.4 t.5. res.54*

An Episcopus solus possit ferre sententiam definitivam contra reum?

14 Et verò, Episcopi, & Inquisitores, non possunt separatim reum damnare, nè ad abjurationem quidem. Sed si abjurationem seorsim injungerent, factum teneret, ut dictum est V. *Inquisitorum, num.17* Et Fagundez *p.2 l.4 cap. 3. num 69.* docet, quod Episcopi sine Inquisitoribus possunt reum absolvere: quia in Clem. 1. sibi solum prohibetur proferre sententiam contra reum. At Pegna, *p.3. comm. 97.* negat, quia absolvere, & condemnare ejusdem sunt potestatis, ex *l. qui condemnare, ff. de re judicata, p 4 tr.5 res.53*

15. Adverte hic, quod si Confessarius sollicitans, & fœmina sollicitata eodem tempore ab Episcopo, & Inquisitore in Hispania citentur, tenentur comparere coram Inquisitore. Vide V. *Inquisitorum, n.16*

EPISCOPI IVRISDICTIO In irregularitate.

Episcopus dispensare potest in omni irregularitate ex delicto occulto, duabus exceptis.

16. EPiscopus ex decreto Trident. *sess.24. c.6.* dispensare potest in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario & aliis deductis ad forum contentiosum. Unde vigore hujus decreti quilibet Episcopus electus etiam, & confirmatus, potest uti hoc privilegio quia etiam Episcopus nõ consecratus dicitur verus Episcopus quoad omnia, quę pertinent ad potestatem jurisdictionis. Ita Trullench *Decal. to.1 lib.1 c.3. dub.4 n.2* Hinc Episcopos electos, & confirmatos; quamvis non cõsecratos posse dispensare in votis, & juramentis, tradiderunt Lessius *lib.2. c.40 dub.12 n.100.* & Sanchez *in summa to.1. lib.4 c.38. n.7.* ubi docet secus dicendum esse, si Episcopi solum electi essent, quod etiam dicendum est in casu nostro. Item Episcopi carentes Diœcesi, vel Titulares non gaudent hac facultate. Trullen. citatus, *n.1 p.7. t.2. res.1.*

Quamvis non sit consecratus.

Secus si sit tantum electus.

Vel Titularis vel careat Diœcesi.

Advertendum tamen, non posse Episcopũ uti facultate hujus decreti, ubi non est receptum Concilium Tridentinum, quia ubi non est acceptatum quoad leges onerosas, neq; videtur acceptatum quoad favorabiles. Ita communiter Doctores. Licet Sanchez *in summ. to.1. lib.2 c.11 n.3.* Secus intelligat. *ib res.2*

Nec ubi non est receptum Tridentinũ.

Qui veniant nomine Episcopi.

17. Nomine porrò Episcopi in hoc decreto intelliguntur, Capitulum Sede vacante, vide V. *Vicarius capituli numer. 4.* Abbates, & alii Prælati habentes jurisdictionem.

dictionem quasi Episcopalem, V. Abbas *numer. 7.* Prælati Regularium erga suos subditos. V. *Prælatus regularis, num. 13.* An autem comprehendatur Vicarius Generalis, Vide V. *Vicarius Episcopi num. 1.*

Potest Episcopus hac facultate uti, in exemptos de licentia superiorum.

18. Facultate hujus decreti uti potest Episcopus ex licentia superiorum cum Regularibus exemptis: quia exemptio Religiosorum est potissimum inducta in favorem Religionis, ut ejus Religiosi quietius Deo famulentur, & ne passim ab iis perturbentur; unde in iis, quæ quietem & favorem concernunt, non debent esse pejoris conditionis, quam alii de eadem Diœcesi non exempti: Nec rationi consonat, ut exemptionis Privilegium in hoc casu contra ejus finem operetur, impediens hanc subjectionem. Ita Avila *de cens. p. 2 cap. 7 disp. 1. dub. 6.* Contraria tamen sententia, quam tuetur Rosella *Verb. Absolutio 3. num. 8.* est etiam satis probabilis, quia in exemptione non solius exempti favor est, sed etiam superioris, idest, Pontificis eximentis, per quam exemptos sibi immediatè subjecit: quare sua interest conservare hanc immediatam subjectionem *p. 7. t. 2. res. 6.*

Quāvis contrarium sit etiam probabile.

Archiepiscopus idem potest in subditos suffraganeorum in actu visitationis.

19. Archiepiscopus item dum actu visitat Diœceses Suffraganeorum, habet facultatem dispensandi, & absolvendi eorum subditos vigore hujus decreti. Ita Caspensis *in curs. Theolog. tom. 2. tr. 25 disp. 3 sect. 17 num. 12.* Et circa suos Episcopos suffraganeos potest uti hac facultate etiam extra tempus visitationis. Sanctarellus *tr. de hæresi cap. 5 dub. 1. n. 4.* Unde non est audiendus Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 6 cap. 15. num. 3.* qui dubitat de dicta facultate Metropolitani circa ipsos suffraganeos, unde putat attendendam esse consuetudinem. Adverte etiam cum Castro Palao *to. 2. tr. 4 disp. 4 punct. 3. §. 1. num. 7.* posse Archiepiscopos extra tempus visitationis uti hac facultate cum subditis suffraganeorum, si malitiosè suffraganeus differat absolutionem, vel si subditus appellavit ad Metropolitanum, *p. 7. tr. 2. res. 7.*

Et in ipsos suffraganeos extra illam.

Et aliquando in subditos eorumdem.

Potest dispen-

20. Quamvis autem Bulla Cœnæ revocet Episcopis facultatem Tridentini absolvendi ab hæresi, de quo supra V. *Absolvere ab Hæresi num. 83. 84.* non tamen revocat facultatem dispensandi in irregularitate ex hæresi occulta, quia de hac nihil dicit, & cum sint res diversæ, non debet fieri illatio, præsertim cum absolutio sit quid majus, quam dispensatio. Et ita intelligi debet cap. *cum de illorum, de sentent. excomm.* Ita Sanchez *sum. tom. 1. l. 2. c. 25. n. 18.* contra Suarez *in 3 p. to. 5. disp. 1 sect. 43. num. 7. p. 2 tr. 15. res. 24. & p. 7. tr. 2 res. 25.* & licet Ugolinus *de pot. epis. cap. 57. §. 2 num. 6.* putet Episcopo concedi pro foro tantum conscientiæ, & intra diœcesim; probabiliter etiam docuit Fagundez *p. r. 3. lib. 8. c. 8 numer. 35.* concedi absolutè, & verba illa, *in foro conscientiæ, & intra diœcesim*, referri ad absolutionem reservatorum, quæ illi conceditur proximè antecedenter. *part. 4. tract. 4. resol. 116. & part. 7 tr. 2. res. 8.* Imò Quamvis Castrus Palaus, *tom. 1. tr. 4. disp. 4 punct. 3. §. 1. num. 12.* putet Episcopos non posse uti hac facultate cum subditis existentibus extra Diœcesim, existimo tamen contrariam sententiam, quam docet Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. c. 11. num. 17.* etiam probabilem esse, & Concilii verba, *in Diœcesi sua*, explicanda esse erga subditos suæ Diœcesis, sive illi sint intra Diœcesim, sive extra. *part. 7. tr. 2. resol. 9.*

fare in irregularitate proveniente ab hæresi.

Et probabiliter etiam extra Diœcesim, & pro foro externo.

Et cum subditis extra Diœcesim.

Quinam intelligantur nomine subditorum.

21. Nomine verò subditorum in hoc decreto intelliguntur. Primò vagabundi, quia cum nullibi habeant domicilium subduntur Episcopo, in cujus Diœcesi reperiuntur. Secundò, qui ex æquo duplex domicilium in duplici Diœcesi habent, quia æquè in utraque habitant, ut in una in hyeme, in altera in æstate. Tertiò, peregrini, ut sunt scholastici, & mercatores propriam Diœcesim habentes, ii enim possunt absolvi ab Episcopo ejus Diœcesis, in qua inveniuntur, etsi brevi in suam redituri sint, nec exigitur, ut in ea Diœcesi majori parte anni sint moram tracturi. Et hæc omnia docet, ex Suarez, & Sanchez, Machadus *de perfecto Confess. to. 2. lib. 4. par. 6. tract. 12. docum. 3. num. 2.* Aliqui ta-

men putant distinguendum circa forenses, quod scilicet possint absolvi in Sacramento pœnitentiæ à suis criminibus, non tamen dispensari, *part. 7. tractat. 2. res. 11.*

Quam facultatem potest Episcopus subdelegare.

22. Nec solùm ipse Episcopus potest uti hac facultate pro suis subditis, sed eam potest subdelegare aliis, ut tradit Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 25.* Imò Villalobos, *in summa tom. 1. tr. 21. diffic. 9. num. 13.* docet Episcopum posse etiam subdelegare alium ad dispensandum etiam extra Diœcesim. Hic explodendus venit Riccius *tr. de jure personarum lib. 5. cap. 16. n. 3.* quod velit Episcopum solum per se ipsum, posse dispensare super Irregularitate occulta orta ex hæresi, sicut per se ipsum solum potest ab eadem hæresi absolvere juxta Tridentinum; hoc tamen non est verum, quia illa verba, *per se ipsum*, apposita secundæ parti dicti decreti Tridentini, ubi agitur de absolutione, non reperiuntur in priori, ubi agitur de dispensatione *p. 7. tr. 2. res. 12.* Et si Episcopus ipse incidat in aliquod Delictorum, de quibus agitur in ipso decreto Concilii potest ab alio dispensari, vel absolvi cum potestate ab ipso delegata, ut novissimè confirmat Amicus *t. 5. de justit. disputat. 6. sect. 3. numer. 50.* quicquid in contrarium dicat Alterius, *de cens. tom. 2. disputat. 8. cap. 3. conclus. 4. vers. Tertio, quari potest, ibidem resolut. 14.* Potest etiam suo Vicario, & cuilibet alio specialiter delegare potestatem dispensandi in impedimentis, ob urgentem necessitatem. Cou. *p. 9. tr. 7. res. 39.*

Etiam pro se ipso absolvendo, vel dispensando.

Potest Episcopus suo Vicario delegare.

Quinam dicantur casus occulti, in quibus potest Episcopus dispensare.

23. Quæres quinam dicantur casus occulti, in quibus Episcopus vigore hujus Decreti valet dispensare? Aliqui censent occultum in præsenti materia intelligendum esse secundum terminos juris, videlicet, quod non potest probari. Ita Rodriq. *in Bull. Cruc. §. 9. n. 69.* & alii. Sed omninò dicendum est, occultum in præsenti esse id quod non est publicum, licèt ab aliquibus sciatur. Et ideò Stephanus Daluin. *de potest. Episc. cap. 26. num. 3.* tradit, occultum dici tripliciter. Primò illud, quod non est suâ natura probabile; quia ut talè non cadit sub cognitionem hominis, cujusmodi sunt cogitationes hominum, de quibus nec Ecclesia judicat. Secundò id quod suâ natura est quidem probabile, probari tamen non potest, quia nemo illius notitiam habeat ut potè coram nemine factum. Tertiò illud, quod probari quidem potest, quia notum, sed tam paucis quod neque est vulgare, neque in judicium deductum: & *numer. 9.* notat per casus occultos Sedi Apostolicæ reservatos vigor Concilii *d. cap. 6.* Episcoporum jurisdictione concessos, non intelligendos eos qui primo modo dicuntur occulti, sed tantum eos, qui secundo, & tertio modo. Unde infertur posse Episcopum virtute Concilii in *d. cap 6.* dispensare, quando delictum non est publicum, quamvis sit notum tribus, quel quatuor, nec de illo sit fama in majori parte viciniæ, vel collegii: unde in magna Civitate quatuor, quinque, aut sex vidisse testes, non satis videtur ad notorium. Ita Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap 3. dub. 4. n. 8.* Imò si contingat in una Civitate esse publicum, vel per facti notitiam, vel quia in judicio confessam, vel quia per Judicis sententiam probatum: in alia verò Civitate, in qua petitur absolutio, vel dispensatio in irregularitate, esse occultum; tunc licebit Episcopo absolvere, vel dispensare; modò notitia delicti non sit illuc facilè perventura. *par. 7. tr. 2. res. 15. & 16.*

Et in quo Episcopus dispenset.

An dispenset in eo, quod est occultum in uno loco, publicum in alio.

24. Quod si delicta irregularitatem incurrentia deducta fuerint ad forum contentiosum, & ibi reus fuerit liberatus, vel post finitum judicium punitus; adhuc tamen potest Episcopus dispensare irregularitates; quia hanc limitationem apposuit Concilium in eum finem, ne turbarentur Tribunalia fori extrinseci, quod finito judicio non potest contingere. Neque dicas irregularitatem jam factam esse indispensabilem, quia delictum est publicum; nam ideò irregularitas ex delicto publico non est dispensabilis, quia dispensatio generat scandalum, at cum delictum publicè punitur, scandalum cessat. Ita Henriquez. *lib. 14.*

Occultum tripliciter dicitur.

Dispensat etiamsi delicta deducta fuerint ad forum contentiosum, & judicium finitum.

lib.14.c.2.n.5. contra Sayrum *lib.4.c.17. n.23.* Adverte verò, quod delictum dicitur ad forum contentiosum deductum, cum lis est contestata. *p.4.tr.2.res.97. & p.7.tr.2.res.17.18.& 19.*

Dispensare potest in irregularitate orta ex furtiva Ordinum susceptione.

25. Potest insuper Episcopus dispensare in irregularitate contracta ex furtiva Ordinum susceptione: dummodo præmissa non fuerit denunciatio ab Episcopo, vel Archidiacono, ut nemo furtivè se ingerat sub anathemate: nam si præmittatur, ut his temporibus communiter observatur, irregularitas est reservata Summo Pontifici. Ita Turrinnus *de cens.lib.9.disput.61.dub.4.par.4.tr.2.res. 55.* Potest etiam dispensaret in irregularitate contracta à Clerico non ordinato celebrante, aut sacramentaliter absolvente, ut in susceptis ordinibus ministret, & si delictum est occultum, etiam, ut ulteriores suscipiat. Ita Cornejo *in 3.par.tract.5.disput.7.dub.1. quæst.1. part.4.tr.2.res.77.§.Verum.* Non potest tamen dispensare in inhabilitate contracta propter simoniam occultam, tum quia hic casus non comprehenditur in privilegio concesso à Tridentino circa casus occultos. Tum quia non est casus occultus pertinens ad absolutionem sacramentalem. Tum quia non est censura, neque irregularitas, sed vindicativa pœna. Tum denique quia illa pœna introducta est post Concilium, & consequenter facultas data à Concilio, non extenditur ad casus nova lege Pontificia reservatos post Concilium, ut respondit Gregor.XIII. audita relatione Congregationis. Et ita docet Campanili *in diverf.Iur.Can.Rub.1.in c.27.n.66.* & alii. Et ab ea non est recedendum, licet non desint, qui oppositum tueantur. Quod si quæres, an Episcopus, si fuerit complex in simonia, possit etiam secum dispensare? Respondet Machadus *de perfecto Confes. tom.1.lib.3.par.4.tr.6.docum. 2.in 3.* magis probabilem opinionem esse, eum non posse dispensare; quamvis Thomas Sanchez contrarium teneat. *p.7.tr.2 res.36.*

Non tamen in inhabilitate ob simoniam etiam occultam.

Neque cum seipso.

Et probabilius etiam

26. Docuit Præpositus *in 3.par.q.5. irreg.dub.6.num.138.* Episcopum dispensare posse in irregularitate bigamiæ interpretativæ occultæ, si interveniat delictum, saltem alienum: nam tunc irregularitas vere oritur ex delicto. Et particulari ait, dispensare posse cum eo, qui cognovit uxorem post adulterium occultum ab ipsi commissum: cum Sacerdote, qui post mortem uxoris legitimæ, tentat aliam ducere, quamvis viduam: cum Subdiacono ducente viduã, & similibus. Sed ut hæc opinio sit probabilis; placet tamen negativa, quæ est communis DD. apud Barbosam, *de potest. Episcop.part.2.alleg.48.num.25.par.4.tr. 2.resol.61. & part.7.tr.2.res.35.& tract. 14. resol.43.* Quæ doctrina procedit in bigamia, sive interpretativa, sive vera; non solum quoad ordines sacros, sed etiam quoad minores; & hos non solum suscipiendos, sed etiam exercendos. Nam Concilium Nicænum teste D. Ambrosio, *epist.82.* & cap. *nuper*, nec non *ult. de bigamis*, bigamos ab omnibus ordinibus arcent: nec in aliquo Canone conceditur Episcopo facultas dispensendi cum his expresse. Ita Vallalobos, *t.1.tr.21.diff. 31.num.13.* & alii. Quod determinavit Sacra Congregatio Cardinalium apud Piasecium, *p.1 c.1.art.10.n.11.* & decisum Neapoli testatur Riccius, *p.4.decis.331. numer.8.* Quamquam Cornejo *in 3.part. tract.5.disp.10 dub.1.quæst.5.* & alii contrarium doceant. Potest tamen Episcopus dispensare in bigamia similitudinaria cum eo, qui contraxit cum Virgine. Ita Turrianus *de cens, lib.9. disput. 70. dub.5.* contra Maiolum *lib.1.cap.33.num. 7.* Secus, si cum vidua, aut si duplex matrimonium iniit. Turrianus *ubi sup.* contra Henriquez *lib.12.cap.6.n.11 p.4.tr.2. res.62.*

in bigamia interpretativa, quando intervenit delictum.

Potest verò dispensare in similitudinaria cum eo, qui contraxit cum virgine.

27. Cum illegitimis non potest Episcopus ad sacros Ordines dispensare sine causa, etiamsi sint occulti; quia hæc irregularitas oritur ex defectu, non ex delicto. Ita Suarez *in 3. part. tom. 5.disputat.50.sect 5.numer.5.* (cum causa verò, & eorum suffragantibus meritis, dispensare potest cum quibusvis illegitimis ad sacros Ordines, & beneficia simplicia, etiam Canonicatus Ecclesiam

An dispensare possit cum illegitimis ad sacros Ordines, & beneficia cum causa vel sine.

Collegiatarum, & in dimidiis portionibus, seu Ecclesiæ Cathedralis inferioribus beneficiis. Immò hanc dispensationem impertiri potest Capitulum Sede vacante. Ita Barbosa. *allegat.* 45. *num.* 19. *part.* 4 *tract.* 2 *res.* 64. § *Notandum*) Sed Avila *de censur p.* 7. *dis.* 3. *dub.* 7 existimat, posse etiam sine causa, & irregularitatem illegitimorum provenire ex delicto parentum, quod Ecclesia per irregularitatem punire intendit, ac proinde habere rationem pœnæ Confirmat, quia quando non intervenit peccatum parentum, proles illegitima non est irregularis. Et hanc sententiam probabilem putat Præpositus *in* 3. *quæst.* 5. *dub.* 16. *num.* 131. *p.* 4. *tract.* 2. *res.* 64. *& olim p.* 2. *tract.* 15. *resol.* 21. *& p.* 7 *tract.* 2. *resolut.* 24. Adverte hic, quod si aliquis bona fide ordinatus fuerit, cognito de innatalium defectu, potest Episcopus secundùm Layman, *lib.* 2. *tract.* 10 *p.* 1 *c.* 5. *num.* 2. dispensare. Immò fortasse, etiam si mala fide. Additque quod si filius sciat, aut credat, se esse illegitimum; & ex una parte sacros Ordines suscipere deberet, ex alia verò dispensationem petendo, graviter apud Papam infamaretur, posset sine dispensatione ordinari. *p.* 4. *tr.* 2. *res.* 64. § *Notandum est.*

Et ad ministerium Ordinum bona, vel mala fide ab illegitimo susceptorum?

28. In Irregularitate orta ex defectu lenitatis, non potest Episcopus, dispensare: quia Tridentinum solum ei concedit facultatem dispensandi in irregularitatibus ex delicto. Ita Præpositus *in* 3 *p. quæst.* 5. *dub.* 13. *num.* 112. contra Barbosam *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 39. *num.* 47. *p.* 4. *tr.* 2. *resolut.* 69. Sed ego utramque sententiam probabilem puto. *part.* 7 *tract.* 2. *res.* 26. Propter quam etiam rationem dispensare non potest in irregularitate orta ex homicidio justo; quia scil. hæc irregularitas oritur etiam ex defectu Ita Gavantus *enchir. Episc. V. Irregularitas, n.* 105. & DD. communiter. Aliqui tamen contrarium docent, & Tridentinum per homicidium voluntarium, intelligere homicidium injustum quod in quinto præcepto Decalogi prohibetur. Ita Medina, *p.* 1 *c.* 12. § 12. *p.* 4. *tr.* 2. *res.* 70. Unde utraque etiam mihi videtur probabilis, *p.* 7. *tr.* 2. *res.* 27. Potest autem Episcopus dispensare in irregularitate ex mutilatione, Ita Tannerus *in* 3 *p. disp.* 6. *q.* 10. *dub.* 11. *n.* 229. & DD. communiter contra Sanchez *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 45 *p.* 4. *t.* 2. *res.* 71. *& olim p.* 1. *t.* 11. *res.* 112. *& p. tract.* 2. *resol.* 28.

Episcopus non potest dispensare in irregularitate orta ex defectu lenitatis.

29. Potest etiam dispensare in irregularitate ex homicidio casuali occulto. *p.* 1. *t.* 11. *resol.* 121. § *Notandum, & p.* 4. *t.* 2. *resolut.* 72. § *Notandum.* Item ex homicidio commisso in sui tutelam immoderatam, etiam occulto; nam ex una parte hæc irregularitas procedit ex delicto, & ex alia non excipitur à Tridentino *sess.* 24. *cap.* 6. Quia idem Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 7. distinguit homicidium casuale, & factum ob tutelam immoderatam, in ordine ad irregularitatem, ab homicidio facto ex industria. Et certè homicidium in defensionem immoderatam apud jurisconsultos non punitur pœna ordinaria. Ita Mercerus *in* 3. *par. quæst.* 24. *dub.* 7. *prop.* 1. *part.* 4. *tract.* 2. *resolut.* 3. §. *Notandum, & part.* 7. *tract.* 2. *res.* 29. Sed difficultas est, an Episcopus vigore hujus Decreti possit dispensare in irregularitate contracta ex homicidio casuali, quando est publicum. Negat Garzias *de benef. p.* 7. *c.* 11. *n.* 27. At ego probabiliter adhæreo affirmativæ sententiæ quam docet, & probat Marchinus *de Sacram. ordin. tr.* 1. *p.* 9. *c.* 1. *difficul.* 3. *num.* 9. & existimo posse Episcopum cum tali homicida dispensare ad majores ordines, & simplex beneficium, & etiam ad beneficium curatum, *p.* 7. *tr.* 2. *res.* 31.

Et homicidii casualis & commissi in defensionem propriam immoderatam.

Quamvis sit publicum.

30. Dicendum est etiam licere Episcopo dispensare in irregularitate contracta ex homicidio volito, non ex consilio, aut matura deliberatione facto: Sed ex repentina ira, vel rixa. Tale enim homicidium censendum est Casuale. Ita Barbosa *de pot. Episc. p.* 2. *alleg.* 39. *nu.* 48. Licet. Suar. *de cons. disp.* 44. *sect.* 1. *num.* 3. contrariam sententiam sustineat. *p.* 2. *tr.* 15. *resol.* 21. *& p.* 7. *t.* 2. *res.* 32.

Et homicidii voluntarii ex repentina rixa.

Non tamen in irregularitate homicidii voluntarii.

31. In irregularitate autem ex homicidio perfectè voluntario, ait Henriquez. *lib.* 13. *cap.* 17. *nu.* 1. *& l.* 24. *c.* 14. *n.* 1.

Episco-

Episcopum dispensare posse ad usum minorum Ordinum, & ad beneficium simplex, quia id erat Episcopis concessum, *cap* 20. *de Clericis pugnantibus in duello*, nec à Tridentino abrogatum fuit. Sed revera abrogasse videtur ibi, *Nec illis aliqua beneficia Ecclesiastica, etiam si curam animarum non habeant conferri liceat, sed omni Ordine, & beneficio perpetuò careant.* Ita Corneio *in* 3. *part. tract.* 5. *disp.* 1. *dub.* 4. *quæst.* 2. *part.* 4. *tractat.* 2. *res.* 100. §. *Notandum.*

Nisi delictum esset occultū, & magna urgeret necessitas, difficilis ad Pontificē aditus existere, tunc ad ministerium susceptorum tantum.

32. Potest nihilominus Episcopus cū homicida voluntario occulto ad usum susceptorum Ordinum dispensare, si magna scandali v. g. necessitas urgeat, & ad Papam difficilis ob distantiam, vel inopiam sit recursus. Sive id possit ordinaria potestate, sive ex tacita Pontificis concessione: quia nō est credendum, Papam voluisse sibi hunc casum cum tanto periculo reservare. Ità Corneio *ibid. q.* 4. quod supra diximus de impedimento occulto matrimonium dirimente V. *dispensare num.* 1. *p.* 3. *n.* 2. *res.* 100. Guilielmus Mercerus *in* 3. *p. q.* 24. *dub.* 9. *nu.* 1. ait dispensare posse cum Clericis constitutis in sacris in irregularitate orta ex bello ad susceptorum Ordinum usum, & ad beneficium, ne mendicare cogantur. Sed hoc videtur contra mentem Concilii. *Ibidem* in fine. Sicut nec videtur posse dispensare, ut retineat simplex beneficium, nec curatum, cum satis aperta sint verba illa: *Sed omni ordine, ac beneficio, perpetuo careant.* Ita Barbosa *de pot. epis. part.* 2. *alleg.* 39. *numer.* 6. *p.* 7. *tract.* 2. *res* 33. & 34 *p.* 8. *tract.* 7. *res.* 22. & *res.* 15.

Quid de irregularitate orta in Clericis sacris ex bello? Nec dispensat cum homicida voluntario ad retinendum ullum beneficium.

Dispensat in irregularitate occulta mandantis, si mandatarius excessit mandatum.

33. Quæres an Episcopus ex hoc Decreto possit dispensare in irregularitate occulta mandantis, si mandatarius excessit mandatum, ita ut mors secuta sit? Respondeo affirmativè: & ideò assero Episcopum posse dispensare cum eo, qui servo mandavit, ut alterum percuteret, sed caveret ne occideret, nam homicidium inde sequens non est propriè voluntarium respectu mandantis, sed est casuale culpabile. Ità Marchinus *de Sacram. ordin. tract.* 1. *p.* 9. *c.* 1. *diff.* 3. *num.* 6. Et ideò ex hac ratione si quis percutiat prægnantem in utero sine intentione causandi abortum, etiam si posteà sequatur ex hujusmodi percussione, poterit ab Episcopo dispensari cum eo, non sit homicida voluntarius. Marchinus *ubi supra.* Hinc etiam dicendum, quod mandans homicidium in persona unius, si committatur in persona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, & ideo potest Episcopus dispensare, ut observat Barbosa *de potest. Episcop. part* 2. *allegat* 39. *n.* 52. *part.* 7. *tract.* 2. *resol* 30.

Et ex abortu si fiat præter intentionem.

Et si à mandatario occidatur alter.

EPISCOPI IVRISDICTIO
In Vota, & Iuramenta.

Episcopus potest dispensare omnia vota præter quinque reservata.

34. † EPISCOPUS commutare, ac dispensare potest cum suis subditis omnia vota, exceptis quinque reservatis, nimirum Religionis, Castitatis perpetuæ, & triplicis peregrinationis, Romam, Compostellam, & Jerusalem. † Et his quidem absolutis: nam si sint pœnalia, possunt ab Episcopo dispensari. Ita Lessius *lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 18. *num.* 130. & 131. *p.* 1 *tract.* 11. *res.* 53. contra quem cum Sanch. *de matr. to. 3. lib.* 8 *disp.* 10. *num.* 3.

Sicut disiunctiva, quorū una tantum pars est reservata.

35. Dispensare etiam potest vota disiunctiva, quorum altera pars sit reservata: quia vovens eligere potest partem non reservatam, quæ est ab Episcopo dispensabilis. Ità Azorius *p* 1 *lib* 11 *c.* 10. *quæst.* 10. *p.* 1. *tr.* 11. *resol.* 63. in fine. Idque Malderus *in* 2. 2. *tr.* 10. *c.* 15. *dub.* 10. probabiliter putat procedere in casu, quo vovens partem reservatam adimplere determinasset. *Ibid. res.* 6. §. *Non reticebo.* Quod novissimè tenet Bossius *de Iub. section.* 2. *cas.* 11. *num.* 7. Et ratio est, quia illa determinatio, si non est nova promissio, non est inviolabilis etiam facta homini, *p.* 5 *t.* 12. *res* 60. Addit Sanchez *in sum. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 44 tale votum disiunctivum commutari posse per Cruciatam. († consequenter ab Episcopo. †) etiam si pars non reservata ex aliquo casu

casu facta sit impossibilis; quia hoc est per accidens. *p.1.tract.11.resol.74*

In quibus casibus dispensare potest in juramentis piis. Et probabiliter etiam in absolutis.

36. † Quæ omnia procedunt etiam de juramentis piis pœnalibus, & conditionalibus in materia reservata Religionis, &c. Nam Episcopus in ea materia, in qua dispensare potest vota; potest etiam juramenta pia. † Immò probabiliter docuit Ledesma *tom. 2. tract.11. cap.4.* (post illum Leon. *p.2. qu.13. sect.1. num. 83. p.5.t. 12. res. 59.* Episcopum dispensare posse juramenta prædicta etiam absoluta: quia voti, & juramenti diversa est ratio, & inter diversa non valet illatio præsertim in odiosis. Sane Pontifices, quando in aliquo indulto concedunt relaxationem juramentorum, non solent excipere illa quinque, sicut solent in votis. Sed contraria sententia Cajetani *in 2.2.q.89.art.9.* est probabilior: quia juramentum Deo factum nihil aliud est, quàm votum juramento firmatum, *p.4. tract.4. res.69.* Verum quamvis in *p.1. tract.11.resol.41.§.Notandum*, docuerint, juramentum adjecta contractui turpi, v.g. de solvendis usuris, ab Episcopo dispensari non posse nunc probabilem puto contrariam opinionem Trullench *in Cruc.lib.1.§.7.c.3. dub.2.nu.7.* Quia per hæc juramenta non acquiritur jus homini, sed soli Deo, qui vocatur in testem, ac proinde æquiparantur juramentis piis. Igitur qui metu coactus promisisset latroni 100. aureos, posset per Episcopum dispensari, *p.4.t.4.res.19.*

Et in adiectis contractui turpi.

Item vota reservata dispensare potest si emissa sint cum protestatione non inducendi obligationem lethalem.

37. Sunt, & alii casus, in quibus Episcopus habet auctoritatem in vota reservata Religionis, &c. ut si emissa sint cum expressa protestatione de non inducenda obligatione lethali, ut docuit Sanchez *in summ.to.1. lib. 4. cap. 40.nu. 47.p.1.tract.11.resol.72.* Si emissa sint ex metu, quamvis levi, ut docuit Lessius, *lib. 2. cap. 40. dub. 18. numer.127. ibid res. 73. & p.5. tract.12. res.61.* Item si talia vota commutata sint, Episcopus dispensare potest in subrogatum, ut docuit Pontius, *lib.8.c.8.§.2.num.24.p.5.tom.12. res.60. §. Notandum.* † Et ratio horum omnium est: quia in his casibus talia vota carent totali voti perfectione, & ideò non sunt reservata. † Gutierez *lib.2. tract. n. 49.* putat dispensare similiter posse si vota hujusmodi emissa sint à filio, aut servo, quin tunc irritari possunt à patre, vel domino. Sed Sanchez *de matr. tom.3. lib.8.disp.9.num.4.* id negat; quia diversa est patris, & Episcopi jurisdictio. Adde, quod dum Papa vota hujusmodi sibi reservat, derogat potestati dominativæ patris, domini, mariti, erga filios, servos, uxores *p.1.tract.11.res.84.*

Aut ex metu.

38. In particulari verò, votum Religionis, si est de strictiori, commutari potest ab Episcopo in laxiorem. Ita Henriquez *lib.7.cap.22.numer.7 p.1.tract.11. res. 55.* Si emissum sit ad ingrediendum tali tempore, dispensari potest, ut differatur si adsit justa causa, & absit periculum reddendi ingressum impossibilem. Ità Malderus, *in 2.2. tract. 10. cap.5.dub. 10.n.9.p.1.tract.11.res.80.* Item si sit perseverando in Religione, in casu, quo novitius eam experitur incommodam secundum Sanch. *tom.1.sum.lib 4.cap.40. n.75.* dispensari pot. est ab Episcopo. Imò in hoc casu probabile est non obligare. *ibid.res.79.*

Votum Religionis dispensare potest de strictiori in laxiorem.

Vt differatur ad certum tempus.

39. Et verò secundum substantiam Episcopus non potest dispensare votum Religionis absolutum, &c. etiamsi Religio sit militaris, dummodo sit approbata, &c. ut S. Joannis Melitensis, D. Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ. Ita de prima Faustus *lib.3.quæst.97.n.1.* de Reliquis Lopez *instruct.p.2.* quia ut ait Vega *tom.1.cap.85.cas.147.* & nos dicemus *Communitas Ecclesiastica*, tales sunt veræ Religiones. Verum, quia probabilis est opinio Soti *lib.7.q 5.art. 3.* quod tres ultimæ non sint veræ Religiones, non damnarem Episcopum, qui in voto de illis ingrediendis dispensaret, & ita tenet Sanchez *de matr.tom.3. lib.8.disp.9.num. 16.* Quod etiam dicendum foret de Religione Melitensi, in sententia Mandosi *in reg.3.can.quæst.11.num.3.* quod neque hæc sit vera Religio. *par.1. tom.11. res.77. & 78.*

Vt experta incommoda à novitio dimittatur. Et probabiliter secundù aliquos si sit de Religione militari.

40. Votum autem castitatis commutari ab Episcopo potest, si sit ad tempus. Ita Azorius *1.lib.11.cap.19. quæst.6 part.1.*

Votum castitatis dispensare potest

tract.

test. si ste ad tempus.
Solius virginitatis.
De non nubendo.
De servanda castitate conjugali.

De non petendo debitum.
Etiam in casu, quo uterque coniux ad id convenisset per modum contractus.
Si adest periculum incontinentiæ.
Etiamsi emissum ab altero, si ante consummationem matrimonii. secundum Pontium.

Et si quis contraxit post votum castitatis, dispensari potest ab Episcopo ad petendum debitum.

1. *tract.* 11. *resol* 57. Item si sit solius virginitatis, ut docet idem *ibid. quæst.* 14. secus, si talis vovens dubitaret an vovere intendisset castitatem perpetuam. Ita Sanchez *tom.* 1. *sum. lib.* 4 *cap.* 21 *num.* 22 *Ibid. resp.* 60 Item, votum de non nubendo, nisi emissum sit in favorem prioris conjugis id petentis in bonum filiorum, &c. Ita. Barbosa *de potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 37. *num.* 17 *ibidem resp.* 59. Item votum castitatis conjugalis. Ita Sanchez *ibid. cap.* 40. *numer* 50. *Ibid. resp.* 62. Item votum conjugis de non petendo debitum, etiam si de communi consensu uterque conjux castitatem vovisset etiam per modum contractus, *facio ut facias*, si ipsi conjuges ante dispensationem remitterent sibi ab invicem renuntiationem illam juris ad debitum, conferrentque sibi iterum suorum corporum potestatem: nam in tali casu teneretur uterque debitum reddere, hæc tamen remissio esset sacrilega. Ita etiam Sanchez *de matrim. tomo.* 3. *lib* 8. *disp.* 11. *num.* 7. *p.* 1 *tract.* 11. *resolut.* 82. Adde, quod si post tale votum conjuges in sæculo manere, & cohabitare vellent, tunc cum sit periculum moraliter certum incontinentiæ, &, non possit ita breviter Papa adiri, posset Episcopus, ut ait Pontius *libro octavo capitulo* 9. *numero* 2. dispensare: non quidem ordinaria potestate, ut notavit Trullench in Cruc. *libro primo* § 7. *cap.* 3. *dub.* 13 *num.* 21. Sed ex quodam tacito Papæ consensu. Et ob eandem periculi rationem docet Pontius *num.* 3. contra Sanchez *numer.* 4. Episcopum dispensare posse votum castitatis emissum à conjuge post contractum, & ante consummatum matrimonium: quia non tenetur, etiam intra bimestre, Religionem ingredi, quamvis dum voveret, ingredi cogitasset, *p.* 4. *tract.* 4. *resp.* 25 Denique: si quis post votum castitatis matrimonium contraxit, potest ab Episcopo dispensare ad petendum debitum, vivente conjuge, (sed ad ejus mortem dispensatio cessaret.) Ita Faustus *lib.* 3. *q* 91 *n.* 3. Idque vigore consuetudinis, ut ait Sanchez *in summ. tomo.* 1. *lib.* 4. *cap.* 54. *nu.* 20. *part.* 1. *tract.* 11. *res.* 66.

41. Rursus Episcopus dispensare potest in voto non fornicandi, non tenendæ certæ mulieris, non committendi peccatum mollitiei, aut abstinendi ab alio actu venereo: quia non sunt vota integræ castitatis. Ita Barbosa *par.* 2. *alleg.* 37. *num.* 15. Immò in his omnibus, etiam collectivè, & in casu, quo, hæc vota simul sumpta obligarent ad integram castitatem: nisi ultimum emissum fuisset hac intentione, ut servandæ totius castitatis consurgeret obligatio. Nam, si talis intentio non intervenit, illa vota non integrantur: quia unum ad aliud per accidens refertur; & sic Episcopus, sicut potest dispensare singula, potest etiam omnia. Ita Sanchez, *ubi supra cap.* 40. *num.* 68. *p.* 1. *tract.* 11. *res.* 67. Et tandem dispensare potest in voto assumendi Ordines sacros; quia non est votum castitatis, sed assumendi status, cui castitatis obligatio est adnexa. Ita Portellius, V. *voti dispensatio num.* 78 *ibid. resolut* 64.

42. Deindè quoad vota peregrinationis reservata, Episcopus dispensare potest in circumstantiis, v. g. Cundi mendicando, sicut supra diximus de commutatione Religionis strictioris in laxiorem. Ita Lessius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 13. *num.* 105. *par.* 1. *tract.* 11. *res.* 84.

43. Nota, quod Episcopus denegans dispensationem voti, aut juramenti subdito cum justa causa petenti peccat, & in cap. *quanto* 2. *quæst.* 5. dicitur infidelis. *part.* 1 *tract.* 11. *res* 43 Quæres an qui vovit non ludere, sub pœna, ut non possit dispensari nisi à Summo Pontifice, possit adhuc ab Episcopo absolvi? Respondet Trullench *in decal. t.* 1. *l.* 2. *cap.* 11. *dub.* 5. *numer.* 2. Affirmativè, quia hujusmodi votum non est de reservatis Pontifici, & sic non aufert jurisdictionem Episcopis, & sic videtur esse de re impossibili. Cui ego etiam adhæreo *part.* 7. *tract.* 9. *res.* 59.

Item dispensare potest in voto non fornicandi
Non tenendæ certæ mulieris.
Vel abstinendi ab alio actu venereo

Etiã si multa vota partialia obligent ad integram castitatem.

Et in voto assumendi ordines sacros.
In voto peregrinationis reservata dispensare potest circũstantiam, mendicitatis. ver. gra. Et si Episcopus negat sine causa iusta voti dispensationẽ, peccat.
Dispensat in voto non ludendi cum reservatione ad Sum. Pontif.

)(

EPISCOPI IVRISDICTIO In Reliquias.

Cum Reliquiæ admitti non possint, nisi ab Episcopo approbentur.

44. RELIQUIAS, & miracula statuit Tridentinum *sessio.25 de reformat.c.de Vener.Sanct.* admitti non posse, nisi Episcopus recognoscat, & approbet, qui simul ac aliquid de iis compertũ habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & piis viris; ea faciat, quæ pietati ac veritati consentanea duxerit. Quod si aliquod dubium grave in his rebus occurrat, convocet Consilium provinciale Episcoporum & illorum sententiam expectet. *part.2.tract.15.resol.51.*

Sciat Episcopus, sufficere moralem certitudinem quod Reliquiæ sint talis Sancti, ut illas approbare possit.

45. Circa quod decretum adverte primò, ad approbationem Reliquiarum Episcopum non egere evidentia, sed sufficere certitudinem moralem ortam ex rationibus probabilibus: nam aliàs pœnto quocumque miraculo, semper remanebit locus dubitationi. Ita Morales *hist. Hispan.l.17. c.5. in fine.* Et hic est sensus cap. *placuit, de consecrat. distinct. 1.* ubi Pontifex eas Reliquias Venerandas asserit, quæ certæ sunt moraliter, non evidenter. Sanè, qui probabiliter, & non temerè credit, dicitur certus, ut notat Naldus V. *Certum, num.1. Ibid. §. Quæritur primò.*

Et si non posse approbare Reliquias Sancti nondum canonizati, ut venerentur.

46. Adverte secundò, Episcopum solum approbare posse, quod Reliquiæ noviter inventæ sint certi Sancti Canonizati: non autem Venerandas, & colendas proponere Reliquias Sancti nondum Canonizati; unde verba illa Concilii, *Reliquias novas* exponere *noviter expertas.* Ita Barbosa *de potest. Episcop.p. 3 alleg. 97.n.10.* contra Lorcam *in 3.p.q.25. art.6. disp.97.n.10. ibid §. Quæritur secundò.*

Vota autem Theologorũ, quæ requirit Concilium, esse solum consultiva. Et posse illa non sequi.

47. Porrò vota Theologorum à Concilio requisita non sunt decisiva, sed tantum consultiva, unde Episcopus contra illa decernere potest: quia ubi consilium petitur, non oportet illud sequi. *l. cum pater §. Mando, de legat.2.* Ita Bonacina *de leg. disp.3 quæst.1.punct.4. num.5, ibidem. §. Quæritur tertiò.*

48. Vota autem Episcoporum provincialium sint decisiva; quia Concilium non petit ab illis consilium, sed sententiam. Ita Sanchez *summ.t.1. lib.2.c. 43. n. 15.* Sufficit verò consensus majoris partis: nam quod major Concilii pars decideret, censetur totum Concilium decidisse *l.quod maior, ff.municip. & cap. Apostolorum, dist.16.* Cæterum majori Concilii parti debet decidere in Concilio. Aliàs non sufficit. Ita Morales, *ubi supra c. 12. Ibidem §. Quæritur quartò.*

Episcoporum verò provincialium decisiva.

Et tandem, se approbare posse Reliquias extra diœcesim.

49. Episcopus vigore Tridentini approbare potest Reliquias extra Diœcesim secundum Barbosam, *ubi supra n.14.* quia hæc jurisdictio non est contentiosa, sed voluntaria *Ibid. §. Quæritur quintò.*

EPISCOPI IVRISDICTIO, in usum Pontificalium.

Quænam sint insignia Pontificalia.

50. INSIGNIA Pontificalia sunt Mitra, Baculus pastoralis, Annulus, Scandalia Tunicella, Dalmatica, Chirothecæ, & Crux pectoralis, *par.3.tr.5.resol. 36.* Præter hæc Archiepiscopus accipit à Pontifice Pallium in insigne dignitatis Archiepiscopalis, ex cap. *nisi, de auctoritate, & usu palii.* †

Et an Episcopus possit cum illis celebrare extra diœcesim.

51. Circa hæc primò dubium est, an Episcopus in Pontificalibus celebrare possit extra diœcesim (Et Villalobos, *to.1. tract.18. diff.9. n.1.* Respondet affirmativè, quia nullus Canon id prohibet; nec obstare Tridentinum *sess.6 cap.5.* qui loquitur de usu Pontificalium cum aliquo exercitio Episcopali, puta, chrismandi, ordinandi, &c. ut ex contextu colligitur, & exponit Tamburinus *de iure Abbat. to 1.disp.15.q.14.n.2.* Adde quod Episcopus ex Tamburino *ibid.num.1.* celebrare potest in Pontificalibus intra diœcesim in locis exemptis, quæ ut notat Cochier *par.2.quæst.1.n.6.* paria judicantur in hac re locis extra diœcesim. Vide Joannem Vanshel *in Clem. de prior. fol.35. colum.2.* & Alzedum *par.1. cap.13. numero.88.* Sed puto, negativam sententiam Gavant. *Enchirid. Episcop.V. functionis Episcopis, num.134.*

Negativè respondet.

*num.*11. tenendam esse, quam confirmat consuetudo, sic Tridentino interpretata. Episcopi enim non celebrant in Pontificalibus extra diœcesim, nisi de licentia Ordinarii loci. Ratio autem est, quia baculus, & mitra sunt signa jurisdictionis, ut docet Tamburinus *ubi supra*, & patet ex forma consecrationis Episcopalis. Unde in Cæremoniali Episcoporum *lib.*1. *cap.*17. habetur Episcopum uti non posse baculo extra diœcesim nisi ibi ordinationes, aut consecrationes auctoritate Apostolica ei facere concedatur.

Quamvis id possit in locis exemptis intra diœcesim.

Vide Fluvium Pacianum *de præcep. lib.* 2. *cap.*29. *num.* 54. & 56. Nec obstat quod Episcopus uti potest Pontificalibus in loco exempto intra diœcesim; nam est dispar ratio, loca enim exempta, cum adhuc sint intra diœcesim, retinent reliquiam prioris subjectionis, *ibidem. part.* 4. *tractat.* 4. *resolutione* 143. §. *Notandum.* An verò possit ordinationes facere extra diœcesim, vide *verb. Ordinis minister.*

Archiepiscopus factus Episcopus non potest uti pallio.

52. Secundum dubium est, an Archiepiscopus factus Episcopus possit uti pallio? Et respondeo negativè: quia pallium est insignis dignitatis Archiepiscopalis, ante cujus susceptionem non potest quis vocari Archiepiscopus, cap. *nisi de auct. & usu pallii.* Et præterea, quia pallium est addictum loco, & Ecclesiæ Archiepiscopali, ut patet ex cap. *bonæ memoriæ el* 2. *de postulat.* ex quo cæremoniale Romanum *lib.*1. *cap.*16. Lancellotus *lib.*1. *titul.* 11. *in gloss. litter. H.* & alii docent, Archiepiscopum transeuntem ad alium Archiepiscopum non posse uti pallio priori, sed indigere novo. Immò Barbosa *Collectant. tom.* 1. *lib.*1. *titul.*8. *cap.*6. *numer.*2. tenet Archiepiscopum non posse uti pallio in aliena diœcesi sine licentia illius Ordinarii, & alii putant, quod si Archiepiscopus à secundo Archiepiscopatu ad priorem redeat, indiget novo pallio, quia primum non sufficit, in quam sententiam inclinat Acugna *in decret. Gratiani part.* 1. *dict. inst* 100. *cap.*10. *num.*3. & 4. Qui etiam probabiliter asserit: quòd si Archiepiscopus pallium à Papa acceptum casu amitteret, posse nihilominus Pontificalia exercere; quamvis Venerus *lib.*4. *cap.*10. *num.*19. docere videatur, quòd aliud à summo Pontifice petere debeat, *part.*3. *tract.*3. *resol.*37.

53. Tertium dubium est, an Episcopus suspensus à Pontificalibus, in Pontificalibus celebrans incurrat irregularitatem? Et respondeo negativè. Vide *verb. Suspensionis num.*3.

EPISCOPI IVRISDICTIO *In reliquis.*

†. QUando possit Episcopus dispensare ad matrimonium contrahendum, vel contractum dictū est *verb. Dispensare.* Quod ad impedimentum nō petendi debitum ex voto, dictum est hactenus, de ejus jurisdictione in vota. Potest autem dispensare etiam, quando jus ad debitum amittitur per affinitatem incestuosam.†

An possit Episcopus concedere Bullas in sua Diœcesi cum facultate absolvendi reservata, dispensandi, &c.

54 Episcopus in sententia Navarri *cōsil.*18. *lib.*5. *de pœnitent. & remiss.* nō potest concedere Bullas cum facultate absolvendi à casibus sibi reservatis, & dispensandi, ac commutandi in iis, in quibus ipse potest ordinario jure. Talis enim concessio est simoniaca, jure saltē humano, in qua solus Papa dispēsare potest, ut de facto dispensat, quando cōcedit Cruciatam in subsidiū belli contra infideles. Sed in sententia Henriq. *lib.*7. *cap.*31. *n.*1. *in gloss. liter. C.* potest, qui testatur in fecisse Episcopum Hispaniarum an. 1571. ad instantiam Regis Idem docet Trullench. *in Bull. proœm. dub.*2. *nu.*4. sed cum tribus limitationibus. Prima est, quòd Papa, non concesserit Cruciatam. Secunda, quòd magna necessitas urgeat. Tertia, quòd pecunia, quæ pro tali cōcessione datur, non applicetur in usus Episcopi, sed in opera pia ad communitatē spectantia. Quibus positis, ait, talem Bullæ concessionem non fore simoniacam, sicut non est simonia quando Episcopus dispensando aliquod votum, imponit onus largiendi certam eleemosynam pau-

Negat Navarius.

Affirmat Henriq.

Limitat Trullench.

pauperi, vel monasterio: nam Tridentinum *sess. 25. cap. 18.* solum prohibet in his recipi pecuniam in pretium *part. 4. tract. 4. resolut. 60.* Posse verò concedere Bullas Compositionis, diximus sub *verb. Bulla Compositionis num. 2.*

An transferre possit ieiunium de die in diem ex iusta causa?

55. Episcopus secundum Laymann. *lib. 4. tractat. 8. cap. 3. num. 9.* transferre potest jejunium Ecclesiæ de uno in alium diem, si ita Civitatis solemnitas, aut populi infirmitas exigit. Et in particulari, quando Vigilia S. Matthæi incidit feria secunda, vel tertia post Quinquagesimam, transferre potest in Sabbathũ præcedens, si populus videatur in tali die carnes esurus. Quæ opinio probabilis alicui videbitur, etiamsi fractio jejunii sine esu carnium timeatur; nam hoc quoque peccatum præcavendum est, *part. 3. tract. 3. resol. 66.*

Affirmat Layman.

An possit erigere Collegiatam cum novis Canonicis?

56. Episcopus in sententia Riccii. *part. 3. decis. 66.* non potest erigere Collegiatam cum novis Canonicis, vel Canonicis antiquis alios addere. At secundùm Novarium *qq. for. part. 1. quæst. 24. n. 4.* utrumque potest, & potest concedere talibus signum, quod vulgò dicitur *Almutica*, vel, *Cappucio*, aut *Zambarda* sine licentia Papæ, *part. 3. tractat. 6. resolutione 38.*

Et præcedentibus adiungere?

Et delegare laicis causas Ecclesiasticas?

57. Si causæ spectantes ad jurisdictionem Ecclesiasticam sunt merè civiles, & pecuniariæ, potest Episcopus illas delegare Judici Laico: si autem sunt spirituales, non potest. Et hæc opinio in praxi communiter servatur, quamvis de jure communi Angianus *de leg. tract. 1. lib. 2. controv. 25. num. 5.* solidè contrarium probet *part. 1. tract. 2. resol. 113.*

Item an possit confiteri simplici Sacerdoti.

58. Episcopus ex cap. *ne pro dilatione* potest sua peccata confiteri cuicunque Confessario idoneo. Et quidem secundùm Valerum *verb. Iurisdictio diff. 14. num. 2.* & alius etiamsi non sit approbatus ab Ordinario, nam sicut non approbatum approbare potest pro ovibus suis, ita, & pro semetipso: nec obstare Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 15.* nam, cum supradictum privilegium sit insertum in corpore juris, non revocatur per clausulas generales. Sed Suarez *in 3. part. tom. 4. disputat. 28. sect 4. num. 2.* & alii tenent: non posse eligere nisi approbatum, & ita decrevit Gregor. XV. Concilium verò non derogat hoc privilegium; sed solùm exigit conditionem in confessario, ut idoneus sit, nimirum quòd sit Curatus, vel ab Episcopo approbatus, idque generaliter pro omnibus sæcularibus. Unde cum Episcopus ex supradicto privilegio cap. *ne pro dilatione* debeat eligere idoneum, post Tridentin. tenetur eligere curatum, vel approbatum, *part. 3. tractat. 3. resolutione 3.*

Et citare subditum existentem extra diœcesim?

59. Videtur quòd Episcopus possit citare subditum existentem extra diœcesim: primò, quia ait Bartol. *in l. 1. §. 1. num. 3. ff. de req. reu.*, quod quando duo territoria subsunt uni superiori, tunc unus Judex potest citare in territorio alterius, omnes autem diœceses subsunt Romano Pontifici. Secundò, quia citatio non est actus judicialis, ait enim Abbas in cap. *licet num. 41. de foro compet.* citationem posse à Nuncio fit extra territorium esse solummodo executionem sententiæ judicialis de citando reum, quæ decernitur à Judice in proprio territorio. Tertiò, quia id videtur significari in cap. *Romana, §. Contrahentes, de foro compet. in 6.* ibi, *si eorum auctoritate citati.* Sed nihilominus contrarium tenendum est cum Cornelio, *in 3. part. tractat. 5. disput. 6. dub. 2.* Hurtado *de cens. in comm. diffic. 8.* & aliis, quia Episcopus non potest exercere jurisdictionem in aliena diœcesi, cap. *fin de constit. c. Episcopum 8. quæst. 2.* jurisdictio enim hæret territorio, *l. fin.* Et Episcopus extra diœcesim quoad jurisdictionem contentiosam habetur pro persona privata. Citare autem est actus judicialis, etiam quatenus intimatur à Nuncio, unde in Clement. *pastoralis de sentent. & re iudic.* determinatur, Judicem non posse aliquem citare in alieno territorio. Dices, Episcopus potest excommunicare aliquem extra Diœcesim, ut dicimus *verb. Censura num. 7.* ergò, & citare, tum quia ad excommunicandum prærequiritur citatio, tum etiam, quia plus est excommunicare,

nicare, quam citare. Respondeo, Pontium *lib. 5. cap. 7. §. 2. num. 20.* negare antecedens. Ipse verò cum Cornejo, *ubi suprà*, nego consequentiam. Et ad primam probationem, ait idem Cornejo, fugientem extra territorium post delictum citari sufficienter in domo, vel in alio loco publico territorii: quia per fraudem fecit se indignum citatione personali. Ad secundam probationem negatur assumptum, nam executio excommunicationis extra territorium non exigit strepitum judicialem, sicut exigit citatio: quia secum trahit effectum suum.

Ad argumenta primo loco adducta. Ad primum, negatur major Bartoli. Nam quo tempore omnes Provinciæ Romano Imperio subjectæ erant, statutum fuit *in l. 1. §. Præsides, ff. de requir. reis*, ut Judices loci delicti mitterent litteras ad Magistratus locorum, ubi rei consistunt, ad eos citandos. Et ita practicari testantur multi cum Carnevalio *de judic. lib. 1. titul. 1. disputat. 2. quæst. 1.* Ad secundum negatur, citationem non esse actum judicialem; nam contrarium probatum est. Unde quamvis Episcopus in alieno territorio possit jurisdictionem voluntariam exercere; ut docet Gratian. *tom. 2. cap. 127. num. 1.* id tamen non est verum, quando requiritur citatio, ut ait idem Gratianus. Ad tertium, ille textus non est contra nos: nam loquitur de citatione ratione contractus, quæ immediatè afficit rem, non de citatione personæ, quæ afficit immediatè personam. Ita Avila *part. 2. cap. 3. disputat 2. dub. 2. conclus. 4.* Vel melius, quod ille textus, dum dicit, *propria auctoritate citati*, non excludit interventum Judicis territorii requisitum per litteras, nam quod hic facit, videtur facere jussu requirentis *ex l. à Divo Pio, §. 1. ff. de re judic.* Ita Barbosa *in l. hares absens, §. 1. ff. de jud.* Adverte tamen quod nostram sententiam DD. multipliciter limitant, & primò nisi adsit privilegium. Vide Tassonum *in pragmat. de Ante fato 23. observat. 4.* Secundò nisi adsit præscriptio. Ita Surd. *cons. 465. num. 6.* Tertiò non procedere in Prælatis Reg. ut suo loco dicemus, *part. 5 tractat 9 resolutione 34.*

60. Non potest Episcopus dispensare post matrimonium contractum obtenta dispensatione subreptitia, sed solum dissimulare, ut remaneant illi matrimonio contracto cum tali dispensatione, maximè si ex reparatione grave scandalum immineat, *part. 9. tractat. 7. resolutione 40* — *Potest Episcopus dissimulare propter scandalum.*

61. Episcopus tenetur irrogare eam partem communibus necessitatibus, vel medietatem superfluorum, Card. de Lugo. Non Episcopi, Sà, vel sextam partem pauperibus tenentur erogare. Mach. *p. 8. tr. 7. res 12* — *Ad quæ tenentur Episcopi.*

62. Episcopus potest abesse à residentia sui Episcopatus per sex menses cõtinuos computatis scilicet tribus mensibus ultimis anni, incipiendo à primo die trimestris futuri anni continuatè, potest abesse sine peccato mortali, contra Tolet. *p. 9. tr. 6. res. 22.* — *Potest abesse per tres menses à residentia.*

63. Episcopos, & Cardinales Regulares posse munus Patrini in Sacramento Baptismi exercere, docent ferè omnes DD. & contrahunt cognationem spiritualem, *p. 9 tr. 6. res 32* — *Episcopi possunt esse Patrini.*

64. Vota aliquarum Religionum, quæ annectuntur tribus votis substantialibus, non obligare durante Episcopatu, asserunt DD. secluso voto Patrum Societatis Jesu de præposito Generali sic dictum est, *part. 5 tr. 2. resol. 65 & p. 9 tr. 8. resol. 70* — *Aliqua vota Episcoporum Religionum non obligant durante Episcopatu.*

65. Episcopi non possunt convocare processiones, nec ordinationes facere in Ecclesiis Regularium illis invitis, *p. 9. tr. 6 resol. 48* — *Convocare processiones, &c. non possunt in Ecclesiis regularium, illis invitis.*

66. Non potest Episcopus punire Regularem unius Religionis delinquentem in Monasterio alterius Religionis, nec superior illius Monasterii potest illum punire, sed mittere delinquentem suo Superiori; nec tamen si deliquere extra claustrum. Bordon. *part. 9 tract. 7. resol. 69*

67. Episcopus non confirmatus, & ordinandus debet confirmari, non enim excusari potest à peccato veniali Episco- — *Episcopus ordinandus debet confirmari.*

pum administrantem Sacramentum confirmationis, sic etiam suscipiens, primam tonsuram non confirmatus. *ib. tr. 6. resol. 47.*

In Monasterio exempto non potest ordinare absque licentia Diœcesani.

68. Episcopus non potest in Monasterio exempto Regularium illos ordinare absque licentia Episcopi Diœcesani, in cujus Diœcesi Monasterium existit. Dian *p. 9. tr. 8. res. 29.*

Incendiarii debent ab Episcopo excommunicari.

69. Quamquam Incendiarii non sint ipso facto excommunicati, tamen debēt ab Episcopo excommunicari, sub pœna suspensionis per annum à Pontificalibus, quando hoc non faceret, & excommunicatio est Papæ reservata DD. *p. 9. tr. 8. resol. 10.*

In casu necessitatis potest mutare pœnitentiam datam à Papa.

70. Episcopus in causa urgenti potest mutare pœnitentiam datam à Papa, quando facilè adiri ipse non potest; sed contrarium practicatur à Pœnitentiaria, sed tu cogita. *ib. tr. 9. resol. 11.*

Contrarium practicatur.

71. Episcopus non potest imponere pensiones super beneficia pinguia, nisi assignata justa causa, & legitima, & quantum leges præscribunt, quare sine expressione est nulla. Secundò sapit simoniam. Tertiò causam expressam, sed non qualem leges permittunt, unde his non concurrentibus, potest inferri lis de nullitate pensionis, Garz. *part. 9. tract. 9. res. 49.*

Sine assignata causa non potest Episcopus imponere pensionem super beneficia pinguia.

72. Episcopus potest in aliquibus casibus dispensare in suis legibus. Sylvest. *p. 9. tr. 6. resol. 41.*

Potest tempore pestis posita necessitate, ut comedatur caro in Quadragesima.

73. In extrema necessitate (aliter minimè) potest Episcopus tempore pestis dispensare in lege jejunii quadragesimali comedi carnes, quod etiam concedit Marchat. in locis ab urbe valdè remotis, vel ubi periculum sit in mora, vel ex generali consuetudine, quod licet Episcopo universos Cives solvere ab abstinentia quadragesimali ex causa pestis. *part. 10. tract. 14. resolut. 3.* & si dispenset in jejunio absque justa causa, non solum est illicita, sed invalida. Dian. *ibid. §. Nota etiam* nec potest abrogare legem localem jejunii latam in Concilio Provinciali, licet possit dispensare in ea, sicut potest in illa de jure Communi. *ibid. §. Quaro primo.* Potest tamen in lege Synodali facta de jejunio, Leand. & alii. *ibid. § Quaro secundo.* potest etiam in aliquibus dispensare validè, non licitè sine justa causa. *ibidem.*

Potest dispensare in juramentis castitatis, &c.

74. Episcopus potest dispensare in juramentis Castitatis, Religionis, Peregrinationis Hierosolymitatæ, &c. cum non sint reservata Papæ sicut & vota. Dian. & alii, *part. 10. tract. 14. resol. 17* potest tamen dispensare in casu necessitatis in votò Religionis, & Castitatis perpetuæ. Garzias, & alii *part. 10. tr. 11. resol. 47. §. Nota etiam.*

Potest dispensare in irregularitate orta ex rixa, & ex excessu defensionis honoris, &c.

75. Potest Episcopus dispensare in irregularitate orta ex repentina rixa, & etiam orta ab excessu defensionis, honoris, vitæ, vel bonorum temporalium, quę non est nuncupanda ex homicidio voluntario. Navarr. & alii, *p. 10. tr. 11. resol. 19.* & cum homicida ad ordines minores, & ad beneficium simplex. *ibid. §. Nota etiam.* idem potest Cap. S. vacante. *res. 24.*

Ad sacros ordines cum illegitimo occulto solus Papa.

76. Cum illegitimo occulto ad sacros ordines, dignitates, ac beneficia Curata solus Papa potest dispensare, sed si ordinatus fuerit bona fide in Sacris, potest Episcopus dispensare cum illo ut administret. Palaus, & alii. *part. 10 tract. 11. resol. 24.*

Cum bigamo interpretativo.

77. Potest etiam Episcopus cum bigamo interpretativo; & hæc opinio est communior, & si maritus postea cognoscit delictum in conscientia, & mortua uxore debet se abstinere ab ordine suscipiendo, etiā quod delictum non admittatur in foro externo. Ita Cornejo *ib. res. 15.* imò fit irregularis, etiamsi cogatur per censuras ad reddendum debitum, vel quia pendet lis, vel quia non potest sufficienter probare adulterium uxoris Episcopus, ut dictum est dispensare ad minores, & ad beneficium simplex. *ibid. §. Notandum,* &c.

Filii satellitum & infames sunt irregulares.

78. Filii satellitum (del boia) histrionum, & repræsentantium res inhonestas publicè, & meretricum, etsi nullo jure inveniuntur irregulares, tamen communiter DD. asserunt supradictos tamquam infames coërcendos esse ab ordinibus, & esse irregulares. *ibid. resolut. 26.*

& qui

& qui sunt infames in uno loco, non sunt in alio, dummodo infamia non sit facilè perventura in illo loco in quo ordinatur, vel non sit reversurus ubi famam amisit. Marchantius. *ibidem, §. Sed si inquiras.* Infamia duplex est, una per sententiam judicis diffinitivam, qua quis de aliquo crimine condemnatur. Altera per quædam crimina quibus statutis juris annexa est infamia. Sylvest. *verb. Infamia, numer. 8. & 9.* quomodo hæc dicta intelligantur vide *resol. 27.* & Episcopus non potest dispensare cum infami ad ordines, sed in susceptis potest ut administret. Palaus *ibid. § Quoad 3.* Sicut & sententiati à Judice indigent dispensatione, etsi baptizetur. *ib. §. Et tandè.*

Infamia duplex.

Cum Eunucho.

79. Potest Episcopus dispensare cũ Eunucho qui sponte se castravit occultè. Sic Andræas Gerunda, & alii, ut ordinentur in sacris. *p. 10. tr. 16. res. 28*

Degradare Sacerdotem non sibi subditum, sed non in casibus non expressis à jure.

80. Potest degradare Sacerdotem non sibi subditum propter delictum enorme, & qualificatum, & tradere brachio seculari ad puniendum Cartarius cum 60. DD. *p. 10. tr. 11. resol. 52.* Sed in casibus non expressis in jure non debet hoc facere inconsulto Pontifice. *ibid. §. Sed non deseram.*

Iurisdictio constat in indirecta à Papa concessione.

81. Jurisdictio Episcopi constat in cõcessione directa, & indirecta, directa fundatur hæc potestas Episcopi in jure Divino, indirecta in voluntate Papæ. Lugo. *p. 10. tr. 12. res. 18 §. Igitur.*

Non potest concedere leges irritantes.

82. Episcopus non potest condere leges irritantes, ut Matrimonium impediat celebraturum, vel celebratum ante Parochum. Dian. & alii. *p. 10. tr. 13. resol. 23. §. Sed difficultas*, nec potest cogere Parochum ad subministrandum presbyteris necessaria celebrare volentibus in Parochiali, S. Congr. Rituum 16. Junii 1602. *ibid. resol. 14.*

Nec adstringere Parochianos audire sacrum in Parochia.

83. Non potest adstringere Parochianos, ut in Parochia audiant sacrum. Raphaël Aversa *ib. res. 15.* nec potest transferre festa, nec jejunia sicut Pontifex. Leandr. & alii. *ibid. res. 7.*

Ex usu, & necessitate debet constituere Vicarium Generalem, quem ordinarium vocant, nec duos in duabus Diœcesibus unius aut in loco residentia.

84. Per se loquendo Episcopus non tenetur constituere Vicarium Generalem, tamen ex usu, & pro necessitatibus debet eum constituere, qui habet potestatem tam ordinariam quam delegatam, sed quando dicimus Vicarium Generalem Episcopi esse ordinarium, intelligitur quod ad ea tantùm, quæ ipso jure veniunt ex generali commissione Vicariatus, Gomez, & alii. *§. Cùm autem.* nec potest duos Vicarios Generales constituere pro duabus Diœcesibus unius, sed potest in ea ubi residet habere duos Vicarios. Barbosa *part. 10. tractat. 15. resol. 31.*

Potest negare licentiam Regularibus ad non alloquendum monialibus.

85. Potest negare licentiam Regularibus alloquendi cum Monialibus, tamen est actus Charitatis si habent negotia, vel si sint consanguineæ, & Vicarius tenetur concedere. Vide *verb. Alloqui Monial. numer. 8.* & hanc licentiam potest concedere Novitio Equiti S. Joan. & S. Jacobi, vel alterius Religionis. Portel. & alii. *p. 10. tract. 14. resol. 50.*

Episcopus non potest visitare &c. loca, ubi residunt Generales & est cura animarum.

86. Episcopus Laudensis non potest examinare, & visitare Parochum Regularem in Ecclesia oppidi, vel loci Hospitaletti ordinis S. Hieronymi, ubi Generalis habet suam Residentiam, & in aliis ubi est cura animarum, & ibi residunt Generales, in aliis verò ubi Parochi sint seculares, vel Regulares, potest ad ea quæ sunt curæ annexa. D. *p. 10. tr. 16. resolutione 26.*

EPISCOPVS

Quoad pœnas pecuniarias imponendas, & ejus familiares.

Familiares Episcoporum non possunt à Principibus limitarii.

1. EPISCOPUS potest habere tot satellites, vulgò *Alarii*, quot voluerit: nec illorum numerus præscribi potest à magistratibus laicis. Quod si ex magno illorum numero inconveniẽs aliquod oriatur, rogabunt ipsos Episcopos, qui remedium adhibebunt. Et ita declaravit Sacra Congregatio die 14. Aprilis 1615. apud Barbosam *de jur. pont. l. 1. cap. 11. numer. 75.* Idem docet Venerus *in exam. Episcop. l. 4. cap. 12. num. 5.* ante ipsum Cardin. Bertrand. *resp. 2. ad artic. laici num. 7.* in instantia hujusmodi facta.

facta tempore Philippi Regis Francorum, *p.4.tr.1.resol.100*

Et gaudent foro. Episcopi familiares gaudent privilegio fori. Vide *verb. Immunitas Ecclesiastica, n.19*

Possunt imponere pœnas pecuniarias tam Ecclesiasticis, quam laicis concubinarii, sed semper dicendum est quod debet eas locis piis disponere. 2. Episcopi certè, & verè possunt pœnas pecuniarias imponere ex praxi ubiq; recepta, & consuetudine, & possunt habere fiscum; communiter DD. *part. 10. tract 8 resol.1.* quas pœnas per S.C. Trid. §.24.cap. 3. de Reformatione absolutè dicimus, Episcopos non posse sibi applicare, sed pauperibus, & locis piis, etiam pœnas secularibus ablatas. Quaranta, & alii *ibidem resolut. 2.* Confunduntur rationes pro Episcopis quod possint sibi applicare dictas pœnas, *resolut.3.* & possunt non solùm concubinarios pœnis Ecclesiasticis, & corporalibus verum etiam pecuniariis punire, sed semper quod piis locis applicentur. *ibid. res. 4.* & possunt compositiones facere super quibusdam delictis, & iisdem piis locis applicare, *resol.5.*

Sic etiam Inquisitores qui dispensant, locis ubi eas exigunt. 3. Inquisitores possunt punire pœnis pecuniariis, delinquentes, quas summo Inquisitori Romæ tradere debent, & num sibi applicare in Hispania tractatur per specialia. *resolut.6.* Sacr. Congreg. sancivit, & declaravit, ut hæ pœnæ pecuniariæ ponerentur apud fidelem sequestrum (dummodo non sint ex domesticis Episcoporum) ut piis fidelium locis, ubi exactæ fuerunt, & ad pios usus eorumdem locorum convertantur. *ibid. resol.7*

Possunt de dispensatione in lege pontificis, sed danda locis piis. 4. Episcopi possunt imponere pœnam pecuniariam pro dispensatione in lege Pontificis, sed solum in legibus per quas subditi obligantur ad aliqua onera à quibus per dispensationem eximuntur, ut est lex jejunii, & laborandi in diebus festivis, minimè in aliis, ut in dispensando in denunciationibus Matrimonii, super interstitiis, & in litteris dimissorialibus pro suscipiendis ordinibus ab alio Episcopo, *ibid. res.* 8. & si contigerit tales pœnas imponere pro aliquo delicto, vel dispensatione, &c. semper applicandæ locis piis. *resol.* 9. & eadem ratio est de Cap. S. Vacante *res.10*

EQVITES.

Equites Hierosolymitani possunt transire ex licentia Papæ ad alias Religiones.

1. Equites Hierosolymitani possunt transire ex licentia Papæ, & justa causa ad alias Religiones D. Jacobi, Calatravæ, &c. *p.10 tr.12 resol 1 per totam.* Et confiteri possunt hi omnes Equites cum Sacerdote simplici, ut alii Regulares. *Ibid. vers. Ex quibus.*

Eques Ordinis militaris retinens pensionem non tenetur recitare Officium B. Mariæ.

2. Eques Ordinis Militaris retinens pensionem ad illum Ordinem ex Clerico transiens, non tenetur recitare Officium parvum B. Mariæ, sed satisfaciet præcepto recitandi, si recitet Orationes præscriptas sui Ordinis, quia Pius V obligavit ad Officium eos, qui ad aliam orationem non erant adstricti. Sic Bonac. Castro Palao, & alii plures, *p. 10.tr.16. res.95.verb. Vnum licet.*

EVCHARISTIA.

Eucharistiæ definitio.

1.† Eucharistia est Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini ad spiritualem animæ refectionem divinitus institutum. Ratio autem Sacramenti non consistit in Communione, ut docuit Gabriel *in 4. disputat. 8 quæst 1.art.2 dub. 2.* nec in sola consecratione: nec in solis speciebus. Sed in Corpore Christi, aut Sanguine, quatenus ex vi verborum sub speciebus continetur. Est unum Sacramentum unitate speciei infimæ; sed moralis in ratione convivii spiritualis, ad quod materialiter integrandum requiruntur species panis, & vini. Unitas verò hujus Sacramenti numerica desumitur ex una numero refectione per unicam Communionem; sive sub una, sive sub utraque specie: sive unius Hostiæ, sive plurium: & sive ab uno, sive à pluribus Sacerdotibus consecratarum. Sed de his omnibus vide Valentiam *in 3. part. quæst. 73. artic.1.disputat.6.sect.1. punct.3.* Valquez *disputat. 167. cap. 5.* & alios recentiores.

Et constitutivum in ratione Sacramenti.

Vnde desumatur unitas ejus specifica?

Et numerica?

2. De

2. De Eucharistiæ necessitate, & effectibus, actum est sub *verb. Communionis necessitas, & utilitas.* De suscipiente item Eucharistiam], actum est *verb. Communionis Dispositio.* Reliqua hic persequemur.†

3. Infideles non obligantur ad sumptionem Eucharisticam, cum non sint, neque existunt in Ecclesia. Sanchez *p. 8. tr. 7. resol. 81*

Lampadem accensam tenetur ante Sacramētum conservare.

4. Cui interest lampadem accensam ante Eucharistiam conservare, peccat mortaliter non conservando. Quinta. *p. 9. tr. 6. res 34.*

EVCHARISTIÆ *Materia.*

Eucharistiæ materia panis, & vinū.

1.† MAteria Sacramenti Eucharistiæ est panis, & vinum. Et panis quidem ex solo frumento. Et in Ecclesia Latina azymus, in Græca fermentatus. † Quem morem tenentur tam Latini, quàm Græci in suis Ecclesiis servare sub mortali: nec ab illo recedere possunt ex quavis magna causa: nam est usus rationabilis, publicus, in re gravissima. Et Pius V. in suo motu incipiente, *Providentia Romani Pontificis anno 1566* revocat licentiam Græcorum celebrandi more Latino, & Latinorum celebrandi more Græco. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 7. diff. 6. numer. 2.* & alii contra Nugn. *in 3. part. tr. 1. quæstion. 74. artic. 4. conclus. 6.* At si Græcus peregraret inter Latinos, aut Latinus inter Græcos, ubi nullum est templum in quo servetur ritus nationis, quamvis servare possit proprium ritum, non tamen peccat se conformando Ecclesiæ, in qua versatur. Ubi verò esset templum nationis, teneretur servare proprium ritum. Ita Sylvius *in 3. part. quæst. 74. art. 4.* Item non potest Latinus in templo Græcorum apud suos consecrare in fermentato, aut Eucharistiam ex fermentato Latinis distribuere, nam hoc privilegium non est locale, sed personale solis Græcis concessum. Ita Suar. *in 3. part. tract 3. disp. 4. sect. 3.* Ex quibus refellendus est Ledesma, dum ait, Græcum transeuntem per Ecclesiam Latinam, teneri in azymo consecrare, *part. 3. tractat. 6. resolutione 99.* Et quidem consecrari potest panis in minimâ quantitate dummodo sit sensibilis, ut docet Lessius *in 3. p. q. 74. art. 2. dub. 1.* cum 45. Doctoribus; quia talis particula est demonstrabilis per pronomen *hoc*, & est verè panis sufficit tamen si sit sensibilis respectu aliorum; etiamsi sit insensibilis respectu consecrantis. *p. 11. tr. 6. res. 36*

Graci in suis Ecclesiis tenentur consecrare in fermentato, sicut Latini in azymo.

Secus, si illi versarentur inter Latinos, vel inter Græcos, ubi nullum esset eorum templum.

2. † Vinum autem esse debet ex vite. † Et si sit congelatum, ut sæpiùs contingit in Germania, validè consecratur: non tamen licitè. Prima pars probatur, quia vinum per congelationem non corrumpitur quoad substantiam; & in potentia potabile remanet: quia liquefieri potest & sumi. Neque hoc Sacramentum consistit in usu sicut Baptismus, sed conservatur, ac proinde non est necesse, ut vinum sit formaliter potabile dum consecratur, sicut debet esse fluxibilis aqua, dum quis baptizatur. Ita Sà *verb. Missa, num. 2.* citantur pro hac sententia 42. Authores *part. 11. tract. 1. resolut. 17.* Contraria nihilominus manet probabilis, & eam tenent Caramuel. Ledesma, Henriq. & Lessius *ibid.* contra Nugn. *artic. 2.* Secunda pars probatur, quia est materia aliquatenus dubia, & saltem non ita apta. Ita Coninch *de Sacrament. quæst. 74. artic. 5. num. 27* contra Fagundez *pr. 3. lib. 2. cap. 3. numer. 10.* Si tamen solveretur; puto probabile esse, quòd licitè consecraretur, quamvis deberet aliud consecrare, idque omninò suadendum esset, cum commodè posset, ut observat Suar. *disputat. 45. sect. 1.* Cæterùm sicut vinum congelatum, validè consecratur, ita si consecratum congeletur, non desinit esse consecratum. Ideò monet Missale Romanum, debere liquefieri, & sumi, quod & docet Laym. *lib. 5. tractat. 4. cap. 2. numer. 6.* contra Alanum *lib. 1. de Eucharist. cap. 11. part. 3. tract. 6. resol. 100.* Sed quid dicendum de uno misto Hispanorum, quod ipsi vocāt *Hipochrasso*? Potéstne consecrari? Respondet Ledesma *tom. 1. de Euchar. cap. 4.*

Vinum debet esse ex vite.

Et si sit congelatum est materia sufficiens.

Sed non conveniens.

Quid de hypocrasso Hispanorum?

concluſ. 15. quod ſi admiſtio ſit tanta, aut coctio talis, ut vinum corrumpat, conſecrari non poteſt. An verò corrumpatur, ſtandum eſſe experientiæ ſenſuum, & prudentum judicio. Cæterùm ſacrilegium eſſe conſecrare in his materiis dubiis. *ibidem. §. Sed quia.* Quod ultimum docent Villalobos *diff. 5. numer. 5.* & Fagundez *lib. 3. cap. 1. numer. 17.* etiam in caſu neceſſitatis: quia hoc Sacramentum vel non eſt neceſſarium neceſſitate medii, vel non, niſi cum debitè & reverenter haberi poteſt, *ibid. reſol. 95.* in fine.

An liceat aliquando conſecrare in materia dubia.

3. Vino admiſceri debet modicum aquæ elementaris ex præcepto Eccleſiæ. Quod præceptum, quamvis verſetur circa parvam materiam, obligat ſub mortali, quia materia illa modica eſt magna ſignificativè. Ita Lugo *de Euchar. diſput. 15. ſect. 2. num. 22. part. 5 tractat. 5. reſolut. 56.*

Vino admiſceri debet modicum aquæ, ſub mortali. Non tamen adeò modicũ.

4. Porrò quamvis aqua adhibenda ſit multo minor vino, non debet tamẽ Sacerdos eſſe multum ſcrupuloſus, ut unã guttulam effundat, ſic enim, ut advertit Layman. *l. 5. tr. 3. c. 2. num. 9* euenire poſſet, ut ſenſu deluſo nihil effundatur. Qui addit, addi poſſe decimam, vel octavam partem quantitatis vini. Et ratio eſt, quia aqua non prius converti debet in vinum ut convertatur in ſanguinẽ, ſed cõvertitur in ſanguinem immediatè. Ita Arefius *diſput. de aqua tranſmut. in ſacrif. Miſſæ* cum aliis, & noviſſimè Lugo *diſp. 3. ſect. 4. n. 48.* contra Suarez *ubi ſuprà ſect. 4.* & alios *part. 3. tractat. 3. reſolut. 49. & part. 5. tractat. 5. reſolution. 56. §. Notandum.*

Quia non prius convertitur in vinũ quam in ſanguinem.

5. Sed poſita iſtorum ſententia, quòd aqua non convertatur in Sanguinem, ni prius in vinum converſa fuerit, peteret aliquis; An, ſi aqua convertatur in vinum in ipſa conſecratione poſt prolationem pronominis *Hic*, & ante prolationem aliorum verborum, remaneat conſecrata? Suarez ibi, negat: quia illud convertitur in ſanguinem, quod ſignificatur per pronomen *Hic*, at hoc pronomen non poteſt ſignificare vinum, quod nondum eſt in rerum natura, immò nec illud, quod non eſt præſens, unde ſi aliud vinum apponeretur in Calicem poſt prolatum pronomine, *Hic*, non conſecraretur. Sed Nugn. *ubi ſuprà art. 8.* in fine affirmat: quia intentio miniſtri refert pronomen *Hic* ad ſignificandum illud vinum, quod erit præſens in inſtanti tranſubſtantiationis (†) quod eſt ultimum intrinſecus totius formæ, vel primum extrinſecum poſt illa. †) Adde, quòd, dum profertur pronomen *Hic*, talis materia eſt præſens moraliter, quia mox erit præſens, & quòd parum diſtat nihil diſtare videtur. Quidquid autem ſit, an vinum de novo additum conſecraretur, eſt diſpar ratio in caſu noſtro: nam illud foret præſens per accidens, hoc verò per ſe. *part. 3. tractat. 4. reſolutione 49. §. Sed hic.*

Aliì dicunt; prius converti in vinum.

A quibus, ſi petas, an conſecrata maneat aqua, quæ in vinũ convertitur ſtatim poſt pronomen (hic?)

Suarez reſpondet negativè. Nugnus affirmativè.

6. † Præterquam quod materia conſecranda ſive panis, ſive vinum, debet eſſe præſens debet etiam eſſe certa ex intentione conſecrantis: nam illa materia cõſecratur, quam intendit miniſter. Et quidem quotuplex ſit intentio, & quæ requiratur ad validè conſecrandum, dicemus, cùm de omnibus Sacramentis verb. *Sacramentum numer. 6.* Hic verò in particulari. † Quæres primò: An Particulæ, vel Hoſtiæ, quas quis, inſcio Sacerdote conſecrandas apponeret in Corporali, remanerent conſecratæ? Et reſpondeo negativè: quia non poteſt præſumi, intentionem celebrantis eſſe, conſecrandi materiam, quam neſcit, ſed ſolùm conſecrandi illam materiam, quam tempore conſecrationis tenet manibus, vel, quæ eſt in Calice, quæ nimirum intentio ineluditur in voluntate celebrandi. Si verò alia eſt conſecranda, debet eſſe cognita Sacerdoti, quia voluntas nõ fertur in omninò incognitum. Ita Coninch *in 3. part. quæſt. 47. articul. 2. dub. 3. num. 39.* & DD. communiter, *part. 9. tract. 8. reſolutione 68. Et §. Sed hoc.* Sed Nugn. *artic. 2. diffic. ultim.* putat, fore conſecratas: quia intentio Sacerdotis exeuntis ad celebrandũ præſumitur pia: an autem ſit pia, ſic debet interpretari poſſe: *Volo conſecrare iſtam Hoſtiam, quia credo iſtam ſolam futuram præſen-*

Porrò illa materia conſecratur, quã conſecrare intendit Miniſter.

Vnde, ſi Sacriſta ferat ad Altare Particulas, & ponat in cornu Epiſtolæ, nec eas videat Sacerdos non erunt conſecratæ.

Quãvis Nugnus dicat, fore conſecratas.

præsentem: si tamen alia præsens erit, mea intentio est illam consecrare. Quæ omnia oportet non exprimere, quia virtualiter includuntur in religiosa intentione consecrandi, si non habuit determinatam intentionem consecrandi istam solam. Quæ opinio an sit tenenda, alibi videant *part. 2. tractat. 17. resolutione 19.*

Sed ego contrariã teneo, etiãsi Sacerdos in Sacristia habuisset intentionem consecrandi particulas.

7. Sed quid, si Sacerdos habuit in sacristia intentionem consecrandi Particulas: illas autem tempore consecrationis non videt, quia sacrista posuit illas in cornu Epistolæ, & non super aram? Respondeo etiam cum Suarez *disputation. 43. sect. 6.* non remanere consecratas, quia nec Sacerdotis, nec Ecclesiæ intentio est consecrare Particulas in loco indecenti, & extra corporale, quod advertenter sine peccato non fieret. Et ita novissimè docet Mercerus *de Sacrament. quæstion. 74. articul. 2. numer. 3.* Sed Gamachæus *in 3. part. quæstion. 74. cap. 4 fol. 343.* contrarium docet: quia Sacerdos verè habuit intentionem consecrandi Particulas, neque hanc intentionem revocavit. Cum igitur materia sit apta, & sufficienter præsens, & ex alia parte verba sine restrictione prolata sint, nec intentio defit, ad illarum consecrationem nihil deest, & quamvis Sacerdos advertens, Particulas esse extra aram, noluisset illas consecrare tamen revera non habuit hanc intentionem, immò habuit contrariam; nimirum consecrandi Particulas ferendas. Qua ratione verè consecrat, qui putans, se esse in gratia, profert verba, &c. quamvis sit in peccato: cum certum sit, quod si ille habuisset peccati notitiam noluisset consecrare. Igitur hic Doctor monet, tales Particulas reverenter habendas esse, & quia res non caret difficultate, non sumendas, aut distribuendas seorsim, sed simul cum aliis certis. Sed absque ullo dubio hanc sententiam docet Præpositus *in 3. part. quæstion. 74. artic. 2. dub. 3 num. 19.* quam ego non audeo damnare tamquam improbabilem, *part. 3. tract. 6 resol. 103 & part. 5. tract. 14. resolutione 109.* Adverte autem quod si pyxis cum particulis posita super corporale tempore consecrationis non aperitur, Particulæ nihilominus remanent consecratæ secundùm omnes. *p. 3. tr. 6. res. 103.* in fine.

Quãvis contrariam sententiam non damnem.

Certum est autem remanere consecratas Particulas in pyxide clausas.

8. Quæres secundò: an si Sacerdos habeat in manibus duas Hostias quas consecret putans esse unam, nihil determinando, utraque remaneat consecrata? Respondeo affirmativè. Ita Mercerus, *ubi suprà*, & alii communiter, *p. 5. tr. 14. res. 19. §. Advertendum.*

Et ambas Hostias, si duas haberet Sacerdos in manibus unã existimans.

9. Quæres tertiò: an guttæ vini, quæ sunt in Calice separatæ ab eo, quod est in fundo, remaneant consecratæ? Respondeo negativè: quia communis, & optima intentio Ecclesiæ est, consecrare omnem liquorem consecrabilem, qui continetur in Calice per modum unius continui. Et hoc significare intendit per particulam, *Hic.* Ita Laymann *lib 5 tractat. 4. cap. 2. num. 14.* & alii contra Bonac. *de Sacrament. disputat. 4. quæst. 2 punct. 6. numer. 7.* Coninch *dub. 3. num. 43.* distinguit, & remanere consecratas inquit illas guttulas, quæ reliquo liquori proximè adhærentes cum illo facilè commiscentur, non autem reliquas. Sed hoc difficultatem habet secundùm Laymann: quia determinari non potest, quanta debeat esse talium guttarum propinquitas: & consecratio sicut reliqua Sacramenta, pendere non potest in sui veritate ex futuro eventu contingente *par. 2. tractat. 17. resolut. 16 & part 3. tract. 4. resol. 32.*

Guttæ vini separatæ, quæ adhærent cõtinenti, non consecrantur.

Quamvis alii aliter sentiant.

10. † Materia tandem consecrari non potest, nisi juxta ritum Ecclesiæ. Unde primò non potest consecrari, nisi sit oblata. † Sed quid si post oblationem offeratur Sacerdoti Particula consecranda? Respondet Bonacina *quæst. ult. punct. 2 num. 6.* consecrari nõ posse. Sed Gauant. *comm. ad rubr. Miss. tom. 1. part. 3 tit. 10. n. 19* probabiliter putat, mentaliter offerri posse, & postea consecrari, dummodo allata fuerit ante præfationem. Magis amplè loquitur Possevinus *de offic. Curati cap. 2. numer. 7. part. 1. tractat. 24. res. 71.*

Si afferatur Sacerdoti Particula cõsecranda post oblationem, potest illam mentaliter offerre, & consecrare.

11. † Secundò consecrari non potest

Et secluso

scandalo, Sacerdos deficiente Hostia, potest celebrare cum particula.

panis, nisi more cuicunque Ecclesiæ solito formatus. Et ad Missam in nostris partibus adhiberi debet Hostia magna, non Particula. † Quod si in aliquo campo non inveniretur Hostia, adhiberi posset Particula in Missa privata, & secreta, etiam in die profesto, cessante scandalo. Ita Marchantius *tom. 4. c. 5. q. 3. cas. 6. p. 5. tr. 13. res. 80.*

Non potest consecrari in hostiis rubeis, quibus obsignantur litteræ.

12. Petes primò, an Hostiæ rubeæ, quibus literæ aliquando obsignantur, sint materia Sacramenti Eucharistiæ? Negat Lugo *de Sacrament. Eucharist. disputat. 4. sect. 1. num. 4.* & revera ab hac opinione non est recedendum, quia tales Hostiæ non vrdentur, nec sunt panis usualis, & ad hanc rem moralem, ut optimè observat Raphaël Aversa *de Sacr. Eucharist. q. 2. sect. 3.* potius attendi debet conditio materiæ usualis ad cibum hominem, quam ratio Physica specificæ quidditatis *p. 7. tractat. 13. resol. 8 §. quæro secundò.*

Licet quidem in succo elicito ex uvis passis.

13. Petes secundò: An succus elicitus ex uvis passis, sit in Sacramento Eucharistiæ materia consecrabilis? Affirmativè respondet Amicus *in Cursu Theolog. tom. 7. disput. 16. sect. 3. n. 34.* quia talis succus est vinum, eôque perfectius, quod ab aqueo humore perpurgatus, *part. 7. tractat. 12. resolut. 8.* Offa panis posita in vino non est materia utriusque consecrationis. Cardinal. de Lugo *part. 9. tractat. 8. resolut. 65.* Sic etiam panis effectus aqua maris, quæ naturalis est, materia est consecrationis; secus effectus ex aqua rosacea, quæ est artificialis, vel ut dicitur (Pan cotto) non sunt materia consecrationis. *part. 9. tractat. 9. resolut. 58.* Nec Amylum esse materiam aptam Eucharistiæ dicendum est cum communi, cùm neque panis usualis ex Amylo conficeretur. Etsi contrarium senserint Palud. Henriquez, Cajetan, & putet probabile Adam Tannerus. *part. 10. tractat. 16. resolut. 38.*

Offa panis, & similia nō sunt materia consecrationis.

Nec Amylū est apta materia.

EVCHARISTIÆ
Forma.

14. FOrma consecrationis Hostiæ hęc est, *Hoc est enim Corpus meum.* Calicis verò, *Hic est enim Calix Sanguinis mei.* Particula *enim* non est de essentia. Ac proinde, qui illam omitteret, non peccaret mortaliter, nisi id faceret ex contemptu, aut cum scandalo: Immò Cabrera *in 3. part quæst. 60. art. 8. disputat. 2. num. 2.* putat, quod, etiam si accedat contemptus, sistens intra limites levitatis materiæ, adhuc est solum peccatum veniale: quia contemptus divinæ legis in materia levi non est peccatum grave. *part. 2. tractat. 17. resolut. 14. & part. 5. tractat. 14. resolut. 78. §. Notandum est.* Idem dic, si Sacerdos diceret. *Hic est calis, S. pro X.* utendo, nam conficeret Sacramentum: quia salvaretur significatio substantialis: quamvis enim in rigore vox *Calis*, habeat aliam significationem à voce *Calix*, tamen ex ipso actu, & forma consecrationis significat Calicem. Eadem ratione docuit D. Thomas *3. p. q. 60. art. 3. ad 3.* validum esse Baptismum collatum *in nomine Patria, Filia,* &c. Ita Pitigian. *in 4. dist. 3. q. 2. articulo 14. resolutione 14. citat. §. quoad secundum.*

Forma Consecrationis quæ

Particula enim non est de essentia.

Et omitti potest sine mortali.

At si accedat contemptus? Vide.

Si Sacerdos dicat Calis pro Calix, consecrat.

15. Petes primò: An hæc forma, *Hæc est caro mea,* pro consecratione Hostiæ sit valida? Respondet negativè Mercurus *de Sacrament. quæst. 78. artic. 2.* quia *caro* minus significat quam *corpus.* Hoc enim significat conflatum ex carne, ossibus, nervis, &c. Et in hæc omnia convertitur panis, non solam carnem. Sed Granado *in 3 part. controv. 6. tractat. 8. disputat. 5. num. 5.* & alii affirmant: quia Christus Dominus ad significandum corpus sæpè usus est nomine carnis Joan. 6. *Qui manducat meam carnem. Caro mea verè est cibus,* &c. Et sanctus Cyprianus testatur, Christum in suprædicta forma consecrasse. Quamvis autem corpus significet aliquid præter carnem, tamen caro, sumi sæpe solet pro corpore,

Quid, si quis in consecratione Hostiæ adhiberet hanc formam (Hæc est caro mea?

Respondeo consecrare.

corpore, & significat etiam ossa, nervos, & totum hominem. *Omnis caro corruperat viam suam. Videbit omnis caro salutare Dei Verbum caro factum est. Verbum caro panem verum, verbo carnem efficit.* Utraque sententia est probabilis, secunda probabilior. *par. 5. tr. 14. res. 76.*

At quid si dicat (Hic) est corpus meum?

16. Petes secundò: An hæc forma sit valida, *Hic est corpus meum?* Respondeo cum Granado *ubi supra num. 4.* quod si ly *hic* sit adverbium locale, forma non est valida, quia mutatur significatio: si autem est pronomen masculinum, forma est valida, quia mutatio est accidentalis, & grammaticalis. *par. 5. tract. 14. res. 77.*

Vel (Hoc corpus est meum?)

17. Petes tertio: Quid dicendum de hac forma, *Hoc corpus est meum*, vel *Meum est hoc corpus?* Fagundez *par. 3. lib. 2. cap. 6. num. 11.* & Gamachæus *in 3. par. quæst. 78. cap. 2.* dicunt non esse validam: quia pronomen *meum* utrobique sumeretur possessivè, sumeretur enim adjectivè non substantivè, & sensus esset, *Hoc corpus ad me pertinet*: Unde non exprimeret mysterium conversionis. *part. 5. tr. 14. resol. 78.*

Aut (meum est hoc corpus?)

EVCHARISTIÆ *Minister.*

Eucharistiæ minister aut cõfecrat, aut communicat.

16. † Sicut in hoc Sacramento duo sũt, scilicet consecratio, & usus: ita duo sunt ministri, unius consecrationis, alter collationis. De hoc secundo dictum est Ver. *Communionis Minister.* De ministro consecrationis quo solùm dicenda sunt. Primum, quod debet esse Sacerdos in omni casu, unde nullus carens charactere sacerdotali consecrare potest.

Si consecrat, debet omnino esse sacerdos.

Secundum quod ad consecrandum adhibere debet intentionem. † Sed hanc suspendere posse, ait Sancius *select. disp. 35. num. 6.* in casu, quo quis metum mortis injiceret, nisi totum panem, qui est in foro, consecraret. Scilicet ad vitandam mortem, & sacrilegium, proferre posse verba absque intentione. Sed contra sentit Palaus *to. 1 tract 2. disp. 1. punct. 13. num. 8. part. 3 tr. 6. res. 835. Notandum.*

Et debet adhibere intentionem.

Quid si cogitur consecrare massam panis.

EVCHARISTIÆ *Custodia.*

1. EUCHARISTIA à consecratione usque ad Communionem stare debet super aram. Unde ait Lugo *de Eucharist. disput. 10. sect. 2. numer. 69.* non posse Sacerdotem particulas consecratas statim ponere in Tabernaculo vel extra aram, aut dare alteri Sacerdoti, ut populo distribuat: nam hæ quoque pertinent, sicut hostia, ad idem sacrificium; & Rubrica Missalis ita præcipitur servari, *par. 5. tract 13. resolut. 72.* Pyxis non debet esse necessariò benedicta, nec oportet in ea esse corporale, vel aliud. Vide Verbo *Vasa sacra, num. 3.* Licet Sacram Eucharistiam deferre in navigiis, si adsit capacitas, & illi locus decedens, & separatus designetur. Ita Granado *tractat. 14. disputat. 13 num. 7. V. Celebrare, num. 28 part. 5. tract. 3. resol. 40 §. Nota etiam.*

An particulæ consecratæ statim poni possint in Tabernaculo? Aut dari alteri distribuendæ.

Pyxis non debet esse benedicta.

Et deferri potest cum Sanctissimo, in navigiis bene aptatis.

2. Si Sacerdos post purificationem, vel finita Missa invenerit aliquod fragmentum in Patena per se, vel per alium consecratum potest illud sumere Paludan. *par. 9. tr. 6. res. 27.*

Fragmentũ inventum in Patena potest sumi post Missam.

EVNVCHVS.

AN possit sponte Castratus dispensari ad sacros Ordines; vide verbum *Episcopus.*

EXAMINARE.

1. PRæsentatus à patrono laico in Ecclesiam parochialem, debet examinari ab examinatoribus synodalibus; sed si esset partim Ecclesiæ, & partim laici debet fieri consensus, sed vide res ubi curiosa invenies. *par. 9. tract. 8. resol. 16.*

Debet examinari à synodalibus examinatoribus.

2. Episcopus, si vult examinare prædicatores Regulares prædicare volentes in alienis Ecclesiis,

Potest examinare regulares prædicatores.

Potest; sic declaravit Sacr. Congregat. Concil. 22. Januarii 1622. *part. 9. tract. 5. res. 42.*

Examinator non potest præmonere examinandum de punctis, si fiat per concursum, vel detur juramentum de non præmonendo *par. 10. tract. 16. res. 37. §. Notandum.*

EXCOMMVNICATIO.

Excommunicatio quid? Et quotuplex.

1.† DE natura, & causis excommunicationis dictum est sub Verbo *Censura*. Est enim censura Ecclesiastica, qua homo Christianus communibus fidelium bonis privatur, juxta dicenda Verb. *Excommunicationis effectus*. Excommunicatio alia est major, alia minor: illa privat omnibus ibi numerandis, hæc perceptione tantùm Sacramentorum Item, alia est à jure, alia ab homine, alia latæ sententiæ, alia ferendæ. Vide V. *Censuras*.

2. Excommunicatio est actus irretractabilis, & irreparabilis, ut docet Conc. Trid. *sess. 13. cap. 1.* de Reformatione, *par. tr. 98. res. 21.*

EXCOMMVNICATIONES. aliquot.

De excommunicatione Ecclesiasticorum, studentium legibus, & medicinæ.

2. IN capit *Super speculum ne Clerici, vel Monachi*, excommunicantur Clerici, & Religiosi incumbentes studio legum, aut medicinæ in studiis publicis, † non autem habentes in suis domibus privatum lectorem, qui eos privatim has facultates edoceat. Ita Villal. *to. 1. tr 17. diff. 28. n. 4.* contra Suarez *de cens. disp. 23 sect. 3. n. 19.* Imò nec in studiis publicis, si legibus studeant, quatenus inserviunt ad notitiam Canonum. Sic Sanctarellus *de apost. c. 2. dub. 3. n. 11.* Sed hoc procedit in foro interiori tantùm, Advertè etiam, quòd in dicto capite non comprehenduntur Diaconi, vel Subdiaconi, licet beneficiati, nisi habeant personatus. Sanctarellus, *ibid p 3. tr. 5. res. 17.*

Excommunicationem incurrit percutiens Religiosum, etiã militem.

2. Excommunicationem can. *Si quis suadente*, contra Clerici, vel Religiosi percussorem incurrit percutiens Religiosum militem approbatæ Religionis, ut S. Joannis, Alcantaræ, & Calatravæ, etiam Novitium, quia hi gaudent privilegio Canonis. Sic Marchinus *in defens. histor. Ord. art. 4. num. 37. & art. 5. nu. 90.* licet contra sentiat Texeda *contr. 11. dub. 1. num. 16. part. 5. tract. 13. res. 44.* Item percutiens Clericum carentem requisitis Tridentini pro gaudendo privilegio fori, nam ea non requiruntur ad privilegium Canonis. Ita Navarrus *lib. 5. cons. 24.* & declaravit Sacra Cõgregatio apud Comitolum *lib. 6. qu. 20.* Suarez *disp 22. sect. 1. num. 11.* probabilem putat opinionem contrariam, eo quia facilius amittitur privilegium Canonis, quam fori, cum illud a jure humano, hoc à divino procedat. & *par. 3. tract. 5. res. 82* † liberius olim *par. 1 tr. 2 resol. 35 §. Sed hæc, & 37.* † Non tamen incurrit Clericus seipsum percutiens, secundum Turrianum *de cens. lib. 3. disp. 29. dub. 2.* quia canon manifestè loquitur de percutiente personaliter distincto, & in odiosis non fit extensio. Sed contra sentit Molina *de iust. tom. 4 tr. 3. disp. 51.* cum propter injuriam, quæ statui clericali infertur, tum etiam quia plus homicida est, qui seipsum, quam, qui alium necat. can. *Si non licet 23. q. 1. p. 5. resol. 81.*

Excommunicationem incurrit percutiens Religiosum, etiã militem.

Et Clericum, etiam carentem requisitis Tridentini.

Non tamen Clericus seipsum percutiens.

Quod si quis plures Clericos percutiat uno ictu? Vel pluribus successivè? Aut Religiosum tonsuratum? Aut in pluribus ordinibus constitutum? Incurritne plures censuras?

3. Qui eadem actione plures Clericos percuteret, vel non sclopo occideret, probabile est, unius tantùm excommunicationis reum fore. Vide v. *Circumstantia, num. 72.* Si verò plures percutiat successivè, DD. communiter cum Alterio *lib. 3. disp 10. c. 8.* dicunt, plures incurrere: quia illæ percussiones licet uno, & continuato tempore mensurentur, sunt tamen plures ratione objecti, & termini ad quem *part. 5. tr. 9. resol. 60.* Similiter, qui percuteret, quia violaret reverentiam duplici titulo illi debitam, Clericatus, & Monachatus. Minimè verò, si percutiat Clericum ad plures Ordines promotum: nam omnes Ordines, ut spectantes ad unum statum Clericalem, unam reverentiam exigunt. Ita

Suar.

Suar. *de cens. disput. 5. sect. 3. num. 15. ibid. §. Secundò.*

Hæc censura est reservata Papæ, si est enormis. Nimirum notabilis, scandalosa.

4. † Porrò percussio triplex est levis, gravis, & enormis. † Et levis non habet adnexam excommunicationem, si Clerico inferatur, etiamsi procedat ab animo mortifero, nam etiam in hac materia datur levitas materiæ. Vide V. *Censura, num. 18. part. 5. tract. 5. res. 75.* † Si percussio est gravis, est reservata Episcopo, si enormis, Papæ. †| Est autem enormis, si est publica notabilis: & gignit magnum scandalum. Ita Navar. *c. 27. num. 92.* qui affert Bullam Innocent. IV. quod in dubiis percussiones potius graves, quam leves judicari debeant, sed hæc Bulla est incerti auctoris, & non

Et notoria.

continetur in jure. Ita Filliuc *to. 1. tr. 15. c. 1. n. 45. part. 2. tract. 16. res. 21.* Notoria verò erit, quando patebit quinque hominibus, ait Aragon. *in 2. 2. qu. 102. ar. 9.* Malcard. *de prob. to. 2. conc. 101. n. 18.* requirit ut pateat septem. Avila *part. 2. c. 6. disp. 2. dub. 4* in oppido decem, aut duodecim, in magna civitate pluribus. Communis verò DD. id remittit judicio viri prudentis, qui id ex circumstantiis actus, loci, & temporis discernat, *part. 2. tract. 16. res. 22.* Hujusmodi autem percussor vitari non debet, nisi adsit certitudo moralis notorietatis delicti, ut docet Hurtado *disp. 11. diff. 3. num. 10. part. 4. tract. 3. res. 71.* Immò requiritur, ut delictum nulla possit tergiversatione cælari, quod non habetur, nisi post sententiam Judicis, ut de omni excommunicato dicemus V. *Excommunicationis numero 27.* Nam aliàs semper is potest dicere, se fuisse ebrium, percussisse in defensionem, & alia. Sic Covarr. *in cap. Alma mater, p. 3. §. 2. num. 7. part. 3. tract. 5. res. 14. & part. 5. tract. 9. resol. 61.*

De excommunicatione (c. inhibemus) contra laicos disputantes de fide eum hæreticis.

5. Excommunicatio, quæ ferenda decernitur in cap. *inhibemus de hær. in 6.* contra laicos disputates cum hæreticis de rebus fidei, secundum Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 6. nu. 6.* comprehendit omnes illos, qui nec Clerici sunt, nec religiosi, secundum Hurt. *disp. 74. sect. 3. §. 24.* etiam Religiosi, præsertim eos, qui conversi, vel donati dicuntur, & secundum Lorcam *in 2. 2. qu. 10 art. 7.* etiam sanctimoniales *part. 5. tract 13 res. 22.* Quid si laicus sit doctus? Respondeo, non comprehendi, quia cum hoc cessat legis motivum, quod est periculum perversionis. Vide V. *Lex, num. 38. ibid. §. Sed obiter, & tract. 14. res. 69.* in fine. † non obstante, quod *in part. 4. tract. 8. res. 56.* tenuerit comprehendi. †

6. De excommunicatione Clem. VIII. contra confessarios absolventes reservata, prætextu privilegii. Vide V. *Absolvere, num. 30.*

7. De excommunicatione Tridentini *sect. 25. c. 18.* circa cogentes puellas habitum Monasticum sumere, aut profiteri, vide V. *Pater num. 3.* De aliis vide in propriis locis.

8. Non excommunicantur appellantes à Pontifice ad Concilium Generale præsens, nec consulentes. Dian. & alii, *part. 9. tract. 6. res. 66.*

EXCOMMVNICATIONIS *Effectus.*

Excommunicatus privatur suffragiis Ecclesiæ. Et secundum Latemum etiam privatis & particularibus.

1. † PRIMUS communiter vocatus excommunicationis majoris effectus (cum tamen potius ejus natura sit) est privare excommunicatum suffragiis Ecclesiæ. † Et quidem Faber *in 4. distin. 25. disputat. 4. cap. 4. dub. 151.* probabilem putat opinionem Latomi *contra Lutherum a. 7.* quod non solùm privat suffragiis publicis, & communibus Ecclesiæ, sed etiam privatis & particularibus. Nam Canones hanc distinctionem non faciunt, sed solùm dicunt, excommunicatum esse privatum communione fidelium, ad quam pertinent etiam suffragia privata, quippe quæ comprehenduntur in Symbolo ibi, *Sanctorum communionem.* Deinde, quia Christus instituens & significans essentiam excommunicationis, dixit, *Sit tibi tamquam Ethnicus, & publicanus.* Ethnici autem, & infideles privantur orationibus, & suffragiis, tam publicis quam privatis. Et tandem orationes privatæ non juvant excommunicatum ad satisfactionem

nem pro pœna, quia excommunicatus contumax non est capax satisfactionis, cum sit in peccato; neque impetrando ei aliquod bonum spirituale vel temporale, quia Ecclesia directè intendit illum his bonis privare, & sic frustra illi applicantur. Dices illum juvare ad resipiscentiam. Sed talia bona aliter prosunt peccatoribus non excommunicatis, & tamen Ecclesia intendit excommunicatos privare omnibus bonis, quibus fruuntur ii, qui in sua existunt; communis DD. opinio cum Durando *in* 4. *dist.* 15. *qu.* 3. est licere privatis orationes fundere pro excommunicatis. Et Cornelio *in* 3. *part. tract.* 5. *disp.* 10. § 3. *dub.* 3. observat hanc excommunicationē propriè loquendo esse actum misericordiæ, & eleemosynæ spiritualis, quæ excommunicato licitè exhibetur ex propriis bonis. *part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 77.

An secundùm omnes tantùm publicis & communibus.

Vnde celebrans potest pro excommunicato secretò orare. Et dum publicè orat privata simul intentione illum. Deo commendare.

2. Immò placet opinio Filliucii *tom.* 2. *tract.* 12 *cap.* 2. *num.* 51. contra Avilam *part.* 2. *cap.* 6. *disput.* 9. *dub.* 5. quod Sacerdos possit occultè, & secretò orare pro excommunicato, ut persona privata, vel in *Memento*, vel in alijs partibus Missæ: quia quamvis Sacerdos in Missa exerceat ministerium publicum, non tamen desinit esse persona privata. Verùm non posset pro excommunicato Missam offerre, vel illum in Canone, aut alia oratione nominare. Item quòd Sacerdos, dum publicè orat in persona Ecclesiæ, possit simul intentione privata orare pro excommunicato, & facere pro eo eandem petitionem, dummodo exterius non nominet. Tertiò, quod possit Sacerdos totum pium opus Missæ, & officii divini, ut opus proprium est, privata intentione pro excommunicato offerre, quia hoc est non prohibitum. Et tandem ex Hurtado *de excom. disp.* 3. *diff.* 6. *num.* 16. offerre potest totam actionem celebrandi quoad valorem ipsi Sacerdoti correspondentem. *Ibid.* §. *Sed difficultas.*

Totumque valorem operis operati sibi correspondentem.

Publica verò suffragia ante absolutionem.

3. Quod si excommunicatus non toleratus per contritionem justificatus sit etiam ante obtentam absolutionem, docet Faber, *num.* 142. suffragia Ecclesiæ illi prodesse: quia cùm tollitur contumacia, tollitur etiam in foro interiori excommunicatio, & sic apud Deum est absolutus: nec enim Ecclesia intendit suis suffragiis eum privare, qui Deo reconciliatus est. At Suarez *de cens. disp.* 9. *sect.* 3. *nu.* 2. & Mercerus *in* 3 *p. q.* 21 *dub.* 3. *n.* 2. negativam sententiam amplexi sunt: quia excommunicatio non tollitur per solam pœnitentiam interiorem, alioqui postea non esset opus absolutione. Et Innocentius III. cap. *sacr. de sent. excomm.* significat, ante absolutionem nec pro excommunicatis orandum, nec ab eis orationes recipiendas. Et sane pœna potest remanere post culpam, id quod maximè convenit pœnis Ecclesiasticis, ad conciliandum illis timorem, & reverentiam. Utraque sententia est probabilis. Secunda probabilior. Certum tamen mihi est, licere applicare communia Ecclesiæ suffragia pro excommunicato occulto defuncto in gratia, quia in eo casu absolutio regulariter negligi potest sine peccato ad vitandam infamiam & Ecclesia non intendit privare suffragiis eū qui absque nota absolvi non potest, dummodo justificatus sit per contritionem. Capitula verò loquuntur de excommunicato publico *par.* 5. *tr.* 9. *resol.* 75.

Probabilius est non prodesse.

Etiamsi sit contritus. Licet tamen ea offerre pro excommunicato occulto defuncto in gratia, absque absolutione.

4. Placet etiam sententia Vasquez *de excommunicat. dub.* 11. *nu.* 73. & *tom.* 3. *in* 3. *par. disput.* 217. *cap.* 3. *numer.* 26. Sacrificium Missæ pro excommunicato contrito offerri non posse, &, si offeratur, non prodesse: quia excommunicatio justa facit incapacem talis effectus, & non aufertur per solam internam justificationem. Sed probabilis quoque est contraria sententia Fabri *numero* 148. sive Sacerdos offerat in persona Christi, sive in persona Ecclesiæ: quia hoc non est prohibitum: nec est intentio Ecclesiæ excludere jam reconciliatum à suffragiis, sed tantum contumacem. Sacerdotem verò non peccare, neque venialiter, sed opus bonum, & rectum efficere, *part.* 5. *tract. resol.* 76. Atque ita pro eo, qui percussus in duello, paulo post moritur cum signis contritionis, offerri potest sacrificium, ut docet Portelius, *resp.*

Quod etiam dic de sacrificio Missæ.

cas. 10. *num.* 1. *par.* 4. *tract.* 1. *tres.* 192. *Sed hic oritur.*

Sed hæc omnia procedunt de excommunicatis non toleratis.

5. Quæ omnia procedunt de excommunicatis non toleratis: nam pro toleratis possumus publicè orare, & sacrificia offerre: quia Concilium Constantiense absolutè concedit, ut cum talibus communicare possimus in omnibus divinis Officiis; & in hac communicatione comprehenditur applicatio suffragiorum: primò, quia Ecclesia pro eodem passim usurpat, communionem Sanctorum, & participationem suffragiorum; quare cum materia sit favorabilis, & hic sensus verbis congruat; ita dicendum est. Secundò, quia ex cap. *Sacris* 38 *de sent. excommunicat.* hæc duo *communicare cum aliquo, & publica suffragia illi applicare*, aut simul conceduntur, aut simul prohibentur. Ita Megala in 3. *par. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. & alii contra Vasquez *de excommunic. dub.* 2 *par* 5. *tract.* 9. *resol.* 74.

Nam pro toleratis licet publicè orare, & sacrificia offerre.

Debent tamen speciatim illis applicari, alioqui non proderunt.

Deb ent tamen suffragia Ecclesiæ specialiter applicari ipsi excommunicato, alias non ei prosunt: quia Ecclesia, cui se minister conformare intendit eos excludit. Potest igitur excommunicatus toleratus suffragia Ecclesiæ communia petere, si non peccaret venialiter, loquendo cum eo, à quo petit. Ita Hurtado *de excommun. disp.* 3. *diff.* 4. *num.* 12. *ibid.* §. *Notandum.*

Si verò illa dictus excommunicatus petat solùm loquendo.

Excommunicatus potest ingredi in Templum & orare.

6. Potest tamen excommunicatus etiam non toleratus, ingredi Ecclesiam, & in ea orare, quamvis alii fideles adsint, separatim tamen, & in diverso sacello: nam sic non censetur communicare. Imò quoad orationem privatam, etiam in eodem sacello: quia cum oratio non sit communis, non communicant. Et tandem potest cum aliis audire concionem in Ecclesia. Ita contra glossam *in cap.* 1. *distinct.* 21. Raynaldus *de monit. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. Quod autem ait Tertullianus *de pudicis, cap.* 4. *nu.* 14. excommunicatos ab Ecclesiæ limine submoveri,

Sed separatim ab aliis.

Et citrà tempus Missarū, aut divinorū Officiorum.

accipiendum est pro tempore Sacri, aut divinorum officiorum. Imò etiam tunc Ecclesiam ingredi potest, ut v. g. transeat, ob commoditatem itineris: nam sic non communicat in divinis. Ita Paludanus in 4. *distinct.* 18. *q.* 4. & 6. Quod universaliter cum eodem dicendum est, si eo tempore Ecclesiam ingrediatur ad quodcumque negotium, dummodo non intret, ut interfit divinis, aut orandi causa. Addit Cajetanus *summ. cap. de particip. cum excomm.* §. *illicita autem*, etiam eo tempore orare posse oratione privata. *part.* 5. *tract.* 9 *resol.* 86. Si verò excommunicatus in Ecclesiam intret, dum Missa celebratur, ut Sacrificio interfit, expellendus est per admonitionem, &, si necesse fuerit per coactionem. Et si hæc non sufficiat, & Missa ad consecrationem non est deventa; Sacerdos debet omittere Missam. Secus si peracta est consecratio. Quod si consecratio non est peracta Canon tamen inceptus est, Suarez *disp.* 12. *sect.* 1. ait, utrumque probabile esse, & quod Sacrificium omitti possit, & quòd possit peragi, & Sacerdotem posse utrumque eligere, tutius tamen esse Missam omittere. Vide Turrianum *disp.* 11. *dub* 1. *lib.* 2 *p.* 5. *r* 9. *res.* 92.

In quo tamen potest per Ecclesiam transire ob commoditatem.

Si verò ut adsit divinis, expelli debet. Et si non potest, cessandum à Missa, si ad Consecrationem, vel Canonē non pervenerit.

7. Excommunicatus autem Missæ assistens, aut divinis officiis, nullam pœnam incurrit: nam nulla reperitur in jure. Ita Corneio *in* 3. *part. disput.* 10. §. 4. *dub.* 2. Qui ait, illum admittentes solum incurrere excommunicationem minorem ut in cap. *is qui.* Et cap. *Episcoporum, de priv. in* 6. imponens interdictum procedere solum de exemptis ab Episcopo, *part.* 5. *tract.* 9. *resolut.* 95.

Illo tamen si Sacro interfit, nullam pœnam incurrit.

8. In casu verò necessitatis, ait Suarez *disput.* 12 *sect.* 1. posse Sacerdotem uti ministro excommunicato non denuntiato ad Sacrificium; quia Ecclesia creditur in tali casu prohibitionem suspendere. Addit Turrianus *de excom. lib.* 2. *disp.* 11 *dub.* 1. posse etiam uti denuntiato, si gravis urgeret necessitas celebrandi, *part* 5. *tract.* 9. *resol.* 91.

Et in casu necessitatis ministrare illi potest. Etiamsi non sit toleratus.

9. Excommunicatus officium divinum B. Virginis, &c. cum alio recitans, peccat, venialiter tamen; sicut etiam recitans cum illo: quia talis communicatio est levis. Ita Gordonius *to.* 2. *lib.* 7. *q.* 8. *c.* 2 *n.* 23. & alii contra Navarrum *c.* 22. *n.* 36. §. *ad* 5. qui contra communem sententiam putat nullo modo peccare. *p.* 5. *tr.* 9. *r.* 89.

Excommunicatus recitans Officiū B. Virg. cum alio, peccat venialiter.

Sicut si recitans solus dicat Dominus vobiscum.

10. Excommunicatus recitans Horas canonicas, non debet dicere: *Dominus vobiscum*, sed ejus loco, *Domine exaudi orationem meam*. Nam illud verum non est personæ privatæ; sed totius Ecclesiæ. Quod si dicat; *Dominus vobiscum*, & sit Sacerdos, vel Diaconus, ait Suarez *de censur. disp* 12. *sect.* 2. *num.* 13 fieri irregularem. E contra, Hurtado *disp.* 5. *diff.* 2. *n.* 3. nullum putat esse peccatum. Sed media via tenenda est cum communi apud Coninch *de Sacr. disp.* 13. *dub.* 7. *nu.* 54. quòd sit peccatum veniale, & cujuscumque sit Ordinis, irregularitas non incurratur *par.* 4. *tractat.* 2. *res.* 34. & *part.* 2. *tract.* 9. *resol.* 93.

Sed an uti possit aqua benedicta.

11. Docet Bonacina, *de cens. disput* 2. *q.* 2. *punct.* 3. *§.* 2. *num.* 8. usum aquæ benedictæ excommunicatis esse prohibitum; quia illa ex oratione Ecclesiæ prodest fidelibus, quæ intendit excommunicatos omni oratione privare. Id quod Suarez *sect.* 3. verum putat, si illius usus fiat ex intentione faciendi orationem Ecclesiæ. Alii docent, usum aquæ benedictæ non esse excommunicatis prohibitum, quia hæc prohibitio in nulla lege exprimitur. Turrianus *lib.* 2 *disp.* 21. *dub.* 3. primam sententiam putat esse magis probabilem, secundam magis piam. *part.* 5. *tract.* 9. *res.* 90.

Secundò excommunicatus, etiam occultus, non potest Sacramenta recipere licitè extra necessitatem.

12. † SECUNDUS communiter dictus excommunicationis effectus, est privatio, tàm activa, quàm passiva Sacramentorum. Nam quoad passivam † non solum denunciatus, & publicus, sed etiam toleratus, & occultus non potest licitè Sacramenta suscipere: nisi excusaret ignorantia juris, vel facti, juxta dicenda V. *Ignorantia*, vel urgens necessitas, ad vitandum scilicet scandalum, periculum mortis, infamiæ, &c. Ita Præpositus *in* 3 *part. quæst.* 2. *dub.* 7. *num.* 39. *p.* 5. *tract.* 9. *res.* 81.

Potest tamen valide. Etiam quoad absolutionem sacramentalem.

13. In aliis autem casibus Sacramentorum perceptio illicita quidem esset excommunicatio, sed valida: quia excõmunicatio non reddit subjectum incapax, sed solùm ineptum. Id quod procedit etiam de absolutione sacramentali; quam quamvis Vasquez *de excomm. dub.* 4. *num.* 9 dicat excommunicatione irretito, etiã minori, invalidè impendi: probabilior tamen est contraria sententia. Suarez *disp.* 10. *sect.* 7. *n.* 9. quia excommunicatio non suspendit jurisdictionem Sacerdotis in excommunicatum: nec contrarium ullo jure probari potest. Quare, qui ex ignorantia, vel necessitate prædicta, absolutionem peteret peccatorum tantum, vel si Sacerdos oblitus confessam excommunicationem absolveret, absolveret peccata, &c. absolutio haberet tum effectum. Si verò, quis scienter subticeret excommunicationem, & peteret absolutionem peccatorum peccaret mortaliter, & absolutio esset nulla, non ratione excõmunicationis, sed peccati in ipsa Confessione cõmissi, & defectus dispositionis. *par.* 5. *tr.* 9. *r.* 53. & 82.

Qui excommunicatus Sacramenta ministrat, incurrit excõmunicationẽ minorem, & interdictum ab ingressu Ecclesiæ. Etiam in certis casibus eandem excommunicationem. Ipse verò Eucharistiam percipiens, unum peccatum committit. Item excommunicatus denunciatus non potest Sacramenta ministrare, sub mortali. Et quidem invalidè absolveret. Etiam à venialibus.

14. Qui autem excommunicatis Sacramenta scienter ministraret, ipso jure incurreret excommunicationem minorẽ, & interdictum ab ingressu Ecclesiæ, cap. *Episcoporum, de priv. in* 6. quæ generaliter incurrunt communicantes cum excommunicatis in sacris. Addit Pontifex in cap. *significavit, de sent. excomm.* incurrere eamdem excommunicationem. Sed hæc pœna non incurritur, nisi primò, excommunicatio sit Papalis: secundò; nisi excommunicatus recipiatur in officiis: tertiò, nisi participans sit Clericus, quique scienter, & sponte id faciat, de quibus Cajetanus *in summ. v. excommunicatio, cap.* 8. qui addit aliam limitationem, nisi excommunicatus sit denunciatus. Vide Mercerum *in* 3. *part. q.* 21. *dub.* 4. *n.* 2. *part.* 5 *tract.* 9. *resolut.* 82 §. *Sed si quis.*

25. Porrò excommunicatus Eucharistiam sumens, unum tantum committit peccatum, ut dictum est V. *Circumstantia num.* 90.

16. Privatur quoque excommunicatus denunciatus communione activa Sacramentorum & sacrificii oblatione, cap. *latores*, & cap. *si celebrat. de cleric. excomm. ministr.* idque sub mortali ratione gravitatis materiæ. Et non solùm illicitè sed etiam invalidè absolveret à mortalibus *p.* 5 *tract.* 9. *resol.* 83. Imò quamvis probabiliter doceat Vasquez *in* 3. *part. to.* 4. *q.* 9.

Validè tamē consecrat, & applicat sacrificium.

art.1.dub.6. num. 8. validè absolvere à venialibus: oppositum tamen est probabilius; quia probabilior sententia docet jurisdictionem in venialia Sacerdoti competere de jure Ecclesiastico, ac proinde ab Ecclesia suspendi posse sicut suspendere intēdit, excommunicatum declarans. Ita Præpositus *in 3 part.q. 2. dub. 8.nu.49.ibid.res.84.* Validè tamen consecrat, & sacrificii fructum applicat: quia Sacerdos id facit in persona Christi, & dependenter ab ipso immediatè, non ab Ecclesia. Ita Coninch *disp. 14. dub. 5. nu. 35.res.83.cit.§.Nota etiam.*

Nec peccat si Sacramenta ministret ex ignorantia, aut necessitate.

17. Excusatur etiam excommunicatus denunciatus ministrando Sacramenta ex ignorantia vel oblivione, vel necessitate, sive intrinseca, sive extrinseca metus, scandali, &c. ut supra diximus de perceptione, secundum Fabrum *in 4. dist.25.quæst.1.disp.4.c.4.num.195.p.5 tr. 9.res.83.& 96.*

Vt si conferat Baptismum pœnitentiā, & Eucharistiam in articulo mortis.

18. Quare conferre potest sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ in articulo mortis. † Baptismum quidem, & Pœnitentiam, quia sunt necessaria necessitate medii: Eucharistiam verò propter ejus utilitatem, & obligationem præcepti divini. † Ita Mercerus *in 3.p. quæst. 21. dubit.5 part.5.tract.9. resolut.83* in fine.

Et in aliquibus casibus extremam Vnctionem.

19. Item, si moribundus Pœnitentiā, vel Eucharistiam suscipere non posset, & quia nullum posset doloris signū exprimere, tunc Sacerdos excommunicatus extremam Unctionem illi conferre posset, ut per ipsam fiat ex attrito contritus: quia in tali casu hoc Sacramentum necessarium censetur. Ita Corneio *in 3. part.tr.5.§.1.dub.4.* contra Suarez *ibid.tr. 8.disp.44.sect.2.n. 6.* (quod etiam potest tempore interdicti, ut ait Trullench *in Cruc.lib.1.§.3.dub.7.nu.2.part.5.tract 3. res.89.& tract.10.res.77.*) Et Præpositus *in 3 part.quæst.un.dub.6.num.144.* id procedere putat, etiam si moribundus fuerit confessus, & propterea hoc Sacramentū non sit necessarium simpliciter: nam est necessarium ad resistendum diabolo, & conducit ad remissionem venialium, *p.5. tr.3.res.81.& tr.9.res.83.§. Igitur.* Rursus, si aliqua provincia remota esset penuria Sacerdotum, & non esset nisi unus Episcopus excommunicatus denunciatus, tunc sine damno communi Ordines licitè conferret. Ità Corneio *ubi supr.* Casus de matrimonio potest esse, quando Parochus denunciatus assisteret matrimonio moribundi ducentis in uxorem concubinam in salutem ipsius spiritualē, vel in temporale commodum filiorum. Præsertim quia Parochus non est verus minister hujus Sacramenti, sed sunt ipsi cōtrahentes. (Non tamen ad hoc specialiter deputati: quare si excommunicati contrahunt. Probabile est, unum solum peccatum committere in recipiendo, nō autem in ministrando: canones enim de hac re loquuntur de Clerico. Ita Præpositus *in 3.p.q.2.dub.8 nu.51.part.5.tract.9. res.85.* Ita etiam Corneio *ibid.res.83. cit.* † Vide V. *Parochus n.10.* ubi latiorem de hac opinionem invenies †

Et matrimonium.

Quæ à fortiori procedunt in tolerato.

20. Toleratus autem licitè Sacramēta confert, & celebrat, quoties aut gravis ipsius necessitas, aut notabilis proximi utilitas postulat. Et sic observat Præpositus *q.2. dub.8.n.44.* quod Parochus toleratus potest Sacrum facere in die festo, ut subditi satisfaciant præcepto, si id alio deficiente requirant auctoritate extravag. *Ab evitanda part.5.tract.9 resol. 83.§.Notandum.*

Item excommunicatus non potest communicare cum fidelibus in humanis.

21. † TERTIUS communiter dictus excommunicationis majoris effectus est privare communione fidelium, non solum in divinis, de qua dictum est, sed etiam in civilibus, & humanis contractibus, † ita ut contractus, qui cum excommunicatis denunciatis fiunt, sint illiciti, non tamen invalidi: nam in capit. *felicis §. verum de pœnis in 6.* excommunicato absoluto conceditur repetitio debitorū, quæ cootracta fuerant de acquisitis in excommunicatione, duo supponit, contractus in excommunicatione factos validos esse. Deinde, non obstante excommunicatione admittuntur cōtractus matrimonii, capit. *significasti, de eo, qui duxit,* &c. Professionis in Religione secundū Abbatem, cap. *cum illorum de sent. excomm.* Et donationis factæ ab excom-

Et si cum illis cōtrahati contractus erunt illiciti. Sed non invalidi.

Nisi in certis casibus.

municato, cap. *inter dilectos, de donationibus.* Ratio verò est, quia quamvis de hoc sit prohibitio; nulla tamen facta est irritatio, nisi in hæreticis, & schismaticis, cap. *excommunicamus, tit. de hæreticis, §. Credentes.* Possent nihilominus contractus excommunicati invalidari ex triplici capite. Primò, si ineantur virtute rescripti supplentis conditionem aliquam ad valorem ejus requisitam; nam rescriptum impetratum ab excommunicato super alio, quàm excommunicatione, vel appellatione, est nullus, ex cap. 1. *de rescrip. in 6.* Secundo, si ineantur ab eo, ut à persona publica & vi potestatis, muneris, vel beneficii, quia jurisdictio ad contrahendum per excommunicationem suspenditur. Tertiò, si in contractu fiat promissio de alio contractu faciendo tempore excommunicationis: quia hæc promissio est nulla, utpote de re illicita. Ita Filliucius *tomo 1. tract. 12. c. 9. nu. 207 & par. 5. tr. 9. resol. 128.*

Igitur excōmunicatus validè testatur.

22. Ex his sequitur, excommunicatum validè testari, quamvis illicitè, cap. *veritatis, de dolo & contumacia.* Ita DD. communiter. Item validè instituit hæredem in testamento. Ita Suarez *de cens. disput. 15. sectione 9.* contra Hostiensem *n. 20.* Nam sicut excommunicatio, præter casum specialem hæresis, non privat dominio rerum suarum, ita non privat potestate acquirendi dominium aliorum. Filliucius *tom. 1. tract. 12. cap. 8. nu. 207*, ait, excommunicatum non denunciatum, quamvis illicitè testetur, tamen alios ipsi testanti licitè adesse, ut Notario testibus, &c. Licitè etiam instituit hæredem; quia cum ipso communicare non est illicitum. Ipsum verò sic institutum non posse hæreditatem adire, quia non potest communicare, posse tamen tacite acceptare, & possessionem realem sumere per usurpationem, & cætera, quæ sine communicatione fieri possunt. Denunciatum verò nec ipsum licitè cum aliis, neque cum ipso alios licitè contrahere: hæredem tamen instituendum excusari propter utilitatem, ob quam fortè excusari etiam possunt tabellio, & testes ab hærede vocati, *p. 5. tr. 9. r. 129.*

Et à suo debitore debitum exigit.

23. Sequitur etiam ex dictis, excommunicatum vitandum, petere posse à suo debitore creditum, & hunc ad illud teneri: nam debitor non liberatur à solvendo debitum excommunicato jure divino, nullum enim tale jus reperitur, imo *ad Roman. 13.* debita etiam Ethnicis, & publicanis solvenda dicuntur: nec humano, nam si aliquod liberat à debito cum excommunicato, loquitur de debito fidelitatis, & obsequii, non de pecuniario; strictè enim interpretandum est, cum sit pœnale. Quamvis Medina probabiliter dicat ea loqui etiam de pecuniario solis verbis conflato. Ita Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 9. num. 79.* contra Sayrum *lib. 2. c. 9. numer. 20. part. 5. tract. 9. resolut. 130.*

Item excommunicatus non potest cohabitare in eadem domo cū fidelibus. Nec cum illis in eadem mensa ex iisdem cibis comedere.

24. Privat etiam excommunicatum communione in eadem domo, & mensa. Sed quoad primum ait Hurtado, *de excomm. disput. 9. diff. 1. num. 6.* non prohiberi, quando casu, & solum materialiter accidit, ut si excommunicatus, & non excommunicatus in eodem hospitio pernoctarent, etiam in eodem lecto. Quod etiam videtur dicendum contra Avilam *part. 2. cap. 6. disp. 9. dub. 7.* in casu, & absq; societate comederent in eadem mensa, licet parva (nam de mensa mediocris longitudinis ipse concedit.) Secus verò quando est communicatio in cibo, & potu in una, vel diversis mensis ad idem convivium spectantibus. Quod Corneio in 3 *part tract. 5. disp. 10. §. 10. q. ult.* verum putat, etiam si diversæ mensæ sint in diversis cubiculis, nam, cum spectent ad idem convivium, censentur una mensa. Sed in hoc probabilem etiam puto contrariam opinionem Mercerii *in 3. part. q. 21 dub. 10. par. 5. tr. 9. ref. 121.*

Nisi id casu contingeret.

Denique excommunicatus salutari non potest. Sed probabile est posse resalutari.

25. Prohibitum etiam est, excommunicatum salutare verbis. An etiam alio signo, ut aperiendo caput, &c. Negat Turrianus *lib. 2 disp. 13. dub. 1.* Affirmat Vasquez *de excomm. dub. 8. n. 5.* Uterque probabiliter. Hurtado *ubi supr. n. 4.* docet. Prohibitū etiam esse resalutare. Ait Henriquez *comp. eas. mort. cap. 20. num. 20.* ait id licitum esse, & si epistolam mittat, per epistolam respondere: quia

hoc

hoc est ipsum salutare, vel ad illum scribere, sed solvere debitum urbanitatis, quod nullo jure prohibetur. Quæ sententia est probabilissima. *part. 5. tr. 9. res. 116.*

26. † Atque hi effectus excommunicationis, sed minus propriè dicti, cum potius sint ipsius natura, continentur in versu vulgari.

Cæterum communio fidelium interdicta est excommunicato denunciato.

Os, Orare, Vale, Cõmunio, Mensa negatur†

27. Advertendum autem est communionem fidelibus prohibitam esse solum cum excommunicato non tolerato, & denunciato per sententiam, ex Extrava. *Ad evitanda*, cum iis, verò, qui tolerantur, & non sunt per sententiã declarati, communicari licitè posse absque ullo scrupulo, tam in humanis, quam in divinis, etiam illum provocando. Habet enim Bulla *Nemo prætextu censuræ abstinere teneatur*, &c. absolutè & absque ulla restrictione. Quod consultò factum est, ut scrupulis conscientiarum timoratarũ adhiberetur remedium. Ita Hurtado *de excomm. disp. 2. diff. 4. n. 3.* contra Avilam *p. 2 c. 6. disp. 8. dub. 1. concl. 3.* qui tenet non licere ipsos invitare, & provocare *p. 5. tr. 9. resol. 117*

Non tamen tolerato.

Nam cum hoc communicare possumus, etiam in divinis.

28. Ergo, ut teneamus excommunicatum vitare, requiritur sententia publica. Sed an sufficiat sententia declaratoria criminis, cui certum est adnexam esse excommunicationem? sufficere putat Sotus *in 4. dist. 1 quæst. 5 art. 6. & dist. 22. quæst. 1. art. 4.* & probabiliter. Sed contraria sententia Coninch *de sacram. disp. 14 dub. 2. n. 20* est probabilior. Nam in Extravag. dicitur neminem teneri vitare excommunicatum, nisi censura contra personã denunciata fuerit expresè, quãdo autem quis damnatur tantum de crimine non declaratur expresè censura, sed implicitè solum, & per quamdam consequentiam. Quod etiam verum est, si quis declaretur reus certi criminis & incurrisse omnes censuras & pœnas illius: nam adhuc non est denunciata expresè excommunicato. Et ita docet Sanchez *sum. tom. 1. lib. 2. c. 9. n. 4.* contra Henriquez *lib. 13 c. 5. n. 4.* posse nos conversari cum eo, in quem lata est sententia declarans esse hæreticum, si expresè nõ declaret, esse excommunicatum. *p. 5. tr. 9. res. 62. & tr. 14. res. 97.*

Vt ergo vitare teneamur, requiritur sententia declarativa excommunicationis.

Et non sufficit quod sit declaratoria criminis cui adnexa est excommunicatio.

Vel criminis & omnium simul censurarũ, & pœnarum adnexarum.

29. Sed an excommunicatum denunciatum in uno loco teneamus vitare in alio, ubi delictum est occultum? Bonacina *de cens. disput. 2. quæst. 2. punct. 6. § 2. num. 48.* absolutè affirmat: nam is per publicitatem delicti amisit jus ad suam famam. Et facilius resipiscet, si ubique vitetur. Communis opinio cum Henriquez *lib. 13. cap. 24. num. 3.* habet talem in aliis locis vitandum esse in occulto, non autem in publico: nam in cap. *cum non ab homine, de sent. excomm.* dicitur excommunicatos publicos publicè occultos occultè vitandos esse: quod caput in Concilio Constantiensi circa hoc non est reformatum. Sed probabile est, ut judicavit Præpositus *in 3. p. q. 2. dub. 16. n. 114.* talem ubi denunciatus non est, nec in publico nec in occulto vitandum esse *p. 5. tr. 9. res. 134.*

An denunciatum in uno loco teneamur vitare in alio.

Multò multa

Probabile est non teneri.

30. Declaratus per cedulones excommunicationem incurrisse, si intra terminum appellavit potest liberè communicare cum omnibus, & omnes cum ipso; quia appellatio suspendit declarationem excommunicationis. Ita Vulp. *prax. judic. for. Eccles. cap. 1. num. 5.* & alii. Quod etiam dicendum est in recusatione, quia est eadem ratio Ex quibus patet à fortiori, quod si quis ante sententiam excommunicationis ipso facto ob peccatum commissum legitimè appellaret, excommunicationem postea non incurreret. *p. 5. tr. 7. res. 30.*

At si infra terminum appellavit, possumus cũ illo communicare etiam in loco sententiæ.

31. † Neque verò communio cum excommunicato denunciato in omnibus casibus interdicta est: nam multi casus excipiuntur, qui communiter explicantur illo versiculo.

Sunt etiam alia capita commercium cum excommunicatis denunciatis cohonestantia.

Vtile, lex Humile, Res ignorata, Necesse.

Per *utile*, intelliguntur verba spiritualia ad excommunicati salutem pertinentia, licet enim illum hortari, ut resipiscat per *legem*, significatur matrimonium. †

Nam uxor potest cohabitare & communicare etiam reddendo, petendo & participare cum viro excommunicato in

32. Uxor enim potest cohabitare cum viro & communicare, etiam reddendo, & petendo debitum, & in omnibus aliis ad matrimonium spectantibus, ac si ille excommunicatus non esset, *c. quo-*

omnibus pertinentibus ad matrimonium.

niam multos 11.q. 3. Idque procedit, etiamsi matrimonium nondum consummaverint, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit *l nuptias, ff. de reg. jur.* minimè verò si solum sponsalia contracta sint, ut ait Sanchez *lib. 9. disp. 14. n. 8.*

Nisi in certis casibus.

tom. 1. de matr. part. 5. tract. 9. ref. 126. Nisi excommunicatio lata esset causa matrimonii illegitimè contracti, aut conjuges essent divortio separati; nam tunc uxor libera esset ab obsequiis mariti; possent tamen, etiam manente excommunicatione reconciliari, & cohabitare. Non potest præterea cum marito communicare in his, propter quæ excommunicationem incurrit, quia communicare in crimine nulli licet, c. *inter alia sentent. excomm.* Et tandem, si maritus esset cum alio excommunicato, ut si illum invitaret, non posset uxor in eadem mensa comedere. Ita Cornejo *in 3. p. tr. 5. disput. 10. §. 10. dub. 2. quæst. 2. part. 5. tract. 9. resolutio. 122.*

Etiam si matrimonium post censuram scienter contraxisset.

33. Sed quid si mulier scienter cum excommunicato denunciato matrimoniū contraxisset? Tunc ait D. Thomas *in 4. dist. 18. q. 2. art. 4.* cum illo communicare non posse: quia contractus factus in injuriam excommunicationis, videtur non tribuere jus contra ipsum. Et præterea contractus de communicando cum excommunicato esset nullus, quia de re illicita: ergo contractus matrimonii cum excommunicato non potest esse efficax ad obligandum uxorem ad cohabitationem, &c. Sed contrarium cum Turriano *de cens. lib. 2. disp. 13.* tenendum est, quia verba Gregorii in cit. cap. *quoniam multos* generalia sunt, & nulla est causa cur illa debeamus strictè interpretari *Ibid. § Sed difficultas.*

Et eadem est ratio viri cū uxore excommunicata.

34. Quamvis autem in dicto capite solum excipiatur uxor, quia nimirum frequentius viri quam mulieres in excommunicationem incurrunt; extendi etiam debet ad maritum, quia eadem esse debet utriusque conditio, & in lege, præsertim gratiosa, includi censentur casus similes, ex glossa in *Clem. 1. verbo Præsidentes, de rescript.* Verumtamen, si maritus uxorem de contumacia corripere negligat, graviter peccabit, quia est ejus superior; non tamen propterea excōmunicationem incurret. Idem dic, quando uterque conjux esset excommunicatus. Ita Mercerus *in 3. p. q. 21. dub. 11.* & Layman *lib. 2. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 16.* contra Sylvestrum V. *Excommunic. 5. n. 4. p. tr. 9. resol. 123.*

Qui vero cū excommunicato occulto contraheret.

35. Adverte etiam, quod contrahens cum excommupicato, qui non sit notorius, aut denunciatus, nullam culpam committit. Ita Sanchez *de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 11. numer. 8* Quidquid asserat Pontius *de matr. lib. 6. c. 10. num. 3. p. 3. tr. 4. ref. 268.*

36 † Per *humile* intelliguntur subjecti, ut filii, servi, & familiares. Nam ex citat. *c. quoniam,* † &c.

Filius etiam illegitimus, vel emancipatus, communicare potest cum patre excommunicato.

37. Filius potest cum patre excommunicato communicare, etiamsi sit emancipatus. Ita Mercerus *quæst. 2. dub. 17. n. 6.* contra Fabrum *in 4. dist. 15. q. 1. disp. 4 c. 7 num. 221.* Idque Hurtado probabiliter extendit etiam ad illegitimos, & adoptivos. Quidquid contradicat Turrianus *part. 5. tr. 9. ref. 118.*

Et nepos, ac pronepos cum avo, & abavo excommunicatis.

38. Item cum avo, abavo, & c. excommunicato communicare possunt nepotes, pronepotes &c. quia hi veniunt nomine filiorum ex *l. filii appellatione,* & alibi. Item nurus, gener, privignus & privigna, &c. qui ratione affinitatis loco *Nurus item,* aliorum sunt; ex c. *affinitatis, Inst. de nupt.* & *gener cum* Item pupillus cum tutore excommunicato. Quæ omnia intelligenda sunt, quādo tales maneant in eadem domo; & sub cura suorum correlativorum. Ita Cor- *Pupillus cum* nejo *in 3 part. tractat. 5 disp. 11. §. 10. dub. tutore, si hi* 3. *quæst. 3.* Gordonus verò *tract. 1. l. 7. qu. omnes coha-* 10. *cap. 6 num. 76.* etiam extra convictū, *bitent,* & cohabitationem putat aliquam communicationem inter illos licitam esse, quam scilicet gradus affinitatis, & naturale vinculum morali modo requirit *p. 5. tr. 9. ref. 119.*

Item servus cum domino.

39 Servus etiam communicare potest cum domino excommunicato. Et quam. vis id non videatur procedere, quando mala fide cum illo contraheret servitutem, ut docet Gordonus *num. 79.* & alii, quia in hoc non militat ratio *cap. inter alia,*

alia, de sentent. excomm. quod scilicet inveniatur obligatus ad servitutem antea contractam; dicendum tamen est cum Hurtado *de excomm. disput. 9. diff. 4. n. 24.* servum communicare posse cum domino, etiamsi scienter cum ipso post excõmunicationem contraxit, quamvis talis contractus (secluſa utilitate, aut necessitate) illicitè fiat. Neque admittenda est limitatio Fabri *ubi supr. n. 222.* de servis interveniẽtibus in rebus honestis ac necessariis, & de inservientibus in criminibus, & sceleribus; nam DD. absolutè, & sine ulla limitatione loquuntur. *p. 5. tr. 9. resol. 12.*

Et Religiosi cum Prælato.

40. Religiosi verò communicare non possunt cum Prælato excommunicato non tolerato, nisi in his quæ habitationis iure vitari non possunt, perinde ac si esset excommunicatus alius Religiosus de familia. Si verò esset toleratus, posse cum illo communicare certum est, sed Megala *in 3. part. l. 2. cap. 5. quæst. 4. num. 50.* putat, debere illi obedire, donec excommunicatus per sententiam declaretur. At negat Villalobos *tom. 1 tract. 17. diff. 13. numer. 21.* quia, quod communicare possint, habent ex privilegio Extravagant. quo non tenentur uti, aliàs esset onus. *part 5. tractat. 9. resolutione 127.*

Etiam in divinis.

41. Uxor, filius, servus, & supradictæ personæ subjectæ possunt cum suis superioribus excommunicatis communicare etiam in divinis; quia in talibus ex officio communicare tenebantur ante excommunicationem, & per hanc ea obligatio non tollitur, ex cap. *alia de sentent. excommunic.* At proinde uxor, liber, famulus possunt maritum, patrem, dominum, excommunicatum euntem ad Sacrum comitari, &c. Ita Coninch *de Sacr. disp. 14. dub. 12. num. 130. p. 5. tr. 9. re. 124.* propè finem.

Et è contra. Nam, & pater cohabitare potest cum filio excommunicato.

42. Pater, & dominus communicare possunt cum filiis, & servis excommunicatis, quia est eadem ratio, ut supra diximus de marito respectu uxoris. Quamvis enim ad patrem, & dominum spectet curare, ut filii, & servi convertantur; id tamen non semper obtinere poterunt, quamvis procurent. Et si non procurent peccabunt quidem contra præceptum naturale, sed non contra Ecclesiasticum de vitandis excommunicatis. Text. verò in cap. *filia, dist. 27.* loquitur de parentibus communicantibus cum filiis excommunicatis in crimine criminoso. Ita Cornejo *in 3. p. tr. 5. disp. 10. part. 5. tr. 9. resol. 120.*

Et dominus cum servo, quem non potest absque aliquo dãno licentiare.

43. Adverte autem, quod si dominus potest servos excommunicatos absque aliquo ejus damno licentiare, non potest cum illis communicare. Ita Faber *de cens. dist. 25. q. 1. disp. 4. cap. 7. num. 225. parte 5. tract. 9. resolutione 125. paragr. 10. dub. 3.* in fine.

Et frater cũ fratre, ac servus cum conservo excommunicatis. In his tamen, quæ vitari non possunt.

44. Quando ex filiis ejusdem patris, vel ex famulis ejusdem domini unus est excommunicatus, possunt alii cum illo communicare, sicuti omnes possunt cõmunicari uni tertio domino, vel patri; nam jure possunt cum illo communicare, quin communicent inter se. Hoc tamen intellige quoad ea, quæ vitari non possunt, suppositâ cohabitatione, & famulatu. Ita Villalobos *tom. 1. tr. 17. diff. 13 n. 17. ibidem.*

Item excusat ignorantia.

45. † Per *rem ignoratam*, intelligitur ignorantia invincibilis, & inadvertentia naturalis.

Et necessitas. Qui sine causa conversatur cum excommunicato peccat. Et in divinis ex suo genere mortaliter.

46. Per *necesse*, tandem intelligitur necessitas, quæ, ut supra diximus excusat etiam à communione Sacramentorum, tam activa, quam passiva. †

47. Præter hos casus communicare cũ excommunicato denunciato peccatum est. Et quidem in divinis, secundũ Avila *de censur. part. 2. cap 6. disp. 8. dub. 3.* mortale ex suo genere, quamvis esse possit veniale ex parvitate materiæ, ut si v. gr. quis cum excommunicato tolerato audiret initium Missæ usque ad Evangelium, vel finem a Sacra Communione exclusivè. Idem docet Coninch *de sacram. disp 14. dub. 14. num. 140.* & dat exemplum de excommunicato, qui transiens per templum ibi attentus hæreret, donec unus Psalmus brevis caneretur, & de eo qui cum excommunicato recitaret aliquoties Officium divinum privatim: quia in hoc non est tanta repugnantia,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tia, quanta est in Officio publico, *p. 5. tr. 5. resol. 21.*

In humanis venialiter. 48. E contra verò, communicare cum excommunicato denunciato in humanis, & civilibus, ex suo genere peccatum veniale est, cui adnexa est excommunicatio minor. *ex cap. à nobis 2. de except.* Potest tamen fieri mortale ex aliqua circumstantia, nimirum scandali, vel contemptus. *part. 5. tractat. 9. resolutione 2. 5. Notandum, & part. 7. tractat. 11. resolutione 47.*

49. Addit Faber *ubi suprà cap. 2. num. 51.* esse regulariter mortale, quatenus est specialiter prohibitum, & citat textus *cap. in sacris, de his, quæ vi; & cap. exceptionem, de exception.* Atque, id significare DD. dum dicunt, ex hoc incurri excommunicationem minorem: quia, cum excommunicatio minor privet perceptione Sacramentorum, non incurritur ob veniale. Sed DD. absolutè dicunt, communicationem in humanis cum excommunicato, etiam stante prohibitione speciali, esse peccatum veniale: quia materia hujus communicationis est levis, & indirectè tantum, & secundario prohibetur. Ita Cornejo *ubi suprà dub. 1.* (Unde ait Mendoza *de fide volum. 1. disputat. 76. sect. 2. §. 45.* lavari interdum cum Judæo in balneo, nonnunquam excipi, vel excipere convivio, & alia id genus rarius effecta, esse peccata venialia ob materiæ levitatem, *part. 5. tractat. 5. resolut. 21.* in fine.) Et ego puto contra Coninch. *ubi supr. numer. 149.* cum Alterio *lib. 1. disputat. 12. cap. 6.* esse peccatum veniale, conversari cum excommunicato vitando, etiam frequentissimè. *part. 5. tractat. 9. resolutione 2.*

Rursus excommunicatus est inhabilis ad beneficia. Potest ea retinere cum dispensatione Episcopi. 50. Ex propriis effectibus excommunicationis primus est, reddere inhabilē ad beneficia obtinenda. Sed potest ea retinere cum dispensatione Episcopi, secus de officiis sæcularibus. Diana *part. 9. tr. 9 resolut. 34.* Sed de hoc vide *verb. Beneficium à num. 20.* Unde si accipit primam tonsuram non fit irregularis, secus de minoribus contra aliquos, *part. 9. tract. 7. resol. 23.*

Et ineptus ad exercendam jurisdictionem. 51. Secundus est, quod excommunicatus nō potest exercere actus jurisdictionis etiam si sit laicus; vide *verb. Iudex laicus num. 37.* Et ideò si judex Ecclesiasticus excommunicatus non toleratus alium excommunicet, excommunicatio erit nulla: quia Ecclesia aufert ab eo jurisdictionem, omninò. Attamen, si excommunicatio est occulta, communis sententia apud Bizozerum, *part. 2. cap. 1. n. 5.* contra Angelum *sum verb. excommunicatio*, tenet posse excommunicare, & hanc potestatem non tolli, nisi per manifestam sententiam. *part. 5. tract. 9. resolut. 50.* Unde si judex sit excommunicatus etiam publicè, dummodo sit toleratus validè alium excommunicat. Et ita tenet probabiliter Guttierrez *can. 99. l. 1. cap. 1. num 82.* contra Suarez *disput. 14. sect. 2. num. 15.* quia eodem modo se habet, quando est publicus sed toleratus ac se habebat, dum erat occultus. *Ibid. & resol. 135.*

Si excommunicatio est publica.

Et si sit occulta ejus sententia de excommunicatione, declinari potest, opponendo excommunicationem. 52. Potest tamen quis talis judicis judicium declinare, opponendo excōmunicationem, & tunc si ipse excommunicet, excommunicatio erit nulla, quia illegitimè non erit contumax non obediendo. Ita Præpositus *in 3. part. quæst. 2. dub. 12. num 78. & 79.* Qui addit excommunicatum denunciatum electum in judicem in loco, ubi ignoratur, validè actus judiciales exercere in favorem publicum. *p. 5. tr. 9. resol. 100.*

Ipse verò judex judicium exercens, peccat venialiter. 53. Sed an judex excommunicatus toleratus judicium exercens, peccet mortaliter? Affirmat Coninch *ubi supr. num. 148.* quia hic actus est valdè honorificus excommunicato, eumque facit superiorem aliis fidelibus, à quibus ut membrum putridum præcisus est. Sed Ledesma *de excomm. dub. 9.* putat, quod quando acta talis judicis sunt valida, peccat tantum venialiter: quia, cum Concilium non privet illum usu talis potestatis, illum actum prohibere videtur solum, quatenus est humana quædam communicatio, non autem quatenus est actus jurisdictionis. *p. 5. tr 9. res. 131.*

54. † Tertius effectus est, quod excommunicatus privatur actibus quibusdam

busdam juridicis, & publicis. Unde in primis.†

Deinde excommunicatus non potest esse tabellio.

55. Excommunicatus non potest esse tabellio, *ex cap. 1. de excep. in 6.* & si acta efficiat, ait Hurtado *de excommun. disput. 8. diff. 5. numer. 8* esse invalida; qui ex cap. *nullus 3. quæstion. 4.* quæ ab excommunicatis dicuntur, vel conscribuntur, à nemine sunt credenda. Idque etiam verum esse de tolerato, quia non est obligatio illi credendi, sicut nec cum illo communicandi. *part. 5. tract. 9. resol. 112.*

56. Sed quid, si partes conveniant ad petendum instrumentum à tabellione excommunicato? Faber *cap. 6. num. 201.* docet tunc etiam esse invalidum, quia hoc munus est illi ab Ecclesia prohibitum, qua prohibitione stante, non habet valorem. Ego verò sentio cum Suarez *disp. 16. sect. 5. n. 5.* tabellionem toleratū, si ab aliis requiratur, validè ac etiam licitè instrumenta efficere, quia alii possunt cum ipso agere, & consequenter ipse cū aliis. Si verò sit denunciatus: peccare, instrumentum autem, ut in foro exteriori irritum sit, ut tenent communiter Canonistæ, in foro interno validum esse, quando ex consensu partium cognoscētium ejus excommunicationem admitti tur. Nam Canon. *nullus anathematizatorum 3. q. 4.* & alii textus, qui in contrarū afferuntur, dicunt quidem tabellionem excommunicatum non debere admitti, non tamen sufficienter declarant, quod si admittatur, instrumenta erunt invalida. Ita Præpositus *dub. 13. n. 89. ibidem §. Sed his.*

Non testis.

57. Deinde excommunicatus non potest esse testis, ex cap. *decernimus, de sent. excommun. in 6.* Et si admittatur, ait Faber *num. 292.* ejus testimonium fore invalidum, etiam in extrajudicialibus, ut in instrumentis; quia scripturæ extrajudiciales sunt publicæ, & aptæ natæ ad judicium deduci. Sed ego puto cum Henriquez *lib. 3. cap. 7. numer. 5.* quod testimonium excommunicati etiam non tolerati sit validum, quia nullo jure irritatur. Tolerati verò etiam licitum. Ita etiam Præpositus *num. 90.* & Filliucius *tom. 2. tr. 12. cap. 7. num. 188.* ait excommunicatum, etiam vitandum, testimonium ferentem in judicio, vel extra, peccare tantum venialiter: quia est tantum communicatio humana. *p. 5. tr. 9. res. 113.*

Non Advocatus.

58. Sed stando in prima sententia, excipe cum Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 41 num. 5.* causam matrimonii, in qua testes excommunicati non repelluntur. Sicut etiam in causa hæresis ex cap. *in fidei de hæret. in 6. Ibidem* in fine. *p. 11. tr. 4. res. 21.*

59. Tertiò, excommunicatus non toleratus, non potest esse Advocatus, ut supponit in cap. *decernimus 8. de sent. excommun. in 6.* Si verò à judice admittatur, patrocinia ab ipso facta valida sunt, quia nullibi irritantur. Ita Villalobos *to. 1. tr. 13. diff. 14. num 8.* Toleratus verò si à fidelibus inducatur, non solum validè, sed etiam licitè admittitur *part. 5. tr. 9. resol. 114.*

Non Procurator.

60. Quarrò, excommunicatus non potest esse Procurator, tam ex generali prohibitione communicandi cum aliis, quam ex specialibus juribus supra relatis. Si verò admittatur, ejus acta valida erunt, quamdiu à judice non appelletur. Quod probabilius est, etiamsi eligatur post excommunicationem incursam. Ita Præpositus *numer. 91.* Qui addit matrimonium contractum per Procuratorem excommunicatum, esse validum. *Ibid. §. Sed an.*

Tutor, aut Curator.

61. Quintò, excommunicatus ex dictis juribus non potest esse Tutor, neq; Curator. Si verò admittatur, probabile est quod ejus contractus sint validi, ut docet Cornejo *§. 9. q. ult.* contra Sylvestrum *V. Excomm. 3. num. 2.* quia nullum jus eos irritat. *p. 5. tr. 9. res. 115.*

Nec actor in judicio.

62 Sextò, ex iisdem juribus excōmunicatus non potest esse actor in judicio. Sed adverte Turrianum *lib. 2. disput. 14. & lib 3.* docere, quod excommunicatus jus suum revera debitum sine vi & fraude in judicio petens, non peccat mortaliter ex objecto, donec per exceptionem, aut per officium judicis repellatur. Adverte etiā cum Hurtado *de excommuni-*

catio. disp. 8. difficult. 3. num. 6. quod judex potest quidem excommunicatum toleratum rejicere, non tamen tenetur, etiamsi sit publicus (nisi ad petitionem partis, sufficienter probantis excommunicationem) quia non tenetur eum vitare. *part. 5. tr. 9. resol. 110.*

Potest tamen in judicio respondere per semetipsum.

63. Septimò, Avila *part. 2. cap. 9. disput. 2. dub. 2.* & alii tenent excommunicatum non posse respondere in judicio per seipsum, sed cogi respondere per Procuratorem; quia id significatur in cap. *intelleximus, de judic.* Sed ego verius puto cum Præposito *in 3 part. quæst. 2. dub. 13. num. 37* respondere posse per seipsum: nam excommunicato non videtur negandum, quod communi jure cuivis reo conceditur. Et alioqui in cap. *cum inter, de excep.* excommunicato conceditur facultas respondendi absque distinctione, per se, vel per alium, In cap. verò *intelleximus*, non excludi, sed solùm significari, quod respondere debeat, saltem per alium. Adverte tamen, quòd si potest prius absolutionem obtinere, decentius est, ut ante illam per se non respondeat. *part. 5. tr. 9. resol. 111.* Sunt etiam alii excommunicationis effectus, quos vide apud alios.

Excommunicatio nulla, nullum habet effectum.

64. Sed quid dicendum, quando excommunicatio est nulla, aut injusta? Causatne hos effectus? Respondeo excommunicationem nullam, nullum effectum habere, quod enim nulliter factum est, non censetur factum, *Clem. Pastoralis. de re jud.* & in cap *cui*, & c. *non debet 11 quæst. 3.* ait Gregorius, *Non debet is pœnam sustinere canonicam, in cujus damnatione non est canonica prolata sententia.* Ita Turrianus *de censc. lib. 2. disputat. 20. dub. 1.* Abstinendum tamen esse propter scandalum à communicatione Sacramentorum in publico, donec nullitas cognoscatur, ait Mexia *in leg. Toleti, tit. de los proprios yrentos, &c. part. 5. fund. 2. numer. 28.* Nullitatem autem, ipsum sufficienter publicare debere. Quamvis contrarium doceat Valerus *verb. excommun. diff 8.* quem vide. Et Vasquez apud Turrianum *l. cit.* ait, sufficere, quòd nullitas cognoscatur à sapientibus; ut tamen cõtra excommunicationem quis operetur, hoc sapientum judicium vulgò manifestandum esse. Quod si, antequam nullitas publicetur, quis se ingerat divinis publicè, secundum Turrianum peccabit, nullam tamen pœnam juris incurret, *part. 5. tractat. 9. resolutione 26.* Quod si judex in dubio juris secundum opinionem probabilem ferat excommunicationem, vel declaret in eam aliquem incurrisse, subditus, licet habeat pro nullitate excommunicationis opinionem probabilem, debet obedire, & habere se pro excommunicato. Ita Villalobos *tom. 1. tract. 16 diff. 11. num. 7. part. 5. tractat. 1. resolutione 23. §. Et tandem, & tractat. 9. resolutione 72.* Quid dicendum in dubio, vide suprà *verb. Censura, num. 30.*

Nisi, quod nulliter excommunicatus debet abstinere à communione fidelium, propter scandalum, donec nullitas cognoscatur.

Injustè excommunicatus non participat orationes fidelium publicas. Participat tamen orationes Ecclesiæ generales.

65. Quoad excommunicationem justam, certum est primò, fideles orantes in publico non orare pro tali excommunicato, quamvis illis constet de innocentia: quia cum judex procedit secundùm allegata, & probata, ejus sententia habet vim, saltem in actionibus externis. Non tamen privatur orationibus Ecclesiæ generalibus, à quibus excommunicati excluduntur: quia non est credendum Ecclesiam hoc velle, *part. 5. tr. 9. resol. 28.*

Et quoad pœnas externas nihil patitur.

66. Quoad pœnas externas & effectus excommunicationis exteriores videlicet activam & passivam, beneficiorum actionem, &c. aliqui asserunt incurri, tam in publico, quam in privato. Nam Ecclesia secundum allegata, & probata potest tales pœnas imponere: & excommunicatio injusta absolvitur simpliciter non, ut nulla, ad cautelam. Ita Turrianus *de censur. lib 2. disput. 20. dub. 2.* Sed ego contrarium teneo cum Suarez *de censc. disput. 4. sect. 7. num. 14.* quia non est credibile, Ecclesiam velle hoc modo obligare. Tenetur itaque talis in publico obedire judici, in occulto autem probabile est, non teneri: quia est innocens, nõ est tamen improbabile, quod docuit D. Thom. *in 4. dist. 18. quæst 2. art. 1* debere obedire etiam in occulto, quia judex justè procedit, & habet potestatem præcipien-

Nisi quatenus necesse est ad tollendum scandalum.

Vnde si occultè celebrat, vel alium actum excommunicatis prohibitum efficit, non incurrit irregularitatem.

cipiendi modo humano, hoc est, secundum allegata, & probata. Ex quibus sequitur, quod injustè excommunicatus celebrans, vel aliam actionem excommunicatis prohibitam exercēs in occulto, non incurrit irregularitatem. Celebrans verò in publico secundum Vasqu. *de excommun. dub. 21. num. 13.* incurrit: quia violat præceptum, cui in publico tenetur obedire. At Suarez *ubi supr. nu. 2.* contrarium docet, primò, quia hic revera non est excommunicatus. Secundò, quia hic actus nō est actus inobedientiæ perfectus in sua specie. Quæ rationes quamvis facilè solvi possint, ejus tamen opinio est probabilis, eamq; docet Hurtado *de cens. diff. 24. n. 104.* ex eo, quod ad nō celebrandum, &c non tenetur ratione censuræ præcisè, sed ratione obedientiæ, ne videatur præceptum Superioris contemnere. Benè tamen ait Turrianus *loc. cit.* quòd is puniretur, ut violator cēsuræ, & haberetur ut irregularis. Infert etiam Præpositus *loc. cit.* communicantem cum tali excommunicato, non incurrere excommunicationem minorem &c. Sed hoc limitat Vasquez apud Turrianum *loc. cit.* quando communicatio fieret in occulto, secus autem in publico Vide circa hæc omnia Gordonum *tom. 1. lib. 7. q. 6. c 3. n. 11. part. 5. tr. 9. res. 28. & 27 §. Nondum desinam.*

Nec cum illo communicās incurrit excommunicationem minorem.

Hactenus de effectibus excommunicationis majoris.

Excommunicatio minor solum privat perceptione Sacramentorum.

67. Excommunicationis verò minoris unicus effectus est, privare perceptione Sacramentorum, *ex cap. 2. de except. & cap. ult. de Cler. excommun.* Collationem verò Sacramentorum activam non prohibet. Vide *verb. Baptismi, n. 52. p. 5. tr. 9. resol. 3.*

Debet confiteri de retractatione.

68. Tribuens venenum alicui in potione, & postea de ea voluntate se retractavit, & de ejusmodi peccato confessus fuerit, iterum confiteri tenetur, si post Confessionem secuta est mors, quoad reservationem, non quoad excommunicationem, & irregularitatem. Maz. *p. 8. tr. 7. resol. 85.*

69. Excommunicatio à jure non potest declarari incursa, non præmissa citatione, *part. 10. tract. 12. resol. 4.* Irritat actus jurisdictionis ecclesiasticæ *p. 10. tract. 15. resol. 14.*

70. Excommunicationem incurrit percutiens Religiosum equitem, & post declarationem vitari debet, *p. 10. tr. 14. res. 9.* Non incurritur à furante sacras Reliquias. *ibid. resol. 18.*

71. Excommunicatio Papalis adjecta extractioni librorum ab aliqua bibliotheca regularium admittit parvitatem materiæ. *p. 10. tr. 11. resol. 29.*

EXECVTOR *Testamentorum.*

Diffinitio executoris testamentorū.

1.† EXecutor Testamentorum est ille, qui legitimè est nominatus, seu jure constitutus. Primò, & principaliter ad exequendam testatoris voluntatem, vel eius ordinationem, & dispositionem, Generalis sit, vel particularis, legitimus à iure, vel dativus à Judice, Consule, vel Senatu. Carpius. *p. 8. tr. 16. resol. 1*

Qui non possunt esse excommunicati, qui possunt servi mulieres.

2. Excommunicatus non potest eligi in executorem Testamentorum, & si eligitur, & in tempore executionis absolutionem non est adeptus, executio devolvitur ad Episcopum in causis piis, in aliis ad hæredes. Marta, & alii. *ibidem resol. 2.*

Minores 17. annorum.

3. Servi in his, quæ in facto, & nudo ministerio consistunt possunt esse executores testamentorum, & non aliter. Carp. *ibid. resolut. 3.* Mulier potest esse executrix. *resol. 4.* Quando executio testamenti relinquitur propriis fratribus sine distinctione, intelligūtur, & sorores elegisse Carp. *res. 5.* Minores 17. annorum expletorum possunt esse executores ad negotia, non autem ad iudicia ante 25. Diana. *res. 6.*

Cardinales Episcopi Clerici.

4. Episcopi, Cardinales, & omnes Clerici, possunt eligi executores non solum ad pias causas, verum etiam ad prophanas, soli, & una cum laicis. Sanchez *resol. 7.*

Fratres Minores de li-

5. Fratri minori de licentia sui superioris, potest committi executoris nomina.

centia suorũ Prælatorum, secus de existentibus extra claustra incerti ex incertis.

tio, quæ debet esse incerti, & incertis 1. talem ex tali collegio nominare, quia nominatio generalis, & ipso non nominante talem de tali Regno, vel Civitate non valeret. Dicast. *resol.* 8. Et sic Religiosi de licentia suorum superiorum possunt eligi in executores testamentorum ad causas pias. Speculator, alii addunt ad causas prophanas, & hoc intelligitur de claustralibus, non de existentibus extra Claustra, & de prohibitis statuto Religionis. Vvading. *res.* 9. imò superior Conventualis potest concedere talem licentiam, quam etiam sibi ipsi potest tribuere. Sylvest. & alii. *resol.* 10.

Iesuitis, & Theatinis à generali præposito debet concedi licentia.

6. Religiosis Societatis Jesu, & Theatinis talis licentia concedi debeat à Generali Præposito, tantum aliter non est valida. Diana, & alii. *res.* 11. Unde videtur fratres minores non posse esse executores, sed consiliarii ad executiones faciendas, attamen cum aliis sæcularibus potest eligi. Palaus, & alii. *res.* 12.

Electio verò pauperum, potest fratri minori committi absque licentia superioris ad distribuendam pecuniam relictam à testatore pauperibus. Castrus Palaus, & alii, *resol* 13.

7. Potest testator præcipere executoribus, ut consilium fratrum minorum sequantur pro executione sui testamenti. Castrus Palaus, *resol.* 14.

Fratres, quibus non est prohibitum ex speciali instituto possunt esse commissarii.

8. Possunt fratres minores, & alii Religiosi, quibus speciali instituto Religionis non est prohibitum esse Cõmissarii ad condendum testamẽtum nomine cõmittentis, & etiam si absque licentia superioris hoc faciant, tenebit testamentum. Dicastillus *resol.* 15.

Et talis licentia debet esse expressa, & non tacita, sed non est necesse, ut sit in scriptis. Carpius *resol.* 16.

Potest revocari licentia à suo superiori.

9. Superior potest revocare licentiam Monacho concessam, etiam re non integra, sed si hoc sine justa causa faciat injustè agit, sed talis revocatio est Monacho intimanda. Clavar. *resol.* 17.

Pro petitione consilii non est necessaria licentia.

10 Quando testator non astrinxit executorem ad sequendum, sed petendum tantũ consilium Religiosi, talis non indiget licentia superioris, Azorius *res.* 18.

Tamen talis executor cum consilio Religiosi tenetur per aliquod tempus expectare, si erit absens, & si est periculum in mora, non tenetur expectare, si decesserit, executio debet exequi Molina, & alii *resol.* 9.

Si non petitur consilium à fratre minore, executio est irrita.

11. Executor omittens petere consiliũ à fratre minore, facit executionem irritam, & sic etiam in dubio pro salute conscientiæ testatoris tenetur viros doctos consulere. Vvanding. *resol.* 20.

Acceptans potest cogi.

12. Quamquam Religiosus cogi non possit, ut licentiam petat, tamen si eam acceptavit, potest cogi ad eam exercendam. Castrus Palaus *resol.* 21. Unde executio facta à Religioso non habente licentiam à superiore, valida est nisi à superiore tali executioni contradicatur, vel in judicio apponatur. Sanchez *resol.* 22.

Actiones sunt invalidæ ante certioritatem superioris.

13. Acta à Monacho ante certioritatẽ superioris, non sunt valida, valebunt si postea à superiore certioritas intimata sit. Sanch. valida etiam essent si à viris dignis fide testificatur Monacho de licentia superioris. Carpius. *resol.* 23. Et ad condendum testamentum testatoris Religiosus non indiget speciali licentia superioris, si ita ordinavit testator. Palaus *res.* 24. Nec etiam opus est licentia ad electionem executoris testamenti. *ibid. res.* 25.

In certis casibus potest aliis committi executio.

14. Potest committi executio aliis in certis casibus. Carpius *resol.* 26. Unde si executor acceptavit tacitè, vel expressè, potest cogi ad acceptandum munus suũ; secus si non acceptavit. Molina. Et si esset consanguineus præsens, & tacens censetur acceptare, & non acceptans privatur emolumentis, & legato sibi relicto DD. *resol.* 27.

Obligatus ex charitate tenetur sub mortali acceptare munus.

15. Executor peccat mortaliter non acceptando munus executionis, maximè si tenetur ex charitate, & absque maximo suo damno rebus proximè consulere Card. de Lugo, si esset Religiosus potest à superiore vinculo obedientiæ adstringi ad acceptandum. Vasquez *resolutione* 28.

Sufficit unus.

16. Quãdo plures executores eligũtur, & testator aliter non expresserit, si unus vel

vel alii impediti sint, vel noluerint concurrere ad executionem, unus sufficit ad executionem. Molina *ibid. resolut.* 29.

In disparitate rerum prophanarum pertinet ad iudicem secularem, & è contra de Ecclesiastico.

17. Si executores sunt æquales, & sunt dispares pro utraque parte unus pro una, & alter pro alia, Episcopus potest præferre, quem voluerit, in rebus prophanis Judex sæcularis, si sint dispares ratione personarum, præferenda est dignior. Sanch. *resol.* 30.

Obligatio executoris.

18. Executores tenentur exequi omnia secundum mentem testatoris, & adire judicem contra resistentes, procuratorem eligere, & facere inventarium coram Tabellione, & testibus. Vvand. *resol.* 31.

Absque institutione hæredis potest omnia vendere.

19. Executor, vel commissarius universalis absque hærede instituto omnia potest vendere pro perficienda testatoris voluntate. Non autem particularis, nisi concedatur specialis facultas à testatore Dicastillus. *resol.* 32.

Tenetur petere consiliū. Et sequi.

20. Quando testator mandat executori aliquid exequi de consilio, vel cum consilio alicujus Religiosi in Testamento nominati, tenetur solum consilium petere si mandavit (secundum vel juxta consilium) tenetur non solum petere, sed sequi. Fagundez *resol* 33.

De ministris non tenetur reddere rationem.

21. Executor tenetur reddere rationem, non autem de minimis cum creditur suo juramento Mazientio *resol.* 34.

Tenetur quoad culpam.

22. Quamvis à testatore remissa fuerit redditio rationis, astringitur ad hoc eam reddendam, de scrupulosa intelligitur, quoad culpam, non quoad dolum, vel reliquorum restitutionem. DD. *resol.* 35.

Exempti tenentur suo Prælato; & non ordinario.

23 Religiosi non indigentes licentia Superioris, ut sunt exempti non tenentur ordinario locorum, rationem reddere sicut Clausirales, qui puniri etiam possunt ab ordinario, si executor est Abbas non tenetur, qui licentiam ab Abbate habet, ipso tenetur reddere, & non ordinario, Vvandig. *resol.* 36.

Sic etiam mēdicantes suo Prælato.

24. Mendicantes plenam, & specialem exemptionem habentes ab ordinario locorum, non tenentur, si executores sint, rationem ordinario reddere. DD. *resol.* 37.

Tenetur solvere legata.

25. Executor tenetur solum in foro conscientiæ solvere legata, & debita testatoris, & si hæres resistit potest per officium judicis obtinere mandatum contra hæredem, ut ipse tradat, quæ necessaria sunt ad solvendum. Ualerius *ibid. resol* 38. & non debetur aliquid pro salario executoribus, nisi damnum patiatur in agendis rebus propriis, vel aliquid à testatore sibi relictum fuerit, Guttierr. *resol.* 39.

Potest per iudicem cogere hæredes.

Episcopus succedit ad munus. negligentibus hæredibus.

26. Episcopus succedit ad munus executionis, negligentibus hæredibus, tam ad causas pias, quam prophanas, quando infra annum non adimpletum est relictum à testatore. Barbosa *resol.* 40.

Hæredes tenentur ad legata pia.

27. Si nullus assignetur executor, tenentur hæredes ad legata pia pro redemptione captivorum, alimentis, eleemosynisque pauperum, ad Episcopum devolvitur executio. Laymann *resol.* 41.

Reddenda est ratio ab Episcopo Metropolitano.

28. Episcopus executor testamenti, tenetur solum Metropolitano reddere rationem Carpius, *resolut.* 42. Clerici tenentur coram judice Ecclesiastico. Marca. *resol.* 43. nec possunt citari coram judice seculari pro confectione inventarii. Duardus *resol.* 44.

Clerici tenētur ad iudicem Ecclesiasticum.

Potest fieri distributio propria Ecclesia.

29. Si hæres testatoris distribuit bona incerta propriis debitoribus, debet Episcopus approbare executionem legi timè factam, & ibi sufficienter constitutam, sin autem spectas ad Episcopum, qui si ejus Ecclesia indiget reparatione, & facultates Ecclesiæ non sufficiunt, & sine damno pauperum id fiat, potest talis distributio suæ Ecclesiæ fieri Dominicus. *resol* 45.

Sibi, & suo Monasterio potest aliquid distribuere.

30. Religiosi executores possunt sibi, & suo Monasterio aliquid erogare, maximè si aliquod legatum Monasterio nō sit factum, sic etiam si executor alius pauper sit, potest sibi, maximè si consanguineus est aliquid erogare. Dicast. 46.

Potest sibi applicare eleemosynam etiam nota à testatore paupertate executoris.

31. Quamquam nota sit testatori paupertas executoris, potest sibi applicare eleemosynam, ut pauper Dicast. *resol.* 47. Et potest aliquid filio spurio testatoris dare. Rodriquez *resol.* 48. Et potest dare eleemosynam pauperibus ex propria culpa effectis. Menoch. *resol.* 49.

Potest anticipare diem distributionis.

31. Executor potest variare electionem locorum, vel pauperum aliàs factã. Card. de Lugo *resolut* 50. Et anticipare diem, vel tempus distributionis faciendæ, dummodo aliter non cõstet de mente testatoris. Rodriquez *resolutione* 51.

Simile, & hæredes possunt facere.

33. Hæredes, & executores ab bonum animæ testatoris, legata, & debita ante tempus solvere possunt. DD. Episcopi possunt constringere hæredes, & executores, quando non sunt obstricti aliquo impedimento etiam per Censuras, ut infra sex menses legata pia, & prophana solvantur. Molina *resolut.* 52. & 53. quod si transierit annus non potest prorogari tempus, sed devolvitur ad Episcopum Micres. *resol.* 54.

Hæredes negligentes possunt compelli à iudice.

34. Si executores, vel hæredes negligentes fuerint ad executionem faciendam, possunt compelli à Judice sæculari ad illam faciendam, præsertim ad causas pias. Joseph. Vela *resol.* 55. Et quando testator providit de alio executore, vna prioris negligentia, tunc non devolvitur ad Episcopum, nisi hic etiam esset negligens in exequenda voluntate defuncti, in eo casu devolvitur ad Episcopum. Diana *resol.* 56.

Executio spectat ad Episcopum.

35. Tenetur Episcopus data negligẽtia executoris, exequi testamentum, & ipso etiam negligente, spectat ad Metropolitanum executionem facere; & eadem ratio est de electore pauperum, orphanorum, puellarum nuptui tradendarum. DD. *resol.* 57. & 61.

36. Quando in testamento non explicatur certum genus pauperum, vel locorum, tunc potest Episcopus, & hæredes ad Ecclesiam pauperẽ applicare. Vvand. *resolut.* 58. Et executio spectat ad eum Episcopum, in cujus Diœcesi diù testator morabatur, eo animo, ut perpetuo se morari voluisse, & non ubi bona reperiuntur, & si alibi sepeliri jusserit. Gabr. Pereyra, *resol.* 59.

Laicus non potest cogi ab Episcopo.

37. Laicus non potest cogi ab Episcopo, ut executionem recipiat, sicut potest Regularis à suo Prælato. Vasq. *resol.* 60.

Cap. S. V. potest cogere executorem.

38. Capitulum Sede Vacante potest compellere executorem ad executionem testamentorum. Covarruv. *resol.* 61.

Pontifex non potest recedere à voluntate testatoris.

39. Non potest executor testamentarius cum dispensatione Episcopi, quæ neque Papæ conceditur sine justa causa, mutare nec recedere à voluntate testatoris. Carpius *resol.* 63.

Iudex laicus non potest se ingerere in testamento Clericorum.

40. Nullo modo Judex laicus se intromittere potest ad executionem testamenti bonorum Clericorum, vel Episcoporum, nec pro completione inventarii; potest tamen in defectu Ecclesiasticorum legem totam. *resol* 64.

Vide *verb. Testamenti Executor.*

EXPLORATOR.

Licet exploratoribus uti vestibus Turcarum in aliquo casu.

1. EXploratores vulgò dictæ (*spie*) possunt simulare in terris infidelium se esse Turcas, eorum vestibus uti, & eorum synagogis, seu Moscheas adire, propter aliquod negotium peragendum ad utilitatem Christianorum, non autem tempore, quo Turcæ eunt orandi, vel adorandi Mahometem. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *res.* 13.

EXTRAHERE.

Incidit in excommunicationem Vrb. VIII.

1. EXtrahens à statu Ecclesiastico mercemonii causa juxta verba Bullæ Urbani VIII. frumentum, oleum, blada, & legumina, in ea tamen quantitate arbitrio prudentis viri judicanda ut sit peccatum mortale, incidit in excommunicationem in Bulla appositã, Papæ reservata, Diana: sub hoc nomine frumenti, non intelligitur panis coctus, nec farina, & sub nomine olei non intelliguntur olearum, etiamsi extrahantur, ut ex illis oleum conficiatur. Palaus. *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 43.

EXTREMÆ-VNCTIONIS Necessitas.

Extrema-Vnctio, cessante conceptu, & scan-

1. † EXtrema-Unctio non est homini necessaria, necessitate medii: nec præcepti obligantis sub mortali. Ita contra Petrum à Soto *lect.* 2. *de Sacram. Extr.*

dalo, omitti poteſt.

Extr. Vnct. Villalobos *tom. 1. tra. 10. diff. 5. num. 1.* ubi putat, ceſſante contemptu, & ſcandalo, omitti poſſe abſque ullo peccato *par 3. tract 4. reſol. 170. & part. 5. tr 3. reſol. 97.* Et quidem, qui in extremis poſitus, poteſt hoc Sacramentum recipere, & ſciens ac prudens omittit, contemnere illud præſumitur, ſecundùm S. Juan. *quæſt. unic. artic. 7. de Extrem. Vnct. dub. 2. concl. 2.* Non ita ſecundùm Tanner. *tom. 4 diſp. 7. q. 1. 3. num. 56. reſolutione 97. cit. §. Sed his.*

2. Ex dictis ſequitur, Parochum non teneri regulariter ſub mortali miniſtrare hoc Sacramentum cum periculo mortis, ut dicemus *verb. Parochus, num. 5.* Nec debere aut poſſe ſimplicem Sacerdotem in defectu Parochi miniſtrare, niſi in certis caſibus, ut dicemus infrà *num. 23.* In caſu tamen neceſſitatis poſſe etiam excommunicatum denunciatum, etiam tempore interdicti. Diximus *verb. Excommunicationis, num. 19.*

EXTREMÆ VNCTIONIS *Vtilitas.*

Extrema-Vnctio debet peccata, ſi adſunt, & illorum reliquias.

3.† VTilitas, & effectus Extremæ-Vnctionis explicantur à Tridentin. *ſeſſ. 14. cap. 3.* his verbis: *Huius Sacramenti res eſt gratia Spiritus ſancti, cuius Vnctio delicta; ſi quæ ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo divinæ miſericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus ſublevatus, & morbi incommoda, ac labores levius fert, & tentationibus damonis calcaneo inſidiantis, facilius reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum, ubi ſaluti animæ expedierit, conſequitur.*†

Roborat infirmum contra tentationes. Et confert ſanitatem ſi expedit ſaluti animæ.

4 Et quod attinet ad ſanitatem, cum Sacramenta non operentur virtute miraculoſa, ſed ſupernaturali ordinaria, non illam conſequitur, qui Vnctionem differt ad Extremum vitæ, quando corpus ita eſt viribus deſtitutum, ut ad ſui reſtaurationem neceſſarium ſit manifeſtum miraculum. Imò ait Pitigian *in 4. d. 23. quæſt. unic. art 5. q. 4.* hoc Sacramentum in extremis ſuſcipere, eſſe aliquomodo tentare Deum, & virtutem Sacramenti experiri velle. Adde, quod devotio infirmi, & uſus rationis effectui hujus Sacramenti plurimum conferat, confertque vires contra tentationes, quæ infirmum in uſu rationis fatigant. Non tamen multum feſtinandum eſt, quia ideò dicitur Vnctio Extrema, quia non debet dari, niſi iis, qui præſumuntur in diſcrimine vitæ conſtituti. Ita Kellioſonius *tom. 2. in 3. part. qu. 31. art. 3.* contra impudentiſſimum Calvini mendacium, *part. 3. tractat. 4. reſolut. 173. & part. 5. tr. 3. reſol. 95.*

Et non differtur uſque ad finem vitæ. Sed neque debet nimiùm maturari.

Gratia confertur poſt quintam Vnctionem.

5. Gratia hujus Sacramenti confertur, quando perficitur ultima Vnctio cum ſua forma eſſentiali, quæ eſt quinta. Ita Suarez *tom. 4. diſputat. 4. ſect. 2. nu. 13.* Alii putantes, ſingulas Vnctiones eſſe integrum Sacramentum, dicunt, conferri poſt ſingulas. Sed de hoc infra, cum de materia. *part. 3. tractat. 4 reſolut. 179.*

EXTREMÆ VNCTIONIS *Materia.*

Materia remota huius Sacramenti eſt oleum Olivarum. Benedictum ab Epiſcopo in eodem anno.

6.† SIcut in Baptiſmo duplex eſt materia: nimirum remota, quæ eſt aqua, & proxima, quæ eſt ablutio: ita & duplex datur in hoc Sacramento: remota, & eſt Oleum: proxima, & eſt Vnctio.

7. Oleum debet eſſe Olivarum, † & benedictum ab Epiſcopo in eodem anno, ex cap. *litteris, de conſecr. diſt. 3.* Sed in neceſſitate poteſt Parochus infirmum ungere oleo veteri. Ita declaravit Sac. Congregatio Epiſcoporum *die 20. Maii 1570.* apud Gavantum *in Ench. verb. Extrema Vnctio, numer. 10. part 9. tractat. 6. reſolutione 46. & part. 10. tractat. 16. reſolutione 81.* Immò valdè probabile putat Laymann *lib. 5. tom 8. cap. 2. numer 4* materiam hujus Sacramenti eſſe Chriſma. Unde ſi quis per errorem Chriſmate infirmum unxiſſet, nihil innovandum fore, ſed rem Domino commendandam: maximè, quod Vnctio

Sed in neceſſitate admitti poteſt vetus-

plerum-

plerumque non sine scandalo iteraretur. *part.3. tractat. 4. resolut. 176. & part. 5. tractat.3.resolut. 90. & part.10. tract.11. resol 15* Putat autem Filliuccius *tom. 1.tr. 3.cap.4.n.m.78*, non sufficere unam guttam olei in singulis unctionibus, quia non satis est ad ungendum. Sed quia ex Regin. *tom. 2. lib.28. cap. 7. num.13.* ea quantitas olei sufficit in hoc Sacramento, quæ aquæ sufficiens est in Baptismo, & multi DD. dicunt, in Baptismo sufficere unam guttam aquæ, ut suo loco diximus *num.20.* probabile videtur, unam guttam olei in hoc Sacramento sufficere. Et ita docet Tannerus *tom. 4. disp. 7. quæst.1.dub.3 num. 16.* Ad argumentum respondetur, guttam sufficere ad ungendam partem corporis aliquantam, nec plus Rituale exigere. Et alioqui si plus requireretur, ampulla olei brevi deficeret. *Et secundum aliquos Chrisma.* *Sufficit autem in singulis unctionibus una gutta.*

8. Unctio verò secundùm Becanum *de sacr.c.25.quæst.7. num.* 6. ad essentiam Sacramenti, & gratiam producendam unica sufficit, quia non aliud ex Scriptura, vel Ecclesiæ traditione colligitur. Et forma Ambrosiana, & Veneta non significat, nisi unam unctionem. In Baptismo quoque sufficit una immersio, & in Eucharistia una species. Et tandem in eo, qui non haberet oculos non esset necessaria unctio oculorum. Quod verò Concilium Florentinum ponat plures unctiones, non obstare, quia ponit septem, quas certum est non omnes esse necessarias: debere nihilominus adhiberi plures, juxta Ecclesiæ consuetudinem, quæ unum Sacramentum dicuntur, sicut plures Ordines, & species panis, & vini in Eucharistia. Ita ille. Et qua opinione sequitur, *ut sup.num.5.* insinuavimus, gratiam hujus Sacramenti conferri statim, ac unctio peracta est. Sed communior, & probabilior sententia, Ledesma *to.1.de extr. Vnct. c.1.* docet, ad hoc Sacramentum integrè dum requiri quinque unctiones, & gratiam conferri statim, ac quinta unctio cum sua forma peracta est, ac proinde si infirmus statim post primam unctionem decedat, non consequi gratiam. *part.3. tract.4.res.170.* *Materia proxima est unctio.* *Non simplex.* *Sed quintuplex.*

9. Quibus non obstantibus, ait Marchinus *de peste part.3.c.6. num.26.* Parochum in tribus casibus necessitatis posse unicam unctionem adhibere, cum conditione saltem mentaliter percepta, *si est validum.* Nimirum, si timet, infirmum ante quinque unctiones decessurum, vel se peste inficiendum, vel alios ægrotos absque ulla prorsus unctione decessuros. Nam non est improbabile, per unam unctionem acquiri aliquam gratiam habitualem, & actualem, imò & corporis sanitatem. Et alioqui, cum hoc Sacramentum non sit necessarium, non fit injuria infirmo, & cum adhibeatur conditio, nec Sacramento. Et obviatur periculo Sacerdotis. Ita etiam Granado *in 3.part. contr.8.tr.un.disp.7.nu 12 part.5,tr.3.res. 89.* & olim *part.10.tract.12.res.31.* Ex quibus à fortiori sequitur, quod docet Filliucius *tom.1.tract.3.cap.5.n.129.* in casu necessitatis sufficere Unctionem unius oculi, auris, naris, manus, &c. cum forma generali *Indulgeat tibi Deus quidquid per visum, auditum, &c. deliquisti* Omittendo etiam signare signo Crucis, *part.3. tr. 4.resol.168. § Sed ego. & par.5 tr.3. res.79.* in fine, & 90. post medium, *par.9 tr 9.res. 59.p.10.tr.11.res* 11. in fine. *At in necessitate dicunt, posse unicam adhiberi.* *Et certum est, sufficere quod ungatur unus oculus, una auris, &c.* *Etiã absque signo Crucis.*

10. Et extra necessitatem signa Crucis omittere, ait Nugnus *in addit. ad 3. part. quæst.29. art.6.* esse peccatum mortale, & contrarium esse improbabile. Sed, seclusò contemptu, & scandalo, probabilissimum est, quia nullum præceptum invenitur de hac re expressum: nec constat, consuetudinem cum tali obligatione introductam esse. Malè igitur facere, qui illas extra necessitatem omittit, sed non peccare mortaliter. Ita Becanus *de Sacr. cap.27.q.3.n.3.part.3.tr.4.res.178.* & 168. in fine. *Quod extrà necessitatem omittere, seclusò contemptu, & scandalo, non est mortale.*

11. Petes: An tempore pestis, ad contagionem vitandam, liceat infirmum ungere virgula argentea, lignea, &c. Respondeo, licere, quia hic usus non infert irreverentiam Sacramento, & jus conservandi vitam est nobis innatum. Debet autem postea talis virga purgari, *Vieri etiam possunt unctiones virgula argentea, &c. ad vitandam contagionem tempore pestis.*

&

& si argentea sit, in similem usum servari, si verò lignea cremari. Ita Marchinus *de peste par.3.c.5.num* 1. & alii *par.3. tr.4. res.167. & par.5.tract.3. resol.* 79. Sed si oleum deficit, potest misceri alium non benedictum, in parva tamen quantitate. *part.9.tr.6.resol.44.*

EXTREMÆ-VNCTIONIS.

Forma.

Forma huius sacramenti (per istam sanctam unctionē, &c.)

12. HUJUS Sacramenti forma præcepta hæc est: *Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat ubi Deus quidquid per visum* (& repetitur ad singulos sensus; illos nominatim exprimendo) *deliquisti, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti,* Sed hæc ultima verba, *in nomine Patris,* &c. ait Filliucius *t.1.tr.3.cap.4.n.86.* non esse necessaria. Et idem docet Reginaldus *tom.2.lib.28.c.9.n.56.* de illis verbis: *sanctam & piissimam,* quia sine illis sensus manet integer. Idem dicendum cum Suarez *tom.4.disp.40.sect.3.num* 13. contra Nugnum *in addit. ad 3 part.tract.* 1. *quæst.29. art.9.concl* 4. de particula, *per suam misericordiam,* quia causa principalis *quæ* hujus Sacramenti sufficienter exprimitur illis verbis, *Indulgeat tibi Deus.* Idem dicendum videtur de illis particulis, *per visum, auditum,* &c. Igitur de necessitate Sacramenti sunt illa. *Per istam unctionem indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti.* Qui verò reliqua sine necessitate omitteret, peccaret. *par.3 tract.* 4. *res.*175. §. *Notandum,* & 180. & quidem mortaliter, quia sub ista forma redderetur Sacramentum dubium, ut est communior sententia, Præpositi Lessii, Granadi imo licet Sacramentum esset validum, adhuc graviter peccaret, sicut & ille, qui consecraret vinum congelatum, licet consecratio esset valida. *p.11.tr.* 1. *res.*18. quia saltem contravenitur consuetudini Ecclesiæ.

Quæ omnia non sunt necessaria.

Sed tantum hæc, (Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti.)

Quid si adhibeatur forma indicativa (Vngo te oleo, &c.)

13. Hæc autem forma, ut patet, est deprecativa. Sed an indicativa foret sufficiens? Affirmat Becanus *de Sacram. cap.* 27. *q.7. num.*3. quia sicut Ecclesia ex illis verbis, *baptizantes eos* colligit hanc formam, *Ego te baptizo,* ita ex illis *ungentes illum,* colligere potest hanc, *Ego te ungo.* Deinde, quia forma Ambrosiana, & Veneta non est deprecativa Tertio, quia in Confirmatione, sufficiens est hæc forma, *Consigno te Chrismate,* unde, & in hoc Sacramento, *vngo te oleo.* Nec obstare illud Jacobi, *Orent super eum.* Nam forma Sacramentalis à sanctis Patribus vocatur oratio, etiamsi sit indicativa. Sed negativam sententiam Nugnus *in addit. ad* 3. *part.q.*33. *art.*6. & alii adeo certam existimant, ut dicant hoc Sacramentum collatum cum forma indicativa iterandum esse sine conditione, quia non possunt esse institutæ pro uno Sacramento duæ formæ nō habentes eundem sensum. Ergo si deprecativa est sufficiens, non erit sufficiens indicativa, cum non habeat sensum illi æquivalentem. Sed sententiā Becani probabilem putavit Suar. *in 3. tom.4. disp.*40. *sect.*3. *n.*7. Cum quo contra Nugnum dicendū est, validam esse hanc formam: *Vngo te Oleo sancto, & Deus tibi remittat quidquid peccasti,* &c. quia verbis indicativis adjungitur sufficiens deprecatio. Graviter tamen peccaret, qui hac forma uteretur *part.3.tract.4.res.*175.

Vel partim indicativa, partim deprecativa?

EXTR. VNCT. SVBIECTVM.

Extrema Vnctio non potest conferri ei, qui suspendi debet.

14.† EXTREMÆ Unctionis subjectum capax, non est quicumque moriturus, sed tantum moriturus ex infirmitate, sive illa procedat ex morbo, sive ex vulnere, sive ex partu, sive ex senectute. Unde non potest ungi suspendendus, navigationem procellosam aggressurus, &c. quia Apostolus ait: *Si quis infirmatur.*

Sed tantum infirmis.

Vsum rationis habentibus.

15. Requiritur etiā usus rationis. Unde perpetuo amentibus dari non debet. † Secus, si aliquando sani fuerunt, & hoc Sacramentum petierunt expressè, vel tacitè in receptione aliorū Sacramentorū probabile sit, illos petituros fore, si possent. Ità Zambranus *de sacr.extr.unct.c.*5. *dub.*2. Qui advertit in tali casu furiosum resistentem esse ligandum, & fortiter tenendum, seclusis tamen laicis ad tollendum scandalum. Quod sanè necessarium foret, si aliud Sacramentum recipere non potuisset. *part.*2. *tract.*14. *res.*84.

Vnde non debet conferri perpetuo amentibus.

Qui nunquā mentis compotes fuere, nec alia Sacramenta susceperē.

Nisi post usũ rationis.

16. Pueri etiam ante usum rationis ungi non debent. At statim post usum rationis ungi possunt, non enim expectari debet tempus Communionis, quia major discretio requiritur ad Communionem, quam ad hoc sacramẽtum. Ita Hurtado *de sacr. extr. unct. diff* 10. contra Sotũ *in 4. dist. 23. q. 2. art. 2.* Imò si dubium sit, num in puero lumen rationis irradiet, ungi debet sub conditione, *si es capax.* Ita Sancius *disp. 27. num. 17.* & novissimè Lugo *de Euch. disp. 13. sect. 4. n. 41. part. 3. tract. 4. res. 169.* & *p. 5. t. 3. res. 85.*

Vel in dubio, sub conditione (si es capax.)

17. Neque verò necesse est, ut hoc Sacramentum suscipiens aliquando peccaverit, quia materia hujus Sacramenti nõ sunt peccata, sicut Pœnitentiæ. Et effectus nimirum remissio peccati, & auxilia quibus infirmus in illa lucta dæmoni resistat; sunt distincti, & unus conferri potest ei, qui non est alterius capax; unde satis est, quod infirmus peccare possit. *part. 3. tract. 4. resol. 172.*

Sed, quia peccata non sunt materia huius Sacramenti.

Conferri potest puero, qui nunquam actualiter peccavit.

18. Igitur illud non est denegandũ puero post usum rationis, quem Parochus de Confessione cognovit, nunquam actualiter peccasse quia juvare illũ potest, ne peccet, & conferre sanitatem, si expedierit. Nec falsificabitur forma, *Indulgeat tibi Deus Quidquid deliquisti:* nã sensus est, *Conferat tibi Deus gratiam de se remissivam, &c.* Ob quam rationem non falsificatur forma absolutionis, cum confertur ei, qui jam est in gratia per cõtritionem. Ita Suarez *to. 4. disp. 42. sect. 2. n. 10.* quidquid neget Sancius *n. 18. part. 3. tr. 4. res. 181.* Nec ob eandem rationem deneganda est unctio adulto recenter baptizato, qui nullum post baptismum peccatum commisit, sicut testatur Sancius *num. 28.* non esse denegatum Matriti *an. 1620.* Et ita docet Præpositus *in 3. part. qu. un. de Extr. unct. dub. 7 n. 6.* contra Nugnum *in 3. part. qu. 32. art. 4. part. 3. tract. 4. res. 172.* & *part. 5. tract. 3. res. 6.* Item inungendi sunt oculi, & aures cœci, & surdi à nativitate: tum, quia peccare potuerunt per interiores potentias illis membris correspondentes, ut desiderio actus mali illius sensus: tum etiam, quia satis est habuisse potentiam peccandi. Ita Præpositus *ubi sup. dub. 8. n. 73.* Qui addit, quod si desit organum, ungi debet locus propè illud, *part. 5. tr 6. res. 11. part. 10 tr. 16. res. 81. §. Sed hic.* Item ministranda est mulieri incipienti deficere in partu cum periculo mortis, non verò illæ, quæ sine periculo parturit. *part. 10. t. 12. res. 9.*

Et adulto morienti statim post Baptismum.

Et iungi debent oculi, & aures cœci, & surdi à nativitate, vel loci vicini.

19. Si verò adsint peccata, & timeatur tempus defuturum, tunc debet præmitti Confessio quia prius adhibenda sunt sacramenta necessaria deinde utilia. Sed casus potest accidere, ut extrema Unctio exhiberi debeat absque eo, quod infirmus communicaverit, si v. g. adsit periculum vomitus. Immò etiam absque eo quod confessus fuerit, ut si ita morbus eum prævenerit, ut nec signa pœnitentiæ dare possit. Imò quantum est ex ordine Sacramentorum, potest regulariter ungi peccator absque prævia Confessione. Nam ad hoc Sacramentum dignè suscipiendum ad summum satis est contritio vel attritio putata contritio. Ita Filliucius *tr 1. part. 3. c. 5. n. 114.* & Barbosa *de off. Parochi c. 22. n. 36 p. 5. tr. 3. res. 92.*

Peccator vero non debet esse necessariò confessus, sed sufficit, quod sit contritus, vel attritus cum opinione contritionis.

Expetit tamen prius confiteri si potest.

20. In una infirmitate, in qua infirmus non nisi semel appropinquat morti non debet Unctio iterari. At si infirmitas est longa, & post unctionem in periculo mortis à quo infirmus liberatus sit ex ipso aliquo tempore arbitrio prudentis viri, in aliud periculum incidat, etiamsi plenè non convaluerit, potest iterum ungi. Vide Kellisonum *tract. 2. in 3. part. qu. 33. art. 2 part. 5. tract. 3. res. 69 part. 10. tract. 11. res. 11.* Imò collata infirmo non graviter, & periculosè laboranti est invalida, Suarez & alii, in dubio vero quãdo Medici hæsitant de ejus salute debet ministrari. Chapeavilla, si potest infirmitas de non periculosa, fit periculosa, & prima unctio fuit invalida, potest iterum ministrari. Quintanad. *p. 9. tr. 6. res. 45.*

Et potest sacra Vnctio iterari in eadem infirmitate longa, si periculum iterato occurrat.

Curiosa circa extremam unctionem.

EXTREMÆ VNCTIONIS Minister.

Minister huius Sacramenti est solus Sacerdos.

21. † MINISTER hujus Sacramenti non potest esse, nisi Sacerdos: ejus enim ministerium est actus Ordinis.

Ordinis Sacerdotalis. Quo Sacerdos privatur per excommunicationem denunciatam, & suspensionem ab officio, vel exercitio Ordinum, secluſa tamen necessitate, ut dictum est V. *Excommunicationis numer.* 10. Non debet esse necessariò unus. † Et ideò in casu necessitatis, quando v. gr. quis incidisset in amentiam post peccatum mortale, de quo solum habuisset attritionem, nec petiisset confiteri, ac proinde absolvi non posset, in tali inquam casu, si Sacerdos linire incipiens, peractis duabus, vel tribus unctionibus cum suis formis, moreretur, alius non deberet, neque posset illas repetere, ait Molfesius *tomo 1. tract. 4. cap 4. num. 54.* Sed alias supplere debe ret. Sicuti, si Sacerdos post consecratam Hostiam fatis cederet, alius deberet solum calicem consecrare. Et sic videtur docere D. Thomas *dist. 23. artic. 1.* Veruntamen, quia hoc quamvis probabile, non est certum, benefaciet secundus Sacerdos in hoc casu (ait Mæratius *tomo 3. disp. 10. sect. 2. numer. 8.*) si unctiones alt initio repetat; quia id infirmo esse potest utilius; *par. 5 tract. 3. res. 87.* Si verò infirmus statim decessurus timeretur, possent ei unctiones simul à pluribus Sacerdotibus adhiberi: quia ut docet Mæratius *ibid. sect. 1. num. 1.* hic ungendi modus est validus, cum inter unctiones partiales ordo non sit de essentia, ac proinde in necessitate licitus. Ita præpositus *in 1. p. q. un. dub. 5. nu. 37. Ibid. res. 88 p. 9. tr. 7. res. 56. & p. 10. tr. 15. res. 81.*

Non excommunicatus aut suspensus.

Non oportet, quod sit unus.

Vnde si ungens moriatur post aliquam unctionem, ait Molfesius, alium reliquas supplere debere.

Mæratius putat debere de novo incipere.

22. Deinde, minister hujus Sacramenti debet esse distinctus à suscipiente: sicut omnia alia Sacramenta, quæ in usu consistunt. Colligitur ex modo loquendi D. Jacobi 5. ibi *Orent super eum, ungentes eum.* Et sanè mutaretur substantialiter forma, si diceretur, *Indulgeat mihi:* sicut mutaretur forma Baptismi ex D. Thom. *q. 66. art. 5. ad 4.* dicendo, *Baptizome.* Ita Mercerus *in 3. par. quæst. 32. art. 5. part. 5 tract. 3. resol. 94.*

Possunt verò in periculo multi ungere, unus oculum, alius aurem, &c. At nemo ungere potest seipsum.

23. † Rursus extra necessitatem debet esse Parochus, quia ungere, est actus jurisdictionis † sufficit autem licentia Parochi. Et in necessitate sine licentia: imò cum resistentia Parochi ministrare potest simplex Sacerdos, etiam Religiosus contra Gavantum, V. *extrema unctio. 3.* Ita Fernandez *part. 3. c. 10. §. 1. num. 18.* ubi etiam notat, pœnam excommunicat onis inflictam in *Clement.* Religiosis hoc Sacramentum extra necessitatem ministrantibus, incurri etiam à Sacerdote sæculari. In quo cum ipso dissentit Victorellus *in append. ad Posseu. c. 9.* quia pœnæ sunt restringendæ. *part. 5. to 3 res. 82.* & ex parte etiam *in part. 3. tom. 4. res. 170. §. Notandum.* † Adverte hic, quod in necessitate, absente Parocho, tenetur infirmum ungere ex charitate simplex Sacerdos; non tamen sub mortali. Nisi infirmus confiteri, & communicare non potuisset. Sic Layman. *lib 5. tract. 8. cap. 7. num. 3. res 170. cit. §. Ad secundam.* & non debet mitti, ut laicus ungat infirmum. *par. 9. tract 2. resol. 43.*

Ubi simplex Sacerdos, deficiente Parocho non tenetur regulariter ministrare sub mortali.

Mitti non debet.

24. † Et verò, quicumque ille sit, minister adhibere debet respondentem, & præmittere precationes Ritualis. † Sed, si periculum urgeat potest utrumque omittere. Tannerus *tom. 4. disput. 7. quæst 1. dub. 3 nu. 85 par. 5. tract 3. res. 92. § Notandum est. part. 9. tract. 6. res. 46.* Et omittere septem Psalmos pœnitentiales, non est peccatum mortale, dummodo non sit in aliqua Synodo præceptum sub tali peccato; imò in necessitate potest ministrari sine superpelliceo, sicut potest viaticum, *ibid. res. 46.* Observat etiam Barbosa, *de offic Parochi, c. 22. nu. 44.* non debere Parochum deferre sacrum oleum absque lumine: nec illud deferre in domum, sive ante unctionem, ut nactu vocatus promptior inveniatur; sive ab illa rediens, ut citius se expediat. Sed hoc utrumque; citra periculum irreverentiæ, aut scandali, non esse peccatum mortale *Ibid.* initio.

Debet tandè minister adhibere responsorem, & preces.

Et non deferre oleum sine lumine, aut in domum.

FALSARIVS.

1. †. FALSARIUS dicitur, qui in scriptura publica falsitatem committit. Sed an qui mutat scripturam in aliquo, nixus nihilominus veritati,

Falsarius qui falsificat scripturam publicam.

Etiam si nitatur primordio veritatis.

veritati, dicatur falsarius? verbi gratia facta est apocha alicujus solutionis cū subscriptione testis: amittitur; qui illam reficeret, & loco testis subscriberet, essetne falsarius? Iterum Petrus mutuat centum Caio pecunia numerata. At Notarius in instrumento non apponit illud *pecunia numerata*, potest ne novum instrumentum cum illis verbis effingere? Rursus Episcopus concedit Sacerdoti facultatē audiendi Confessiones, & absolvendi reservata: At Magister Notarius in litteris non apponit facultatem in reservata, potest ne ille apponere? Ad quæsitum generaliter negativè respondet Clarus *lib.* 4. §. *falsum nu.* 34. Et in particulari duos primos casus concedit Gyptius *de cas. reser. cap* 13. *cas.* 2. *n.* 7. ultimum Bellochius *part.* 2. *quæst.* 9. *nu.* 113. quia ex *l. cum filius* §. *hæres meus ff. de legat.* 2. non potest dici falsum, quod juvatur primordio veritatis. Sed ipse *par.* 3. *tract.* 6. *res.* 56. cum Naldo *summ. V. Scriptura, nu.* 7. & alios doceri, mortale peccatum esse, amissa vera scriptura, similem confingere: quia est contra virtutem veracitatis, & cedit in Reipublicæ detrimentum Cæterum probabile est, quod si quis corrigeret litteras juxta mentem Pontificis, ut (si supplicatio facta sit pro Petro Panormitano & litteræ expeditæ sint Pro Petro Messanense) si quis litteras conformaret cum supplicatione, non peccaret, nec incurreret excommunicationem Bullæ Cœnæ. Ita Naldus *ibi V. falsum, num.* 4. *part.* 5. *tract.* 14. *res.* 40.

Non enim licet, amissa vera scriptura, consimilem fingere. Aut similia facere.

Licet tamen corrigere literas dispensationum ad mentem Pontificis.

2. Falsarius quoque est, qui dispensationem Apostolicam, mentitis causis impetravit, in quo casu dispensatio non valet. Sed de hoc vide V. *Dispensatio à num.* 7.

Corrigere scripturas secundum mentem Pontificis non incurritur censura.

3. Illicitum est falsificare scripturas, quamquam verum dicant *part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 61. Sed corrigere aliquam secundum mentem Pontificis in suis literis non incurritur in Censuram Bullæ Cœnæ, sed fautores, & defensores falsificantium incurrunt in pœnam falsariorum non reservatam in Bulla. *part.* 9. *tract.* 7. *res.* 15.

FAMA.

1. FAma non læditur injustè, si damnatus ab Inquisitoribus in uno loco publicetur in alio. *part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 5. Ubi plura require.

Detractiones leves ab eodem, vel de eodem ipsius repetitæ uniuntur ad constituendam infamiam gravem. Cardinalis de Lugo. *part.* 10. *tract.* 75. *resol.* 17.

FESTVM SERVARE.

1. † PRæceptum de servandis diebus festis duobus completur, auditione Missæ, de qua V. *Missam audire*, & abstinentia ab operibus servilibus, ut fodere terram, fabri facere, & similia. †

Servandum est festum audiendo sacrū.

2. Et quidem hoc prohibetur Christianis tantum. Unde non damnarem dominum, qui prædicta opera imponeret mancipio infideli: quia iste non peccat, cum non teneatur legibus Ecclesiasticis. Qua ratione docuit Laymann. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *n.* 3. licitum esse, imponere opera servilia perpetuò amentibus, quamvis contrarium doceat Fernandez *par.* 3. *mandam.* 3. *n.* 16. *part.* 5. *tract.* 4. *res.* 7. & *part.* 7. *tract.* 7. *resol.* 58.

Et abstinendo ab operibus servilibus.

3. Prohibentur etiam diebus festivis juramenta *cap.* 2. *de feriis.* Ubi Abbas putat prohiberi etiam extrajudicialia. Sed Cajetanus *in* 2. 2. *quæst.* 122 *artic* 4. cujus sententiam probabilem existimo cū Laymann *lib.* 4. *tract.* 7. *c.* 2. *numer.* 8. putat prohiberi solummodo judicialia, quæ solemniter præstantur coram Judice: nam de tali materia agit textus, & alioquin omne juramentum privatum, ex eo solū quòd in festo fiat esset speciale peccatum. Igitur si absit scandalum non peccant Notarii celebrantes contractus in diebus festivis. Quod si in festis celebrāt contractus rusticorum, qui in profestis absunt à Civitate, Rodriq. *tom.* 1. *cap.* 122. *num.* 3. eos excusat etiam ratione necessitatis: ob quam in parvis oppidis, ait Suarez *de relig. to.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 17. permittit judicia litigantium diebus festis.

Ac iuramentis iudicialibus tantum.

Nam Notarii, cessante scandalo, possunt celebrare cōtractus.

Maximè rusticorum.

festis, quia in profestis rusticani non adsunt *part.2.tractat 15. resol.34.* † & referendo iterum *part.4.tract.4. resol. 62.§. Nota etiam* †

Quoniam verò scribere, & transcribere non est opus servile, non peccant Commissarii, & Notarii, vel alii, acta Curiæ, sermones, & alia transcribentes.

4. Commissarii, Notarii, & alii officiales acta Curiæ transcribentes, sicut etiam alii transcribentes sermones Prædicatorum, & DD. allegationes pro mercede id diebus festis, non peccant mortaliter: quia scribere non est opus servile, cum sit actio de se mentalis, & spiritualis, etiam si non fiat gratia addiscendi sed sine profectu, & ex mercede: nã hoc est per accidens, & non est servile. Ita Suarez *de relig. tom.1. lib.2. cap.25. num.4* contra Cajetanum *in 2.2 q. 122. art.4. p. 2. tr.15 res.35.*

Etiam ex mercede.

Quæ ratio excusat etiã Typographos ordinantes caracteres. Pictores.

5. Similiter Typographi characteres in die festo ordinantes, nõ peccant mortaliter: quia hoc etiam est opus de se mẽtale, non servile. Ita Homobonus *volumin.1 p.2. resp 34* At verò prælo incumbere est merè servile, & ideo in diebus festis illicitum. Ita etiam Homobonus *ubi supra p.4 tr.4. res. 62.* Quod etiam de Pictoribus docet Layman *lib. 4 tr.7. c.2. num.3.*

Digladiatores,

6. Digladiatores etiam vulgo *Schermidori* artem in die festo exercentes excusantur à Granado in *2.2. controv. 3. tr. 12. disput.4 sect. 7. num. 67.* existimante contra Suarez *de Relig. tom.1. lib. 2. c. 28. numer.8.* exercitium armorum non esse opus servile, sed liberale, sicut saltare, pulsare citharam, &c. Et ita etiam ego sentio, *part.4. tract. 4 res.230.* Immò probabilis etiam est opinio Granado *ubi sup. num.65.* contra Suarez, *ubi supra*, quòd diebus festis licitum sit bellare, etiam seclusa necessitate, si Missa audiatur. Immò contra Rodriquez *sum. p. 1. c. 126. n. 10.* puto id nec esse peccatum veniale. Adde, quod stando in contraria sententia, ferè semper est licitum: quia semper adest aliqua utilitas, vel necessitas in nõ differendo bello in aliud tempus: unde excusantur etiam, qui urbes, & oppida aggeribus, vallo, & fossa muniunt, &c. *part.4. tr 4 res.229.*

Et in bello aggeres, & alia fabricantes.

Quid de piscatione?

Aucupatione?

7. Piscatio, aucupatio, venatio secundum aliquos sunt opera de se servilia, ac proinde illicita Ita Suarez *tom.1. lib. 2. cap.28 num.3.* Sed Granado *in 2. 2. contr. 3. tract.12. disputat. 4. sect. 7. numer 65.* docet venationem ferarum non esse servilem, licet fiat propter lucrum: piscationem verò esse servilem, si fiat ferendo retia, remigando, &c. Filliuc. *tom.2. tr.17 cap.9. num.172. 173.* docet, non esse illicitam venationem, piscationem, &c. industriosam, & ob recreationem: esse verò illicitam si sit laboriosa, & ex officio. Adverte etiam, quod Suarez admittit ratione consuetudinis venationem in die festo. Non autem piscationem, *p.4. t. 4. res.222.*

Venationes

Multi multa

8. Computare diebus festivis cũm operariis & illis mercedem solvere non est illicitũ: quia voces, aut recognitio scripturarũ, & *de le taglie* non sunt opus servile; numeratio verò pecuniæ ex mercede præbendæ, est parva quantitas. Contrarium docet Marchantius *res. past. ad Decal p.1. c.3. q.5. tr.13. res.83.*

Item non est servile computare cum operariis, & mercedem solvere.

9. Iter agere (& consequenter saltare, choreas ducere, &c.) non est opus servile, quia est actio naturalis in quadam corporis situatione consistens: quapropter in die festo non est illicitum. Ita Suarez *de Relig. tom.1 lib.2. cap.27. num.2* contra Sotum *de justit. lib.2. quæst.4 ar.4. part.4. tract.4. res.222. §. Notandum.* Unde agasones, seu muliones inchoantes iter cum bestiis oneratis in die festo, raro peccant mortaliter. Nam si aliquando peccant, id est ratione laboris in levando & imponendo onera, quod est opus servile: sed hoc ut plurimum fit in parvo tempore. Suarez verò *ubi supra n.3.* illos excusat solum in continuatione itineris in profesto inchoati, ratione publicæ utilitatis, vel vitandi proprii nocumenti. *part.2. tr.15. resol.36.*

Iter agere.

Saltare.

Choreas ducere.

10. † Opera servilia in diebus festivis exercentes excusari possunt: primò, ratione necessitatis: secundò ratione lucri transitorii: tertiò, ratione consuetudinis Nam festũ servare debemus ex lege humana, quæ consuetudine tolerata à Prælatis revocari potest, saltem quoad aliquem actum: quartò, ratione pietatis: & quintò, ex parvitate materiæ †.

Vnde muliones iter in festo incipientes cum bestiis oneratis ravò peccant mortaliter.

Qui verò opera servilia exercent, excusari possunt

Aut ex necessitate, ut sartores, laborantes pro funere, &c.

Aut ratione lucri transitorii, ut piscatores halecũ, & thymnorum.

Et secundum aliquos, barbitonsores.

11. Itaquè ratione necessitatis excusantur sartores, conficientes in diebus festis vestes, vel alia pro funere, & interdum etiam excusantur, si post medium noctis præcedentis, festum laborare coguntur, ut vestes promissas perficiant. Ita Layman. *lib. 4. tr. 7. c. 7. n. 2. part. 4. tr. 4. res. 62.*

12. Ratione lucri transitorii concessit Summus Pontifex in cap. *licet de feriis* piscationem halecum, quæ uno anni tempore transire solent, quod etiam intelligendum est de piscatione thymnorum, & piscium similium. Id quod Fernand. *p. 1. c. 7. §. 1. n. 6.* & Cajetanus *summ. V. Festius dies c. 1.* extendunt ad quodlibet lucrum transitorium repentinè occurrens: & ex hoc capite excusant tonsores in diebus festis tondentes, propterea quod in aliis diebus propter occupationes tondendi non accedunt. Quod etiam docet Homobonus *volum. 1. p. 2. resp. 36. p. 4. tr. 4. res. 62. §. Notandum.* Sed supradictam opinionem improbat Suarez *de Relig. t. 1. lib. 2. cap. 43. num. 9* quia in eo cap. Summus Pontifex respexit ad utilitatem publicam, & ideò non debet fieri extensio ad privatam singulorum. Ego verò opinionem Fernandez tunc solum libenter admitterem, quando utilitas, & lucrum transitorium cessans effet tanti momenti, ut ejus amissio non mediocre nocumentum à prudente judicaretur. Tonsores verò si barbam unius, vel alterius radant, excuso ex parvitate materiæ; si verò radant omnes, ubi adest talis consuetudo tolerata, ratione consuetudinis, *p. 2. tr. 15. res. 34.*

Aut ratione pietatis, ut laborantes in eleemosyna.

13. Ratione pietatis, quamvis magis placeat sententia Cajetani in *2. 2. q. 122. a. 4.* non excusantis laborantes in die festo, cum extra necessitatem opus præceptum Religionis non debeat prætermitti; tamen Palatius in summa excusat opera servilia exercentes in die festo ratione pietatis, & propter eleëmosynam. Idem docet Villalobos *man. cap. 22. n. 80* quoad opera servilia quæ secreto fieri possunt. *p. 4. tr. 4. res. 177.* Idemque docet Marchantius *res. Pastor. ad Decalog. part. 1. cap. 3. q. 2.* exemplificans de eo, qui laboraret in gratiam Templi, vel loci pii, præsertim si id faciat de licentia Parochi *part. 5 tract. 13 res. 83.* Excusantur quoque ratione pietatis puellæ in die festo suentes, vel aliud opus facientes ad vitandum otium, & ne ad fenestras se conspiciendas exhibeant. Ita Sà V. *festum num. 6.* & Homobonus *volum 1. part 2. resp. 35.* contra Comitolum *lib. 4. q. 37. part. 4. to. 4. res. 62.* in fine, & referendo olim *p. 3. tr. 5 res. 8. §. Notandum est etiam hic.* Ornantes tapetibus, & aulæis Templorum parietes vulgo *paratori* possunt hanc artem in die festo exercere, quamvis in præcedentibus diebus id facere potuissent. Ita Bonacina *de leg. disp. 5 q. un. punct. 3. nu. 3.* contra Coradum *part. 2. q. 233. p. 3. tr. 5. res. 8. §. An qui.*

Puellæ suentes ad fugiendum otium.

Parietes Templorum ornantes.

14. Ex parvitate materiæ excusantur opera servilia exercentes in die festo secundum Reginaldum *tom. 2. lib 16. c. 3. n. 53.* si laborent minus integra hora. Secundum Marchantium *qq. pastor. cap. 3. q. 2.* si non laborent per tres horas. Sed ego puto cum Filliucio *tom. 2. tract. 27. cap. 11. num. 205* paucam materiam in hac re esse duas horas. Quod etiam docuerat Henriquez *Compend. cas. moral. cap. 7. num. 5.* & docet novissimè Granada in *2. 2. controv. 6. tract. 2. disp. 2. sect 6. num. 54. part. 2. tract. 15. res 36. §. Quanam part. 3. tract. 5. res. 8.* in fine & *part. 5 tract. 5. res. 6.* Adverte autem, quod in operibus forensibus, & judicialibus parvitas materiæ non debet sumi ex quantitate temporis insumpti, sed ex qualitate operis. Unde venditio rei magni momenti, cum magna solemnitate celebrata, etiam per parvissimum tempus esset peccatum mortale. Quod à fortiori procedit de actibus judicii. Secus si res vendita esset parvi momenti, ut vendere calceos &c. Ita Palaus *tom. 1 tr. 9. disp. 2. punct. 3. n. 4. res. 6. cit. §. Non desinam.*

Aut tandem ex parvitate materiæ. Vt laborantes per duas horas.

Non tamen opus forense magnæ considerationis exercentes, quantumvis brevi tempore.

15. Laborans in die festo non potest puniri à Judice laico, sed tantum ab Ecclesiastico, ad quem spectat ad hoc licentiam concedere Et sic declaravit Sacra Congregatio apud Megalium *consil. 97. numer. 2 particip. 4 tractat. 1. resolutio. 94.*

Causa festorum ad Judicem Ecclesiasticum spectat.

FESTVM STATVERE.

Dies festi de jure statui debent cum consensu populi.

16. EPISCOPUS non potest sine consensu populi dies festos instituere, ex c. *conquestus, de feriis.* Unde ait Palatius de *controv. lib. 2. cap. 10.* quod si ipse solus instituit, non tenentur populi illos servare, id si præcipit servari sub excommunicatione, provocandum esse ad Metropolitanum, vel si ipse est Metropolitanus, ad Papam. Alioqui enim Episcopi instituent festos, quos volent, cum maximo eorum, qui suis laboribus victitant, detrimento. Sed hoc procedit de jure: nam Fagund. *præc. 2. lib. 1. cap. 3. n. 11.* & alii asserunt, de consuetudine dies festos sola Episcopi auctoritate judicis adhibito Clericorum consilio, non suffragio. Et si populi consensus requiritur, sufficienter haberi, quoties non contradicit. Quod autem Episcopus in synodo dies festos statuere possit, tradit Gavantus *in enchir. part. 2. alleg* 105. *n. 39.* Debet tamen Episcopus esse parcissimus in institutione festorum. Ita Sayrus *lib. 7. c. 3. n. 16. p. 4. t. 4. res. 178.*

At ex consuetudine statuit solus Episcopus.

Qui in hoc sit parcissimus.

Et non statuat colendũ diem Beati nondum canonizati.

17. Et quamvis Suarez *de Relig. tom. primo lib. 2. cap. 11. num. 4. & 5.* doceat, licere Episcopo instituere diem festum alicujus Beati nondum canonizati, quia beatificatio est quædam canonizatio minori apparatu celebrata; Ego tamen contrarium teneo cum Villalobos, & Cartellino *de Canon sanct. cap. 2. punct. 6 §. 2. & sequent.* Unde, ut Respublica Venetorum festum B. Salonii coleret, à Summo Pontifice Paulo V. impetravit. *part. 3. tract. 5. res. 9.* Ideo neque ab Episcopo festum potest transferri; ita Gavantus, quidquid dicat Pater Gobat. *par. 10. tract. 16 resol. 7.*

FIDES.

Fidei definitio.

1. † FIDES definiri potest, assensus eorum, quæ Spiritus sanctus Ecclesiæ revelavit, quia spiritus sanctus revelavit. Fidei materia est omnis veritas revelata, quæ in Sacris scripturis, traditionibus Apostolicis, Concilis approbatis, & declarationibus Summi Pontificis quatenus talis, continetur. Alia est implicita, qua quis credit quidquid tenet Ecclesia: alia explicita, qua quis credit fidei veritates in se ipsis distinctè, ut Trinitatem divinarum Personarum, Unitatem Essentiæ, &c.

Materia.

Divisio.

2. Jam verò, nemo tenetur habere fidem explicitam omnium, quæ credenda sunt. Est enim ferè impossibile omnes articulos, & veritates scripturæ, Cõciliorum, &c. ab aliquo sciri. Sed satis est quod quisq; aliquos credat in particulari, & explicitè, pro qualitate scientiæ, & personæ, reliquos verò implicitè, id quod est necessarium necessitate medii Nam, *sine fide impossibile est placere Deo* †.

Necessitas.

Fides explicita circumcisionis, advent. Magorum, & descensus Spiritus sancti, non necessaria.

3. Mysteria Circumcisionis, adventus Magorũ, & missionis Spiritus sancti nõ oportere explicitè credi, docet Tannerus *in 2. 2. disp. 1. q. 7. dub. 3. n. 68.* Et ideo ait Coninch *in 2. 2. disp. 14. dub. 10. n. 190.* dicta mysteria ignorantes non peccare mortaliter. Idem de Communione Sanctorum ait Villalob. *t. 2. tract. 1. diff. 4. n. 3.* contra Turrian. *in 2. 2. t. 1. disp. 28. dub. 1.* Idem de Creatione mundi in tempore Suarez *de fide disp. 13 sect. 4. n. 96.* Et probabilem esse opinionem multorum idẽ dicentiũ de Virginitate B. V. post partum quamvis oppositum sit probabilius. Substantiam, & rationem Baptismi, Eucharistiæ, & Pœnitentiæ omnes explicitè scire debent Sicut etiam aliorum Sacramentorum, quando quis ea suscipere voluerit. Ita Villalobos *ubi sup. n. 4.* & alii contra Lorcam *in 2. 2. q. 2. art. 8. disp. 23. mem. 1. n. 19 p. 3. tr 5. res. 48.*

Sicut nec cõmunionis Sanctorum. Quid de fide creationis in tempore. Et Virginitatis Mariæ post partum. Fides explicita Baptismi, Eucharistiæ, Pœn. quoad substantiam necessaria.

4. Trinitatis, & Incarnationis fidẽ Sãchez *sum. t. 1. l. 2. c. 2. concl. 6.* & Doct. cõmuniter tenent debere esse explicitã in adultis. Alioqui (inquiunt) posset Judeus salvari, servando legem Mosaicam, quæ implicitè continet fidem Christi. Sed cõtrariam sententiam Sòto in *4. dist. 5. q. unic. tr. 2.* puto etiam probabilem cum Marchantio. *Card. Sacram. qq. Paster tr. 5. c. 2 q. 7.* Nam Deus non plus requirit ab hominibus, quam illi possint. Sunt autem inter Christianos adeo rudes, ut hujusmodi mysteria non apprehendant, quod plerumque evenit in surdis, & mutis. Unde ait Azorius *tom. 1. lib. 8. c. 6. quæst. 6.* quod rudis qui non potest percipere mysteriũ Trinitatis, satis est, quod credat

Sicut aliorũ Sacramentorum, quando suscipiuntur. Fides S. Trin. & Incarnationis debet esse explicita in adultis.

Quamvis probabile sit, aliquos valde rudes excusari.

credat explicitè alios clariores, scilicet, Christum filium Dei, natum ex Maria Virgine, passum, crucifixum, &c. Et Tãner. *ubi supr. dub. 2. n.* 49. quòd, qui nullo pacto ea mysteria cõcipere potest, comparandus est in hac re cum fatuis, & infantibus, quos præceptum non obligat. Vide Sanch. *ubi supr. c. 3 num.* 18. & 23. docentem, quomodo rudes dicantur explicitè credere, etiam si substantiam articulorum non percipiant. *part. 3. tract. 5. resol.* 49. & referendum iterum *in part. 5. tr. 13. resol.* 84.

Qui etiam excusantur à mortali si ignorent. Credo. Pater noster, Ave Maria, Decalogum, & signum Crucis: dummodo horum substantiam sciant.

5. Nota etiam hic, quod quamvis fideles suadendi sint, ut Symbolum, Decalogum, Orationem Dominicam, & Ave Maria explicitè sciant, & memoria retineant, sicut etiam signaculum Crucis: non tamen est peccatum mortale, sed veniale, illa nescire, dummodo illorum substantia sciatur, & intelligatur. Ita de primis quatuor Suar. *de fide disput. 11. sect. 5. num.* 8. contra Palatium *in 4. dist. 15. disput.* 19. & de signaculo Crucis Sanch. *c. 3. n.* 14. contra Villalob. *in sum. tom 2 tr. 1. diff. 4 n. 12. part. tract. 5. resol.* 48. *§. Et tandem*, & olim *part. 2. tract. 16. res* 12.

Fides interna quoad habitũ semper necessaria. Quoad actũ non item.

6. † Fides necessaria est, tam interna, quàm exterior illius confessio †. Et quidem interna quoad habitum semper est necessaria: quoad actum ait Villalobos *diff. 2. num. 2* per se obligare infidelem, quando sibi Fides sufficienter proponitur: pueros baptizatos nutritos inter fideles cum ad usum rationis pertingunt, & Fidei mysteria audiunt necessario credenda Item quando fidelis tentatur de Fide, ut tentationi resistat. Addit Mendoza in *2. 2. disp* 93. §. 5. contra Sanchez *cap. 1. n. 2.* obligare etiam fidelem in articulo mortis, unde tunc à circumstantibus ad actus fidei excitari solet. Item, & intra singulos annos ad conservandum habitum. Per accidens autem ait Villalobos *ubi sup.* adesse obligationem eliciendi actum fidei, quando instaret præceptum illam exterius confitendi. Item quando recuperanda est gratia amissa: nam ad hanc requiritur spes, ad spem Fides. Et cum adesset periculum committendi aliquod peccatum in alia materia: si actus Fidei non eliceretur, *part. 5 tr. 13. resol. 19.*

Sed aliquando per se.

Et aliquando per accidens.

7. Præceptum exterioris confessionis fidei non semper obligat ad respondendum infideli interroganti, an aliquis sit Christianus. Sed regulariter tunc solum quando Fidei crederet in Religionis injuriam, aut proximi nocumentum. Ita Banez in *2. 2. quæst. 3. art.* 2. In aliis autem casibus potest quis interrogantem aliquo pacto eludere, non tamen negare, se esse Christianum. Ita Filliuc. *tom. 2. tract. 22. c. 3. num. 65. p. 3. tr. 5. resol.* 49 in fine.

Fides externa non obligat ad profitendũ cuicumque, & semper.

8. Professio fidei emittenda est ex Trident. *sess. 24. c. 12.* ab omnibus provisis de beneficio curato infra bimestre à die possessionis, sub pœna amissionis fructuum. Sed hæc pœna non incurritur ante sententiam. Et qui ex ignorantia vel inadvertentia omisit, nec post sententiam solvere tenetur in conscientia. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 1. diff. 6. numer. 6.* Qui addit, non solùm ab his dictam professionem fieri posse per Procuratorem, sed etiam ab Episcopo. Sed Bonacina *de elect. distinct. 50. num. 3*, & alii dicunt, professionem fidei fieri debere per semetipsum, & sic declaravit Sacra Congregatio ann. 1620. teste Barbosa *in summ. V. Professio fidei 1. §. p. 5 tr. 14 resol. 23.*

Sed quando ita exigit Religionis honor aut proximi necessitas. Episcopi, & beneficiati curati in ingressu ad beneficia tenentur emittere fidei professionem.

9. † Quamvis autem non semper sit necessarium, fidem exteriùs confiteri, est tamen semper necessarium, non ostendere per se aliquam sectam. Sed his non obstantibus. † Existimo cum Sà *V. fides numer. 5.* contra Cajetanum *in 2 2. quæstion. 3 art. 2.* licitum esse ob periculum mortis, ob justam ab hoste victoriam reportandam, vel ob aliam causam gravem, & necessariam, uti in terris Turcarum pileo cum tobalea alba, & Romæ cum signo flavo more Judæorum: nam hujusmodi signa non sunt de se protestativa falsæ Religionis, sed sunt res de se indifferentes. Unde nec continent mendacium, nec fidei negationem, sed occultationem tantum cum materiali simulatione. Confirmatur: nam, quemadmodum

Licet ob magnam causã uti pileo cum tobalea alba in terris Turcarum.

Vel cum signo flavo

more Iudæorum. Non tamē vestibus per se ordinatis ad cultum falsæ sectæ.

admodum verbis, vel signis æquiuocis possumus ad libitum vti vel pro principali significato, vel pro alio, etiamsi ab audiente aliter intelligatur, & hoc ad occultandum secretum; Ita in casu nostro. *par 3 tr 5.resp.49.* & iterum referendo *in part. 7 resol.33.* Plus addit Sanchez *c.4.num 10.* nimirum licere vti vestibus per se primo deputatis ad superstitiosum cultum alicuius falsæ sectæ, nam semper retinent communem aptitudinem tegendi corpus, ad quem finem potest quicumque illa vsurpare, contempta quacumque alia hominum institutione, & deceptione, etiam si inde sequatur scandalum. Hæc opinio est probabilis, sed contraria Suar. *de fide disp.14. sect 5.num.12* probabilior *resp.49 cit.§ Sed plus* & referendo postea in *part. 5 tract. 7.resp 34.*

Sed an liceat fingere falsā sectā vtendo illius cærimoniis cū certis cautelis? Lorca affirmat.

10 Nota hic ex Lorca *in 2.2.qu.6.disp. 24.num-4.* licere etiam falsam Religionem fingere vtendo cærimoniis, quibus illa vtitur in suo cultu, non quatenus talibus, sed ob alium finem, & quitam causam etiamsi fiant ad hoc, vt videntes credant, illa vsurpari, vt cærimoniæ illius Religionis. Dummodo tales sunt, vt ratio cultus ab ipsis separari possit: secūdò, vt absit scandalum: & tertiò ne tali vsu obscuretur confessio fidei debita. Ratio autem est; quia hæc non est, nisi simulatio, aut potius dissimulatio. Sed an hæc opinio sit probabilis, alij iudicent: nam illam nouissimè impugnat Coninch *de fide disp.14.dub.3.num. 28.* † Et damnauit Sacra Congregatio S. Officij. Et sanè scandalum in hoc casu cessare non potest. * Licitum tamen est in exercitu, vel classe consueta Turcarum vexilla erigere, etiamsi esset signum Mahometis, ita Tannerus *in 2.2 quæst.3.art. 2 disput 1 quæst.7 dub 120* contra Azor. *tom.1 lib 8.c.27 quæst.6 part.3.tr 5.resp.49. § Notandum est etiam* Licitum etiam est ex dictis, vt plurimū comedere cibos vetitos in terris hæreticorum, & infideli um ad eu tandum graue dam num, dummodo absit scandalum & præcepti Ecclesiastici contemptus. Nam signum ciborum, licet aliquo pacto fideles distinguat ab infidelibus, non est tamen instituturn ad falsæ fidei professionem. Ita Sanchez *cap. 4. num. 25 part. 5 tract.7.resp. 35* Imò Duuall. *in 2.2. de fide quæst. 3. art. 2. concl.2.* asserit Catholicos Angliæ vescendo carnibus in Quadragesima, & in diebus Veneris, non peccare, quamuis talis esus fuerit introductus in protestationem Euangelicæ libertatis. Cuius rationes videbis apud ipsum *part.5. tr. 7.resp 33.in fine* *. Sed in nullo pacto admittendum est *. An verò liceat ex graui metu idolum Ethnicis, & synagogam Iudæis construere, agnum vendere, &c. vide V. *Peccato cooperari, à num.7.*

Licet autē in bello eligere vexillū Turcarum cum signo Mahometis Et comedere cibos vetitos apud hæreticos, & infideles ad vitandū grauē damnū.

Nisi alicubi vsus taliū ciborū introductus sit in protestationem hæresis, vt in Anglia.

FILIVS.

1 Filius plebei adoptatus à viro nobili non gaudet nobilitate, sicut qui à patre nobili, & matre ignobili natus est. Donna *part. 9 tract.7 resp.83.*

Filius gaudet priuilegio patris.

2 Filius Ciuis natus antequam pater in numero Ciuium sit adscriptus, gaudet patris priuilegio *p.8 tr.7 resp.39.*

Secus de plebeio adoptatus.

3 Filius non obligatur in conscientia soluere pecuniam mutuò acceptam à Patre. Valerus, etiam si mutuum sit versum in vtilitatem pupilli. Escobar. *part. 8.tract.7.resp 7.part 9.tr.9 resol.13.*

Non tenetur soluere mutuum à patre acceptum.

4 Filius pauper habens patrem, & filium diuites debet à filio petere alimēta, & non à patre: Sicut habens patrem, & filium pauperes in extrema necessitate potius patri, quàm filio tenetur succurrere. Machad & alij *par.10. tract. 13.resol 3.*

Filius pauper debet petere alimēta à filio diuite, & nō à patre.

FORNICATIO.

1 * Fornicatio est species luxuriæ, & definiri potest. Concubitus hominis soluti cum muliere soluta. Est peccatum mortale. Ait enim Apostolus *ad Ephes.5 Omnis fornicator non habet hæreditatem in Regno Christi.* * Dari tamen potest de ea ignorantia in-

Fornicatio quid?

An sit mortale?

uincibilis, quæ excuſet à mortali: Ita Tannerus *in* 1. 2. *diſputat.* 4. *queſt.* 9. *dub.* 1. *num.* 14. *part.* 4. *tractat.* 2. *reſolut.* 36. An ſit peccatum, optare, vt fornicatio eſſet licita, dictum *verb. Deſiderium prauum.*

Et an ignorãtia à peccato mortali excuſare poſſit?

Qui fornicationem cum eadem perſona frequentat, dicitur concubinarius, qui an abſolui debeat ante concubinam expulſam, vide *verb. Confeſſarius, à numero* 36.

An mulier ob timorẽ poſſit vim impudicitiam pati ſuſpendẽdo conſenſum.

2 Cæterùm fornicationem vi patl, repugnando vi, conatu, clamoribus, & c. cum animo non conſentiendi, non eſt mortale. Ita Tannerus *diſput.* 2. *quæſt.* 1. *dub.* 4. *num.* 56. & alij. Et quamuis mulier fornicationi violentæ cooperari non poſſit ex quouis periculo, tamen ad vitam, mortem, infamiam, & c. poteſt externam corruptionem pati, non conſentiendo, & merè paſſiuè ſe habendo, quâ dum non vult conſentire, & facit quod poteſt, non tenetur mori, dehoneſtari, & c. Præceptum enim reſiſtendi eſt poſitiuum quod non obligat in omni euentu, ſed iuxta menſuram rationis, & quando non adeſt tantum periculum. Ita Molfeſius *tom.* 1. *tract.* 8 *cap.* 2. *num.* 38. Quæ doctrina procedit contra Salas *in part.* 2. *tom.* 1. *tractat.* 3. *diſputat.* 3 *ſect.* 2. *num* 31. Quando non adeſt periculum conſenſus: nam cum tali periculo nullo pacto licet; exponere enim ſe periculo conſentiendi eſt intrinſecè malum, præcepto negatiuo prohibitum, quod obligat in omni euentu, & cum quouis incommodo. *part.* 3. *tractat.* 6. *reſolutione* 31. *& in Addit. ſecundò, reſolutione* 27.

Et an fornicatio inter Religioſos ſit cõtra bonum cõmune?

3 Peccatum fornicationis inter Religiosos eſt contra bonum commune, ſi læpiùs fiat, ita Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 2. *concluſ.* 2. Idem docet de crimine nefando Pitigianus *cap.* 11. *Addit. litt. A.* Valerus verò *verb. Inquiſitio diff.* 1. *num.* 6. tunc hæc peccata eſſe contra bonum publicum, inquit, quando timeri poteſt publicatio, ſecus ſi fiant cum tali perſona, & modo, vt veriſimiliter credantur numquam detegenda fore. Aduerte verò, quod quamuis hæc peccata ſint contra bonum publicum, debent nihilominus fraternè corrigi, ſi ſperatur fructus, quod etiam in caſu hæreſis, & ſollicitationis docent multi Doctores. *part.* 3 *tractat.* 2. *reſolutione* 69. *& part.* 7. *tractat.* 3. *reſolutione* 62.

4 Fornicatio eſt per ſe mala, neque vllo vnquam caſu poſſe eſſe licitam, ſic etiam de pollutione dicendum eſt, & ſi licet deſiderare obſanitatem, non licet eam procurare. Vaſquez *part* 9 *tractat.* 9. *reſolut.* 59. Nec de ea datur, ignorancia inuincibilis apud Chriſtianos §. *Nota tamen.*

FVRTVM.

1 ✝ FVRTVM eſt iniuſta ablatio rei alienæ inuito domino. Eſt ex ſuo genere peccatum mortale, & prohibetur in ſeptimo legis præcepto, *Non furaberis.* Et quidem furtum propriè dicitur, quando res aliena ſumitur, domino ignorante. Quando verò accedit violentia, dicitur rapina. †

Furtum eſt prohibitum in ſeptimo præcepto Decalogi.

2 Porrò hoc præceptum de non furando, ait Albertinus *Rubric. de har. in* 6. *quæſt.* 8. *num.* 9. & cum eo multi viri docti, non habere locum in Chriſtianis ſurripientibus res ab infidelibus cũ conſenſu Principum. Itaque captiui, iniuſtè ab infidelibus detenti, poſſunt à dominis particularibus abſque iniuſtitia furari, quantum ſufficit ad congruam cõpenſationem pro iniuria captiuitatis, mercede ſeruitutis, ceſſante damno emergente in ſuis negotiationibus, & bonis ob abſentiam à patria, etiam pro ſufficientia redemptionis, tã à dominis ſuis, quã ab aliis, eiuſdem Reipublicæ, ſiue Iudæis, ſiue Turcis. Ita aliqui Theologi in Congregatione de Propaganda Fide apud Peyrinum *priu. Minim. tom.* 3. *tract.* 4. *num* 29. Immò probabilis eſt opinio Lublini quod Turcarum mancipia poſſint ſubripere quæcunque voluerint, ex tacito ſui Principis conſenſu. Quod quamuis doceat de mãcipiis quia Chriſtiani manentes in terris Turcarũ, vt plurimum ſunt mancipia, extendendum tamen eſt cum Molina, *de iuſt. tom.* 1.

Quod non prohibet ſurripere bona infidelium de conſenſu Principis. Nam Chriſtiani Turcarũ mancipia poſſũt furari & cõpenſare ſibi omnia damna, & ab infideli quocunque. Immò probabile eſt furari poſſe quæcunq; voluerint.

tractat.

tractat 2.disputat. 37. num.1. & aliis ad quemlibet Christianum. Et idem dicẽdum cum Sanchez *opusc.tom.1.lib.2. cap. 4.dub.5.n.38.* quoad vectigalia à Turcis imposita, quod nimirum fraudari possit à Christianis Et ratio horum est, quia Turcæ sunt hostes publici, & bona Christianorum tyrannicè possident. Vnde Principes Christiani habent ius bellum ipsis gerendi, eósque iure belli rebus suis spoliandi. Præsumitur autem adesse consensus Principum, quod omnes illorum bona surripiant, eorumque vires debiliores reddant. Limita prædicta, nisi sequatur scandalum, vel damnum aliorũ Christianorum. Item nisi interueniat mendacium, conscientia erronea, aut fractio fidelitatis, vt si quis Turca haberet saluũ conductum. In quibus casibus Christiani furantes bona Turcarũ peccarent, & si cum Turcis initent fœdus, vel aliquod saluum conductum, tenerẽtur ad restitutionem, quia in his furtis nullo pacto præsumi potest consensus Principis Christiani. In his casibus Mẽdoza *quæst.8.post 7.concl. & conclus.8.* & alij illos excusant à restitutione: tum quia restituendo augerent vires hostibus Ecclesiæ: tum etiam, quia præsumitur consensus Principis quoad substantiam, si non quoad modum. *part.5. tract. 13.resolutione 98.*

Sed cũ certis limitationibus.

Licet etiã furari in necessitate.

3 Hoc etiam præceptum non habet locum in extrema necessitate, in qua omnia sunt communia. Vide *verb. Pauper.*

In peccato furti datur parua materia.

4 † Regulariter autem, vt supra diximus, furtum est peccatum mortale, nisi excuset paruitas materiæ, vel alia circũstantia * Et quidem paruitas materiæ excusat à mortali etiam in furto Reliquiarum, quæ secundum Palaum. *tom.2. tractat.8 disputat.1.punct.6 num. 19.* non tam ex quantitate, quam ex dignitate, & æstimatione pensari debet. Et accipiens Reliquias ab Ecclesia etiam de licentia Episcopi, vel Præpositi, non excusatur à furto sacrilego: nam hi non habent illarum dominium. Ita Sanchez *in summ.tom.1.lib.2.cap.43.num.23 part. 5.tractat.5.resolut.35.*

Etiã quoad Reliquias.

Quantitas

5 Sed quænam quantitas pecuniæ, vel alterius rei temporalis sufficit ad peccatum mortale? Respondeo in hac re quot capita, tot sententiæ. Nauarr. *man. cap.17.num.4.* ait, esse dimidium regalẽ Salonius *in 2.2.tom.1.qu.66.art.6. contr.* 1. vnum argenteum. Medina *in part.2.qu. 88.artic.8.* duos. Valentia *tom.3. disp.5. quæst.10.punct.16.* tres. Vega *summ. tom.1. c.129.num.12.* quatuor, vel quinque. Molina *de iust.tom.3.disputat.685.* quantũ satis est ad conducendam operam fossoris terræ vnius diei, circa ordinarios. Marchantius *resol.post.ad Decalog.cap.7. quæst.2.* victum vnius diei eius personæ, aqua quis furatur. Rodriquez *sum.to.1. c.118 num.27.29.* duos aureos. Bannez *in 2.2.quæst.66 art.6.* maiorem quantitatem: ex quibus opinionibus prima est nimis rigida, duæ vltimæ nimis laxæ. Probabilior est Bonacinæ, *qui de contr. disputat.2 quæst.8.punct.1.num.7.* distinguit quatuor genera personarum. Primum, illustrium, & splendidè viuentiũ. Secundum communium, & viuentium ex redditibus. Tertium mechanicorum, & labore viuentium. Quartum, mendicantium. Respectu ergo personarum primi generis ait, quantitatem notabilem, vt minimum esse nummum aureũ: Respectu secundi generis, quatuor regales plus minúsve. Respectu tertij, duos. Et tandem respectu quarti, vnum. *part.1.tractat.17. resolutione 5.7.* Et cum hac opinione videtur coincedere opinio Marchantij *part.5 tr.5.resol.34.*

verò notabilis non eadem in omnibus.

6 Porrò doctrina supradicta procedit quoad exteros. Nam de furtis filiorum, & Religiosorum aliter philosophandum est, plus enim in his quam in illis requiritur ad furtum mortale. *Ibid.* in fine. Itaque, omissa opinione Rebellij *part.1. lib.3 quæst.15.sect.3.num.22.* & aliorum communiter quod in Religiosis sufficiat id, quod sufficit in sæcularibus: item opinione Mirandæ *tom.1.quæst.28. art.17.* qui id non determinat, sed determinandum relinquit in particulari pro tẽporum, locorum, & personarum varietate: Mendozæ *quæst.8.posit.de pauper. relig. concl.9.* qui ponit, sufficere duos argenteos: & Fausti *lib.3.quæst.193.num 21.*

Et quando filius furatur à patre & Religiosus à monasterio, maior quantitas requiritur.

qui in Monasteriis ditissimis dicit esse tres argenteos, in mediocribus, duos, in pauperculis, vnum: mihi placet opinio Sanchez *summ tom. 2. lib. 7. cap. 10. num. 3 & 9* requiri saltem quatuor argenteos. Sed Ledesma *add. ad summ tom. 2. ca. 4.* ait non sufficere octo, vel nouem regales de rebus monasterij, vel particularis Religiosi, si semel aut bis in anno sumantur. Et in comestibilibus plus requiri. Et tandem Rodriquez *tom. 4. cap. 148 num. 27. & 29.* & ante illum Sotus, dicunt requiri quantitatem aureorum duorum. Sed hæc opinio videtur laxa. *part. 1. tractat. 5. resolut 36.*

Sed multa furta modica faciãt vnum mortale.

7 Cæterum multa furta parua ex DD. communi coalescunt ad faciendũ vnum graue mortale. Vnde si quis paulatim modica surriperet, & in vltimo furtulo complente materiam peccati mortalis recordaretur præteritorum, peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionẽ. Quia incipiet esse iniquus detentor rei alienæ in notabili quantitate inuito domino. *part. 5. tractat. 5 resolutione 32.* in fine, & olim. *part. 1 tractat. 6. resolut. 34.* Teneretur autem sub mortali non ad totam quantitatem, sed tantum ad illam, qua ablata, furtum non remaneret notabile. Ita Aragonius *in 2. 2. quæst. 66. act. 6.* & Granadus *in part. 2. contr. 6 tractat. 2. disputat. 2. sect. 3 num. 51.* putat, quod si furans vltimum obolum, haberet animum statim illum restituendi, non peccaret mortaliter, quia illa modica retentio non esset notabilis iniuria. Et idem si obolos priores consumpsisset, & haberet animum restituendi, quando fiet ditior. *part. 3. tractat. 6. resol. 25.* Immò Sà *verb. furtum num. 8.* & Benaducius *part. 1. cap. 1. numero 28.* absolutè docent modica furta nunquam coalescere ad constituendum mortale, & inducendum onus restitutionis; nisi procedant ab eadem voluntate continuata.

Varia sententia.

Verior est affirmatiua, adhibitis certis circũstantijs.

Nam alioqui multa venialia non constituunt vnum mortale. Verum, stando in prima sententia, quam sustinemus, limitanda videtur primò, tunc furta modica coalescere in vnum, quando fiunt in eodem genere negotij, & animo diutescendi, vt contingit in vendentibus oleum, & similia. Secundò, quando non sit magnum interuallum inter ipsa, quod secundum Sanchez *summ. tom. 2. lib. 7. cap 21. num. 10.* est spatium vnius anni secundum Filliuccium *tom. 2. tr. 31. cap. 10. n. 144.* probabilius, vnius mensis, vel dimidij. Tertiò, maiorem quantitatem requiri ad mortale in furtis minimis, quam in aliis, & eo maiorem, quo plures sunt domini, quia tunc sunt minus inuiti Ita Sanchez *num. 17.* Puto autem requiri quantitatem duplo maiorem. Et tandem id non procedere in modicis furtis famulorum, & ancillarũ de rebus comestilibus ordinarijs quæ claudinõ solent, non vt illa vendant, sed comedãt. Ita Lessius *lib. 2. cap. 12. dub. 8. n. 48.* & Bonacina *de larg. disp. 1 punct. 5. n. 7. resol. 34. cit* Et quod dictum est de famulis, dico. etiam de Religiosis cum Bonacina. *Ibid. part. 1. tr. 6. resolut. 55.*

Sed an, qui peccauit mortaliter in multis modicis, sẽ per peccet mortaliter furãdo noua modica? Varia sententia. Omnes probabiles.

8 Qui post notabilem quantitatem per minima furta sublatam, addit furta alia parua secundum Sanchez *num. 7.* committit noua peccata mortalia: quia renouat implicitè voluntatem retinendi rem alienam in quantitate notabili. Filliuccius *num. 246.* hoc negat, quia talia furta non consummant notabilem quantitatẽ, sed consummatã augent, donec accedat alia summa notabilis, in qua erit nouum mortale. Megala *in 2. 2. lib. 2 cap. 1. quæst. 3 n. 35.* distinguit, & si interrupta voluntate id faceret, non peccare mortaliter, peccare verò si continuata voluntate non restituendi. Omnes hæ opiniones sunt probabiles, & tutæ. *par. 2 tract. 17. resol. 43.*

Multi furantes ex condicto multi modica singuli peccant mortaliter. Secus, si id seorsim & priuatoani mo faciãt.

9 † Si plures conueniant ad furanda multa modica constituentia notabilem quantitatem, vnusquisq; peccabit mortaliter. Nam cum non sit maior ratio in vno, quàm in alio, totum damnum imputatur singulis. * Quod si vnusquisque seorsim modicum acciperet ab eodem, quamuis alios sciat id facientes nõ tamen illos iuuaret, hortaretur, &c probabilis est opinio Sanch *n. 22.* & aliorũ contra Vasq. *in part. 2. tom. 2. disputat. 146. cap. 2. num. 5.* & DD. communiter, non

non peccare mortaliter. Nam non peccat mortaliter ratione sui furti, est enim modicum; nec ratione alieni, quia ad illud non concurrit, & præter ipsius intentionem est, quod suum cum aliis iungatur *part.2.tractat.17. resolut.42.* Ob quam etiam rationem dicendum cum Vasquez *ibid.num.6.* contra Bonacinam *de contr. disputat 2.quæst.8. punct 2 num.5.* eum, qui modicum furaretur a Petro, a quo alii notabilem quantitatem surripuissent, non peccare mortaliter. Nam is non esset causa notabilis damni, quia iam illatum erat, & furtum suum est paruum. *part.2. tractat. 17. resolutione 41.*

Non benè ait Valer. licere omnibus ingredi alienam vineam & vuas comedere.

10 Adverte quod Valerus *verb. Peccatum diff.23.* ait, licere, absque vlla culpa ingredi alienam vineam, & vuam, vel alterum racemum comedere, ex Deuteron.23 vbi dicitur; *Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit, foras autem ne asporteras tecum.* Sed si hæc opinio esset vera, væ vinearū dominis. Nec video cur non idem dicendum esset de pyris, ficis, pomis, &c. *part.3.tr.6.res.20.*

Furtum rei sacræ est sacrilegium.

11 Furtum rei sacræ, aut de loco sacro, est sacrilegium. Quod ad alias furti circumstantias in confessione explicandas, vide *verb. Circumstantia vbi.*

12 Volenti furari à paupere licitum est proponere minorem iniuriam, quā inferret furando à diuite. An etiam consulere, vt à diuite potiùs quam à paupere, nummos surripiat, Vide *verb. Scandalum, num.5.*

Si promulgatur censura cōtra non revelantes furem, & fur est filius eius, qui bona amisit, nemo tenetur illum, vel eius complices revelare.

13 Quando promulgatur monitorium, vt reveletur furtum factum de bonis certæ personæ, non tenetur quis revelare filium talis personæ, si ille furatus esset, nisi constet mentem patris esse, vt etiam filius, si reus sit, manifestetur. Nam pater num quam præsumitur velle filios diffamare. Ita contra Naldum *verb. Excommunicat num.8. & verb. Filius num.3.* Raynaud. *de monit par. 1.cap.3 quæst 14.* Qui tamen id non extendit ad complices. Sed hoc etiam est difficile, nam eo ipso quod revelantur socii, & complices, certum moraliter est detegendos esse filios *p.5.tract.13. res.69.*

Ex furto oritur obligatio restitutionis tam in fure, quam in concausis, de qua re vide *verb. Restituere quis teneatur ex iniusta actione.*

14 Si quis furatur aliquem librum historiarum ex bibliotheca Regularū peccat, & tenetur illum restituere, etsi habeat animum duplum largiendi Monasterio. Diana *part.10.tractat.13. resol.45.*

GABELLAS *Imponere.*

Gabellæ nō possunt imponi absq; metu excommunicationis nisi iustæ sint.

1 ✝ ADgabellarum iustam, & licitam impositionem requiritur iustitia, tum ex parte causæ efficientis, vt quilibet illas imponit sit supremus populi dominus, alium superiorem in temporalibus non agnoscens, quales sunt Papa, Imperator, Reges, multique Duces, ac Respublicæ, vel alii inferiores de licentia Papæ, aut Principis supremi: tum ex parte causæ materialis, quæ duplex est, mediata, vt est persona, & immediata quæ sunt illius bona: nam etiam ex parte causæ formalis, & finalis. Si ex omnibus his capitibus adsit iustitia, quam explicabimus, gabellæ licitè imponentes. Secus Imponentes excommunicantur in quinto Canone Bullæ Cœnæ. ✝

Et nunquam erūt iustæ, si tāgant Ecclesiasticos.

2 Circa causam materialem remotam, illicita est omnis gabella imposita super rebus Ecclesiasticorum, & illam imponentes incurrunt excommunicationem *cap. quamquam*, & Bullæ Cœnæ can.18. vt docet Duardus *in Canon.5. quæst.6.num.15 part.1 tractat.2.resolut.48.* Non solum si imponatur super bonis Ecclesiasticis, sed etiam super patrimonialibus: nam vbi canon dicit *imponentes decimas, &c. personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum bonis*, distinguit dictionem *eorum* a dictione *Ecclesiarum*, vnde cadere non potest, nisi in bona pa-

Etiam quo ad patrimonialia.

trimonialia, quæ nullo modo ad Ecclesiam pertinent. Idem habetur in cit. cap. quamquam, *de censur in 6 & cap. 1. de immunit. Eccles.* docentque Theologi communiter cum Homobon. *part. 2 tractat. 11. cap. 6. quæst. 9.* contra Bodadillam *tom. 2. lib. 2. cap. 18 num. 160.* alioſque Iuriſconſultos apud ipſum, qui ſupradictam doctrinam reſtringunt ad bona patrimonialia, ad quorum titulum Clerici ſunt ordinati. *part. 1. tract. 2 reſ. 40. & tr. 3. reſol. 22 in fine, & part. 5. tract. 1. reſol. 27. §. Reſtat.* Et eadē eſt ratio de bonis Clericorum acquiſitis ex teſtamento, donatione, emptione, aut quovis alio titulo, vt dicemus *verb. Immunitas Eccleſiaſtica, n. 4.* Quare improbanda videtur conſuetudo Neapolis, quod Eccleſiaſtici ſoluant gabellas ſuper bonis donatis, teſte Riccio *part. 4. Collect. 901.* vt eam improbat Duardus in can. 18 Bullæ Cœnæ *quæſt. 6. n. 12.* & nos generaliter omnem talem conſuetudinem *verb. Conſuetudo, à n. 2. part. 1. tractat 2. reſolut. 43.* Non ſolùm autem directè, ſed nec indirectè onerari poſſunt Eccleſiaſtici pondere gabellarum. Vnde ſi imponatur ex quavis iuſta cauſa gabella, etiam modicisſima, communiter à laicis, & Eccleſiaſticis ſoluenda, vt ſi augeatur modicum pretium comeſtibilium abſque ipſorum conſenſu, & licentia Papæ, vt infra, immunitas Eccleſiæ violatur. Ita Megala *part 2. lib. 2. cap. 17 quæſt. 6. num. 106.* & alii contra Malderum *in 2. 2. tractat. 5. cap 6. dub. 11.* (Nec ad rem diſtinguit Sylveſt. *verb immunitas num. 2.* dum talem gabellam tunc non licere inquit, quando imponitur animo extorquendi à Clericis pecunias, cum aliter non poſſint. Nam exemptio Clericorū non dependent ex bono, vel malo animo imponentium gabellas *par. 1. tract. 2. reſol. 83.*) Quare Henriqu. *lib. 5 cap. 15. num. 5. in gloſſ. litt. P.* admonet in tali caſu aperiri tabernam peculiarem, in qua Eccleſiaſticis victualia abſque gabellæ onere vendantur. Sed hoc etiam patitur difficultatem: quia arctat Eccleſiaſticos ad emenda victualia in vna taberna, cum de iure liberi ſint ad emenda vbicumque ſibi placuerit. *part. 1 tractat. 2. reſ. 46. 83.*

Data. Empta.

Vel quomodocunque acquiſita.

Etiamſi tangant indirectè.

Ex quibus patet, pragmaticam ſuper chartam, vulgò dictam *Papel ſellado*; ſi imponatur ſoluenda etiam ab Eccleſiaſticis, violare immunitatem. Eſt enim gabella, quia eius taxatio eſt immoderata, & non poteſt mereri nomen pretii: quod autem dicunt, exceſſum valoris ſumi à Principe, ſicut augmentum monetæ in caſibus neceſsitatis, aut computari inter regalias, quæ licitè ſumuntur ab Eccleſiaſticis, non ſoluit difficultatem, nec tollit, quin hæc pragmatica ſit gabella: nam augmentum monetæ ſumitur in caſu neceſsitatis publicæ, deficiente ærario & tunc habet rationem gabellæ, vt ait Mariana *de inſt. reg. lib. 3. cap 8* & etiam gabellæ veniunt nomine regaliæ, ſicut angariæ, perangariæ, portus, &c. quibus Eccleſiaſtici non tenentur. Vlpian. enim *in l interpublica, §. vlt ff. de verb. ſignific.* numerat inter vectigalia redditus Fiſco prouenientes ex ſalinis, vt notat Pomitius *de arar. lib. 5. cap. 4.* quæ tamen ſunt de Regalibus, & vectigalia vocantur à Bucero *de Regal. cap. 3. num 141.* prouentus ex piſcariis, quæ etiam de regalibus ſunt. Accedit contra prædictam pragmaticam, quòd per eam interdicitur Eccleſiaſticis, quod ſibi de iure licitum eſt, nimirū vti in iudicio chartis papyraceis abſq; nota regii ſigilli, quidquid autem reſtringit Clericorum libertatem, prohibendo, vel præcipiendo illis, quod nec diuino, nec Canonico iure prohibitum, vel præceptum eſt, violat immunitatem, vt dicemus verbo *Statutum.* Neque dicas, dictam pragmaticam latam eſſe propter bonum publicum ad vitandas fraudes inſtrumentorum, &c. nam etiam ſtante pragmatica falſificari poſſunt inſtrumenta, cum charta ſignata omni ementi liberè ſit expoſita. Adde, quod publica vtilitas non operatur validitatem ſtatuti, ſi non concurrit poteſtas in ſtatuente, vt Felinus *in cap. Eccleſia num. 89.* Vnde publicum bonum, & utilitas non prohibet laicis iuriſ-

Vt eſt pragmatica dicta (Papel Sellado.)

risdictionem aliquid statuendi circa Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, *cap benè quidem dist. 96. cap qua in Eccl. de const.* & alibi passim. *p. 6. tract 3. resol. 7. § Sed ad rem.* Et ita hanc sententiam tenet P. Arauyo. in *1. 2. q 97. disp. 2 sect 5.* quem vide *p. 6. tr. 8. res 1.*

Vt si imponatur emptoribus tã Ecclesiasticorum, quam laicorum, secundum aliquos.

Maius dubium est, an sit contra immunitatem gabella soluenda ab emptoribus rerum tam laicorum, quàm Ecclesiasticorum. Nam Molina *de iust. tom 3. tract 2 disput. 653. num. 5.* & alii negant? Quia emptores Ecclesiasticorum non prægravantur emptoribus laicorum, & Ecclesiastici semper habebunt suũ pretium legale indivisibile, & inalterabile, gabella verò quæ illi additur, est ab illo distincta, & pertinet ad emptores. At Menoch. *lib. 2. const. 136.* cum aliis affirmat; tum, quia Ecclesiastici habent ius ita liberè contrahendi, vt ne laici cum eis contrahendo gabellam soluant: tum maximè, quia existente gabella, res minoris venduntur, nam pretium statuitur consideratis multis circumstantiis, præsertim gabella. Belletus *part. 1. tit. de exempt. Cler. § 8. numero 2.* distinguit: aut gabella est adnexa contractui venditionis, & tunc est iniusta, quia lædit venditorem immunem: aut est advexa actui separato à contractu, v.gr. asportationi, & tunc est iusta, quia non lædit Ecclesiam, *part. 1. tractat. 2. resolut. 49.*

Nisi in casu necessitatis publicæ.

3 Possunt nihilominus Principes absque metu censuræ vectigal laicis, & Ecclesiasticis permistim imponere ob publicam necessitatem, v.gr. tempore pestis, certis conditionibus concurrentibus. Quarum prima est, vt facultates laicorum non sufficiant. Et quidem tunc non sufficere dicuntur, quando desunt facultates non solùm communitatum, sed ipsorum etiam particularium relictis necessariis secundum statum, etiam in necessitatibus æquè Clericos, ac laicos respicientibus, & sic hanc facultatem concessit Dominus Noster Vrban. VIII. pro Ducatu Mediolanensi, quoniam, ut ipse, *Vniversitatum, & hominum eiusdem status facultates non sup-*

Deficientibus facultatibus laicorum tam in communi quam in particulari.

petunt. expende illud *vniversitatum, & hominum.* Et certe aliàs Clerici talibus gabellis ferè semper obnoxii essent, quia civitates in communi non sunt tam opulentæ, vt pro communibus necessitatibus sufficiant; & sic pari passu laici, & Ecclesiastici incederent. Ita Megala vbi supr. *num. 123.* contra Palaum *tom. 2 tractat. 13. disputatione vnic. punct. 9 numero 9 part. 3. tractat. 5. resolutio. 1. § Quæro tertio.* † recitanter olim *part. 1. tractat. 2. resolutio 134.* † Publica autem necessitas intelligitur illa, quæ æquè principaliter concernit laicos, & Clericos, non quæ istos secundario, & minus principaliter respicit, vt est in reparatione murorum, pontium, &c. in custodia Regni, manutentione exercitus in partibus inimicorum, ne hi naturale Regnum invadant. *part. 1. tractat. 2. resolutione 79.* & faciendis expensis pro primo introitu Regis in civitatem, *part. 3. tractat. 1. resolut. 11.* & similibus, vnde in his casibus gabellas ab Ecclesiasticis exigentes violarent legem cap. *non minus*, & cap. *adversus, de immunitat. & canonem 18 Bulla Cœna*, nec non legem Civilem *authent. item nulla communitas, Cod. de Episcop. & Cleric.* in qua correctæ fuerunt *l. ad instructiones, & leg. placet num. 1 Cod. de Sacram. Eccl* ut docet Azorius *part. 3. lib. 5 cap. 19. quæst. 10.* Ità Theologi communiter cum Homobono, *part. 3. tractat. 11. cap. 6. quæst. 9.* contra aliquot Iuristas, *part. 1. tract. 2. resolut. 39 & tract. 3. resolut. 22.* Secunda conditio est, vt concurrat consensus populi, & Clerici, & nomine Clerici non intelligitur solum capitulum Cathedralis, vt docuit Suarez *de immunit. lib. 4. cap. 26. num. 16.* Sed Clerus totius diœcesis, vel saltem alia Capitula eiusdem Vrbis, & Vicariis foranei diœcesis, iuxta Barbosam *in Collect. tom. 2. lib. 3. tit. 49. num. 7.* & alios. Rota autem Romana *apud posthum. Farinacii tom. 2. decision. 42.* requirit consensum totius Clerici, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus peculariter approbari, cap. *cum omnes de constit. part. 5. tractat. 3. resol. 11. § Quarò secundò.* Tertia conditio

Concurrente consensu Clerici.

Et Summi Pontificis.

est,

est, vt præcedat licentia Summi Pontificis, sine qua consensus Episcopi, & Clerici iuxta capit. *aduersus*, non sufficit etiam in casu, quo necessitas publica concerneret æquè principaliter Ecclesiasticos ac laicos, non obstantibus iis, quæ docui *part. 1. tractat. 2. resolut. 41.* quæ meliùs explicavi postea *resolut. 133.* (Nisi periculum esset in mora, in quo casu pro prima gabellæ impositione, modicave duratione vsquequo Summus Pontifex adiri posset, sufficeret consensus Episcopi, & Clerici. Ita Palus *vbi supra numer. 7.* & Rota *in vna Leodien. gabell. die 29. Martii 1604.* Quapropter Vrbes Florentia, Panormus, & Mediolanum pro imponendis gabellis similibus in necessitatibus, impetrauerunt Bullas Summi Pontificis *par. 5. tractat. 1. resolut. 11. & 15.* Admoneri autem debent Episcopi, vt cum tales Bullæ impetrantur, aduertant num narrata in supplicationibus vera sint; non id intendunt Pontifices, dum dicunt *Stantibus præmissis, constito tibi de narratis,* & cætera. Immò videntur audire debere Clerum, & alios, de quorum interesse agitur: nam in Bullis dicitur, *vocato Clero*, &c. Ita Marchinus *de peste part. 4 capit. 4. num 29. resolut. 11. cit. §. Notandum.* Quando verò Ecclesiastici stantibus prædictis, gabellas solvere tenentur, tantùm abest, vt à iudice laico compelli possint, vt docuit Salgado, *part. 4 cap. 14. num. 100. part. 1. tractat. 2. resolut. 42. & part. 3 tractat. 1. resolut. 44.* Quod exactio fieri debeat per personas Ecclesiasticas deputatas ab Episcopo, vt expressum est in Bulla Vrbani VIII. concessa pro Ducatu Mediolani *part. 5 tr. 1. resol. 11. in fine.*

Cuius Bullas accipientes Episcopi, & executuri examinet, num supplicata sint vera.

Et tunc exactio fiat per Ecclesiasticos deputatos ab ipsis.

4 Petes hic: An liceat Reipublicæ ab Ecclesiasticis gabellas exigere, animo eas restituendi postea in fine anni, vt facit Ciuitas Panormi soluendo *loscasciato*. Duardus *quæst. 15. num. 3.* negativè respondet, quia magno incommodo est illis soluere, vt post tantum tempus recuperent nisi id ipsis compensetur soluendo aliquid plus. Sed quia hic Panormi id fit cum consensu Episcopi, & Cleri, non habeo scrupulum *part. 1. tr. 2. res. 45.*

An Panormi licitè solvatur in fine anni (loscasciato?)

5 Circa causam materialem proximam, Toletus *lib. 5 cap. 74.* cum aliis multis damnat vsum imponendi gabellas super rebus ad proprios, & familiæ vsus necessariis, puta frumento, vino, oleo, carnibus, &c. Tum quia prohibetur *in l. vniversi, Cod. de vectig. & in l. omnium, eod.* determinatur, vt gabellæ imponantur solum in rebus mercimonii, & negotiationis causa asportatis. Tum etiam, quia tales gabellæ onerant æquè pauperes ac diuites. Immò plus illos, quia panem, vinum, & reliqua comestibilia frequentiùs emunt, quam diuites: quod tamen est contra iustitiam distributiuam. Adde, quòd his gabellis onerantur etiam peregrini, qui non tenentur ad tributa. Ex quibus Lessius *lib. 2. cap 33. dub. 7. n. 51.* tales gabellas in his casibus tantùm imponi permittit; nimirum, quando adesset consensus populi, vel immemorialis consuetudo: nã cum hæ gabellæ, inquit Turrianus *in 2. 2. tom 2. disputat. 14 dub. 3. num 2.* nõ sint prohibitæ iuræ naturæ, sed ciuiliter tantum, legitimè præscripta consuetudo potest illas iustificare. Item quando vrgente necessitate publica, alia vectigalia exigi non possent, aut non sufficerent, aut quando securitati talium rerũ aliundè deuectarum aliter consuli non posset. Hæc opinio est probabilis. Sed placet opinio Suarez *de leg lib 5 cap. 16.* & aliorum absolutè docentium, tales gabellas esse iustas. Primò, quia in illis seruatur proportio, quantum potest, nam pauperes pro numero suæ familiæ in comparatione ad diuites de huiusmodi rebus minus emunt, & sic minus solvunt. Secundò, quia, vt notat Malderus *in 2. 2. tractat 5 cap. 6. dub. 6.* id§ quod pauperes soluunt æqualiter cum diuitibus, cum iisdem sibi compensant eo carius vendendo operas suas, quo carius valent comestibilia. Tertio, quia oppressio pauperum, quæ in his opponitur, contingit etiam in gabellis mercium, & negotiationum, nam quò mercatores suas cariùs emunt merces, eõ cariùs

Porrò non est illicita gabella imposita super victualibus. Pane, Vino Carnibus, &c.

cariùs pauperibus vendunt. Et tandem, quia tales gabellæ minutim, & veluti insensibiliter soluuntur, minoraque habent murmura, & minora incommoda, quàm in censu capitis, aut patrimonii, nam in æstimatione patrimonii interueniunt ostia, depravata iudicia, &c. multi etiam exactores sunt necessarii, quorum stipendiis crescit tributum. Leges in contrarium citatas Turrianus *vbi suprà* ait mutari posse, præsertim quòd gabellas imponunt Principes, & Magistratus habentes onerum, & mistum Imperium. Ad illud de oppressionem pauperum, patet ex dictis. Ad illud de peregrinis respondetur, quod Peregrini in nostris laboribus soluunt, compensari cum eo, quod nostri soluũt in suis. Ita Malderus *in* 2.2. *tractat.* 5. *cap.* 6 *dub* 6 *part.* 1. *tr* 11. *resol* 38. *& part.* 1. *tr.* 17. *res.* 28.

Si vires Regni sufficiunt.

6 Ex parte causæ formalis gabella iusta est, si imponatur cum proportione non solùm vasallorum inter se, vt mox *num. præcedent.* dictum est: sed etiam absolutè ad vires Regni *part.* 1. *tractat.* 3. *resolut.* 2. nam posita etiam necessitate, & causa iusta in aliis generibus, si vires Regni non sufficiunt, gabella iniustè imponitur, *Ibid. resolut* 9. Immò si vasalli sint multum onerati, Rex non solùm non debet novum tributum exigere, novasque gabellas imponere; sed etiam antiquas minuere, & suspendere gratias, & pensiones etiam in remunerationem concessas: nam hæ concedi solent, & debent cum conditione, quamdiu Regnum soluere poterit. Ita Aponte *de potest. pror. tit.* 5 *num.* 21. *& sequent. Ibid. resolut* 14. Dubitat præterea Corsettus *in propugn. vectig. serici*, an gabella excedens octavam partem valoris rei, propter *l. ex protestatione, Cod. de vectig.* sit iusta. Sed, si adsint cætera requisita puto dictam legem non obstare: tum quia non obligat, nisi in Regnis nunc subiectis Imperatori, vt docet Suarez *de leg. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 5. tum etiã quia per contrarium vsum abrogata fuit. Vide Malder. *vbi sup. dub.* 5. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 133 §. *Quæ ad secundum.*

Etiamsi octavã partem valoris ipsarũ rerum excedat.

7 Denique iustitia ex parte causæ finalis est, quòd gabella imponatur ob publicam vtilitatem, & in necessitate communi. Ita Turrianus *in* 2.2 *tom.* 2. *disputat.* 44 *dub.* 1. *&* 2. & DD. communiter, *part.* 1 *tractat.* 3. *resolut.* 2. Publica necessitas dicitur etiam necessitas Regis, nam hæc quoque vergit in perniciem totius Regni, etiamsi in illam sua culpa redactus sit, vt propter ludum, largitiones immoderatas, bella iniusta, vel quid simile, in quibus proinde casibus gabella pro sublevanda Regis miseria iustè imponitur, vt docent Neoterici communiter. Nisi quòd Lessius *lib.* 1. *capit.* 33. *dub.* 6. *numero* 48. advertit, in his casibus debere Reges à prodigalitatibus, & sumptibus parum necessariis abstinere. *Ibidem resolut.* 4. Publica item necessitas dicenda est bellum, quod Rex patitur in aliis Regnis: nam si hæc debellantur, periclitabitur quoque nostrum: quia inimici despecta, vtpotè diminuta, Regis maiestate, ad auferendã omnia ab eo Regna animum applicabunt. Quare bonum est nobis, ait Vasq. *de restit. cap.* 6. §. 3. *dub.* 1. *n.* 7. inimicos nostris sumptibus alibi profligari, aut saltem detineri, & nos interim pace gaudere, quàm illos domi infensos habere. Indecorum autem esset Regiæ maiestati, ac contra legitima regnandi iura quod Rex vnico contentus Regno, alia, quæ iusto possidet titulo, ab aliis vsurpanda relinqueret. Sed hæc omnia procedunt de iure communi, & nisi obstent leges municipales alicuius Regni, vt obstant in Regno Siciliæ, vt dicemus infra Verbo, *Parlamentum, n.* 5. *Ibid. resolutione* 5.

Sed nulla gabella imponi debet, nisi ob necessitatem publicam. Vel etiam ipsius Regis.

Etiam cuiuis pabilis.

Et ob bellũ passum in aliis Regnis.

Vbi nõ obstant iura municipalia.

GABELLAS Soluere.

8 ✠ GAbellas soluere tenentur vasalli, & subditi imponentiũ, nisi sint privilegiati. ✠ Et verò non tenentur Clerici, etiam in minoribus, etiam tonsurati. Ita Molina *tom.* 3. *tractat.* 2.

Gabellas non tenentur soluere Clerici.

Etiam tonsurati.

Etiam in fraudem gabellarũ.

ctat. 2. disput. 270. num. 5. contra Angles *num. 4. tom. 5. difficult 5.* (& etiamsi in fraudem collectarum habitum sumpserint, animo non Clericandi, vt tenet Duardus *in Bull. Cœn. can. 18 quæst. 7. num. 7 num. 12. quæst. 1. tractat. 2. resolutio.* 44. Id quod procedit de iure communi, nam in aliquibus Regnis Clerici minores beneficium actu non possidentes, soluunt gabellas ex consuetudine: contra quam insurgit Garcias *de benefic tom. 1. part. 3. cap. 3. à num. 1.* & alii, *part. 1. tractat. 2. resolut. 36. & part. 4. tractat. 1 resol. 20.* Procedit etiam conclusio, quamuis Clerici non habeant requisita Tridentini, de quibus *verb. Clericus à num. 2.* vt dicemus *verb. Immunitas Ecclesiastica.* Et quidem tam de bonis Ecclesiasticis, quam de patrimonialibus, legatis, donatis, &c. quæ possident vt domini temporalis exceptis certis casibus, vt supr. num. 2. & 3. Imò etiam de rebus, quas ipsi consumunt, quamvis dominium sit penes alios: Vnde emens victualia pro filio Clerico, vel Capellano familiæ, non tenetur soluere gabellas: sic practicatur in nostra Sicilia, & docent multi DD. contra Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 54 num 2. part. 4. tractat. 4. resolut. 175.*

Etiam ea-rentes requisitis Tridẽtini.

Etiam de bonis, quæ consumũt, absque dominio.

9 Tenentur nihilominus Clerici, & in vniversum Ecclesiastici soluere gabellas impositas in perpetuum, & invariabiliter super illorum bonis priusquã ad illos perveniſſent. *part. 1. tract. 2. resol. 43.* in fine. Non est tamen admittendus Driedo *de liber. Christ. li. 2. cap. 3.* dicens, quod prædia omnia transeunt ad Ecclesiam cum onere tributorum. Imò probabiliter etiam docuerunt Guevara *in prop. liber Eccl. asser. 1 §. 6. num. 27.* Alban. *de immun.* & alii, Ecclesiasticos nec ad onera perpetua, & invariabilia teneri: nam collecta est onus missum *l. reser. § fin. de muner. & hon.* & quantum ad obligationem est personale, licet quoad quantitatem sit reale. Et distinctionem de collectis certis, & invariabilibus, & incertis, variabilibus non procedere, quando onus soluendum imponitur in futurum per statutum vade Pesantius *de immun. disputat. 7.* monet in impositione talium collectarum impetrari cõcessionem Summi Pontificis. Quæ etiam procedunt de bonis patrimonialibus Clericorum; nam si hæc descripta reperiantur in extimo, non transeunt ad ipsos cum hoc onere. Ita Grassus *de eff. cler. eff. 3. à num. 362. part. 3. tractat. 1. resol. 17.* Tenetur verò gabellas soluere Clericus negotiator, postquam ter admonitus à negotiatione non desistit, vt dicemus verb. Negotiati. Nota autem hic, quod si Clericus conducat agros alienos, vt perceptos ex eis fructus venundet, tenetur soluere gabellam, quia licet hæc non sit propria negotiatio, est tamen expresè Clericis interdicta *cauſ. 21 quæſt. 3. can 1.* & 3. Et sic tenet Bonac. *tom 2. de restit. disputat. 2. quæst. 9. punct. 2. num. 4.* licèt contrariam sententiam vt probabilem admittat Trullench *in dec. tom. 2. lib. 7. c. 12. dub 5. num 14 part. 6. tr. 7. resolutione 11.* Si autem Clericus fructus suos aliò transportaret, vt carius venderet, non teneretur gabellas soluere. Macabrun *conſ. 18. n. 141. par 6. tr. 8. reſ. 4. §. Et tandem.*

Tenetur verò Clericus negotiator postquam trinam monitionẽ.

10 Deinde gabellas soluere non tenentur Clericorum filii, ait Squillante *de priu. cler. c. 8 dub. 1. n. 13* legitimi tamẽ, & viuente patre *p. 3 tr. 1. reſ. 7.*

Item non tenentur filii Clericorum.

11 ✠ Tertiò eximuntur ab hoc onere Religiosi tam regulares, quã milites S. Ioannis, ✠ S. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Montesæ. (item S. Stephani, & S. Lazari *part. 3 tract. 1. reſ 01. §. Notandum, & par. 4. tract. 1. resol 80 in fine.*) Ita Barbosa *de potest. Episc part 2. alleg 13. nu. 14. part. 1. tractat. 2. reſ. 50.* Et quidem S. Ioannis, etiam ij, qui ferunt mediam crucem albam, & vxorem ducunt, secundùm Riccium, *tom. 6. resol. 177. n 3 part. 3. tractat. 1 resolut. 51.* Item omnium harum Religionum novitii, vt declaravit S. Congregatio apud eundem *ibidem part. 3. tractat. 2 resolutione 30. §. Quartò part. 4 tract. 1. resolut. 36. & antea in part. 1. tract. 2 reſ. 38.*

Religiosi sive Regulares, sive Milites. Etiam vxorati. Etiam novitii.

Item hospites Clericorum Regularium habitum Religionis proximè susceperuri; quia largo modo dicuntur novitii;

Etiam terrũ vxorati.

vitii, & gaudent privilegiis fori, & canonis tanquam personæ Ecclesiasticæ, *part. 6. tr. res. 7.* Et secundum Barb. *vbi sup. num. 15.* gaudent etiam vxores viduæ supradictorum Equitum, *p. 3. tr. 1. res. 45. in fin.*

Item mulieres tertiaria, vulgò, Bizocche.

12 Quartò eximuntur mulieres tertiaria D. Francisci vulgò *Bizocche*, etiam in suis domibus viventes, si castam & cælibem vitam ducunt. Ita novissimè Squillante *cap. 7. dub. 1 numero 42. part. 4. tractat. 1. resolutione 31. §. Notandum.*

Item coloni partiarii Ecclesiastici eorum.

13 Quintò coloni partiarii Religiosorum, & Ecclesiasticorum. Ita Abbas *lib. 1. conf. 9. n. 2.* & Peyrin. *tom. 1. constitut. 2. Iulii II. §. 33. n. 142* Et patet ex Bulla Pij V. eximente à datis, gabellis, &c. non solum personas Ecclesiasticas, & eorum bona, sed etiam laboratores, colonos, arrendatarios, affictuarios, suorumque negotiorum gestores. Quod præsertim procedit, quando colonus cum Ecclesia ab initio pactus esset, de gaudenda exemptione pro parte sibi competitura, vt docet Maccabrunus *cons. 18. num. 39.* Concedi tamen posset cum Filliucio *tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 302.* quòd Ecclesiasticorum coloni teneantur soluere gabellas in asportatione fructuum de loco ad locum: gabellam verò vulgò dictam *del fiore* nullo pacto, quia cum hæc gabella taxatur, fructus sunt adhuc affixi solo Ecclesiastico, *p. 3. tr 1. res. 19.*

Et eorum emphyteuta.

14. Sextò, emphyteuta Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum non tenetur soluere gabellas pro re emphyteutica. Ita probabiliter Felician. de Solis *de cens. tom. 2 in addit lib. 1. præf num. 1.* contra Ronaldum *lib. 4. cons 61. n. 14.* & 15. Idque ratione connexionis dominii vtilis cum directo, quod iuribus, & DD. auctoritate firmatur in decisione Rotæ Romanæ coram Cardinali Mellino *die 28. Maii* 1631. apud Marinum *res. quot. cap. 207 num. 4. part. 4. tractat. 1. resol. 56. §. Quinta.* ✠ quàm opinionem *in part. 3. tractat. 1. resolut. 24.* probabilem iudicaverat. ✠ Sed hoc non procedit cum censuario Ecclesiæ, & eo, qui aliquod prædium ab Ecclesia reciperet in censum emphyteuticum cum potestate redimendi, nam in hac forma contractus nullum dominium remanet penes Ecclesiam, aut personam privilegiatam, sed solum ius recipiendi annuam pensionem. *Peso-lut. 24 cit. §. Sed hoc.*

Absq; potestate redimendi.

GABELLAS FRAVDARE.

Gabellas aliqui docent fraudari posse, in dubio de illarum iustitia.

15 ✠ GAbellæ esse possunt aut evidenter iustæ, aut probabiliter, aut dubiæ dubio negativo, quia scilicet de illarum iustitia vel iniustitia nulla ratio probabilis redditur ✠. Et quidem in hoc vltimo casu Molin. *de iust. tom. 3. tr. 2. disp. 274. num 15.* docet fraudari posse: quia in dubio melior est conditio possidentis, & gabellæ novæ semper præsumuntur iniustæ. Donec contrarium constet: vnde in *cap. quamquam, de cens. in 6.* tributa regulariter dicuntur contraria iuri canonico, & civili, & in *cap pervenit, de cens.* ait Pontifex, prius cognosci debere census iustitiam, quàm solui. Neque verò præsumendum pro Rege, cùm de illius interesse agitur. Sed Lessius *lib 2. cap. 33. dub. 8. num. 64.* tenet fraudare non posse. *part. 4. tr. 3. res. 39.*

Tam negativo.

Quàm positivo.

16 Qui tamen *dub. 6 num. 67.* sine vllo scrupulo fraudari posse inquit, si de illarum iustitia adsint rationes vtrinque probabiles, & tunc esse veluti bellum inter Regem, & populum vtrinque iustum Et in hoc sensu valere regulam iuris, *In dubio melior est conditio possidentis.* Contrarium docet Vasquez de restit. *cap. 6. §. 3. dub. 5. n. 78* ex dicto communi; *In dubio præsumendum pro superiore.* Vtraque sententia est probabilis, vtriusq; rationes soluuntur. Primæ, dicendo; quod non sit par iustitia in tali bello, quia præponderat iustitia Principis iuste exigentis. Et conditionem possidentis esse meliorem ante, non post sententiam. Secundæ verò, dictum procedere in casu, in quo non agitur de interesse inferioris. Vide Azorium *p. 3. lib. 5. cap. 22*

Imò etiãsi sint eviden ter iusta.

quæst.7 part.1.tract.3.res.21. & par.7.tr.17 res.59.

17 Porrò gabellam evidenter iustam fraudare, videtur mortale, & fraudantes ad restitutionem teneri, si non accedat titulus compensationis, iuxta dicta V. *Compensare, n.2.* Nam, sicut Principes debent Reipublicæ custodiam, & vigilantiam, ita Respublica debet vicissim Principi congruum sustentationi subsidium. Et præterea huiusmodi fraudes cadunt in damnum ementium gabellas. Ita Ortiz *in summ cap.3.num.4.* & DD. communiter. Sed Duardus *in can. 18 Bull. Cœn. quæst.12 nu.19.* contrariam sententiam tenet, & latè probat. eamque probabilem vocant Lessius *dub 8 n. 55.* & Bonacina *de contr. dist.1. quæst.9 pun. 1 num.3.* quia probabile est, leges pœnales non obligare in conscientia. Ad primum argumentum respondet Duarcus fraudantes gabellas non intendere violare legem naturalem mandantem solui Principis lucro, vt illud parùm retineant, quòd in lege durè pœnali, & subditorum arbitrio relinquitur. Ad secundum respondetur, ementes vectigalia sales fraudè non ignorare, & ob id viliùs emere: & quod cum multis amittunt, cum vno, quem in flagranti inveniunt, lucrifacere. Ex quibus Sà V. *gabellas, num.6.* inquit, fraudantes gabellas iustas, non esse ad restitutionem cogendos *part.1.tract.10.res.19.*

GVLA.

Gula quid sit.

1 ✠ GVla est vnum ex septem vitiis capitalibus, consistens in appetitu cibi, potus immoderati, immoderati inquam aut quoad tẽpus, aut quoad pretium, quantitatem, vel qualitatem ciborum, aut denique quoad nimiam & extraordinariam complacentiam de illorum gustu. Et quidem si appetitus inordinatus versatur circa cibũ, dicitur comessatio, & crapula; si circa potũ, ebrietas. Est aliquando gula peccatũ mortale, & regulariter quoties co-

Quotuplex?

Et quale peccatum?

medunt cibi temporibus prohibitis, in reliquis vt plurimùm veniale. ✠

2 Quæres: An comedere, & bibere absque necessitate ob solam voluptatẽ, sit peccatum saltem veniale? Respondet Sancius *in select. disp.2.num.14.* negativè: dummodo esus & potus non noceat: nã si res odoriferas olfacere, & res pulchras ob meram delectationem inspicere, nõ est peccatum, cur peccatum erit in eundem finem comedere? nisi faciamus gustum peioris, quam sensus cæteri, conditionis *p 3.tr.5 res.6.*

An & quale peccatum sit, comedere, & bibere ob solam voluptatẽ? Et comedere usq; ad vomitum?

3 Sed quid, inquies, si quis advertenter comedat vsque ad vomitum? Respondeo cum Ioanne Henriquez *cap.19 num.9* hunc non peccare mortaliter, sed venialiter, si in hoc non ponit vltimum finem, & salutem corporis notabiliter non lædit: nam non facit contra aliquod præceptum Dei, vel Ecclesiæ. *part.5.tr. 13. resolutione 40.*

HÆRESIS.

Hæresis est error hominis Christiani circa fidem.

1 ✠ HÆresis est error hominis Christiani in rebus fidei cũ pertinacia ✠. Vt ergo quis sit hæreticus, requiritur primò error in intellectu: quamvis enim extrinsecus dæmonem colat, aut quotcumque actus hæreticales exerceat, si bene credit, non est hæreticus, quamvis, quia hæc crimina indicant interdum errorem in fide, possit ab Inquisitoribus puniri, vt dicemus V. *Inquisitorum iurisdictio in qua delicta.* An verò à simplici Confessario absolui possit, dictum est V. *Absoluere ab hæres, & aliis criminibus S. Officii. p.1 tr.3 res.1 p.4. 4. res.240.* in fine.

Cum assensu positivo.

2 Error autem intellectus debet esse cum assensu positivo: hæresis enim est erroris electio: vnde dubius in fide non est hæreticus, positivè; sed solũ privativè, quatenus caret assensu fidei. Et ita intelligi debet auctoritas Stephani PP. *in c.1. de har.* Vt satis probabiliter, & utè explicant Pirean. *in 2.2.q.11. art.2. dub.2.* & alii contra Fabr. *de Sacram. Ordin.*

din. distinct. 25 quæst. 5 disp. 3 cap. 4. num. 112. & alios. Potest etiam explicari pro foro externo: vel quando dubitans, supra dubium reflectens, eliceret iudiciũ erroneum spectans res fidei esse solùm probabiles; & c. *part. 2. tractat. 19 resol. 51.* Verum in assensu positiuo contra fidem non datur paruitas materiæ, quidquid enim intellectus contemnat credere de rebus fidei, quantumuis minimum peccat mortaliter, negando fidem Deo reuelanti. Ita Leone *par. 1. recoll. 7. num. 45.* & alij. Sed Sayr. *lib. 12. cap. 2. num. 19.* putat in rebus fidei dari posse peccatum veniale, quod consistat in verbo leuissimo. *p. 5 tr. 5 res. 28.*

Et cũ pertinacia?

3 Secundò ad constituendum hæreticum requiritur pertinacia. *part. 1. tract. 5 resol. 1.* Quamuis autem Alciat *in l. 2. C. de Sum. Trinit. & fide Cath. n. 3.* & alij ad pertinaciam requirant, quòd hæreticus resistat monitioni Ecclesiæ: dicendum tamen cum Bec. *in 2. 2. c. 14. quæst. 2. concl. 3. num. 10.* & omnibus ferè Theologis, satis pertinacem esse, qui, sciens suam opinionem esse contra determinationem Ecclesiæ, spreta nihilominus illius auctoritate, in sua opinione persistit. Nam, vt ait Simanca *tit. 48. num.* 78. Scriptura, & Ecclesiastica definitio, quibus fides Catholica nititur, plus operatur, & potest, quam sexcentæ iudicis monitiones; & mille prohibitiones iuris humani. Quæ doctrina non solum procedit in foro interno, vt ait Arag. *in 2. 2. quæst. 11. art. 1 concl. 2.* sed, vt docet Lorca *ibid. art. 2. disp. 41. num. 8.* etiam in externo: alioqui multi se excusarent, quod non fuerint admoniti & impuniti manerent in Reipubl. excidium. Posset admitti sententia Alciati cum hæretico rudi, vel quando hæreticus esset curiæ sæculari tradendus, in quo tamen casu pro foro externo sufficeret præcessisse monitionem Inquisit. vel Episcopus, aut alterius viri docti ab illis deputati nec enim ad cuiuscumque causæ iudicium congregari debet Concil. vel supremus Iudex aditi. sed debent esse peculiares Iudices, quorum maturo, & prudenti iudicio causæ finiantur Ita Lorca *ibid. n. 20. p. 4 t. 7. res. 36*

4 Iam verò, cum certum sit, non esse hæreticum pertinacem, qui ignorat se contra fidei determinationem sentire: dubium tamen est, quænam ignorantia pertinaciam excludat, & excuset hæreticum. nam Soto *in 4. dist. 2. 2 q. 2. art. 3. post 3. concl. cas. 1* & alij docent, ignorantiam crassam, & culpabilem; quæ in aliis criminibus non excusat, neque hæreticum excusare: Ipse tamen cum Suar. Azor. Coninch, & aliis, quos citat, & sequitur Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 3. punc. 2. num. 3.* existimo, non solum ignorantiã crassam, & supinam excusare ab hæresi, sed etiam affectatam, si quidem affectetur ex tædio solum discendi, non autem ex falsa opinione, quod, quæ Ecclesia proponit credenda, parui momenti sint. Et ratio est, quia hoc modo ignorans non spernit auctoritatem Ecclesiæ tãquam iucredulus, quamuis Deum offendat, negligendo scire quæ debet. Nec valet paritas Soti de aliis peccatis; nam in his nihil aliud requiritur, quàm quòd quis aduertat, aut possit, & debeat aduertere quòd contra legem delinquit; in hæresi verò requiritur pertinacia, & quòd quis aduertat, se contra Ecclesiam sentire, id quod nec cum ignorantia affectata constare potest *ibid à §. Supposo igitur.* Quæ omnia procedunt pro foro tantùm interno. Pro quo nec sufficit ad monitio Inquisitoris, vel Episcopi, (vt diximus *num. 2* pro foro externo,) si nihilominus quis existimet se Ecclesiæ confirmiter sentire, illos vero decipi, nã debet scire, quod sentiat contra Ecclesiam. In foro autem externo frustra allegatur ignorantia in ijs articulis, quos quilibet ex officio scire tenetur, & sic Sacerdotes, & viri docti non excusantur ab errore in articulis fidei, & præceptis Decalogi, Secus de rusticis, & simplicibus, qui tamen quo magis scioli sunt, eo minùs excusantur, *ibid. à §. sed quia.*

Ideſt, vt ignoret se cõtra fidem sentire.

Ne affectatè quidem.

Quoad forum conscientiæ.

5 Et hæc sufficiunt ad constituendũ hæreticum internum, & committendũ

Et ad. incurrendam

excommunicationē non sufficit error internus.

grauissimum peccatum mortale. Adhuc tamen non sufficiunt ad incurrendam excommunicationem & alias pœnas iuris, de quibus infra: sed requiritur præterea, quòd error internus aliquo verbo, aut signo extrinsecus pateat; nam Ecclesiæ regimen est visibile: eiusq; iurisdictio non fertur in actus internos, vt dictum est V. Censura *num.* 18. Ita DD. communiter, contra Io. Andream *in cap. vlt. de hær.* Nec igitur hæreticus merè externus incurrit excommunicationem vt diximus *n.* 1. nec merè internus: sed ille solùm qui internum errorem sensibili aliquo signo exteriùs manifestat. *part.* 1. *tract.* 5. *res.* 6. *& p.* 4. 1. 4 *res.* 140. §. *Notandum est.*

Vel inaptè manifestatus.

9 Imò Granad. *in* 2. 2. *contr.* 1. *tract.* 15. *disp.* 13. *num.* 14. aliquos casus enumerat, in quibus interni erroris manifestatio ad excommunicationem non sufficit. Primus est, quando quis errorem manifestaret ad petendum consilium, vel Cōfessario: nam hoc esset quærere medicinam. Secundus, si proferret inaduertenter, ex naturali obliuione, seu actuali inconsideratione inculpata nā hic actus nō esset humanus. (Quod Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 38. *sect.* 3. § 42. infert dicendū etiā de inaduertentia, & cōsideratione quod sit prohibita sub cēsura, si verū est, quod nō docebimus infra V. Ignorantia *nu.* 5. & 6. nimirū ignorantiam solius pœnæ excusare ab illa incurrenda etiam si factū sit alias lege naturali prohibitum; nā, qui actu non aduertit, comparatur ei, qui nunquam agnouit. Sed tamen in hoc suā sententiam noluit explicare. *p.* 5. 1. 9 *res.* 17 §. *Non desinam* Imò postea *disp.* 89. *sect* 2. § 9 obseruat, in locis, vbi viget Inquisitio Hispanica tam ignorātiam, quam inaduertentiā excommunicationis, esse moraliter impossibilem illam quidem ob frequentem, & vniuersalem publicationem dicti, hanc øb timorem denuntiationis, *part.* 5. *tr.* 13. *res.* 18. § *Sed hac doctrina.*) Tertius casus si ad hæresim propalandam vteretur signo, quod nemo intelligeret. Quartus quādo quis iocosè, & non assertiuè proferret, & alioqui esset talis, vt de eo hæresis præsumi non posset. Et quintus, quādo proferret recitatiuè, dicens: *Habui in mente hunc errorem hæreticalē*, si tamen indē neutricā posset colligi, errorē perseuerare. Ita Granad *part.* 4. *tr.* 4. *res.* 140.

Aut in modicaquantitate.

7 Addo ipse 6. casum cum Mend. *sect.* 3. §. 21. quādo nimirum externum hæresis signum esset materia leuis, & (præciso ordine ad peccatum internum) venialc: Vnde si esus carniū in die prohibito censeri posset contra fidem, nō esset hæreticus externus, qui eam carnium quātitatem ederet, quæ non sufficit ad mortale iuxta dicenda infra V. *Ieiun nu.* 49. nec proinde excommunicationē incurreret: nam excommunicatio, & reseruatio est de peccato mortali interno, vt coniunctio cū mortali externo demonstrante internum: comestio autem carnium in modica quantitate nō demonstrat internam hæresim; nam fieri solet ob solam gulam, vel libitū gustandi carnes. *part.* 5. *tr.* 5. *res.* 32. * Et hoc interest inter hæresim internam, & externam, quòd illa non admittit paruitatē materiæ, vt diximus *n.* 2. hæc verò admittit †. Addit etiam Mend. §. 29 septimū casum, & est, si quis, somnum perfectè similans; hæresim mentalem proferret; tunc enim hoc signū, quamuis alioqui ad hæresim propalandam sufficiens ex circumstantia opinionis somni videtur illā oculere: sicut qui personam hæretici agit in scæna, etiamsi hæresim, quā profert, verè teneat, ab auditoribus tamen non reputaretur hæreticus. Sed, vt verū fatear, hi videntur verè hæretici, quia eorū locutio licèt in somno simulato, coniūgitur hæresi, & manifestatur, quod non accidit in vero dormiente. Et ipse Hurtadus non audet asserere, hos non esse hæreticos externos *par.* 5. *tr.* 13. *res.* 17. Aduerte etiam hic Crousers in reg. S. Franc *c.* 7. *lect.* 4. confundere hæresim externam cum manifesta, & probabile existimare, quod hæreticus externus, qui non potest denunciari, non incurrat censuram, nam est occulta, sicut mentalis. Sed hæc opinio admitti non debet: nam Ecclesia imponit censuras pro omni peccato hæresis, quod est per se sensibile,

Secus si quis explicet in somno simulato.

bile, & cadit sub eius iurisdictione: nec requiritur iudicium forense, sed satis est quod ipse hæreticus sciat, se hæresim protulisse. Est autem manifestum discrimen cum hæresi mentali, quæ est per se occulta. Et alioquin nulla irregularitas vel censura incurreretur, nisi in delictis denunciabilibus. Azor. *to.1 lib.2.c.8.nu.c.* & alij *particul.6.tractat.6 resp.11.*

8 Hæc de natura hæresis. Tribunal ad quod spectat hoc delictum, est Tribunal S. Inquisitionis, vt dicemus V. *Inquisitorum iurisdictio in qua delicta.* Pœnas hæreticis infligendas mox referemus. Praxim illos puniendi inuenies V. *Inquisitorum praxis.* Quis possit hæreticũ absoluere, vide V. *Absoluere ab hæresi.*

HÆRETICORVM POENÆ.

Hæreticus est ipso iure excommunicatus.

1 HÆreticorum pœnæ hæ sunt. Prima, sententia excommunicationis maioris c. *ad abolendam, c. excommunicamus 1. & 2 tit. in Decret, & in 6. & can. 1. Bullæ Cœnæ, p.4.t.7. resp.1. § Quæro tertiò.*

Priuatus omni dignitate, officio, & beneficio, & ad hoc inhabilis remanet.

2 Secunda, priuatio omnis Ecclesiasticæ dignitatis, officij, & beneficij, & inhabilitas ad ipsa, ex c. *didicimus, c. pudenda 24. quæst. 1. c prater. 32. distin c. quo iure, distin. 6. c. ad abolendam, c excommunicamus 1 de hæret. c. vt commissi, eod. tit. in 6 part, 4. tr. 8. resp. 1.* * Item irregularitas ex cit. c *ad abolendam,* & c. *saluberrimũ 1. q. 3.* de qua Vide V. *Irregularitas n. 25.*

Et irregularis. Et priuatus iure cohabitandi cũ coniuge.

Tertia, diuortium, nam qui publicè damnatus fuit tanquam hæreticus formalis, si deinde reconciliatus, remanet priuatus iure cohabitandi cum coniuge, & debitum petendi, Vide Verbo. *Ingredi Religion. numer. 6 part. 6. tract 7. resolut. 25.*

Priuatur statim bonis. An maioratus?

3 Quarta, publicatio bonorum, quibus priuantur hæretici à die cõmissi criminis. *l. Manic. l. cog. C. de hær.* & alibi, *p.4.t.7 r.1 § Tertia* Circa hanc pœnam dubium est primò, an hæretici priuentur bonis maioratus? Et dicendum cum Sanctar. *de hær. c.18. dub.2. num. 8.* & aliis contra Azor. *tom.1. lib.8.c. 12. quæst.13.* quòd non quando maioratus institutus est non solum ex propriis bonis, sed etiam ex bonis à Rege donatis; nisi in facultate regia institutionis caueatur, quod trãseat in Fiscum. Sed quid si institutor ipse maioratus sit hæreticus. Cõsule Sanch. *lib.2.c.18. p.4.t.8. resp 60.*

Fideicommissis.

4 Secundò dubium est, an hæreticus priuetur bonis fidei commisso subiectis, vel alienari prohibitis? Et dicendum etiam quod non, si alienatio à testatore prohibita sit in fauorem alterius à delinquente, & quando alienatio perpetua est, & non pro vita tantummodo delinquentis; nisi testator etiam pro vita delinquentis alienationem prohibuerit. In quo etiam casu hæreticus potest fideicommissum retinere, quousque per sententiam declaretur. Ita Vasqu. *in 1.2. dis. 169.c.4.* Vide vtrumque Molin. Theologum *de iust. tom.3 disp.657 num.3.* Iurisconsultum *de primog. lib.4 c.vlt num.31.* Sayrus tenet, quod durante vita possessoris commoditates fructuum pertineant ad Fiscum, etiam quando est expressa prohibitio alienandi. Sed dicendum cum Menochio, *vol.1 consil.9.n.6.* quod quando testator vtitur verbis significatibus, vt eo ipso delinquens amittat bona cum suis commoditatibus, tunc fructus pertinent ad hæredes vocatos, non ad Fiscum, *par.4. tract.8 resp.60. §. Dico secundò.*

Castrensibus?

5 Tertiò dubium est, an filius hæreticus priuetur bonis castrensibus. Affirmant Simanca *tit.9.num.13.* quia super talibus bonis habet liberam potestatẽ. Sed æquè probabilis est negatiua sententia Sanctarelli *de hær.c.18. dub.1. num.1.* qui respondet ad argumentum contrarium, & concludit, peculium Castrense tribuendum patri. Quod à fortiori procedit in bonis profectitiis, quæ sunt bona patris, tam quoad proprietatem, quã quoad vsumfructum, vt patet *ex l. si plures §. & in arrogato, ff. de vulg. & pupill.* Ita Couarr. *lib.2.c.7.num.7.* Circa bona aduentitia Simanca *tit.9.num.18.* vult publicandum etiam vsumfructum; quia vsusfructus in bonis aduentitiis filio-

Profectitiis

rum pertinet ad patrem ratione pote-
Aduētitiis statis in ipsos, *l. si excausa, §. Papinianus, ff. de minoribus*, sed filius hæreticus non est amplius sub potestate patris. At Sanctacellus *vbi sup. num. 3.* & alij volunt vsumfructum reseruandum esse patri, quia iuri patris acquisito factum filij præiudicare non potest. Notat tamen vsumfructum ex bonis aduentitiis post hæresim acquisitis pertinere ad Fiscū: quia non sunt acquisita sub potestate patris *part. 4 tractat. 8. resolutio. 61.*

Paraphernalibus vxoris? 6 Quartum dubium: An bona paraphernalia vxoris scienter cum hæretico contrahentis sint publicanda? (Nam dotem certum est confiscari, *c. decreuit. de hær. in 6.*) Et Castrus affirmat *tom. 1. tra. 4. disp. 169. ca. 1. num. 13.* Sed quia *in cap. decreuit.* fit mentio solius dotis, placet negatiua sentētia Sanctar. *de haret. c. 19. lib. 3. num. 14* pœnæ enim restringi debent, vnde nec bona viri cum hæretica contrahentis confiscari debent, quia ius citatum loquitur tantum de fœminis, Zecchius; *tom. 1. tit. de fide, cap. 11. nu. 16, par. 4 tr. 8. res. 62.*

Etiā hæresim cōmissam alienatis? 7 Confiscantur quoque bona ab hæreticis alienata post diem commissi criminis; quia ex tunc illorum desiit esse dominus, nisi alienauerit pro rebus necessariis, vt aduertit Quemada *qq. fisc. quæstio 7. numer 6. part. 4. tractat. 8. resolut. 92.*

Bona autē hæretici applicantur Fisco. 8 Porrò bona hæreticorum antiquitus eorum filiis tradebantur, *l. Manichæos, l. cognouim C. de hær. Auth. idem est, eod. c. Iudæi, 1. quæst. 4.* Sed iure nouo applicantur Fisco. *Auth. Gazaros. l. vlt. C. de bonis præscr. c. vrgentis. &c. secundum leges. de hær. in 6. part. 4 tract. 7. resol. 1. § Terges. de hær. in 6 part. 4 tract. 7. resol. 1. § Terges.* Et (quidquid sit de consuetudinibus aliorum Regnorum) in Hispaniarum
Regio in Hispania. applicantur Fisco Inquisitorum, sed Regio, quia Rex noster Inquisitoribus omnia necessaria subministrat. Idque etiam in Clericis, quorum bona ex iure canonico deferenda sunt Fisco Ecclesiæ, vt probat Couarr. *lib. 2. c. 9. num. 12.* Refert, & approbat hanc consuetudinē Torreblanca *de magis lib. 3 cap. 11. num. 41 part. 4 tract. 8 res. 43* An verò subtrahi debeant dotes, & alimenta filiorum, dicemus *num. 32.*

9 Item, si hæreticus post commissum crimen bona per contractum onerosum alienauit, Fiscus in reuocatione non tenetur restituere pretiū, etiamsi talia bona per mille manus transierint: quia emptio rei alienæ, etiam bona fide facta, non potest præiudicare vero domino, vel habenti hypothecam ad illam rem. Ita Scaccia *de iud. lib. 1. cap. 98. num 13.* Aduerte tamen cum Garcia *de melior cap. 6 num. 20.* quòd si quis bona fide fundum ab hæretico, emisset, danda ei forent omnia melioramenta ex *l. in fundum, ff. de rei vendic. & l. diuortio, § impendia. ff. de sol. matrim.* si verò sciebat hæreticum, solùm ei danda melioramenta necessaria (de quibus Ruinus *lib 1 cons. 157. num, 21.*) ait Bartolus *in l. in fundo num. 11.* Aduertit etiam Rojas *sing 18 n. 3.* quòd si pretium; vel aliquid loco pretij inter bona hæreticorum inueniatur, vel in eius vtilitatem conuersum sit, emptori restituendum est *part. 4. tractat. 8. resol 92.*

Qui, reuocans, bona alienata. nō tenetur ad pretiū.

10 Sed, an Fiscus teneatur hæretici creditoribus satisfacere? Respondeo, si debita contracta sint ante hæresim patratam, teneri. Ita Simancha *tit. 9 num. 35.* & patet *ex l. non possunt. ff. de iure fisc.* At, si in tali casu non omnia, sed aliqua hæretici bona confiscantur, satisfactio fieri debet pro rata illius partis *l. fin. C. debit. ciuit* Nec si fiscus non faciat inuentarium, tenetur satisfacere vltra valorem bonorum confiscatorum. Ita Clarus *lib. 5. quæst. 77. num. 30.* Si verò debita contracta sint post hæresim, Fiscus ad nihil tenebitur. Ipsi verò incumbit probare, debita post commissam hæresim contracta esse. Et statim, ac obligatio hæretici erga creditores transit in Fiscum, hæreticus illam omnino exuit, nec si ad pinguiorem fortunam perueniat, iterum induit. Ita Vasquez *in 1. 2. disp. 169. cap. 1. num. 10 part. 4 tract. 8. resolut. 39.* An hæretico pœnitenti bona remittantur, dicemus infrà.

Nec hæretici creditoribus debita contracta ante hæresim satisfacere.

11 In ordine ad confiscationem bonorum facienda est sequestratio in limine

Sequestrationis cor-

pus, & forma.

mine processus. Quam statuit instructio Toletana ann. 1561 *num.* 6. faciendã esse in casu hæresis formalis tantùm, in quo nimirum vnico casu confiscantur bona. Et illorum bonorum, quæ inueniuntur penes ipsum hæreticum tantùm. Formam sequestrationis hanc ponit Rojas *de har. part.* 2. *num.* 46. quòd scilicet statim, ac quis comprehenditur eius bona, ne surripiantur, vel absondantur, penes personam idoneam coram Tabellione, & executore ponantur, quæ persona illorum curam habeat: quæ verò seruari non possunt per custodem Inquisitorum mandato venundantur. An sequestratio facienda sit contra hæreticum absentẽ, aut defunctum, dicemus infra *num* 23. & 25. *p.* 4. *tr.* 8. *res* 85. Hæc pro quarta hæreticorum pœna.

Rursus hæreticus fit perpetuo infamis.

12 Quinta pœna hæreticorũ est perpetua infamia, *ex Auth Gazacos. C. de har. cap. in famis* 36. *quæst.* 7. *cap. infamibus. de regul iur. cap. excommunicamus* 1. *de haret. & cap.* 2. §. *hæretici, eodem tit. in sexto.*

Et inhabilitas ad omnem dignitatem, & actionem ciuilem.

Huic pœnæ adnexa est inhabilitas ad omnẽ honorem, dignitatem, officiũ, & actionem ciuilem, quæ infamibus prohibita sunt *in cap. infamibus, de reg. iur. in 6. & in l.* 2. *C. de dignit.* & nominatim hæreticis *in l. quoniam C. de har. l. si pupilli* §. *videamus de negot. gest. c. excommunicamus* 1. *de haret* & alibi. pœna infamiæ extenditur ad filios & nepotes hæreticorum vsque ad secundam generationem, ex *l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiestat* & aliis. Vide Couarruuiam, *var lib.* 2. *c.* 8 & nos infra *num.* 27. *part.* 4. *tract.* 7. *res.* 1. §. *Quarta.*

Et tandem traditur Curiæ sæculari mor tẽ plectẽdus

13 Vltima tandem pœna est traditio Curiæ sæcularis, seu supplicium mortis, ex iure ciuili, *l. Manicheos, l. Quicumque, C. de. har.* & ex Can. *c. ad abolendam, c.* sicut ait *c. excommunicamus* 1. *de har.* & alibi *par.* 4. *tract.* 7. *res.* 1. §. *Et vlt.* † Hacautem pœna plectuntur solùm impœnitentes & incorrigibiles. † Nam verè pœnitentes, idest qui delictum confitẽtur, & dolent, reconciliantur, præmissa abiuratione de formali; & pœnas subeunt secundùm gradum pœnitentiæ. Vnde ait Roias *de har. par.* 2. *tract.* 7. *res.* 24. quòd, qui confitetur in limine iudicij ante accusationem, condemnandus est ad carcerẽ temporalem cum habitu pœnitentiali ad breue tempus: qui post accusatioẽ, maiori: qui verò confitetur post testium publicationem, damnandus est ad perpetuum carcerem; quia præsumitur confessus metu probationũ. In omnibus autẽ casibus supradictis bona publicari *part.* 4. *tract.* 7. *res.* 24 nisi quando hæreticus, nullo probationis metu ductus, ad tribunal accedens, suos confiteretur errores. Aliàs, ait Simanca *tit.* 47. *n.* 15. Inquisitores non posse illa pœnitentibus in damnum Fisci remittere, qui in illa ius acquisiuit. Aliter tamen in Italia ex vetustissima consuetudine practicari *part.* 4. *tr.* 8. *res.* 44. Certè, si Inquisitores omittant damnare hæreticum, non propterea tenentur restituere Fisco valorẽ bonorum iuxta dicenda V. *Pœna num.* 2. Ita Moura *defensal. sect.* 3. *cit.* 1. *nu.* 35. *part.* 4. *tractat.* 8. *resolut.* 108.

Si est impœnitens.

Nam si est pœnitens

reconciliatur.

Et minori plectitur pœna.

Vt carceri perpetuo.

Quæ iam mitigari potest.

14 Pœna autem perpetui carceris reo pœnitenti statuitur in c. *excommunicamus* 2. *de. har.* & in instruct. Tolet. *an.* 1561 *cap* 41. Sed Inquisitores ex iusta causa possunt illam mitigare. Sicut in Inquisit. Romana commutata fuit in pœnam triremium triennalem; quod etiam in Hispanica testatur seruari Roias *vbi sub n.* 203. Possuntque commutare in carcerem ad tempus, vel aliã extraordinariam pœnam cap. *vt commissi de har. in* 6. & Instruct. Hisp *an.* 1484. §. 11. quare cũ nobilibus, qui nec possunt, nec debent ad triremes damnari, commutabunt in exilium, deportationem, detrusionẽ in monasterium, vel aliam temporaneã pœnã, pensata eorum qualitate, delicti atrocitate, &c. Vide Decianũ *lib.* 5. *c.* 54. *nu.* 45. Quæ omnia locum habent ante sententiam; nam post illam in Hispania solus supremus Inquisitor talem pœnã relaxare potest, vt dicemus V. *Inquisitorum, nu.* 20. *practic.* 4. *tract.* 7. *resol.* 24.

Non tamẽ omnis reconciliatus.

15 Aduerte hic cum Sanctarello *de har. cit.* 42 *dub. vn. nu.* 5. stante Bulla Clement. VIII. in aliquib. casib. vt in celebratione, aut confessione audita à non presbytero, in negatione Trinitatis, di-

uinitatis Christi, & conceptionis eiusdem à Spiritu sancto, aut eiusdem in nostram redemptionem interitus, aut Virginitatis Deiparæ: item in schismate aut hæresi magistratuum seu dominorum temporalium, & spiritualiũ, etiam veros pœnitentes nõ reconciliari. Sed primus casus qui non est hæresis formalis, in Hispania non est in vsu, & secundũ Sousam, nullus est vsu receptus in Lusitania, *part. 4. tr. 7. res. 24. §. Notand.*

Præsertim hæresiarchæ & Principibus hæresim propinantes.

16 Hæresiarcham, seu dogmatistam signa pœnitentiæ exhibentem, Cantera. *c. 1 num. 70. ex c. ad abolendam*, &c. *Berengarius*, inquit non debere relaxari. Roias *de hær. part. 2. num 339.* debere. Sed Lorca *in 2. 2. quæst 11. art. 4. disp 47. mem. 5. num. 7.* Inquisitorum arbitrio remittit, Qui in hoc sint multum cauti, & si Regibus & Principibus, aut eorũ filiis errores propinare tentauerint, aut pœnitentiam in ipso tabulare ostendant, non admittant. Alios verò, si quando admittunt, grauioribus pœnis afficiant, præcipuè carcere irremissibili. Puto tamen cum Barbosa *to m. 13. lib. 5. tit. 2. cap. 5. nu. 5.* contra Canteram *vbi sup. n. 11.* huiusmodi hæreticis pœnitentibus non esse denegandam Eucharistiam *p. 4. tr. 7 res. 23.*

Quid, si delictum cõfitetur in tortura & postea ratificat?

17 Sed an, qui delictum in tortura confitetur, & postea ratificat, reconciliari debeat? Negatiuè decreuerat Instru. Hispal. *an. 1484. num. 15.* Sed reuocata meritò fuit per Tolet. *an. 1561. num. 13.* Nam confessio sponte ratificata spontanea est. Ita Simanca *tit. 52. nu. 4.* contra Syl. *cons. 89 part. 4 tr. 7 res. 24. §. Non desinam.* Sed quid, si confessionem reuocet? Vide V. *Inquisitorum, num. 179.*

Quid, si pœniteat in ipso tabulato.

18 Quid, si hæreticum pœniteat in ipso tabulato? Instructio Toletana *n. 64.* rarò, & cum magna cautela reconciliãdum, inquit, & Pegna, *part. 3. com. 175.* iustissimum esse, quod postquam reus è carceribus ductus est, attenta ipsius perfidia, & sera pœnitentia, non detur locus misericordiæ, præsertim cum in eius conuersione sit tamdiu laboratũ; tutius tamen esse, misericordiã in ipso quoque tabulato exercere. Vide Decian. *lib. 5. c. 39. n. 3. p. 4. tr. 7. res. 24. §. Sed restat.*

19 Verum, si in hoc casu hæreticus ad reconciliationem admittitur, perpetuò immutari debet, & si est in aliquo Ordine, degradari, de iure quidem realiter, sed ex consuetudine satis est personalis. Diligentias ab Inquisitoribus adhibendas pro conuersione reorum iuxta Instruct. Tolet. *n. 43.* tradit Campegius *in annot. ad Zanc. de hær. c. 16 part. 4. tract. 7. res. 25.* Si verò reus conuertatur post sententiam latam & publicatam, rarò, præsertim si curiæ seculari sit traditus reconciliari debere notat Sousa *aph. lib. 2. cit. 34 numer. 8. particul. 4 tract. 7. res. 24. §. Non desinam.*

Præsertim post sententiam publicatam?

Morti etiã traditur hæreticus conuictus negatiuus:

20 Porrò morte plectendus est hæreticus impœnitens, etiam si talis sit fictione iuris, vt esset in casu, quo legitimis testibus conuictus de hæresi, illam negaret, quia, qui nõ agnoscit peccatũ suũ, non meretur remissionem, & potius testibus, qui in hoc tribunali diligentissimè examinantur, deq; eorũ vita qualitate, & motiuo strictim inquiritur credendũ sit, quam ipsi reo in facto proprio. Ita contra Boerium, *dec. 341. nu. 4.* docet Lorca in *2. 2. disp. 147. n. 20.* & obseruat praxis omnium Inquisitorum. Limitandum est tamen in casu quo præsumeretur obliuio, quam Pegna *part. 2. com. 59.* putat non præsumi arduis, atrocibus & horrendis, etiam ante longum tempus commissis, nec in solitis & consuetis, quæ delinquẽtes semper comitãtur: in reliquis regulariter præsumi post decennium, *part. 4. tr. 7. res. 25 à fine §. 1.*

21 Et hæc omnia procedunt etiam in confitente diminuto, qui secundũ Canteram *num. 57.* non debet relaxari, nisi diminuationes sint multum claræ & constet procedere ex malitia, & requiri etiam consultationem supremi Inquisitoris. Excusari enim potest ex obliuione, vt diximus de negatiuo, & torqueri. Præsumitur autẽ oblitus, quando tacet complices remotos, & cum quibus rarò conuersatus est: præsertim si confiteatur de consanguineis, & propinquis. Item si confiteatur errorem, & circumstantias principales, & taceat minores. Sic Sousa *lib. 4. c. 28. n. 1.* & secundum Roias *pa. 2. num.*

Aut diminutus. Nisi vtrũque excusata obliuio.

num 247. si taceat tempus Freytas verò quæst. 22. num. 58. relaxari non debere, inquit, nisi diminutio sit circa errores. Et Palaus to. 1. tract. 4. disp. 6. punct. 2. n. 5. addit, secundum aliquos non debere relaxari ex eo, quòd tacuerit complices quia ex hoc non conuincitur hæresis, sed fautoriæ, & ita se practicari audiuisse in Tribunali Castellæ, ipse tamen relaxandum putat, part. 4. tract. 7. ref. 25. §. Sed affirmatiuam à vers. Diminutus.

Lit relapsus 22 Hæreticus relapsus, iuxta dicta v. Abiurare. à num. 36. tradi debet curiæ sæculari, c. ad abolendam §. illos quoque. de hær Nisi sponte redeat, nullo scilicet delationis metu ductus, ad Inquisitores se conferens. Debet tamen prius consuli supremus Senatus, vt docet Molina de iust. tr. 5. disp. 8. num. 14 ex Instruct. Tolet. an. 1561. num. 66, & ante duos, vel tres dies per duos, vel tres Ecclesiasticos in fidei veritate confirmari, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentis muniri, & ad patienter obeundum hortari, p. 4. tr. 7. ref. 26.

Item hæreticus cõfessus, aut cõuictus comparere recusans. 23 Hæreticus confessus, vel facti euidentia aut legitima testium probatione conuictus, si se absentet, & legitimè citatus nõ compareat, tradi etiã debet curiæ sæculari tamquam impœnitens, par. 4. tr. 7. ref. 27. Et quamuis illius bona in alios translata, de rigore iuris sequestrari non debeant: ait tamẽ Castrus disp. 8 punct. 16. §. 3 n. 3. quod si fuga paulo ante citationẽ præcessit, & talia bona discerni possunt, sequestrari debent. Si verò fugit tunc, cum capi debebat, sequestrantur bona habita pro derelicto, & quæ in vxoris, & filiorũ potestate reseruntur Et si hæc discerni non possunt, sequestrãtur omnia; quæ reperiuntur in eius domo, quia hæc omnia fugitiui esse præsumuntur. Ibid. §. Nota etiam, & tr. 8. ref. 86. §. Sed an. Quamuis aut benignius sit, quod talis sequestratio fiat à die declaratæ contumaciæ, vt tenet Quemada q 8. probabilissimũ tamen est, fieri debere à die, in quo dicunt testes hæresim commisisse. Sic tenet Lesius lib. 2. c. 29. dub. 8. n. 64. & seruatum fuisse inquisitione Galesiæ, approbante supremo Senatu, restatur S. Vincente in manus. ref. 27. cit. §. Sed etiam.

34 Illud verò peculiare est in hæresi, quod, cum alia delicta morte extinguãtur, l. defuncto ff. de public. iud. hæreticus etiam post mortem puniri potest. Ita Sãctarell. de hær. c. 27. dub. 1. nu. 12 part. 2. tr. 7. ref. 28. initio. Etiam post annos quadraginta. Graffius, dec. li. 2. c. 11. n. 12. contra Palaum vbi sup. §. 7. nu. 16. Ibid. §. Sed restat. Minimè verò suspectus de hæresi, c. accusatus. § si verè, de hær. in 6. Et hæresis defuncti plenè; hoc est duobus testibus legitimis, constare debet. Ita Simanca tit. 18. n. 12 quidquid contra sentiant Decianus lib. 5. c. 37 num. 6. & 9. Ibid. §. Aduertant. Si verò plenè nõ constet, nec breui probandũ speretur, absolui debet; nam superuenientibus postea probationibus concludentibus integrari potest processus, & condemnari. Ita Pegna part. 3. commun. 92. ibi in fine §. Si autem quis moritur pendente processu, tũc eatenus pro hæretico damnari potest, quatenus vel seipsum in carcere interemerit quòd ex conscientia criminis, & impœnitentia factũ præsumitur, vt ait Gundissaluus de hær. q. 22 num. 1. aut probatum fuerit, ipsum inforduisse in excommunicatione per annum, saltem ex causa fidei, vt notat Clarus lib. 1 §. hæresi, num. 19. ibid §. Sed nota. In omnibus autem casibus sententiã præcedere debet citatio in personam filiorum, & hæredum, siue præsentium, siue absentium, siue certorum, siue incertorum, dando illis copiam indiciorum & testium, sic mandat. Instruct. num. 61. & docet Pegna part. 3. comm. 9 Illi autem comparere possunt per procuratorem. Ita Simanca tit. 93. n. 3. Imò quilibet è populo defensionem hæretici defuncti suscipere potest absque nota fautoriæ. Ita etiam Simanca in ench. tit. 61 num. 8. Ibid §. Notandum est tamen hic, quòd.

Hæreticus etiam defunctus.

Si hæresis plenè probetur.

Quid, si moriatur pendente processu.

Fugitur vero statua & ossium combustione, & publicatione bonorum.

25 Pœna verò hæretici defuncti duplex est, statuæ eius, & ossium si ab aliis separari possunt cõbustio, iuxta Fatinaciũ quæst. 197 n. 92. & confiscatio bonorum, part. 4. tract. 7. ref. 27. initio, vt si est hæreticus sine tergiuersatione priuan-

priuandus est Ecclesiastica sepultura *par. 9. tr. 8. res. 1.* Quæ etiam si sint Hæreticorum viuorum, & etiam si Fisco sæculari applicari debeant, non præscribuntur, nisi post annos 40. iuxta ius canonicũ *in c. fin. de præscript. in 6.* Sic contra Barbol. *in l. 2. C. de Apost.* Sanctarell. *c. 12. dub. 2. n. 8.* vbi conditiones ad talẽ præscriptionem requisitã recens. *Ibid. §. Notandũ est tamen hic obiter.* Dum tamen causa hæretici defuncti agitatur, bona non sequestrantur, quia possessores non debẽt illis priuari in causa dubia. Ita Instruct. Tolet. *ann. 1561. n. 87. ibid. in fine, §. 1. & tr. 18. res. 86. §. Notandum.*

Qua causa pendẽte, nõ sequestrãtur.

Ab hæretico cõcedatur appellatio? Aut querela coram superiore de sententia iniustã?

16 Hæretic⁹ us an, & ad quem appellare possit, vide *v. Appellatio, num. 3 & 12.* Certè Carrera *de har. num. 130.* contra Roias *sing. 19. num 5.* probat, hæreticum non solùm appellare, sed nec conqueri posse coram superiore, vt sententia, quam iniustam esse prætendit, reuocetur, quod non solet regulariter interdici, quoties interdicitur appellatio, *par. 4. tract 8. res. 32. §. Sed pro coronide.*

HÆRETICORVM FILII.

Hæreticorũ filij non possunt esse Iudices. Iurati, &c. Nec Notarij, Medici, &c.

27 HÆreticorum filij *exc. quicumque, & n. statutum, de har in 6.* efficiuntur inhabiles ad officia publica, qualia pro hac re Instruct. Vallisolet. *ann. 1488. num. 6.* esse inquit non solum officium Iudicis, Iuiati, Prætoris, & similium, imò etiam barbitonsoris, œconomi, mercatoris, tabernarij, exactoris redditũ, &c. Et quãdo in hoc casu dubitantur, an aliquod officiũ dicatur publicũ, Inquisitori, vel ipsi, & Episcopo simul incumbit declarare. Ita Pegna *part. 3 com. 8* Ex quibus à fortiori sequitur, filios hæreticorũ inhabiles esse ipso iure ad beneficia vt docet Ricciullus *de iur. pers. lib. 5. c. 29. n. 2. exc. 2. de har in 6.* & ad pensiones, vt docet Garcias *to. 2. part 11. c. 10. §. 2. num. 74. part. 4. tract 8. res. 73.*

Mò nec Mercatores, Barbitonsores, &c.

Priuantur quoque beneficiis obtentis post parentum hæresim.

28 Imò priuantur eo ipso, beneficiis obtentis post parentum hæresim. Obtentis autem ante, non priuantur, quia hæc pœna in nullo iure exprimitur, & sic determinauit Clem. VIII. consultis Cardinalibus S. Officij apud Ricciull. *vbi sup.* docentque DD. communiter cũ Zecchio *tom. 1. tit. de fide. c. 11. nu. 10.* Nec aliud Inquisitores determinant, dum in sententia efficiunt inhabiles ad renendum, & possidendum dignitates, &c. *p. 4. tr. 8. res. 76.*

Etiãsi sint spurij. Et nati ante parentũ hæresim.

29 Porrò dictis pœnis afficiuntur omnes hæreticorum filij naturales, etiam spurij. Ita Surdus *cons. 386. num. 6. Ibid. §. Notæ etiam.* Et iam ante ipsorum hæresim nati: quia nõ puniuntur ob delictum proprium, sed parentum, in quæ eorum suppliciũ, *l. quisquis C. ad leg. Iul. maiest. cit. §. cædentes, de har. in 6.* qui multò acerbius ferunt suos filios adultos sæpe etiam bonis ditatos, & in dignitate constitutos, sua culpa ab eo gradu deiici, quam infantes, quos etiam possunt nullos habere. Ita Barbosa *tom. 3. lib. 5. tit. 3. c. 15. n. 3.* contra Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 27. n. 14. part. 4. tract 8. res. 74.* An etiam dictis pœnis subiaceant filij adoptiui, vide Ricciull. *vbi sup. c. 30. Ibid. res. 76.* in fine.

Et quidem eo ipso, statim ac confessione legitima, vel facti euidentia parentes hæresim commissi-

30 Nec opus est, quod has pœnas afficere filios, explicetur in sententia; nam *quod parentes de hæresi conuincuntur, illas incurrunt.* Ita Sanctarellus *de har. c. 34 dub. 2. num. 13.* Ibid. *§. Notandum* Nec obstat, quod catholici & pœnitentes moriantur, nam in cap. *statutum,* tunc solùm à prædictis pœnis excusantur, quando parentes emendati, Ecclesiæ vnitati incorporãtur, quod contingit, cum per absolutionem iuridicam & solemnem ad pœnitentiam admittuntur, & non traduntur brachio sæculari. Ita Geminianius *in hunc textũ;* cum enim brachio sæculari traditi conuertuntur, Ecclesia illis audientiã denegat, iuxtà cap. *super eo de har.* & quamuis sacramentaliter absoluantur, illa absolutio non valet pro foro externo. Ita Decianus *lib. 5. c. 56. num. 7.* & alij contra Surdum *cons. 346. num. 24. p. 4. tr. 8. res. 75.*

sis post parentum hæresim. Quamuis moriantur pœnitentes.

Aliqui tamen excipiuntur.

31 Verùm pœnas supradictas non incurrunt filij aut nepotes testium falsorum, *piuntur.*

sorum, in aliquo casu atroci in pœnam talionis combustorum, vt docet Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2 c. 27. n. 25. par. 4. tract. 7. res. 16. §. Notandum.* Nec hæreticorum filii, quamuis post hæresim parentum nati, qui parentum hæresim sponte revelant. Ita Pegna *par. 2 com. 13. ex cap. vt Inquisitionis, de her.* Quod à fortiori procedit, si parentes, non tam quam hæretici, sed tamquam suspecti de hæresi damnati sint. Ita Zanchinus *de her. cap. 28. n. 3 par. 4. tr. 8. res. 75. §. Notandum.*

Filiis hæreticorũ non tenentur Inquisitores dare dotes, & alimenta de bonis confiscati.

31 Hæreticorum filiis non tenentur Inquisitores de bonis confiscatis præbere dotes, & alimenta; nam si parentes bona omnia hypothecare, & creditores omnia quandoque bona, non deductis alimentis aut dotibus vsurpare possunt qui dum id fieri poterit in delicto ob bonum commune; vt scilicet patres à tam noxio crimine ob filiorum saltem amorem abstineant? Ita Sanch. *vbi sup. c. 16. num. 20* contra Surdum *cons. 385. num. 8.* Præcipit tamen Instruct. Hisp. apud Quemad. *qq. Fisc. quæst. 14. num. 11.* dictos orphanos minores honestis personis alendos simul, & instruendos commendari. & Pegna *comm. 9.* tenuem victum de bonis confiscatis ministrari eis debere inquit, si adversa valetudine, aut insufficiente ætate laborantes, laborare non possint. Sed hoc ex mera misericordia, *par. 4. tr. 8. ref. 45.*

Filii hæreticorum non sunt in hoc casu irregulares.

33 Filii hæreticorum, si patres in comburendo dederunt signa contritionis, non sunt irregulares, sic etiam si nati fuerunt tempore quo patres erant Catholici, aut fautores, vel receptores, nõ sunt irregulares. Hurtadus, & alii, *part. 10. tr. 11. ref. 23.*

In Bulla Cœnæ excommunicantur legentes & retinentes libros hæreticorum.

HÆRETICORVM.

33 ✠ Libros hæreticorum legentes, retinentes, imprimentes, vendentes, &c. excommunicantur in primo canone Bullæ Cœnæ, & subduntur, iurisdictioni Inquisitorum tã quam suspecti de hæresi, vt dicemus, *verb. Inquisitorum, num. 7.* ✠ Et quidem qui pericensuram incurreret, etiam qui legeret absque periculo pervertionis? quia lectio huiusmodi ab Ecclesia non solum prohibetur ad vitandum pervertionis periculum, sed etiam ad mortificandos hæreticos, privando illos eò honore, vt eorum opera doctorum virorum manibus contrectentur. Sic Sanctarell. *de her. cap. 14 dub vnic num. 4 part. 6 tract. 6. resolut 49.* Illud magis confirmatur? quia licet aliquis in individuo ita fundatus sit, vt lapsum sibi non timeat electionem; quod tamen opinari de se præsumptuosum est; indefinite tamen legentibus periculum imminet, cuius intuitu Ecclesia generaliter omnibus hos libros prohibuit contra Caramuel. qui mare pacificum totius Theologiæ moralis turbavit. Vide Bullam Pii IV. quæ incipit: *dominici gregis p. 1. ref. 1. tractat 1.* Item qui legeret librum hæretici tractantem ex professo de Religione, licet nullam hæresim contineat (aut vnam hæresim continentem, & de Religione non tractantem, vt Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 34.* quamuis contrarium probabiliter doceat Filliuccius *tom. 2. tractat. 22 cap. 7 n. 204 part. 1. tr. 11. resol. 31.*) quia Bulla loquitur disiunctivè, *de Religione tractantem, aut hæresim continentem.* Sanchez *num. 33.* contra Crousers *in Reg. S. Franc. cap. 7. lect. 5.* (& contra vtrumque incurreret censuram, qui legeret epistolam hæreticalem. Mega *in 3. part. lib. 3 cap. 1. num. 55. part. 2. tr. 1. resol. 34.*) Contra quem etiam advertè, quòd non potest quis privata auctoritate legere librum hæretici, vnum, vel alterum errorem in illo contentum expungens, sed error deleri debet auctoritate publica. Fagundez *in dec. tom. 1. lib. 1. c. 14. p. 6. tr. 6 res. 55.*

Etiam absque periculo pervertionis.

Sive de Religione tractent, sive hæresim contineat.

Et idem dic de Epistola.

Quid, si liber sit auctoris Catholici, tamen vel commentatiis alicuius hæretici.

34 Si liber sit auctoris Catholici, cũ scholiis tamen vel commentatiis magis alicuius hæretici, secundùm Suar. *de fide disput. 20. sect. 2. num. 13.* prohibetur, secundum Sanch. *num. 25.* non prohibetur, quia semper dicitur liber Auctoris Catholici. Mendoza distinguit

Multi mutant

aut scholia, sive magna, sive parua, sic textus explicationi addicta sunt, vt ab eo commodè seiungi non possint, vt se habent in D. Thom commentaria Caietani, aut commodè seiungi possunt, ut se habent in eundem Commentaria Suarez: & in primo casu non prohiberi inquit, in secundo prohiberi; quia primus liber retinet nomen auctoris Catholici, vt in exemplo Caietani, in secundo accipit nomen commentatoris hæretici, vt in exemplo Suarez. Sic ille *in 2.2. disput. 76. sect. 8. §. 303 part. 5. tr. 13. res. 16.* ✝ & negando olim cum Sanchez *part. 1. tr. 11. resol. 32.* ✝

Quid si quis legat per alium?

35 Incurrit hanc censuram, legens librum hæreticalem per alium: censetur enim legere per seipsum. Alterius *tom. 1. disp. 2. lib. 5. cap. 6* sed Portell. *verb. libri prohibiti in add. num. 11.* negat; quia censura lata contra facientes, non ligat mandantes, *part. 1. tractat. 11. resolutione 33.*

Vel ab alio impulsus?

37 Famulus verò impulsus à domino ad legendum librum hæreticalem in contemptum fidei, peccaret mortaliter legendo. & secundùm Bonacinam *de cens. disput. 2. quæst. 5 punct. 4. n. 11.* incurreret censuram: at secundum Duard. *in can. 1. quæst. 48 num. 15.* non ita. *Ibid.* in fine.

Aut legat, & non intelligat?

37 Idiota legens librum hæreticalem latinum, quem non intelligit, secùndum Megalam *in 3. lib. 3. cap. 1 nu. 45.* incurrit, quia Bulla non spectat finem, sed factum. At contraria sententia Sanchez *num. 51.* est probabilissima, quia nulla ratio suadere potuit Ecclesiæ prohibitionem lectionis solùm materialis, *part. 1. tract. 11. res. 36.*

Vel legat in Anglia, & similibus locis?

38 Quæres primò, An legens libros hæreticorum in provinciis, in quibus Bulla Cœnæ non est recepta, vt in Anglia, Gallia, Germania, incurrat excõmunicationem? Respondeo: Megala *nu. 60.* affirmat. Sanchez *n. 4.* negat. *p. 1. tr. 11. resol. 35.*

An in lectione, & retentione libri hæreticalis detur parua materia?

39 Quæres secundò: An in lectione & retentione librorum hæreticalium detur paruitas materiæ? Quoad lectionem Toletus *lib. 1. cap. 19. num. 9.* negat; quia potest quis in vna linea hæresim haurire, Sanchez *num. 31.* affirmat, & dicit esse integram paginam. Et Crousets *in reg. S. Francisci cap. 7. lect. 5.* tantam libri partem, quæ per se sumpta, verè censeri possit nomine libri. Sed hæc opinio reiici debet. *part. 6. tr. 6 resolut. 55. § Notandum.*) & sententia Sanch. est parum probabilis, & Sà idem docens, expurgatus fuit. Dico igitur cum Mendoza *de fide disputat. 76. sect. 5. § 12.* dari, & esse duas, vel tres lineas. Etiam si in illis contineatur hæresis, ob quam liber prohibetur, (dicunt aliqui apud Merollam *tom. 1 disp. 1. cap. 1. coroll 7. diff. 3. num. 344.* contra Duard. *quæst. 46. num. 4.*) quia nõ statim, ac quis propositionem hæreticalem legit, exponit se periculo imbibendi hæresim, nisi etiam fundamenta, & rationes percurrat, *part. 5. tr. 5. res 42. & exp. olim part. 1. tr. 11. resol. 30.* Quoad retentionem etiam respondeo cum Sanchez *num. 55.* affirmativè. & moram levem esse duorum dierum: quod procedit contra Suarez *num. 22.* etiamsi interior animus ex determinatione diutius retinendi fuisset mortalis quia ad incurrendam censuram requiritur opus externum in se mortale. Ita Palaus *tom. 2. tr. 4 disput. 2. punct. 10 § 2. num. 11 part. 5. tract. 5. res 43. & olim obiter p. 1 tr. 11 resol. 30. § Notandum est.*

Et quanã illa sit?

Et an quis possit illum cõburere?

40 Quæres tertiò: An habens librum hæreticalem, possit illum comburere, an omninò teneatur Inquisitori deferre? Suarez *num. 23* & DD. communiter dicunt teneri omninò deferre Inquisitoribus, si deferenti aliquod periculum non immineat, & contra non deferentem procedi posse tanquam contra hæreticum. Sed Filliuc. *tom. 2. tract. 22. cap. 7. num. 208.* excusat librum prohibitum comburentem, vel dantem alteri, qui habet facultatem legendi, quam opinionem non improbat Bonacina. Et quidquid sit de peccato, certum est, cõburentem non incurrere censuram. Ita Portell. *num. 13. part. 1. tractat. 11. res. 37 & recitativè postea, part. 4. tr. 8. res. 99. §. Notandum est.*

41 ✝ Quæres quartò: An aliqui præter

ter Papam libros hæreticorum legere, & dare aliis licentiam possint legendi? Respondeo, dubium procedere de Cardinalibus, Episcopis, Inquisitoribus, & Generalibus Ordinum. ✠ Et

Libros hæreticorum legere, & dare licentiam aliis legendi potest Papa. Et S. Congregat. S. Officii tãtum.

42 Quoad Cardinales, Merolla *vbi suprà diff.* 11 *num.* 147 tenet, eos non posse legere, & hanc sententiam esse probabiliorem. Vnde videtur contrariam iudicare probabilem. *part.* 5 *tract.* 2. *resol.* 16 §. Nota tamen, circa medium ✠ Ex quo sequitur primò, Cardinales seorsim non posse facultatem legendi, & retinendi libros hæreticorum concedere. nam hoc est plus ✠. Concedere tamen potest Sacra Congregatio S. Officii, *part.* 4 *tr.* 4. *res.* 46 in fine.

Minimè verò Episcopi.

43 Sequitur secundò, Episcopos nec ipsos legere, nec aliis legendi licentiam concedere posse, & Cantera *qq crim. c.* 1. *de har. n.* 64. putat, Episcopum legentem ab Inquisitoribus anathematizari posse, & id practicatum esse per Inquisitorem Conquensem. Sed ego in hoc casu consulerem in Italia Summum Pontificem, & in Hispania supremum Inquisitorem, *par.* 4 *tr.* 8 *res.* 46. §. *Notandum est.*

Inquisitores.

44 Sequitur tertiò, hanc facultatem non habere Inquisitores D. namque Vrban. VIII. in decreto, quod incipit *Apostolatus*, hanc facultatem penes solã Congregationem S. Officii reservavit. Ante hoc decretum Farinacius *de har. quæst.* 180. *n.* 43. cum aliis tenebant, Inquisitores & legere posse, & dare aliis licentiam legendi, quæ opinio procedere solum poterat de Inquisitore generali, non de aliis, stante Bulla Pauli V. posita in initio indicis expurgatorii. *par.* 4 *tract.* 8 *res.* 46. & *ex parte in res.* 99. ✠ Possunt nihilominus Inquisitores concedere licentiam legendi libros ab ipsis prohibitos. ✠ Quam licentiam qui haberet in Sicilia, non posset exercere in alio Regno, vt docet Portell. *verb. Libri prohibiti, n.* 4. Quamquam, quia talis licentia est gratiosa, & procedit ex facultate voluntaria, quæ exerceri potest extra territorium, contra sententia Navarri *tom.* 2 *tit. de priu. conf.* 6. fit probabilis. *p.* 4. *tr* 8 *res.* 100.

45 Tandem, hanc facultatem non habent Generales Ordinum ex privilegio Societatis: tum quia Societas huic privilegio in Congregatione Sancta renunciavit, tum etiam, quia D.N. iũcit. decreto revocat omnes tales facultates concessas per litteras Apostolicas: aut aliter quomodocumque, *part.* 4. *tract.* 8. *res.* 99. Et hanc sententiam securiorem esse & consulendam ait Lezana *in Compend. cap.* 18. *n.* 46. Sed Peyrinus *in dictam constit. 9. Pauli V. n.* 10. existimat non revocari, quia Pontifex loquitur tantùm de licentiis concessis personis particularibus, non de privilegiis Regularium. Quæ opinio si vera esset, hanc facultatem exercere etiam possent Inquisitores, qui ad hoc habebant privilegium non personæ, sed dignitati concessum. *part.* 5. *tractat.* 13. *resol.* 49.

Aut Ordinum Generales.

Vide verb. *Excommunicatio Bullæ Cœnæ*, vbi multa.

HÆRES.

QVinam hæres institui possit, vel debeat, vide *verb. Testamentum.* Circa obligationem soluenda ogata, vide *verb. Legatum.*

Hæres. Tenetur efficere inventarium.

1. Hæres in adeunda hæreditate tenetur efficere inventarium, sub pœna soluendi debita, & legata testatoris, etiamsi vires hæreditatis excedant, cap. *Reynald. de test & l fin. C. libert.* Sed hoc procedit in foro externo, in quo per hoc præsumitur, vel hæreditatem fraudare, vel cum creditoribus, & legatariis contrahere iuxta *l. apud Iuliã §. fin ff. ad Trebell.* non in interno, in quo creditur pœnitenti, si absit fraus, &c. Valerus *verb. hæreditas diffic.* 2. *n.* 3. *part.* 1. *tract.* 20. *resol.* 27. §. *Cum igitur, & part.* 3. *tract.* 5. *res.* 56. §. *Et eadem.*

Alius tenetur ad debita, & legata etiã supra vires hæreditatis.

In foro externo.

Hæres pro expensis funeris præfertur omnibus creditoribus.

2 Potrò hæres antefertur omnibus creditoribus circa expensas funeris defuncti. Vide Molfes. *tom.* 2. *tractat.* 13. *cap.* 8 *numero* 43. & nos *verb. Debitor, n.* 9 *part.* 5 *tractat.* 3. *resol.* 116. In bonis autem

Et primogenitus, vel vxor non tenentur soluere debita patris, & maviti de bonis maioratus, vel dotis. Etiamsi in ipsorum beneficium conversa fuerint.

tem maioratus vel aliter vinculatis, secundum Fagundez. *in dec. tom. 1. lib 4. cap. 2. num. 36. & cap. 9 num. 10.* succedit cum onere soluendi debita patris contracta ad familiam sustentandam, sive maioratus per tertiam personam ad illum perveniat sive à parentibus institutus sit ante, vel post debita contracta: nam ea debita conversa fuerunt in vtilitatem filii primogeniti: si enim pater non inveniisset illa credita, oportuisset bona vinculata magis ac magis oppignorare in damnum ipsius primogeniti, qui cum illa bona accipiat ex causa lucrativa in eum creditoribus competit actio *l. his filiis ff. de cond. indeb.* ex gleff, ibi *verb. proficit.* Accidit, quòd filii divites teneantur alere patrem pauperem cum tota familia: ergo primogeniti divites ex bonis maioratus tenentur solvere debita contracta à patre, ad ipsos, & familiam sustentandam. Dicendum tamen, nec primogenitum de bonis maioratus, nec vxorem de suis bonis dotalibus teneri soluere debita patris, & viri, pro ipsorum sustentatione contractis. Nam nec ipsi acceperunt à creditoribus pecunias, nec alter nomine ipsorum accepit. Et sic maior ac pater, & vir mutuum accepit, factus est pecuniæ dominus, vnde familia accipit ab illo tanquam à verò domino, ac proinde nō tenetur restituere. Præsertim, quòd actio mutui est personalis, & non transit ad eos, ad quos mutui beneficium pervenit, *heum cui 13. C de action. & obligat.* vnde nec sunt obnoxia restitutioni iocalia, & vestes, quæ maritus mutuatā pecunia emit, & vxori tradidit, quamvis adhuc extent: quia nimirum actio mutuantis non est ad rem mutuo emptam, sed tantum ad personam mutuatarij. Et ita hanc sententiam docet Sanchez *de matrimon. lib. 9. disputat. 4. nu. 28. & 29.* & alii. Aliqui tamen dicunt, successorem in maioratu teneri soluere debita contracta ab illo, qui maioratum instituit, ante institutionem, quia illa bona erant debitis hypothecata, & alioqui posset quis maioratum instituere in fraudem creditorum. *part. 6. tractat. 7. resolutione 20.* Adverte hic, quod in dubio, an fideicomissum expiret, an hæreditas ad alios transmitti debeat, *potest hæres vltimus vocatus de hæreditate disponere, secundum Homobon. volum 2. part. 2. respect. 26.* quia in dubiis melior est conditio possidentis. *part. 3. tractat. 4. resolutione 73.* Hæredes occisores damnati ad mortem ad nullam restitutionem tenentur. Vide *verb. Restituere, n. 47.*

In dubio, an fidei commissū expiret hæres vltimus vocatus an possit de hæreditate disponere

3 Hæres institutus ab aliquo, vt restituat hæreditatem postea filio spurio, potest sibi retinere, & non restituere, cum Spurius sit incapax hæreditatis Martin. de S. Ioseph, tenetur tamen alere filios, & dotare filios obligatione paterna, quamvis sint spurii. Vasqu. & non peccant parentes similes hæredes instituere. Molin. Potest tamen constituere hæredem maritum filiæ spuriæ, & vxorem filii spurii, S. Ioseph; sic etiam pater si sit Sacerdos potest dotare filiam loco alimentorum, Card. de Lugo & alii *part. 10. tract 18. res. 19.*

Hæres potest sibi hoc modo institutus retinere hæreditatem, & alere, & dotare filios spurios, etiāsi pater sit Sacerdos. Potest institui maritus, & vxor filiorum spuriorum.

HOMICIDIVM.

Vide etiam *occidere invasorem.*

Licet occidere patrē cum moderamine, &c.

1 Filius potest occidere patrem, quando ab ipso vltra metam à legibus præscriptam malè tractatus est, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Gasp. Hurtad *part 8. tr. 7 res. 41.*

Etiam bānitum.

2 Filius potest occidere patrem bannitum, quando ab eo nociuus Reipublicæ, vt alio modo eam liberare non possit, nisi manu propria eum occidat, in alio casu non potest. Hurtad. *ibid. resol. 42.*

Speculativè loquendo.

3 Speculativè loquendo, non practicè, qui sine causa, & iniustè in carcerem est coniectus (non autem qui fingit) & evidens periculum vitæ evadere non possit, custodes licitè occidere possunt, maximè si scit illum iniustè detineri & mortem illi parari. Obrechtus. Idem dicendum est de satellitibus scientibus

tibus se innocentem capere, vt iniustè occidatur. Dicast. cum moderamine inculpatæ tutelæ. Potest præveniendo occidere parentem vel per se, vel per sicarium aliquem occidere. Bann. qui ait etiam posse occidi paratum aliquem occidere facere per iudicem falsis testibus, vel falsa accusatione, quando verò per aliam viam illam mortem evitare non posit. Hurtad. *ibid. res. 43. & p. 9. tr. 9. res. 43. §. Sed si.*

Lictores nō possunt occidere reum à Iudice ordinatum ad capiendū.

4 Lictores non possunt occidere reū ordinatum à Iudice, vt capiat, quando se defendit iisdem armis, nisi cum seqq. limitationibus, aliter graviter sint puniendi. 1. vt habeant certum, & speciale mandatum capiendi à Iudice. 2. Si arma ta manu resistat, non autem si se defendit, & facile arma depositurus. 3. vt delictum plectendum sit capite. 4. vt alio modo reus capi non posit. 5. Si sint metuenda ab evadente graviora mala. 6. Vt capiendus sufficienter sit de crimine diffamatus. Clar. *ibid res. 14.*

Exceptis infra dictis Possunt occidere vim vi repellendo.

5 Quamquam alii (Christianè loquendo) affirmant, tamen exceptis Clericis, Religiosis, Advocatis, Medicis, Regiis consiliaribus, & litteris incumbentibus, & non armis, non autem milites, vasalli Dominum sequentes, & Nobiles cū aliquo suo dedecore aggressorem fugere, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ tenentur eum, vim vi repellendo occidere. DD *ibid res. 45.*

Licet occidere furem non obediē tem monitionibus.

6 Licet occidere furem, si fugiat cum tuo equo, telo, vel aliis armis, si admonitus non desistat. Card. de Lugo, immò licet occidere furem magni momenti rē furantem, quando eam nititur furari, & quando actu furatur, sed quando etiam re accepta fugit, sed amplius, cum iam quiete habētem rem illam in domo sua, & Dominus alio iusto modo habere nō potest. Vasq. non autem quando res nō est in potestate furis. Hurtado, *ib re. 47.*

Et aliqua notanda.

Practicè contrariū tenendum est.

7 Et si speculativè probabile est contumelioſum occidere licitum esse in ipso congressu contumelioso docet Hurtad. tamen practicè contrarium tenendum, & consulendum est, *ibid. resolut. 51.*

8 De eo, qui falsis testibus conatur aliquem occidere V. *res. 42.* tamē si quis falsis calumniis vellet apud consanguineum te infamare, ne tibi hæreditatem relinquat, cum tuo magno, & domus damno, licet eum occidere, sed in praxi contrarium potest hoc occidere. Card. de Lugo. Licet occidere eum qui paratus est injustè evadere, etiam si esset via evadendi relinquendo patriam. Hurtad. *ibid. tract. 7. res. 52.*

Contrariū tenendum est.

9 Non potest occidi maga, seu malefica, potest tamen verberari, & tormentis extorqueri, vt cesset à maleficiis faciendis, & hoc non solum à Iudice, verum à læso. Les. *ibid. res. 53.*

Maga potest verberari, non autem occidi.

HORAE CANONICAE,

Quid & à quibus recitandæ.

Vide verb. *Beneficium, Clericus, Religiosi.*

Horas Canonicas recitare tenentur.

1 ✠ HOræ canonicæ, seu divinum Officium, definitur à Tolero, Laus Dei voce expressa per Ecclesiæ institutionem determinata. Sunt autem Horæ Canonicæ septem, ad septē principaliora S. Passionis mysteria significanda, & continentur his versibus.

Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,
Prima replet sputis, dat causam Tertia mortis:
Sexta Cruci nectit, latus eius Nona bipertit.
Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

Clerici in Sacris.

2 Horas Canonicas recitare tenentur Clerici, Beneficiati, Regul. & Moniales.

Sed quo die promoventur non tenentur ad omnes.

3 Clerici non omnes tenentur, sed in Sacris constituti. Et hi quamvis beneficium non habeant. c. *dolentes de celeb. Miss* ✠

Quid si recitassent omnes anticipatè

4 Quo die quis Subdiaconus ordinatur, non tenetur ad totum officium illius diei, sed solùm ad Horas, quæ post motionem recitandæ supersunt. Ita Pal. *tract. 2. disp 2. punct. 4. n. 3.* Imò Bonart. *l. 2*

c.39.num.11 putat, teneri solum ad Vesp. & Complet. quia Ecclesia non intendit obligare clericos ad paruas Horas à primo die promotionis. Sed quid, si quis ante promotionem totum diei officiū recitasset? Adhuc ad Vesperas &c. teneri, ait Bonacina *tract.2. de hor. can disp.1. quæst.2 part.5.n.11.* quia quando recitavit non tenebatur, & ideo non satisfecit. Præsertim, quòd non recitavit nomine Ecclesiæ, à qua nondum deputatus erat tamquam minister. Sed contrariam sententiam tamquam probabilem admittit Trull. *in dec. tom.1. lib.1.c.7.dub. 13 n.3.* quia potuit soluere anticipatè. Facit pro hac opinione illorū sentētia, qui dicunt, quod qui mane cōmunicavit, & in eadem die incidit in periculum mortis, non tenetur iterum communicare. Quæ doctrina procedit etiam pro die professionis Religiosorum, *p.6.tr.7.res 38. & olim, p.4.tr.4 res.218.*

Et quid de Psalmis iniunctis ab Episcopo in ordinationes?

5 Episcopus non potest iniungere Clericis à se ordinatis recitationem quotidianam perpetuam. Ita Villal. *to. 1. tract.24. dub.7. num 4.* contra Bonac. *de Hor. Can. disq.1. quæst.2 punct 4 n 2 par.2. tract.12. res 20.* 9 *Vnde.* Et probabile est, nolle illos obligare ad Psalmos, quos semel recitandos iniungit, sub gravi culpa, sed tantum ex decentia, & honestatē, vt docet Palaus *punct.1.§.1. numero 5.* Vnde omittentes peccare tantùm venialiter, vt ex Azorio, & aliis docet Homob. *vol.2. part.1 res.210.* contra Villal. *vbi sup. res.20. cit. & p.4.tr.4. res.218. §. Nota etiam.*

Item beneficiati.

6 ✠ Beneficiati tenentur ad diuinū Officium, etiamsi in sacris non sint. *d. 42. can fin.* ✠ Non quidem statim post collationem, sed post possessionem pacificam beneficii, nam sicut ante illam exercere non possint illius iura, ita nec teneri debent ad onera. Sic Lesius, *lib.2. cap.34. dub 30. num.67.* contra Garciam *tom.1. par.3. cap.1. n.92. part.2. tr.12. res.21.*

Post pacificam beneficii possessionem.

Et iam si beneficium sit tenue, secundum aliquos,

7 Nota hic 1. quòd Ricc. *part.2. resol. 406.* & Palaus *vbi sup. §.2. num.9.* cum communiori docent beneficatum ad Officii onus teneri, sive beneficium sit pingue, sive tenue, quia si sponte præiudicat qui se promoveri permittit ad tenue beneficium, sicut ob similem rationem, vxorem ducēs cum parua dote tenetur illam alere. Vnde in *C. deorat. qua. 7.c. Cler. in victum, dist. 91.* præcipitur vt Clericus, qui victum ex fructibus beneficii sufficientem non habet suis adiuvet laboribus, & artificio, sine tamen officii detrimento, & Conc. Later. *sess.19. can. 9.* imponit pœnam restitutionis fructuum omittentibus Horas, absque distinctione beneficii pinguis, & tenuis. Adde quod beneficiarius non solùm fructibus, sed etiam privilegiis gaudet beneficii. Sed his non obstantibus, contrariam sententiam Soti *lib 10 quæst.6. art.3.* aliorumque doctissimorum virorum sequentem non damnarem: initur enim auctoritati Apostoli 1. *Corinth. 4 Qui altari servit, de altari viuere debet.* nam qui parum habet ab Ecclesia, non potest dici viuere de altari, quia parum pro nihilo reputatur. Et confirmatur primò, quia in iure beneficium tenue reputatur pro non beneficio, vt colligitur ex *c is, cui, de præb. in 6.* Confirmatur secundò, quia habens plura, eaque pinguia, & ampla beneficia, non nisi semel in die Officium recitare tenetur: vnde non videtur rationabile, quod habens quatuor, vel tex aureos beneficii, idem onus sustineat. *part.2 tract.12. resolut.9. part 4. tract.4. resol.146.* in fine; & *part.5. tract.5. resol.21.* Ex quibus Lesius *lib.2. cap.34. dub.31. num.109.* cum Molfesio *tom.1. tract.5. cap.3 num 29* dicunt, habentem beneficium tenue, teneri ad Horas Canonicas solùm in festis, & Dominicis. Quod ego cum Maldero *in 2.2. tract.10. cap.2 dub 3.* procedere existimo non de iure Ecclesiastico, sed tantum naturali, & compensari posse aliis orationibus, vel Dei cultu: nec obligationem ad restituendum adnexam habere. *p.2.tr.12. res.9.* in fine.

Sed contrariū probabile.

Et aliqui probabiliter volūt, non teneri nisi beneficium sit 20 aureorum.

8 Porrò non conveniunt DD. in determinanda quantitate beneficii tenuis, quod diximus ad Horas non obligare. Nam Sotus *vbi sup.* ait esse octo aureorum, Lesius *vbi sup.* quod non per-

pertingit ad sexdecim. (Imò Sotus postea apud Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub 57. n. 5* respondit, beneficium sexdecim aureorum non obligare, & opinionem illam octo aureorum eum docuisse, ait Sanchez pro iis temporibus quando valor monetæ maior erat, & rerum minor *part 4. tract. 4. res. 146.* à medio) Ledesma *part. 2 tr 9. cap. 4. conc 5.* requirit vigiti, & tandem Malder. *vbi sup.* tertiam partem sustentationis Clerici ordinarii *p. 2. tr. 12. res 9. §. Sed si quæras.* Vide etiam Bonartium *lib. 2. c. 6. n 10. p. 5. tr. 5 res. 25.* in fine.

Nec in dubio de tenuitate beneficii.

9 Quòd si quis dubitet, an ob tenuitatem beneficii teneatur ad Horas secundum Vasquez *in cap 2. disp 65. cap. 3. num. 11.* tenetur recitare: quia obligatio est certa, & excusatio dubia Secundùm Salas *in 1. 2 tract 8 disput. vnic. section 17. num 154.* non tenetur: quia præceptum valdè onerosum non obligat in dubio. Vtraque sententia est probabilis, *p. 4. tr. 3. res. 24.*

Non tenetur ad Horas recipiēs beneficiū per simoniam, aut cum legitimo impedimento.

10 Nota 2. cum Sanchez *vbi sub dub. 71 num. 5.* quòd recipiens beneficium per simoniam, aut cum excommunicatione, vel irregularitate, sicut non facit fructus suos, ita nec tenetur ad Horas. Et addit, quòd si talis peteret revalidationem, & fructuum compositionem, teneretur explicare, si Officium non recitasset, aliàs iterum se de fructibus ob iliam causam componere teneretur. *par. 4 tr 4. res. 146.*

Nec Canonici coadiutor cū futura successione, & cōgrua portione præsenti.

11 Nota 3. coadiutores Canonicorum cum futura successione, secundùm Accostam *in cruc. quæst. 75.* teneri Horas persoluere, quia coadiutorias Papa concedit per modum beneficii, & litteræ expediuntur in forma dignum, vt iudex Apostolicus, provisum examinet, & ad possessionem admittat præmissa fidei professione, & adhibitis solēnitatibus Canonicorum, quorum nimirum privilegiis ipsi fruuntur. Ast ego contrarium sentio cum Palao *tom. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 1. §. 4. num. 7.* quia talis coadiutoria non est beneficium, vt declaravit Paul. V. apud Suarez *de Hor. can. lib. 4. cap. 22. num. 19.* Et sanè beneficium, quod confertur coadiutori, est illud idem, quod possidet Canonicus proprietarius quod proinde ipse non adhuc possidet, cum vnum idemque beneficium non possit esse vno eodemque tempore penes duos *par. 5. tr. 13. res. 75.*

Denique tenentur Moniales, & Religiosi professi, et iam non promoti.

12 Denique Horas Canonicas persoluere tenentur RELIGIOSI, & MONIALES addicti choro, post emissam professionem, ratione consuetudinis. Ita DD. communiter. Et quamvis Caiet. Med. & alii dubitent, an talis consuetudo existat, & Villalobos, an introducta sit scienter, & cum animo inducendi obligationem, imò an à mulieribus, & adolescentibus potuerit sic introduci. & vim legis habere, ex quibus Alphonsus de Castro docet, Clericos non promotos Ordinis Prædicatorum, ad Horas Canonicas non teneri. (*part. 2. tract. 12 resolut. 17.* & novissimè P. Bordon. *in cons. reg. resol. 30 num. 3.* huiusmodi religiosos extra chorum ab onere Horarum faciat immunes, quia consuetudo, quæ affertur, refertur ad communitatem, seu ad chorum, non ad deputatos ad chorum, quando absunt nam consuetudo habens vim legis non inducitur ex actibus privatis, sed publicæ. Hæc tamen opinio improbari, debet & Sà eam docens, in editione Romana correctus fuit, vt notat Palaus *tom. 2. tr. 7 disp. 2. punct. 1. §. 1. num 3.* Et idem dic de monialibus, quæ etiam ipsæ possint consuetudinem obligatoriam introducere, approbante superiore, quia sunt legis capaces *part 6 tract 8. resolut. 12 & part. 7. tr. 11. res 4 & novissimè p. 10. tr. 11. res. 45.*

Sed prælatus potest cum eis dispensare.

13 Quo tamen die profitentur, tenentur solùm ad horas quæ supersunt, vt dictum est *num 4.* Et superior potest cum his in hoc ex iusta causa, studiorū videlicet, aut negotiorum, dispensare. Ita Lessius *lib. . cap 37. dub 9 n 51.* Nec obstat, quòd dispensare non soleat; quia facultas aliquid faciendi absque aliorū incommodo, non amittitur per non vsum *p 2. tr. 12 res 19.*

Et ex privilegio etc.

14 Imò etiam cum promotis dispensare potest ex privilegio. & Horas Cano-

Iam cum promotis.

nicas in certos Psalmos, & preces eis commutare, vt dicemus *verb. Regular. num.* 13.

Nouitii an satisfaciãt præcepto iolũdi Horas Canonicas in Choro.

15 Quæres an tres, vel plures Nouitii conclam. sed publicè signo regulari convocati possint in choro communi Diuino Officio satisfacere? Respondeo pro vtraque parte adesse probabiles rationes? Et ideò vtrumq; probabiliter sustineri posse *par.7 tr.11.res 5.*

Moniales ac Religiosi professi in minoribus tenẽtur ad horas canonicas extra chorum.

16 Moniales, & Religiosi professi in minoribus tenentur sub mortali recitare horas Canonicas si choro non intersunt ex consuetudine introducta in Religione. Bardi, & alii: non tenentur tamen si tranirent ad aliam Religionem, in qua non est consuetudo quod tales recitent horas Canonicas. Layman, & alii *par.10.tr 11.res 45.* tenẽtur Religiosi canere in choro horas canonicas sub peccato mortali; dico tamen Superiores teneri hoc curare. Armilla & alii pertenentur multi *ibid.tract.14.res 3.*

Si trãseũt ad aliã Religionẽ vbi non est consuetudo nõ tenẽtur, & tenentur sub mortali canere in choro. Ad hoc facere tenẽtur superiores.

17 Subdiaconus non tenetur sub mortali in die ordinationis: & sic ex q̃uis causa non poterit recitare horas antemeridianas, non tenetur ad vesperas, & completoriũ etiamsi possit. Torre, & alii, sic qui complet. 21. annũ hora nona alicuius vigiliæ eo die nõ tenetur ad ieiunium. Qui incipit diuinum officium ante mediam noctem, & complet post mediam noctem satisfacit præcepto diei sequentis, sic de missa completa post meridiem. Francolinus, & alii; recitans officium mutando illud satisfacit præcepto, sed hoc non est faciendum absque rationabili causa, vel occupatiõne, Bardi, & alii: dictis vesperis, & completorio hora secunda post meridiem potest recitari officium diei sequentis, anticipare horas Canonicas absque vlla iusta causa secundum Dicastillum non est peccatum veniale. *part.10. tractat.11. resolutione 16. & tractat.16. resolutione 46* non peccat mortaliter, qui nocturna per 30. horas divideret, etiam sine vlla causa, nec repeteretur, quod antea recitatum fuerat, sed solum venialiter, quia quoad substantiam adimpletur præceptum, & sic per spatium trium horarum possunt dividi nocturna inter se. Esco-bar. & alii, & secundum Quintanad. lectiones matutini possunt dividi à recitatione psalmorum vsque ad mediam noctem eiusdem diei. Similiter si per errorem non recitatur officium de alio festo duplici, vel semiduplici, potest de illo fieri prima die non impedita. Quintanad. & si recitavit de festo aliquo non debet de eo fieri prima die in quo incidit: non est eadem ratio de feria vel de sancto simplici. Quintanad. *ibid.tractat.11.res.17.* & vbique recitari *p* ssunt etiam in latrinis. Dian. & alii. *ibid.tr.11.res.3.*

Ita de missa. Potest recitari officiũ de sancto relicto per errorẽ priori madie non impedita.

18 Non possunt dici mentaliter contra P Sanctorum. Dian. & alii *ibid.tract. 11.resol.1.* Debent recitari, vt ipse recitans movendo labia se audiat, Valentia, & alii *ibid tr.11 res.33.§. Nota.* Religiosi tenentur sub mortali *par.10.tr.14. res.3.* Armilla, & alii.

Non possunt dici mentaliter contra P Sanctorum. Dian. & alii ibid. tract. 11. resol. 1. Debent recitari, vt ipse recitans movendo labia se audiat, Valentia, & alii ibid tr. 11 res. 33. §. Nota. Religiosi tenentur sub mortali par. 10. tr. 14. res. 3. Armilla, & alii.

19 Cœcus non tenetur ad horas canonicas, surdus tenetur, & si est beneficiatus tenetur cum socio. *part.10. tr.16. res.45.*

Non debet ãplius fieri de sancto. Etiã in latrinis potest recitari officium de sancto.

20 Canonicus absens à choro per trinis potres menses concessos à Can. debet lucrari distributiones quotidianas. Martin. à S. Ioseph, Canonicus choro assistens, sed non canit, vel confabulat non debet lucrari distributiones quotidianas. Et peccat mortaliter præfectus chori permittẽdo hæc, vel alia inconvenientia à Canonicis *a* in choro; & si assistit in choro, & non recitat horas Canonicas, nec in choro, vel alibi non tenetur restituere distributiones, quæ dantur pro assistentia, & non pro cantu, Baldellus, & alii *ibid.tr.13.res.10.*

Canonicus absens à choro tempore per trinis potres menses concessos à Can. debet lucrari distributiones quotidianas. Martin. à S. Ioseph, Canonicus choro assistens, sed non canit, vel confabulat non debet lucrari distributiones quotidianas. Et peccat mortaliter præfectus chori permittẽdo hæc, vel alia inconvenientia à Canonicis a in choro; & si assistit in choro, & non recitat horas Canonicas, nec in choro, vel alibi non tenetur restituere distributiones, quæ dantur pro assistentia, & non pro cantu, Baldellus, & alii ibid.tr.13.res.10.

Nõ possunt dici mentaliter, sed in mouẽdo labia debent se ipsos audire. Cæcus non tenetur, sed surdus cũ socio si est beneficiatus.

a *Canonicus absens à choro tempore per missso gaudet distributionibus, sed si adest, & non canit vel confabulat. Non tenetur restituere.*

HORAE CANONICAE Sub quo onere recitandæ.

16 ✠ OMnes nominati tenentur Horas persoluere sub mortali. Et beneficiati præterea sub onere resti-

Hora à prædictis recitari debet

bent sub mortali. Et à benefi ciatis etiã onerare tum †

restitutionis fructuum pro rata, ex Later. sub Leone X. *sess 9. §. statuimus.* Naua. *verb. beneficium num. 11* & DD. communiter. Et quidem quoad peccatum †

stitutionis.

17 Nota 1. quod obligatus ad Horas

Sed nõ peccat duplic ter, qui offi ciũ om tit, ad quod duplici titulo obligatur.

titulo Ordinis sacri, & beneficij, non peccat dupliciter, si Horas omittit, quia vterque titulus respicit eandem Religionis virtutem. Ita Palaus *tom 1. disputat. 2. punct. 1. §. 2. num. 29.* contra Fagundez *pr. 2. lib 4. cap. 5. num. 23. part. 2. tractat. 12 resolutione 12.* & *part. 4. tractat. 4. reso utione 219* in fine. Quod à fortiori procedit contra Nauarrum apud Garsiam *tom 1 part. 3 cap. 1 num. 142.* si quis teneatur titulo duplicis beneficij *part. 2. tractat 12 resolutione 23.* in fine.

Plures voluntates omittendi idẽ officiũ sunt plura peccata.

18 Plures autem voluntates omittendi officium eiusdem diei, secundum communem apud Bonartium *lib 2. ca. 10. num. 6* sunt pluta peccata. Sed ipse probabile putat, continuari suo modo in externa omissione, sicut plures voluntates occidendi in externo homicidio, & sic esse vnum peccatum. *part. 4. tract 4. resolutione 219.*

Sed nõ plures omissiones Horarũ eiusdem diei.

19 Putat verò Lessius *vbi supr. num 51.* tot peccata committi, quot Horæ eiusdem diei omittuntur quia singulæ Horæ sunt distincta officia diuersis temporibus persoluenda; & volitio omittendi plures Horas, includit plures omissiones saltem virtualiter distinctas. singulæ autem omissiones sunt distincta peccata. Hæc opinio est probabilis, sed non sustinenda: quia præceptum de recitandis omnibus Horis vnius diei vnum est, & habet pro obiecto aggregatum septem Horarum per modum vnius, Ita Nauarr. *cap. 7. num. 6* Nec est necesse numerum Horarum omissarum in confessione explicare *part. 2. tractat. 12. resol. 5.*

Et datur parvitas materiæ.

20 * Nota 2. in omissione diuini officij dari paruitatem materiæ, quæ excusat à mortali, † & quantitatem notabilem pro committendo mortali in eius omissione, secundum Nauarr. *cap. 10. nu 44.* esse totum principium vnius Horæ cum primo Psalmo, secundum Maldon. *vbi suprà*, tertiam partem Horæ, quæ vtraque opinio est dura: quia licet quælibet Hora sit notabilis, non est tamen notabilis tertia eius pars. Igitur, in paruis Horis præter Mat. et Laud. & Vesp. est dimidium. Sic Fern *part. 3. cap. 13. §. 7. quæst. 3 p. 2. tract. 12. resol. 4.* Imò Bonart. *cap. 19. num. 12.* putat esse integram Horam, quia respectu totius officij, supra quod cadit præceptum, quod est minus integra parua Hora, non est notabile, vnde secundum ipsum, qui ex Hora parua recitaret vnũ Psalmum excusaretur à mortali. * Sed hic aduerte, quod iuxta principia posita, si quis ex paruis Horis eiusdem diei modicum omitteret, & multa hæc modica simul sumpta essent in quantitate notabili peccaret mortaliter; quia continuantur in respectu ad totum officium, quod præcipitur. * *part. 4. tract. 4. resolutione 216.*) In Matut. Laudib. & Vesp. notabile putat Bonartius, quod est *no, Vespe* æquale vni paruæ Horæ *ibid.* & idem *ris, &* Cõsentit Palaus *tom. 2. disput. 2 punct. 5 num. pletorio, 5. num. 7. p. 5. tractat. 5. resolut. 26.* Ragucci- *pars minus de off. can. q. 13. num. 4* quartam partem *nor.* Sanch. *in summ. tom. 1 lib. 1 cap. 18 num. 8.* tres lectiones cum responsoriis in officio Feriæ putat esse paruam materiam, quæ omnes opiniones sunt probabiles. Et si petas, cur in his Horis non dicamus partem notabilem esse dimidium, sicut in paruis. Respondebimus, quo aliquod totum est maius, eo minorem eius partem esse notabilem, & sic communis opinio tenet, tres horas esse partem notabilem diei, cuius tamen non sunt nisi octauum *part. 2. tract. 12. resolut. 41.* Vide etiam Merollam *tom. 1. disputat. 2. cap. 4. dub. 7 diff. 13. num. 27 part. 5. tract. 5. resolut. 26. §. 1.* in fine. * Sed considera hic, an posito principio de vnitate præcepti pro omnibus Horis, hæc distinctio de Horis magnis, & paruis bene procedat. * Ex dictis refellitur communiter Aragon *qui in 2. 2. quæst. 83. artic. 12.* docet, omissionem integri Officij vnius, vel duorum dierum in anno esse paruam materiam *resolut. 26. citat. §. Not. tertiò*, & March. *de Sacram Ordin. tractat. 2 part. 6 diff. 3. num. 5.* quòd integra parua.

Quæ in Horis paruis dimidium.

In Matutino notabile, Vespere quale vni paruæ Horæ

Hora non sit pars notabilis in comparatione ad totum officium, quod est integra præcepti materia *part 9. tractat. 6. resol. 6* & Caramuel *in Regulam D. Benedicti, disputat. 11. num. 1408* existimantis octauam diuini officij partem esse materiam grauem, leuem autem quidquid est minus, octaua parte *parte 7. tractatus 11. resolutione 2*. Sed valde hanc doctrinã exagitat Pasqualigus *in qq. can. cent. 1. q. 29.* & si vera est doctrina Caramuelis, quare non dicam cum tantũ leuiter peccare qui præscindit alteri manus vel aures, cũ non sint octaua pars totius corporis *p. 11. tr. 1. res. 21.* & infinita absurda alia sequuntur ex materiâ morali.

Sed in recitatione publica habendus etiã est respectus ad scandalum, &c.

21 Aduerte autem cum Suarez *de relig. tom. 2. lib. 4. de orat. cap. 13. num. 3.* in recitatione publica, vna cum quantitate partis omissæ, quam in vno Psalmo putat esse notabilem, considerandam etiã esse grauitatem eius, & dignitatem, & publicam deformitatem, quæ inde nascitur, & ideò grauius esse omittere versum *Deus in adiutorium*, quam quatuor Psalmi versus, & Canticum *Magnificat*, quàm quemuis Psalmum longissimum: quemadmodum grauius est in Missa omittere vnum verbum ex Canone, quàm orationem integram extra illum, quæ omnia docet etiam Merolla *vbi supr. part 5. tract. 5. resolut. 26. § Notandum est.** Sed *in part. 2. tract. 12. resol. 41.* in fine, docuerat cũ Bonacina eam partem, quæ excusatã mortali in recitatione Horarum priuata, excusare etiam in publica, quod signum est, vtramque opinionem ab ipso reputari probabilem.*

Onus restituendi in beneficiatis præscribitur in Bulla Pij V.

22 Circa onus restitutionis in beneficiatis extat Bulla particularis Pij V. edita ann. 1571. disponens, vt qui totum Officium vnius diei omiserit, omnes illius diei fructus restituat, qui totum Matutinum, vel reliquas Horas. dimidium: qui verò vnam paruam Horam, sextam partem, sed Henriq. *c. 13. nu. 2. in gloss. lit. Z.* existimat, hanc Bullam sapientum consilio, & praxi moderatam esse, vt infrà *num. 29.* dicemus *part. 4. resol. 111. §. Sed propterea.*

Et non est ex iustitia, sed ex Religione, vel obedientia.

23 Nota primò, quod quamuis probabiliter doceat Suarez *vbi supr. cap. 29. num. 12.* obligationem Horarum in beneficiatis esse ex iustitia, & ideò teneri recitare statim a possessione sub onere restitutionis: sententia tamen Fernand. *part. 3. cap. 12. §. 8. num. 1.* quod solum teneatur ad restitutionem, si recitare omittat post sex menses, est probabilior nam est obligatio solum Religionis vel obedientiæ, ortum habens a lege Ecclesiastica, quæ obligare incipit post semestre: si enim esset iustitiæ, quando beneficiarius omittens non posset restituere fructus, obligaretur ad restituendum in bonis spiritualibus, vt notat Filliuc. *tom. 1. tr. 23. cap. 10. num. 108.* quòd tamen non est in consuetudine *part. 2. tract. 12. resol. 25. & p. 11. tr. 2. res. 44.*

Debetque fieri fabrica beneficij. Vel pauperibus.

24 Nota secundò, restitutionem pro Horarum omissione ex Bulla cit. & DD. communiter fabricæ beneficij, vel pauperibus faciendam: & nomine quidem beneficij veniunt Ecclesia, & domus beneficij, siue quam beneficiarius habitat, siue alia item vtilitas in emendis agris, aut meliorandis possessis, vt a geantur fructus. Ita Suarez *de Relig. lib. 4. tom. 2. c. 30. num. 19.* Nomine verò pauperum veniunt etiam pauperes extranei, & ipsemet beneficiarius, si pauper est. & ex hoc non sumat occasionem amittendi Officium. Item eius mater, frater, soror non solum mendici, sed etiamsi careant necessariis ad statum Ita Faustus *lib 2. quæstione 289.* Denique etiam defuncti, vt ipsis Missæ, & alia suffragia applicentur. Ita Filliuc. *vbi supr. num. 325. part. 2. tractat. 12. resolutione 27.*

Nec faciẽda est.

25 Nota tertiò, hanc restitutionem secundùm aliquos suppleri posse per quascumque eleemosyna antea factas, etiam absque hoc intuitu. Vide *verbo Eleemosyna effectus, numero 1.*

Pro omissione partis alicuius Horæ.

26 * Nota quartò, etiam in hoc dari paruitatem materiæ, & restitutionem non esse necessariò faciendam, nisi ex omissione notabili, quæ maior assignari debet ea, quam supra assignauimus pro committendo peccato mortali.*

27 Pri-

Aut pluriũ versuũ pluviũ Horarum.

27 Primò igitur, non est facienda restitutio pro rata distributionum ex omissione partis vnius Horæ, quia leges in hac re loquuntur de Horis integris. Ita Bonartius *lib. 1 cap. 11 n. 10.* licèt contrarium teneat Palaus *tom. 2. disp. 2 punct 7. num. 5 part 2. tractat. 12. resolut. 26. & part 4. tr. 4 resolut 220.*

28 Secundò, nec facienda est pro omissione paucorum versiculorum in singulis Horis, licèt simul sumpti constituant quantitatem notabilem. Ita Palaus *ibid.* quem vide RR. *cit. 25. in §. Notandum, & 220 § Sed quid.*

29 Tertiò, si rata fructuum correspondens vni Officio totius diei non sit notabilis, non est facienda restitutio sub mortali pro omissione totius Officij. *resolutione 26 § Nota.*

Vel etiã totius Officij, si rata ei respondens nõ est notabilis.

30 Quartò, Sacerdos habens beneficium curatum cum multis oneribus, v. g. Missæ, Confessionum, &c. quo die Officium omittit, secundùm Henriquez *lib 13 cap 13. n. 2.* non tenetur restituere omnes fructus illius diei, sed solummodò partem correspondentem oneri officij, quam in Episcopo, & Parocho dicit esse quintam, in Canonico quartam, in aliis beneficiariis tertiam, & ita sapientum consilio interpretatam esse in praxi Bullam Pij V. de qua sup. *num. 21.* Hæc tamen interpretatio Lesſio *lib. 2. cap 34. num 77.* nimis laxa videtur in iis præsertim, qui non habent alia onera, nisi precum: vnde restringendam putat ad habentes alia onera, & tunc cum proportione ad illa. Tolet. *lib 2. cap 11. num. 9.* pro toto officio omisso tertiam partẽ fructuum illius diei restituendam putat. Et Salas *disp. 15 sect 2. num. 17* contra Vasquez *vbi infra*, existimat, quòd si Canonicus grossum lucratus sit priusquam Officium omitteret, non tenetur restituere, quia pœna est, vt non faciat fructus suos, non, vt iam suos restituat. Verùm Vasquez *in 1. 2. tom 2. disp. 168. nu 34 & 35* & alij absolutè volunt, abomittente Officium totam illius diei partem fructuum restituendam esse, quia ita habetur expressè in Concil. Lateran. *sess 6. §. Statuimus*, & in Bulla cit. Pij V. Quibus non obstantibus, opinionem Henriquez Trullench *in Cruc. lib. 3 cap. 2. nu. 3* dicit esse probabilem. Ego verò de meo nihil dicam *part 4 tr. 4 resolut. 111.* † licèt *part. 2. tract. 12 resol. 8.* probabilem iudicauerit etiam ipse. †

Et si Canonicus assistit choro, ex hoc præcisè distributiones acquirit.

31 Quintò, Canonicus assistens choro, sed officium non recitans, ne domi quidem, quamuis ad ratam fructuum teneretur, distributiones tamen licitè reciperet quia hæ sunt stipendium solius assistentiæ, vt dicemus *n. 58.* nec veniunt nomine fructuum in Conc. cit. Sanch. *in pusc. tom 2. lib. 2 cap. 2 dub. 10. n. 2.* contra Aragon. *in 2. 2. quæst. 83. art 3. in fine, par. 4 tr. 2, res. 149 § Ex his.*

Quid si beneficiarius omittat officiũ per octo dies in anno

32 Imò nonnullæ Ioan. Henriquez *in comp. cap. 29. num. 30.* excusat ab onere restitutionis beneficiarium, qui omitteret Officium in anno per octo dies; quia (inquit) dominus non priuaret mercede famulum, qui annuam seruitutem per octiduum intermitteret, quam opinionem quoad vnum vel alterum diem docuerat Sotus, & approbat Filliucius Sed insurgunt Bonartius *cap. 8. nu. 15.* & Palaus *nu. 4.* dicentes, has opiniones stante Bulla Pij V. non posse subsistere, quia illa pro qualibet die, & pro qualibet hora restitutionem fieri præcipit. Vnde exemplum de famulo non procedere, quia in eo non habemus expressã domini voluntatẽ, sicut in casu nostro, & ideo recurrendũ est ad præsumptionem, *part. 2. tr. 12 resol. 34. & par. 5. tr. 5. res. 24.*

Nõ tenetur tot officia recitare, quot sunt beneficia.

33 Nota tandem, quomodo'libet obligatum ad Officium, excusari præterea tam à peccato, quam à restitutione, causis, & capitibus, de quibus infrà *à nu. 52.* Qui plura beneficia obtinet non est obligatus tot commemorationes facere, quot sunt beneficia. Escobar *par. 9 tr. 9. res. 10.*

Vnde recitare eas vulgari sermone satisfacit præcepto, sed grauiter peccaret, secus si lingua Græca, vel Hebraica recitaret. *part. 9. tr. 7 res. 67.* Et in necessitate, potest vti quocumque Breuiario approbato. *ibid. tr. 9. res. 25. §. Notandum est.*

HORÆ

HORÆ CANONICÆ, *Qualiter recitandæ.*

Hora. 34 EX circumstantiæ in recitando Officio requiruntur: numerus, ordo, qualitas, tempus, locus, & modus.

Septemper solui debēt. Semel tantum in die. 35 Numerus est septenarius, quia singulis diebus septem Horæ sunt persolueudæ, quæ tamen omnes constituunt vnum Officium, quod in vno die vnum tantùm recitandum præcipitur: & qui recitat per Breuiarium Rom. extra chorum, non tenetur ad Officium B. Virg. aut ad Psalmos Graduales, & Pœnitentiales in feriis præscriptis, nec ad Officium Defunctorum in secundis feriis Adu. & Quadragesimæ, & in prima feria cuiuslibet mensis †.

Et multi docent non adesse obligationem recitandi Officiū Defunctorum die 1. Nouembris extra Chorum. 36 Imò quidam DD. apud Molfes. *tom. 1. tract. 5 c. 1. num. 57.* idem dicunt de officio defunctorum diei 2. Nouembr. quo eorum commemoratio celebratur: quod probari potest primum ex Bulla Pij V. posita in initio Breuiarij, in qua Papa ait, suam intentionem non esse obligandi ad recitationem Officij defunctorum in diebus præscriptis in Breuiario, non faciens exceptionem huius diei: & eodem modo loquuntur Zech. *in sum. tom. 2. c. 83. num. 16* & alij Doctores. Deinde, quia in Rubrica illius diei non habentur verba præceptiua, & peculiaria, sed solùm dicitur, quod post *Benedicamus dicuntur Vesperæ Defunctorum*, sicut etiam habetur in Rubrica feriæ 2. post primam Dominicam Quadrag. Et tandem ex probabili sententia Vasq. *in opusc. de benef. c. 4. § 1. art. 2 dub. 1. num. 58.* & aliorum, quòd in diebus Rogationū, & D. Marci processionibus nō interfunt, non tenentur ad priuatam recitationem Litaniarum, cum tamen in Rubrica talium dierum talis obligatio exarata sit verbis præceptiuis. Et ratio istorum Doctorum est, quam nos attulimus: quia Litaniæ sunt pars Psalmorum pœnitentialium, ad quorum recitationem in diebus signatis, Papa inquit se nolle obligare.

Verùm non est recedendum à contraria sententia, quæ est communis, quia proprium officium illius diei, est officium Defunctorum, vnde *Commemoratio Defunctorum* inscribitur; & Ecclesia dispensans cum Prædicatoribus ad vnum tantum officium, designauit recitandum officium Defunctorum, omisso officio de Octaua. Adde, quod si talis dies incidit in Dominica, transfertur in diem sequentem.

Sed cōtrarium dicēdum est ex rationibus

Ad argumentum in contrarium. Ad 1. respondetur, Bull. loqui de officio defunctorum singulis mensibus recitandum, non de hoc, quod semel tantum in anno recitandum est in eorum commemoratione: varia enim humanæ vitæ negotia, non militant pro hac vnica, sed pro illis multis officij recitationibus. Et si hæc Bulla ex consuetudine, & Ecclesiæ sensu interpretata fuit, vt patet ex doctoribus post illam scribentibus, quæ consuetudo cum sit grauis, difficilis generalis, & de violantibus illam viri timorati malè sentiant, sola fortasse sufficeret ad obligationem inducendam, iuxta dicenda V. *Vsus, num. 14.* Ad secundùm respondetur, ad hoc, vt adsit obligatio recitandi aliquod Officium, non requiri verba præceptiua in eius assignatione, cùm assignatur tamquam proprium alicuius diei, nam obligatio oritur ex præcepto generali Ecclesiæ de recitando quotidie officium, & Bulla Pij Quinti de recitando eo, quod in Breuiario præscribitur *p. 4. in fine, quæst. vnica*

Et cōsuetudine.

In vtroque casu.

Ad tertium. Quamuis opinio illa Vasquez sit probabilis ex ratione ibi assignata (& præterea quia verba præceptiua, quæ in illis rubricis apponuntur, secundùm Castrum *lib. 1. de leg. pœn. cap. 5. docum. 4.* inducunt obligationem solùm venialem, *part. 2. tract. 12. resp. 42.* & *part. 4. cit. § Sed dato:* * Verior tamen, & tutior est contraria Gauanti *in Rubr. Miss. tom. 1. sect. 6 cap. 16. num 3.* ex paritate nimirū rationis cum Officio defunctorum in die 2. Nouembris, de quo hactenus *part. 4 tract.*

Seruari debet ordo, tā inter Horas quā inter partes ipsarum.

4 tract. 4 resolut. 226. & part. 9. tract. 7. resolut. 29.

37 ORDO Horarum est, vt prius dicatur Matutinum cum laudibus, deinde Prima, Tertia, &c. Psalmorum verò, lectionum, antiphonarum, &c. quem præscribit Breuiarij *. Circa quæ Vasquez *vbi sup. dub. 4 num. 66.* quo dicit. Primũ, quòd inuertens ordinem Horarum, dicendo prius Primam, deinde Matutinũ, & c. peccat mortaliter, quia derogat communi Ecclesiæ consuetudini in re graui. Secundum, quòd peruertens ordinem Psalmorum nunquam excusatur à veniali; quia nunquam suppetere potest ratio, cur quis non possit æque bene recitare priorem quando vult recitare posteriorem. Sed primum nõ approbat Bonacina; quia inuersio Horarum est defectus in accidente, non in substantia. Ita ille *de Hor. can. disp. 1. quæst. 3. punct. 4. num. 5.* vbi addit cum Gauant. *vbi sup. sec. 1. c. 5 tit. 8. num. 3.* talem inuersionem secluso scandalo fieri posse etiam in choro. *part. 2. tract. 12 res 16.* & ego existimo cum Villalobos *tom. 1. tract 24 dub. 13 num. 1.* quòd si quis recitaret Matutinum diei sequentis priusquam diei præsentis compleuisset, peccaret solum venialiter. *ibid res. 15.* Et ita etiam tenet Sanch. *in opus. to 2. lib. 7 c. 1. dub. 37 num. 4* & quamuis Nauarrus, & alij pene ipsum contrarium doceant, quia dies sequens non videtur incepere, nisi post solutum pensum Horarum præsentis diei: nostra tamen opinio probabilitate non caret *part. 4. tract. 4. res. 9.* ante finem §. 1.

Nũ tamen sub mortali.

Et si quis recitaret Matutinũ crastinũ ante persolutũ officium hodiernũ satisfaceret.

38 * QVALITAS etiam seruanda est; nam addicti Breuiario Romano debent recitare Officium iuxta illud, & vnusquisque similiter iuxta suum. Et cum præscribitur Officium de feria, nõ debet dici de Sancto, &c. † Sed

Seruari etiã debent rubricæ. Et vnusquisq; vti suo Breuiario.

39 Nota primò, probabilem esse opinionem Portellij V. Horæ can. *num 6.* contra Barbosam *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 41. c. num 10* quòd omnis Religiosus in recitatione priuata vti possit Breuiario Romano, relicta consuetudine suæ Ecclesiæ ex antiqua consuetudine *p. 11. tr. 2. res 64.* Bulla enim Pij V. non reuocat consuetudines circa recitationes priuatas, sed tantum circa publicas *part. 2. tr. 12. res 10. & part. 3. tract. 2. res. 135. & part. 7. tract. 11 res 8.* & Innocent. IV concessit, vt Religiosus extra conuentum recitare possit Officium cum Religioso alterius ordinis cum Breuiario illius. Ita Rodr. *in comp. res 24. num 34 res. 45.* cit. Imò Clericus qui omisso Breuiario Romano, vteretur semel aut iterum Breuiario D. Dominici v. g. non peccaret mortaliter, ob paruitatem materiæ. Ita Cruz *part. 1. pr. 3 art. 5. dub. 4. concl 1.* contra Garciam *tom. 1. pr. 3 c. 1. num 150. res. 10 sup. cit.* post medium, *& part. 7. tract. 11. res 9* An verò Prælatus Regularis Religionis addictæ Breuiario Romano dispensare possit in choro, vt semel aut iterum ab illo recedatur, vide V. *Prælati n. 21.* Vtrum autem Regulares extra chorum satisfaciant præcepto, persoluendo Horas Canonicas secundum Breuiarium alterius Religionis; Affirmat Caramuel *in Regul D Benedicti, disp 109. nu. 1394.* qui putat officio diuino satisfieri quoad essentiam tam recitando secundum Breuiarium Romanum, quam alterius Religionis, & solum variari quoad modum, ideoque nullum esse peccatum, nisi veniale. Sed contrarium docuit nouissime Lezzana, *in sum. qq. Reg. to. 1. c. 12. num 18.* Quia quando Regularis dicit officium iuxta Breuiarium Romanum, licitè hoc facit secundum probabilem opinionem, quia se conformat Ecclesiæ Romanæ, quæ est mater omnium ecclesiarum, hoc autem non procedit, quando v. g. Carmelitanus relinquit suum officium, & recitat cum officio Dominicanorum. Præterea quilibet Religiosus tenetur sub mortali dicere Horas Canonicas iuxta Breuiar. pro sua religione approbatum. Vide *c. de his, &c. placuit dist. 12. p. 7. t. 11. res. 8.* & contra Caram. Vide *p. 11. tr. 1. res 8.*

Breuiario Romano, relicto proprio.

Non autẽ alterius Religionis.

50 Nota secundò, quod si quis ex accedia & sine iusta causa, Officium præscriptum commutaret in aliud breuius, Officium de feria in Officium de Sancto, satisfaceret præcepto, quia illud

Et si quis pro Officio de feria recitaret de

Sancto, nõ peccaret mortaliter.

impleret quoad substantiam, quæ est, vt quotidie recitentur septem Horæ canonicæ, quamuis, quia non impleret quoad qualitatem præscriptam, peccaret venialiter. Ita Caietanus V. *hora.c.2.* contra Vasquez *de benef.c.4.§.1.num.60.* Id quod contra Suarez *tom.2.lib.4.c.25. num.11.* procedit etiamsi id frequenter fiat; nam si licet semel, licet etiam frequenter; cum singulis diebus adsit nouum præceptum, sicut in diebus Quadragesimæ ad ieiunandum *part.1.tract.2. resolut.3. & part.7 tract.11.resolut.10.* Nec facienda est compensatio, vt recitetur æqualis sacrorum verborum moles et, quæ præscribitur contra eundem; nam si aliud Officium recitans satisfacit, ad quid illa compensatio? Si verò non satisfacit, nec compensatio iuuabit: nam ideo non satisfacit, quia non recitat præscriptum, vnde non sufficit recitare æquale vel maius, sicut pro assistentia sacrificij non satisfacit, qui in die festo aliud opus rependit quantũuis maius. Ita Vega *part.1. c.128.cas.17.ibid.* † Sed limitatio de frequẽtia videtur conformis doctrinæ præcedenti, & sententiam de compensatione Auctor approbare videtur in *part.5.tr. 5.res.26.§.Notandum*, dum inquit, non satisfacturum eum, qui pro Officio longo recitaret Officium Resurrect. * & *p. 7.t.11.res.7, & p.11.tr.1.res.26.*

Secus si recitaret de beatificato

41. Nota tertiò ex Granado *in 2.2. contr.1.tract.7.disp.4.sect.2.nu 19.* certum esse, quòd qui loco Officij præscripti recitaret Officium de aliquo beatificato extra eius diem, non satisfaceret præcepto. Additque, neque id ex deuotione licere, quia est verus cultus ab Ecclesia illi concessus pro certo die & personis, ac proinde in alio die vel ab aliis personis adhiberi non potest, Et eadem est ratio de Missa. *part.4.tr.4.resolut.231.*

Quid si quis adderet aut demeret aliquid ex officio canonico?

42 Nota quartò, addentem vel detrahentem aliquid in Officio canonico tamquam perpetuo duraturũ, quamuis minimum, secundum Suarez *c.15.nu.15.* peccaret mortaliter: cum ob introductionem noui ritus & cultus: tum ob vsurpatã iurisdictionem: Sed Palaus *to.2. t.7.disp.2.punct.2.n.15.* peccatum solum venialiter putat. Et quidquid sit de hoc, certum est satisfacturum officio, qui recitat totum quod debet. Ita Palaus *num.16 part 3.tract.3 res.64.*

Quid si quis recitaret Matutinum de Sancto, & horas de Feria?

43 Nota quintò, recitantem Matutinum de Sancto, & horas Canonicas de Feria, in sententia eorum qui dicunt dari octo præcepta de officio diuino, & omissionem eiusdem non vnum, sed octo esse peccata mortalia, non peccare mortaliter, sed satisfacere singulis præceptis quoad substantiam, tot autem peccata venialia cõmittere, quot Horas mutat, & legit contra Rubricas. In opposita verò sententia, peccat mortaliter, quia nõ legit officium Diuinum, sed duo semi officia, quæ nõ possunt ita connecti, vt vnum officium diuinũ constituant; quia ex aliquot Horis de Dominica, & alijs de feria, si coniungantur, non exurget officium diuinum approbatum à Sede Apostolica. Et hæc omnia docet Caramuel *in Regul.D.benedicti disp.110.n.1403. part.7 tract.11 res.11.*

Tẽpus pro Matutino probabile est incipere à vesperis præcedentis diei.

44 TEMPVS pro recitandis Horis alicuius diei secundum Filliucium, *tr. 23.c.8.num.275.* incipit ab hora quarta post meridiem diei præcedentis, quæ in æquinoctio est 22. horologij Itali, in solstitio æstiuo 20. cum dimidio plus minus in hyemali 21. Itẽ cum dimidio. Gauantus *sec.1.cas.5.tit.6.num.6.* putat Matutinum crastinum recitari posse à tertia hora post meridiem hodiernum. Molfesius *tom.2.tract.5.c.2 nu.59.* recitari posse hora vigesima, *part.2.tr. 12.res. 31.* Et ego probabilem puto opinionem Sanchez *tom.2.lib.7.c.2 dub.37.num. 4.* quod recitari possit hora 2. post meridiem, seu statim post Vesperas; nec peccati mortalis reum iudicarem, si quis in Quadragesima, in qua Vesperæ dicũtur ante prandium, Matutinum diceret statim post prandium: nã tunc dies sequens videtur iã incepisse († præsertim quod tunc non anticipantur Vesperæ, sed post punitur comestio, quæ cœna sæpius quàm prandiũ vocitatur. *) Et si quis ab hora secunda post meridiẽ recitaret Matutinum, nondum recitatis Vesperis & Completorio nec peccaret mortaliter,

taliter, vt dictum est *num.36.part.4. tr. 4 res.9* Et finito officio præsentis diei probabile est recitari posse matutinum sequentis à tertia hora post meridiem sine veniali *part.10 tract.16.resol.46.*

Et Laudes dici possunt separatim.

45 Laudes verò dici possunt separatim à Matutino absque mortali, & secundum Bonartium, *c.17.n.4.* absq; vlla culpa. Debet tamen tunc Matutinũ terminari Oratione, sicut Matutinũ Natiuitatis. Ita Gauantus *vbi sup. sect. 4. c.2.* Sed negat Sanchez *dub.20.num.2.* quia de hoc non habetur præceptum, nisi pro nocte Natiuitatis, *part.5.tract.14.res.48.*

Sunt tamẽ horæ statutæ pro singulis horis absque vlla culpa recitandis.

46 * Vt verò absque omni culpa Horæ recitentur, Matutinum dici debet ab occasu Solis vsque ad auroram; Laudes vel vnà cum Matutino vel seorsim illucescente iam die; Prima, oriente sole; Tertia, aliquanto post: Sexta, adulto iã die. Nona, propè prandium, & Complet. propè noctem.*

Quæ mutari possunt per breue tempus.

47 Aduertit autem Sanch. *dub.35.n.5.* pro tollendis scrupulis, non esse peccatum veniale, anticipare, aut postponere Horas per modicum temporis, quod putat esse semihoram, aut tres quadrantes, vel integram horam ad summum, *part.4.tract.4.resol.9.§. Notandum, & part. 7. tract. 11.res.15.*

Et ex iusta causa etiã notabiliter

48 Qui verò notabiliter Horas anticiparet vel postponeret, non peccaret mortaliter, & ex causa iusta, nec venialiter Iusta causa esse potest maior deuotio vel periculũ occupationis superuenientis. Ita DD. cõmuniter *part.2.tr 12.res.14* Sanch. *dub.36.n.3* iustam etiam causam esse inquit, quòd studiosus totum Officiũ recitet tempore vespertino, eo quia studiis est ineptũ *par.4.t.4.res.9.* in fine.

Et iam in choro.

Nota etiam cum Valentia *tom.3.disp.6. quæst.2 punct.10* contra Suar. *tom.2.lib.4. c.15.num.11.* quod etiam recitantes in choro, non peccant mortaliter, & satisfaciunt, si recitent extra horas præscriptas. *part.2.tract.12.res.14. & par.7. tract. 11.resolut.12.*

Sed qui omittit Officiũ hodie, non potest

49 Et tandem nota, quòd licèt qui omittit Officium hodie v.g. non satisfaciat recitando postea cras, Molfes. tamen *to.1.t 5.c.5.n.17.* existimat, quod si id faciat beneficiarius, satisfacit pro honore beneficij in ordine ad restitutionẽ, sicut Capellanus, qui Missam, quam hodie celebrare tenetur, celebrat cras. Sed contra ipsum stat Henriq. *li. 13.c.13.n.1.* cum communi; eo quia Bulla Pij V. cogit nõ recitantes ad restituendum ipso facto, absque alia declaratione; vnde trãsacto die hodierno, beneficiarius iam contraxit pœnam restituendi, à qua non potest amplius semetipsum eximere. *part.1.tr. 2.res.24.* Non est audienda sententia Caramuelis, qui putat nullam esse obligationem legendi horas certo tempore; audienda, inquam, non est, quia ob id Canonicæ dicuntur, quod horis præscriptis recitentur. Nav. *c.3. de orat.n.26.* vide *p.11 tr.1.res.9.*

pro illo satisfacere cras. Quid de beneficiato in ordine ad restitutionem?

50 * LOCVS pro recitatione priuata nullus præscribitur; pro publica præscribitur chorus*.

Horæ dici debent in choro.

A Canonicis.

15 Porrò ad recitationem publicam tenentur Canonici, quibus proinde distributiones præbentur. Et si à choro adsint iusta causa, secundum Suar. *c.10. nu.17.* peccant mortaliter, etiamsi tatam distributionẽ restituant, id quod ter declarauit S. Congregatio apud Garciam *to.1.part.3 c.2.n.319.* quia tamẽ multi id faciunt probabilem existimo sententiã Reginaldi *tom.2 lib.18.c.13.nu.176.* quod si domi recitent, & chorus an aliis persoluatur, neque id faciant ex contẽptu, aut cum scandalo, peccant venialiter tantùm *part.2.tr.12.res.31. & part 4.tr.4. res.149.§ Notandum est & res.217.* Persoluitur autem legitimè Officium in choro per quatuor; nam ex Macigni *de Hor.Cã. c.56.num.24.* quatuor Canonici constituunt chorum *res.31.cit in fine.* Stãdo autem in sententia Suarez, tres aut quatuor dies in anno vltra tempus in Concilio permissum Choro non interesse, non erit mortale vt docet Bonac. *disp.1. quæst. 1.punct.2.num.1.* quamuis Suarez excuset solùm absentiam vnius diei. *res. 217. vt §.Nota tamen, & part.5.tract.5.res. 26. in fine.*

Et Regularibus.

52 Tenentur etiam ad psallendum in choro Regulares, sicut, & ad celebrandum Missam solemnem. Non quidẽ de

Sicut, & Missa solemnis.

iure; nam nullus Canon id præcipit, sed ex longa, vt loquitur Bordonus *tom. 2. lib. 6. quæst. 1. c. 6. §. 3. num. 22.*) sancta, & recepta consuetudine regulam interpretante, & Regularium Ecclesias cum cathedralibus, & collegiatis connumerante. Et ita interpretanda est *Clem. 1. de celebrat. Missæ, dolentes, & c. creatura*, quamuis hæc duo capita non loquantur de Regularibus. Est quidem consuetudo circa Officium apud omnes recepta est sub mortali: non ita de Missa solemni, nam Clerici regulares, qui Theatini dicuntur, non habent talem consuetudinem pro diebus ferialibus, & festis non habent obligantem sub mortali, quidquid contra doceat Peregr. *in 3. part. tract. 2. ref. 8. part. 4. tract. 4. ref. 6.* Obligatio autem Officij in choro non obligat singulos seorsim, sed communitatem; vnde recitans extra chorum etiam frequenter, non peccat mortaliter. Ita Tortes *in 2. 2. contr. 6. tom. 1. disp. 96.* contra Peregrin *vbi sup. part. 3. tr. 11. ref. 18.* Prælati verò tenentur curare, vt chorus frequenteturad suam verò præsentiam ex vna parte conuentur, magis, quam cæteri excusantur, Vide V. *Prælati, num. 2.*

Qua obligatio tãgit omnes simul, nõ singulos seorsim.

Et requirit in Conuentibus ad minus quatuor residentes.

Aduerte hic, P. Bordonum *in cons. reg. quæst. 4. num. 8.* docere in paruis conuentibus non adesse obligationem ad chorum, nisi adsint ad minus quatuor Religiosi choro addicti, imò vt plurimum quatuor vel quinque residentes excusari, quia obligatio chori pro Religiosis non est ita stricta, sicut pro beneficiaris collegiatis. Sed alij, quatuor residentes non excusant, *part. 6. tr. 8. ref. 31. in fine.*

Et ex causa legitima sanis est, recitare in sacristia, vel oratorio.

Aduerte etiam, Horas Canonicas ex causa legitima posse lui posse in Sacristia, vel Oratorio etiam dissito ab Ecclesia, & qui illi non coniungitur muro communi, quia officium in dictis locis dirigitur ad Ecclesiam, & Religiosi moraliter dicuntur in Ecclesia canere. Paus *tom. 2. tract. 7. disp. 3. punct. 4. num. 1.* saluo meliori iudicio. *part. 6. tract. 8. ref. 13.* & nouissimè. *part. 10. tract. 11. ref. 16.*

Horæ recitandæ sunt studiosè & deuotè.

33 Modus etiam in Horarum recitatione seruari debet, vt studiosè, & deuotè iuxta cit. cap. dolentes recitentur: debent enim verba debito modo proferri, non nimis celeriter, & si recitantur cum socio, expectari debet finis alterius versus * Verum

Satisfacit tamen qui syllabas voluntariè abscindit, sine notabili sensus interruptione.

34 Qui syllabas voluntariè abscindit, sensum tamen verborum notabiliter non corrumpit, satisfacit, quia non violat substantiam Officij, Ita Filliuc. *cap. 7. num. 132.* Idem dic de eo, qui ita celeriter canit, vt semper aliquas abscindat syllabas, & audientes non possunt eius verba cum attentione percipere, cessante contemptu, scandalo, & notabili sensus interruptione. Et socius sic recitans satisfacit etiam ipse *part. 2. tr. 12. ref. 32.*

Debet verè recitãs seipsum audire.

35 Med. *C. de or. quæst. 7.* requirit vt recitans Officium priuatim sic clarè, & distinctè pronunciet, vt seclusis impedimentis, ab assistentibus audiri possit: Contra verò, Bonac. *de Hor. can. disput. 1. quæst. 3 punct. 1. §. 1. num. 23* putat, sufficere motum labiorum, quamuis nec ipse recitans seipsum audiat: nam hic verè vocaliter orat, vt patet ex communi vsu fidelium, & præceptum est ad dicendum, non ad audiendum, & alioqui surdaster deberet voce altissima recitare. Sed opinio Medinæ est nimis stricta, opinio verò Bonacinæ admittenda solum est pro scrupulosis, vt benè ait Filliucius *cap. 3. num. 117.* nam de reliquo vox orantis debet esse audibilis, saltem ab ipso orante; vix enim formari potest vox, quæ ab ipso proferente audiri non possit: & verba, quæ seclusis impedimentis, non possunt audiri non videntur verba, sed quidam motus in gutture, seu inter dentes, quem detestatur Cõc. Basileense sess. 21. §. 1. Sic Bonart. *de Hor. can lib. 2. cap. 18.* & alij. *part. 7. tr. 6 ref 10. & olim recitando part. 2 tr. 12. resol. 11. & part. 7 tr. 11 ref. 16.* prorsus eliminanda sententia P. Bruni chassaing, qui asserit non horas modò, sed etiam missam, exceptis verbis consecrationis, planè mentaliter dici posse. *p. 11. tr. 2. ref. 10.*

Et Canonici cum aliis cantare

50 Quamuis autem de iure antiquo Concil. Aquisgran. *cap. 131.* ibi, *Canonicis Religiosissime in Choro standum, & psallendum.*

lendum est, & ex institutione Canonicatus, Canonici non satisfaciant existentes in choro, & submissè psallentes, nisi cum aliis canant, hodie tamen contrarium credendum est cum Lessio *lib. 2. cap. 34. dub. 3. nu. 18.* quia legitimè præscripta consuetudo citatum ius antiquauit si quidem in eo præceptum imponebatur: nam Cenedo *quæst. 2. n. 16.* putat dari solum consilium: Tridentinum autem in hoc, ex negligentia Episcopotum non fuit receptum, & declaratione Cardinalium, quam affert Comitolus *lib. 1 quæst. 62. num. 3.* non constat authenticè *part. 2. tr. 12. res. 6.*

Quod procedit de iure antiquo.

Horæ interrumpi possunt.

57 Nauarrus *cap. 16. num 73.* putat, Officium necessariò dici debere continuatum, ita quòd interruptus vnũ nocturnum verbi gratia inter Psalmum, & Psalmum, non satisfaciat quia non dicit vnam Vesperatum aut Completorij orationem, sicut præcipitur. Sed contraria sententia Fernandez *part. 3. cap. 15 §. 7. n. 5.* est probabilis, quia, vt notat Lessius *c. 37. dub. 19 num. 57* non solùm quilibet Psalmus, sed etiam quilibet versiculus seorsim sumptus, est integra oratio, laudatio, vel sententia, non habens necessariam cum aliis connexionem. Potest ergo quis incipere Vesperas v. g. & interrumpere, complendas post duas horas absque mortali. *part. 2. tr. 12. res. 4.* Et ita tenet Sanchez *in opusc tom 2. lib 7. cap. 2. dub. 19 num. 5* etiam si quis interrupisset animo incipiendi de nouo: nam recitare potest, quod superest *part. 4. tract. 2. res. 17.*

Et recitans cum socio potest audire antiphonas nõ omnes & lectiones ab illo.

58 Qui recitat cum socio, non tenetur secundũ Villalobos *tom 1. tract. 24. dub. 11. nu. 4.* recitare cum illo antiphonas, sed sufficit, quod dicentem socium audiat. Si autem non audiat partẽ, quam socius recitat, non satisfacit præcepto, sicut vice versa si socius non audiat, quæ tu legis, licet tu satisfacias, non tamen ille; quia preces tuæ non fiunt illi communes nisi per auditionem, alias etiam surdus posset legere cum socio; & sic legem adimplere, quamuis ponderet tantum mediocritatem rei præceptæ.

Et si ille habet priuilegium recitandi cũ Breuiario breui. satisfacit.

Demque docet de lectionibus, quòd minimum recitari omnes possint à iuniore, qui melius legit, &c. Sic etiam, qui solus dicit psalmos, & nouem lectiones audiat legere ab alio. Peliz *part. 9. tract. 7. res. 38* contra Azorium apud ipsum *part. 2. tract. 12 res. 12. & part. 7. tract. 11. res 6.* Aduerte etiam quòd socius habens priuilegium recitandi Officium anticipatè, vel cum Breuiario breui, satisfacit etiam ipse: quia quod priuilegium disponit in vno correlatiuo, extendi etiam debet ad alterum. Ita Portellius V. *Horæ num. 8 part. 2. tract. 12 res. 25.* & obligatus recitare officium per se nõ potest per aliam, debet tamen si hoc faceret pro restitutione celebrare facere ali quas Missas, *part. 9 tract. 9. res 22.* & habens plura beneficia, non tenetur plura officia recitare, *ibid. §. Nota secundò*, obtinens beneficium, quod est nullum propter causas legitimas nec ex illo percipit fructus, nõ tenetur ad officiũ, quia sua culpa hoc sibi euenit, *ibid Nota tertiò.* Si ablatio fructuũ sit temporanea iusta vel iniusta, tenetur ad officiũ *ib Nota quartò.*

Licet etiam ipse. Postea recitante Psalmos audire lectiones ab alio. Non debet per aliũ recitare facere officiũ qui tenetur per se. Beneficiũ nullum nõ obligat ad officium. Ad recitationẽ horarum non requiritur attentio actualis. Et secundũ aliquos nec virtualis.

59 † Deuotè autem recitari Officium est recitari attendendo Deo verbis, aut sensui, aut Deo præsenti &c. Est autem attentio duplex, actualis & virtualis. Illa est, cum mens actũ occupatur circà obiectum; hæc cum incipit occupari in principio actionis, sed postea à inuoluntariè distrahitur, Illa secundùm omnes non est necessaria *. Hãc omnes ferè recentiores volũt requiri, & recitantem cũ voluntaria distractione non satisfacere, tũ quia c. *delentes* præcipit recitatio nẽ deuotã, tunc etiam, quia præcipit actum orationis, qui cum sit colloquium cũ Deo in actu interiori præsertim cõsistit. Sed Coninch in *3 part quæst 83. art. 6. n. 291.* & alij amplexi sunt contrariam opinionem Durandi in 4. *dist 15. quæst. 2.* quia Ecclesia extra confessionem non habet iurisdictionem in occulta. Caput ergo *dolentes* præcipit actũ deuotum externum (ait Ægidius) qui satis sit ad externam Religionem, contra illos, qui inter recitandum confabulabãtur cum sæcularibus. Actum autẽ externum

num orationis debitè factum sine risu, confabulatione, &c. esse verum actum orationis externum, sicut externa adoratio idoli sine intentione, est verus actus externus idololatriæ *part.2,tr.12.& part.7.tr.10.res.30.*

An verò Canonici confabulantes in choro, lucrentur distributiones? Probabiliter aliqui affirmant. Et multo magis assistant.

40 Igitur Canonici, qui in choro aliis canentibus confabulatentur, aut cultum externum aliter non servarent, propter c. *dolentes*, peccatēt mortaliter, & tenerentur ad restitutionem fructuū iuxtà Later. & secundum Ledes. *to.2.tr.9 c.4,concl.vlt.diff.1.* etiam distributionū, quæ licet illis competat pro sola assistētia c. *licet de præb. & c.vnic.de Cler. non resid.* tamen ij confabulantes non dicuntur verè præsentes, *l. coram Titio, ff. de ver. signif. part.2.tractat.12.res.7.* Quod si debitè assisterent, quamvis non canerent, possent medietatem distributionum recipere. Ita Beia *part.1.cas.55 ibid. res 32. & part.4 tract.4.res.217 §. Nota etiam.* Satis tamen probabile est sumere posse integras, etiamsi assisterent confabulando, vt ex supradicta ratione tenet Sāch. *in Opusc tom.2.lib.2.c.2.dub.100.numero 2. part.4.tract 4 res.149.* ✠ & dubitanter olim *res.7.dub.cit.* in fine ✠. Si verò Canonicus choro assistat & Officium recitet voluntariè distractus, (etiam in sententia requirente virtualem attentionem) esto non satisfacit præcepto c. *dolentes* de attentione; satisfacit tamen præcepto recitandi lato in Bulla, & alibi, & sic non tenetur ad restitutionem. Ita probabiliter Lesius *lib.2.c.37.dub.11. n.68.p.2 tr.12.res* 1.

Intentio autem satisfaciendi non requiritur.

61 Placet etiam opinio Portell. *v. Hora in add n.5.* contra Suar. *in 3 part.tom. 3.disp.88 sec.3.* quod non sit necessarium recitare Horas canonicas cum intentione satisfaciendi præcepto, imo satisfieri etiam ab eo, qui recitaret cū expressa intentione non satisfaciendi pro tūc. Quod generaliter dictum volumus de omni præcepto, quamuis etiam contraria opinio sit probabilis *p.2.tr.12.res.37.*

Dubius an aliquem Psalmum

62 Dubius, an aliquem Psalmum omiserit non tenentur reiterare, dummodo probabiliter se illum dixisse conjecterit, quia & propositum habuit recitandi, & se Horam incepisse, & librū tenuisse meminit. Imò timoratus nō bene facit iterum recitando, & Confessarius deberet ei id prohibere ad vitādos scrupulos. Ita Homobonus *vol.1.p.5.reso.210 part.4.tr 3.res.68.*

omiserit, an iterare debeat?

Et qui detinetur in pulsandis organis, seu rendis libris, &c. supplere quod non audivit.

63 Qui detinetur in pulsandis organis, transferendis libris dando thure, vel simili alio munere, secundum Suarez *to.2.lib.4 c.14 n.13.* tenetur postea privatim recitare illas Officii partes, quas audire non potuit. Sed mihi probabilis est sententia negativa Molfesii. *tr.5.c.1.nu.21.* quia chorus, cui seruit, satisfacit etiā pro ipso. Et idem dic, si Clericus, dum alii canunt, studet lectioni, quam lecturus est. Tortes *in 2.2.tr.1.disp.7.nu.12.p.2.tr.12. res. 11.*

64 Cardinalatus vt Cardinalatus non inducit obligationem recitādi horas canonicas, Gonzales. teneri docet Melderus. Amice lector si affirmāti adhereas tene, quod tunc obligatur quādo accipit birettum, quia est verè Cardinalis. Diana *p.8 tr.7 res.1.*

65 Qui solus recitat officiū ex regulatibus potest illud mentaliter recitare, etiamsi non explicet vocaliter verba. S. Sanctorus à Melsi meus amantissimus præceptor: quæ opinio ab aliis non est iudicata, nec ego audeo tanto præceptori cōtradicere, sed tu cogita *ib.res.58.*

66 Non peccat mortaliter omittens vnam horam paruam ex officio, cū sit materia parua, & leuis. Marchinus *part.8.tractat.7.res.....*

HORAE CANONICAE
Quibus de causis omitti possint.

Ab Horarum recitatione excusatur infirmus, cui recitatio noceret. Etiamsi cum amicis confabulari possit: confabulatio enim divertit animum, sed Officium applicat.

67 ✠ PRima causa à recitatione Horarum excusans est infirmitas: non omnis: sed gravis, & cui recitatio medici prudentis iudicio damnum inferret ✠ Quamuis non ob id obligandus foret ad officium, ait Sancius *disp.15 num.2.* quòd cum amicis conversari, & confabulari possit: confabulatio enim divertit animum, sed Officium applicat. *part.* cis cōfabulari possit.

2. *tractatu.* 12. *resolutione* 43. §. *Imò.* post initium.

Et etiam si medicus dubitaret de nocumento.

68 Quod si medicus dubitaret, an recitatio sit nocitura, probabiliter docuit Bonacina *disp.* 1. *quæst.* 6 *punct.* 2 *num.* 5. excusari; quia non tenetur se exponere periculo gravis damni. Contra sentit Suarez *tom.* 2 *lib.* 4. *c.* 28. *nu.* 21. Et Malderus *in* 2. 2. *tr.* 10. *c.* 2. *dub.* 5. dicit in tali casu petendam esse dispensationem. *p.* 2. *tr.* 12 *res.* 18. & recitanter postea in *par.* 4. *tr.* 3. *res.* 67.

Si verò recitare posset maiorē partem, teneretur ad illam.

69 Si autem medicus iudicat, recitare posse maiorem partem, id est Matutinum cum Laudibus tenetur ad illam. Ita Rodriq. *in sum. par.* 1. *c.* 145. *par.* 2. *tract.* 12. *res.* 29. *& part.* 7. *tr.* 11. *res.* 13. Si verò iudicat, recitare posse minorem, id est reliquas Horas, non tenetur ad illas. Palaus *to.* 2 *punct* 6. *disp.* 2. *n.* 9. contra Lezanam *c.* 12. *n.* 27. *p.* 4 *tr.* 4 *res* 125.

Quid si infirmitas accedat statutis horis, vt quartana.

70 Quando infirmitas accedit statutis horis, vt quartana, communior opinio cum Villalobos *tom.* 1 *tract.* 24. *diff.* 16. *num.* 7. tenet, eo die recitandum esse ab infirmo totum Officium, si accedit vespere, anticipatè; si mane, postpositè: quia obligatio currit per totum. Canus id negat, *par.* 5. *de pœn. dub.* 31. & secundùm Bonart. *lib.* 2. *c.* 38. *num.* 8. probabiliter: quia ius anticipandi, & postponendi Horas est privilegium, quo nemo vti tenetur *part.* 4 *tr.* 4. *res.* 10. *& part.* 7. *tract.* 11 *res.* 14.

Et an infirmus teneatur adhibere socium, si commodè potest eum eo recitare? Multi multa.

71 Ob quam etiam rationem, ait Sanctius *disp.* 5. *n.* 2. quòd infirmus non tenetur quærere socium, cum quo commodè recitaret. Sed Valent *tom.* 2. *disp.* 6. *qu.* 2 *punct.* 10. §. 7. ait teneri, si commodè potest: etiam cum stipendio, addit Palaus *vbi sup. n* 14 si opus sit: quia vnusquisq; tenetur adhibere medium simpliciter necessariũ ad implendum præceptũ. Quam opinionem Suar. *vbi sup. n.* 12. limitat ad beneficiarios tantùm. Et sanè consulendum id foret infirmo lautum beneficium possidenti: sed probabile est nec istum teneri socium conducere pro recitando Officio, sicut nemo tenetur pro audienda Missa conducere sacerdotem. Ita Bonartius *vbi sup. nu.* 12. Docet etiam Lesius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 9. *num.* 54. quòd qui in sanitate non solet recitare cum socio, non tenetur illum adhibere in infirmitate, vel cæcitate. & Garcias *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 215. quòd solitus adhibere gratis, non tenetur in infirmitate conducere. *part.* 4. *tract.* 4. *res.* 221. & ex parte olim *part.* 2. *tract* 12. *res.* 43. §. *Imò.*

Cœcus ad nihil tenetur.

72 ✠ Cœcus, qui nihil videt, vel grave oculis damnum timet, non tenetur Officium recitare ✠. Et Canonicus vtroque orbatus oculo absque eo, quòd choro assistat, lucratur distributiones. Moneta *part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 17. *ex eius acquisit.* 1. *Cod. qui morbo se excus. lib.* 10. contra Sanch. *in opusc. tom.* 1. *lib.* 2 *cap.* 2. *dub.* 90. *num.* 7. & declaravit Sacra Congregatio die 20. Iulii 1629. apud Barbosam *Can. cap.* 24. *num.* 30. *part.* 5 *tract.* 6. *res.* 14. *& part.* 9 *tractat.* 9 *resolut.* 28. §. *Sed si incidenter.*

Et Canonicus cæcus vtroque orbatus oculo absque eo, distributiones acquirit.

Quod si maiorem partem officii memoria tenet tenetur ad illam.

73 Adverte autem, quod si cœcus tenet memoriter maiorem partem officii dubitat Sot. *de iust. lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 3 an teneatur illam recitare, quia ea tenacitas est accidentalis, & quidam innominatus apud Sanc. *vbi sup* docet, quòd beneficiarius cœcus memor officii, & non recitans, non tenetur ad restitutionem. Ego verò existimò, quod memor maioris partis, teneatur illam recitare, *part.* 4. *tract.* 4. *res.* 11. quod noviss. tenet Pal. *vbi sup. n.* 11. *part.* 5. *tr.* 6. *res.* 16. Sed cõtrarium tenet *n.* 69.

Non verò ad aliud loci Officii.

74 Si verò cœcus non meminit officii, non tenetur recitare aliquid loco illius, vt docuit Palud. in 4. *d.* 15. *quæst.* 5. aut adhibere socium, qui sibi illud legat. Bonart. *vbi sup num.* 22. *res.* 11. *cit.* §. *Notandum est,* & infra, *& part.* 7. *tract.* 12. *resol.* 3.

Surdus non excusatur.

75 Surdus non excusatur ab officio, quia potest legere, & percipere. Si verò rò non excusatur. legitimè impeditus non potest recitare solus non tenetur adhibere socium, *Et quando* quem audire non potest, saltem nisi clamantem. Et si simul cæcus est, ad nihil *excusatur non tenetur*, nisi maioris partis memor sit, vt dictum est. Bonart. *n.* 21. *part.* 5. *tr.* 6. *resol.* *tur adhibere* 15. Et si canit in choro satisfacit etiam *socium.*

si non

si non audiat alterum eorum, & absens gaudet distributionibus, *part. 9 tract. 9. res. 28.*

Excusantur etiam damnati ad triremes.

76 SECVNDO à recitatione Horarum excusat status impediens ✠, ratione cuius mihi placet opinio Soti *vbi sup.* contra Laym. *lib. 4 tract. 1 c. 4 num. 2.* quòd damnati ad triremes excusentur ab officio: satis enim habent afflictionis nec nisi rarò, laborum intermissionem, & ratissimè animi promptitudinem habere possunt. Adde quod in loco tam turpi suum statum detegere, cedere in Ecclesiastici Ordinis ignominiam: vnde non est paritas cum suspensis, & interdictis, vt vult Layman. *part 2. tractat. 12. res. 40*

Et an, qui habet officium incompossibile cum recitatione Horarum?

77 Petes an qui habet officium, cum quo consistere non potest Horarum canonicarum lectio, exculetur ab earum recitatione? Affirmat Caramuel *in Regul D Benedicti. disp. 116. num. 1438.* Sed Trullench *in Decal. tom 1 l. 1 c 6. dub. 28. num 2.* existimat obligatum ad recitandum divinum officium non posse voluntariè suscipere aliud munus & officium, cuius executio incompossibilis sit cum recitatione Horarum, nam sic implicitè vult omissionem Horarum. Vnde huiusmodi vel officium relinquendum, vel beneficium resignandum, vel dispensatio petenda; cum autem voluntariè tale officium susceperit, a recitando non excusabitur. Secus esset dicendum, si adesset aliqua gravis necessitas illius officii suscipiendi, & occupationes officii suscepti recitationem horarum impedientes rarius, & ex improviso occurrant, quia tunc propter necessitatem iure liberatur a recitando poterit, *part. 7. tr. 11. res. 1.*

Et secundum aliquos Monachi fugitivi.

78 Monachus fugitivus, secundùm Suar apud Bonacinam *de hor. can disp. 1. quæst. 1. punct. 2. num. 6.* tenetur ad Officium, alias ex suo delicto reportaret commodum. Sed hoc sequi per accidens, inquit Bonacina, & quamvis consulendus si recitare, non tamen teneri; quia non est in statu, in quo recitari soleat Officium, quemadmodum non tenetur ejectus, sive ad tempus, sive in perpetuum *part. 2. tractat 4. 12. resolutione 18*

Item carentes Breviario.

79 ✠ TERTIO excusat defectus Breviarii, si quis illud non habeat, nec habere possit nec maiorem partem memoria teneat. ✠ Si verò sciat solos Psalmos, secundùm Maldetum, *vbi sup.* ad nihil tenetur; quia soli Psalmi non sunt Officium. Nec placet Villalobos *dub. 16. num. 11.* dicens quod debeat illos recitare vnà cum lectionibus B. Virginis, vel aliis, quarum meminit, nam non tenetur, nisi ad Officium diei currentis. *part 1. tr 12. res. 30.*

Quid si hi sciant Psalmos?

Aut habeat Diurnū, & Officium fiat de feria?

80 Sed quid, si habeat Diurnum, & Officium fiat de feria? Thom. Sanch. *to. 1. l. 1. c. 19. n. 8* tenet, recitare debere Psal. quia Lectiones de feria cum responsoriis sunt parua materia. Alter Sanch. *disp 15. de feria? num. 1.* negat quia dictæ lectiones, licet paruæ in quantitate, sunt pars essentialis Officii, sine qua non constat Matutinum Canonicum, quod præcipitur recitandum *part. 2. tr. 12. res. 43* quæ opinio est probabilis *part. 10. tr. 16. res. 47.*

HOSPITALE.

Hospitale an visitari possit ab Episcopo?

1 ✠ EPiscopi ex Trid. *sess. 21. c. 8. & 9* habent ius visitandi hospitalia quæcumque etiam tamquam delegati Sedis Apostolicæ, non obstante in contrarium privilegio, aut consuetudine, nisi sint sub immediata Regum protectione, aut in eorum fundatione contrarium expresse cautum sit ✠ Ex qua vltima exceptione declaravit S. Congregatio apud Farin. in supradicta clausula, revocari solum privilegia extra fundationem, non in ipsa fundatione concessa. Vnde etiam apud Almendariz *add. ad leg. Nau lib 1. tit. 6 leg. 5. §. 2 num. 66* declaravit, quòd si Fundator in fundatione Episcopum à visitatione excluserit, non potest illud visitare, stante qua declaratione idem decisum fuit in Rota in vna Abulensi apud Farin. *tom. 1. part. 2. dec 33* & sentiunt DD. communiter cum Garsia *de benef. tom. 1 part. 1. c. 2 num.*

Si in eius fundatione contrariū cautū sit

2 *num.* 98. & 104. qui testatus ita declarasse S. D. N. Paulum V. an. 1616. Nec audiendus est Barb. *de pot. Episc. p. 3. alleg. 75. num. 9.* qui explicat dictas declarationes de hospitalibus meræ laicalibus; nam DD Cardinales absolutè de omnibus hospitalibus loquuntur. Explodũtur etiam dicentes DD. Cardinales id declarasse de Episcopo quoad iurisdictionem ordinariam, non quoad delegatam à Tridentino: nam Cardinales interrogati fuerunt in ordine addictum decretum Concilii, sic quamuis admittenda esset opinio Garsiæ *vbi sup. nu.* 98. quòd dictæ declarationes non habeant locum in casu negligentiæ, cum nõ possit Fundator prohibere, ne Episcopus se intromittat circa executionem legatorum piorum, vt probat Bodadilla *lib. 2. c. 17 num. 102. ex c. tuanobis, § 1. de test.* Limitanda foret tamen, vt non procederet, quando Fundator in casu negligentiæ alios substituere, donec ipsi substituti fuerint negligentes. Ita Perez *de annu. lib 2. c. 9 n. 36.* Quæ omnia procedunt in casu, quo in ipsa fundatione Episcopus non consensenserit: nã si consentiat, nullam patiuntur dubitationem; tum quia Episcopus potest præiudicare iuri sibi quærendo, quamuis non possit iuri quæsito: tum etiam quia, vt advertit Gonza *sup. 8. reg. Cancel. glos. 5. n. 48.* Concilium præcipit servari clausulam institutionis, quod Ordinarius non se ingerat institutionis inquam validæ, ad quã requiritur consensus Episcopi, vnde saltem servari præcipit in casu, quo Episcopus consentit, & iuri sibi acquirendo præiudicat. *p. 1. tr. 2. res. 84.*

Ipso præsertim Episcopo consentiente.

Et quid de hospitalibus Regum cura sub tutu?

2 Adverte etiam, quòd quãuis Barb. *de pot Episc par. 3. alleg. 75. num 16.* & DD. communiter dicant, Episcopum non posse visitare confraternitates, & hospitalia existentes sub Regum protectione, etiam quoad decentiam divini cultus, sine illorum licentia. Contrarium tamen tenet Pereira *de man. reg. part. 2. cap. 17. num. 12* quia cultus divinus, vt potè res spiritualis, & Ecclesiastica, ad Episcopum privativè, & necessario spectat. Concilium verò *sess. 22. c. 8.* loqui de operibus, quæ ibi exercentur, computis expensarum, &c. *part. 1. tr. actat. 2. resol. 110.*

3 Hospitalis bona non possunt alienari absque solemnitatibus in Extrau. *Ambitiosæ* requisitis, de diebus vide V. *Alienare par. 1. tr. 8 res. 77.*

Hospitale relictum, est relictũ ad pias causas.

4 Relictum Hospitali dicitur relictũ ad pias causas, quod plerique intelligũt procedere, modo Hospitale sit constructum auctoritate Episcopi, aut certè illi constructo accedat ipsius authoritas, aliàs secus: ita voluit Baldus in *Auth. hoc ius porrectum, C. de SS. Eccl. & Cons. 465. lib. 1. & alibi:* Sed alii indistinctè tenent, siue Hospitale sit institutum authoritate Episcopi, sive non, esse tamen, & dici pium locum. Bart. *consil. 1, lib. 4. p. 7. tract. 6. res. 29. §. Secundò.*

IACTANTIA.

1 ✠ IActantia sic describitur: Manifestatio excellentiæ propriæ supra id, quod est in se, aut in aliorum æstimatione, verbis inordinatè facta.

Iactantia quid?

2 Est de se peccatum veniale. Ex multis tamen capitibus sit mortale. Inter alia, cùm quis se iactat de peccato, & offensa Dei, in quantum est Dei offensa: ✠ nam si quis se iactet de agilitate, & ingenio in committendo peccato auditoribus id intelligẽtibus, non peccat mortaliter: Ita Lessius *lib. 2. c. 47. dub. 6. n. 42* Quando verò, quis iactatur de peccato formaliter, etiam sine gaudio, & complacentia, est peccatum mortale, sed venius speciei infimæ, quatenus omne peccatum quodcumque sit, assumitur vt mediũ ad inanem gloriam comparãdã; vnde non oportet in Confessione explicare de quanam peccati specie iactatus sis, vt diximus V. *Circumstantia, n. 31.* Non solum verò peccas mortaliter, si tu de peccato iacteris, sed etiam si alio te de peccato coram aliis laudante, taceas; & Palaus quidem *tom 1. tract. 2. disp 2 punct. 11.* putat in tali casu semper teneri sic laudatum displicentiæ signa manifestare

Et quale peccatum.

stare Sanch. verò *sum. tom. 1. lib. 8. cap. 3. num. 4.* excusat eum, qui taceret præ verecundia, dummodò interius illi displiceat *p. 4 tract. 6. res. 44.*

IEIVNIVM
Quid, & quotuplex.

Ieiunium quid,

1 ✝ IEiunium latè sumptum describi potest, Abstinentia ab his, quæ gustu percipiuntur. Hæc autem tria sunt: cibus, potus, & medicina, quæ distinctio desumitur in ordine ad finem in quem sumuntur.

Quotuplex.

2 Est autem ieiunium duplex, naturale, & Ecclesiasticum. Primum est perfectissima abstinentia ab omnibus supradictis, de quo dictum est V. *Communionis à num. 29.* & mox etiam aliquid dicemus. Secundum, abstinentia tãtum à cibo secundum quantitatem, & qualitatem: nam in die ieiunii seme. tantum vesci licet de iure, quamuis consuetudo introduxerit paruam cœnam, de qua infra à *num. 58.* nec omnes cibi sunt liciti, vt dicemus à *n. 44.* Dies autem ieiunii computatur à media in mediam noctem ✝. Et quidem si cœnans in carnibus pridie ieiunii, dubiter an media nox transacta sit, adhuc cœnam prosequi potest, quia possessio stat pro ipso, qui cœnare cœpit in die Paschali, vnde nõ debet ei prævalere ius dubiũ ieiunii. Contra verò, si idem dubium contingat cœnanti Sabbato in piscibus, is non potest edere carnes, quia possessio stat pro præcepto. Villalobos *to. 1. tr. 1. diff. 21. n. 7. p. 4 tract. 3. res. 18.* Porrò media nox secundũ aliquos terminatur ad primum horologii ictum, & vbi horologia habent præludia, ad præludii initium. Ex quo sequitur, post primum ictum horologii mediam noctem pulsantis, vbi non adsunt præludia, & post initium præludii, vbi adest, non posse cœnam in carnibus diei Iouis continuari, & cœnantem in piscibus in sero Sabbati vesci posse carnibus. Eum verò qui post primum ictũ horarum, vel præludii initium aliquid gustaret, non posse mane communicare. Et ita ait Præpositus in *1. 2. quæst. 19. art. 6. dub 5. n. 8.* & nos V. *Communionis, n. 37.* At Bresserus *de consc. l. 4 c. 11 n. 107.* probabile putat, horam moraliter durare vsque ad vltimum ictum horologii. Sed quid, si horologium ante pulsum horarum præmittat quadrãtes? Lugo *de Sacr. Euch. disp 1 sec. 2. n. 37.* terminari horam dicit ad primum quadrantem. Trullẽch verò *in decal. tom 1. lib. 3 c. 2. dub. 4 n. 8.* id verùm putat, mathematicè loquendo, moraliter verò signa quadrantem & primum horæ ictum computari posse pro vnico tempore. *part. 6. tract. 6. res. 34. & part. 7 tract. 11. resol. 15.* Adverte etiam, nos *vbi sup. num. 35.* docuisse, solui ieiunium naturale per deglutionem sacchari, vel alterius rei post mediam noctem, licet serò in os immissum fuerit. Quòd tenet novissimè Vuigus *in 3. p. q. 80. art. 8. num. 37.* Quamuis Bauny *part. 5. tract. 10. quæst. 22.* contrarium doceat, putans non solui ieiunium, nisi per comestionem, quæ fiat per intromissionem cibi, aut potus in os in ipsa die ieiunii, *part. 5. tract. 7. res. 15.*

Vel quadrantis?

Et quando incipit dies ieiunii.

Et terminetur?

Præsertim vbi ante horas præmittitur signum?

3 Quod autem attinet ad vnicam comestionem, aduerte primò quòd quamvis probabile sit, potum vini sumptum in sustentationem, & ad famem sedandam extra prandium frangere ieiuniũ, ac proindè licitum esse, vt docuit Richard. *in 4. d. 15. art. 3. quæst. 7.* & post ipsum Azorius *part. 1 lib 7 c. 10. quæst. 4. in fine,* & alii: oppositum tamen est probabilius: nam vinum non alit per se, sed per accidens. Ecclesia autem ea solùm prohibuit, quæ per se alunt, Fagundez *part. 4 lib 1. c. 3. n. 19.* & alii innumeri, *p. 1. tr. 9. res. 23.*

Ieiunium non frangitur per potum vini.

4 Secus verò dicendum est de potione Hispanica, quæ dicitur *chocolate*; nam hæc componitur ex saccaro, & aliis cibis substantialibus ac proindè ordinatur per se ad nutritionem, vnde nõ solet sumi interdiu, sed manè & serò, quando corpus eget refectione. Syluius *in 2. 2. q. 147. art. 6.* contra Turr. *in sum. p. 1. c. 256. dub. 24 concl. 4. & 7. p. 4. tr. 4. res. 194. & p. 5. tr. 5. res. 11.*

Frangitur tamen per (chocolate.)

5 Ad-

Sed excusat inadvertentia.

5 Adverte secundò, nec quamcumque cibi comestionem ieiunium frangere: nam in primis excusat inadvertentia ✠; qui enim pluries cibum in die ieiunii inadvertenter sumeret, non frangeret ieiunium: nec refectiunculam nocturnam relinquere teneretur, nisi proximè ad horam collationis comedisset.

Vrbanitas iusta causa.

Sancius *disp. 5. ex select n. 3. part. 1. tr. 9. res. 1. §. Notatamen.* Item excusat vrbanitas, ad quam non lædendam potest ieiunãs ab amico rogatus modicum comedere. Medina apud Llamas, *par. 3. c. 2. §. 25. par. 1 tr. 9. res. 29.* ✠ Rursus excusat iusta causa ✠ ob quam ad nocumentum vitandum licet ante frigidæ potionem parum electuarii, vel quatuor amygdalas saccharo conditas interdiu sumere. Etiam toties quoties biberet. Et quamuis Azorius, *vbi suprà quæst. 7.* aliquos cibos ab hac regula excipiat, Doctores tamen in modica quantitate omnem cibum permittunt, *part. 1. tractat. 9 res. 24.* Item si famuli ministrantes in mensa, aut mensæ lectores mox cœnaturi, cum vt melius serviant, tum etiam vt famem sublevent, cum hora sit tarda, aliquid prælibent, vel etiam ex reliquiis gulosè comedant. Sanchez *in opusc. tom. 2. l. 5. cap. 1. dub. 24. num. 2. 3. & part 4. tract. 4. resol. 142.* Et tandem excusat paruitas materiæ, quam existimo esse vnciarum duarum, quæ est quarta pars collationis, quam permittemus *num. 59.* Turrianus *in sum part. 1. cap 256. dub. 27. num. 2.* nam multi DD. permittunt in collatione quartam partem cœnæ ordinariæ, quod non est malum fundamentum (ait Antonius de Leone *q. de cocholat. part. 3. nu. 21.*) Leone ad id asserendum *part. 5. tr. 5. resol. 11.* Adverte tamen, multas materias paruas continuari ad constituendam quantitatem notabilem, & frangentem ieiunium ✠) continuantur enim in effectu refectionis. ✠ Ita DD. communiter. Nec placet distinctio Salas *in part. 2. tr. 13. disp. 16 sect. 26.* tunc comestiuncalas continuari, cùm per vnicum voluntatis actum deliberantur: quia absque eo quod sint vnius volitionis obiectum ✠, sunt vnica vnius individui, vnius co-

Et paruitas materiæ.

Quæ est duarum vnciarũ

Sed plures materiæ paruæ constituunt vnam notabilem.

ctionis refectio ✠, & alioqui posset quis fraudare præceptum, plures refectiones ad modum plurium, & per plures actus, intendens, *part. 3. tract. 6. res. 43.* & ex parte iterum, *par. 5. tr 5. resol. 52. post initium.*

6 Adverte tertiò, paruitatem materiæ non dari in ieiunio Eucharistico, vt *verb. Communionis, n. 30* diximus, & cõtrariam sententiam improbavimus. Et nunc iterum improbamus primò: quia in Concil. Toletan. *ibi* citato dicitur, vt qui Missam post cibum, aut potum quamlibet minimum, facere præsumpserit, excommunicetur: ergo post cibum aut potum quantumvis minimum suscepta communio est mortifera: quia excommunicatio non potest infligi pro veniali. Item *rubr. cap. 9.* dicit, post minimam aquæ sumptionem communicari non posse: quæ verba satis indicant obligationem mortalem, quia veniale non impedit communionem. Et infra ait, quòd *si lavando os stilla aquæ præter intentionem deglutitur, non impedit communionem, quia sumpta fuit per modum saliuæ*, quare si aquæ stilla deglutiatur non per modum saliuæ impediet communionem. Secundò probamus ex D. Thom. *in 3 part quæst. 80 art. 8.* vbi in corpore ait, dupliciter quem à communione impediri, vno modo per se, idest per peccatum mortale: secundò ob prohibitionem Ecclesiæ, vt ob cibum, & potum, & *in resp. ad 5.* ait, communionem illicitam esse post cibum, & potum, in quantacũque quantitate: ex quibus colligitur, S. Thom. æquiparare communionẽ post cibum cuiusliber quantitatis ei, quæ fit in mortali. Tertiò, si contraria opinio esset probabilis, parua materia non posse assignari absque multis absurdis: nam posset quis dicere: Si parua materia est vna gutta, cur non etiam duæ & tres? & non deesset, qui ad praxim deducerent opinionem Ildephonsi Rodriquez, quòd quantitas in avellanæ putamine intercepta esset modica: sic Sacerdos, qui in Missa Nativitatis ablutionẽ (quæ regulariter non excedit talẽ quãticatem) sumeret, ad Missas vlte io-

Et paruitas materia non potest admitti in ieiunio Eucharistico.

res progredi posset, contra textum *in cap. ex parte de celebr. Miss.* Et ideò ex his omnibus contrariam opinionem, quam Pater Pasqualigus *in dec. 335.* multis probare nititur, Persicus *de Sacr. lib. 1. cap. 3. dub. 5. num 4.* falsam vocavit: & Suar. *tom. 3. disputat. 76. sect. 4.* asseruit, practicè non esse probabilem, *part. 6. tractat. 8. resol. 8.* ✠ Vt Auctoris opinio sit verissima, & solidè probata, illa tamen illatio: *Canones, & D. Thomas dicunt, communionem post cibum, & potum modicissimum esse illicitam: ergo communio post modicum cibum est mortalis,* non videtur legitima: nam etiam communio venialis est illicita. Cum autem assumit, *Communio non impeditur, nisi per mortale?* responderi potest, aliud esse Communionem esse peccaminosam propter maculam conscientiæ communicantis, quæ debet esse mortifera: aliud propter transgressionem præcepti in ipsa communione, quæ etiam venialis, reddit communionem venialiter illicitam, & ita esse in casu nostro: & est exemplum in sententia eorum, qui dicunt, coniuges communicantes post copulam, peccare venialiter, in qua verè dici potest, & auctores passim dicunt, coniugatos in die sequente copulam communicare non posse. ✠

Ieiunium semel frangens, non peccat post ea vlteriùs comedendo.

7 Adverte quartò, frangentem ieiunium Ecclesiasticum, non toties peccare, quoties præter comestionem legitimam comedit in notabili quantitate: sed peccare solùm in secunda comestione, quæ scilicet primo transgreditur limites vnius quàm permittit Ecclesia, nam hæc ex communi fidelium vsu ab ea solũ præcipit abstinere: fracto enim ieiunio, non potest amplius resarciri. Et procedit etiam in eo, qui ignoranter fregisset, contra Sanc. *disput. 42. n. 2. part. 1. tract. 9. resol. 44.* Hinc non est audiendus Montesin. *in 1. 2. tr. 2. quæst. 73. artic. 2. q. 4 n. 47.* docens, tertiò, & quartò comedentem secundò, & tertiò peccare contra illud semel tantùm, quod permittit Ecclesia. Et qui dicunt, vlteriores comestiones esse peccata venialia contra insum secum finem ieiunii, *part. 1. tr. 9. resol. 53.* Eademest ratio, si quis vouisset ieiunare in pane & aqua: nam si is semel vinũ biberet in notabili quantitate non teneretur ab illo amplius abstinere. Secus, si vouisset nihil sumere, præter panem & aquã: nam tunc peccaret toties quoties. Ita Sanchez *in summ. to. 1. l. 4. c. 11. n. 45. Ibid. resp. 4.*

Quia remanet irresarcibile.

8 Adverte 4. Vnicam comestionem non debere esse continuam mathematicè, sed sufficere, quòd cõtinuetur moraliter: vnde surgens ex medio prandio: absque intentione finiendi, infra modicum tempus (quod Sanctius *disput. 52. num. 4.* putat esse duarum horarum,) ad illud finiendum redire potest. Imò secundùm Lessium *lib. 4. cap. 2. dub. 2. num 11.* etiam si habuit animum finiendi, ad comedendum mutata intentione redire potest, si prandium adhuc durat. Et secundum Filliuc. *tom. 2. tract. 27. par. 2. cap. 2. quæst. 10. num. 41.* etiamsi finitum sit, restaurare illud potest (si nondum sufficienter ederat ad ieiunium) infra quadrantem, & secundum Portel. *verb. Ieiun. n. 10.* infra semihoram. *part. 2. tr. 9. ref. 32.*

Et idem die de ieiunio in pane, & aqua post primum vini haustum.

Potest verò continuari comestio interrupta. Infra tempus rationabile.

9 Adverte denique horam comestionis (✠ quæ olim erat nona diei, & tertia post meridiem) ✠ non esse de essentia ieiunii: quia multoties mutata fuit. Vnde qui illã notabiliter anticiparet, peccaret solùm venialiter: & cum iusta causa, nec venialiter quidem. Lessius *vbi suprà num. 13. part. 1. resol. 27.* Et quamuis Sanctius *disp. 53. num 5* teneat, horam esse de essentia ieiunii, & comedentem anticipatè sive cum causa, sive sine, non teneri amplius ad ieiunium. Id tamen cum Laymann. *lib. 4. tr. 8. c. 1. num. 4.* non admittimus, sed impeditum ab itinere, eo quod mane comederat, teneri ieiunare reliquum diei. *p. 1. tr. 9. ref. 48.* Standò autem in sententia Sancii, hora comestionis anticipari potest per semihoram sine mortali, in nostra verò, tantundem sine veniali: & à Religiosis, qui habent privilegium anticipandi per horam, potest anticipari per horam, & dimidiam absque vlla culpa, *p. 1. tr. 9. ref. 27. §. Sed dices; & p. 5. tr. 5. ref. 10.*

Et hora comestionis non est de essentia ieiunii.

10 Tabacchum sumptum in foliis per os, & aliquid in stomachum descendit frangit ieiunium non autem si ex casu, & præter intentionem, *part. 8. tract. 7. resolutione 3.* Item potio dicta cocholata, non frangit ieiunium, si de illa sumatur per duas vncias, *ibidem resolutione 54.*

11 Quæres an ieiunium naturale solvatur per Eucharistiam? negat Thom. Hurtado *tr. 2. c. 9. § 3.* Amicus & alij, quia multis conceditur bis celebrare vno die; affirmat Fagundez, quia alias qui per integram quadragesimam satiaret se hostijs consecratis, non violaret ieiunium, quod est absurdum, cum hostiæ consecratæ æque nutriant post, quam ante consecrationem. Tancredi. Lessius alijque *p. 11. tr. 6. res. 35.*

IEIVNIVM,

Quando obliget.

Ieiunium quando obliget.

† PRæceptum Ecclesiasticum omnibus commune iubet ieiunare in Quadragesima, Quatuor anni temporibus, & Vigiliis. Abstinere etiam à carnibus qualibet feria 6. & Sabbatho. Sunt præterea in certis diœcesibus ieiunia quædam particularia. Et tandem ieiunia ex voto & pœnitentia, & quæ iniunguntur in Iubilæo volentibus illud acquirere. Circa quæ: Aduerte 1. quòd si dies Natiuit. Dominicæ incidat in diem Veneris aut Saturni, possumus in ea carnibus vesci, *ex c. fin. de obser. iur. ieiun.* Nisi alias quis teneretur ex voto, vel obseruantia regulari † Ex voto inquam, quo se expressè obstrinxisset ad ieiunandum illa die: nam si quis generaliter vouisset singulis v. gr. Sabbathis ieiunare, nihil de eo Sabbatho determinans, in quem Domini Natiuitas inciderit, non teneretur in illo ieiunare. Id quod probat Molina *tom. 2 disput. 172. num. 3.* quia nō est verisimile, hunc se ad illum solemnitatis, & communis lætitiæ diem obligare voluisse, & si de hoc rogatus fuisset, negatiuè responsurum. Probat Fagund. *pr. 4. lib. 1. cap. 6. num. 6.* quia dum certò non constet de intentione vouentis, votum sumendum est iuxta receptum morem Ecclesiæ. Et eadem est ratio, si quis certo die in hebdomada abstinere vouisset à carnibus. Quidquid in contrarium asserant Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 20. num. 7.* & alij *part. 1. tract. 9. resolutione 22.*

In die Nat. quando cũque contingat, possumus edere carnes. Etiamsi cõtingat in die, in quo singulis hebdomadis quis ieiunare vouisset.

11 † Aduerte 1. aliquando duplicari obligationem ieiunij in eodem die. † Et tunc, si duplex obligatio, seu duplex præceptum respicit duas virtutes, vt obligatio Fratris Minoris in die Veneris coincidente Vigil. qui tenetur ieiunare ex præcepto Regulæ respiciente Religionem, & ex præcepto Ecclesiastico respiciente Temperantiam ieiunare omittens, duo peccata committit. Ita Vasq. *in part. 2 tom. 1. quæst. 71. artic. 6. disput. 98. num. 8 & 9* & alij *part. 1. tr. 9. resol. 16. § Quares*, post medium. Secus si verò, si duplex præceptum respiciat eamdem virtutem, vt si Vigilia contingat in Quadragesima, &c. nam peccata non multiplicantur à multiplicato præceptorum: quando eandem virtutem respiciunt, vt diximus *verb. Circumstantia, num. 80.* Ita etiam Vasq. *ibid.* & alij contra Nauarr. *cap. 11. num. 4.* cuius tamen sententia est etiam probabilis *part. 1. tr. 7. resol. 22. & tr. 9. resolut. 16.*

Quãdo cõcurrunt in eodem die duo præcepta pertinẽtia ad duas virtutes, nõ ieiunando re, duplex peccatũ est. Secus si Vig. cõtingat in Quadr. verb. gr.

Teneri ad ieiunium sub mortali in Vigilia Pentecostes Sancti Ioannis, & S. Laurentij Bordonus contra Pasqual. & in diebus in quibus prohibitum est comedere ouа non est licitum comedere biscottum ouis compositum Leand. & alij *part. 10. tractat. 16. resol. 7.*

Tenetur in vigiliis.

12 Aduerte tertiò, quòd, si aliquod ieiunium Ecclesiasticum incidit in magna aliqua solemnitate, & timetur intemperantia populi, potest Episcopus illud transferre in alium diem. Vide *verb. Episcopi, num. 46.*

Quid si ieiuniũ aliquod occurrat in magna solemnitate?

13 * Aduerte 4. præter ieiunia supradicta, ad quæ obligamur per se, adesse obligationem de iure diuino, qua per accidens ieiunare, vel à carnibus abstinere tenemur, quando, & quomodo necessarium id est saluti, spirituali

Tenetur præterea ieiunare, qui patitur stimulos carnis,

præsertim, vt quando viget grauis tentatio carnis, & non suppetit aliud remedium.* In quo casu Fernandez *part. 4. cap. 12. §. 6. num. 1* ait, obligari etiam prægnates cum periculo prolis, quia salus spiritualis propria præferenda est saluti corporali aliorum. Sed id cum Homobono *p. 2. tract. 8. cap. 7. quæst. 17.* non admitto: nam, cum prægnans possit contra stimulos carnis se armare oratione, Sacramentorum frequentia, piis consiliis, aliisque spiritualibus armis non debet tantæ iacturæ prolem exponere, *part. 1. tract. 9. resolut. 20.*

Non tamè prægnans eũ periculo prolis.

IEIVNIVM
Quos obliget.

A ieiunio excusat.

14.* LOquimur de ieiunio Ecclesiastico: & hoc obligat omnes Christianos non legitimè impeditos. Sunt autē multa impedimenta à ieiunio excusantia. In primis.

Ætas infra tertium septenniũ, & supra sexagenarium.

‡ ÆTAS, qua excusantur pueri ante annos 21. & senes post 60. Et illi quidem absolutè.† Senes verò sexagenarij, si adhuc possunt à multis non excusantur: quia non est ita præscriptum à natura tempus senibus ad defectum, sicut præscriptum est pueris ad augmentum, vnde Riccius, *part. 3. dec. 233. n. 6.* asserit, quod senes robusti damnari possunt ad remigandum. Sed Granad. *in p. 2. contr. 7. tr. 3. p. 1. disp 6. sect. 5. num. 39.* & alij multi post sexagenarium, excusant omnes senes, & probabiliter: nam robur senũ est illusiuum, & indiget repetito alimento. Vnde Pius V. aliique Pontifices negantes Clericis lacticinia in Quadragesima per Cruciatam, excipiunt sexagenarios. Et Sanch. *de matrim. tom. 1. lib. 7. disp. 32. n. 17.* excusat sexagenarios non solùm à ieiuniis Ecclesiæ, sed etiam à ieiuniis, quæ certis diebus vouissent in perpetuum *p. 11. tr. 3. res. 9.* Quamuis in hoc dissentiat Laymann. *lib. 4. tr. 8. cap. 3. n. 2. p. 1. tract. 9. resolut. 20.* Sufficit etiam quod annus sexagenarius sit inceptus, nam in fauorabilibus inceptus habetur pro cõpleto. Naldus *verb. Ieiunium, num. 7 part. 5. tractat. 14. resolut. 83.*

Etiam robustos.

Etiam si annus eo non sit completus.

17 Iuuenis verò complens ætatem in die ieiunij, etiam si compleat mane, est exemptus per totum diem, quia præceptum respicit totum diem. Ita Sanch. *disput. 54. num. 4.* contra Portellium *verb. ieiunium, in addit. num. 4. part. 1. tractat. 9. resolut. 49.* Qui ob eamdem rationem docet contra Sanchez *in suum tom. 1. lib. 1. c. 12. num. 43.* quod qui post meridiem de loco exempto ad locum ieiunij peruenit, non teneretur ieiunare illud sero. *Ibid. resol. 50.* Si autem iuuenis post adhibitam diligentiam dubitat, an ætatem compleuerit, non tenetur ieiunare, quia possessio stat pro ipso, non pro ieiunio. Ita etiam Sancius *disput. 43 num. 6. resolut. 44. cit. & part 4 tr. 3. resol. 21.*

Et iuuenis non tenetur ieiunare in die, quo ætatē complet.

Aut in dubio, an ætatem impleuerit.

18 Porrò, iuuenes volentes acquirere Iubilæũ, implere debent ieiunia præscripta. Ita Fagundez *pr. 4. lib. 1. cap. 8. nu. 5.* Et adolescentes Ordinis Minorum tenentur ad ieiunia Regulæ, quæ promiserunt, vt docet Portell. *verb. Ieiun. n. 1.* Quamuis excusentur ab Ecclesiasticis *part. 1 tr. 9. resol. 16. à §. Nota etiam.*

Tenetur tamè ad ieiunia Iubilæi si vult lucrari.

Et Regulæ, si est Religiosus.

19.* Secundò à ieiunio excusat INFIRMITAS.* Et quidem, quoties infirmus est dispensatus ad carnes ad reficiendas vires, vt in conualescentia, Lessius *lib. 4. c. 2. dub. 6. num 45.* excusari docet à ieiunio: quia ad refectionem facit non solum qualitas cibi, sed etiam repetitio, si verò dispensatus est, eo quòd alij cibi illi noceant, ob contrariã rationem ait non excusari. Vnde Graffius *part. 1. lib. 2. cap. 37. n. 58.* docet, infirmum sic dispensatum teneri ad ieiunium si potest, & probabiliter. Sed probabilior sententia Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 12.* omnem dispensatum ad carnes liberum facit ab obseruatione ieiunij: quia abstinentia carnium est de essentia ieiunij, *part. 1. tract. 9. resol. 25. & tractat. 11. resol. 4.*

Excusat etiam infirmitas dispensatos ad carnes.

20 In qua sententia, quo die sic dispensatus abstinet à carnibus, secundum Sanchez *in opusc. tom. 2 lib. 5. cap. 1 dub. 30. num. 2.* ieiunare tenetur, si quidem dispensatus est ob nocumentum aliorum cibo-

Etiã eo die quo ab iis abstinere vellent.

ciborum, nam ideò is excusabatur, quia ieiunium cum esu carnium non consistit: quare si à carnibus abstinet, cur in reliquo non ieiunabit, *part. 4. tract. 4. resolut. 189.* Sed tu contrarium tene cum Turr. *in sum. part. 1. capit. 256. dub. 35. concl. 6. part. 5. tract. 14. resolus. 12.* in fine.

Et si edant lardum, & pisces, non peccant contra ieiunium.

21 Porrò ea quacumque causa iustè dispensatus ad carnes edere potest cuniculum, leporem, hœdum, lardum, & omne carnium genus. Ita Villalob. *tom 1. tract. 23. dub. 8. num. 11.* (Item vna cum carnibus pisces, qui possunt non nocere, vel etiam appetitum excitare, Vega *tom. 1. cap. 4. cas. 17. part 1. tract. 9. reso. 26. & tract. 11. resol. 4. §. Omnes, & part. 3. tract. 5. resol. 70. §. Nota etiam.*) Quod si hi cibi illi noceant, peccabit quidem contra temperantiam, non tamen contra præceptum ieiunij, *part. 1. tract. 9. resolutione 47.*

Nec eos, qui dormire nō possunt incœnati. Et qui non possunt ieiunare nisi vinū bibāt aut obscenio vescantur, excusantur à ieiunio in pane, & aqua.

22 Cum infirmis connumerari ij possunt, qui calorisadeò edacis sunt, vt incœnati dormire non possint. Hi enim excusantur à ieiunio. Nec tenentur comedere sero, & collationem mane sumere, quia habent ius conformandi se communi hominum consuetudini. Ita Sancius *disputat. 54 n. 13 part 1. tr. 9. ref. 51.* Qui addit, quòd obligatus ieiunare in pane, & aqua, qui stare non potest quin bibat parum vini, aut edat parū obsonij, tenetur ieiunare, sumpto illo modico. Quod verum est, si illud modicū est paruā materia, (vt quoad vinum vna potatio moderate bibentis, vt dictum est *verb. Iuramentum, nu. 17.*) nam aliis non esset ieiunium in pane, & aqua, *part. 3. tract. 5. resolutione 61.*

Non te pigeat, legere obligatos.

23 † Tertiò ab obseruatione ieiunij excusat labor. * Ratione cuius excusantur, figuli argentarij, ferrarij, lignarij, fullones, sementarij Corriarij, textores, pistores, iter facientes curribus vel equitibus, piscatores, venatores, scriptores, & similes laborantes. Ita Laymann. *lib. 4. tract. 8. cap. 3. num. 3. part. 3. tractat. 9. resolut. 8.* Item sutores, quorum ars est laboriosa. Ita Azor. item versantes prælum apud typographos & ipsi, & qui characteres componunt, non autem colligentes typos, Gordonus: Pictores, barbitonsores, & sartores, Laymann. & alij, non excusant, quia eorum ars non videtur magni laboris: sec. Fagund. excusari putat omnes artifices ex priuilegio Eugen. IV. Magistri, Notarij, Secretarij, hi possunt laborare diebus festiuis, laborantes in Republ. tam mares, quàm fœminæ. Trullench *part. 8. tr. 7. resol. 40. & p. 9 tr. 7. resol. 45 & 46.*

Etiam qui die non laborant.

24 Nota hic primò, artifices prædictos non teneri ieiunare vno vel altero die, quo non laborant: nam indigent alimento pro labore diei sequentis, & cum non sint assueti ieiunio, nimium affligerentur. Ita Cruz *part. 1. pr. 3. art. 4. dub. 9. concl. 2. Ibid. resol. 9.*

Et conduci posse cum pacto de nō ieiunando.

25 Nota secundò, quòd stante prædicta doctrina, si inueniantur operarij ieiunantes & non ieiunantes, liberum est cuilibet, conducere ad sua opera quos velit ex his. Et sic habet praxis timoratorum. imò Fagund. *cap. 6. num. 16.* putat, operatios conduci posse cum pacto de non ieiunando, *part. 1. tract. 9. resol. 13.*

Item Concionatores.

26 Excusantur deinde Concionatores integræ Quadragesimæ (etiam pro mercede, vt ait Bonac. *l. de leg. disp. vlt. quæst. vn. punct. vlt. n. 13. part. 1. tract. 9. resol. 10. & 11.*) quia valdè laborant. Secus de illis, qui concionantur tantùm in Dominicis, nisi sint valdè debiles ad arbitrium viri prudentis, *part. 1. tractat. 9. resolutione 10.*

Lectores. Confessarij.

27 Lectores etiam, quorum labor improbus, vel complexio debilior, quàm quæ suo muneri cum satisfactione obeundo sufficiat, excusantur. Et ita etiam Confessarii debiles, & suo muneri assidui. Quos vtrosque ad arbitrium boni viri remittimus. Fagund. *part. 4. lib. 1. c. 8. num. 19. Ibid.*

Aduocati. Et Procuratores debiles, &c.

28 Idem quoque de Aduocatis, & Procuratoribus dicimus; pro illis habemus Ortiz *in summ. cap. 19. mand. 2. num. 15.* & de Procuratoribus est eadem ratio. *part. 1 tractat 9 resolutione 12.*

Cantores similiter.

29 Cantores similiter, qui ex officio canendi viuunt, & ieiunando redderentur inhabiles, Sanc. *disp. 44. num. 18.*

ex cu-

excusari putat, & vesci posse ouis in Quadragesima, etiamsi sint Presbyteri, ad seruandam vocem; quia nemo tenetur ob ieiunium diminutè munus suum obire. Id quod potiori iure procedere existimo in cantoribus deputatis solatio magnorum Principum, *part.1. tr. 9. resol.11.* in fine.

Hinc infert Caramuel nec Monachos teneri, qui horas canant, sed malè, quia musici non absoluuntur, nisi quatenus per ieiunium redderentur inhabiles ad merendum stipendium, ex quo sustentari debent. Monachi autem siue raucè, siue suauiter canant, equidem muneri suo satisfaciunt *p.11.tr.1. res.* 4. Caramuelis argumenta aperiunt viam ad opinionem singularem, & alijs risum, alijs viris doctis etiam bilem mouent.

Scribæ.

30 Scribas tota die scribentes, & ex Officio scribendi viuentes, S. Iuan non excusat Sancius *disputat.54 num.16.* illis consulit, vt consulant suas vires, an vigeant. *part.4. tractat.4. resol.* 130.

Itinerãtes, quibus non adest sufficiens prandium.

31 Itinerantes Ortiz *cap.29 num.12.* omnes excusat, quæcunque sit itineris causa, & etiamsi non multum laborent, *part.1 tractat.9. resolutione 40. §. Non reticebo.* Ego verò id tunc approbo, cum in itinere non inueniuntur ad manducandum, nisi panis, fructus, & olera. nam hæc non sunt sufficiens prandium. Sanchez *in opusc. tom.2. lib.5. cap.1. dub.15. numer 3.*

Et defessus ex quocunque labore etiã illicito.

Eques si vno die confecerit 8. 9. vel 10. leucas Hispanicas, solutus est à ieiunio. Petr. Hurt. Mendo *in bull. Cruc. disp. 13. c.1.* & alij *p.11. tr.2. res.57.*

32 Defessus ex ludo pilæ, vel in quærenda concubina, aut etiam in illicitis mulierum commistionibus, qui in tali labore præuidit se euasurum inhabilem ad ieiunium, peccat non ieiunando secundum Ortiz *num.17.* At secundum Med *lib 1. cap.14. §.10.* peccat solum in illis actionibus illicitis *part.1. tractat. 9. resolut. 40.* Et Sanc. id probat *in disput.4 num.20.* quia quo die obligat præceptũ ieiunij, ieiunare non possunt: quando verò laborabant, etiam illicitè, tunc ieiunij præceptum non obligabat. Et addit, quòd si qui se nimium defatigaret in fraudem ieiunij, non peccaret, quia non affectaret non ieiunare cum deberet, sed fieri impotens ad ieiunandum, ac proinde deobligari. Quæ opinio mihi non displicet, quamuis putem non recedendum à sententia contraria. Azor. *tom.1. lib.7. cap.17. quæst. 9. part.1. tractat.9. resolut.51.* Aduerte etiam hic, docere Ledesmam, *tom.2. tractat.17. conclus.6. cap. 2. diff.5.* quòd, quando labor est licitus, vt ludus verb. gr. pilæ, non tenetur homo ab illo abstinere, ne fiat inhabilis ad ieiunium, quia talis abstinentia non est per se ordinata ad obseruationem ieiunij, neque Ecclesia illam præcipit pro seruando ieiunio, *part.1. tr.9. resol.40.* in fine.

Et Ledesma putat, neminẽ teneri cessare à ludo pilæ, vt possit ieiunare.

Excusãtur præterea prægnantes & nutrices.

33 Excusantur præterea prægnantes, & lactantes, quæ indigent nutrimẽto pro se & prole, vnde illis non sufficit vnica comestio. Idque locum habet etiam in robustis, nam hæ paucæ sunt, & leges aptantur ad communiora. Adde quòd prægnantes quando appetunt aliqua, quæ si non dentur, imminet proli periculum. Ita Molfes. *tom.1. tractat. 10. cap.4. num.40. part.1. tractat.9. resolutione 14.* Nota tamen, quòd, licèt supradictæ excusentur à ieiunio, non tamen possunt edere carnes, & lacticinia, seclusa prolis periculo, nam nutrimentum pro seipsis & prole capere possunt à cibis Quadragesimalibus sæpiùs reperitis. Ita S. Iuan. *de ieiun. artic.7. diff.6. app.3.* contra Funes *part.3. cap. 2. num 5. part.4 tractat. 4. resolutione 126.* in fine. Fœminæ Quinquagenariæ non tenentur *p.9. tr.7. resol.74.* Homines verò sexagenarij etiamsi ex voto se obligauerunt, *ibidem. §. Sed his non obstantibus.*

Quæ tamẽ regulariter nõ possunt edere carnes, & lacticinia.

Excusãtur ieiunij PIETAS, qua nimirum aliquod opus pium exercetur incompossibile cum ieiunio. Vnde peregrinantes ad loca sacra, si peregrinationem commodè differre non possunt, excusantur à ieiunio. Si verò possunt, Sylu. in 2.2. q.147 iunium. artic.6. disput.54. num.2. ait, teneri. Sed Sancius *disputat 54. num 2.* negat, excusatque omnes quæcunque pia opera exercen-

Vt peregrinãtes ad loca sacra.

exercentes incompossibilia cum ieiunio. Secundum Ortiz verò *c.19.num. 12.* hi excusantur etiam ratione laboris, ex quo capite excusari putat omnes quauis de causa iter agentes, vt diximus *nu. 20. part.1.tr.9.resolut. 46.*

A ieiuniis oppidi excusantur absentes.

35 A ieiuniis peculiaribus alicuius oppidi præter causas prædictas excusat etiam ABSENTIA. Nam absentes probabilius est non teneri seruare ieiunia particularia, quæ seruantur in oppido. Vide *verb. Lex n.10.* Imò possunt frui cõsuetudinibus fauorabilibus loci, in quo reperiuntur, etiam contra ius cõmune, & sic Lusitanus transiensper Castellam in Sabbatho, vesci animalium intestinis, vt ait Villalobos *tom.1.tr.2.diff. 34. num.1.* (*part.1.tr.9.resol.18*) & peregrini transeuntes Mediolanum comedere carnes in primis quatuor diebus Quadragesimæ, vt ait Sanch. *de matrim. tom. 1.lib.3.cap.18.num.7.* & 18. *Ibid.* circa medium *, & vtrumque postea recitatiuè *in part.3.tractat.5.resolutione 120.*†

Qui possunt vti priuilegio loci, etiã contra ius commune.

36 An verò peregrinus teneatur ad ieiunia peculiaria Diuersorij, vide *verb. Peregrinus, num.1.*

Et à ieiuniis Episcopalibus excusantur Regulares.

37 A ieiuniis Episcopalibus exempti sunt Regulares, quòd tacitè innuit Tridentinum, dum obligans Regulares ad festa Episcopalia, nullam efficit de ieiunio mentionem Suarez *de leg. lib. 4. cap. 20 num.8.* Tenentur tamen ad ieiunia ciuitatum recepta ex generali consuetudine. *part.1.tr.9.resol.36.*

In dubio de potentia ad ieiunandũ peti debet dispensatio

38 Dubius an ad ieiunium teneatur, debet Prælato dispensationem exposcere. Qui in ea concedenda non sit multum scrupulosus. nam si causa est dubia, ipse dispensando faciet iustam. Si autem videtur sibi insufficiens, commutare ieiunium potest in aliud opus pium, si sit Ecclesiasticum. nam ieiunium ex voto commutari potest per Bullam, & ex pœnitentia, per confessarium sine illa. Prælatus verò dispensare etiam potest cum semetipso, quia non est peioris conditionis quam subditi, quæ etiam ratio militat in reseruatis Sanchez *de matrim. tom.3.lib.8.disputat.2.num.9.part.1. tract. 9.resolutione 15.*

Quã Prælatus facere possit cũ semetipso.

38 † Porrò in diebus ieiunij non solùm tenemur nos ieiunare, si possumus; sed etiam non dare causam aliis non ieiunandi, ex generali regula charitatis, qua prohibemur obicem ante fratris oculos ponere, iuxta dicenda *verb. Scandalum*, & *verb. Peccato cooperari.**

Obligamur etiã in die ieiunij non offerre aliis occasionem frangendi ieiunium.

39 Igitur primò, non licet aliquem inuitare ad cœnam in die ieiunij, etiamsi ieiunium frangere paratus sit, sicut nõ licet inuitare ad fornicandum, aut occidendum, paratum fornicari vel occidere. Et ratio est; quia voluntas determinata ad aliquem actum pro tali loco, & tempore, si variatur postea ad alium locum, & tempus; iam determinatur ad aliã, & indiuidualiter distinctã actionẽ: ideoque qui est causa frangendi ieiuniũ hoc loco, & tempore, etiam cũ eo, qui pro alio loco, & tempore illud frangere decreuerat, est causa actus mali secundum substantiam. Nec iuuat dicere: Ego non intendo fractionem præcepti, sed solùm offerre cœnam parato illud frangere, &c. nam violatio præcepti non ex eo solùm imputatur, quòd quis intendat illius malitiam, sed quia concurrit ad actionem, cui malitia adnexa est. Turrianus *in 2.2. tom.1.disputat.95.dub.6.* & contingere potest, vt te cœnam non exhibente, ille ieiunium non frangat, siue diuina aliqua inspiratione, siue alia occupatione præuentus. Suarez *de char. disput 10.sect 3.num.2.* Verum, his non obstantibus, si quis moraliter certus esset de futura violatione ieiunij, & illum inuitaret cum expressa suppositione, quod alias velit frangere ieiunium, supperatque aliqua iusta causa, Mendoza *in 2.2. disp.173.sect.12.§.154.* illum à peccato excusaret, & iustam causam asserit esse vrbanitatem, ne ille edat cibos noxios, aut alia similia. Probat autem, quia inuitans non cooperaretur internæ voluntati frangendi ieiunium, quæ iã supponitur, nec propinaret occasionem, sine qua ieiunium non violaretur; sed tantum ministraret illi materiam, cum suppositione sub cõditione *si velit cœnare*, & liberè eligẽdã, id quòd satis iustificatur ex ali-

Sed an liceat inuitare ad cœnam paratum frangere ieiunium?

qua causa honesta. Ita ille: probabiliter quidem *part. 5. tract. 7. resolutione 7.** & in hanc opinionem *part. 1. tract. 9. resolutione 38.* magis propensus fuerat, eamque absolutè docuit *in part. 3. tractat. 5 resolutione 36. Item contra Vasquez.**

Famulis cibos vetitos heris ministrare.

41 Secundò, famuli ministrantes dominis cibos, quos, & quando non nisi cum peccato sumere possunt, secundum Turrianum *vbi supr. in fin.* peccatũ scandali. At Caietanus *in 2. 2. quæst. 147. artic. 4. in fin.* & alij illos excusant, quia ad peccatum concurrunt materialiter exhibendo materiam indifferentem, quatenus inseruit nutritioni, idque ex officio, quod dominis præstari solet. *part. 5. tract. 7 resol. 13.* Hurtado etiam *in 2. 2. disput. 10. diff. 9* illos excusat ratione propriæ vtilitatis, si heri non peccant ex ignorantia, *part. 5 in add. ad tract. 7. §. Nota secundò,* † absolutè olim cum Caietano, *part. 1. tract. 9. resolutione 38.* in fine.

Et quid de tabernariis & cauponibus?

42 Tertiò, tabernarij, & caupones ministrantes cœnam iis, quos à ieiunio putant non excusari, secundum Toletum *lib. 6 cap. 5.* peccant, secundum Ledesmam *tom. 2. tract 27. cap. 2. concl. 6 diff. 4* non ita Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 4. num. 24.* distinguit: Vel possunt cœnam negare absque notabili incommodo, vel non possunt. Si possunt, & illi non sunt aliò cænaturi, teneri ex charitate illud peccatum vitare. secus, si secus. Omnes istæ sententiæ sunt probabiles. sed secunda ferè semper in praxi seruari potest. quia moraliter loquendo, vt aduertit Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 7. nu. 35* confluentes ad illos, vt plurimum sunt pauperes, operarij, viatores, quos probabiliter credere possunt à ieiunio excusari. Et si accedunt viri nobiles, hi erunt deperditæ vitæ, & quibus non poterunt resistere sine minis, & contumeliis. Et nihilominùs cœnam, quam ab ipsis habere non poterunt alibi paratam inueniunt. Quod si tabernarius dubitet, an confluentes ad eos teneantur ad ieiunium maiori ratione excusatur; nam non sua interest id discutere, & vnusquisque præsumitur bonus. Ita Reginald. *to. 1. lib. 4. ca. 16. nu. 200.* Vnde non tenetur de hoc illos interrogare; quidquid dicit Lessius, *vbi suprà part. 1. tract. 9 resol. 39.** & magis absolutè *part. 3. tract. 5. resolutione 36 §. Item licitum.*

Et vendentibus ciborum prohibitorum.

43 Vendentes similiter cibos prohibitos in die ieiunij non peccãt, siue publicè vendant, siue occultè, si certò non noscunt mentem peccare, nam bona fide vendunt: & multi sunt, qui illis cibis egent, nec illis præceptum impositum est de exploranda emptorum intentione. Ita Fagund. *pr. 4. lib. 1. cap. 10. num. 10. part. 1. tract. 9 resolut. 38. § Ex his,* & Hurtado *in 2. 2. disput. 10. diff. 9 part. 5. in add. ad tract. 7. §. Nota secundò.*

Pater, & dominus tenentur curare, vt filij & serui ieiunent.

44 Quartò, Patres familias, & domini tenentur ex charitate curare, vt filij, & serui eorum ieiunent, aliàs illos corrigere. Non tamen tenentur eos cõpellere, & si nõ ieiunant, de domo eiicere: nam hoc esset nimis durum. Ita Homobon. *part. 2. tr. 8. cap. 7. quæst. 11. part 1. tr. 9. resolut. 28.* Nec tenetur quis ad sua opera conducere operarios ieiunantes, vt dictum est, *num. 24.*

45 Regulares sexagenarij non tenetur ad vota Religionis, secus de iuuene non completis in anno, *part 9. tract. 6. resol. 26.*

Non potest comedere Boldoni seu sanguinazi dispensatus Medicus nõ potest dispensare in causa dubia. Dispẽsatus in quadragesima dispensatur in quatuor temporibus in ea occurrentibus. Et si potest aliquo die non comedere carnes

46 Dispensatus à Medico comedere ova non potest comedere vulgò (sanguinazi, seu Boldoni) Bardi & alij *part. 10. tract. 16. resolut 79.* Nec medicus potest in causa dubia dispensare in ieiunio absque indagatione causæ, & hoc est declarare in quo est necessaria licentia Episcopi, vel Parochi Pasqual & alij. *Ibid. tr. 13. resol. 18.* & intelligitur si dispensat in quadragesima dispensare in quatuor temporibus in ea occurrentibus. *ibidem tract. 13. resol. 43.* & in aliqua die habet vires non edendi carnes tenetur ad ieiunium illius diei, dummodo non habeat facultatem edendi ratione debilitatis, & præsentis infirmitatis, quia in tali casu nõ tenetur ieiunare, & si cibi quadragesimales sibi nociui sint valdè in dubio potest concedere, vt edat carnes in diebus ieiuniorum. Baucius, & alij *Ibid. tr. 13. resol. 43.*

47 Excusantur textores vitæ sericæ, & sar-

tenetur ad ieiunium.

& sartores, conficientes calceos ex materia molli bossicas, non excusantur à ieiunio, qui non habent vinum bibendi in ieiunio. Martin. à S. Ioseph, & Pontifex dispensando in ieiunio sine causa peccat venialiter. Bosson. & alij *part.* 10. *tr.* 16. *resolut.* 77.

Non autem ratione debilitatis.

Textores serici cõficiẽtes calceos ex materia molli.

Musici Religiosi ob cantum.

Possunt vesci ouis, sed nõ qui cantant cantu plano.

Potest sumi aliquid pro medicina ad cõseruãdã sanitatẽ. Sic etiã pro stabilitate stomachi.

Musici excusantur, & possunt manè sumere aliquid ex saccaro, & cibi ad cõseruandam vocem; idemque possunt Presbyteri, & in quadragesima vesci ouis; ita obseruatum est in Hispania à S. Ioseph. & aliis *ibidem. tractat.* 12. *resolutione* 41. *§. nota hic in fin. & tract.* 14. *resol.* 60. non autem Religiosi, qui cantant in choro cantu plano, *ibid.*

Qui nõ habet nisi panẽ tantum non potest comedere carnem.

Sumere aliquid pro medicina ad conseruandam sanitatem non licet, sicut pro remouenda infirmitate, vel fugienda Innocentius, & alij *ibid.* Sic etiam potest sumi modicum lenticulum manè ad subleuandam debilitatem stomachi, vel capitis sine fractione ieiunij.

Non licet habenti tantum panem in die ieiunij comedere carnem contra Pasqual. sed hoc rusticis prohibetur, nõ autem magnatibus, & personis delicatis, & si rustici non habent aliud nisi oua, possunt illa comedere Leand. & alij, & in die ieiunij infra pastum mediam vnciam cibi sumere ad fugiendum nocumentum vini. Diana & alij. *ibid. tractat.* 14. *resolutione* 59. *seu* 61. *&* 9. *part. actum est part.* 10. *tract.* 14. *resolutione* 58.

Nõ frangitur ieiunij per duas horas si interrumpit prandium.

Qui propter aliquod negotium interrumperet ieiunium per duas horas & amplius, dummodo comestio facta non sit sufficiens ad substentationem, non frangeret ieiunium, si reuertatur ad perficiendum prandium, vel cœnam. Leand. & alij *part.* 10. *tractat.* 14. *resol.* 64. & potest per quartam partem horæ sumere cibum ex quocumque genere ante comestionem sine fractione ieiunij. Pasqu. & alij *ibid resol.* 63. & si prandium multum dilatatur potest aliquid ante illud sumere.

Potest etiã sumere cibũ ante pastum per quartã partem horæ.

Idemque seruientes mensæ secularium vel Religiosorum & etiam ieiunij, quamquam in magna quantitate Leand. & alij *ibid. §. Sed hic obiter.*

Prohibẽtur pharmaca præseruatiua.

Non possunt sumi pharmaca præseruatiua, sed conseruatiua. *ibid. tract.* 14. *res.* 60.

Episcopus non potest transferre Vigiliam S. Matthiæ

Episcopus non potest transferre ieiunium S. Matthiæ, si venerit in vltimo die bacchanalium contra quod alibi dictũ est Leand. *ibid tra.* 16. *res.* 9. *§. verum.*

IEIVNIVM.

Quibus cibis explendum.

In diebus ieiunij vetantur carnes.

ADuerte primò, hæc tria præcepta abstinendi à carnibus, abstinendi ab ouis, & lacticiniis, & ieiunandi, esse distincta & quamuis præceptum de abstinentia carnium includatur in præcepto ieiunij, vnde secundũ probabiliorem sententiam dispensatus ad carnes censetur dispensatus ad ieiunium, vt dictum remanet *n.* 18. præceptũ nihilominus de non edendis carnibus non includit præceptum ieiunij, nã pueri ante annum 21. non tenentur ad ieiunium, tenentur tamen à carnibus abstinere, quod de prægnantibus & nutricibus dictum est, *num.* 37.

Sed non infantibus.

45 Dari tamen possunt carnes infantibus ante septennium, etiam vbi adest contraria consuetudo: nam pueri nec legibus, nec consuetudinibus obligantur. Imò Sancius *disp.* 41. *num* 3. id verum putat, etiam si infans doli capax sit: nam per accidens est, quod vsus rationis in aliquo acceleretur, & ius positiuum non intendit obligare nisi in illa ætate, in qua communiter lux rationis irradiat. Sed in hoc dissentit Villalobos. *tom.* 1. *tract.* 23. *dub.* 8. *num* 7 *part.* 1. *tract.* 9. *res.* 42. Dari etiam possunt carnes paganis, qui non tenentur legibus Christianorũ, & amentibus, propter rationes, quas adducit Sanchez *in sum. t.* 1. *li.* 1. *c.* 12. *n.* 16. *lb. & part.* 5. *tr.* 14. *res.* 7. in fine.

Paganis.

Et amentibus.

Et infirmis aut infirmãtatẽ timẽtibus ex ieiunio quartã partem horæ.

46 Si quis etiam ab antiquo cibos quadragesimales noxios expertus esset, nõ teneretur illis amplius vesci, & in reliquis Quadragesimis periculũ facere:

bis quadragesimalibus.

alioqui enim esus carnium in præseruationem nunquam liceret. Secus si causam noxietatis cessasse, maximè dubitaret. Sancius *disp. 51. num. 9 part 3. tract. 5. res. 20 § Notandum.* Qui idem dicendum existimant in dubio an tales cibi sint nocituri, quia æquale ius nobis inest ad fugiendum damnum certum, ac damnũ rationabiliter formidabile, illudq; certò, & antiquius omni lege positiua. Et dubium in fauorem rei, & possidentis interpretandum est. Nec dispensationẽ requiri. Sed Doctores, qui eam requirũt, loqui in dubio damni leuis, quod etiam præsens non excusaret à ieiunio: sed solum sufficeret ad dispensandum. Ita ille, an probabiliter, alij judicent, *part. 4. tr. 3. res. 56.*

Præceptum de abstinẽtia carniũ violatur toties quoties. Sed non in ieiuniis ex voto.

47 † Igitur in diebus ieiuniorum, & singulis sextis feriis, & Sabbatis tenemur à carnibus abstinere † sub onere peccati mortalis toties quoties committendi: quia est præceptum negatiuum. Ita Sancius *disp. 47. num. 25. part. 1. tract. 9. res. 45.* Quod probabile est non procedere in ieiuniis ex voto, nam vouens ieiunium, non vouet abstinentiam carnium per se, sed quatenus includitur essentialiter in ieiunio: quare fracto ieiunio per primum carnium esum, videtur cessare obligatio abstinentiæ carniũ. Ita Faustus *lib. 1. quæst. 140. n. 2.* cõtra Azorium *part. 1 lib. 7 c. 10 quæst 8 res 37. ibid.* † & absolutè postea *res 45. § Notandum* †. Secus si vouit non edere carnes, *part. 10. tract. 14 res. 31.* Vnde qui comedit carnes in die ieiunij in magna quantitate ex obliuione non violauit ieiunium, & si ignorans eo die ieiunari, & comedit in mane tenetur reliquo tempore seruare ieiunium, Peliz *part. 9. tract. 6. res. 22.* & qui in die ieiunij sumit poma, mala massilica, medica (limoni, & melarangi) & vnam per modum potus nõ frangit ieiunium, *part. 9 tract. 6. res 24.* Sed de vua in magna quantitate, contrarium tenendum est. Dicast. *part. 9 tract. 9. in addenda fol. 388.*

Ignorãs die ieiunij & comedit in mane tenetur reliquũ facere. Limoni, & melarãgi in modum potus non frangunt ieiunium. Secus vua in magna quãtitate. Pinguedo vero non est caro. Vnde nõ est damnanda d. 82. in v. sagimen.

48 Sed nota hic duo. Primũ, pinguedinem secundum glossam *in c. presbyter*, Hostiensem, Abbatem, & alios apud Enriquez *lib. 7. cap. 13. num. 21. in gloss. litt. H.* & nouissimè Fagundez *pr. 4. lib. 1. cap. 2. num. 20.* non dilardo, & computari inter carnes, sed inter oua, *sagimine* & lacticinia: quia pinguedo ex Aristo. *de gen.* non est caro. Et hanc sententiam (quæ tamen non caret aduersariis) multum fauere cõsuetudini Regni Siciliæ, in quo tempore Quadragesimæ, quando ex priuilegio Cruciatæ edi possunt lacticinia & oua, vsui esse solet etiam sagimen. Præterquam quòd hic vsus iustificatur ab antiquitate, sicut vsus Castellæ edendi intestina animaliũ in Sabbato, & alij similes. Qui possunt iustis de causis introducti esse, quas nõ tenemur post tot annos inuestigare. Et quamuis iusta causa defuerit, nunc legitimi sunt: quia pleræque consuetudines contra legem initio iniustæ sunt, donec adolescant, *part. 1. tract. 9. resolutione 21.*

Sicilia vtẽ consuetudine. instar ouitelæ. sagimen. lacticiniorũ.

Et in esu carnium datur paritas materiæ.

49 Secundum notandum est, in esu carnium in diebus prohibitis dari paritatem materiæ, quemadmodum datur in præcepto negatiuo de non furando. Ita Merolla *tom. 1. disp. 2. cap. 4. dub. 7. nu. 11.* & Leone *qq mor. de chocol par. 3. num. 3* qui dicit, esse eam quantitatem, quæ coquo ad gustandum, & libatoribus Principum ad assecurandum sufficit: nam si in hac quantitate admittit dispẽsationem ex causa tam leui absque eo, quod derogatur præceptum, signum est tantæ carnis esu præceptum solum accidentaliter violari, & si id fiat absq; causa legitima peccari solũ venialiter, *part. 5 tract. 5. res. 32.* Collige autem ex dictis, infirmorum ministris non esse illicitum, aliquid ex carnibus edere in die vetito, non solùm ad probandum, sed etiam ad excitandum infirmo appetitũ, & tollendum fastidium, si id commodum esset. Nam in his est vrgentior ratio, quàm quæ fauet coquis, & dapiferis Principum, nimirum charitas, quam Ecclesia non intendit impedire. Ita Sanchez *in opusc. tom. 2 lib. 5. cap. 1. dub 22. nu. 10. Ibidem* in fine.

In ieiuniis Quadragesimæ denique.

60 In ieiunio Quadragesimæ interdicuntur etiam oua, & lacticinia, *ex cap.*

gesima prohibentur etiam ova & lacticinia sub mortali.

denique d. 4. & longa communiterque recepta consuetudine, & quidem tam ius citatum, quam consuetudo obligat sub mortali, tam seculares, quam regulares. *part. 9. tract. 8. res. 66.* Sic enim illud explicant DD communiter contra Fagund. *part. 4. lib. 1. cap. 2. num. 12.* & certas Academias apud ipsum explicantes de obligatione venialis consuetudo vero est vbi gravis, communiter servata & de eius transgressione populus scandalizatur & timorati non bene sentiũt, ipsique transgressores pœnam reportãt, quæ secundum Suar. *de leg. lib. 7 cap. 15. n. 13.* sunt sufficientia signa, quod aliqua consuetudo obliget sub mortali, *part. 3. tract. 6. res. 80.*

Etiam in Dominicis.

Et hoc præceptum frangitur, toties, quoties comeduntur.

Hoc autem præceptum viget etiam in Dominicis Quadragesimæ, vt docet Enriquez *lib. 7 cap. 13. n. 10.* quamuis neget Gomez *in bull. claus. 7. num. 7.* & non improbet Trullench *in bull. lib. 1. §. 4 dub. 3. numer. 1. ibid.* in fine, *part 9 tract 8 res. 66. § confirmantur. & p. 10 tract. 11. res. 46.* Et toties quis peccat mortaliter, quoties ova, &c. comedit etiam eodem die, vt diximus *num. 47.* de carnibus. Imò Sancius *disp. 41. numero 26.* putat, edentem simul in Quadragesima carnes & ova, peccare dupliciter, propter duo præcepta distincta, *part. 1. tr. 9 res. 45.* post initium.

Et secundum Sãch. sic duntur una cum carnibus, fit duplex peccatum.

Excusat verò parvitas materiæ.

Excusat verò in primis paruitas materiæ vt dictum est de carnibus. Vnde, quia in cibum, qui vulgo *bisotto* dicitur, parum ovi intrat, & longa consuetudine introductus est, in ieiunio Quadragesimæ non est mortiferus. Villalobos, *tom. 1 tractat. 23 dub. 7 numero 3. part. 1. tractat. 9 resol. 31. & part. 10. tract. 14 res. 57.*

Et necessitas.

Secundò excusat necessitas, non solùm infirmus, sed etiam eos, qui alias epulas non habent, vt si quis in itinere præter lacticinia non inveniret nisi panem, fructus, & oleta: nam hæc non sunt sufficiens prandium, & Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 5 c. 1 dub. 19 num 6.* permittit itinerantibus lacticinia, quoties non inveniunt pisces, *part. 5. tr. 14. resol. 31. § Notandum est.*

Et edens ova in Quadragesima non frangit ieiunium.

Qui verò in Quadragesima edit ova, vel lacticinia, non proinde frangit ieiunium, sed solùm peccat contra præceptum de abstinendo ab illis, quod *num. 44.* diximus esse distinctum à præcepto ieiunii. Ita Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 53 part. 1. tract. 9 res. 45.* in fine.

Ova autem & lacticinia nõ prohibentur in aliis ieiuniis. Tam de iure.

Porrò in diebus Veneris & Saturni, & in omnibus ieiuniis extra Quadragesimam ova, & lacticinia de iure communi non prohibẽtur. Ita D. Thomas 2. 2 *quæst. 147. art 8 ad 3.* & alii cõmuniter contra Richard. *in 4. dist. 15. art. 3. quæst. 3. part. 3 tr. 6. res. 8. § Notandum secundò, & part. 5. tract. 14. res 13. § Notandum.*

Quam de consuetudine. Præsertim in Regnis Crucis, vt in Hispania.

Aliqui tamen, vt Cruz *in bull. disp. 1. cap. 5. dub. 11. num. 17.* dicunt, prohiberi consuetudine sub mortali. Sed Filliucius *tom. 2 tractat 27 part. 2. c. 3. num. 49.* rectè obseruat talem consuetudinem, si alicubi recepta est, introductam esse ex deuotione, & propterea admonendum populum ne peccet ex conscientia erronea. Et vterque Sanch. ac noviss. Trullench *vbi sup. num. 9* docent in Regno Hispaniarum talem consuetudinem, quæ obliget sub mortali, constare non posse: quia non potest adesse præscriptio 40. annorum requisita ad eam legitimandam, maior enim populi pars à multis annis sumit Bullam, &

Et Sicilia.

edit lacticinia etiam in Quadragesima, & sic contrarius vsus non potest allegari, nisi apud paucos, & pauperiores, qui videntes alios, qui edunt lacticinia, habere Bullam putant, edi non posse sine Bulla. Quæ omnia militant pro nostro Regno Siciliæ. Et cum hæc omnia faciant saltem quæstionem dubiam, turo quis potest hanc sententiam sequi; quia in dubiis melior est conditio possidentis: possessio autem stat pro libertate. Et in dubio nemo præsumitur se velle obligare, *part. 1. tractat 9 resolut. 5 § Sed talem, resolut. 6.* in fine, & 41 *part. 3 in addit res. 10. & part. 5 tractat. 14. resolutione 13.*

Et specialiter quoad Religiosos.

Verum, dato & non concesso quòd talis consuetudo vigeat sub mortali: adhuc tamen non obligat Religio-

sos loquendo de Regno Siciliæ, quia in eo Religiosi non habent talem consuetudinem, & non tenentur consuetudinibus sæcularium. Et ita tenet, Sanchez *in opusc. vbi sup. dub.* 21. *num.* 2. quòd si in Hispania adesset consuetudo abstinendi à lacticiniis, adhuc Patres Societatis edere possent. Et addit cum Paludano *in* 4. *dist.* 15 *quæst.* 4. *art.* 3. quod consuetudines laicorum non tenentur seruare Clerici. Sed in hoc vltimo dissentit Suarez *de leg. lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 12 *part.* 5. *tract.* 24. *res.* 13. & in nostra Sicilia consuetudo abstinendi à lacticiniis in Vigiliis, & quatuor anni temporibus videtur grauis, & recepta sub mortali apud Regulares. Vide præterea infra V. *Vsus, n.* 7. †

Vnde lacticinia edi possint, in ieiuniis ex voto extra Quadragesimam.

57 Sed an lacticinia edi possint in ieiuniis voti, Pœnitentiæ, & Iubilæi? Respondeo quoad ieiunia ex voto extra Quadragesimam cum Portellio *add. ad dub. Reg. V. Ieiun. n.* 7. affirmatiuè, quia hæc solùm prohibentur in Quadragesima *part.* 1. *tract.* 9. *res.* 5. Et si quis voluit ieiunare in Quadragesima, dubitat tamen, an voluerit à lacticiniis abstinere, comedens lacticinia non fit reus voti, quâuis peccet contra præceptum Ecclesiæ. Ita Sanchez *sum. tom.* 1. *lib.* 4 *cap.* 14. *num.* 53. *ibid.* § *ita aque.* Et si aliundè non esset obligatus ieiunare, posset edere lacticinia sine vllo peccato. Ita Salas in 1. 2. *tom.* 2 *tract.* 8. *disp. vn. sect.* 25 *num.* 250. contra Turrian *opusc.* 10. *disp.* 1. *dub.* 2. *part.* 4. *tract.* 3. *res.* 20 Quoad ieiunia ex pœnitentia affirmatiuè respondent etiam Palud. *vbi sup. art.* 4. *concl.* 2 & alij, *part.* 7. *tract.* 9. *res.* 6. Et quoad ieiunia Iubilæi extra Quadragesimam, Henriques *lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 4. & *c.* 13. *num.* 13. quia adducit declarationem Pij V. Greg. XIII. XIV. & Sixti V. in suis Iubilæis *ibid.* & P. Tertia, *in addit. res.* 10. Vnde in omnibus ieiuniis extra Quadragesimam lacticinia non prohibentur. *part.* 1. *tract.* 9. *res.* 41. & *part.* 3. *tract.* 6. *res.* 80. 5. *Notandum* 2. An verò edi possint in collatione eorum ieiuniorum, in quibus permittuntur, dicemus infra *num.* 62.

Ex pœnitentia Iubilæi.

Et in omnibus extra Quadragesimam.

IEIVNIVM,

Quoad collationem.

58 † Collatio serotina in die ieiunij non licet de iure, sed introducta est ex iam legitimè præscripta consuetudine. Vnde, & quantitas eius, & qualitas à consuetudine communi, virorum doctorum, & timoratorum præcipuè; petenda est † Et quidem.

Collatio ortum habuit ex consuetudine.

59 Quod attinet ad quantitatem, sunt quinque opiniones. Prima Graffij. *part* 1, *lib.* 1, *c.* 34. *num.* 29. quæ permittit tres vncias. Secunda Homoboni. *par.* 1. *tract.* 5. *c.* 20. *quæst* 90. quæ permittit quatuor. Tertia Villalobos *tom.* 1. *tr* 23. *dub.* 7. *num.* 4 quæ sex. Quarta Fagund. *part.* 4. *lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 13. & 19. quæ vncias octo permittit, *part.* 9. *tract.* 6. *res.* 8 in fine Nota hic, vnde si excedat duas vncias, peccat tantum venialiter, *ibid res.* 15. § *Sed sic obiter*, & totas in pane, vel in pane cocto cum aqua & oleo, dum non excedant 8. vncias *ibi. resol.* 29. § Quid ego sentiam, sic de aliis iusculis. Vltima tandem Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 27. *part* 2 *c.* 3. *quæst* 7. *nu.* 33. & aliorum, quæ illam extendit ad quartam partem cœnæ ordinariæ. Ex quibus opinionibus prima, & secunda sunt nimis rigidæ: tertia, & maximè quarta, probabiliores. Quinta verò est nimis laxa (& ideò in praxi nõ admittẽda, imò etiã Turrianus *cons. Theol. cent.* 3. *dub.* 27. appellat improbabilem & refert, à viris doctis Hispaniæ iudicari temerariã, nam quarta pars cœnæ ordinariæ est notabilis, vt videre est apud Hispanos, Gallos, Flandros. Germanos, *par.* 4. *tr.* 4. *res.* 117.) Quòd verò dicunt, quartam partem in aliis non esse notabilem: in primis non est generaliter verũ; nam labor sex horarum in die festo, quæ sunt pars quarta diei, est notabilis; & ita in aliis multis (deinde non est consideranda quantitas collationis in ordine ad cœnam, sed secundum se; vnde quamuis quarta pars cœnæ respectu cœnæ

Et fieri potest sex vel octo vnciarum.

non

non esset notabilis, est tamen notabilis secundum se spectata, *p.4 tr.4.res* 117.) Consuetudo verò, quæ affertur, non viget apud timoratos, *p.1.tr 9.res.2.*

Maior autem à Curialibus Romanis

60 Non est tamen damnanda consuetudo Curialium Romanorum faciẽtium collationem grossam, nam hi videntur generaliter dispensari, dum Papa scienter tolerat, & Concionatores, & Confessarii non damnant. Quamvis, ut rectè observat Cenedo *qq.can. quæst.41. n.4.* talis consuetudo ad alias Provincias transferri non debeat, *part.1.tr.9. res* 35. in fine. Nisi quòd Sancius, *disp.25.nu.9.* notat viris nobilioribus, tũ ratione consuetudinis, tum etiam, quia solent esse debilioris valetudinis, & assueti pluribus, & delicatioribus epulis, licere sumere collationem aliquanto maiorem, quam plebeis *Ibid.res* 1. in fine.

Et nobilibus.

Et in Vigil. Nativit. fieri potest duplo maior.

61 Observa etiam, in Vigilia Nativitatis collationem sumi posse duplo maiorem solito. Ita Turrianus *sum.part.1.c. 256.dub* 38 *concl.3 part.5.tr.14. res.22.§. Notandum est.* (Quamuis *part.1.tr.9 res* 35 *cit.* vocaverit hanc sententiam solum probabilem ✠.) Vnde puto cum Fagundez, sumi posse sexdecim vnciarum plus minusve, *part 1.tr.6.res* 31 in fine. §. *Quid ergo?* Imò Sanch. *in opusc.dub.26 num.* 4. putat, sumi posse triplo maiorem solita, & testatur de vsu timoratorum etiam Religiosorum; (✠ quod Auctori negandum videbatur in *res.35 cit.§. Sed an talis.*✠) Et extendit hoc etiam ad casum, quod Vigilia Nativitatis occurreret in Sabbato Quatuor temporum, quia dignius trahit ad se minus dignum, & testatur de sensu virorum doctorum relatè disputata. Ipsumque sequitur Sancius *n.10* quamuis reprobet Bosius *de Iubil. sec.4 cas.18.n.126. part.5.tr.14.res* 12. §. *Notãdum.* Advertè autem id procedere, dummodo collatio sumatur de nocte, *p. 10 tr.12.res.44.*

Et in Vigil. Nativit. fieri potest duplo maior.

Et secundum Sanchez triplo.

Etiamsi contingat in Sabbato quatuor temporũ.

Sed non permittitur fieri in piscibus.

62 Quoad qualitatem ciborum, falsa & improbabilis est opinio Bonacinæ *de leg.disp.vlt punct.3 quæst* 1.*n.*3. quòd in collatione non veniat considerandus; nam consuetudo, quæ collationem introduxit, non minus qualitatem, quam quantitatem eius præscripsit, *par.1 tr.9. res.1.§. Ex his.* Et Turrianus *cent.2 dub.94* dicit esse doctrinam scandalosam, temerariam, & bonis moribus contrariam, asserere, quod pro collatione edere liceat duo ova, *par.4 tract.4. res.117.* initio. Tenetur ergo ieiunans sub mortali abstinere in collatione ab ouis, piscibus, lacticiniis, leguminibus coctis, & aliis cibis substantialibus, & refectiunculam sumere in bellariis (sic appellantur fructus, dulciaria, & alia, quæ ante cœnam ad excitandum appetitum, vel post ad sigillandum cibum apponuntur in mensa) & pane, *res.1 cit §. Sed cum, & part.10.tr.16.res.17.* Tenet quidem Turrianus *in sum.part.1.c.156.dub.37.concl.2* edi posse vnà cum pane aliquid casei, vel lactis & Bosius *vbi supr. num.* 128. sumi posse iusculum ex aqua seu vino pane, & herbis, aut leguminibus sale, & oleo conditum in debita quantitate; quia nisi rum hæc seorsim, & cruda nõ prohiberetur, & panis aqua coctus parùm immutatur.) & idem de pane cocto cum amygdalis docuit Azorius *part.1. lib.7.cap.9.quæst.8.* (Sed contra Bosium tenent Villalobos & alii communiter, quia legumina sunt oppidò nutritiua, & non computantur inter bellaria, nec sunt adhuc per consuetudinem introducta, *par.5.tract 14.res.14.*) & contra Turrianum, & Azorium tenet Sanchez *in opusc.tom.1.lib.5.cap.1.dub.25. num.4.* docens, collationem fieri non posse cũ caseo, lacte, vel cremore amygdalino. Et revera, si Turrianus non admittit pisciculos, qua ratione admittit caseũ? Nisi dictum caseum referri inter bellaria, ex quo cum Turriano videtur tenere Bosius *num.132.* quamuis subdat, tutius esse abstinere, *p.5 tr.14.res.12. & p.9. tr.6.res.8.*

Ouis. Lacticiniis. Leguminibus. Et similibus Sed tãtùm in bellariis, & paruo.

Quid de pane cocto cum amygdalis.

63 Hora collationis communiter est sero: sed non pertinet ad substantiam: & qui mane illam sumeret, & serò cœnaret, peccaret solũ venialiter, & ex iusta causa, vt propter concionandum, legẽdum, &c. nullo modo. Ita Naldus *v. iunium, n.8. part.1.tract.9.res.33.* Idque potiori iure procedit in eo, qui de loco

Hora collationis nõ est de essentia. Et potest variari sine morta-

li.

non

Et cum causa sine veniali.

non ieiunii ad locum ieiunii profecturus ientaculum sumeret, & vt docet Sancius *disp. 54. num. 28. ibid. ref.* 3. vel idem faceret transiturus de loco ieiunii ad locum non ieiunii, quod licitum esset etiam ad vitandum ieiunium. *Ibid. ref.* 19. Hic tamen ante discessum non posset edere carnes. *Ibid. ref.* 8.

Duplex debet fieri in Vigilia Nativit. Domini.

64 Collationem serotinam in Vigilia Nativitatis Domini posse fieri in mane secundum cõsuetudinem patriæ, & excedere medietatem collationis ieiunii ordinarii, scilicet vnciarum 16. etiamsi festum veniat in feria secunda, & ieiunium in Sabbato. Diana, & alii *par. 9. tr. 6. ref.* 17.

IGNORANTIA.

Ignorantia.

5 ✠ Dicenda aliqua sunt de ignorantia: quia minuit voluntarium, vtpote quod procedere dicitur à principio cognoscitiuo. Est ergò duplex in primis ignorantia iuris, & facti. Exemplum illius; si quis comedit carnes in die Veneris, nesciens id esse prohibitum ab Ecclesia. Exemplum huius, si quis id faciat, sciens quidem prohiberi, sed ignorans esse diem Veneris. Quia vero iura trahere solent secum pœnam adnexam, ignorantia iuris subdistingui potest in ignorantiam præcepti, & pœnæ impositæ tali præcepto.

Aut iuris, aut facti.

Et illa aut præcepti, aut pœnæ adnexæ.

Et aut iuris divini, aut humani. Generalis, aut particularis.

4 Rursus, ignorantia iuris alia est iuris divini, alia humani, & hæc alia iuris communis lati in Conciliis generalibus, aut Ballis Pontificiis, aut particularis alicuius diœcesis. Ignorantia autem facti aut est de facto alias illicito, etiam præcisa lege positiua, aut de facto illicito solùm quia prohibitum, v. gr. percussio Clerici est de se mala, etiam si præscindamus à can. *si quis suadente*, audire verò leges extrà claustra monachis ideo malum est, quia iis prohibetur in cap. *magnopere, ne Clerici, vel monachi.*

Hæc aut facti mali intrinsecè, aut quia prohibitũ.

Vtraque verò aut vincibilis, aut non.

3 Vtraque autem ignorantia iuris, & facti est iterum duplex: invincibilis, & inculpabilis, & vincibilis ac culpabilis. Illa est, quando quis nescit, quæ nescire non debet, aut non potest ✠ hæc verò secundum Valentiam *tom. 2. disp. 6. quæst. 6 punct. 1.* quòd quis ignorat quæ scire debet & potest, v. gr. tenentur homines scire, delectationẽ morosam esse peccatum, & quando occurrit, advertere. Qui ergo in illam consentit, quãuis ignorans aut non advertens eius malitiam, peccare, & ignorare vincibiliter, & culpabiliter. Quæ sententia est probabilis, quidquid dicat Salas *in 1. 2. tract. 13. disp. 8. sec. vlt. n.* 87 Sed probabilior & communior sententia Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 16. num.* 21. ad ignorantiam vincibilem, & peccaminosam præter obligationem advertendi requirit ante consensum expressam aliquam cogitationem & considerationem actualem malitiæ, aut periculi, vel saltẽ expressã aliquam dubitationem, vel scrupulum: nam si de malitia operis nulla suspicio vel scrupulus in mentem veniat opus in quantum malum non erit voluntarium cum nulla ratione fieri possit, vt voluntas velit malum, quod intellectus non præcognoverit. *part 4. tr. 4. ref* 36.

Et vincibilis aut affectata.

4 Et hæc quidem ignorantia vincibilis iterum duplex est: vna affectata quando quis cognoscit debere aliquid scire, & ex industria vult ignorare: altera crassa, & supina, quando quis non ex proposito, sed ex quadam negligentia ignorat quæ scire potest, & debet *par. 4 ref. cit. § Supponoigitur*, & Sanchez *de matrim. to. 3 l. 9 disp. 32. num.* 31. requirit latam culpam, itaut ignorans aut nullam, aut valdè modicam diligentiam adhibuerit *part. 3 tract. 5. ref* 13. ✠ Potest etiam assignari tertia species ignorantiæ vincibilis, quæ sit minus culpabilis quã prædicta, sit tamen mortifera, vt tenet Barbosa *in collect. tom. 3 lib. 1. tit. 2 cap. 2. n.* 7. contra Suar. *apud ipsum* ✠. Denique, omnis hæc ignorantia aut est de rebus, quæ per se sciri præcipiũtur quales sunt articuli fidei, præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, & alia pertinentia ad statum particularem vniuscuiusque; aut de rebus, quæ sciri debent solum ex suppositione, quod quis circa materiam alicuius virtutis

Aut crassa, & supina.

Aut neutra.

Et omnis aut absolutè aut ex suppositionibus scibilium.

tutis operari velit aut debeat. His positis, quod attinet ad culpam.

Ignorãtia per se sciendorum est peccatum mortale in specie determinata.

5 Ignorantia culpabilis mysteriorũ fidei & aliorum, quæ per se sciri præcipiuntur, seu negligentia ea sciendi, est de se peccatum mortale, distinctum ab eo, cuius est causa secundum Vasquez *in 1.2. disp.126. cap.5.* & alios (✠ & approbat Auctor *part.3. tractat.4 resol.165.* ✠) contra specialem virtutem studiositatis, quæ moderatur appetitum sciendi iuxta peculiares materias, & personas. ✠ Alia verò ignorantia, eorum scilicet, quæ sciri debent ex suppositione siue iuris siue facti excusat à peccato, cuius est causa, si est invincibilis, nam si est vincibilis est peccatum ipsamet ✠: non quidem distinctum, & determinatæ speciei, sed illius speciei in qua est peccatum causatum ad ipsa *part 3. tract 4 resol.141.* § *Quæres, & part.4. tractat.4 resol.37.* Vide V. *Circumstantia, num.54. 79. & 102.* Et quamuis Bonacina *in decal. disp.2. quæst.8. punct. 7. num.21.* & Sanch. *in sum. tom.1. lib.1. c. 17. num.20.* dicant etiam vincibilem ignorantiam, si non sit affectata vel crassa, excusare à trãsgressione legis humanæ: quia hæc non obligat cum tanto rigore Franc. Lugo *Theol. mor. part.2. c.4. quæst. 8. num.68.* vbi pro se plurimos affert Doctores contra stat Pal. *tom.1. tract.2. disp. 1. punct.16. num.3.* quia tota materia trãsgressionis in hoc casu consistit in negligentia culpabili sciendi præceptum: imò non est alia malitia vt gr. omissionis ieiunii ab ea, quæ est in illa culpabili negligentia: quæ proinde si est mortifera, transgressio non potest esse venialis. Sed has opiniones conatur conciliare Merolla *tom.1. disp.1. cap 2. dub.10. n.167.* Certum est autem, non peccare mortaliter transgredientes præceptum Ecclesiasticum bona fide, ex causa insufficiẽte, existimata sufficiente, vt docet Caietanus *in sum. v. ieiunium c.3 part.4. tr.4 res.35.* Et à peccato hæresis excusat etiam ignorantia affectata, dummodo affectata non sit ex mala opinione contra Ecclesiam, quia ad illam requiritur pertinacia. Vide V. *Hæresis num.4.* Imò ignorantia vincibilis, dummodò non sit crassa probabiliter excusat ab incursione, in pœnam legis, & Pontificis, vt g excommunicationis suspicionis, & inhabilitatis ad officia ratione simoniæ. Pater de Lugo *p.9 tr.6 res.13* § *Vnde ex his.*

Sciendorum ex suppositione non item.

6 Ignorantia autem invincibilis (✠ quæ secundum communem excusat à culpa, sicut etiam inadvertentia, & oblivio actualis ✠) contingere potest non solum circa ius positivum humanum, & particulares circumstantias facti, sed etiam circa ius divinum, & mysteria fidei: imò etiã circa ius naturale, non quidem circa præcepta vniversalissima, sed circa alia, & frequentius circa ea, quæ ex præceptis vniversalissimis difficilius inferuntur, vt est bigamia, iniuriarum vltio, vsura, fornicatio, mendacium officiosum (pollutio voluntaria, *part.3. tract.4. resol.108.* & homicidium sui ipsius *par.5. tract.4. resol.30.* præsertim ad saluandam pudicitiam, vt insinuare videtur D. Hieronym. *in cap.1. Ionæ vers. fin.* quod aliquilicitum est, vt ait D. Thom. *2.2. quæst.64. art 5.* & August. *1. de civit. cap.18.* non enim amittitur pudicitia per involuntariam fornicationis passionem, vt admirabili fortitudine obiecit tyranno Lucia nostra; quia consistit in animo, *part.6. tract.7 resol.47.*) Difficilius verò & rarius circa præcepta, quæ ex vniversalibus facilè deducuntur, vt est cultus vnius Dei, & similia, quæ directè in præceptis Decalogi continentur Laym. *lib.4. tr.6. c.8 n.3.* Tannerus *in 1.2. disp.4. quæst.9. dub.1. n.14.* & DD. communiter. *p.4. tr.4 res.36.* excusat etiam à censura, & reservatione, Diana *p.9 tr.6. res.13.*

Et secundum aliquos excusat à peccato contra ius humanum, etiã si sit vincibilis.

Et invincibilis excusat sine dubio.

Potestque contingere etiam circa ius naturale.

Et mysteria fidei.

Et ius naturale secundariũ.

Et prohibens bigamiã.

Vindictã.

Vsuram.

Fornicationem.

Mendaciũ officiosum.

Pollutionẽ.

Homicidiũ sui ipsius, &c.

7 Ignorantia excusat ab incursione censurarum, & aliarum pœnarum spiritualium, sive facti sit, sive iuris, etiam vincibilis, Sanch *de matr. to.3 lib.9. disp. 32. n.31.* contra Sotum *in 4. d.18. quæst.1. art.2. part.3. tr. 5. res.13.* & *part.5. tra.9. res. 17.* & *tract.14. res.24.* in fine. Et si pœna lata sit contra scienter violantes, aut præsumentes, excusat etiam crassa, & supina (imò probabiliter etiam affectata, *part.3. tract.6. res.7.* ✠ & recitanter *in part.5 tract 9. res.17.* § *Notandum, & tenet* nouissimè Ghilinus, *vt excommuni-*

A Censuris, & pœnis spiritualibus excusat etiam vincibilis.

Et probabiliter etiam affectata.

catio,num.11. & Cœlestinus *in Comp. tr. 3.c.5.num.4.*†) quia temeritas, & scientia omnem ignorantiam excludunt.

Etiã solius pœnæ.

Bonac. *de cens. disp.4. sect.10. num.1.* Quæ omnia procedunt etiam de ignorantia solius pœnæ, stante scientia præcepti *par.3.tr.5.res.13.à§. Notandum.p.4 tr.4. res.187.&p.5.tr.9 res.17.*) non enim satis est ad incurrendam censuram, quòd scias opus esse prohibitum, nisi etiam sciam prohiberi sub censura. Portell. *in add. ad dub.reg.v.ignorantia num.29 (p.3 tract.5. res.12.& part.4.tract.2.res.35.& 85.§. Dico.*) Vbi contra Pontium *lib.10.cap.6.n.12* docet coniugem incestuosum cum ignorantia pœnæ impositæ privationis iuris ad debitum, non egere dispensatione, *par.3 tr.5.res.12.* Quod generaliter procedit, etiamsi actus, cui, pœna adnexa est, sit naturali iure damnatus, vt supradictus: & sive pœna episcopalis sit, sive Papalis, verbigratia imponat Papa excommunicationem furto: tunc qui talem pœnam ignorans, furaretur, peccaret quidem peccatum furti contra legem divinam, & naturalem de non furando, excommunicationem tamen non incurreret. Portell. *n.27.* Et idem dic de suspensione, interdicto (*part.3.tr.6.res.41.*) & irregularitate *p.4.tractat.2.res.85.* Ex quibus à fortiori sequitur, omnem ignorantiam, quæ excusat à culpa, excusare etiam à censuris, & pœnis illi impositis, vt Filliucius *tom.1.tr.20.c.3.n.58. p.3 tr.9.res.51.*

Etiam impositæ actui intrinsecè malo. Etiam à Papa.

An idem in casuum reservationes.

2 Petes: quid dicendum de casuum reservatione? incurritur ne ab ignorante casum esse reservatum? Respondet P. Lugo *de sacr.pœn.disp.20.sec.2. num.11.* distinguere: & aliquando in pœnam imponi, & tunc secũdum probabilem opinionem non habere locum in ignorante, aliquando verò in medicinam, vt quando ad prudens Ecclesiæ regimen facultas Confessarii limitatur, & tunc incurri etiam ab ignaro, vt habet praxis Religionum. Et quamuis dici posset omnem reservationem ad bonũ Ecclesiæ regimen referri, & hoc non obstante, Bonacina *de sacr.disp.5.quæst.7.punct.5.§. 4.n.1.* & alios, reservationem inter pœnas, & odia connumerare: vnde inferri posset nullam reservationem habere locum in ignorante: quia tamen contraria sententia est communis, non audeo ab illa recedere, *par.6.tr.6 res.42.*

9 Quæ autem dicta sunt de ignorantia, applica etiam oblivioni, & inadvertentiæ inculpatæ, quæ illi æquiparantur. Sanch *in sum tom.1.lib.4 c.22. nu.18.* vnde si quis v.g. voluisset non fornicari sub pœna peregrinationis, veleleemosyn. & postea immemor voti fornicaretur: non teneretur ad pœnam voti *par.3. tr.5 res.41.*

Ignorãtia comparatur oblivio, & inadvertentia.

10 Porrò ignorantia non solum excusat in foro animæ, sed etiam in exteriori iudicio. Probatur autem per iuramentum attestantis, quia nemo præsumitur suæ salutis oblitus. Caball. & alii apud ipsum, *res.crim cent.3 cas.287.n.46.* Præsertim si accedat aliqua præsũptio, vt si legem palam violaverit, Farinac. *de delic canor quæst.149 n.203.* Ex quibus sequitur, quod si quis in hoc Regno Siciliæ virulam publicè mactasset, iuraretque se legem D.N. Vrbani VIII. id prohibentem, ignorasse, non deberet declarari pœnas dictæ legis incurrisse. *part.4.tract.4.res.87.* Limita tamen, nisi ex parte iuris adsit præsumptio scientiæ: nam hæc non eliditur per ignorantiæ iuramentum. Bart. *de iur.patron. n.18.* contra Aff. *ibid.§.2.num 9* & Portell. *in res.1 part.1.cas.27.num.3 part.5 tractat. 24.resolutione 14.*

Et ignorãtia excusat etiam in foro externo.

Et probatur iuramentum ab allegãtis.

Si non adsit præsumptio iuris de scientia.

Ex matrimonio existente lite filii nati, sunt legitimi etiam in contumacia pro divortio.

ILLEGITIMVS.

1 Filii nati ex matrimonio contracto in facie Ecclesiæ cum debitis solemnitatibus si postea reperitur invalidum per impedimentum dirimens, & factum est divortium, & filii nascantur etiam in contumacia, & lis pendet adhuc, sunt legitimi communiter. DD. *p. 10rr.11.res.62.*

Illegitimus occultus est irregularis.

2 Illegitimus occultus est irregularis, Nau. & alii *p.10.tr.13.res.30.* Vide Dispensatio.

Alii Religiosi illegitimi non

Fra-

gaudent privilegio fratrum S. Georgii de Alga.

3 Fratres illegitimi S. Georgii, in Alega in Portugallia ex privilegio, per professionem habilitantur non solum ad legitimationem, sed etiam ad omnes dignitates Religionis. Eugen. IV. Sanchez, & alii: sed alii Religiosi nō possunt uti, vel frui dicto privilegio per Sixtum D. & alios Pontifices limitato. Illegitimus dispensatus à scrente illegitimitatem si eligatur in aliquam dignitatem, saltem ad forum conscientiæ intelligitur dispensatus. Portell. & alii ibid. & si dispensatus fuerit in seculo potest obtinere Prælaturas Religionis Sed contrarium est probabilius contra Lezanam, & dispensatus ad ordines non censetur dispensatus ad Vicariatum Episcopi. *ioid. tractat. 15 res. 19.*

Dispensatus à scientе illegitimitatem si ab ipso eligatur in dignitatem dispensatus est.

Dispensatus in seculo non potest obtinere dignitatem in Religione.

Ad ordines non ad Vicariatū Episcopi.

IMMVNITAS ECCLESIARVM.

Quoad Loca.

1 ✠ IMmunitas Ecclesiarum est privilegium Ecclesiis, & locis sacris concessum, vt reiad ea confugientes, non possint extrahi per vim. Quod privilegium vndenam ortum habuerit, dicemus *num. 15.* Quatuor autem hoc loco occurrunt examinanda: primum, quænam loca gaudeant immunitate: secundum, quænam personæ ad ea confugientes tutæ sint: tertium in quibus delictis: quartum, quinam sit effectus Ecclesiasticæ immunitatis tam quoad iudicem laicum, quàm quoad Ecclesiasticum: & primò quoad loca.

Immunitas tuendi reos concessa est.

Ecclesiis.

Etiam si Eucharistiam non habeant.

2 Privilegio immunitatis gaudent in primis Ecclesiæ, cap. *minor. c. definiuit, c. nullus 17. quæst. 4. c. Ecclesia, c. inter alia, de imm. Ecclesiæ,* & const. *Cum alias non nulli.* Greg. XIV. ✠. Etiam si sanctissimū Eucharistiæ Sacramentum non retineant: quia c. *Ecclesia cit.* id non requirit, & privilegium Ecclesiæ non est concessum solum ratione talis præsentiæ, sed ob destinationem ad Sacra in ea peragenda. Palaus *tom. 2. tr. 11. punct. 6. num. 2.* contra Couarr. *lib. 2. cap. 20.* & Sarpum *de iur. asyl. cap. 4.* Etiamsi de facto non peragantur. Peregrin. *cap. 4. n. 7.* contra Ambrosinum *de imm. cap. 10. n. 2.* Imò etiamsi sit polluta vel interdicta; nam non propterea desinit esse sacra, sicut Clericus interdictus non amittit sua privilegia Suar. *de relig. tom. 1 lib. 3. cap. 9. n. 6.* Et non solum quoad peregrinos, sed etiam quoad populum, ob cuius delictum interdicta fuerit. Peregrin. *num. 14* contra Dec. *tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 20.* Item quamuis nondum sit perfectè constructa: nam eo ipso quòd Episcopi auctoritate construi cœpit, diuinis obsequiis dicata est. Farin. *de imm. cap. 17. n. 261.* Et quamuis constructio intermittatur, contra Italiam *lib. 1. cap. 14. §. 3. nu. 15. & seq.* Item quamuis Ecclesia diruta sit, non auctoritate superioris, si sit spes reædificationis. Gambacurta *lib. 4. cap. 2. numero 11.* contra Corream *part. 2 tractat. 10.* quia similiter Ecclesia diruta ratione loci, in quo ædificata erat sacra esse non desinit, *l. ade sacra ff. de contr. empt.* & *l. in tantum §. sacra. in fin. ff. de rer. diu. part. 6. tractat. 1. resolutione 1.*

Nec sacra in eis fiant.

Etiamsi polluta.

Interdicta.

Nondum perfecta.

Et diruta.

3 Secundò gaudent Oratoria Confraternitatum Ecclesiæ, aut monasterio affixa. Peregrinus *num. 26.* Vel auctoritate Episcopi erecta, quod præsumitur quotiescunque habent campanam super tectum, & publicè pulsatur: contra Saytum *vbi supra* vide cap. *præsentibus, de priu.* & Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 15. numero 39. Ibid. §. Sed non est.* Imò Novar. *sect. 2. quæst. 56. num 8.* id extendit ad quascunque Confraternitates, in quibus pia opera exercentur, quamuis erectæ sint absque Episcopi facultate. *part. 1. tract. 4. resolut. 37.* Sed contrarium declaravit Sacra Congregatio Episcoporum 17 *Decemb. 1617.* & immunit. 9 *Decemb. 1631. Ibid. resolut. 108.* propè finem.

Item Oratoriis confraternitatum.

4 Tertiò contra Sarpum *ibid.* gaudēt Cœmeteria cap. *fin. de imm. Eccl.* ibi, *vel eorum cœmeteriis:* etiam ab Ecclesia separata, quia ex quo Cœmeterium fidelium sepulturæ destinatum est, Episcopi auctoritate sacratum præsumitur. Palaus

Cœmeteriis.

tom.2.tractat.11.disput.vnic.punct.6.num. 16. Imò etiamsi non ab Episcopo, sed à simplici Sacerdote benedictum sit; addit Peregrinus *numero* 57. vel etiamsi à nemine, dummodo Christianus aliquis cum Officiis consuetis de Episcopi licentia in eo sepultus sit, & etiamsi pollutum sit, vel interdictum, vt de Ecclesia diximus: nam Ecclesia, & Cœmeterium ex eadem causa æquiparantur, vt ait Castrus *cons.*441. *part.6.tract.*1. *resol.*6. *& olim part.*4. *tractat.*1. *resol.*108. §. *Notandum.*

Hospitalibus.

5. Quartò gaudent Hospitalia publica Episcopi auctoritate erecta, Farin. *c.* 27. *num.*167. ex cap. *dilhæc d. relig. dom.* cap. *definiuit* 17. *q.*4. & *l. omnia privilegia, C. de Episc. & Cler.* vbi omnia privilegia Ecclesiarum extenduntur ad hospitalia: nam sunt loca religiosa, quæ in prophanos vsus conuerti non debent. Et bene ait Castrus *cons.*458. *lib.*2. hoc procedere, etiamsi in hospitali sacra non celebrentur; & propterea non sit in eo altare, campanile, vel Ecclesia. Vide Carlinium *contr. for. cap.*116. (*Ibid.* §. *Sed transeamus*) & Novarium, qui *cap.*54. idem dicendum putat de hospitali erecto absque Episcopi facultate *p.*4. *tr.*1. *ref.*37. in fine. Competit etiam collegio de propaganda fide *p.*10. *tr.*15. *ref.*38.

Monasteriis Religiosorum.

6 Quintò gaudent immunitate Monasteria Religiosorum quoad totam clausuram, id est claustrum, dormitorium, hortum, domus familiarum, & animalium, & similia, quia adhærent Ecclesiæ. Vide cap. *si quis contumax, c. frater, & si quis in atrio*, cap. *minor.*17. *quæst.*4. *cap.*2. *de consuetud.* & habetur expresse *in l. paxeant, C de his qui ad Eccl. confug.* & docent Sanchez *vbi supr. num.*42. & alii multi. Et contra Trullench in decal. *tom.*1. *lib.*1. *cap.*11. *dub.*1. *num.*6. id procedit etiam in granciis Religiosorum: quæ sunt veluti hospitia ipsorum, & Monasterii membra, sub auctoritate Prælati Monasterii, cuius sunt granciæ. Sic Peregrinus *n.*38. *Ibid* §. *Et tandem.* Gaudent similiter Domus Clericorum in communi viventium, vt Domus PP. Congregat. Oratorii, Item Domus Seminarii; Domus Puellarum, & Orphanorum, Episcopi auctoritate fundatæ. *p.*6. *tr.*1. *ref.*1. in fine. Item capellæ rurales religiosorum, *p.*10. *tr.*15. *ref.*38.

Palatiis Episcoporum.

7 Sextò gaudent Palatia Episcoporum. Concil. Aurelian. *in cap. id constituimus* 17. *quæst.*4. Vbi contra Sarpum *fol.* 40. non distinguitur de palatiis sitis intra, vel extra quadraginta passus ab Ecclesia, vel de habentibus, & non habentibus statutum: quoniam immunitas eis concessa est ob reverentiam dignitatis Episcopalis, quæ vbique eadem est, & aliquid peculiare esse debet Domui Episcopali, quod non est aliis domibus Ecclesiæ, & Canonicorum, quæ intra passus 40 gaudent immunitate. Correa *part.*2. *quæst.*8. *n.*19. & alii multi *par.*1. *tr.* 1. *resol.*27. *part.*4. *tract.*1. *res.*96. *& part.*6. *tract.*1. *resol.*4. Nec obstat, quod ait Sarpus, à sacris Canonibus statutum esse, quod Episcopi domum Ecclesiæ proximam habeant. Nam, si habeant distantem, solū dici possent iuri contravenire, non tamen amittere immunitatem: quia non quidquid fit contra ius, tollit immunitatem Bonac. *tom.*2. *disp.*3. *q.*7. *punct.*4. *n.*11. Revera tamen id pro illis temporibus statutum fuit, quando Clerici vna cum Episcopo habitabant: quod cum ampliùs in vsu non sit, talis obligatio cessavit, vt supponitur in Cæremoniali Rom. edito à Clem VIII. *cap.*1. Adverte etiam, quòd Palatium Episcopi gaudet immunitate, etiam eo absente, vel mortuo, vt docet Italia *num.*4. dummodo alteri locatum non sit. Et *n.*131. ampliat ad domum Episcopi, quando per suam diœcesim in visitatione transcurrit. *resol.*4. *cit. in fine, & ex parte in resolut. etiam* 96. *cit.* Adde, idem videri dicendum de Palatiis Episcoporū Titularium (quorum necessitatem in Ecclesia Dei optimè explicat Bollus *in Oecon. cā. Etiam Titularium. class.*3. *can.*2. §. 4. contra Canum *de loc. Theol. lib.*5. *c.*7. & retinere dignitatem Episcopalem habetur in cap. *legimus verb. vbicūq; dist.*93.) aut extra diœcesim existentium, contra Ciatlinium *c.*10. *n.*10. Et ratio est, quia iura indistincte loquuntur5.

quuntur, & lex generaliter lata, generaliter intelligi debet, *l. in fraudem §. vlt. de testi. mil.* & ratio concessionis immunitatis, quæ desumpta est ex Episcopi dignitate, militat etiam in his. Adde, quod familia Episcopi Titularis, aut extrà diœcesim existētis, gaudet foro, vt dicemus *verb. Immun. Eccles. num. 19.* Verùm, cum supradicti Episcopi iurisdictionem non habeant, Episcopi Diœcesani erit de delictis suorum familiarium, & de reis in eorum domos fugientibus iudicare. Sed de hac re Sacra Immunitat. Congregatio suum ferat oraculum. Dices cum Peregrino, Episcopus residere debet in sua Ecclesia, & extra diœcesim nullam habet iurisdictionem: ergo nec eius domus immunitate gaudebit. Respondeo, consequentiam gratis inferri; & præterea non semper peccare Episcopos manendo extra Ecclesiam. *part. 6. tr. 1. resol. 5. & ex parte olim. part. 4. tractat. 1. resol. 40.* Adde aliquos apud Villadiegum extendere priuilegium immunitatis ad palatia aliquorum Oratorum Curiæ. *part. 11. tractat. 1. resolutione 27. in fine.*

Et Cardinalium. 8 Septimò gaudent immunitate Palatia Eminentissimorum Cardinalium extra Vrbem. Nam Gregor. XIII. & Sixtus V. hoc priuilegium ab eis abstulerūt tantùm pro Vrbe, nec eædem rationes militant extra illam. Marinus *cap. 180. n. 11. part. 1. tractat. 1. resol. 37. part. 4. tract. 1. resolutione 40. §. Sed his, & part. 5. tractat. 2. resolut. 34.* Idque ex similitudine quam habent cum Palatiis Episcoporum Palaus *tom. 2. tractat. 11. disput. vnic. punct. 6. num. 12. part. 6. tractat. 1. resolut. 5. §. Secundò.*

Item domibus Ecclesiæ. 9 Octauò gaudent immunitate domus Ecclesiæ Parochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorū in ambitu Ecclesiæ, de quo infrà *num. 11.* Et iam si laicis locatæ sint. Chartarius *decis. crim. 46. num. 20.* contra Oldradum *cons. 55.* Et practicatū fuit Mediolani in causa cuiusdam rei confugientis. Item Ecclesiæ locatam laicis, teste eodem Carthus. Et ratio est, quia iura non requirunt, quòd domus huiusmodi non habitentur à laicis. Et cum sint fauorabilia, ampliari potius debent, quàm restringi, præsertim cum dominium vtile cum directo, quod in tali casu penes Ecclesiam residet, adeò connexum sit, vt talis domus dici debeat Ecclesia, vt decisum fuit in Rota *in vna Veneta cons. ann. 1607. part. 7. tract. 1. resolut. 2. à §. Rectè etiam, & olim parte 3. tr. 1. resolut. 71.* Quæ quidem rationes militant etiam, si tales domus concessæ sint laicis in emphyteusim; nam prædicta decisio loquitur in hoc casu: & probari potest à simili, quia eadem Rota ann. 1631. censuit bona Ecclesiæ concessa laicis in emphyteusim gaudere priuilegio fori, & collectari non posse. Sed in hoc casu cōtrariam sententiam docuit Nouarius *in summ. tit. de immunit. num. 23.* Et ego nolo huius opinionis primus auctor haberi. *resolut. 2. citat. à §. Sed ex his.* Quod autem de domo Ecclesiæ dictum est, procedit quoque de eius campanili, siue illi coniunctum, siue ab ea disiunctum sit dummodo similiter intra ambitum sit passuum 30. Sic declarauit Sacra Cōgregat. Cardin. 7. Decembr. 1632. Et Nauarr. *numero 26.* vbi iuit ad campanile quātumcumque distans ex paritate Palatij Episcopalis, & propter spiritualitatem, quæ in eo est ratione campanarum oleo sacro benedictarum, earumque vsum in Dei cultum, ob quæ *Turris sacra* vulgò appellatur. Sed fallitur: nam Episcopi Palatio priuilegium concessum est ratione personæ: & pia opera etiam in Oratoriis priuatarum domorum exercentur, quæ immunitate non gaudent. *parte quarta, tractatu primo, resolutione 108.*

Et Ecclesiasticorum sitis intra passus 30. ab Ecclesia.

Etiā laicis concessis in locationē.

Vel emphyteusim.

Et idē die de campanili.

10 Nonò, omnis locus, cui quomodolibet præsens sit Corpus Christi. Atq; ita reus confugiens ad Sacerdotem Corpus Christi ferentem, & illum tangens, secundum communem apud Bobadillam *tom. 1. lib. 2. cap 14. num. 80.* contra Bonac. *de leg. disput. 3. quæst. 7. §. 2. num. 11.* gauder immunitate. Immò satis est, intrare cubiculum ægroti communicantis, vt ait Suarez *de relig. tom. 1. tractat. 2. lib. 3. cap. 9. num. 10.* Aut personis, quæ

Et de omni loco, cui quomodolibet præsens sit Corpus Christi.

per vicos, & plateas hoc Sanctissimum Sacramentum associant. se miscere, vt ait Peregrin. *num* 19. quia hæ personæ vna cum Sacerdote repræsentant vnam Ecclesiam. Et horum omnium ratio est, quia hoc Sanctissimum Sacramentum est ratio præcipua, cur Ecclesiis immunitas concessa sit. *part.* 1 *tract.* 1 *resolutione* 28. Id ipsum docet Correa *ad cap. inter alia, de immunit part.* 2. *num.* 25. de loco, vbi sint, vel vnde processionaliter transeant, sacræ Reliquiæ; nam etiam ob Reliquias Ecclesiæ immunes sunt: colitur enim Deus, & honoratur in Sanctis, tamquam in charis, & amicis. Idem de Sacris Imaginibus. Idem de Sacerdotibus, qui non solùm Dei obsequiis dicati sunt, vt Ecclesia; sed ipsum manibus suis tractant, & sunt ipsius sacrarium. Quod potiori iuuri dici posset de Sacerdote deferente Oleum sanctum. Sed id negat Riccius *part.* 3 *decis.* 88. *nu.* 5 *ibid in fine.* Sanè iura loquuntur solùm de Ecclesiis, & DD. communiter tantùm de Sacerdote Eucharistiam deferente *part.* 4 *tractat.* 1 *resolut.* 42. Extendi tamen debet cum Albano, & aliis ad Cardinales, si reus ad furcam ductus, vnum ex illis obuiã habeat, quod in praxim deduxit Cardinalis Ximenius Archiepisc. Toletan. apud Gomezium *de eius gestis lib.* 3. & ex consuetudine id eis competere tradit Baldus *in l. addictos. C. de appell.* & iure quidem: nam id olim habebant apud Romanos Flamines Diales, & Vestales, apud Gell *lib.* 10 *cap.* 15 *part.* 5. *tract.* 2. *resolut* 9. Gauderent etiam portantes secum aram portatilem. *part.* 10. *tr.* 15. *resolutione* 15.

Et secundũ aliquos etiã Reliquiæ.

Imagines sacræ, vel Sacerdotes.

Quod vltimum limitandum est ad Cardinales.

11 Porrò ad Ecclesias reuertendo, non solùm aula ipsa, & corpus Ecclesiæ quoad superficiem concauam gaudet immunitate: sed etiam muri eius extrinsecus, si quis illos tangat. Riccius *tom.* 3. *resolutione* 500. *nu.* 8. contra Archidiac. *in cap. vnic. de reliq. & ven. SS part.* 3. *tractat.* 3. *resolutione* 73. *& part.* 6. *tractat.* 1. *resolutione* 3. *§. Ad Argumentum, & resolutione* 6. *in fine.* Aut si ostio clauso adhæreat: nam appellatione Ecclesiæ venit etiam ostium, sicut appellatione domus ex *l. si aquæ ductum C. de contr. empt.* Gambacurta *lib.* 4 *cap.* 1. *num.* 9. contra Sarpum folio 41. Estque expressum in cap *si quis contumax* 17. *quæst.* 4. *resolutione* 3. *cit.* Et potiori iure id procedit, si quis ascendat super tectum Ecclesiæ, & locorum recensitorum. Sperellus *decis.* 63. *num.* 9 *resolutione* 73. *cit in fine. & resolutione* 3. *etiam citat. §. Dicendum.* Etiamsi pars aliqua vestis è dictis locis foras pendeat; nam per eam reus capi non potest. Villalobos *tom.* 2 *tractat.* 39. *diff.* 5. *num.* 4. *part.* 6 *tractat.* 1 *resol.* 6 *§. Sed pro complemento.* Idem dicendum de porticu Ecclesiæ ex cap. *si quis contumax cit* ibi, *vel de porticibus Ecclesiæ*, & DD. communiter, qui hoc priuilegiũ extendunt ad scalas, vt idem Sperellus *decis.* 60. *n.* 14. Et, vt vno verbo me expediam, tota Ecclesiæ fabrica, etiam quoad habitationem coniunctam, claustrum, hortos, & similia*: quod etiam procedit de aliis domibus supradictis.* Et ratio est, quia in fauorabilibus lata interpretatio faciendæ est. Et contrariam rationem, Ecclesia per semnis, aut sanguinis effusionẽ in dictis locis non polluitur, quia nimirum odia sunt restringenda. *parte* 6. *tract.* 1. *resolutione* 1. *à §. Sed quæro.* Adde Ecclesiam gaudere immunitate per externum ambitum passuum quoad Matricem quadraginta, quoad alias triginta cap. *sicut antiquitus*, cap. *definiuit*, cap. *quisquis* 17. *quæst.* 4. (nomine passus ait Bonacina *tom.* 3. *disputat.* 2. *quæst.* 3. *punct.* 16. *§.* 4. *nu.* 7. intelligi mensuram quinque pedum, & nomine pedis mensuram quindecim digitorum. *part.* 3. *tractat.* 1. *resolutione* 71.) Quod contra Sarpum fol. 33. procedit tam de Ecclesiis extra, quam intra mœnia ciuitatis, aut pagi: quia iura prædicta indistincte loquuntur, præsertim quòd Ecclesia matrix semper est intra muros. Limitari tamen debet cum Peregr. *cap.* 4. *nu.* 33. quoad Ecclesias intra ambitum murorum castelli, in quo priuilegium passuum propter loci angustiam practicari non potest, vt habetur in cap *quisquis, cit.* Neque hoc priuilegium passuum antiquatum est per contrarium vsum, vt ait Sar-

Porrò loca recensita gaudent etiam quoad muros extrinsecos.

Ostium.

Tectum.

Porticum.

Scalas. Claustrũ. Hortum, &c.

Et Ecclesia præterea per circuitũ 30. vel 40. passuũ.

Etiamsi sint intra mœnia.

Sarpus. Et si esset, contraria consuetudo seruari nõ deberet, vrait Tuschus *verb. immunit. concl 59. num.* 18 addit tria valdè notanda: primùm, quòd ambitus intelligi debet solùm de spatiis liberis, vt sunt plateolæ, & viæ, & de domibus cõtiguis ipsi Ecclesiæ, etiam laicorum, nõ autem de domibus laicorum in cõtiguis; quæ tamen non tollunt priuilegium quoad reliquas ambitus partes. Secundum, non oportere quòd talia loca sint sacra. Tertium, locum habere etiam si reus non confugiat primò ad ipsum ambitũ, contra Palaum, qui *punct. 6. nu.* 14. tunc gaudere inquit, si reus primò ad Ecclesiam cõfugiens per ambitũ postea se detineat. *part. 6 tractat 1. resol. 2.*

Gaudet immunitate collegium de propagãda fide.

11. Collegium de propaganda fide quatenus auctoritate Pontificia est erectum gaudet immunitate Ecclesiastica. Giazinus, & alij *part. 10. tract. 15. resolutione* 38. confugientes ad Ecclesiam, & solum parietes tangentes etiam exteriores gaudent immunitate Barbos. & alij. *ibidem. §. Nota hic*; idemque dicendum est de hortibus, domibus, & monasteriis gaudentibus immunitate, qua gaudent Gentium Religiosorum in villis ibidẽ. Quintanadu. *§. Notabic obiter.*

Religiosus cõfugiens ad Monasteriũ alterius Religionis etiã in sui monasterij Ecclesia valet pro monialibus, & puellis educãdis. Ara portabilis in castris gaudet eadem immunitate.

13 Religiosus effugiens è carcere ad Monasterium vel Ecclesiam alterius Religionis gaudet, & ad extrahendum illum exinde est necessaria licentia Generalis illius Religionis; imò gaudet si effugiat in Ecclesia proprij Monasterij, & valet hæc doctrina pro monialibus, & puellis educandis. Bordonus, & alij *part. 10 tract. 14 resol.* 32. eadem immunitate gaudet Reus qui aram portatilem vbi dicitur missa in Castris secum ferat. Quintanad. *ibid. tractat. 15. resol. 15. §. Et tandem.*

IMMVNITAS ECCLESIARVM
Quoad Personas.

Immunitas suffragatur omnigenere

14 IMmunitate Ecclesiæ, & loci sacri de rigore iuris, & in terminis Constitut. Gregor. omnes personæ gaudere possunt in delictis non exceptis. Etiamsi infideles sint aut Iudæi, quia nimirum iura has personas non excipiunt, & ad Gentilium asyla cuiuscumque Religionis personæ turbò confugiebant. Ratio autem est, quia immunitas non est cõcessa personis, sed locis. Aliqui limitant hanc sententiam in casu, quo infidelis ad Ecclesiam confugiens, Baptismum absque simulatione postularet. Sed communis opinio ex declaratione S. Congreg. immunitatis, etiam perfidum in Ecclesia protegendum affirmati quam sequitur nouissime Bicciullus *lib. 2. cap.* 12. nam hanc clausulam iura non adhibuerunt. Stando autem sententia illorum, infidelis Baptismum petens, cueri deberet, donec suæ intentionis cãdor examinaretur. Præsumptio enim, quod illa petitio Baptismi sit coacta, & fraudulenta, non est iuris, & de iure; & vnde Episcopus debet contra illam probationes admittere, & constito de intentionis rectitudine, illum defendere, vt docet Suarez *de relig. tom. 1. lib. 3. ca.* 10. *nu.* 12. *part 1. tract. 1. resolut.* 22. *part. 4. tractat. 1. resolutione* 50. *part 5. tract. 1. resolutione* 2. *§. Notandum, & part. 6. tractat. 1. resolutione* 23. Et eadem est ratio de hæretico schismatico, apostata, hæreticorum fautore, &c. in aliis delictis ab hæresi, fautoria, &c. nam iura negantia hæreticis immunitatem, intelligenda sunt in sensu formali, nimirum quoad delictum hæresis, &c. non autem quoad homicidium, furtum, &c. nam quamuis hæreticus etiam in his criminibus indignus sit, qui ab Ecclesia, cuius proditor & hostis est, protegatur: Ecclesia tamen in suæ pietatis ostensionem non illum excludit. Farinac. *cap.* 13. *n.* 170. contra Sarpum *c. 5. fol. 60. part 1. tr. 1. ref. 29. & part. 6. tr. 1. resol. 24.* & homicida extractus violenter ab Ecclesia à parẽtibus occisi, & superueniẽte Curia sæculari; illũ in carcerem intrudẽre debet restitui Ecclesiæ, cũ gaudeat immunitate. Peregr. & alij *part. 9. tr. 7. resol. 6.* Sic qui à parentibus è manibus satellitũ ereptus, & in Ecclesiã confugiens gaudet illius immunitate. Diana *p. 9. tr. 8. resol.*

riperson. rum. Etiam Iudais Infidelibus

Hæreticis, Schismaticis, Apostatis, &c. P. delictis no. exceptis,

Sic etiam Neapolit. in seditione facta.

fol. 45. eodem modo Neapolitani in seditionibus (secluso indulto generali) è carceribus extracti, & in Ecclesiã confugientes gaudebant immunitate, vt gaudent Nouitij, & Laici, & hospites in Conuentu *ibid.* §. *Ex his infertur.*

Item Clericis.

15 Petes primò: An Ecclesiæ immunitate gaudeant Clerici, ita vt ab Episcopo extrahi ab ea inuiti non possint? Affirmatiuè respondeo cũ Romano *cons.* 226. & 234. & aliis communiter, contra Abbatem *in cap. inter alia de immunit. nu.* 23. Et sic declarauit Sacra Congregatio 29 Ianuar. 1617. & 17. Augusti 1618. præter casus degradatione dignos. Immò Roman. probat maiorem rationẽ vigere in Clericis, quàm in Laicis in ordine ad participandum hoc priuilegium. *part.* 1. *tr.* 1 *resol.* 24 *part* 3 *tr.* 1. *resol.* 5. & *part.* 6. *tr.* 1 *resol* 25. § *Notandum*, & 26. §. *Quaro decimò* Et reus Sacerdos cotta, & stola indutus extra Ecclesiam inuentus ad associandum v. gr. defunctum, præcedente Cruce, non posset à satellitibus capi, vt ait Locatellus *de tort. in spect* 5. *num.* 164. quòd à fortiori procederet in Sacerdote ferente Extremã Vnctionem vel Sacrũ Viaticum infirmo, nam eadẽ reuerentia, quæ debetur Ecclesiæ, quæ domus Dei est, maiori ratione debetur Sacerdoti, dum in habitu Sacerdotali ministrando diuina, & exequendo officia Ecclesiastica, repræsentat Christũ Dominum. Vnde si in his casibus caperetur, & de aliquo delicto ab Episcopo interrogaretur non deberet ei respondere, sed opponere nullitatem capturæ. §. *Notandum cit.*

Et Religiosis, confugientibus ad alias Ecclesias ab iis in quibus deliquerunt.

16 Petes secundò: Quid de Religiosis? Respondeo, si delicta extra Ecclesiam, & Conuentum commissa sint, gaudere immunitate, ex paritate Clericorum. Consuetudinem verò, quæ in contrarium affertur, nec certam esse, nec obstare: nam si nullus laicus ad Ecclesiã hactenus aufugisset, non propterea Ecclesia immunitatem, quæ sibi cõcessa fuit, amitteret Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 10. contra Riccium *part.* 3. *decis.* 172. *nu.* 6 *part.* 1. *tractat.* 1. *resolutione* 25. Et ideò Religiosus in Ecclesia, & domo alterius Religionis ab ea à qua apostatauit, gaudere debet immunitate, vt practicatũ testatur Italia *de immunit. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *numero* 17. *part.* 1. *tractat.* 1. *resolutione* 23. *part.* 4. *tractat.* 1. *resolutione* 83. *in fine.* & *part* 6. *tract.* 1. *resolut.* 26. §. *Quares decimò* Immò Gambacurta idem dicendum putat de Ecclesiis, & Monasteriis, in quibus Religiosus deliquit: quia hic casus in sacris Canonibus non excipitur. Procedere tamen, quando superior procedit ad pœnas Canonicas vt iudex: non quando ad pœnas salutares vt pater. Sed hæc opinio, licet in rigore iuris probabilis, habet contra se contrariam praxim à Summ. Pontificibus approbatam. Quotidie namque in S. Congregat. Regul. occurrunt Religioforum appellationes, ex quibus Summus Pontifex compertũ habere potest, hanc suis subditis locorum immunitatem Regulares Prælatos suffragari non velle, & tamen superiores non punit, sed potiùs sententias eorum confirmat. Et si opinio Gambacurtæ admittenda esset, nullus Religiosus puniri posset, & disciplina regularis corrueret. Trullench *in decis. tom.* 1 *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 2. *num.* 2. & 3. *resolut.* 25. & 26. *citat.* Pellizzarius verò tenet religiosos, & puellas excitandas delinquentes in propriis monasteriis, si confugiant ad proprias Ecclesias, tutas esse *part.* 10. *tract.* 14. *resol.* 30.

Secus de iis in quibus deliquerũt.

IMMVNITAS ECCLESIARVM Quoad delicta.

Immunitas Ecclesiarum est de iure diuino.

17 SVpponendum hic primò est contra Sarpum (commentitium nomen, quod in tota hac materia *de immunit.* maximè infensum; & Ecclesiarum priuilegiis inuidum contradicentem habemus in libro, qui de iure Asylorum inscribitur) Ecclesiarum immunitatẽ esse de iure diuino. Sic DD. communiter, quos citat, & sequitur Germon *lib.* 3. *cap.* 56. & ad contraria argumenta respondet. Et dato quod sit de iure humano, ea non à sæcularibus Principibus,

Canonico.

sed

sed à Summis Pontificibus originem habuit: sic declarante Trident. *sess. 25. cap.* 20. Et quamuis Gelasius huius nominis primus leges immunitatis primus statuerit, certum tamen est, Pontifices illam concessisse, ex quo Ecclesiæ primum ædificari cœperunt, quia dictus Gelasius, ante quem, vt diximus, nullus de hac re habebatur can. *in cap. Pater* 17. *quæst.* 14. ait, nunquam licuisse Principibus reos ad Ecclesiam confugientes inuitos extrahere. & extrahentem fuisse sacrilegium. Quemadmodum autem Clericorum exemptio quoad forum: quamuis in ipsis Ecclesiæ exordio in praxim deducta, vt patet ex Apostolo 1. ad Timoth. 5. ibi, *Aduersus Presbyterum noli accusationem recipere, nisi sub duobus vel tribus testibus*, & docet Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 3 cap. 13. numero* 10. post multa tamen tempora Sacris Canonibus roborari cœpit: ita de Ecclesiarum immunitate dicendũ foret. Secus enim Pontifices per multa sæcula templa Christianorum Asylis Gentilium deteriora esse annuisse, & in concedenda illis immunitate à laicis Principibus fuisse præuentos; quod est absurdum. Dicendum igitur, Ecclesiarum immunitatem fundari in iure diuino, & Canonico, accessisse etiam ei Imperatorum, & Regum decreta, quæ Sarpus adducit, non tanquam institutoria, sed tanquã subsidiaria (vt de aliis legibus Imperial. circa Cler. exemptionem docuit Sacr. Rota in vna Albanen. Gabellæ die 28. Ian. 1630.) eaque aliquando Sacra Concilia ex suaui Ecclesiæ prouidentia, & ad maiorem sacræ immunitatis obseruantiam postulasse. *part. 4. tract. 1 resolutione 44. & part. 6. tractat 1 resolutione 34. à* § Sed Superest, *& ex parte in resolutione 29.* § *Quarto.*

Et ciuili.

Et ius positiuũ correctiũ est per Bullã Gregor. XIV.

18 * Supponendum secundò, inter alias de Ecclesiarum immunitate Canonicas sanctiones emanasse constitutionem Gregor. XIV. *Datam Romæ in Quirinali Calend. fol. 1591.* quæ incipit. *Cum aliàs nonnulli*, in qua omnia priuilegia quibusuis personis concessa extrahendi reos ab Ecclesiis in casibus permissis reuocantur, & omnia in hanc formam cum antiquis iuribus reducuntur, quatenus in posterum nemo ex magistratibus laicis reum de Ecclesia, aut loco sacro absque Episcopi licentia extrahere præsumat, sub pœna excommun. latæ in Bulla Cœnæ contra violatores Ecclesiasticæ immunitatis. Reos verò omnes hac immunitate gaudere, præter latrones publicos, grassatores viarum, aut depopulatores agrorum, proditorios, item homicidas, quive homicidia, aut membrorum mutilationes in ipsis Ecclesiis, aut cœmeteriis commiserint, nec nõ assassinij, hæresis, aut læsæ maiestatis in personã ipsiusmet Principis. reos. † Quæ quidẽ constitutio cum lata sit per modũ legis vniuersalis, & reducat omnia ad vnam formam cum particula taxatiua *tantum*, sublata facultate aliter interpretandi, reuocat non solũ consuetudines, vt ait Maceratensis *lib. 2. resolutione 15. n. 5.* & iurium ampliationes per DD. factas contra Gambacurtam *cap. 8. & 9.* sed ipsum etiam contrarium ius commune, vt docet Filliuc. *tom. 1. tractat. 15. cap. 6. n. 153.* & determinatur in litteris arbitrij Prælatis Siciliæ à Sede Apostol. ann. 1605. concessis, & in quodam Breui Clement. VIII. ad Archiepisc. Panormit. 6 Febr. ann. 1597. vbi declaratur homicidium per insidias committentes gaudere immunitate, non obstante, *cap. 1. de homicid. part. 1 tract. 1. resol. 1.* Dices primò, contrariam consuetudinem non abrogari per hanc Bullam, quia hæc derogatio in canon exprimitur, vt exprimi alias deberet ex cap. 1. *de const. in 6.* Respondeo, omnes consuetudines cõtra Ecclesiarum immunitatẽ esse inualidas, & corruptelas; vt probauimus *verb. Cõsuetudo, & num. 2.* Et præterea, dictum caput non procedere in legibus, per quas ad ius primæuum reducimur (Castro *in l. de quibus nu. 54. ff. de leg.* & Charthar. *decis. crimin. 46. num. 45.*) qualis est constitutio de qua loquimur. Quæ etiam satis expresse contrariam reuocat consuetudinem, dum prohibet iudicibus sæcularibus reum ab Ecclesia extrahere, etiam in delictis exceptis.

Cum suis ampliationibus.

Et cõtrariis cõsuetudinibus.

Dices secundò cum Sarpo, dictam constitut. non fuisse vsu receptam, aut contraria consuetudine fuisse abrogatam. Respondeo, in dicta const. adiectã esse clausulam decreti irritantis, cuius virtus est, quòd probari non possit, legem tali clausula firmatam non fuisse vsu receptam, vt nouissimè Sacr. Rota *in Maior. Indult. die* 11. *April.* 1639. coram D. Merlino, & 16. *Nouemb.* 1640. coram D. Peutingero. Contrariam verò consuetudinem non potuisse eam antiquasensu Cleri, re; qu'a præter supradicta contra or nẽ & Episcopi. similem consuetudinem requisitũ, quod esse annorum 40. dicemus *verb. Vsus, nu.* 12. & non est introducta sciente Summo Pontifice, qui reclamat quotannis in Bulla Cœnæ, & nouissimè in Bulla *Roman Pontifex, data Romæ 5. Ian.* 1641. *part* 6. *tractat.* 1. *resol.* 29. Nec obest consensus Clericorum, & Episcoporum, nam hi non possunt renunciare priuilegio, quod principaliter in Dei honorem concessum est, aut consentire consuetudini contra Canones. Ex quibus ait Valboa *in cap.* 1. *de foro comp.* consensum Clericorum in iis quæ Ecclesiasticæ libertati præiudicant, nil operari. Sicut etiam Sperell. *decis.* 37. *d. num.* 63. *ibid. resol.* 9 *à §. Sed non desinam.*

Etiã introductis de cõ

Et Bulla violatur etiam per attentatã rei, ab Ecclesia extractionẽ.

17 Supponendum tertiò contra Gambacurtam *lib.* 8. *cap.* 13. Constitutionem prædictam violari non solùm per consummatam, sed etiam per attentatã rei ab Ecclesia extractionem, per illa verba *quidquam præter, aut contra tenorem huius constitutionis attentare præsumpserit*, quæ sicut rationabiliter interpretantur a Farinac *cap.* 20. *num.* 321. de attentatione in externum opus elapsa, ità gratis interpretatur à Gambacurta de attentione cum effectu subsecuto *p.* 1. *tractat.* 1. *resolut.* 15. Item violari per reicidium de mandato Iudicis laici in ipsa Ecclesia commissum, vt post Nouarium, & Naldum docuit nouissimè Squillante *de oblig Clr. part.* 5. *dub.* 14 *nu.* 90. vbi testatur de praxi. Nam legis mens magis est attẽdenda, quàm verba, *l. scire ff. de legib. l. non aliter ff. de legat.* 3. *l. nominis, & rei §. verbum ex legib. ff. de verb. sign.* ratio enim est anima legis, à qua regulari debet. Gutier. *lib* 3. *quæst.* 17. *num* 83. Mens autem Pontificis fuit, hunc casum comprehendere, quia reuerentia Ecclesiæ debita (ratio principalis, & vnica dictæ cõstit.) magis violatur per occisionem in ipsa Ecclesia, quam per extractionem rei ab ea. Et alioqui dicta const. facilè eludi posset; nam Iudices ad vitandã excommun. reos non extrahi, sed occidi mandarent in ipsa Ecclesia, quod esset legi fraudẽ facere contra regulã *l. contra legẽ, 28. ff. de legibus* quapropter Nauar. *ca.* 27. *nu.* 31 & alij, ad elusionem vitandam vltra verborum proprietatem tam naturalem, quàm ciuilẽ legem extendi posse permittunt. Dices, Lex pœnalis extendi non debet ad casus non expressos, etiam vbi maior ratio militat, vt dicemus *verb. Lex quomodo interpretanda*. ergo Respõdeo, multos negare antecedens. Nos verò dicimus primò, illud non procedere quando lex pœnalis fauet Ecclesiæ, vt Gloss. *in cap. sciant cuncti. verb. alios.* & ibi Dominicus, & Francus *num.* 6. Et præterea negamus consequentiam: nam dicta constitutio licet pœnas infligat, &c. Ex primaria tamen intentione fauorem Ecclesiæ intendit, & personarũ ad eam confugientium, & ideò fauorabilis censeri debet, vt in simili de can. *Si quis suadente* ait Moditius *in §. Lex est, in. stitut. de iure gent. dub.* 21 *num.* 4. & omnibus concernentibus Ecclesiasticam immunitatem, Merolla *tom.* 3. *disputat.* 6. *cap.* 6. *dub.* 1. *num.* 14. *part.* 6. *tractat.* 1. *resolutione* 35.

Est enim lex fauorabilis, & ideò in rei, & Ecclesiæ fauorem ampliãda.

18 Et ideò generaliter contra Sarpum dicendum est. d. Const in fauorem Ecclesiæ, & redundanter etiam reorum, extendendam esse, siue in dubiis circa loca sacra, siue circa delicta, &c. Nec valet dicere, quòd interest bono publico, ne crimina, præsertim atrociora, impunita remaneant: Ecclesiam non debere facinorosis delinquendi occasionẽ præbere: Deum, & Ecclesiam abhorrere delicta, &c. quæ acriter ac insolenter nimium vrget Sarpus. Nam maximè inter reipublicæ, quòd Ecclesia tueatur ad se confugientes, propter reuerentiam Deo

Deo debitam. Vnde apud omnes nationes vsus inualuit, quòd domus diuino dicatæ cultui reos ad se confugientes protexerint. (Quamuis Sarpius de templo Iudæorum id neget, & hunc vsum solis Græcis attribuat, apud Bittherfurtium *de iure asyl. cap. 12.* vbi illum impugnat *part. 6. tractat. 1. resol 35. §. Et hæc dicta.*) Quæ quamuis, vt ipse obiicit, fuerint pauciores, cum Christianorum Templa innumera penè sint, multitudo tamen aliundè compensatur: tum quia nostra Templa non fauent in omnibus delictis, vt illa fauebant, nam rei in multis extrahuntur, & brachio sæculari traduntur, & in aliis puniuntur à iudice Ecclesiastico, licèt remissius, tum quia maior debetur honor verò Deo, quam Ioui, Herculi, &c. Quòd si inde mali occasionem arripiunt scelera committendi, id commune est omni rei quantumuis bonæ: nulla enim est tam optima, qua aliqui ex sua malitia non abutãtur. Abuntur enim Dei misericordia, licèt ipse alioqui delicta, & abhorreat, & puniat *part. 6. tract. 1. resolut. 34.* Quòd autem Sarpius opponit: Ecclesiam si graviora delicta protegeret, euasuram speluncam latronum, retũditur à Guttierr. *lib. 3. quæst. 3. n. 9.* auctoritate Chrysostomi, defendentis Eutropium tyrannum, & Christianorum persecutorem qui ob manifestas rapinas ab Honorio, & Arcadio Imperatoribus ad supplicium damnatus ad Ecclesiam confugerat, & ad similem instantiã sic respondentis: *Maximè propter hoc tuendus est Eutropius, quod scelestorum princeps fuit: in his enim oportet glorificari Deum, qui permisit in id necessitatis eum adduci, vt per ipsum, & virtus, qua sine est Ecclesia nosceretur. Ista enim vera sunt ornamenta altaris, Ecclesiæ ista sunt vera Christiana pietatis insignia, &c.* Denique quòd addit ex Nauarro, & Farinacio, reos Romæ in delictis grauioribus Ecclesiarum immunitate non frui, falsum est, & spurcum mendaciũ, quod Farinacius ex sola Nauarri auctoritate docuerat, & postea in iis, quæ Romæ obiuit muneribus. in praxi compertus, *in Append. de immun. cap. 2. num. 17.* retractauit, Nauarrum excusans. Et dato, quòd verum esset, nihil Sarpo faueret, ad idem iustificandum in aliis locis. Nam Papa qui Romæ præsens est potest immunitatem iuxta contingentiam, & casuum diuersitatem concedere, & denegare, quod ex defectu potestatis Principi laico non licet, *part. 6. tractat. 21. resolutione 25. à §. Nec obstat.*

19 Supponendum quartò, excommunicationem Bullæ Gregor. non esse ferendam, sed latæ sententiæ, vt declarauit Clement. VIII. & Paulus V. contra Zambellum *verb. Ecclesia quoad eius imm. num. 23.* Vide Palaum *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 12. num. 3. part. 6. tract. 1. resol. 34.* in fine. Item ille reseruatum Summo Pontifici, nec ab Episcopo absolui posse. Ciarl. *c. 10. n. 38.* & Maranta *part. 2. resp. 36. n. 14.* Et declarauit Sacra Congrega' apud ipsum in vna Neapolit. de Sanfelciis ann. 1626. & olim in vna Liparen. die 16. Ianuar. 1611. vt constat ex litteris Card. Galli ad Episc. Liparen. Imò Scortia. *epit 152. theor 387.* docet violantes Ecclesiarum immunitatem incurrere in censuras Bullæ Cœnæ, licèt neget Fontanella *tom. 1. decis. 201. num. 38. ibid. à §. Et tandem, & recitanter olim. part. 1. tr. 1. resolut. 41.* *Et imponi excommunicationem latæ sententiæ. Summo Pontifici reseruatam.*

20 Suppono tandem, in dubiis, an reus gaudeat immunitate vel nè. Ecclesiastico Iudici definitionem incumbere, remota appellatione respectu tam rei, quàm fisci (quamuis Zypæus *lib. 3. tit. de immun. Eccles. cons. 3.* dicat, reum, quem Episcopus, inauditum immunitate non gaudere declarauit, appellare posse. Vide illum.) *part. 6. tractat. 1. resolut. 30.* Nec teneri stare processui Iudicis laici, præsertim post dubium de hac re ortum recto. Sed debere nouas probationes, easque concludentes recipere. *part. 6. tractat. 1. resolut. 31.* Quæ omnia latè probabimus *verb. Iudex Ecclesiasticus, à num. 11.* Et nunc pro loci exigentia minutiùs explicantes, addimus primò, si delictum commissum sit in diœcesi Sedis vacantis, iudicem legitimũ talis controuersiæ esse Vicarium Capituli, quia in cap. vnic. *de maior. & obed. in 6* *In dubiis an reus gaudeat immunitate, Episcopus debet decidere.*

Aut Vicarius Capituli Sede Vacante. Modo, qui habitur.

Vicarius Capituli dicitur eam iurisdictionem habere, quam haberet Episcopus, si viueret; Peregrin. *cap. 5. à num. 33.* cõtra Italiam *de immun. lib 1. cap. 6. §. 1. n. 42 part. 6. tractat. 1. resol. 30. §. Quaro primò.* Item Episcopum electum, & confirmatum, licèt nondum consecratum; quia hic actus spectat ad iurisdictionem, quã Episcopus per confirmationem acquirit, cap. *transmissa de elect.* Idem contra eundẽ. *Ibid. §. Quaro secundò.* Deinde testes examinatos in processu informatiuo dictæ causæ, repeti debere, citatis fisco Ecclesiastico, & reo, vt tenent Palaus, & Peregrin. quos *loco cit. num. 15.* referemus; iisque assignandas esse dilationes necessarias ad sua iura defendenda: nã hoc agitur ad omnẽ sententiã de iure naturæ. Palaus *tom. 2. tr. 11. disputat. vnic. punct. 13. n 14* contra Giurbam *cons. 50. n. 5. Ibid. §. Quare tertiò, & Quaro quartò.* Tertiò, dum causa discutitur, non debere reum in Ecclesia compedibus alligari, & consuetudinem contrariam, quã conatur defendere Fontanella *decis. 200. & 201.* damnandam esse, tanquam contrariã sacris canonibus, præsertim cap. *definiuit. 17. quæst. 4.* vbi cauetur, ne reis aliqua vis, aut nocibilitas, damnumve inferatur, quin per 30. passus ab Ecclesia possint exire. Fagundez *part. 2. lib. 4. cap. 4 num. 55.* & alij, *part. 6. tractat. 1. resol. 29. §. Hinc obiter.* Posse adhiberi vigilias à ministris laicis circa Ecclesiam, permittit Palaus *punct. 11. num. 6.* Sanè non potest iudex laicus reum extrahere, in suis interim carceribus detinendũ; nam const. Gregor. dicit, custodiendum esse in carceribus Episcopi, adhibita etiam si opus fuerit, custodia iudicis laici. Vnde non placet quorundam opinio, qui dicunt licere iudici laico, reum in suis carceribus nomine Episcopi detinere ad maiorem securitatem. Et multò minùs, si dicant, retinere posse nomine proprio, dando cautionem de immunitate. Bonacin. *tom. 2. disputat. 3. quæst. 7. punct. 4. n. 11. part. 6. tract. 11. resolut. 32.* Quartò, iudicem Ecclesiasticum non solùm non posse reum laico concedere, aut hunc contra illum sic concessũ procedere, in casibus non exceptis, contra Corream *part. 4. n. 10.* & alios, quia dum Bulla prædicta concedit Episcopis reum consignare, in aliquibus casibus irritum quidquid contra actum fuerit, decernens, censetur in aliis casibus hanc potestatem non permittere, vt docet Bonacina *punct. 7, nu. 3.* (*Ibidem. §. Quaro secundò.*) Sed etiam, quando inter Doctores dubium est, num reus gaudeat immunitate, vel ne, vt cum aliis Sperellus *decis. 60. n. 15.* Nam in dubiis ea opinio amplexanda est, quæ fauet Ecclesiæ, vt dicemus *verb. Opinionum 11.* Vnde aduertant Episcopi, quòd si tradant reos Curiæ sæculari in casu, quo gaudere debent immunitate, præter peccatum, & obligationem damnorum, si reus damnatur ad mortem, incurrunt irregularitatem. Nouar. *nu. 31. part. 6. tract. 1. resolutione 30. in fin.* Addo denique in delictis exceptis non posse reum extrahi à iudice laico absque licentia Episcopi, nõ solùm post Const. Gregor. vt dicemus *verb. Iudex laicus, num. 31.* sed etiam antea ex iure cam. in cap. *frater*, & in cap. *definiuit. 17. quæst. 4.* & ciuili in l. *pateant in fin. C. de his, qui ad Eccles. conf.* & authent *si quis C. ad l. Iul. de adult. in §. fin.* Et ratio est, quia Princeps laicus non potest exercere iurisdictionem in Ecclesia, cum sit extra territorium eius, *vt infrà n. 36.* Nec obstat, quòd Episcopus in his casibus non possit licentiam denegare. Nam nec denegare potest Regularibus licentiam prædicandi in suis Ecclesiis, quam tamen petere tenentur, Caballus *cap. 194. numero 12* & alij *part. 6. tractat. 1. resolutione 28.* Si quæ verò alicubi contraria extat consuetudo, ea reprobanda venit per ea, quæ diximus *verb. Consuetudo, à num. 2.* & dicemus iterum *verb. Vsus. Ibid. resol. 19.*

Gaudẽt vero immunitate rei in omnibus & quibusuis delictis præter exceptata tantùm,

21 His positis, ad delicta deuenimus, generaliter dicimus, quæcumque delicta, quantumuis enormia sint, præter ea, quæ in Bulla excipiuntur, & referemus infra, gaudere Ecclesiæ immunitate. Nam Bulla corrigit ius commune, & excipit aliquos casus cum particula taxatiua *tantùm*, quæ firmat regulã in

NON

non exceptis, l. *nam quod liquide* §. *fin.* & impedit extensionem ad non expressa, l. *properandum*, §. 1. *Cod. de iud.* l. *si cum exceptio*, §. *quòd si homo. ff. quod met. causa.* & adiecta oratione affirmativæ, excludit, & negat omne id, quod est extrà modum, & formam eius, quod ponitur, l. *Iulian.* & l. *non tantùm ff de petit. hered.* & quando ponitur per modum formæ, nec additionem, nec diminutionem admittit, l. 1. §. *opus novum, ff. de nou. oper. nunciat.* Bald. *in l. quoties C. de suis, & legit.* & DD. communiter. Adde, quòd in dicta Bulla apponitur clausula *sublata eis, & eorum cuilibet*, &c. quæ omnem prorsus extensionem, & interpretationem extraneam repellit. Decius *cons.* 61. *num.* 2. *lib.* 1. Aymon *cons.* 201. *num.* 43. Et sic docent in terminis Maranta *part.* 2. *resp.* 36. *numero* 29. Giurba *cons.* 110. *num.* 15. Farinac. *cap.* 22. *num* 355. & alii quamplures, contra Cutell. *in l. Martini cap.* 17. *n.* 5. (Sanctium *disput.* 44. *num.* 52. qui talem loquitur in terminis iuris communis *part.* 1. *tractat.* 1. *resolutione* 39. in quibus etiam refellendus est per ea, quæ docet Palaus *tom.* 2. *tractat.* 11. *disputat. vnic. punct.* 10. *num.* 4. & alij & Gambacurtam, cuius commentaria *de immunit. in hanc Bullam*, quia contrarium docebant, à sacra Congregat. fuerunt prohibita per decretum *sub die* 17. *Iul.* 1633. *part.* 5. *tractat.* 1. *resolutione* 25. Nec obstant epistolæ Clem. VIII. adductæ à Farinac. *cap.* 21. *num.* 250. directæ ad Archiepiscopos Neapolitan. & Bononien. contra debitores fugitivos, bannitos, fures, &c. nam illis Pontifex non declarat, huiusmodi delinquentes non gaudere immunitate, sed solùm prohibet Prælatis, ne tales personas in suis Ecclesiis, & domibus diu detineant. Nec obligant in aliis locis, cum Romæ publicatæ non fuerint. Peregrin. *cap.* 11. *n* 14. *part.* 3. *tractat.* 1. *resol.* 40. & *part.* 7. *tract.* 2. *resol.* 9.

Fures. 22 Gaudent ergo in primis immunitate Ecclesiæ fures, non obstante consuetudine à Sarpo *fol* 51. allegata, vt sæpiùs dictum est, etiam si ab Episcopis, & Clericis approbata fuerit. *part.* 6. *tract.* 1. *resolut.* 9. à §. *Sed an saltem.* Item sacrilegus, & periurus, præterquam si occiderit, vel mutilaverit in Ecclesia, vt dicemus *num.* 25. Chartar. *decis. crim.* 7. *nu.* 60. contra Boërium *decis.* 109. *num.* 3. & Igneum *in l.* 1. *num.* 20. *ff ad Sillan part.* 6. *tractat.* 1. *resol.* 26 §. *Quæro sextò.* Item suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ, quamuis privetur Ecclesiastica sepultura, quia hæc illis prohibetur, immunitas verò non item, interdictum enim non refertur ad ingressum materialem Ecclesiæ, sed formalem, in ordine ad audienda divina officia. Farinac. *cap.* 2. *num.* 44. cum Suarez, & aliis, contra Felinum *in cap.* 2. *de exempt.* *numer.* 6. Item excommunicatus declaratus: nam clericus excommunicatus non amittit forum; nec Ecclesia interdicta privilegium protegendi reos. Couarr. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 11. contra eundem *ibid. Ibid.* §. *Quæro secundò, & §. Quæro tertiò.* Vnde gaudet percutiens, vel occidens Clericum, etsi non sic lædat Ecclesiam: nam Ecclesia diligit inimicos, & benefacit persequentibus illam. Sperellus, & alii multi apud ipsum, *decis.* 31. *num.* 10. *ibid. in fin.* §. *Quæro sextò*, & olim *part.* 1. *tractat.* 1. *resol.* 34. *& part.* 4. *tractat.* 1. *res.* 68. Item occidens aliquem in duello. Ambrosinus, & alii apud ipsum, *de immun. cap.* 8. *num.* 12. contra Barbosam *de iur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 101. *ibidem.* §. *Quæro decimotertio. & olim part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 43. Item defloran monialem. Etiam de iure communi, vt communiter Canonistæ cum Abbate apud Peregr. *cap.* 12. *num* 14. contra Corream *part.* 3. *num.* 16 *part.* 4 *tractat.* 1. *resolut.* 43. *& part.* 6. *tractat.* 1. *resolut.* 14 *in fin.* Item raptor virginis, etiam de iure communi, ex cap. *de raptoribus* 30 *quæst.* 1. Fagund. *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4 *num* 42. & alii penes ipsum, contra Sarpum *cap* 5. *fol.* 49. *resol.* 14. *cit.* Etiam si virginem, aut monialē, in Ecclesia defloraset *res.* 43. *cit.* Item ministri extrahentes reum ab Ecclesia in casibus, in quibus gaudere deberet, quamuis indigni sint, qui immunitate gaudeant, quia alios gaudere non finunt, Balaus *punct.* 10. *num.* 10. contra

Sacrilegi, Periuri, Suspensi, Interdicti, Et excommunicati. Vt occisores Clericorum. Monomachi. Monialiū deflatores. Raptores. Ministri extrahentes reum ab Ecclesia, quando deberet gaudere.

Decian. *lib.6 cap.25.num.9.punct.6.tract. 2 resolut.32.§. Sed hic obiter.* Item blasphemus, in Deum, B. Virginem, &c. & simoniacus, nisi blasphemia hæreticalis sit, aut simoniacus errorem haberet in intellectu contra fidem. Ita de primo Navarr. *cap.25.num.20.* contra Oldrad. *cons.154.* De secundo Farinac. *cap. 13.n.177.* contra Decian. *c.26.n.5.p.6.tr.1 resol.26.§. Quaro octauo & Quaro nonò*, & de blasph. olim *part.1. tract 1.resolut.31. propè finem; & part.4 tract.1.resol 51.* Item

Et Religiosi apostatæ.

Religiosus apostata, si confugiat ad Ecclesias alterius Religionis iuxta dicta *num.14.* Item adulter, non obstante Auth. *de mandatis Principum §. deinde competens est. v. homicidia autem*, & aliis iuribus civilibus, quæ in hac materia nihil valent, cum standum sit iuri canonico. Ita Chartar. *decis. crim. 46. nu.84.* contra Auch. *in cap. inter alia de immun. resol.26 cit § Quaro septimò.* Item sodomita, etiamsi crimen nefandum commiserit in Ecclesia. Maranta *part.2. resp. 36.à num.22.* contra Cutel. *in l. Martini cap.17.num.3.resol.cit.§. Quaro quartò, & olim part.1.tract.1.resol.1. part.4 tract.1. resol.45. & part.5.tract.2.§. Vnde ex dictis.*

Item Sodomita.

Etiam stando in terminis iuris communis, ex cap. *inter alia de immun.* & ibi Hostien. *num.1 resol.45.cit* & etiamsi sodomita sit Clericus, ait Novarius *num.4. §. Vnde ex dictis, mox cit.* Item patris occisor, secluſa proditione, vel assassinio. Barbos. *lib.2.cap.4.num.95 part.6. tract 1. resol.26.* & quiuis alius facinorosus, præter delicta sequentia. *ibid. resol 25. & alibi sæpissimè.*

Et parricida.

Casus excepti debent expressè sumi.

13 Casus autem excepti in Bulla Gregorij, in quibus reus immunitate non gaudet, propriè sumi debent, nec ampliari ex paritate aut maioritate rationis: quia talis exceptio est odiosa, & ideò strictè interpretanda. Et quamuis Decianus *lib.2.c.28.n 20.* & alii doceāt, legem pœnalem ex identitate rationis extendi posse, id tamen non procedit, vbi agitur de præiudicio causæ favorabilis, vt est immunitas Ecclesiarum. Farinacius *cap.vlt.num.35 5.* & alii Vide *suprà n.17.* & 18.

24 PRIMVM ergo delictum exceptum est HÆRESIS. Hæreticus enim non gaudet immunitate: formaliter tamen sumptus, seu pro delicto hæresis tantū, nam pro aliis gaudet, vt dictum est *num.12.* Nomine autem hæresis veniunt etiam delicta hæresim sapientia, quæ ab Inquisitoribus cognoscuntur: nam hæresis interna occulta est, & per externa delicta dignoſci, & inquiri debet. Farinacius *in append. c.13.n. 175 part.1.tract.1.resol.38 part.4. tract.1. res.51. & part. 6.tractat.1. resolut.24.* Si verò constaret, fautoriam hæresis, schisma, apostasiam, &c. cum hæresi, aut hæresis favore coniuncta non esse, tales nō essent ab immunitate excludendi *res.24 citat §. Sed hoc*, in fine.

Et sunt hæresis.

25 SECVNDVM delictum exceptum in Constit. Greg. est HOMICIDIVM, & MVTILATIO IN ECCLESIA vel COEMETERIO Quòd cum etiam strictè interpretandum sit, non sunt excludendi ab immunitate furantes in Ecclesia etiam res sacras, vel in eam cum furto, aut armati se recipientes, monetam in ea cudentes, Sodomiam, vel aliud quantumuis enorme delictum committentes præter iam dicta; vt patet ex ✠ Bulla, & ex ✠ cap. *inter cætera, de immun.* Nec valet dicere, eandem rationem vrgere in his delictis atrocibus, ac in illis. Nam hoc solùm probat hæc quoque excipi rationabiliter potuisse, aut in casu occurrente impetrari posse à Summo Pontifice, vt propter delicti enormitatem rei curiæ sæculari tradantur, minimè verò, de facto excepta esse, Farinac. *c.16.nu.208.* & alii contra Sarpum *cap.5.fol.43. part.1.tr. 1.res.2. & par.6.tr.1.res 7.* Et quòd furantes in Ecclesia gaudeant immunitate, declarauit Sacra Congreg. *in vna Squillac.18. Martii 1632. part.6.tract.1.res.9.* ✠ & de tali furto etiam olim *part.1.tr.1. resol.17.* de fugientibus ab Ecclesiam cum furto, in specie *resolut.9.citat.§. Verùm*, & cùm armis *resolutione 17.citat. & part. 6.tractat.2.resolutione 8.* ✠ Et idem dic de violantibus Ecclesias: eas comburendo, &c. cum Peregrino, *c.12, n.15. p.1. tract.*

Homicidium, aut mutilatio in Ecclesia, vel Cœmeterio.

tract.7.resol.21.& part.6.tract.7.resp.16. in fine.

26 Nomine autem homicidii in dicta exceptione intelligendum est homicidium in ipsa Ecclesia physicè commissum. Vnde si in Ecclesia existens, mandet quem extra Ecclesiam occidi, nõ privatur immunitate. Palaus *punct.9. n.18.* & alii contra Suar. *de relig.tom.1.lib. 3.cap.11.n.7.* & alios. Et idem dici debet de eo, qui extra Ecclesiam existens, homicidium in Ecclesia fieri mandat, quia mandans homicidium non est propriè homicidia. Idem Palaus *punct.4 num.17* & alii, contra Peregrinum *c.6. num.36. part.1.tractat.1. resolutione 10. & part.6. tractat.1.resolutione 7 à §. Vnum etiam.* Intelligi etiam debet de homicidio cõsummato, & non solùm incepto in Ecclesia. Vnde, qui ab Ecclesia tormentariam pilam exploderet, & sic hominem interimeret, non esset privandus immunitate. Bonacina *de leg.disput.3 quæst.7.§. 4.num.8.* contra Farinac. *cap.16.num.123.* Ob contrariam rationem, qui extra Ecclesiam existens, hominem in Ecclesia existentem occideret, non gauderet immunitate. Riccius *part.5. collect.1791. par.1.tract.1 resp.9.* & obiter *part.4.tract.1 resp.107.* post medium. Secus si ab Ecclesia violenter extraheret, & postea occideret, nam in hoc casu nec causa necessaria mortis daretur in Ecclesia. Palaus *punct.9 num.18.* contra Peregrinum *cap.6 num.16.resp.107 cit.in fine, & par.6. tract.1.resp.7.§. Et tandem.* Item intelligi debet de homicidio planè voluntario, & deliberato. Vnde si quis in Ecclesia aliquem occideret in subita rixa, & ex calore iracundiæ, adhuc gauderet immunitate, vt decisum fuit Romæ ann. 1639. occasione cuiusdam homicidii facti in Ecclesia Sancti Ioannis Later. & tenet Farinacius, & post illum Novarius *n.58.* & alii, quia talis non videretur habere animum violandi Ecclesiam *par.6 tr.1 resp.7 §. Sed quid dicendum si quis, & recitanter olim part.1.tract.1.resp.11.* Maximè si homicidium fieret in defensionem, *ibid. & par.4 tr.1.resp.107.* Nomine verò mutilationis venit abscisio veri membri, ✠ & iuxta dicenda V. *Irregularitas ex mutilatione* ✠. Vnde quæcumque vulneratio in Ecclesia commissa citra mortem vel membri abscisionem, gaudet immunitate, & iuxta hanc doctrinam S Congr. Episc. die 16. *Novembr* 1618. declaravit, inferentes alapam in faciem alicuius intra Ecclesiam gaudere ipsius immunitate, teste Barbosa *de iure Eccl. lib.1.c.3.n.13.resp.11. cit.in fine, & p.6 tract.1. resp.7.§. Vnde ex his.*

27 Nomine autem Ecclesiæ non veniunt scalæ, atrium, porticus, tectum, &c. vt venire diximus nomine loci in ordine ad suffragandum rei confugiendi: nam ibi eramus in favorabilibus, hic sumus in odiosis. Idem dic de palatio Episcopi, domibus canonicorum, Monasteriis Religiosorum, & c. occidens ergo aliquem in scala, vel super tectum Ecclesiæ, non amittit immunitatem. Megala *in 3 part.cap.2 quæst.1.n.17.part.3.tr. 1.resp.39. & part.6.tract.1.resp.7. §. Oritur etiam.* Etiam si in tali loco deliquerit sub spe confugiendi ad Ecclesiam, non obstante decret. Clem. VIII. ad Archiepiscopum Panorm. de quo benè Ciarlinius *cap.10. à num 55.* quia nimirum editum fuit pro casu particulari. Et ratio est, quia talis casus non excipitur in Const. & alioqui qui committit reservatam sub spe lubilæi, adhuc absolui potest virtute illius. Palaus *tom.2. tr.11. disp.1.punct.9 n.21.* & alii contra Danzam *tom.1.tit.de immun.cap.2.num.6.* Idemque procedere in terminis iuris communis tradit Suarez *lib.3.cap.11.num.9.* contra Covarruuiam *part.6.tract.1.resp.10.* Qui etiam citra mutilationem, & mortem, vulneraret actu confitentem in Ecclesia absque hæresi, gauderet adhuc immunitate. Sicut etiam, si occideret confitentem extra Ecclesiam, aut infirmum, dum sacro oleo vngitur, & c. quia similiter hæc delicta non excipiuntur. Solum ergo propter atrocitatem delicti, consuli posset Summus Pontifex, contra Trullench *in decal.tom.1 lib.1. cap.12. dub.3.num.21.p.6.tr.1.resp.26.§. Quæro duodecimò.*

Homicidium proditorium.

28 TERTIVM delictum exceptum, est HOMICIDIVM PRODITORIVM, quod intelligendum est etiam de consummato per effectū mortis secutum: nam verba Bullæ sunt præteriti temporis perfecti, quæ demonstrant actum consummatum, *l.1.§. hæc verba, ff. quod quisque iur.* Idque etiam in terminis iuris communis, ex cap.1. *de homicid.* tenent DD. quos citat, & sequitur Farinacius *c. 9. num. 55.* contra Sarpum *fol. 47. part.1. tract.1. ref.4. &* 18. *part. 4. tr.1. ref.83, & part.6 tract.1. ref.12.* Vnde in ore tè extenditur Bobadilla *tom.1. lib.2. cap. 14. num.44.* ad alapas, aut fustigationes vero nobili proditoriè inflictas. *part.1. tra. 1. resol.31.* Item intelligi debet de homicidio consummato physicè per ipsūmet proditorem: vnde si quis per insidias aliquem eò ducit, vbi ab alio occidetur, non privabitur immunitate, contra Peregr. *cap.7. num. 9. ref.12. cit.§. Notandum est tamen.* Sicut etiamsi testis per falsam depositionem esset causa quòd aliquis suspenderetur. Palaus *punct.10. num.8. part.6 tr.1 resol.26 §. Quarto vndecimo. & remissiue olim part.4 tract.1. res. 19. & part.4. tract.1 ref.104. § Sed quid.* Porrò non est homicidium proditorium, si quis inimicum occidat ex animo præmeditato, & vt vulgo dicitur, *appostato*, quod proinde gaudet immunitate. Caball *de hom. num.388.* contra Sarpum *fol.48.* Etiam in terminis iuris communis. Suarez *de relig. tom.1. lib.3. cap.11. num. 13.* & practicatum Castellæ ex determinatione supremi Concilii, testatur Villalobos *tom.2 tr.39 diff.7. num.12. part.6. tr. ref.13.* Nec homicidium per sclopū à tergo, vt ex sacra Congr. *die 2. Augusti 1619.* observat Barbosa *lib.2. cap.3. num. 62.* Nec homicidium per insidias tantum (vt *tract.1. ref.33.*) vt per venenum; sed debet accedere simulata amicitia cum eo, cum quo nullus præcesserat tacor, & qui proinde non debuit præcavere. Et sic intelligenda Sacra Congregat. dum die 3. *Decemb. ann.1632.* declaravit, occidentem veneno, non gaudere immunitate: nam si occidatur inimicus veneno, aut dum dormit, &c non verè proditoriè occiditur, cum præcavere debuerit. Et sic declaravit Clement. VIII. Archiepiscopo Panormi *6. Februar. 1597.* docentque Peregrinus, Bonac. Farinacius, & alii, quibus adde Palaum *punct.9. nu.16.* contra Felinum *cap.1. de hom. n.1.* & alios communiter. *p. 1. tract.1. ref.5. & 36. & part.6 tractat.1. ref. 12. §. Nota etiam.* Et procedit etiam, si filius insidiosè occideret patrem inimicum, contra Barbosam *c.3 nu.65. part.6. tract.1. ref.26.* Aut amicum reconciliatum; cum quo non sit reassumpta stricta amicitia per cohabitationem, aut commessationes: nam alias inimicus reconciliatus habendus pro inimico, sic Curia Archiepiscop. Neap. apud Riccium *par. 1. decis 168. num.2.* contra Gambacurt. *l 5 c.28. num.3 part.1 tr.1. ref. 15. & part. 4. tract.1. ref 34.* Et procedit etiam, si occisor dederat fidei iussionem de non offendendo, nam adhuc se tueri debebat, & præsumere perseverantiam odii. Marinus *c.147. num.3.* contra Peregr. *c.7. nu. 10 ref 34.* cit. Denique, non est homicidium proditorium, si veneno occidatur in vtero matris, quia in infantem, qui non est capax doli, non cadit proditio. Bonacina *tom.3. disp.2. quæst.3. punct. 6. §. 8. nu.8.* contra Peregrinum *c.3 nnm.8. p. 3. tract 1. ref.72.* Et si proditoriè occidatur à Christiano infidelis, non est censendum delictum exceptum, quia non videtur noster proximus, qui non communicat nobiscum in fide, Ecclesia, & Sacramentis. Constitutio autem excipit homicidium proditorium proximi; Bonacina *in decal. disp.7. quæst.3.* contra Palaum *punct.9. num.31. particul 3. tract.1. ref.105.*

Assassiniū.

29 QVARTVM delictum, quod in Gregor. Constit. excipitur, est ASSASSINIVM Assassinium dicitur, cùm quis aliquem conducit ad occidendum, aut mercede conductus, aliquem occidit. Et absente mandante, vt ait Farinac. *c.8. num.132. part.1. tr.1. ref.18 §. Non reticebo, & part.6. tract.1. ref.11. §. Secundò.* Et presse etiam sumi debet pro eo, qui per assassinum occidit physicè, non moraliter,

liter, vt esset testis pecunia corruptus in causa mortis; quem licèt *in part. 1. tract. 1 resolut. 19.* docuerim non gaudere immunitate, nunc existimo, saltem consulendum esse summum Pontificem: nam Bonacina *vbi sup punct. 6 §. 3. num. 8.* ait gaudere. *part. 4 tract. 1. res. 104.* Item non debet intelligi de mediatore assassinij, aut complice DD. *in c. pro humani de hō. in 6.* & decidit sacrum Concilium *an. 1615* apud Rovitum *in prag. 1. de assass. n. 49 part. 4 tract. 1. res 13. & part. 6. tract. 1. res 11. in fine.* Rursus assassinum debet esse consummatum secuta morte, vt de homicidio proditorio diximus: alias assassinus gaudebit immunitate etiamsi ad actum proximum, nempe ad vulnerationem devenerit: quamvis oppositū docuerim *part. 1. tract. 1. res. 18.* cum Peregrino *c. 7. num. 37.* nam si assassinus quē vulneret citra mortem, non punitur pœna ordinaria assassinij, vt non contemnendi DD. apud Farinac. *quæst. 123. inp 4 num 155.* vnde cum hæc opinio sit mitior, & favorabilis, in favorem Ecclesiarum amplecti debet. Sic Layman. *lib. 4. t. 8. cap. 3. n. 9.* & Palaus *punct. 9. n 38.* vbi mandantem assassinum, etiam morte non secuta, non gaudere, inquit, iuxta cap. 1. *de hom. in 6*, nam ibi assassinus dicitur (& sive mors sequatur, sive non assassinij pœnis puniendus) mandans assassinium, non mandatarius. Imò Bocerus novissimè *de hom. lib. 1. cap. 3. num. 4.* ita explicat c. 1. *tit.* vt velit conductum ad occidendum non debere dici assassinum. Sed DD. communiter contrarium docent. Verùm, non dicitur assassinus, per pecuniam occidens, aut occidere mandans communem inimicum. Farinac. *c. 8. n. 132. & 133. Ibid. §. Non reticebo, & part 6 tract. 1. res 11 § Vnde primò.* Aut per pecuniam occidens infidelem, qui non est noster proximus, vt supra dictū est *part. 4 tractat 1 res. 105. §. Notandum* & etiam si sit, textus *in c. 1. de homic.* exptimit proximum Christianum. Covarru. *lib. 1. c. 20. num. 10* & post Bullam Greg. Novarius *in concl. non iur. pont. concl. 43. num. 22.* vbi ait, occisum non censeri Christianum, nisi à fisco vel accusatore probetur. Osdefob verò *in caut. crim. tit. 2. cons. 10 num. 7.* putat, onus huius probationis incumbere reo *part. 6. tractat. 1. res 11. à § Sed quoad.* Nota etiam, non dici assassinum, qui homicidium committeret, solum vt complaceret alicui. Hondedeus *cons. 93. num. 68. lib. 2. res 11. cit in fine.* Aut per alterius preces, contra Villadegio *polit. c 3. numer. 215. part. 1. tractat. 1. resol 18. §. Non reticebo.* Aut per promissionem precii vel mercedis generalem, & incertam, vt si quis promittat sicario, se nunquam ei defecturum in necessitatibus. Baldus *cons 485.* & in terminis Bullæ Greg. Palaus *punct 9. numero 34.* Aut rei non existentis in sua potestate; vt si quis promitteret aliquam in vxorem, aut filius Principis officium à patre impetrandum. Bossius *de mand. ad hom. num. 35.* Aut si promissionem vel oblationem sicarius non acceptavit. Riminal. Iun. *consil. 685. num. 12. vol 6.* quin. 14. dicit, non sufficere illam præsumptionem, quod sicarius homicidium perpetravit, acceptata intrinseca promissione. Aut denique, si sicarius, paruam pecuniæ quantitatem accepit, quæ ad tale facinus animum inclinare non potuit. Vulpellus *cons. 143. n. 9.* contra Palaum *vbi sup p. 6. tr. 1. res. 11. à §. Notandum est.*

Crimen læsa maiestatis in personam Principis.

30 QVINTO à privilegio immunitatis excipitur GRIMEN LÆSÆ MAIESTATIS in personam Principis, quod intelligitur de Principe supremo, vt sunt Reges, & alii, qui superiorem in temporalibus non recognoscunt (item de Cardinalibus, qui cum Summo Pontifice faciunt vnum corpus, & sunt Principes Ecclesiæ, habentque simul cum Regibus Maiestatem.) Peregrin. *cap. 11. num. 1. part. 5. tr 2. res. 86.* Vnde ratam habens Cardinalis occisionem suo nomine factam, secundum ipsum nō gaudet immunitate. *Ibid res 87 in fine.* (sicut secundum Italiam *de immun. lib. 1. cap. 5. §. 7 num 52.* non revelantes coniurationem, machinationem contra Cardinales & Reges *Ibid res. 90.*) quos sicut, & defensores, receptatores que interficientium Cardinales, custodiendos puto, &

interim consulendum Summum Pontificem *Ibid. & res. 91. eiusdem tract. in fine*, non revelantes verò gaudere immunitate, cum Bonacina *to. 2. disp. 39. cap. 7. punct. 7. n. 11. part. 6. tract. 1. res. 18. in fine, & referenter olim part. 1. tract. 1. res. 7. in fine.* Item Farinac. *num. 175.* etiam occisores ipsos Cardinalium & Episcoporum gaudere putat, aut saltem de iis consulendum esse Summum Pontificem. *Ibid. res 20.* in fine (& sic faciendum puto, *res 87. cit.* in fine) Minimè tamen de Comitibus, Marchionibus, Ducibus, & Principibus vasallis Regis. Farinac. *cap. 13. num. 187.* contra Gambacurta *lib. 5. c. 44. part 1. tract. 1. res. 6.* Nec de Fisco regio, aut Iustitiæ Præside. Idem Farinac. *num. 192. ibid res. 20.* Nec etiam de Conciliaribus, Oratoribus, Proregibus fratribus vel vxore ipsius Regis, quia Bulla solùm excipit coniurationem in personam ipsius Principis. Ita in terminis Bullæ Bonacina *punct. 6 §. 5. nu. 3.* & in terminis iuris communis Guttierez *lib. 4. quæst. 4. num. 3 part. 6. tractat 1. resol. 18.* Et qui Regem offenderet circa personam, gauderet immunitate. Vnde non sunt immunitate privandi monetarii: sive qui monetam falsam cudunt, sive qui veram tondent, vt ait Peregrin. *cap. 10. num. 10. & cap. 6. num 11 part 1. tractat. 1. resol. 7. & part 6. tractat. 1. res. 19.* Et multo minus fraudantes vectigalia, vt ait Villalobos *diff. 7. num. 17.* non obstantibus legibus contrariis Imperatorum, quæ omnes corriguntur per cap. *inter alia de immun.* & per Bullam *part. 6. tr. 1. res 90.* Item non debet privari immunitate offendens statuam, vel imaginem Principis; faciens se Regem, cum non sit: offendens eum, qui habet à Rege salvum conductum; coniurans de tradendo Regno, vel Civitate, quia in his offenditur dignitas Regis, non persona, & Bulla excipit offendentem personam Principis, cuius ipse vasallus sit ratione originis, vel domicilii. Quidquid contra hæc insurgat Sarpus *fol. 51.* qui si in Historiis versatus fuisset, invenisset Pausaniam, accusatum apud Lacedemonios maiestatis, & ad Chalcidiæ Palladis refugiũ confugientem, evasisse impunitum, *par. 6 tract. 1. res. 18 §. Sed cessat. & olim ex parte in part. 1. tract. 1. res. 7. & part. 4. tractat. 1. res. 103.*

Publicum latrocinium, & grassatio viarum.

31 SEXTO excipiuntur LATRONES PVBLICI. & GRASSATORES VIARVM. Intellige *publicarum*: nam nomẽ *via* denotat viam publicam. Ambrosin. *cap. 3. num. 5.* & alii. Et latrociniũ, seu grassationem multoties iteratam: nam non est publicus latro, qui semel aut iterum deprædatus est; sicut nec publica meretrix, quæ semel aut bis fornicata; aut publicus vsurarius, qui semel tantum commisit vsuram *l. quis sit fugitivus, §. errorem, & l. sciendum, §. illud, ff. de edilit.* & Panorm. *in c. 1 de iud. num. 4.* Et ita hanc sententiam tenent communiter Canonistæ apud Igneum *in l. 3. §. subveritur n. 107. ff. ad syll.* quibus adde Novar. *num 45.* qui ex Suar. & aliis docet *n. 46.* non esse privandum immunitate grassatorem viarum, si sæpius delicta tẽtaverit, sed nõ perfecerit: quia exceptio intelligi debet de delicto comsummato. Nec obstat in Sicilia *pragm. 1. tit. 47. sub. tit. de furt. & rap.* ex qua morte plectuntur etiam, qui semel viatores in via publica spoliassent: nam hæc lex laicalis nihil operari potest in ordine ad privilegium immunitatis. vt contra Italiã *lib 1. c 5. §. 1. num. 20.* Peguera *decis. 410.* & Mastrill. *de indulto cap. 33 num. 7. part. 6. tractat. 1 res 15* Ex quibus sequitur, nõ esse immunitate privandos tamquam publicos latrones in primis decoctores, vulgo *fallit*, contra Sarpum *cap. 5 fol. 50.* quamuis propter aliquam similitudinẽ latronibus publicis à Pio V. æquiparentur. Sic Farinac. *tom. 1 consil. 70 num. 13.* & alii *part. 1. tractat. 1 resol. 31. part. 4. tractat. 1. res. 47. §. Notandum*, & *83 §. Notandum est etiam hic, & part. 6. tractat. 1. resol. 17.* Nec fraudantes regia tributa (*part. 6 cit. resol. 20.*) obligatos ad quæcumque debita, etiam publica, vt exactor tributorum, aut ex administratione aliqua verbi gratia tutela, & obligatos ad publica ratiocinia. *Ibid. § Vnde & part. 1. tract. 1. resolut. 32. in fine.* Nec raptores virginum; aut monialium, *part. 6. tract. 1 res.*

*resol.*14. Aut denique captiuantes personas, ob pretium redemptionis, nisi id sæpius fecerint in viis publicis, campis, aut Vrbium viis. Nam, si qui secretò per nuntios, aut literas, personas aliquas sub comminatione composuerint, non sunt dicendi publici latrones, aut grassatores, vt contra Novarium *num.*44. Marantap.*2.resol.*46. *num.*10. *ibid resol.*15. *à §. Sed hic obiter.*

Agrorũue populatio.

32 VLTIMVM denique delictum, quod in Gregorii Constitutione excipitur, est AGRORVM DEPOPVLATIO, quæ cum Barbosa *cap.*3. *num.* 87. intelligi debet tam de nocturna, quàm de diurna, nam licet in iure communi excepta solùm fuisset nocturna, Bulla tamen Greg. ly. *nocturnus*, non apposuit, nec se refert ad ius commune, vt ait Palaus *punct.*9. *num.*5. nam illud corrigit, vt dictum est *num.*16. *part.*1. *tractat.*6. *resol.*15. *à §. Verum.* Incendiarii tamen, licet depopulatoribus similes, non sunt ab immunitate excludendi; quia odia extendi non debent. Palaus *punct.*10. *numero* 9. & alii, contra Sarpum *fol.*50. Vnde, si quis Ecclesiam deprædaturus, eius fores combureret, gaudere adhuc immunitate. Peregrin. *cap.*12 *num.*15. *Ibid.resol.*16.

IMMVNITAS ECCLESIARVM. Quoad effectus.

Immunitatis effectus sunt, quòd reus non possit extrahi ab Ecclesia per ministros laicos nisi casibus exceptis.

33 IN ordine ad Iudicem laicum primus effectus immunitatis est, vt reus in loco sacro existentes, non possit inuitus à laicis ministris abstrahi. Etiam si non gaudeant immunitate: nam tunc requiritur licentia Episcopi, vt dictum est, *num.*20. & interim non potest brachio apprehensus detineri ne fugiat, aut ad Episcopum duci, si Ecclesiastici quærant illum dimittere; nam in his omnibus fit irreverentia loco sacro. Peregr. *cap.*13. *num.*10. *part.*1. *tract.*1. *resol.*8. etiam si detentus à satellitibus in Ecclesiam intret secum illos trahens. Palaus *punct.* 7. *num.*11. & determinatum fuit in Curia Episcopali Agrigent, contra Peguêram *dec.*251. *p.*3. *tr.*1. *resol.*36 *par.*4. *tra.*1. *resol.* 106. *& p.*6. *tr.* 1. *resol.*27. *§. Ad alium.* etiam si vt intret, vim faciat, & satellites vulneret cum magna sanguinis effusione in ipsa Ecclesia. Farinac. *c.*16. *n.*227. *p.*1. *tr.*1. *resol.*13. & multò magis procedit, si in Ecclesiam confugiat, de satellitum manibus ereptus per seipsum, vt ait Novar. *n.* 14. vel etiam ab aliis, contra ipsum *ibid.* quia est par ratio, & reus in vtroque casu liber in Ecclesiam confugit. Gaudentque qui eum de manu satellitum eripuerunt, quamuis alioqui maxima pœna digni; nam licèt hoc delictũ sit læsæ maiestatis, non est tamen in personã Principis. Dices cum Novario: quando reus de manibus satellitum ab aliis eripitur, satellites sua possessione per vim spoliãtur, ergo in illam remitti debent, sicut si reus ab Ecclesia per vim extrahitur restitui ei debet. Respondeo in tali casu non Ecclesiam sed alios spoliasse satellites, & reum in ipsam liberè introisse: in alio verò Iudicem sæcularem reũ ab Ecclesia per vim extrahere, & ideò paritatem non currere *p.*6. *tr.*1. *resol.*27. *§. Verum.*

Quomodocumque in locum sacrum perueneri.

Et si extrahatur extra casus exceptos, restitui debet.

34 ✠ Adde, quòd Ecclesia habet ius suum à Deo, aut Papa, & ideò, cum nulli alii subiecta sit, non potest illo spoliari vllo modo absque Papæ consensu ✠, sive reus subdolis verbis, & fallaciis extrahatur: vt Bobadilla *tom.*1. *lib.*2. *c.*14. *n.* 80. *(par.*1. *tract* 1. *resol.*26.) sive vi, aut dolo vt Megala *in* 3 *part.*1 *lib* 4. *cap.*2. *quæst.*1. *num.*32. *(part.*1. *tr.*1. *resol*16.) sive per Episcopi concessionem, vt supra dictũ est *num.*20. etiam si ipsemet reus per vim, aut dolum extractus, &c. renuntiet privilegio immunitatis (nam debet id facere restitutus Ecclesiæ, cui primariò favet privilegium, & tunc non permittendo se ligare in Ecclesia, sed liber ab Ecclesia exeundo, vt Farinac. *cap.*19 *nu.* 304. *part.*6 *tr.*1. *resol*32. *q.*5.) Aut si sic extractus commisisset delictum pertinens ad forum laicale: nam qui prior est tempore, potior est iure: & non debet Ecclesia sua immunitate privari ob iniustam extractionem. Peregrin *cap.*15. *num.*25. contra Gamam *dec.*57. *ibid. quæst.*4. Ad-

Et tunc cum consensu Episcopi.

de quòd Bulla loquitur disiunctivè, *capiunt, vel incarcerant*, &c. & ideò intelligenda est comprehendere etiam iudicem, qui quomodocumque captum, vel extractum, incarcerat, &c. Bonacina *in dec. disp. 3 quæst. 7 punct. 9 num. 10. part. 4. tr. 1. res. 102.* Qui etiam tenetur ad restitutionem reo omnium damnorum, quæ inde passus est: quia peccat contra iustitiam, privando iure suo, primò, Ecclesiam reum tuendi deinde ipsum, vt ab Ecclesia tueretur. Suar. *c. 13 n 15.* & alii. Nec obstat D. Thom. dum *in 22. qr est. 99 art. 2.* dicit extrahentem reum ab Ecclesia committere solum sacrilegium, nam intelligit primariò, non etiam consecutivè, quatenus supposita immunitate competat reo tuitionis ius: & si expositio non placet, dic ab eo transeunter dictum, & gratia exempli, in quo non requiritur veritas, *part. 6. tr. 1. res. 32. §. Quarto tertiò.*

Et restitui ei omnia dãna emergentia.

35 ✝ Iurisdictio verò iudicis laici est à populo, & Ecclesiæ potestati subiecta, qua proinde Summus Pontifex in aliquo casu spoliare eum potest in fine supernaturalem, vt in hoc casu ad maiorem Dei, & sacrorum locorum propter ipsum, reverentiam. Censetur autem eũ spoliasse in omnibus casibus qui non expediuntur, dum in omnibus casibus reum gaudere mandat immunitate præter exceptos ✝. Et cum non distinguat de reo ante, vel post capturam, vel sententiã, dicendum est gaudere etiam si in Ecclesia confugiat, per seipsum, vel alius à birruariis elapsus, vel etiam cum ipsismet birruariis eò tractis per vim, vt supra dictum est: aut à carceribus, effractis foribus, fugiens, vt Nav. *c. 10. n. 11.* & alii contra Petrum de Gregorio *in syntag. lib. 33. c. 22. n. 21.* sive ab eis dimissus sub iuramento redeundi, nam fides data, & iuramentum non tollit privilegium immunitatis, nec in hoc casu ab Episcopo dari potest licentia extrahendi sub cautione de immunitate pœnæ corporalis, vt Palaus *punct. 7 n. 13 p. 1. tr. 1 res. 19. p. 3. tr. 1. res 37 & par. 9 tr. 1. res. 22. in fine, & 26. quæst. 5.* Sive denique ad remes, verbera, vel vltimum etiam supplicium damnatus, ad Ecclesiam confugerit contra Sarpum *fol. 54.* Trullench *in decal. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 3. num. 19.* & alii multi. Dices: damnatus ad triremes efficitur servus pœnæ. Ergo non est ab Ecclesia protegendus, quia Ecclesia non protegit servos à dominis fugientes, c. *inter alias, § si verò servus, de immun & alibi.* Respondeo primò nego antecedens: nam hodie nullus per condemnationem ad aliquod opus publicum, etiam perpetuum, efficitur servuus pœnæ, vt ex auth. *sed hodie C. de donat.* Correa *par. 2 num. 9.* Respondeo secundò Etiam si tales servis æquiparentur, adhuc verè reos esse, quales non sunt servi à dominis fugientes, priusquam in Ecclesiam se receperint, & ideo non esse paritatem, *par. 1 tract. 1. res. 40. part. 3. tr. 1. res. 37. part. 4. tr. 1. res. 47. & part. 6. tr. 1. res. 22.* Cùm vero reus ad furcam ducitur per Ecclesiam, Peregrin. *c. 5. num. 8.* gaudere indumtraquit immunitate, si sit alius locus, vnde *hitur* adduci possit, si verò non sit alius locus, *suppliciũ*, non gaudere *tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 61.* & liberari de hic quidem, in rigore iuris verius; ille *bet.* verò magis piè, & ideò amplectendus, *p. 1. tr. 1. res. 30.*

Et si in Ecclesiam confugiat post capturam.

Et si per-trãsit reus,

Condemnationem, &c. adhuc gaudeat.

36 Secundus effectus immunitatis est, vt reus, dum est in Ecclesia, vel loco sacro, non dicatur esse in territorio Principis: nam Ecclesia secundum Aymon *cons. 908. nu. 6. lib. 5.* & alios non est proprie de territorio Principis: Vel dic, *in territorio* quòd licèt ratione situs verè sit in territorio Principis, tamen quoad effectus *pii.* iuris, & præcipuè ad ligandum hominem statuto, non ita: vnde legistæ *in lib. fin ff. de iurisd. omn. iud.* dicunt æquiparari inter se, esse in loco territorii exempto, & nõ esse in territorio. Et quibus infertur, bannitum dũmanet in Ecclesia patriæ, non frangere exilium, nec ab ea extrahi posse, si non est bannitus ob delictum exceptum, vt Sanch. *in opusc tr. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. num. 24.* & alii præsertim, quòd bannitus in alieno territorio capi nõ potest, vt Azev. *lib. 1 tit. 2 c. 3. n. 7 p. 4. tr. 1 res. 92. & p. 6. tr. 1. res. 21.* Et multò minus in Ecclesia occidi, quamuis statutũ sit, vt impunè occidi possit. Peregr.

dum tra-

Et si per-

Secundò non dicitur esse propriè

in territorio Principis

in Ecclesia.

cap.

cap.5.num.11. nam occidens incurret excommunic. Papalem tamquam violator immunitatis, iuxta dicta *num.17. ibid. ref. 21. in fin.* Non potest etiam per laicos ministros armis spoliari, aut rebus furtiuis, Ciarlin. *c.10.n.16.* Maranta, & alij, contra Nald. V. *Eccles. nu. 5. p.1. tr.1 ref.8. & p.6 tr.1. ref.8. & 9. §. Verum.*

Vnde nec ab eo damnari potest.

37 Tertio effectus est, vt reus, dum est in Ecclesia, non possit à iudice laico ad aliquam pœnam damnari, & si semel à iudice Ecclesiastico mulctabitur vt infra, non poterit de cætero pro eodem delicto criminaliter accusari, inquiri, aut iudicari, vt tradit Gloss. *in v. reum 17. quæst. 4. v. vel ad mortem*, Archid. *ibid. num.3.* & alijs aliàs enim nec priuilegium immunitatis aliquid iuuaret, & reus bis puniri posset pro eodem delicto *par. 6. tr.1 ref 33. §. Sed hic obiter.* Adde, Oldradum *cons.154. in fine.* Azorium *p.2. lib. 9. cap.9 quæst.12.* & alios non ignobiles, docuisse, quòd reus, qui ad Ecclesiam in delictis non exceptis confugiens, ab ea postea liber egreditur, non possit à iudice laico corporali pœna puniri, quam opinionem Perficus *lib.1. c.9 dub. 12. num.121.* ait de iure veriorem esse, quia statim ac reus Ecclesiam ingreditur gaudere debet immunitate, Et quidquid sit de huius opinionis veritate, ea saltem practicari omino debet in quatuor casibus nimirum, quãdo reus a iudice Ecclesiastico condemnatus fuit, vt diximus; quando extrahitur in casibus nõ exceptis, aut in exceptis, absque licẽtia Episcopi, & quando in casibus nõ exceptis ab Episcopo curiæ laicæ remittitur, præmissa cautione de delinquentis impunitate quoad omnem pœnam corporalem iuxta cap. *id constituimus, &c. reũ 17. quæst.4.* sed hic vltimus post Const. Greg. non videtur locum habere, vt obseruat Ambrosinus *cap.11 n.6.* quia in ea permittitur reus concedi solùm in casibus exceptis, pro quibus etiam corporaliter puniri poterit. Sunt autem pœnæ corporales, mors, triremes, exilium, carcer perpetuus, seruitus perpetua, & verbera, vt Suar. *de relig. tom.1 tr.2 lib.3 c.12. n.6. par.6. tr.1. ref.33 & ex parte etiã in p.1. t. 1. ref.32.*

Etiam post egressum si ab Ecclesiastico damnatus fuit.

38 Petes hic primò: An reus confugiens ad ecclesiam ob delictũ non exceptum, committens postea delictum exceptum, extrahi possit tam pro delicto excepto, quam pro non excepto? Affirmatiuè respondet Peregr. *c.6. num.10.* de eo qui in Ecclesia mutilationem vel homicidium perpetrasset, quia ob iniuriam semel illatam dignus foret, qui immunitatis priuilegio generaliter priuaretur. Sed licèt talis reus id mereatur, quia tamen talis pœna in Constitut. ei non infligitur, & omnia delicta præter excepta immunia esse declarantur, contrarium teneo dum est cũ Palao *punct. 10. n.12.* & alijs *p.6. tr.1 ref.26. quæst.14.*

Reus gaudens immunitate, non debet eapropter ob delictũ excepti postea cõmissum.

39 Petes secundò; Cuinam restituẽdus est reus ab Ecclesia extractus, in casu, quo gaudere debet immunitate? Palaus *punct.11. num.13* nõ oportere inquit, quòd eidem Ecclesiæ restituatur, sed satis esse, quòd restituatur alicui Ecclesiæ æquè tutæ commodæ: quia hoc priuilegiũ pro omnibus Ecclesiis vnitũ est, & sicut per extractionem ab vna omnis violatur, sic per restitutionem factam vni, omnibus satisfit. Itẽ sufficere, quòd restituatur Episcopo, vel eius Vicario quia Episcopus repræsentat Ecclesiam. Farinac. *to.2 cons.168. n.49. in fine* distinguit: & si reus petat restitui eidẽ Ecclesiæ, restituendũ esse, si verò non petat, restitui posse alteri Ecclesiæ, vel Episcopo. Ego verò absolutè teneo cũ Barbosa *c.3 nu.64.* restituendum esse eidem Ecclesiæ, à qua extractus fuit, quod declarauit S. Congreg. Immun. an 1632. apud ipsum *p.6 tr.1 ref.27.*

Et cum extrahitur in casu nõ excepto restitui debet eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus.

40 In ordine autem ad Episcopum, & Iudicem Ecclesiasticum, Ecclesiæ immunitas operatur primò, quòd reus in Ecclesiam confugiens non possit ab eo Curiæ laicali concedi nisi per probationes in sua Curia euidenter constet, reum non gaudere immunitate, iuxta dicta *n.20.* Et dum est in Ecclesia, si alibi unde viuere nõ potest, ab eo alimentari debeat, *præsenti, § sanè C. de his qui ad Eccles. confug.* & DD quos ad satietatem adducit Farinac. *cap 19. num. 196. p.6. tr.1. ref.33. §. Et tandem.*

Episcopus verò nõ potest reum concedere, præter casus exceptos. Et debet eum alimentare, si oportet.

Et punire. Non tamē corporaliter.

41 Secundò, reus in Ecclesia existens, non potest pro delicto non excepto puniri ab Episcopo corporaliter, vt triremibus, exilio, &c. supra enumeratis, c. *inter alia, de immun.* ibi: *neque damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, &* c. *id constituimus 17 quæst. 4.* ibi: *de morte, debilitate, & omni pœnarum genere sint securi* Farinac. *c. 21. num. 335.* & alij Suar. *cap. 12. num. 6.* cum alijs neotericis. Sed solùm pœna pecuniaria, & ad damna, & interesse secuta ei, in quem deliquit, vel si pecuniâ non habet, pœna aliqua corporali non multum afflictiua, non hoc erit per accidens. Vid. Farin. *ibid.* Palaum *punct. 11. n. 10.* & alios penes ipsos. Quas quidem pœnas non solum possunt; sed etiam debent Episcopi reis imponere, iuxta cap. *inter alia, cit.* ibi: *qui ad Ecclesiam confugit, legitimò puniendus sit de eo, quod iniquè fecit,* & c. aliter iniustitiam facere, & delinquere, tradunt communiter Canonistæ *in d. c. inter alia.* Hostiensis, 1. Ioannes Andr. *n. 3.* Anchar *n. 2.* Abbas *n. 13. p. 6. tr. 1. ref. 33. à §. Sed hic obiter.*

Et debitores fraudulentos non diu fouere.

42 Notandum est etiam, hic debitores fraudulentos cum bonis ad Ecclesiam confugientes, non debere ibi multo tempore tolerari, sed ab Ecclesia eiici, vt S. Congreg. Episc. in vna Baren. die 11. Mart. 1600. Quæ etiam die 1. Decēb. 1617. decreuit, quòd decoctores res, & bona creditorum præiudicium ad Ecclesias transportare non debent; sed Iudici sæculari consignanda sunt, vt illas, & illa, cui de iure, adiudicet *part. 6. tract. 1. ref. 17. in fine.* P

IMMVNITAS Ecclesiastica.

Immunitas Ecclesiastica quadruplex est.

1 ✝ Ecclesiastica immunitas, seu libertas est facultas Ecclesiæ & Ecclesiasticorum faciendi quidquid sibi libuerit, nisi quod vi aut iure prohibentur: vel melius est exemptio Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum bonorū causarū, & personarum à iurisdictione Principis laici, vnde hoc priuilegiū quadruplex est, locale, de quo hactenus V. *Immunitas Ecclesiarum*, reale, de quo V. *Gabella*, personale de quo in sequentibus, & actionale, de quo V. *Iudex Ecclesiasticus*, & V. *Iudex laicus*: & iterum de omnibus V. *Princeps*, & V. *Statutum laicale*. Diximus autē *sup. n. 15* priuilegium locale Ecclesiarum tuendi reos ad eas cōfugientes, esse: de iure diuino Circa personale, & reale.

Et quoad sortum Clericorum.

2 Cutell *in C. leg sicut fol. 301* & alij, dicunt immunitatem seu exemptionē Clericorum à potestate laicali ortū habuisse à iure ciuili, & Palat. in *4. d. 25. disp. 5.* putat primò concessam esse à Cōstantino. Salgad. verò de *prot. reg. to. 1. par 1. c. 1. prol. 1. n. 51.* à Iustiniano Less. *lib. 2. cap. 34. dub. 4 nu. 30.* Sot. *in 4. d. 25. quæst. 2. art. 2. concl. 3* & alij Theologi dicunt, in spiritalibus esse de iure diuino, in tēporalibus verò, de iure Pontificio, sed diuino maximè consonam. Sed prima sentētia communiter reprobatur: nam quamuis ex Imperatoribus Constantius immunitatē primus acceptasse videatur tamen in Concil. Aquilar. & Matiscon. II. dicitur, ortū eam habuisse à tempore nascentis Ecclesiæ. Quod contra Paulū Seruitam probat Bellarm *fol. 7. ex 1. ad Tim. 5.* Contra secundam etiam est quia in S. Canonibus sæpissimè inculcatur, Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum immunitatē quoad personas, & bona esse de iure diuino, aut de ordinatione constitutā, vt videre est in Concil. Lateran sub Innoc. III. cap. 46. & sub Leone X. sess. in Trid *sess. 25. c. 20 inc quamquam, decens.* in can. *si Imperator dist. 96.* can. Sylvest. 11. *qu 1.* can *relatum eod* & alibi. Neque dicas cū Molina *de iust. to. 1 tract. 2. disp. 31. n. 6.* Concilia & Pontifices sumere ius diuinum latè pro Canonico. Nam præterquam quod ius diuinum in locis citatis distinguitur ab humano, & consequēter à Canonico, hæc responsio nullo pacto aptari potest Tridentino, quod Dei ordinationem & canonicas sanctiones expressè distinguit.

Est de iure diuino, & Canonico.

3 Dicendum igitur immunitatem Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum immediatè à iure diuino, deinde verò à Canonico

nico statutam esse. Et ita tenent cõmuniter Canonistæ complureſque Theologi cum Azorio *part.1.lib.5.c. 12. quæst.1.* Laym. *lib.4.tr. 9.c 8.nu.1* Filliucio *to 1. tr.16.c.11.n.316* & nouissimè Rota Romana coram Cardinali Mellino *in vna Albanen. die 28.Iun.1630.* Neque obstat, quod in sacris litteris de immunitate nõ habeatur locus; nam non omnia ad salutem & Ecclesiæ statum necessaria habẽtur in scripturis, vt videre est de materia & forma aliquorum Sacramentorum, quæ non nisi per traditionem ab Apostolis ad nos peruenerunt, quod ipsum de immunitate dici debet, si Concilijs fides habenda est, cã a iure diuino procedere affirmantibus. Et sic respondet Rota *ibid.* cum Granado in *3.part. contr. 9.tr.4.disp.4 sect.2.n.16 part.5.tract.1.res. 21.* & olim *part.1.tract.2.res.1.& part. 7. tract.1.res.2 & 7.*

Etiam in ciuilibus.

4 Quæ omnia procedunt quoad exemptionem Clericorum etiam in ciuilibus, vt habetur expressè in cap. *nullus Clericus 11.quæst.1.&* in Trident. *sess. 24. c.20.* præter casus expessos in cap. *transmissa*, & cap. *virum, de foro comp. p. 4.tr. 1.res.66.*

Et quo ad omnia bona.

5 Et procedunt etiam quoad omnia Ecclesiasticorum bona quomodocumque ad eos pertineant, vt latè Rota Romana *vbi sup.* nam eo ipso quòd bona Ecclesiæ, ad Ecclesiasticos transeunt, à laicali iurisdictione eximuntur, & sub dominio Christi speciali iure constituuntur, qui sicut à tributis omnino immunis fuit *Matth.17.* ita etiam Ecclesia eius sponsa, & Ecclesiastici eius familiares immunes esse debent. Et sanè non esset plenè exempta persona, nisi etiam eius bona essent exempta, vt tradit Abbas, & Canonistæ communiter *in c. Ecclesia S. Mariæ, & in c. quæ Ecclesiarum de const part.2 tract.2.res.16.& 43.part.5.tr. 1.res.27.§. Vnde ex his.*

Vnde non possunt ei derogare Principes.

6 Huic autem immunitati in primis non possunt derogare Reges, & Principes; non solùm quia est de iure diuino, aut saltẽ Canonico sed etiam dato, quòd à iure ciuili ortum habuisset. Nam in primis quod semel concessum, & acceptatum est, non potest amplius repeti. Felin. *in c. Ecclesia S Mariæ nu.124.* Deinde in hoc priuilegium consenserunt populi, a quibus Principes ipsi potestatem adepti sunt. Tertiò, quia Pontifices, & Concilia, quæ sunt supra ipsos, illud cõfirmarunt. Et hæc doctrina vera est non solùm de immunitate totius Ecclesiæ, sed etiam vnius Ecclesiæ tantùm, vt Genuens. *in pract. trienn.17.quæst.480.num.2.* quia per statutum contra immunitatem Ecclesiæ particularis semper præiudicatur cæteris indirectè, & illud ferentes excommunicari videntur in Bulla Cœnæ ibi *quarumcumque Ecclesiarũ quomodolibet præiudicatur.* Azor *part.1.l.5. c. 13 quæst.5.* & alij, contra Sousam in eum locum *c 16.disp.84.concl.5. num. 6.part.5. tract.1.res.14.* & antea *in part.1.tr.3.res.2. & 6.1.& in part. 4.tr.1.res.81.§. Deinde.* Ex quibus sequitur, quòd si Princeps priuilegium aliquod alicui Ecclesiæ, aut Ecclesiasticorum domui cõcederet, non posset postea reuocare, *res.61. cit.* Vnde multò minus reuocari potest priuilegium Constantini, vt Ecclesiæ ædificari possint per totum orbem, *c. futuræ 12.quæst.1.* quòd toti Ecclesiæ concessũ est. vt diximus V. *Ecclesia, num.1. & par. 7.tract.1.resolut.8.*

Consuetudo.

7 Deinde contra priuilegium immunitatis non potest prævalere consuetudo etiam immemorabilis, etiam mista laicorum, & Clericorum etiam contra immunitatem partialem alicuius Ecclesiæ. V. *Consuetudo, à num.2.*

Clerici ipsi.

8 Rursus, priuilegio immunitatis non possunt renunciare ipsimet Clerici, nec quoad patrimonialia: quia id ipsis interdictum est tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. *11.quæst.1.* can. *insolita. &* can. *placuit, extra, de foro comp.* & ibi Abbas *num.7* & DD. communiter. Ratio est, quia hoc priuilegium concessum est statui Clericorum generaliter, priuilegio autem communitatis nemo cedere potest. *c. si diligenti, de foro compet.* Et procedit etiam de Episcppo. Farinac. *de inquis q.8.n 13 p.1.tr.2. res.3 p. 3.tr.1. resolut.92.*

9 Denique nec Summus Pontifex potest

Aut Summo Pontifice.

potest Ecclesiasticæ immunitati in vniuersum renunciare, etiamsi sit de iure humano, & ciuili, quia Papa non est absolutus dominus bonorum, & iurium suæ sedis, eorumque, sedis, quæ sibi à Principibus collata sunt (cum sint donata principaliter Christo & proinde Sedi, non personæ;) sed solum dispensator fidelis, & prudens. Suar. apud Ceuallos

Nisi quòd Papa possit ex iusta causa concedere laicis aliquã actionẽ Ecclesiasticã.

de cogn. per viam viol. in proœm. c. 6. part. 1. tr. 2. res. 2. Potest tamen renunciare in aliquo casu ex causa iusta delegando sibi Principes in iurisdictione Ecclesiastica contra Clericos. &c. Circa quod,

Quam aliqui dicunt concessam Regi Hispaniarum.

10 Dubium primò est, an Papa reuera in aliquibus Regnis immunitati præiudicauerit, suam iurisdictionem laicis Principibus delegando? Et Pesantius *de immun. disp.* 3. affirmat circa Tribunal. *de la fuerca*, Gueuara *de orig. & vsu mon. &c.* circa Monarchiam Siciliæ Grassalius *Reg. Franc. lib. 2. iur. t. 2.* circa priuilegia Regia Francorum pro conferendis beneficiis Regni sui, & Zanardus *tom. 3. c. 50* circa priuilegium Reip. Venetæ procedendi in aliquibus casibus contra Clericos: *part. 1. tr. 2. res. 2.* Sed Ceuallos *vbi supra gloss. 6* negat, Regem Hispaniarum circa tribunal *de la fuerca* priuilegium habere; sed ex alio capite iustificari, *p. 3. tr. 1. res. 64.* Et quidquid sit de his.

Regi Galliarum.

Et Reipublicæ Venetæ.

Quas omnes reuocare potest ad libitũ, quomodocumque concessas sint.

11 Maius dubium secundò est an talia priuilegia, posito quod adsint reuocentur quotannis in Bulla Cœnæ: nam certum est, vt ex multis probat Sousa *c. 26. disp. 102. n. 2.* Papam derogare posse cuicumque priuilegio etiam in remunerationem, aut ex contractu, & pacto oneroso, qualia sunt concordata cum Regibus concessa: etiamsi per immemorialem consuetudinem obseruata sint. Si quidẽ priuilegium concessum subdito, ex DD. communi reuocari potest: & iurisdictio delegata reuocari potest ad libitũ. Vide Suarez *de immunit. lib. 4. c. 34. n. 27.* (& quamuis Papa promiserit, se ea non reuocaturum, semper tamen reuocandi potestatem sibi reseruat, quia etiã à se abdicare non potest, & ideo Sixtus V. in Bulla Cœnæ ann. 1586. reuocauit priuilegia concessa etiam Imperatori, & Regibus, etiam per vim contractus, *part. 5. tract. 2. res 14.*) Disparitas autem à Principe laico est, quia priuilegium concessum à Principe Ecclesiæ, eximitur de potestate laicali, & ideo non potest amplius reuocari, vt dictum *n. 6.* at priuilegium concessum Principi, non fit liberũ a iurisdictione Ecclesiæ, & Summi Pontificis *part. 3. tract. 1. res. 57. & part. 5 tr 1. resolut. 4.*

Et de facto reuocat quotannis in Bulla Cœnæ secũdũ aliquos.

12 Hoc ergo supposito vt certo. Filiuc. *tom 1. tr 16 c. 10. num. 238* & alij docent, talia priuilegia in Bulla Cœnæ nõ reuocari, quod in specie de concordatis tradit Pereira, *part. 1. c 6. num. 13* quia ait ipse, non sunt priuilegia, sed contractus vltro citroque obligatorij. Sayrus verò *lib. 3. c. 25. n* 10. Maynardus *p. 2. art. 18 num* 10. & alij, dicunt, reuocari: nam Papa id clarè explicat per illam clausulam reuocatoriam generalem, *non obstãtibus, &c.* & procedere etiam in concordatis, ait Azor *tom. 1. lib. 5. c. 12.* quia conceduntur per modum priuilegij, vt docet Suar *part. 3. tr 2. res. 61. & part. 3 tr. 1. res. 74.* His præmissis.

Gaudent autem foro Clerici.

13 Gaudent immunitate Ecclesiastica in ciuilibus, & criminalibus, in persona, & bonis, in primis Clerici, etiã in minoribus, etiam primæ tonsuræ, & coniugati. Immò [saluo Sacræ Congregationis Immunitatis Oraculo] etiam non tonsurati, si habitũ ferant, & alicui Ecclesiæ inseruiant in ordine ad Ordines suscipiendos, aliaque habeant requisita Tridentini, in quibus Verbo *Clericus quoad forum* (quæ tamen non requiruntur pro priuilegio canonis, vt dictũ V. *Excommunicatione, n. 2.* nec pro exemptione gabellarum, vt V. *Gabellas soluere.*) Probatur autem ex cap. 2. *de foro comp.* ibi: *Nullus iudicum neque Presbyterũ, neq; Diaconum, aut Clericũ vllum, aut minores Ecclesiæ sine permissu Pontificis per se distinguere, aut condemnare præsumat.* vbi Glossa per minores ecclesiæ, intelligit seruientes deputatos ad eius obsequiũ. Vnde hanc sententiã firmare videtur noster Barbat. *in eũ locum n. 29. & 33.* Quod iuxta ait Reginaldus *to. 1. lib. 9. c. 23 num. 354.* text. est loqui de deputato

ad Ec-

ad Ecclesiæ ministerium perpetuum optimè refellitur à Narbona *part. 3. lib. 4. titul. 2. leg. 20. glos. 1. nu. 27.* si quidem non perpetuitatis, sed seruitij qualitas respicitur à iure, quæ æquè in temporale cadit, ac in perpetuum: & cum hoc priuilegiũ concessum sit in gratiam Ecclesiæ, vt ministros habeat priuilegiatos *ex l cap. & cap. Ecclesiarum seruos 1. 2. quæst. 1.* temporaliter seruientes debent exempti esse pro tempore, sicut seruientes in perpetuum. Etiamsi priuilegio canonis non fruantur, quia hæc priuilegia non conuertuntur *part. 6. tractat. 1. resolut. 36.*

Eorumq; uxores. 14 Item Clericorum vxores; nam vxor sequitur forum mariti *l. fin. C. de incol.* Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 3. nu. 2.* contra Marinum, & Bonacinam, etiam post Clericorum mortem, si in viduitate permaneant addit ipse; nam quandiu ad secunda vota non transeunt, in primo Matrimonio perseuerare censentur, *parte 3. tract 1. resolutione 45. & part. 4. tract. 1. resolutione 41.*

15 Item Clericorum filij legitimi ante clericatum suscepti, durante patris vita Barbosa *de iure Pont. lib. 1. cap 39. §. 2. num. 61.* & Congregatio Card apud ipsum die 18. Martij 1631. *part. 1. tractat. 1. resolut. 7. & part. 4. tractat. 1. resolutione 11.*

Filij. 16 Item Clericorum patres, & fratres in eadem domo cohabitantes pro indiuiso, abonere hospitandi milites, aut in hunc finem soluenda pecunia, exempti sunt: etiamsi Clerici sint minores, quia priuilegium personæ communicant socij, gloss. *in l fin Cod. de mun.* Sic Riccius *part. 3. resolutione 28. num. 1. & 2.* & alij multi contra Marinum, *part. 4. tractat. 1. resolutione 32.*

17 Imò hoc priuilegio gaudent laici habitantes in domibus Clericorum conductitiis: nam hospitium militum redundat indirectè in damnum domorum Sacra Congregatio die 9. Iun 1617. *part. 4. tract. 1 resol. 32.*

Patres, & fratres cohabitantes 18 Et mancipia, & serui Clericorum in perpetuum gaudent priuilegio fori; quia computantur in censu dominorum, Bellettus *t. de fau. Cler. real § 1. nu. 12.* Idque etiamsi sint infideles, nam immunitas non suffragatur ipsis, sed ipsorum dominis, Paramus *in defens. iurisd. S. Offic. 14 n. 47.* Et Narbona *vbi supra* idem docet de seruis ad tempus, quia pro tẽpore seruitutis sunt quid accessorium ipsis Clericis. Id quod à fortiori procederet, si his priuilegio non gaudentibus, graue aliquod incommodum in dominos redundaret, vt ait Menoch. *de arbitr. cas. 561. num. 7. part. 3. tract. 1. resolutione 47.* *Et serui.*

19 Deinde à fortiori gaudent priuilegio fori laici familiares Episcoporum, quibus multa conceduntur, quæ aliis Clericis non sunt permissa, vt Guazzinus *tom. primo defens. 20. cap. 9. num. 23.* Sic Abbas, Hostiensis, Ioannes Andreas, Buttius, Zambellus *verb. Ecclesia quoad eius libert. numero 10.* & DD. communiter apud Acugnam *in decret. part. 1. à 23. cap. 10. num. 11.* contra Suarez *de immun. lib. 4 cap. 29. num. 9.* & Moscosum *in allegat. Hisp. idiom p. 1. tractat. 2. resolutione 98. part. 3. tractat. 1. resolutione 12. part. 4 tract 1 resolutione 38. & parte 6. tractat. 2 resolutione 2 & 3. & 10. in fine.* Etiam in delictis communibus, & extra Officium commissis; contra Cuttellum *in patr. reg. iur. cap. 1. numero 21.* & declarauit Sacra Congregatio facto verbum cum Sanctissimo die 2. Martij 1611. apud Raum *de immunit part. 3. tractat. 1. resolutione 125.* & nouissimè ann. 1631. ad omnes Episcopos Siciliæ; vbi etiam extat decretum Viceregium anni 1460. directum ad Officiales Castri Ioannis id præcipiens, ad instantiam Episcopi Catan. & asseruatur in Cancel. Regia Steph. Macri *fol. 144. par. 6. tractat. 2. resolutione 6.* Procedit etiamsi Episcopi sint Titulares: quia nimirum hi habent Episcopi dignitatem, intuitu cuius hæc immunitas Episcopi famuli conceditur: eorum tamen famuli non ab ipsis, sed ab Ordinario loci, in quo degunt, puniri debent. Sacra Congregatio die 17. Ianuar. 1618. apud Ciarlin. *cap. 20. num. 19. parte 5. tractat. 1. resolutione* *Itẽ familiæ Episcoporum.* *Etiã in delictis extra officium.*

Etiã Titularium.

25. & ordinauit Eminentissimus Ragio, olim Auditor, de mente SS. D N. Vrbani VIII. in causa familiariũ colonorum, partialium, & bonorum Archiepiscopi Rodien. 14 Maij 1639 *part. 6. tract. 2. res. 4.* Et in specie de bariselio Sacra Congregat. in vna Sorana *die* 25. Aprilis 1614. de Fiscali *die* 15. *April.* 1615. & de Notario *die* 6. *Aug.* 1602. apud Selliũ *in select can. cap.* 18. *n.* 25. *part.* 4. *tr.* 1. *resol.* 30. §. *Notandum, & part.* 5. *tract.* 1 *resol.* 1.

Quod probatur iuribus.

Probatur autem ex cap. *fin de off. Archid.* & cap. *Ecclesiarum seruos*, nam in primò omnes Episcopi familiares absque personarum aut causarum distinctione à sæculari iurisdictione declarãtur immunes; & in secundo licèt idem dicatur de seruis perpetuis, DD. tamen ex connexione materiæ eo ad fauorem familiæ Episcopalis vruntur. Deinde accedũt rationes, quia priuilegiũ capitis extendi debet ad accessoria, & appendices, cap. *quantis de priuil. cap. Sceat eod. Authent. obita. C. ne filius pro patre*, & priuilegium domini extendi debet ad seruos. Albericus *in l.* 1. *C. de Episcop. & Cler. n.* 5, quia exempta ab aliquo foro persona censetur etiã exempta eius familia, *cap.* 1. *de priuil. in* 6. *l. non aliter. ff. de iud. & l.* 2. *C. de Episc & Cler.* maximè, vt docet Oldrad. *cons.* 293. *n.* 5. quando aliter vsus familiarum dominis incommodior redderetur, *part.* 6. *tractat.* 1. *resolutione* 3. Adde, quod scrinia, scilicet secretarij, libellarij, archiuiarij, &c. Imperatoris, gaudent indistinctè priuilegio fori Imperialis cum ipsorum domo & familia, *l. in sacris, C. de proximis sacr. scrin. part.* 5 *tract.* 1. *resol.* 1. §. *Sed omnia*, circa medium.

Et rationibus.

Et argumenta Moscosi in contrarium.

At obiicit Moscosus, Episcopos familiam armatam habere non posse, gloss. *in cap. dilecto, de sent. excomm.* Deinde, nullum canonem extare, qui Episcopi familiam in causis communibus exemptam declaret. Tertiò, Papam non posse laicos de potestate iudicis laici Principibus inuitis eximere. Quartò, post Tridentinum solos Clericos cum suis requisitis gaudere posse immunitate secũdum Suarez. Quintò, absurdum esse, Episcopum in delictis suorum familiariũ esse Iudicem competentem contra *l. qui iurisdictioni, ff. de iud.* Sextò, affert litteras Regis Ferdinandi, & Isabellæ statuentes, familiares Prælatorum subiectos esse potestati laicali. Septimò, nam aliàs potestas Regis nimium minueretur, & respublica propter huiusmodi familiarium delicta perturbaretur *part.* 6. *tract.* 2. *resolut.* 1. Affert quoque exemplum Vrbis, in qua Episcoporum familiares non gaudent foro: & Siciliæ in qua ait ipse, dicti familiares, vt gaudeant Clericali charactere insigniti esse. *ibid. resolut.* 10. *à* §. *Verum.* Et denique Cardin. declarationes, quas attulimus, nec certas esse, inquit, nec necessario sequendas. *ibidem resolutione* 6. §. *Dicendum.*

Dissoluuntur.

Et contra ipsum ostenditur Episcopum habere posse familiam armatam.

Quibus sic respondemus. Ad primum falsum esse assumptum: nam Episcopi ex vi solius iurisdictionis Ecclesiasticæ habere possunt familiam armatam ad carcerandum, & pœnas corporis inflictiuas citra sanguinem imponendum, & terminare iudicium sine recursu ad brachium sæculare; vt de Inquisitoribus (cum quibus Episcopi contra hæreticos procedunt *ex Clement.* 1. §. *prater quod.*) diximus *verb Inquisitorum, num.* 25. Habent enim imperium in sua diœcesi, *ca. contra id dolorum, cap. propè vias.* 25 *quæst.* 5. vnde concluditur habere posse familiam armatam ex text. *in l. illicitas, ff. de off. præf.* §. *qui vniuersas.* Nam concesso fine, media etiam concessa censentur, cap. *cum infirmitas, de pœn. &c. quoniam de sent excomm.* & concessa iurisdictione, censentur concessa omnia necessaria ad eam exercendam, *l.* 1. *ff. de iurisdict. omn. iud.* præsertim quòd *in cap. pernicioſam de off. ord.* conceditur Episcopo facultas ad complerũ iudicium, per illa verba *inquirendi, diſciſcendi, iudicandi, & ex cap.* 3. *sess.* 25. *Trid.* habet ordinariam iurisdictionem etiam contra laicos, per bonorum apprehensionem, & personarũ districtionem, ad quã familia armata multum conducit: accedit quòd ipsum Trident. id ibi supponit, dum ait: *per suos proprios, aut alienos executores, &c.*

familiam armatam.

quæ

quæ verba satis violenter interpretantur à Beretta, *cons. 4 & 6.* vera enim interpretatio (ex eodem Trident. *in rubr. de recip & obserua. Decr. & Constit.* P. ij V. *ad calcem ipsius*) à solo Papa, aut Sacra Congregatione petenda est, quæ ad instant iam S. Caroli Borrom. coram Sanct. P. Pio V. die 5. Iun. 1567. declarauit, Episcopum tenere posse familiam armatam. Et ideò hanc sententiam tenent DD. quos citat & sequitur Ciarlin *cap. 58 num. 25. & 34.* Barbos. *de pot. Episc. part. 3. alleg. 107.* Mollinus *de brachio regio part. 4 nu. 258* & esse cõmunem; tradit Martha *de iurisdict. part. 1. cap. 50. num. 12. part. 6 tractat. 2. resolutione 5.* Confirmantur prædicta: nam Episcopus habet territorium ad exercendam iurisdictionẽ contentiosam, cap *omnes basilicæ 16 quæst. 7.* & cap. *vt animarum de const in 6.* Glossa Ioann Andreas, Felinus, & alij apud Leonem *vbi suprà*, diœcesis namque, & territorium idem sunt; Panorm. *cons. 82. num. 7. lib. 1.* Alexand. *cons. 248.* Item habere possunt carcerem, &c. *Episcopus de off. ord. in 6.* ergo, & carcerum custodes, *Clem. 1. §. Sanè de hæretic.* & ministros, qui reos capiant, ad carceres ducant, cap. *contra idolorum*, & ibi Gloss. *26 quæst. 5* & cap. *attendẽdum: 16. quæst. 4.* Denique multa crimina sunt misti fori gloss. *in cap. cum sit generale, de foro comp.* in quibus datur locus præuenienti, *l. si quis postea*, & ibi DD *ff. de iud.* & inter præuentiones realis, quæ fit per capturam, præcedit verbalem: ergo Iudex Ecclesiasticus debet habere familiam armatam, per quam in his delictis reos realiter præuenire possit: alioqui si implorare debet brachium laicum, numquam illud præueniet, vt benè probat Franciscus de Leone *part. 1. cap. 9. numero. 9. part. 4. tractat. 1. resolutione 17.*

Sicut habet territoriũ.

Carcerem.

Et custodes

Ad secundum respondemus, canones loqui etiam pro delictis communibus, quod constat ex interpretatione Sacræ Congreg. facto verbo cum Sanctissimo, vt dictum est initio, *part. 6 tractat. 2. resolut. 6.*

Ad tertium, falsum esse quod Papa non possit eximere laicos de iurisdictione laicali, nam licèt non habeat dominium directum in totum orbem, (quod tamen affirmat inter alios Solozarnus *de Ind iur. lib 2. cap. 22. num. 17.*) habet saltem in directum, & habitum ex iusta causa exercendum, & ideò ex iusta causa eximere potest laicos de potestate laicali Porto carrero *in allegat. pro iurisd. S. Off num, 33.* Merolla, Mancinus, & Valboa *in cap. 1. de foro compet.* Iusta autem causa est honor & reuerentia dignitati Episcopali debita, rectaque causarum fori Ecclesiastici administratio, eximendi ministros Episcopi; nam in multis iuribus aliqui ob dictam rationem eximebantur à iurisdictione ordinaria, & subdebantur superiori sui officij, vt *in l. fin. Cod de iurisdict. omn. iud. l. in officiales, C. de off. Rec. prou* l. ex eo, *C. de agent. in reb* & alibi Imò hæc exemptio concedebatur etiam vxoribus officialium, l *ex ad diuersa, C. de silentiar. lib. 12.* filiis, *l. eos, C. de fabricen. lib. 10.* matribus, *l. fin. C. de castr. & min. eod.* ac etiam seruis, & colonis, l *in sacris, C. de sacr. scrin. lib. 11.* non solum si essent rei, sed etiam si actores, l. *in viros, C de comit. consist lib. 12.* Et denique, si aliunde non constaret, Papam id facere posse, satis constat eo, quia fecit, & declarauit: nam factum Papæ in dubium reuocari non debet, cap. *in memoriam 19. dist.* Anton. de Butrio *in cap. 2. de translat. numero 6.* & alij. Adde, quòd etiam laici possunt se submittere iurisdictioni Ecclesiasticæ, vt dicemus *verb Statutum laicale, nu. 17. part. 6 tractat. resol. 7.*

Et Papã eximere posse aliquos laicos de iurisdictione laicali.

Ad quartum, Tridentinum ibi solum disponere de Clericis, vt patet ex illo ex ordio *Nullus prima tonsura initiatus, &c.* non autem de aliis personis, quæ non titulo Clericatus, sed alio quocumque, immunitate de iure cõmuni gaudebãt, vt DD. communiter post Concilium scribentes, inter quos Ghilinus *verb. Episcopus, num 5* Megal. *tom. 2. resol. 122. num. 7.* Gambacurta *lib. 4. cap. 3. num 7.* Vnde nihil facit contra familiam Episcopi, quæ non intuitu Clericatus, sed honoris Episcopalis immunitate fruitur,

Et non omnes, qui gaudẽt immunitate ferre debere habitum, & tonsuram

tur, *part.1.tract.2.resol.98.part.5.tr.1. resol. 1.in fine, & part.6.tr.2.resol.8.*

Ad quintum non esse absurdum, quòd Episcopus sit iudex in delictis suorum familiarium; sicut non est absurdum, quòd id faciant Inquisitores Hispani, Martianus fecerit in suos cubicularios, *l.3.C.de præpos.Sacram.cubic.lib.12 & Zeno in silentiarios, l.4.C.de silent.eod.* nec de his casibus loqui Vlpian. in lege adducta, *Ibid.resolutione 9.*

Ad Sextum, litteris Regis Catholici opponimus Oraculum Summi Pontificis, qui est caput Ecclesiæ Catholicæ, & ad quem spectat declarare Canones, & Concilia præsertim, quod in dubio de iurisdictione inter laicum, & Ecclesiasticum huius est definire, vt dicemus *verb.Opinio, num.13.part.6.tractat.1. resol. 9.§. Ad sextum.* Ad septimum, nimis procaciter asserere Moscosum, quod Episcopi in delicta suorum familiarium conniueant, cum perturbatione reipublicæ; ac proinde videri dignum, qui comprehendatur in illa regula Trident. *initio Indicis lib.prohib.tit.de correct. lib.* Quod autē addit de diminutione regiæ potestatis, ironicè etiam in simili asseritur à Portocarrero *nu.6.* nam (ait ipse) nimiū considerabilis subtractio sit, cùm inter mīlia millium laicorum, quadraginta vel quinquaginta in censum Ecclesiasticorum referuntur, vt proinde ministri laici, alios obliti, toti istis inuidere debeant, tamquam reipublicæ perturbatoribus, & sine quorum cognitione regia potestas multum decrescit, *Ibid. resol.10.*

Exemplum Romæ, quod adducit Moscosus *nu.79.* dicimus non esse trahendū in alia loca: nam ibi esse potest aliqua iusta causa, benè visa Summo Pontifici, & forsitan erit reuerentia suæ sanctitati debita, ob quod familia etiam Cardinalium, quæ etiam secundum Pereiram *tom.1.cap.10.n.13.* gaudet vbique priuilegio fori, Romæ eo non gaudet, vt Bonacina *tom.3.disput.1.quæst.16.punct.3.num. 7.* Quod verò ait de Regno Siciliæ, mendacium est: nam ex litteris Viceregis anni 1567, & 1608, ad instantiam Episcopi Agrigentini, & ann. 1611. ab Excellentiss. de Lemos ad instantiam Archidiaconi Messanen. mandatur seruari priuilegium fori *tam quoad Clericos habentes requisita Trid. quam quoad familiares, & officiales Episcoporum, & sic hodie seruatur in praxi. Ibid.à §. Verùm.* Denique, circa declarationes, & oracula Sacr. Congregat. de hac re, non potest allegari ignorantia; siquidem ex litē habita inter S. Carolum Borrom. & ministros regios Mediolani coram Pontifice, & responsionibus, quæ quotidie ad Episcopos à S. Congregat. mittuntur authenticæ; id adeò clarum est, vt probatione non indigeat, ex gloss. *in cap. appellanti, de appellat.* & DD. communiter. Nec dici potest, non esse dictis declarationibus necessariò standum, aut eas facere pro statu Ecclesiæ tantùm. Nam primum damnauit S.D.N. in decreto diei 2. Augusti *1631.* maximè quòd dictæ declarationes feruntur ex ordine S.P. & facto verbo cum ipso, vt docet Merolla *tom.2.disputat.4.cap.4.dub.12.num.173.* & contra secundum est, quòd litteræ supra citatæ missæ sunt extra statum Ecclesiæ, & Congregationes Cardinal. erectæ sunt à Summo Pontifice pro resoluendis difficultatibus totius Ecclesiæ *parte 6 tractat.2.resolutione 6 paragrapho Dicendum.*

Et dictos familiares in Sicilia gaudere foro si-

Itē gaudent familiares Inquisitorū Archimādrita.

2o Quod autem dictum est de familia Episcopi, procedit etiam in Inquisitoribus, vt dicemus *verb.Inquisitorum, nu. 25.* Item in familia habentis Territorium, & iura Episcopalia cum potestate iurisdictionis, vt est in Sicilia Archimandrita Messanen. nam hi habent iurisdictionem, ratione cuius Episcopi hoc priuilegium concessum est. Ciarlin. *cap.28.à numero 26 part.5.tractat.1. resolutione 25.* Item in familia Vicarij Episcopi, vt ait Nouar. *de elect.fori quæst. 36. sect.2.part.3 tractat.1.resolutione 46.* Et denique potiori iure procedit in familia Legati, seu Nuncij Apostolici, qui non solum habet iurisdictionem ordinarium Episcopi, vt probat Fagundez *in decalog.tom.1. lib.2. cap. 41. numero 22.* & alij communiter, vnde do-

Et legatorum. Nuntiorū ve Apostolicorum

cet:

cet Calder. *cons.* 11: quòd quidquid potest Episcopus in diœcesi respectu iurisdictionis: potest Legatus in sua provincia, sed præterea est supra omnes Ordinarios, tamquam Summi Pontificis vices gerens *cap.* 2. *de legat. in* 6. ibi DD. communiter. *particul.* 6 *tractatu* 2. *resolutione* 2. *& tractat.* 8 *res.* 2. in fine.

Verũ est, quòd offendens quem ex his familiaribus in officio, punitur à Iudice familiaris,

21 Petes hic: Si offendatur laicus familiaris Episcopi, quinam Iudex cognoscere debet? Ecclesiasticus ne, an laicus? Respondeo, si offendatur vt talis, intuitu officii, seu in officii executione, ad Ecclesiasticum pertinet: nam in hoc casu offenditur ipsius iurisdictio, & dignitas, & intrat argumentum, quòd turbans iurisdictionem Iudicis, punitur ab illo Iudice, cuius iurisdictio turbata est, vt Menochius *consil.* 230 *num.* 8. *lib.* 2. *consil.* 31. & alii. Si verò offendatur, vt privatus, ex inimicitia, &c. Est delictum misti fori, & pertinet ad prævenientem: nam in hoc casu læditur sola persona ipsius passi. Et disparitas vtriusque casus patet in multis: offendens enim consiliarium Principis, si id faciat intuitu officii, est reus læsæ maiestatis: si ex inimicitia, non item, vt observat Fabius *de Anna consil.* 67. *num.* 2. *volum.* 1. Oddus *consil.* 88 & alii. Rursus, offendens ministros. S. Officii ex odio particulari extra officium, non includitur in pœnis Bullæ, *si de protegendis*, vt docet Catena *de modo proc. in S. Offic. tit.* 10. *§.* 6. *num.* 23. Et denique offendentes Romipetas, non vt euntes ad Rom. Curiam, non incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vt DD. communiter cum Duardo *lib.* 2. *can.* 9 *num.* 32. Confirmatur etiam propositio à maiori: quia offendens Clericum, puniri potest à Iudice laico præveniente, vt ex generali text. *in cap.* 1. *de foro compet.* observat Valboa *cap.* 4. *nu.* 34. & aliis, quos citat, & sequitur Chartar. *decis.* 6. *crim. num.* 2. contra Bartholom. *in l.* 1 *numero* 144. *C. de Summ. Trinit.* Et ideò nostram sententiam tenent Farinacius, & Merlinus Rotæ Decanus, *p.* 6. *tr.* 8. *res.* 3.

Offendens vero extra officium, puniri potest à præveniente.

Item gaudent foro.

22 Gaudent præterea immunitate fori Regulares etiam novitii. Vide *verb. Iudex laicus num.* 14. & 15. Etiam impuberes, & proinde nondum annum formalis probationis ingressi: nam ex quo habitum assumunt, adhærent Religioni, & reputantur vt Ecclesiastici, Marchin. *resolutione pro Ord. milit. artic.* 6. *numero* 58. Quod potiori iure procedit in Relig. Clericorum Regul. circa hospites: nam hi statim ac in Religionem recipiuntur, more solito habitum & observantiam aliorum profitentur, & contravenientes puniuntur, gaudentque omnibus Religionis privilegiis: & superiores cum iis omnibus facultatibus vtuntur, quibus & cum novitiis, præsertim circa sacramenta Pœnitentiæ & Ordinis; vnde non solum fori, sed etiam canonis, & gabellarum immunitate gaudere debent; contra Pasqualigum *decis.* 424. *num.* 2. *part.* 6. *tract.* 8. *resolutione* 7.

Religiosi. Etiam Novitii.

23 Item gaudent Religiosi milites ex Religionibus erectis auctoritate Papæ, quæ nimirum sunt veræ Religiones, vt dicemus *verb. Religiosi milites, nu.* 1. Vnde gaudent foro Equites S. Ioannis (Barbosa *de potest. Epis. cop. part.* 2. *alleg.* 12 *num.* 45 *tract.* 1. *resol.* 86.) etiam illi, qui ferunt mediam crucem; secundum Riccium *tom.* 4 *resol.* 177. *numero* 3. contra Bobadillam *tom.* 1 *lib.* 12. *cap.* 18. *nu.* 233. quia militant sub eadem Religione. *par.* 3. *tractat.* 1. *resol.* 51. Item S. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Montesæ, S. Stephani, & S. Lazari. Sancius *in select. disp.* 49. *num.* 13. etiam extra loca Commendarum; quia eorum privilegium non est locale, sed personale, sicut aliorum Religiosorum, *part.* 4. *tractat.* 1. *resolut.* 36. & 86. & *alibi passim.* Secus de Equitibus Aurei Velleris, S. Michaëlis, Annunciationis, Delabanda, & aliarum Religionum non approbatarum à Papa *resol.* 36. *circ. fin.* Illi autem gaudent etiam novitii, vt dicemus *verb. Novitius num.* 2.

Etiam Equites S. Ioannis.

S. Iacobi, Alcãtaræ, Calatravæ, Montesæ, S. Stephani & S. Lazari.

Et gaudent etiam ipsorum vxores, sicut de vxoribus Clericorum diximus *num.* 14. nec refert, quòd ipsæ habitus incapaces sint: nam ex l. *ne ad diversa Cod. de sil. lib.* 12. silentiariorum vxores, licèt ad virorum officia inhabiles, gaudere

Etiam novitii. Et eorum vxores.

tamen dicuntur eorum foro. Et idem dic de exemptione gabellarum. Etiam post obitum viri, quamdiu viduæ, & honestæ vixerint. Amaya *in C. lib.* 10. *tit.* 39. *à num.* 16. *p.* 6. *tr* 8. *res.* 6.

Item tertiarii.

14 Item gaudent Oblati, seu Tertiarii Religionum, si in monasterio viuant, & absque fraude se & sua ei obtulerint: etiam quoad delicta ante oblationem commissa. Sic Sacra Congregatio apud Aldan. *in comp. tit.* 10 *num.* 15. quæ addit, in casu fraudis, tales à laico iudice puniri posse, non tamen pœna corporea, sed pecuniaria. Porrò Marin. cap. 114. *num.* 6 præter conditiones prædictas requirit in his manc. pationem perpetuam monasterio, & habitum debitum, per quē à sæcularibus distinguantur, *part.* 4. *tr.* 1. *resol* 31. Gaudent etiam sorores tertiariæ S. Franc. etiam in domibus viventes, si vitam cœlibem ex voto traducant. Sic S. Congregat. & tenet Pont. *de imped. caus.* 27. *cap.* 19 § 5. Contraria autem declaratio Leon. X. ab eodem revocata fuit, edita constit. 1. *Mart.* 1518. *part.* 1. *tractat.* 2. *res* 85. *part.* 4. *tract* 1 *res.* 31. § *Notandum, & part.* 6. *tract* 8. *resol.* 30. in fine.

Et tertia via Religiosorum cū certis clausulis.

Inservientes Monialibus cum habitu.

25 Item gaudent foro ex Bonacina *in Bull. Cœn. disput.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *punct.* 3. *n.* 18. illi homines, qui habitum Religiosum induti, inserviunt monialibus, petendo pro illis eleemosynas. *res.* 31. *cit. in fine* § 1.

Eremitæ approbati.

26 Item Eremitæ. Ordini vel Ecclesiæ speciatim addicti, paupertatis, vel alterius obligationis voto apud Episcopum, vel alium Prælatum edito Marinus *cap.* 114. *num.* 8. & alii *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 35.

Et hospitalarii.

27 Hospitalarij laici coniugati, & habentes de proprio, Abbas censet non gaudere foro, *in cap.* 2. *nu.* 11. *de foro comp.* Barbosa verò *n.* 40 gaudere inquit, dummodo inserviant Hospitali, Episcopi auctoritate constructo. Vide Decian. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9 *num.* 39. *p.* 3 *tract.* 1. *res.* 66.

IMPEDIMENTA Matrimonii.

Impedimenta matrimonii, trimonii, alia tantū illud impediunt, pediunt, lia, catechismus, & crimen.

1 ✠ IMpedimenta Matrimonii sunt duplicis generis: aliqua enim tantùm impediunt, nè licitè contrahi possitalia verò etiam contractum dirimunt, tamquam invalidum. Priora sunt quinque votorum, interdictum, sponsa-

Vt votum simplex castitatis, vel Religionis.

2 Et nomine voti intellige votū simplex Religionis aut castitatis. ✠ Quod remanet etiam in Religiosis nulliter per metum professis, nam votum castitatis ob connexionem essentialem cum statu religioso, semper valet vt potest, & sic saltē vt simplex. Sanch. *de matr. l.* 7. *disp.* 27. *n.* 13. *p.* 6 *tr.* 7. *res.* 51. *& p.* 11. *tr.* 5. *res.* 39. An qui post votū simplex castitatis virginē violaret sub promissione coniugii, teneretur ad votū: an ad matrimoniū, & an peccet mortaliter vxorē ducens cum voto Religionis, animo in eam intrandi ante consummationem vide *verb. Ingredi Religionem, n* 2. & 3. Votum autem solemne etiam dirimit, vt infr. *n* 14.

Interdictum.

3 De impedimento interdicti vide *verb. Matrimonium, nu.* 41. Impedimentum sponsalium est, quòd contrahens sponsalia cum vna, non potest ducere aliam sine peccato, nisi interveniat iusta causa, quæ ad sponsaliorum solutionem sufficiat, iuxta dicenda *verb. Sponsalia à num.* 8.

Sponsalia.

Catechismus.

4 Impedimentum Catechismi contrahitur ab eo, qui tenet infantem baptizandū, respondetque eius nomine ministro interroganti, an credat, an renūciet diabolo, &c. Et quidem si idem sit patrinus catechismi, & Baptismi, contrahit impedimentum dirimēs, si solius Catechismi, contrahebat tantùm impediens ex cap 1. *de regen. spir. in* 6 nunc autem per Tridentinum, puto probabiliter cum Pontio *lib.* 6. *c.* 11. *num.* 3. contra Palatium *in* 4. *d.* 42. *disp. vnic.* nullam cōtrahere; quia in illo dicitur spiritualis cognatio nō contrahi, nisi in Baptismo,

&

& Confirmatione. Pro qua sententia Pontius citat declarationem Sacræ Cõgregat. Interpretum, *part. 3. tractat. 4. resolut. 260*

Et crimen. 5 Crimina impedientia sunt vxoricidium, presbytericidium, matrimoniũ cum moniali scienter contractum, propriæ prolis de fonte fraudulenta susceptio, publica pœnitentia, raptus alienæ sponsæ, & incestus cum consanguineis coniugis aut sponsæ adhuc viventis, saltem intra secundum gradum post Tridentinum. Sed hoc impedimentum criminis per diuturnam consuetudinem sublatum existimo cum Coninch *de Sacrament. disputat. 30. dub. 3. n. 25.* contra Rebellium *part. 2. lib. 3. quæst. 18. n. 23.* Si quis verò scrupulosus dispensationem de eo petere velit, adeat Episcopum, secundum Navarr. & DD. communiter apud ipsum *lib. 4. constit. 9. n. 5 part. 3. tr. 4 res. 259.*

Alia etiã dirimunt. 6 Impedimenta DIRIMENTIA antiquitus plura, per Tridentinum redacta sunt ad duodecim, quibus duo alia de novo adiecit; & continentur omnia in his versibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas vis, Ordo, ligamen, honestas;
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Si sponsum rapias, si clandestinus inibis.

Vt error. ERROR debet esse in substantia, vt si quis existimet ducere Bertam, & ducat Angelicam: nam error in qualitate non obstat: nisi qualitas attingat statum libertatis vel servitutis, vt si quis putans ducere liberam, vel liberum, inveniat servam, vel servum, quo casu matrimonium nullum esset ex impedimento

Conditio. Conditionis. Votum debet esse solemne religiosæ professionis, etiam Equitũ

Votum solemne. S. Ioannis non autem aliorum. Vide *verb. Religiosi Milites n. 4.* & monachus, qui post votum emissum matrimonium iniret, incurreret ipso facto excommunicationem, *clem. 1. de consanguin. & affin.* & puniri posset ab Inquisitoribus, vt dicemus *verb. Inquisitorum. n. 83.*

7 COGNATIO triplex est; naturalis, spiritualis & legalis. Prima dicitur consanguinitas, estque coniunctio multorum per dependentiam; aut ad se invicem, (& dicitur in linea recta, in qua impedimentum consurgit ex omni gradu in infinitũ) aut à communi capite (& dicitur linea transuersalis, & impedit ad quartum gradum inclusivè) secundum sanguinem. Cognatio spiritualis cõtrahitur in Sacramentis Baptismi & Confirmationis. Vide *verb. Patrinus.* Legalis cõtrahitur per adoptionem alicuius in filium ✝. Est autem duplex: perfecta, quæ dicitur arrogatio, qua scilicet adoptatus transit in potestatem adoptantis, fitque eius necessarius hæres, de potestate supremi Principis tantùm: & imperfecta, quæ retinet nomen generis, qua nimirum adoptatus remanet sub potestate patris carnalis, nec fit hæres necessarius adoptantis testantis, sed tãtum ii cte testati, atque eam sufficit auctoritas Magistratus. Et quidem in sententia Præpositi *in 3. p. quæst. 7. dub. 13. n. 109.* & aliorum, vtriusque adoptionis cognatio irritat matrimonium: quia iura indistinctè loquuntur. Sed Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 63. n. 8.* probabiliùs tenet, solã cognationem adoptionis perfectæ dirimere, & ita interpretanda esse iura, quia in re pœnali restringi debent: præsertim, quòd periculum incontinentiæ ex cohabitatione, ait D. Thõ. fuisse motivum huius impedimenti statuendi, non procedit in adoptione imperfecta, in qua adoptatus non habitat in domo adoptantis. Et in hac sententia est ipse D. Thom. *in 3. part. quæst. 57. art. 2.* vt colligitur ex ratione citata, quam assignat. Ex quibus Ludovic. de S. Iuan *de matrimon. quæst. 6. artic 11. dub. 2 conclus. 4.* docuit, ex adoptione imperfecta oriri solum impedimentum impediens, quod tamen etiam negat Ochagavia *de Sacram. tractat. 3. quæst 58 num. 5 part. 4 tract. 4. resol. 120. & part. 9. tract. 6. resol. 54.*

Cognatio naturalis.

Spiritualis.

Et legalis.

Qua cõtitur ex adoptione perfecta.

8 ✝ Porrò hoc impedimentũ nascitur inter ipsum adoptantem, & adoptatum, & filios nepotesque adoptati vsque ad quartum

quartum gradum; inter filios adoptantis & adoptatum, & inter vxorem adoptantis & adoptatum, vxoremque adoptati, & adoptantem, cap. *vnic. de cogn. leg.* ✠ Inter ipsos autem adoptatos nullum est impedimentum: quia cum ratò plures adoptari soleant ad hoc iura non respexere, nec extendi debent, vt contra Ledesm. *de matrim. quæst. 57. artic. 3.* Rebellius *p. 2 lib. 3. quæst. 7. concl. 3. nu. 12.* Addens, inter adoptatum & filiam illegitimam adoptantis non esse impedimentum, *p. 4 tr. 4. res. 121.*

Crimen homicidii vel adulterii, vel vtriusque.

9 ✠ CRIMINA matrimonium dirimentia quatuor sunt. Primum, si adulter promittat adulteræ se illam ductum mortuo viro. Secundum, cùm vir, & fœmina conveniunt ad occidendum Coniugem, vt inter se contrahant, & de facto occidunt. Tertius, cum vnus coniugum occidit alterum animo contrahendi cum adultero, etiam ignorante. Quartum, cùm quis post matrimonium ratum cum vna, contrahit, & consummat cum alia sciente. De primo habetur cap. *significasti. de eo, qui duxit vxorem, &c.* de secundò, cap. *laudabilem, de conuers. coniug.* de tertiò in cap *super hoc, de eo, qui polluit per adult.* & de quartò, cap. *veniens, & c. propositum. de eo qui duxit, &c.* ✠ Porrò primum Sanch. *dis. 79. num. 10* tenet contrahi ab adultero, etiam si promissio coniugij sit ficta. Henriquez verò *lib. 12. cap. 14. num. 3.* probabiliter etiam docet, debere esse seriam. Item mutuam & reciprocam, & Laymann. *lib. 5. tractat. 10. part. 4. c. 10. num. 4.* debere esse puram, aut purificatam ante coniugis mortem: suspensa enim, & quæ pendet ex futuro eventu, non dicitur simpliciter promissio, *part. 3. tractat. 4. resol. 198.* Sed si habuerunt intentionem occultam, non contrahitur impedimentum, sed si occidat cum animo contrahendi cum vna ex filiabus Titij, contrahitur impedimentum cum omnibus. Sanch. *part 9. tractat. 7. resolut. 25.* Secus si fide promisit eam ducere. Hurtad. *ibid. resolutione 26.* de taciturnitate dissentiunt DD *Ibid. §. Sed sic obiter.* Incurrit verò adulter promittens coniugatæ matrimonium post mortem viri, etiãsi ignoret hoc esse impedimentum, *p. 10. tr. 13. res. 51.*

Intentio occulta nõ inducit impedimentum, si occidat cum animo contrahendi cum vna sorore non potest contrahere cũ nemine.

10 Impedimentum DISPARITATIS CVLTVS est inter duos, vnũ Baptizatum, alium non item. Si vterque cõiux sit Baptizatus, sed vnus Catholicus, alter hæreticus, matrimonium non est invalidum, sed illicitum. Si coniuges infideles convertantur, debent in suo matrimonio, non contra ius naturæ contracto, permanere. Si verò alter convertatur requirere debet alterum, an convertì etiam vel t, aut cohabitare absque Creatoris offensa, & si teneat, contrahere potest pro libito; quia primum Matrimonium solutum est. Si autem adeò distet, vt commodè requiri non possit, Sanchez *lib. 7. disp. 74. n. 12.* nihil vltra requiri inquit, nam moraliter certum est, quòd nolit converti & lares relinquere. Pontius verò *lib. 7. c. 8. n. 12.* requirit dispensationem Pontificis, vterque probabiliter. *p. 3. tr. 4 res. 264.*

Cultus disparitas inter Christianum, & nõ Christianum.

11. Coniux verò infidelis, qui coniugem conversum sequi non vult, potest secundum Sanchez *disputat. 77. numer. 6.* ad aliud matrimonium transire: quia nullo iure id sibi prohibetur: non enim sæculari, quia nullum est: nec Ecclesiastico, quia ad illud non tenetur. Peccare igitur contra ius naturale, & divinum, violando leges prioris matrimonii, quia coniugem conversum sequi tenebatur, at matrimonio dissoluto, nil supereſſe, quo ab alio contrahendo prohibeatur. Sed adversus Sanchez insurgit Pontius *n. 25.* ex cap. *si infidelis 18. quæst. 2* & ex D. Thom. *in 4. d. 37. quæst. 2 artic. 5. ad 3.* aitque in iure citato Ecclesiam nõ id decernere, sed solùm promulgare pœnam violati matrimonii, & veræ fidei inflictam de iure divino. Vtraque etiam sententia est probabilis, *par. 3 tra. 4. res. 263.*

12 Iam verò matrimonium Catholici cum hæretica, vel infideli non esse ita malum intrinsecè, docuerunt Sanch *disput. 72. nu 5.* Filliuccius, & alii, vt nulla circumstantia licitum reddi possit. Et Pontius *in append. cap. 6.* id procedere inquit,

Non tamẽ Catholici cum hæretica.

Nam horum matrimoniũ non est omninò illicitum ex quacumque causa.

inquit, etiamsi in aliquo casu adesset periculum perversionis, si magna aliqua & eximia id postulet causa, augmenti nimirum & propagationis Ecclesiæ, trãquilli ejus status, aut liberationis catholicorũ, qui sub aliquo hæretico Principe detinentur oppressi. Nam exponere se periculo peccandi ex magna & urgenti causa non est peccatum, non enim amatur periculum, sed illud ingens bonũ, quod absque tali periculo acquiri non potest. Ita ille ex D. Thoma, Cajetano, & aliis, *part. 3. tr. 4. resol. 269.*

Item Vis.

13. † Impedimentum vis est, quando alter conjugum contrahit ex metu; nam tunc etiamsi interius consentiat matrim. est nullum. Vide *verb. Metus, à n. 7.*

Ordo Sacer.

14. Impedimentum ORDINIS consurgit ex Ordine sacro ante matrimonium susceptо, eo quia habet votum castitatis adnexum. † Sed adverte, quòd si sacer Ordo per vim, & metum susceptus sit, omnes DD. cum Sanch. *de matrimon. tractat. 2. lib. 7. disput. 29.* dicunt matrimonium nõ dirimere, quia votum adnexum non est validum, *c. per latam, de iis, quæ vi, &c.* Solus Pontius contrarium docet ex multis *lib. 7. cap. 29. num. 3* fatetur tamẽ, sic ordinatum dignum esse dispensatione, *part. 3. tractat. 4. resolutione 193.*

Ligamen.

15. † Impedimentum LIGÂMINIS consurgit ex Matrimonio rato, & multo magis consummato: qui enim vivente conjuge cum alio contraheret, non contraheret validè. † Et idem juris esse ait Coninch *de Sacrament. disput. 24. dub. 6. num. 53.* cum quis secundò contrahat mortuo primo conjuge, quem tamen putat esse vivum; quia is non habet veram intentionem contrahendi, cum non possit seriò intendere id, quod existimat impossibile. Quod tamen negat Sanchez *tom. 1. lib. 2. disput. 33. numer. 2.* quia talis persona est legitima, & revera habilis ad contrahendum, & intendit contrahere quatenus potest. Et affert paritatem de Baptismo hæretici, qui si habet intentionem Ecclesiæ, verè baptizat, quamvis Baptismum rem irrisoriam putet. Pontius has opiniones conciliat *lib. 4. cap. 23. num. 1.* & primam procedere inquit, quando conjux impedimenti, & impotentiæ conscius contrahere velit contra fas, & jus: nam hic non est similis hæretico baptizanti, qui scit se posse facere quod intendit, idest facere quod intendit Ecclesia, ille non item. Secundam verò, quando impedimentum ignoraret, vel conditionatum cõsensum eliceret, v. gr. *quamvis de jure non possim, si tamen fortè contrahere possim, consentio*: nam cum hæc conditio sit de præsenti, & revera purificata, matrimonium debet consistere. *part. 3. tractat. 4. resolutione 293.*

16. † Impedimentum justitiæ publicæ HONESTATIS oritur ex sponsalibus, aut matrimonio rato cum consanguineo conjugis. De sponsalibus id habetur in cap. *unic. de sponsi. in 6.* de matrimonio rato colligit Abbas in c. *sponsum de sponsi.* argumento à minori ad majus. Igitur qui spospondit cum aliqua nõ potest, ea vivente, vel mortua, contrahere cum consanguinea in primo gradu post Tridentinum *sess. 24 cap. 3.* qui verò contraxit, prohibetur usque ad quartum gradum inclusivè. † *part. 9. tract. 6. resol. 53.*

Honestas.

17. Non solvi hoc impedimentum ait Sanchez *tom. 2. lib. 7. disput. 65. num. 21* si sponsalia communi consensu solvantur: quia remanet post mortem, quæ est major sponsalium dissolutio. Sed hoc argumentum non est firmum: nam ideò mortuo sponso, sponsalia non dissolvuntur; quia ille præsumitur decessisse, vel saltem debuisse decedere cum ea voluntate, cum qua contraxit sponsalia: in nostro autem casu adest voluntas expressa dissolutionis sponsaliorum. Ideò contrarium dicendum puto cum Rebellio *part. 2. lib. 3. quæst. 14. numer. 3.* ubi adducit pro hac sententia declarationem Cardinalium *part. 3. tract. 4. resolut. 222.* Et etiam oritur hoc impedimentum ex matrimonio nullo, dummodo non sit ex defectu consensus. Valentia *part. 9. tract. 6. resol. 50.*

Qua non obstat, sponsalibus solutis.

Ex matrimonio nullo non ex defectu consensus.

18. † AFFINITAS, si oriatur ex matrimonio consummato, seu ex copula

Affinitas.

licita, dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusivè: unde mortuo conjuge, non potest quis contrahere cum consanguineo illius intra quartum gradum: si verò oriatur ex copula fornicaria, non excedit secundum gradum: ut qui fornicariè cognovit mulierem, nō possit ejus consanguineam in primo, vel secundo gradu in matrimonium ducere.

Quæ non oritur ex matrimonio rato.

† Quæ verò requirantur ad contrahendam affinitatem, consule nos supra *verb. Affinitas*, ubi diximus, requiri copulam carnalem. Ex quo nunc inferimus cum Guttierez *cap.54.num.23.* & aliis contra Præpositum *in 3.part.q.7.dub.11.num.88* ex matrimonio rato, & non consummato non oriri impedimentum affinitatis, sed solius honestatis: ac proinde pro ejus dispensatione non esse solvendum Datariæ duplum, nec cognoscentem cōsanguineam uxoris nōdum cognitæ, incurrere excommun. *clem. un. de consang. in.* Ratio autem est, quia propinquitas sanguinis verbis, dicitur, non efficitur, ut declaravit Pius V. in Bulla. *Ad Romanum*, & sacra Congregatio apud Rebell. *n.109* & Farinac. *in sess.44.cap.3.part.6.tract 8 resol.25*

Et impotentia perpetua.

19. SI FORTE COIRE NEQUIBIS duodecimum impedimentum, si nimirum conjux aut inepta habeat instrumenta generationis, aut omninò non habeat. Debet autem ineptitudo esse perpetua. † Sed

Cum qua nō valet matrimoniū, etiam ad castè vivendum.

20. Nota primò, quod impotentes impotentia perpetua non possunt nubere, ne in ordine ad caste vivendum quidem: nam de intrinseca matrimonii ratione est traditio potestatis ad usum, & copulam conjugalem, quam impotentes tradere non possunt, cum non habeant: nec possunt matrimonii, vel alterius Sacramenti, aut cōtractus rationem essentialem ad suum ipsorum arbitrium immutare. Accedit Bulla Sixti V. edita *ann.1587*, declarans, matrimonia spadonum, vel eunuchorum prorsus eviratorum cum quibusvis mulieribus sive scientibus, sive ignorātibus, esse, & semper fuisse irrita. Et ita docet Henriquez *lib.12.cap.8. num.1.* & ex recentioribus Sylvius *in add. ad 3.part. quæst.58 art.1. quæst.2.* & alii communiter. (Ex quibus rectè ait Lugo *de Sacr.pœn. disput.16. sect.6 n.338.* in Cōfessione eunuchi explicandam esse circumstantiam, impotentiæ, non solum in peccato fornicationis, sed etiam in peccatis internis contra castitatem, si non præscindunt à malitia contra naturam, quam talis circumstantia superaddit, juxta dicta *verb. Delectatio, num.3.* Licèt dubitet Filliucius, an talis circumstantia mutet speciem. *part.6.tract.6. resol.35.*) Non est tamen improbabilis contraria sententia, quam ex cap. *consultationes*, & c. *requisisti, de frig. & malef.* & ex D. Thoma, Paludano, & alii docet Pontius *lib.7. à cap.55.* Et ejus fundamentum est, quia, cum supervenies impotentia perpetua matrimonium jam contractum nō dirimat, signum est aptitudinem ad generandum non esse materiam necessariam matrimonii: deficiente enim materia necessaria, omnia sacramenta deficiunt. De essentia ergo matrimonii solùm esse mutuam animorum conjunctionem in naturalem vitæ societatem cum diversitate sexus: quod totū reperitur in matrimonio spadonum, & in hoc matrimonio præberi dominium corporis, esto non adsit aptitudo ad generandum, quæ est propter usum, nec esse novum in his, quorum usus distinguitur à dominio, traditionem solius dominii posse esse integram materiam contractus independenter ab usu. Et respondet ab argumenta contraria. *part.4. t.4.resol.75.*

Licet valere dicat Pontius

Et mulier inepta propter arctitudinem tenetur levem incisionem pati.

21. Nota secundò, quod mulier nubēs cum impedimento extraordinariæ arctitudinis, ob quod usui maritali inepta redditur tenetur si absque periculo mortis, aut gravis, & periculosæ infirmitatis, potest pati incisionem, & apta fieri. Sibi enim imputet, quod sibi ante nuptias nō prospexerit, *par.3. in add. res.3 §. Hoc supposito.* Si verò ipsa ex se apta sit ad copulam, vir autem ejus inveniatur ineptus propter extraordinariam genitalium magnitudinem, vel debilitatem, non tenetur pati incisionem, etiam si commodè possit, quia cum defectus sit ex parte

viri.

viri ipsi incumbit remedium adhibere, & se aptum reddere, præsertim quòd talē incisionem virginalis horret natura, nec facile patitur honestas. Sic Ochagavia *de sacr. tr. 3. q. 69. n. 16.* & cum eo Pontius Hurtad, & alii contra Megaliū *in prompt. tom. 1 v. corruptio. virginis, n. 5.* caput autem *ex litteris, & c. fraternitatis, de frig. & malef.* loquuntur in primo casu. Quid ergo agendum si id contingat? Respondeo, si nulla est spes claustra rumpendi, matrimonium solvi debere, quia nullum est; nec in contractu jus ulli acquisitum est, celebrarus est enim sub conditione tacita, quòd conjuges apti sint, non simpliciter in ordine ad totum sexum, sed ad hunc conjugem in particulari, unde si vir, alioqui aptus in ordine ad aliquam aliam mulierem, ineptus sit in ordine ad hanc uxorem, aliàs ex se aptam, quamvis hæc possit per levem incisionem apta fieri etiam in ordine ad improportionatum virum, non acquirit in corpus ejus dominium, nec ipsa incisionem pati tenetur: sed matrimonium dissolvi debet, si autem infra triennium sit spes claustra rumpendi; id tempus expectari debet de jure Pontius *lib. 7. cap. 62. num. 2. p. 3. tr. 4 res. 201. & in addit. secund. res. 3. & p. 11. tr. 5. res. 9*

Secus, si defectus oriatur ex superfluitate viri.

Item Raptus.

22 † Et supradicta duodecim impedimenta sunt de jure antiquo, duo quæ sequuntur, addidit Tridentinum *sess. 24. c. 6.* Unum est RAPTUS. nam inter raptorem, & raptam, quamdiu est sub potestate raptoris, nō potest intercedere matrimonium validum. † Quod intelligendū est, si raptus fiat causa contrahendi matrimonium, non si fiat causa libidinis. Ita Sanchez *t. 2. l. 7 disp. 13. n. 4.* & declaravit S. Congr. apud Mazillam. Quamvis contrarium doceat, & aliam declarationem adducat Sà *v. matrim. n. 9.* Item nisi apta consentiat, nam secus non consurget impedimentum, esto quòd injuria parentibus inferatur. Sanch. *nu. 3.* contra Sà *ubi sup.* quia Concil. solum respexit libertati nuptiarum, ne scilicet virgines nubere cogerentur. *p. 3. tr. 4. res. 261.* nec habet locum hoc impedimentum, si mulier rapiat virum *p. 10. tr. 16. res. 83.*

In ordine ad matrimoniū.

23. Alterum Concilii impedimentum est, si matrimonium sit Clandestinum. Debet enim celebrari coram Parocho, & duobus testibus, ut dicemus V. *Matrimonium quoad Parochum, & testes.* Hic solum addo duo. Primum est: Pont. *li. 5. c. 9* & alios docere, quod ubi Concil. non est receptum, ibi matrimonium absque Parocho, & testibus contrahi possit, non solum ab incolis, sed etiam ab advenis, licèt eò accedant animo sic contrahendi, mox in domicilium reversuri, quia lex generalis non obligat personas, nisi dependenter à loco, in quo recipiatur: unde Itali v. g. in Gallia non tenentur legibus Concilii: & eo procedentes etiam hoc animo, uterentur jure suo, quia talis transitus ob talem finem non est prohibitus, ac proinde nec dolum, aut fraudē adhiberent. *l. nullus videtur 55. de reg. jur.* & *l. cum creditor. ff. de furtis.* Sed contrarium docet Sylv. *v. matrimonium 8.* & declaravit Sac. Congreg. an. 1628. apud Zypdum *lib. 4. tit. de spons. & matr. cons. 6. p. 6. tr. 7. res. 19*

Et defectus Parochi & testium.

Sed an hoc impedimentum, ubi Tridentinum non est receptum habeat locum in peregrinis locorum subjectorum.

24. Alterum est, impedimenta juris antiqui quæ per Trident. sublata sunt, censeri à Zypdo *tit de congreg. spir. cons.* 1. sublata, etiam ubi Concil. non est receptum, & promulgatum, nam promulgatio Romana, quæ sola ad onera non fuit sufficiens, sufficiens fuit ad juvamina, & ad tollenda onera, quia ad hoc ob jus libertatis multo pauciora sufficiunt, quā requirantur ad onera imponenda. Et credendum est, Concilii intentionem fuisse ubi servari per omnia temporum, & locorum injuria non permittit ibi observari debere, & posse saltem possibilia, nam extrà Italiā raræ sunt provinciæ, in quibus quoad omnia sit receptum. Quam sententiam licèt non esse improbabilem existimen cū Præpósito *in 2. 2. q. 95. disp. 1. dub. 7. num. 27.* ejus tamen judicium ad Sac. Sedem, sacramq; Interpretum Congreg. remitto. *p. 6. tr. 8. res. 26*

Et an illorum incolæ adhuc detineantur impedimentis, juris antiqui per Tridentinum sublatis.

Et hæc sunt matrimonii impedimenta, quibus Princeps laicus non potest aliud superaddere, ut dicemus V. *Statutum laicale num 4.* Qui autem in illis valeat dispensare, V. *Dispensare* dictum est.

Raptus commissus à fœmina, nec ipsa consentiente non est impedimentum.

25. Raptus commissus à fœmina si rapiat juvenem per suos ad contrahendum cum illo non est impedimentum, & est probabilius: Sanch. & alii *p.* 10. *tr.* 16. *res.* 83. irritat tamen sponsalia. Cornejo, & alii *ib.* §. *Sed sic obiter*, & non dicitur raptus, si puella consenserit invitis parentibus. Mart. à S. Joseph, & alii *ib.* §. *Nota hic etiam*. Vide *verb. matrimonium*.

INCENDIVM.

Nec paterfamilias.

1. QUando casu, vel fortuito incenditur domus conducta, non tenetur conductor, ad resarciendum, cum neque de culpa levissima tenetur, cum nemo quæritur comburere, vel sua bona. Ulpianus. Unde si famulus, qui fidelis semper extitit, & semper pro tali putabatur, & fuit causa incendii, non tenetur paterfamilias ad damnum domesticorum, secus autem si talis non erat; & si pars domus quę comburitur destruatur, non tenetur ad restitutionem. Turrian. *p.* 9. *tr.* 7. *res.* 31.

2. Si stabularius ignem, aut candelam in stabulo, focaria in culina lotrices in lavatrina, aut tale quid deliquerunt. Paterfamilias de damno tenetur, nisi, ut dixi, famulus ille pro fideli, aut diligenti reputatus fuerit. In quo casu non tenetur Pater familias. Sic Berlichius.

3. Adverte res in incendio periclitantes non haberi pro derelictis.

INCESTVS.

Incestus est illicitus concubitus inter conjunctos.

1. INcestus est illicitus concubitus inter consanguineos, vel affines in gradu prohibito, sive sit affinitas carnalis, de qua V. *Affinitas*, sive etiam spiritualis, aut legalis, juxta dicta V. *Impedimenta. p.* 3. *tract.* 4. *res.* 140. §. *Non reticeam*. An coitus inter masculos cognatos, sit incestus, & an incestus in diversa linea, & gradu sint ejusdem speciei. Vide V. *Circumstantia à num* 18.

Aliqui privant conjugem jure petendi debitum, in aliis gradibus non item, quia de his jus canonicum non disposuit. Pontius *lib.* 7 *cap.* 13. *num.* 6. contra Comitolum *lib.* 1. *quæst.* 138. *num.* 2. *part.* 3. *tr.* 5. *res.* 19. *part.* 11. *tract.* 5. *res* 38.

2. Aliqui privant conjugem jure petendi debitum, in primo, aut secundo gradu, impedit vi-

Qui dispensari potest ab Episcopo. Et à Confessario Regulariper quod-dam privilegium.

3. † Potest autem talis vir ad debitum dispensari ab Episcopo †, & à Confessario Regulari secundum Lezanam *tom.* 1. *v. Affinitas, num.* 4. & 5. deputato tamen superiore monasterii specialiter (quæ deputatio durat ad libitum superioris, & per ejus mortem spirat) in Sacramento Confessionis, & in Religionis domibus ac Ecclesiis tantum. Idque ex quodam privilegio concesso Monachis Monasterii S. Benedicti Congregat. Vallisoletan. Olim poterant hoc ipsum etiam extra Confessionem, extra propriam Ecclesiam, & probabiliter etiam absque deputatione, ex oraculis Julii II. & Pii V. apud Rodriquez *tom.* 1. *qu.* 63. *art.* 1. ut docuimus, *part.* 3. *tract.* 2. *res.* 14. & *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 46. in fine. Sed hodie hæc oracula non suffragantur, stante decreto S. D. N. Urbani *Aliàs felicis an.* 1631. omnia oracula revocante, *parte* 6. *tractat.* 8. *resolut.* 32.

INDVLGENTIA.

Indulgentia quid?

1. † INdulgentia est remissio pœnę temporalis pro peccatis actualibus debitæ extra sacramentum facta ex thesauri Ecclesiastici dispensatione.

A quibus concedi possit?

2. Indulgentias concedere possunt Papa, Cardinales, Episcopi, & Legati Pontificis, & Papa quidem plenarias, perpetuas, & per totum orbem: reliqui 40. tantum dierum (præter Cardinales, qui cōcedere possunt 100. dierum) temporaneas (præter Legatum, qui concedere potest perpetuas c *fin. de off. leg.*) & unusquisque in sua diœcesi, legatione, & provincia †. Concilium generale, Capitulum sede vacante, Prælati inferiores Episcopo, etiam Episcopali jurisdictione gaudentes, aut Archimandrita, Indulgentias concedere non possunt Ita Faber *in* 4. *d.* 19. *quæst. un. disp* 38. *c.* 5. *num.* 148.

A quibus non?

Am-

Et an concedi possit vi consuetudinis?

An verò possint ex præscripta consuetudine? Negat Sotus *in 4. d. 22. quæst. 1. art. 4.* quia concedere Indulgentias est relaxare pœnas Deo debitas, quod absque ipsius, vel ejus Vicarii potestate, fieri non potest. Saltem igitur requiri consensum Pontificis tacitum. Non est tamen improbabilis sententia Abbatis *nu. 2. arg. c. cum contingat; de foro comp.* quod potestas concedendi Indulgentias acquiri possit per consuetudinem; quia id docet cõmunis sententia apud Sanchez *lib. 4. cap. 38. num. 21. mor.* de potestate dispensandi vota, & juramenta; quæ dispensatio solvit eodem modo animas in foro Dei. Vide Layman *lib. 5. tr. 7. cap. 4. n. 3 p. 5. t. 12. ref. 21.*

Ad indulgentias concedendas requiritur causa pia.

3. † Requiritur autem ad concedendas Indulgentias causa pia. † & quidem secundum Suarez *tom. 4. disp. 54. sec. 3. n. 5.* & communiorem, proportionata Indulgentia, ut pro parva causa non liceat cõcedere magnas. Valentia tamen *tom. 4. disp. 7. quæst. 20. punct.* Reginaldus *tom. 1. lib. 7. c. 12. num. 137.* contrarium non improbabiliter sustinent. Eisque videtur favere D. Thomas *in supplem. quæst. 25. art. 3.* dum dicit, quamcumque causam in Dei honorem, & Ecclesiæ utilitatem urgentem ad Indulgentias concedendas sufficere. Adverte autem ex Sa *v. indulgentia num. 1.* quòd si Papa Indulgentiam absque causa concedat, non erit invalida. *p. 5. tr. 12. ref. 10.*

Et probabile est qualemcumque sufficere.

Indulgentia prosunt omnibus fidelibus etiã catechumenis. Etiam defunctis.

4. † Prosunt verò Indulgentiæ omnibus Christianis, tam vivis, quam defunctis, si utrique sint in gratia, ut dicemus, cum de requisitis *num. 11.* † & quidem etiam defunctis catechumenis: quia hi susceperunt Baptismum in voto, & sunt capaces Beatitudinis: potestque pro illis offerri sacrificium. Ita contra Præpositum *in 3. p. q. 14. dub. 3. n. 28.* Granado *in 3. p. contr. 12. tract. 15. disp. 6. num. 2.* qui addit, docteque probat, Indulgentias prodesse catechumenis etiam vivis *part. 3. tract. 12. ref. 9.* Defunctis verò non solùm prosunt per modum impetrationis secundum liberam Dei acceptantis voluntatem, ut docuit Layman *ubi sup. c. 7. n. 33.* Sed certo, & infallibiliter, ut docet Acosta *in Cruc. quæst. 19.* & alii, quia satisfactio Christi, & Sanctorum sufficit etiam pro illis, & de hac re extare Christi promissionem, constatque perpetua Ecclesiæ traditione, & verbis illis Matthæi 16. *quodcumque solveris, &c.* Nec audiendus est Cajetan *in opusc. to. 1. tract. 10. quæst. 1. & tract. 16. quæst. 5.* qui hanc doctrinam limitat ad illos defunctos, qui id in vita sibi meruerunt per pietatem, & curam erga alios defunctos. Nam defuncti non communicant suffragia propter merita, sed solùm ob statum gratiæ, ut *ibid.* Acosta *part. 5. tract. 12. ref. 8.*

Et quidem certò, & infallibiliter.

Et sive in vita pii erga mortuos fuerint sive non.

Indulgentia plenaria delet totam, peccati pœnã temporalem. Non plenaria 40. dierum pœnitentiæ præsentis vitæ.

5. † Effectus indulgentiæ est, ut diximus, remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis. Et plenaria quidem totam pœnam remittit: non plenaria, tantam, quantam explicat. † Ita tamen, ut si Indulgentia sit v. g. 20. dierum, non intelligantur remitti 42. dies pœnæ purgatorii, sed 40. dies pœnitentiæ præsentis vitæ, & secundariò tantundem in purgatorio, quantum remitteretur per illos 40. dies præsentis vitæ. Faustus de Indulg. *lib. 2. quæst. 153. & 155.* contra Cordubam *de indulg. lib. 5. quæst. 32. part. 5. tract. 14. ref. 39.*

Vnde, & liberat ab onere implendi pœnitentiam sacramentalem.

6. Unde communis opinio apud eundem Faustum *ibid.* docet, per Indulgentias liberari hominem ab onere implendi pœnitentiam impositam à Confessario modo, ut supra, ut scil. si Confessarius imposuit jejunium 40. dierum liberetur per Indulgentiam 40. dierum: jejunium annuum singulis sextis feriis, per Indulgentiam 52. dierum, &c. Solus Valentia contrarium docuit *tom. 4. disp. 7. q. 20. p. 3.* ductus ex eo, quòd obligatio implendi pœnitentias ex Trident. *sess. 14. cap. 3.* sit juris divini, in quo Summus Pontifex dispensare non potest: ad integritatem enim Confessionis requiritur satisfactio pœnitentis. Et alioqui nunquam pœnitentiæ implerentur, cum Indulgentiæ quotidie suppetant. Alias rationes vide apud ipsum, quem posteà secutus est Duvallius *in part. 2. tract. de indulg. q. un. art. 8.* Sed non ob id recedendum est è communi sententia, nam quamvis pœnitens

de jure divino aliquam satisfactionem ponere debeat: tantam tamen, vel tantam, hanc, vel illam, de jure humano tenetur ponere, ad arbitrium nimirum Confessarii, vel secundum jus. Nec ullum absurdum est, ut notavit Granado *contr.12.tract.2.disp.4.num.3.* quod nemo pœnitentiam peragat, si nemo ad consequendas Indulgentias impiger est, & in frequens, quamvis optimũ sit, etiam obtenta Indulgentia, eam implere; & si præservativa sit, necessarium, *p.5.tr. 12 res.3.*

Quid, si destruatur Ecclesia, cui Indulgentiæ concessæ sint?

7. Quando Ecclesia destruitur, Indulgentiæ illi concessæ amittuntur, secundum Laym. *lib.5.tract.7.c.3. num.5.* quia non loco simpliciter, sed Ecclesiæ conceduntur. Si verò reædificetur in eodem loco, Indulgentia redit (sed de hoc maximè dubitat Lugo *de sacr.pœn.disp. 27.sect.8.num.131.* quia revera illa Ecclesia est alia, physicè, & moraliter, novamque consecrationem requirit. Secus, si diueretur, & reficeretur per partes. *part. 6.tract.7. res.32.*) Si autem destructa sit auctoritate superioris in pœnam delinquentium, tunc una cum privilegiis etiam Indulgentias amisisse. Quòd si destruatur cum pacto, ut reædificetur in alio loco sub eodem Patrono ac titulo, probabile esse, quòd etiam Indulgentiæ transferantur. Vide Villalobos *tom.1. tract.26. diff.24.num.2. part.5.tract.12. res.20. & part16 tract.7.res.32.* Indulgentia autem, quæ conceditur alicui festo, non transfertur cum officio illius festi, ut ait Lezana *tom.3.v.festi diei num.13. part.6.tract.8.res.31.* in fine. Si verò cum officio transferatur etiam festum, & in concessione non fiat mentio diei mensis, sed solùm festivitatis, tunc censeo cum Sylvio V. *Indulgentia 2.si autem,* transferri etiam Indulgentiam, quia tunc est dies festus alicujus Sancti, cum ejus officium & festum celebratur.

Aut festum transferatur cui adnexa est indulgentia?

ibidem & tract.2. resol.31.

INDVLGENTIÆ Requisita.

Indulgentia requirit gratiam in subiecto.

1. † COmmune est omni Indulgentiæ, primò non acquiri, nisi ab existentibus in gratia, ut supra innuimus. † Nisi quòd si Indulgentiam quis consequitur pro animabus purgatorii, non debet esse necessario in gratia, sufficit enim quod sint in gratia ipsæ animæ, quibus Indulgentiam applicat, & Ecclesia, cujus nomine opus facit, ob quod Papa satisfactionem Christi, & Sanctorum dispensat. Ita Præpositus *in 3. part.quæst.12.dub.10.num.93.p.5.tract.12. res.38.*

At non in eo, qui opus fecit pro defuncto.

In excommunicatis verò præter contritionẽ, verius est requiri absolutionem actualem.

2. † Qui ergo sibi Indulgentiam acquirere vult, si in mortali est, confiteatur, aut si confiteri non potest, conteratur, † nisi sit excommunicatus, qui etiam contritus, est membrum reciſum ab Ecclesia, donec absolutionem obtineat. Ita Nugn. *in addit. ad 3.par.quæst.17. art.1.* Quamquam probabile etiam, excommunicatum, qui absolutionem obtinere non potest, si conteratur & à contumacia recedat, fieri ab Ecclesia Indulgentiæ participem: cum alioqui orare possit in Ecclesia privatim, jejunare, & alia opera Indulgentiæ præstare, communio verò potest per Confessarium commutari in aliud opus pium *part....tract. 12. res.13.*

In gratia autem esse debet susceptor instanti receptionis Indulgentiæ.

3. Sufficit autem ad Indulgentiam, ut quis sit in gratia in eo instanti, in quo applicatur, quando nimirum verum est dicere: *Nunc primo completa sunt omnia requisita.* nam Indulgentiæ effectus provenit ex satisfactione Christi & Sanctorum, opera verò injuncta requiruntur solum ut conditio: unde parum refert, quod fiant cum peccato. Ita Granado *in 3.part.contr.12.tract.5.disput.2. num.5.* contra Comitol. *lib.1. quæst.37. num.2.part.5.tractat.12.resolut.4.§. Notandum.*

Esto quod opera fecerit in peccato.

Et probabile est in aliquo casu accedere

nec

rem cũ obice illam acquirere, recedente fictione.

nec contritionem requirit: vel si requirit, homo bona fide existimat se ritè confessum aut contritum esse, cum tamen non sit, ac proinde Indulgẽtiam propter obicem non acquirit, recedente postea fictione illam acquirat. Et ratio primo est, quia de pietate Ecclesiæ credendum, est, concedere velle Indulgentiam contritis eo modo, quem quis prudenter putat sufficere, aut confessis confessione valida; quamvis informi Secundò, quia omnia Sacramenta saltem bona fide suscepta, suum effectum sortiuntur recedente fictione: quare idem dicendum est de Indulgentiis, quæ non secus, ac illa habent suum effectum est meritis Christi, & quasi ex opere operato. Tertiò, quia qui opera à Pontifice præscripta adimplevit, habet morale jus ad Indulgentiam consequendam, ac proinde remanet dispensatus ad illam in actu primo, & ablato peccati obice, non est cur illã non consequatur. Hæc omnia Granadus, negantibus Suarez *tom.4.disp.52.sec.2.n.52.* Coninch *disp.12.dub.7.num.37.* & aliis, nimis liberalem sic fieri inimico remissionem, objicientibus, *p.4.tr.41.res.94. & part 5.tract.12.res.4.*

Debent etiã poni opera requisita.

Bona ex suo genere.

5.† Secunda conditio ad Indulgentias consequendas prærequisita est operum præscriptorum positio: jejuniorum scilicet, Eleemosinæ, Confessionis, &c. & quidem *num.10* diximus non oportere, quòd omnia talia opera præstari debeant in gratia. † Debere autem fieri benè moraliter, ait Sylvius *in 3. part. quæst. 27. art.1. quæst.1. concl. 2.* ita quòd si fiant cum peccato veniali, ut ob vanam gloriam, non sufficiat. Faber verò *in 4.d.19. quæst.un. disp 38.cap.7.num. 214.* sufficere inquit, si fiant sine mortali. Et Bellarm. *lib.1.cap.13. quæst. 3.* etiam facta cum mortali valere inquit, si non præscribantur fieri ad placandum Deum, sed in alium finem, puta subveniendi pauperi, aut similem. Nec ineptè quis diceret, opus bonum, etiam si fiat in finem mortiferum retinere aliquid bonitatis, qua Deum placare valeat. Unde dicendum existimo cum Granado *disput. 4. num.10.* sufficere, quòd opus sit bonum ex suo genere, licet ex circumstantiis, & in individuo malum sit: nam præcepta divina, & humana implentur per opera ex suo genere bona, licet individualiter peccaminosa. Nec opus esse, quod opus propter Indulgentiam potissimum efficiatur. *part.5.tr.12.res.5.* sed satis esse, in eum finem executioni mãdari, licet alius finis æquè, aut magis principaliter intẽdatur. Ita Granado *ubi sup.* contra Cordubam *qu.25. ibid. res.7.* Et probabile est sufficere, quod fiant cum intentione habituali lucrandi Indulgentiam, ut docuit Sanctarell. *de Iubil. cap.15. dub.4.* cõtra Cordubam *de Indulg. qu.16.* qui, sicut ad merendum, ita etiam ad Indulgentiã lucrandam requirit intentionem actualem, nam non est verisimile, quod Papa requirere velit intentionem actualem, quam nec natura Indulgentiæ postulat, nec concessionis verba significant *part. tract.12.res.6.* Quare Indulgentia plenaria Adriani VI. apud Rodriq. *in comp. res.77.num.51.* acquiritur à recitantibus ties *Ave* cum tribus versiculis *Angelus Domini*, *Ecce Ancilla*, *Et Verbum caro*, ad sonum campanæ post solis occasum, quamvis ignorantibus tali operi talem Indulgentiam esse concessam. *part. 4.tract.4.res.24.* Datur etiam in implendis operibus levitas materiæ, quam qui relinquit, non propterea non lucratur Indulgentiam, quia parum pro nihilo reputatur. Unde ait Trullench *in cruc. lib.1.§ 1.dub.15.num. 1.* quòd si iniungatur pro Indulgentia una Missa audienda, qui audire relinqueret minimam partẽ, adhuc Indulgentiæ fieret compos. *part.5 tract.5.res.7.* & iterum *tract.12.res.23.* Et quando Pontifex Indulgentiam concedit ex justa causa, & opus aliquod requirit solùm ut conditionem, tunc qui idem opus diverso conatu, devotione, &c. ponũt, æqualem nihilominus Indulgentiam consequuntur, quia Indulgentia habet effectum suum ex opere operato, unde cùm præscribitur eleemosyna indefinita, tantùm Indulgentiæ acquirit qui dat unum aureum, quantum qui dat centum. Aliàs enim falsum esset, quòd *Indulgẽtia tantũ valet quãtũ sonat.*

Quamvis ex circunstantiis fiant mortifera.

Et non est necesse quod fiant principaliter ob indulgentiam.

Imò probabiliter sufficit intentio habitualis.

Et, si operum relinquatur minimum, nihil obest.

Nec maiora opera facientes, plus Indulgentiæ acquirunt.

Ita

Ita Bossius *sect.4.cas.21.§.1.n.38.* contra Polaubrum *sect 42.num.57.part.5.tr 12 resol.18.* Adverte etiam quòd si duo Pontifices facientibus certum opus tali die concederent unusquisque 40. dies v.g. Indulgentiæ, tunc facientes semel illud opus eo die, lucrarentur 80. dies indulgentiæ. Secus verò si uterque opus exigeret nullo alligatum tempori, quia tùc unusquisque exigeret opus independenter ab alio. Ita Granadus *tract.6.disp.2.num.8.* Quamvis sine ulla distinctione affirmet Nald. *num.5.* acquiri posse varias Indulgentias per idem opus & Coninch neget *dub.9.num.42.ibid.resol.11.* Hæc de operibus in communi, In specie verò.

Contingere autem potest per unum idque opus plures Indulgentias acquiri.

6. Quoad preces, quando in Bulla non determinantur, sufficit orare juxta mentem Pontificis, quascumque orationes recitando, quacumque lingua, Latina, Italica, Gallica, &c solitarie, aut alternatim cum socio: sedendo, stando & c. operto, vel discooperto capite, longè, vel breviter. Quamvis consulendum sit omnibus, ut quantum fieri potest, devotè ac prolixè orent Bossius *de jubil.sect.4 cas.17 num.15 part.5.tractat,12.resol.33.* Rodriq. *in Cruc.§.7. num.2.* putat orationē requiri vocalem, quia Ecclesia non præcipit actum internum, sed externum. At Trullench *ibid.lib.1.§.6.dub.2 num.7.* æquè probabiliter ait sufficere mentalē, si solum dicatur orandum esse; quia oratio mentalis, oratio propriissimè dicitur, & cæteris paribus, potior est vocali, & magis fructuosa. Et respondet ad rationem Rodriq. *ibid.res.44*

In specie de precibus sufficit quæcumque oratio ad mentē Papæ quocumque modo, lingua & quantitate

Etiam mentalis.

7. Quoad Eleëmosynam, si non determinatur sufficit etiam quæcumque, etiam unius oboli, nec pensanda est habilitas personarum: quia ad veritatem positionis indefinitæ quælibet singularis sufficit. Ita Rodrig. *num.4.* contra Navarrum *in comm.de jubil.notab.31 num.34 p.5 tract.12 res.14 & 31.§. Dico igitur.* Quam doctrinam aliqui apud Bottonum *in observ.super bull. Sixti V.fol.196* extendunt etiam ad casum, quo eleëmosyna facienda præscribitur juxta facultatem: nam alias nemo certus esse posset se esse Indulgentiam consecutum, cum difficillimum sit scire, quanta eleemosyna cuicumque facultati respondeat. Adde, quòd Reges, & Principes deberent dare aliquot scutorum millia, & sic Indulgentiæ consecutio nimis difficilis redderetur. Cumque Pontifex hanc eleemosynam certæ fabricæ Ecclesiæ se applicare velle significet, si danda esset ad facultatem proportionum, colligeretur summa plurimarum Ecclesiarum fabricæ suffectura, quod Papam intendere, non est verisimile. Quam sententiam docet etiam Bossius *cas.21.num.30.* cum hac limitatione, ut unusquisque det eleemosynam consuetam, v.gr. Princeps, qui consuevit dare unum aureum, det unum aureum; Baro qui duos julios, det duos julios, &c. *res.14. cit.§. Sed quid.* Pauperibus verò Sanctarellus *c.7.dub.1.* ait eleemosynam commutandam esse in aliud opus pium, sicut infirmis jejunia, &c. Sed Fernandez *part.3.c.7.§.nu.8.3.* ait, sibi videri, mens Pontificis esse, quòd qui eleemosynam præbere non potest absque ulla commutatione Indulgentiam consequatur. Et stando in prima sententia, sufficit obolus, ut ait Bossius *num.4.& 5.* ubi *num.6.* addit, sufficere, quod pauper curet, ut eleemosynam pro se alius præbeat. *ibid.res.15.* & 31. Vide etiam V. *Iubilæum, num.8.*

Eleemosyna etiam, sufficit quæcumque, si non dicatur fieri cum proportione ad facultates.

Et secundum aliquos etiāsi id dicatur.

Quid de pauperibus.

8. Quoad Confessionem, quandonam requiratur ut opus injunctum, & an tunc requiratur in eo, qui habet solum venialia, vide V. *Bulla Cruciatæ à num.15.* & V. *Iubilæum à num.12* Regulariter verò, si aliud non exprimitur, Confessio & Communio censentur exigi ad ponendum hominem in gratia Dei, ait Turrianus *in select.part.2.disp.31.dub.64.* unde si sint duæ Indulgentiæ duobus immediatis diebus consequendæ, quam utraque confessionem, & communionem requirit, satis esse quòd quis confiteatur, & communicet in primò, dummodo in secundo reperiatur in gratia *part.4.tr.4. resol.166.*

Et quid de Confessione & communione?

9. Cæterum conetur quisque ex opinionibus supradictis eligere probabiliores aut tutiores: nam si quis uteretur opinione

Et an ad acquirendam indulgentiā

satisfit operari cum opinione probabili?

probabili, quæ in re non esset vera, secundum Faustum *lib. 4. quæst. 64.* non acquireret Indulgentiam: quod enim in aliis materiis dicitur, sufficere, quòd quis operetur ex opinione probabili, in materia de Indulgentiis deficere. Vide etiam Bossium *sect. 4. cas. 8. num. 5. p. 5. tr. 12. ref. 32.*

Denique in hoc Regno & ubicumque est Bulla Cruciatæ, nulla indulg. acquiritur sine Bulla.

10. Denique in locis Cruciatæ ad omnem Indulgentiam requiritur Bulla, exceptis Indulgentiis Regularium pro ipsis Regularibus tantum. Nec ulla Indulgentia publicari potest sine licentia Commissarii. Qui tamen nec ipse, nec ejus notarius potest quicquam in tali executione accipere, ne jure laboris quidem. Vide V. *Commissarius, num. quinto.* Et multò minus accepere aliquid possunt pro eadem executione officiales laici, etiam sub colore laboris impensi. Id quod pro omnibus rescriptis papalibus ordinavit Serenissimus Rex Philippus II. in Epistola ad Excellentiss. de Terra nova, cui subscripsit totum sacrum Concilium. Et procedit præcipuè in indulgentiis, quæ sunt res spirituales, & Papa eas annullat, si pro earum publicatione aliquid sumitur. *part. 5. tract. 13. resolutione 71. §. Vnde à fortiori.*

Aut publicari potest absque licentia Commissarii gratuitis

Clausula apponi solita in indulgentiis. Volumus autem.

11. Nota hic duo: Primum, quòd quandò Summus Pontifex in concessione alicujus Indulgentiæ apponit illam clausulam (*Volumus autem, quod si aliàs Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus aliquam aliam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus, præsentes nullæ sint*) intendit tantùm excludere similem Indulgentiam pro eodem Sancto, &c. propter dictionem, *aliam*, quæ est repetitiva ejusdem qualitatis, quæ immediatè fuerat expressa; non autem alias, quæ eidem Ecclesiæ in honorem alterius sancti, v. g. concessæ fuissent. Lezana v. *clausula n. 15.* & alii *par. 6. tr. 8. ref. 31.*

Et si granum quinque Sanctorum amissum inveniatur, videtur

12. Secundum, quòd stante Rubrica Indulgentiarum quinque Sanctorum, in qua dicitur, quòd si amittatur granum, possit pro alia vice aliud subrogari, si quis grano amisso, & in ejus vicem alio substituto, granum primum inveniret, Indulgentia non priori, sed subrogato affixa remaneret, quia verificata fuit conditio, ut posset eligi secundum, & ex quo huic applicata fuit, in priori cessavit. Tutius tamen erit, utrumque retinere. In illa autem applicatione sufficit actus mentalis, quia non est concessio Indulgentiæ, & sic actus jurisdictionis; sed sola deputatio grani, tamquam conditio à Papa requisita ad hoc, ut ab ipso talis Indulgentia illi grano concessa sit. Lugo *de Sacr. pœnit. disp. 27. sect. 8. §. 3. num. 150. part. 6. tract. 7. ref. 33.*

Indulgentia remanere affixa grano interim substituto.

Ascripto alicui confraternitati pro gaudendis indulgentiis potest imponi parva pœnitentia.

13. Potest confessarius imponere parvam pœnitentiam pœnitenti ascripto alicui confraternitati pro acquisitione indulgentiarum prædictæ confraternitati concessarum. Gobat. & alii, & hanc indulgentiam lactantur Christi fideles, quamquam eam ignorant. Molina, & alii, & hoc pro confessariis scrupulosis. *part. 10. tract. 16 ref. 1.*

Delegatus non potest delegare ad cõcedendas indulgentias.

14. Qui accipit facultatem ab alio, quam à Papa applicando indulgentias non potest alteri concedere, ut applicet, quia delegatus non potest delegare, & probabilibus. Dian. *ibid. ref. 2.* & qui habet facultatem à Pontifice mortuo, & adhuc eas potest applicare, & possunt acquiri indulgentiæ cum medalia mutuo ab aliquo accepta Marchant. & alii ibidem, & ita exterus à diœcesi si ante imaginem Beatæ Mariæ ad quam Episcopus 40. dies indulgentiæ orantibus concessit gaudet iisdem indulgentiis; sed si imago transfertur de illa Diœcesi. Marchant. *ibid.* in fine. *p. 11. tr. 2. ref. 50.*

Mortuo Papa adhuc delegatus potest applicare indulgentias.

Gaudet exterus indulgentiis concessis ab Episcopo alicui imagini, Secus si transferatur imago.

15. Valet indulgentia, etsi causa ob quã data fuit non sit omnino sufficiens, modo Pontifex prudenter censeat esse sufficientem sive finalis sive impulsiva sit, Gobat. & alii *ibid. resolut. 3.*

Valet indulgentia etiam quando causa non sit sufficiens

16. Oratio facienda pro lucrandis indulgentiis alicujus diei debet esse continua unius horæ, non autem supplicationes, vel processiones, & desinit dum sol occidit sequentis diei: cum inquam incipiunt à vesperis Sabbati durant per totam Dominicam usque ad planè occasum Solis: unde datur parvitas mate-

Durant usque ad occasum solis.

liæ etiam in opere injuncto, ut si relinquatur tantum unum Ave Maria ex injunctis non lucratur indulgentia. Gobat. & alii. *ibid. ref.* 4.

Potest Superior mortuo religioso habente auctoritatem applicandi medalias indulgentias applicare Solis Sanctis canonizatis.

17. Utraque opinio est probabilis, quod Religiosus habens facultatem dispensandi medalias cum applicatione indulgentiarum si nondum omnibus applicaverit; & moritur; potest Superior conventus illas applicare, & dispensare: tenent Gobat. & alii; contrarium sentit. Dian. & alii sed isti magis negativæ adhærent. *ibid. ref.* 6,

Perit quando imago vel crux deperditur.

18. Indulgentiæ non possunt applicari nisi Sanctis Canonizatis, non autem beatis. Amicus & alii. *ibid ref.* 8.

Requiritur præsentia medalia, &c.

19. Medalia, rosarium &c. quibus applicatæ sunt indulgentiæ nec deperduntur, quando imago Sancti vel, crucis amplius videri non potest; Sed in Cruce Caravaccia si frangatur hasta superior ita, ut non sit amplius Crux Caravaccia nec est indulgētia. Peliz. & in applicatione indulgentiarum necesse est, ut medalia, vel rosarium sint præsentia; ita Lezan. & alii, hæc applicatio Aluitiis fieri quando ipsi à Papa acquirunt cum hac conditione aliis communicandi. Amicus, & eidem grano, vel imagini plures benedictiones applicari possunt. Quintanad. *ibid. ref.* 9.

Eidem grano plures indulgentiæ possunt applicari.

20. Indulgentia applicanda mortuis in eorum articulo, non solum potest applicari à confessatio, verum etiam à Clericis, & laicis, ut alibi dictum est. Diana, & alii, sic per bullam Cruciatæ, quæ non est applicanda à nemine, sed virtute bullæ lucratur; & in applicatione tam pro mortuis, quam pro vivis, & si sunt absentes possunt applicari indulgentiæ. Gobat, & alii *ibid. ref.* 10.

Mortuis in eorum articulo possunt applicari à clericis, & laicis.

Per Bullam Cruciatæ applicantur per se ipsam.

21. CLAUSULA: DUMMODO ALIAS NON CONCESSIMUS, intelligitur de eodem die, & altari, non autem de aliis diebus: sed per Urbanum VIII. declaratum fuit 2. Martii 1642. quod illud volumus intelligatur, quod si in eadem Ecclesia, vel Altari aliæ indulgentiæ perpetuæ, vel ad tempus sint concessæ præsentes sint nullius valoris, *ibid. ref.* 11.

Non valet indulgentia cōcessa in Ecclesia vel altari in quibus sunt aliæ concessæ.

22. Indulgentiæ vivis concessæ non possunt applicari mortuis nisi in concessione exprimatur in Bulla. Dia. & alii *ibid. ref.* 12. & celebrans in peccato mortali in altari privilegiato, & applicat indulgentias animæ pro qua offert sacrificium, illa anima acquirit indulgentias, ut alibi de altari privilegiato dictum, quia gratia necessaria est accipientibus, & non dantibus. Quintanad. & alii *ibid. ref.* 13. & communicans se in peccato mortali pro anima purgatorii liberat eam eo modo quo acquiritur Jubilæum. Pellizatius, & alii *ibid.* §. *Sed non deseram.*

Concessa vivis non potest applicari mortuis.

Celebrans, & se communicans in peccato mortali acquirit indulgentiam pro mortuo cui applicat.

23. Per diversos actus possunt adipisci diversas indulgentias, & si opus sit, vel non sit iterabile possit quis eodem opere plures indulgentias acquirere; sicuti communicans, vel celebret cum diversis medaliis tot animas liberat. communiter DD. *ibid. resol* 14.

Diversis actibus possunt acquiri diversæ indulgentiæ.

In eodem opere possunt acquiri plures indulgentiæ.

24. Si quis lucratur indulgentiam plenariam non remanet liber pro adimplenda pœnitentia sibi à confessario injuncta. Dian. & alii *p.* 10. *tract.* 12. *ref.* 46.

Tenetur adimplere pœnitentiam iniunctam, quamquam lucratur indulgentias.

INEBRIARI.

1. SE scienter inebriare peccatum est, & secundùm Vvigers *c.* 2. *de temper. dub.* 5. *num.* 26. sic intrinsecè malum, ut nec ex mortis metu licitum fiat. Ait namque August. *sermon.* 232. *Etiamsi ad hoc veniretur, ut tibi diceretur: Aut bibas, aut morieris; melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur.* At Lessius *lib.* 4. *c.* 3 *dub.* 4. *num.* 31. contrarium in hoc tenet, & probabiliter, ut ait Laym. *lib.* 3. *sect.* 4. *num.* 5. nam si id licitum est ad pellendum, vel arcendum morbum, cur non etiam ad vitandam mortem comminatam; nec enim satisfacit responsio Cajetani, quod ebrietas non ordinatur per se ad hoc sicut ad illud, nam metus mortis excusat etiam ea peccata, quæ ad tale periculum non ordinantur per se, qualia sunt manum vel digitum sibi

Inebriari an liceat ex metu mortis?

sibi præscindere, jejunare supra valetudinem, ex virtute abstinentiæ; vesci fungis, & cibis noxiis, bibere copiam vini eliquati, etiam cum periculo febris, & similia, quæ quemadmodum cum adhibentur ad vitandam mortem, non sunt contra virtutem, ità nec contra virtutem erit immoderatus potus ob eandem causam: quia sicut ad mortem, etiam ab extrinseco imminentem arcendam corporis sanitatem lædere licet, ita etiam in eundem finem licebit, usum rationis ad modicum impedire: sic exigente obligatione custodiæ, quam horum omnium habet homo, ob bonum totius.

Ad Divum Augustinum respondet Lessius, eum illud asserere propter ea, quæ conjuncta per accidens esse solent † & responderi etiam potest eum loqui in casu, quo ebrietas sub metu mortis præciperetur in ordine ad violandam virtutem temperantiæ, & in contemptū ipsius. † *p. 6. tract. 7. res. 44.* An alium inebriare liceat ad aliquod malum vitandum, Vide V. *Scandalum, n. 4.* An conjux conjugi ebrio debitum reddere teneatur, Vide V. *Vxor num. 3.*

Quæ pacta ebriorum sint peccata in se?

2. Petes: An facta mala ebriorum imputentur, & sint peccaminosa? Respondeo, in se non esse peccata, quia non sunt voluntaria: sed esse quosdam effectus peccati præcedentis, quando nimirum *Vel in causa?* voluntarie quis se inebriavit. Vasquez *tom. 1. in part. 2. disp. 94. à cap. 2.* contra Sotum *in 4. distinct. 12. quæst. 1. artic. 7.* Qui *disp. 227. c. 3. num. 11.* notat, multa dicta, & facta ebriorum etiam præcisa, non esse peccata, ne in causa quidem, qualia sunt contumelia, blasphemiæ, perjuria, infidelitas, quia contumelia ab ebrio in hominum existimatione non censetur injuriosa, & blasphema, & alia recensita non sunt peccata, nisi scienter fiant: nam qui non videt, falsum esse quod jurat, non est perjurus. Sed circa blasphemiam, infidelitatem, & perjurium, contrarium tenet Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 16. num. 44.* Omnes tamen fatentur actus ebriorum lædentes proximum in vita, aut bonis, esse peccata, saltem in causa.

Et quid si ebrius post ebrietatem, malum incep-tum in ebri-etate, non po-test præver-tere.

3. Adverte autem quòd in sententia Soti, quod actus ebriorum sint peccata in se, si ebrius antequam hi actus se quantur, pœniteat datæ causæ efficacis, malum postea sequens non erit peccatum in se, quia voluntarium interciśum fuit per pœnitentiam. Unde, si antequam sequeretur, confessus esset datæ causæ, non teneretur postea confiteri damnorum sequentium, ut ait idem Sotus *ubi sup.* Imò Henriquez *lib. 5. c. 5. n. 5. in gloss. litt. H.* putat, quòd si illi effectui adnexa est incommunicatio, ebrius illū prævertens per pœnitentiam non illam incurrit. Quod licet Sanch. non admittat *ubi sup. num. ult.* in omnibus, admittit tamen in peccatis solius oris; in his enim si fiant ab ebrio, etiam voluntaria in causa non incurri excommunicationem, si quæ adnexa est. *p. 3. tr. 6. res. 52.*

INFAMIA.

Non nocet filiis.

1. INfamia parentum non nocet filiis, ne possint ordinari, & sint irregulares; nisi id jure decretum sit. Sic filii satellitum infames non sunt; secus verò filii, & nepotes parentum, violentas manus in Cardinales injicientium ex ca. *Felicis in 6.* & filii proditorum crimen læsæ majestatis committentium, *part. 10. res. 26. tract. 11.* Nec sunt infames filii carnificum ex eodem capite, quia nulla infamia contra ipsos est decreta in jure; sic Megala, & Palao: nec filii publice flagellatorum; licet ipsi, ut & damnati ad triremes ex causa famosa irregulares ex infamia sint. *ibid.*

Villissimum omnium officium.

2. Vile officium inducere infamiam communiter DD. sentiunt. Tamen Palao *Tom. 6. d. 3. punct. 20. numer. 6.* & Corneio *in 3. part. tract. 3. Irreg. cap. 8. dub. unic. quæst. 2.* probant nullum officiū inducere infamiam, nisi id jure cautum est de officio histrionum juxta, *2. 1. & 2. § ait Prætor. iunctis duobus seqq. ff. de his qui notantur infamia.* Et licet hoc verum non sit, putat tamen Marchin contra Bonacin. Infamem in uno loco posse

in alio infamen non esse, & sic nec irregularem eo titulo si infamia ista facile non sit perventura ad locum, in quo tunc habitat, nec reversurus sit ad locum antiquum; quibus conditionibus in illo loco poterit ordinari, *ibid. v. Sed si inquiras.*

Sententia Iudicis incurritur.

3. Ego id statuo: sententia judicis incurri infamiam, & irregularitatem. Secundo: jure ipso respectu aliquorum criminum, quæ enumerat Sylv. hæc sunt perjurium in judicio, simonia, sodomia, improbum fœnus, id est, ubi usuræ usurarum exiguntur, sacrilegium, duellum, crimen læsæ majestatis, esse fautorem hæreticorum, hæresis, &c. Sed hæc crimina debent esse publica: nec hæc infamia emendatione tollitur, sed dispensatione. Ibidem.

Tollitur emendatione triennal delicti.

4. Infamia facti tollitur emendatione triennali delicti. Infamia juris Canonici à Pontifice tollitur: juris civilis à Principe sæculari tolli potest. Infamia etiam tolli potest ab Episcopo, si infamia oritur à delicto, in quo potest Episcopus dispensare: quale est juxta plures, adulterium, & illo alia minora: licet alii existiment solum posse dispensare cum sic infami, ut ordines exerceat, non verò ut ad ordines promoveatur. *Ibid. v.* Quoad tertium. Tandem per baptismum tollitur infamia orta ex delicto, quæcumque sit secundum Bonacin & Bassæum. Ego tamen dico cum Cornelio, hoc intelligi, si ille qui baptizatur infamis esset ex jure civili, & subjectus etiam esset Principibus infidelibus. Nam Judæus, v. g. subditus Principi Christiano, & ante baptismum flagellatus publicè, infamis etiam post baptismum esset, & ideo irregularis, dum à Principe Christiano illa infamia non tolleretur.

)(

INFIRMVS.

Infirmus quoad ieiunium.

1. INfirmus excusatur ab obligatione jejunii. Vide *Ieiunium, num.* 18. Et Sacerdos infirmus à recitatione Officii. Vide V. *Horæ canonicæ, à num.* 10.

Officium divinum.

2. Infirmus in periculo mortis tenetur confiteri, Vide V. *Confessionis, num.* 14. & communicare. Vide V. *communionis, num.* 9. An etiam extremam Vnctionem suscipere, Vide V. *Extremæ Vnctionis, num.* 1. & 2.

Confessionē. Communionem. Et Vnctionē extremam.

INGREDI.

Monasteria.

Ingredi Monasteria Monialium.

†. DE ingressu ad Monachandum, vide infra V. *Ingredi Religionem.* Hic sermo est de clausura quoad egressum, dictum Cæ V. *Clausura.*

Viris, & mulieribus prohibitum, (Et claustra Religiosorum mulieribus. Sub mortali. Et sub excommunicatione. Secluso necessitate.

1. Prohibitum est ergo omnibus, tam viris, quam mulieribus in monasteria Monialium, & mulieribus in monasteria virorum, ingredi, vel admitti, & intrantes ultra casus necessarios, & sine licentia, peccant mortaliter, & contrahunt excommunicationem Papalem, quam etiam incurrunt Superiores utriusque sexus admittentes vel ingredi permittentes sub prætextu facultatis papalis. Religiosi autem absque tali prætextu admittentes, incurrunt ipso facto suspensionem à divinis, privationem officiorū, & inhabilitatem ad alia in posterum obtinenda ex variis motibus diversorum Pontificum, præsertim Gregorii XIII. & Pii V. de quibus inter alios Bonacina *de claus. quæst.* 4. & 5. Sanchez *in opusc. mor. lib.* 6. *à c.* 16. & Suarez, *tom.* 4. *de relig. lib.* 1. *à c.* 10. † Qui tamen, cum in *c.* 7. *num.* 8. ait, fœminarū ingressum in Monasteria virorum, secluso scandalo, pravo fine, &c. non esse mortalem, eo quia nullo jure statuitur, non est admittendus; nam Bulla Pii V. clarè loquitur, & posita est in Bullario. Nec simi-

liter

liter admitti debet Laymann; dum *lib. 4. tract. 5 cap. 12. num. 4.* dubitat, an fœmina ingrediens absque prætextu licentiæ, mortaliter peccet, & quia prohibitio Pii V. lata est in eas, quæ prætextu licentiarum monasteriorum pacem turbabant, & sic illum non admittit Bonacina *q. 5. punct. 3. num. 1. part. 4. tract. 4. res.* 179.† nam idem Pius vivæ vocis oraculo, contrarium declaravit Cardinali Cribello, apud Quarantam *verb. Monasteria.*†

Qualis esset infirmitas monialis pro ingrediendo Confessario cum licentia.

2. Necessitas autem censetur infirmitas monialis pro ingressu Confessarii ad ipsam audiendam, non solùm quando Regula præcipit confessionem, sed etiam quoties ipsa infirma asserit, se tali Sacramento indigere. Portell. *verb. Clausura mon. num. 9.* minimè verò electio Abbatissæ, vel Priorissæ pro ingressu Episcopi, vel Prælati Regularis, nisi in casu, quo Moniales in electione discordarent, & timeretur de subornatione: aliter enim electio fieri potest, Prælato recipiente vota extrinsecus per craticulam. Villalobos *tom. 2. tract. 35. diff. 46. n. 12. part. 3. tract. 2. resol. 67. à §. Notandum.* Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. 4.* putat esse, sufficientem necessitatem, si nupta adulterii apud virum suspecta ab eo necari formidet, aut si vidua ob majorem honestatem id cuperet, ut in Monasterium de licentia Episcopi ingredi possit. Sed quoad nuptam S. Congregatio declaravit Episcopo Salmaticen. talem licentiam ab Episcopo concedi non posse. Portell. *n. 2. Ibid. resol. 130.* Quoties verò Confessarius vel alius Religiosus ad audiendam Confessionem, vel in alium finem Monasterium de licentia superioris ingreditur, puto cum Sanch. *in summ. tom. 2. lib. 16. c. 16 num. 46.* ingredi posse cum socio; nam licentia sibi concessa, ratione decentiæ extendi videtur ad socium. Oppositum tamen non improbabiliter docuit Bonacina *quæst. 4. punct. 4.* nam ait ipse, sicut non dedecet, Religiosum cum viro Principe agere in cubiculo, socio ad fores manente: idem dici potest, quando ingreditur Monasterium. Finita autem Confessione, statim (id est infra quadrantem) ut ait vir doctus apud Villalobos *diff. 49. num. 1.* egredi debet, alias non peccabit mortaliter *part. 3. tr. 2. resol. 51.* clausuram tamen non violabit, nec censuram incurret: quia hæc lata est contra ingredientes absque licentia, unde non debet ad eum extendi, qui cum licentia ingressus, modicum ea abutitur: est enim constit. ex Gregor. & decretum Tridentini *sess. 25. cap. 5.* de hac re, odiosum, ut ait Suar. *tom. 4. lib. 1. cap. 7 num 5.* contra Merollam *tom. 1. disput. 1. diff. 7. n. 498.* Et sic docet Sanch. *n. 68. & n. 69.* probabiliter id extendit ad casum, quo quis peracto opere, molimina in Monasterio traheret in malum finem, v. gr. ad fornicandum, contra Bonacinam *ubi supr. n. 22. part. 3. tr. 2 resol. 67.*

Egressoris post confessionem statim. Sed non sub censura.

3. Et ob eamdem rationem Abbatissa vel Priorissa virum in Monasterium intromittens, etiam in malum finem, non incurreret censuram Tridentini, quia hæc lata est contra intrantes tantùm *p. 2. tr. 16. resol. 32.* Incurreret tamen excommunicationem Gregorii, quam probabile est, non incurrere Moniales subditas; quia in constitutione fit solùm mentio de Abbatissis, &c. Rodriquez *qq. reg. tom. 1. q. 47. art 3.* contra Filliuc *tom. 1. tr. 15. c. 5. n. 119. ibid. resol. 31.*

Nec censuram Trid. incurreret Abbatissa intromittens.

4 Licentiam in scriptis, quam pro ingressu virorum in Monasteria Monialium requirit Tridentinum, Bellochius *part. 2. q. 9. n. 162.* censet requiri tantum in foro externo, in interno autem sufficere vocalem. Contrarium tenet Sanch. *n. 30.* Cujus opinio non procedit in casibus ordinariis pro medicis, chirurgis, carpentariis, cœmentariis, & similibus operariis. Nam his dare potest licentiam Abbatissa, ex licentia Prælati, ad majorem cautelam in scriptis. Dixi *ad majorem cautelam*, quia hæc licentia sufficit si sit vocalis, non enim est licentia ingrediendi, sed facultas talem licentiam concedendi, de qua Tridentinum non loquitur. contra Graff. *in decis. part. 1. lib. 4. cap. 23. n. 6. part. 3. tract. 2. resol. 129.* Et ad ingressum cõfessarii regularis in monasterium exemptum non requiritur licentia Episcopi *p. 10. tr. 16. res. 42.*

Licentia scripta non requiritur ad ingressum operariorum. Nam his dare potest licentiam Abbatissa ex facultate Prælati semel ad semper concessa.

Qua valet etiam pro socio.

Censura, intrãtis in monasterium occultè absolvi potest ab Episcopo.

5. Petes: An excommunicatio intrantis in Monasteriũ Monialium, si sit occulta, absolvi possit ab Episcopo? Respondeo affirmativè. Vide *verb. Absolvere, n. 7.*

Incurritur etiam censura cum alijs pœnis à Religiosis admittentibus fœminas intra clausura.

6. Incurrunt quoque excommunicationem Papalem Religiosi intromittentes fœminas in Monasterii clausura, absolvibilem tamen per Cruciatam secundum Rodriq. *in expl. motus Pii V. n. 34.* & à superiore Regulari per privilegia. Incurrunt quoque privationem officiorũ, & inhabilitatem ad alia in posterum obtinenda ipso facto, absque alia declaratione, (adhuc tamen requiritur sententia, juxta dicenda *verb. Pœna, n. 2.*) & in his dispensare possunt Generales, & Provinciales, ut ait Rodriq. *tom. 2. q. 84. art. 7.* contra Graff. *part. 1. lib. 4. c. 23. num. 12.* non tamen confessarius per Cruciatam; quia non sunt censuræ, *part. 3 tract. 2. resol. 66.*

Sed omnes istæ censuræ non ligant infantes.

7. Nota hic duo. Primum est, quod pœnæ prædictæ non ligant infantes doli expertes: hi enim in monasteria admitti possunt †, & si sint fœminæ in clausura virorum. †) Suar. *tom. 2. lib 6. c. 16. num. 4. part. 3. tr. 2. resol. 67.* Item nec Reges, Reginas, & Cardinales ob eorum excellentiam. Idem Suarez *tom. 4. lib. 2. c. 7. nu. 5. ibid. §. Ad argumentum.* † contrarium postea docuit de Cardinalibus *in part. 5. tr. 2. resol. 20.* quia in dicto Gregorii decreto id Cardinal. ultra casus necessarios prohibetur expressè. †

Et in tali ingressu excusat parvitas materiæ.

8. Secundùm est, in fractione clausuræ dari parvitatem materiæ, quam Nald. *verb. Clausura num. 1.* dicit esse ingressum, (& idem de egressu Monialis diximus *verb. Clausura num. 5.*) ad duos pedes per breve tempus. Quam sententiã, licèt non approbet Homobonus *tom. 1. part. 4. resp. 61.* existimans parvam materiam esse ingressum solius medii corporis, quando nimirum corpus manet in limine, partim intra, & partim extra: approbat tamen Merolla *tom. 1. disput. 1. cap. 2. diff. 7. num. 502. part. 5. tract. 5. resolutione 22.*

A Superiore, & Episcopo loci danda est licentia confessario ingrediendi intra septa Monasterium Monialium.

9. Licentia ingrediendi intra septa monasteriorum confessoribus Regularibus non solum danda est à suo superiore, verum etiam ab ordinario loci, & hoc solum extenditur ad confessores non ad superiores ordinarios Religionis, ita declaravit Congregatio, *part. 10. tractat. 16 resol. 42.*

Non autem superioribus.

10. Personæ perillustres, quæ obtinuerunt licentiam à Papa aliquoties ingredi septa monasterii monialium cum assignatione matronarum in casu absentiæ, vel legitimæ causæ possunt aliam eligere, & variare. Pellizz. *part. 10. tractat. 14. resolut. 31.* Sed Dian. tenet quod solum in casu mortis unius posse eligere aliam, & non in aliis casibus, & si in brevi dicatur per tres vices in tribus monasteriis poterit duabus unum ingredi, & semel in uno ex duobus, vel si dicatur in quatuor monasteriis, & breve dicat ter potest semel in quatuor ingredi. Pellizz. *ibid. §. Sed quid dicendum,* & potest semel ingressus transferri in die quo fit aliqua publica præsentatio, *ibid in fine.*

Mortua assignata non potest alia eligi.

Perillustres possunt cum vicibus concessis ingredi in conventibus assignatis.

INGREDI Religionem.

Vide *verb. Novitiatus, verb. Novitius, & verb. Professio.*

Vovens Religionem potest ingressum differre ad vitandum scandalum infirmorum.

REligionem ingredi tenetur, quicumque id vovit. Potest tamen ingressum differre, ad vitandum scandalũ infirmorum, secundum Valentiam. Vide *verb. Scandalum num. 29.* Item ad occurrendum necessitati sororis in gravi necessitate, & prostitutionis periculo constitutæ, si votum non est emissum pro tempore determinato, secundum Palaum *tom. 3. tractat. 16. disput. 1. punct. 7. §. 5. num. 13.* Imò etiam, si pro determinato, secundum Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 4 cap. 20. num. 31. 32.* & Trullunch *in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 23. n. 10.* quia, ait Sanchez, providere tali necessitati est opus tantæ charitatis, ut secundũ prudentis arbitrium, videatur majus Dei obsequium, quàm præsentaneus Religionis ingressus. Et quamvis Palaus objiciat, non esse illud sororis levamen

Aut succurrendum gravi necessitati sororis.

men actum majoris virtutis, nam alioqui votum in tale subsidium commutari posse propria auctoritate, & non obstante tali necessitate. Religionis ingressum esse licitum, etiam secundùm Sanchez, & ideò capacem obligationis voti; nihilominus in casu occurrente consulerem dilationem ad aliquod tempus, vel ad majorem cautelam recursum ad Episcopum, qui juxta dicta *verb. Episcopus*, in tali casu dispensare potest, *part. 6. tr. 7. resol. 54.*

Non tamen uxorem ducere cum intentione ingrediendi ante consummationem.

2. Astrictus voto Religionis non potest matrimonium contrahere, animo Religionem ingrediendi infra bimestre, ante consummationem, quia exponeret se periculo fraudandi votum, videretur quoque illudere Sacramento: & non levem sponsæ inferret injuriam, quæ non posset alteri nubere, donec ipse profiteretur. Est communis opinio apud Sanchez *de matrim. lib. 1. disputat. 43. num. 7.* & 10. *ubi num. 6.* benè notat, contrarium non esse improbabile, cum sponsus de jure post matrimonium contractum possit infra bimestre uxorem relinquere, & ad Religionem transire; si enim id sponsæ injuriosum non est, nec erit injuriosum eam ducere eo animo. Quod potiori jure procederet contra Cucchum *lib. 5. cap. 12. num. 20.* si quis uxorem duceret eo animo absque voto. *part. 3. tr. 4. res. 281*

Etsi post votum defloraret puellam sub promissione conjugii, hæc promissio nulla esset.

3. Petes primò: An qui post votum hujusmodi defloraret puellam sub promissione conjugii, teneretur ad votum potius, an ad matrimonium? Respondet Lessius *lib. 2. cap. 10. dub. 4. numer. 32.* & alii communiter, teneri ad matrimonium, & probabiliter: nam obligatio promissionis conjugii cum defloratione, cum sit justitiæ, solvit obligationem voti, quæ est Religionis. Præsertim quia eam solvit quoque superveniens necessitas patris, quæ solùm ponit in filio obligationem charitatis, *part. 3. tractat. 4 resolut. 203.* & 280. Sed probabile quoque est, teneri ad votum, ut docuerunt Navarrus, & Rodriquez, quos citat, & sequitur Laymann *lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 2. numer. 5.* quia promissio facta puellæ post votum non tenet, utpote dominii in suum corpus Deo præacquisiti per votum. Ex quo patet ad argumenta. Dices: Tenetur saltem puellam ducere ratione damni illati, sicut qui defloraset absque voto sub ficta conjugii promissione. Respondeo, negando paritatem nam qui fictè promittit, tenetur promittere ex animo: qui verò promittit post votum, promittere non potest: unde paritas solùm currit cum eo, qui puellam defloraset absque ulla promissione, qui non teneretur illam ducere ob damnum illatum, *part. 3. tract. 4. resol. 280 §. Sed contrariam,* & *part. 5. tract. 14. resol. 38.* Probabile quoque est, quod ait Pontius *lib. 6. cap. 12. numer. 19.* talem teneri primò ad conjugium, & postea infra bimestre Religionem, nondum consummato matrimonio intrare, quia sic utramque obligationem impleret, *part. 3. tract. 4. resol. 203. §. Notandum.*

Si autem in voto rationem infirmitatis dispensaretur dispensatio censeretur data pro tempore infirmitatis.

4. Petes secundò: An dispensatus in voto Religionis ratione infirmitatis, cessetur dispensatus etiamsi convalescat? Et respondeo negativè. Affirmativam tamen sententiam docent nonnulli, cum quibus *verb. Dispensatio, num. 5.* diximus, cessante causa dispensationis, non cessare ipsam dispensationem. Et hanc sententiam tenent novissimè Auctor casuum conscientiæ Bonon. *casu 1. fol. 35.* & Zambellus *verb. dispensatio, n. 5. part. 6. tract. 7. resol. 45.*

Conjux uterque Religionem ingredi potest simul.

5. Religionem ingredi potest uxoratus, si uxor etiam ipsa recipiatur in monasterium, aut si senex sit, (id est annorum secundùm Riccium sexaginta: secùndùm Sanchez quinquaginta: nam mulier anno 50. sterilescit ut vir sexagenarius, &c. aut secundùm Pontium deficiat in robore, valetudine, &c. judicio Episcopi) in sæculo manens voto castitatis se astringat. cap. *cum sis*, & cap. *apostol. de conversis conjug.* In quibus juribus cum de utroque conjuge sermo sit, potest etiam uxor ingredi Monasterium, viro Religionem (etiam S. Joann. Hierosol. ut docet Pontius *ubi infrà, n. 1.* cõtra Sanch. *lib. 7.*

Vel convenire, ut unus ingrediatur, altero manente in sæculo cum voto castitatis.

Si senex sit.

lib.7.disputat.32 num.4. Vbi infrà §. Non desinam.) ingrediente, vel si senex sit (id est annorum 60. aut secundùm Bonacinam *quæst. 3.punct.4 n.12.* ætatis, quæ ex prava valetudine annis 60. respondeat, &c.) manente in sæculo cum voto castitatis, ut docet Pontius *lib.9.cap.12.nu.3.* quamvis neget Hurtadus *de matrimon. disp.11.diff.9.num 8.* Debet autem conjux in hoc casu ab Episcopo licentiam impetrare: quamquam Pontius dicat, talem obligationem extinctam esse per contrarium usum, *part.4.tractat.4.resolutione 73.*

Vel senilis valetudinis.

Si verò alter illorũ damnatus esset tãquam hæreticus etiam secreto, alter posset manere in sæculo separatus.

6. Petes, An uxor hæretici damnati & postea reconciliati, si nolit illum recipere debeat ingredi Monasterium? Affirmativè respondet Simanca *tit.40.n.16.* & testatur de communi: in favorem nimirum fidei (ad piscandos facilius de hæreseos lacu hæreticos) & matrimonii, in quo divortium Matth. 19. licitum dicitur ob fornicationem carnalem, ergo non ob spiritualem post emendam cum perversionis periculum jam cessaverit. Ego verò teneo cum Mendoza *de fide vol.1.disput.76.sect.6.§.206.& 207.* & aliis multis, per sententiam hæresis declaratoriam, remanere conjugem jure cohabitandi, & debitum petendi privatum in pœnam hæreseos, absque alia declaratione: nam cohabitare cum viro damnato tamquam hæretico est insuave, & infame; & cum Judex privare hæreticum possit omnibus bonis, privare etiam potest jure, quod habebat in conjugem: uxor igitur damnati tamquam hæretici remanet solùm ligata vinculo matrimonii, non tamen tenetur illum quantumvis reconciliatum in domum recipere. Nec propterea tenetur ingredi in Monasterium: nam hoc nimis durum esset, & in favorem hæretici, qui in sæculo liber maneret. Et hæc omnia contra Barbosam *in rub.2.part.num.21. & 22. ff. solut.matrimon.* procedunt, etiamsi sententia non sit publica, sed intra privatos parietes; nam posita sententia hæresis, & induto reo habitum pœnitentiæ, statim emergunt pœnæ hæreticorum. Sic Fagundez *in decalog.tom.1.lib.4.cap.8.n.11.* Item procedunt de viro, si uxor ut hæretica damnata fuerit: habet enim expressam de jure facultatem ingrediendi Religionem, & consequenter etiam manens di in sæculo sacris initiatus, quia status Sacri Ordinis, & Religionis propter solemne, & perpetuum castitatis votum æquiparantur, & cum hæc sit gratia, in favorem viri Catholici ampliari debet. Et ita etiam tenet Fagundez *loc.cit.numer.21.* contra Angles, Lopez, & alios penes ipsum *numer.12.part.6.tract. 7.res. 25.*

7. Parentes cogere possunt filias suas impuberes intrare monasterium, puberes non item. Vide *verb. Pater num. 2.* Et quidem ad habitum suscipiendum ex Rodriquez, Naldo, & novissimè Vecchio *disput.52.dub.9.num.16.* puella impubes nec spontanea admitti potest; quia existimant, in Tridentino *sess.25.cap.17.* determinari, quod puella habitum susceptura debeat duodecim annos excedere. Sed Suarez id negat, & Medina *de Sacr. hom cont.lib.4.contr.9.cap.4.* testatur, se illi decreto interfuisse, & Patres Concilii nihil minus cogitasse; sed solùm decernere voluisse, ut puella pubes ante habitus susceptionem examinaretur de libertate, juxta dicenda *verb. Professio, n. 2.part.4.tr.2.resol.47.*

Puella impuberes possunt cogi monasterium intrare.

Non admittenda.

Sed spontaneè admitti possunt.

8. Nota hic, quod donatio facta ante ingressum Religionis, tenet, non obstante Trident. *in sess.25.cap.16.* ubi disponit, quòd donatio Religiosi non aliter valeat, quàm si fiat infra bimestre proximum professioni; nam loquitur de Novitio, ut S. Congregatio apud Menoch. *in addit. ad lib.2.de arbitr.jud.casu 436.n.3.part.3.tr.2.resol.55.*

Donatio mox in Religionem ingressuri, tenet.

Sed illegitimi legitimatio facta in sæculo, non suffragatur in Religione.

9. Nota etiam, quòd si illegitimus auctoritate Principis aut Magistratus legitimatus in sæculo, Religionem ingrediatur, non manebit dispensatus ad officia Religionis, quia talis dispensatio non pertinet ad laicum Portell. *verb. Illegitimus num.5.* Qui etiam *num.6.* Idem docet de Sacerdote illegitimo dispensato in sæculo ad beneficium parochiale. *p.3. tr.2.resol 102.§. Nota.*

10. Dare aliquid pro receptione ad habitum

habitum Religiosum, est Simonia. Sed an hoc procedat in habitu Religiosorum Equitum, vide *verb. Simonia, num.7.*

INJVRIARE.

Licet injurianti, respondere, mentiris.

1. VIde *verb. Contumelia.* Hic solum confirmamus, quòd à nobis dictum est. *verb. Compensare, num.4.* Quòd objicienti crimen falsum, vel occultum; liceat respondere, *mentiris*, nam quidam Theologus id negat, afferens exemplum Christi, qui à Pharisæis lacessitus illa contumelia, *Dæmonium habes*, non respondit, *mentimini*, sed *Ego dæmonium non habeo.* Probat etiam: quia hæc responsio cum inferatur post contumeliam, non habet rationem defensionis, sed potius vindictæ. Nos verò dicimus, optimum quidem esse, quod sequamur exempla Redemptoris, respondendo, *non sum*; non tamen ad id teneri: & illud *non sum*, esse etiam velatam mentitam, cum autem injuria sit expressa, posse propulsari expressè per verbum *mentiris*: quod in tali casu ex circumstantia actualis defensionis patet non esse offensivum, sed defensivum. Et sanè Theologi cum Mendoza *in 2.2. volum. 2. disp. 170. §. 14. n. 119.* dicunt, quando blasphemus objicit Deo mendacium, quod aliter refelli non potest, pertinere ad Religionis virtutem, respondere ei, *mentiris*, quod signum est, hoc verbum non esse sic intrinsecè malum, ut aliquando honestari non possit. Præsertim, quòd talem injurium probare possim mendacem in judicio, & ut talem ad punitionem adigere. Et sic renet Hurtad. *ubi supr.* & alii. *part. 6. tr. 6. resolutione 16.*

INQVISITORES.

Inquisitores de jure communi debent habere annos 40.

1. INQUISITORES de jure communi debent esse annorum quadraginta *Clem. nolentes, de hæret.* & si minores eligerentur, electio esset nulla. Ita Zabarella *num.3.* Sed cum hodie Inquisitores Italiæ creentur à DD. Cardinalibus Inquisitio. Romanæ de scientia Summi Pontificis, parum curandum est de ætate. Ita Farinacius *de hæret. quæst. 186. nu. 51.* Qui verò creantur à Generali Inquisitore Hispaniæ, sufficit, si attingant annum trigesimum, ex privilegio Summi Pontificis. Ita Zanardus *part. 1. cap. 6. quæstione 12.* Quæ etiam ætas sufficit in eorum Commissariis. Ita Molina *tom. 5. tractat. 5. disputation. 28. numer. 23. part. 4 tractation. 8. resolutione 54.*

Sed in Hispania sufficit attigisse 30.

Secundum quosdam verò debent esse magis Theologi.

2. Inquisitores secundum Zanardum *parte 2. cap. 6. quæst. 12.* debent esse magis Theologi, quàm Jurisperiti, quia debent de propositionibus hæreticalibus judicium ferre. Ad processum verò & examen adhibere possunt peritos Consultores, &c. At Simanca *tit. 41. num. 3.* testatur, experientia jam in Hispania compertum esse, quòd commodius sit, Inquisitores Jurisperitos eligere, quàm Theologos. Et certè ipsi plura facere debent ut Jurisperiti, quam ut Theologi. *part. 4. tract. 8. resolutione 52.*

Secundum alios magis Iurisperiti.

An Inquisitores incurrant excommunicationē extorquentes pecuniā prætextu S. Officii?

3. Inquisitores extorquentes pecuniã prætextu officii Inquisitionis, secundum Suarez *de cens. disp. 23 sect. 5. num. 24* incurrunt excommunicationem *Clem. 2. de hæret.* Advertit tamen Sanctarellus *de hær. cap 40. dub 5. num. 26.* aliquos contrarium docere, & multis rationibus probat, Inquisitores in dicta *Clem.* non includi. Stando autem in sententia affirmativa, puto cum Bonacina *tom. 3. disp. 2. q. 10. punct. 10.* non incurrere excommunicationem, si accipiant pecuniam sponte, etiam prætextu officii, oblatam: procurent aut extorqueant prętextu mutui, dati, crediti, &c. vel titulo etiam officii, extorqueant mutuum, &c. *resol 4. tract. 8. resol. 28.*

Et quid si accipiant sponte oblatam.

Procurent titulo Mutui? Crediti, &c.

Etiam extorquendo sub prætextu S. Officii.

4. In Hispania secundum Scacciam *de jud. lib. 1. cap 87. num. 12.* Inquisitores, aliique S. Officii ministri, non solum pecuniam, sed neque esculenta & poculen-

Et quid de esculentis, & poculentis?

ta accipere possunt sub pœna excommunicationis, privationis officii, restitutionis dupli, & aliis. Et sub iisdem pœnis tenetur minister revelare, si alium ministrum hoc accepisse sciat. Alibi tamen, ubi hæ prohibitiones non extant, esculenta, & poculenta non rejici, *part. 4. tr. 8 resol. 8.*

Inquisitores non procedentes contra hæreticos lucri, vel pravi alterius affectus causa, incurrunt excommunicationem.

5. Inquisitores omittentes procedere contra hæreticos odii, rancoris, vel lucri causa, incurrunt excommunicationem supradictæ *Clem. § verum*, à qua, extrà mortis articulum, à solo Romano Pontifice absolvi possunt. Non ita, si procedere omittant propter timorem, vel ad evitanda scandala. Ita Locatus *in pr. verb. Inquisitor num. 19. part. 4. tract. 8. resolutione 37.*

Minimè, si ex timiditate, &c.

6. Inquisitores remittentes reos familiares Judici laico, in casu quo non gaudent privilegio fori, non incurrunt irregularitatem: nam Judex Ecclesiasticus, ut notat Vanshel in cap. *si judex laicus, de sentent. excommun. in 6.* tenetur id facere, quoties ad ipsum defertur à Judice laicus incedens in habitu clericali. Id quod etiam faciendum præcipitur in Concordia: quia nimirum Inquisitores tunc non damnant, nec jurisdictionem committunt, sed remittunt causam ad judicem laicum, qui aliàs erat illius competens. Ita Suarez *de cens. disput. 47. sect. 1. num. 10.* & alii. Et probatur à fortiori, quia judices Ecclesiastici & Inquisitores tradentes, brachio sæculari degradatum, vel de hæresi convictum, non fiunt irregulares, cum ex cap. *novimus*, & cap. *si judex de verb. sign.* tum ex Bulla Gregorii XIV. in qua Pontifex cum judicibus tradentibus reos in casibus excepris brachio sæculari, non dispensat, sed declarat non incurrere irregularitatem. Quod ait Gambacurta *de immun. Eccl. lib. 2. §. 8.* in cit. capite Inquisitores, & Episcopos ab irregularitate excusari ex vi præcepti Apostolici mandantis reos tradi, & simul irregularitatem tollentis, posset quis negare: nam secundum Suarez & alios excusantur, quia non sunt causa proximè cooperantur ad mortem. Manifestator autem malefactoris tunc incurrit irregularitatem, cap. *tua nos, de homicidio*, quando esset accusator, vel testis necessarius ad cognitionem causæ, vel hoc faceret ut minister justitiæ. Sed his, non obstantibus, in casu occurrenti consulerem, ut Inquisitores non remitterent absque consultatione Supremi Inquisitoris, *part. 4. tractat. 2. resolut. 101.* Quid quando tradunt brachio sæculari reum hæreticum? Vide *verb. Inquisitorum, n. 254.*

Sed in hoc casu bonum esset, consulere supremũ inquisitorem.

INQVISITORVM IVRISDICTIO Qualis.

Inquisitorum jurisdictio est ordinaria quoad utilitates ordinarias, & delegata quoad utilitates delegata.

7. INquisitorum jurisdictionem esse delegatam, tenet Narbona *in 3. part. recomp. lib. 4. tit. 1. leg. 20. Gloss. 22. num. 79.* Zanardus *in direct. Theolog. part. 2. prac. 1. cap. 6.* & alii. Portocarrero *in Alleg. super compet. Jurisdict. inter Inquisit. & Ministr. regales numer. 48.* & alii esse ordinariam. Utraque vera opinio est probabilis. Imò utraque vera. Nam in se & à principio est delegata: accedit tamen ad conditiones ordinariæ. Vel, ut rectè ait Moura *opusc. 1. de ensalmis, & incant. sect. 3. cap. 1. num. 6.* quoad utilitates ordinariæ, est ordinaria, & quoad utilitates delegatæ delegata. Non placet distinctio Barbosæ *in l. Prætor §. 1. num. 65 ff. de judic.* quòd Inquisitor Generalis habeat jurisdictionem ordinariam, alii verò delegatam, eo quia sunt ab ipso amovibiles. Nam etiam Inquisitor Generalis est amovibilis à Summo Pontifice, à quo non solum ipse, sed etiam alii Inquisitores jurisdictionem accipiunt immediatè, & mediante solùm nominatione personarum Inquisitori Generali à Papa indultam. Ita Torreblanca *de magia lib. 3. cap 5. numer. 211. & 12.* & alii *part. 4. tractat. 8. resolutione 1.*

Loquendo tam de inquisitore Generali, quàm de aliis.

Nec expirat per mortem concedentis.

8. Inquisitorum jurisdictio, quamvis concessa sit cum clausula *ad beneplacitũ*, non expirat ob mortem concedentis. Et hoc in favorem fidei. Ita Pegna *in direct.*

part.

part. 1. *comm.* 56. & 57. & alii. *Ibidem.* in fine, & *resol.* 19.

Sicut nec eorum Vicarii, delegati, aut Commissarii. Nam possunt inquisitores suam jurisdictionem subdelegare.

9. Imò neque jurisdictio Vicarii, seu delegati aut Commissarii expirat per mortem Inquisitoris : etiam pro causis ante illius mortem nondum inceptis. Ita Trivisanus *lib.* 1. *decis.* 66. *num.* 7. 9. 10. & alii, ex cap. *ne aliqui*, & *Glossa ibi in verb. non cœpta de hæret. in* 6. *resolutione* 19. *citat.* Suppono autem cum Pegna *parte* 3. *comm.* 61. §. *Sed jam* & aliis, posse Inquisitores suam jurisdictionem subdelegare: quia id potest delegatus Principis ex cap. *super quæstionum, de offic. deleg.* Imò posse etiam sibi Vicarium seu Commissarium constituere, cum Trivisano *ubi suprà à num* 4 & aliis. An verò delegatus Inquisitoris possit subdelegare, vide Pegnam *part.* 3. *com.* 64. §. *Hæc tamen ratio.* Causas, ob quas Inquisitores delegare possint, vide apud Eymericum *part.* 3. *q.* 15. §. *Respondemus*, *part.* 4. *tr.* 8. *resol.* 18.

Et delegare examen testium, si illi aut ipsi sint legitimè impediti.

10. Possunt etiam delegare examen testium, si aut ipsi, aut testes essent legitimè impediti. Cessante verò impedimento, debent ipsi examinare. Et sic cautum est in instructione Hispalensi, docentq; Cantera *q. crim. c.* 2. *num.* 8. & alii, *p.* 4. *tr.* 8. *resol* 29.

Inquisitorum jurisdictio concessa est cumulativè quoad Episcopos, & Capitulum Sede vacante.

11. Jurisdictio Inquisitorum secundũ Farinacium *tract. de hæresi, quæstion.* 186. *num.* 38. & alios, concessa est cumulativè quoad Episcopos: unde illis non præjudicat, *part.* 4. *tractat.* 8. *resolut.* 2. Imò neque præiudicat Capitulo Sede vacante, quod, sicut Episcopus, est ordinarius judex in causa hæresis jurisdictionẽ exercens per Vicarium ad id specialiter deputatum, ut patet ex cap *ad abolend. de hæret.* ibi, *vel Clerici ipsi sede vacante.* Et colligitur ex *Clement.* 1. §. *propter, de hæret.* docentque Gundissalvus *de hæret. quæstion.* 7. *num.* 8. & alii. Et procedit non solùm, quando ædes vacat absolutè, sed etiam quando Episcopus esset captivus, vel non haberet expeditas

Circa non exemptos.

literas. Et ita docet Decianus *in tractat. crim. lib.* 5 *cap.* 21. *numer.* 13. Sed quoad exemptos in causa hæresis, cum Episcopus non sit judex ordinarius, sed delegatus, ut docet Simanca *Cathol just. tit.* 25. *n.* 6. contra Hostiensem *in cap. ad Abolend. num.* 13. Capitulum sede vacante cognoscere non potest: quia succedit Episcopo in his, quæ sibi competunt de jure ordinario, non autem ex delegatione: Ita Decianus *ubi suprà*, *n.* 14. contra Socinum *in cap. ad Abolend. n.* 44. *par.* 4. *tr.* 8. *res.* 33.

& quo ministros proprios privativè,

12. Quoad ministros verò Inquisitorum Hispaniæ, jurisdictio ipsis inquisitoribus inest privativè, etiam quoad Episcopos. Et hoc ex exemptione Apostolica, additis Regiis litteris illam observari subentibus. Ita Portocarrero *in allegat. de Iurisd. Inquisit num* 49. *part.* 4. *tr.* 8. *resolutione* 2. §. *Notandum.* Et in Hispanica inquisitione obtinuit consuetudo, ut in causa hæresis generaliter soli Inquisitores cognoscant; Episcopis aut per se, aut per Vicarios assistentibus; Et quod Episcopi non possint separatim ab inquisitoribus cognoscere, sed denunciationes sibi factas ad inquisitores transmittere debeant, qui soli processum formen t, inque suis tantum carceribus rei custodiantur. Ita notat Sanctarellus *tr. de hæret. cap.* 40. *dub* 2. *n* 15. qui addit, esse in Hispaniis litteras Apostolicas mandantes, ut Episcopi, & alii Ordinarii inquisitoribus hæc relinquant, neque in eis se intromittant. Quod si ipsi reperiant, efficere debeant summariam de rebus informationem, eamque ad inquisitores transmittere sicut & reos, quando expediens sit eos capere, ne fugiant. Vide etiam Riccium *part.* 3. *decis* 279 *n* 1 *Ibidem* §. *Sed consuetudine.*

Imò Inquisitores Hispaniæ in causa hæresis soli procedunt, assistentibus Episcopis per se, aut per Vicarios.

Nam eorum jurisdictio ampliatur ex consuetudinibus.

13. Generaliter enim inquisitores non solùm possunt exercere, quæ sibi competunt de jure, sed etiam quæ ex consuetudine. Ita Molina *de just. tom.* 5. *tractat.* 5. *disputat.* 28. *num.* 14. Portocarrero *Allegat. pro Iurisdiction. inquisit. num.* 24. & alii: quia consuetudo, quemadmodum privilegium, dat jurisdictionem. Accedunt litteræ Philippi II. & Philippi III. talem consuetudinem confirmantes, quam citatus Portocarrero probat habere vim legis. *part.* 4. *tract.* 8. *resolutione* 3.

Quid de sortilegiis?

14. De sortilegiis autem, etiam non manifestè sapientibus hæresim, inquisitores cognoscunt per Bullam Sixti V. Sed cumulativè quoad Episcopos. Ita Leone *in lib. de Sortileg. cap.* 8. qui addit, quòd causas superstitionum, incantationum, veneficiorum & blasphemiarum Episcopi possunt cognoscere, &, nisi sapiant manifestè hæresim, absque inquisitorum interventu decidere, & terminare, per textum in cap. *accusatus, de hæret. in* 6. Et sic censuisse Sacram Congregationem Generalem Romanæ & Universalis inquisitionis sub die 21. Decembris 1602. *part.* 4. *tract.* 8. *resolutione* 107. & 119.

Et causis lamiarum?

15 Eodem pacto in causis lamiarum inquisitio Hispanica observat procedere simul cum Episcopo, ut præcipiunt textus cap. *per hoc, de hæret. in* 6. *Extravag. ex eo, de hæret. & Clem.* 1. *de hæret.* Quamvis doceat Pegna *Paralip. ad tractat. de strigibus Bernard. Comensis*, quòd si in hac causa soli velint procedere, id possint, & quodcumq; soli fecerint validum sit, ex constit. Alexandri VI. directa ad Angelum de Verona Inquisitorem. *p.* 4 *tr.* 8. *resolut.* 120.

Citatus ab Inquisitore simul, & Episcopo cuinam comparere tenetur?

16. Citatus eodem tempore ab Episcopo & ab inquisitore, ex Molina *tract.* 5. *disput.* 20. *num.* 17. potest adire quem velit. Ex Roias. *singul.* 44. *num.* 7. debet adire Ordinarium. Pegna *part.* 3. *quæst.* 5. *comm* 54. docet, quòd, si Episcopus procedat jurisdictione ordinaria, debet talis adire inquisitorem: quia jurisdictio inquisitoris tanquam delegata est major ordinaria Episcopi. Quod si Episcopus & inquisitor compatibilia jubeant, scilicet, ut diversis horis coram se compareat, reus secundùm Zanardum *part.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 13. tenetur utrique obedire. S. dhæc quæstio non habet locum in inquisitione Hispanica, ubi soli inquisitores reos citant Episcopis autem id non permittitur, cum nec permittatur, edicta contra hæreticos promulgare. Ita Molina *disputat.* 29. *num.* 17. *part.* 4. *tract.* 5. *resolutione* 52. §. *Notandum, & tract.* 8. *resol.* 47.

Varia sententia.

Sed in Hispania Episcopi non citant.

Non licet

17. Non licet inquisitoribus, cogere suspectum vehementer de hæresi ad abjurandum sine Episcopo. Ita Azorius *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæstion.* 6. & Molina *disput.* 28. *numer.* 16. contra Campegium *add ad Zanch. de hæret. cap.* 8. *litt.* I. A. si cogerent abjuratio teneret, & reus maneret subjectus pœnæ relapsi, cum non sit aliud expressè sancitum. Idem dic de Episcopo, si sine inquisitore id faceret. Ita Farinacius *de hær. quæst.* 186. *num.* 79. contra Castrum qui *tom.* 1. *tractat.* 4. *disp.* 8. *punct.* 13. *num.* 18 contrarium probare nititur ex *Clem. de hæret.* §. *duro part.* 4. *tractat.* 8. *resolut.* 49. Adde, quod Soula *lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 5. docet, extare consuetudinem, quòd inquisitores abjurare & purgari cogant sine Episcopo: quam consuetudinem, ubi recepta est, non damnarem. *part.* 2. *tract* 8. *resol.* 50. in fine & ante. *tract* 7. *resol.* 3. in fine. §. *Quæro secundò.*

Inquisitorib. indicere abjurationē de vehementi si ne Episcopo. Sed si faciant abjuratio habebit effectum.

Et ubicumque id facere consueverūt, eis licet.

18. Reum absolvere sine Episcopo Inquisitores non posse, docet Simanca *cath. Instit tit.* 3. *num.* 9. Posse Molina *disput.* 28. *numer.* 15. Zanardus *parte.* 2. *cap.* 6 *quæstione.* 15. distinguit: & posse, inquit, si reus non est convictus, nec confessus, nec indiciatus sufficienter ad torturam; in quo etiam casu posse Episcopum seorsim ab inquisitoribus, quia non est inventus reus, non posse verò, quando est confessus, aut sic indiciatus, ut debeat torqueri: quia tortura non potest infligi, nisi ab utroque simul & negotium grave postulat congregationem. Ex his prima opinio placeret, quæ fundatur in *Clement.* 1. *de hær.* Sed in aliquibus provinciis est consuetudo, ut inquisitores sine Episcopo sententiam absolutoriam proferant. Quam consuetudinem approbo cum Sanctarello *de hæresi cap* 40. *dub.* 2. *numer.* 13. *parte* 4. *tractat.* 8. *resolutione* 50. videtur etiam, posse inquisitores absque Episcopo reconciliare apostatas, qui vulgo dicuntur *renegati*, si sponte ad ipsos veniant, & pœnitentiam postulent: quia id se practicari vidisse fatetur Molina *de just. tom.* 5. *tract.* 5. *disput.* 28. *num.* 16. Licèt adversus ipsum insurgat Palaus *tract.* 4. *disput.* 8 *punct.* 13. *num.* 17. *part.*

Et ubi adest talis consuetudo, possunt reum absolvere.

part.5.tractat 7.resolutione 3. §. Quaro secundò.

Quando in imponendis pœnis inquisitor, & Ordinarius discordant, consulendus est Summus Pontifex. Et in Hispania supremus Senatus.

19. Quando in infligendis pœnis inquisitores & Ordinarii discrepant, consulendus est Summus Pontifex. Ita Sanctarellus *ubi supra*, & alii ex cap. *per hoc, de hæret. in 6.* Quod procedit in Inquisitione Romana: nam in Hispanica ex privilegio Sedis Apostolicæ & in particulari Clement. IX. non ad Papam, sed ad supremum Senatũ recurrendum est. Quod etiam observatur in quibuscumque appellationibus. Ita Freytas *de Conf. solicit. quæst. 15. num. 20.* Sed in hoc Regno Siciliæ, ubi sunt tres Inquisitores, si unus cum Episcopo sentiat, & alii duo dissentiat, remittenda est causa ad Senatum; si verò duo sentiant cum Episcopo, sententia protinus ferenda est, ait Simanca *titul. 60. cap. 10. part. 4. tractat. 7. resolutione 37.*

IN Hispania pœnam impositam solus supremus Inquisitor minorare potest.

In Romana verò Inquisitores cum Episcopo.

20. Aliud discrimen est inter Inquisitionem Romanam & Hispanicam. Nam in Romana, ubi Inquisitor cum Episcopo pœnam delinquenti imposuit, potest cum eodem illam minorare, quod in Hispanica solus Supremus Inquisitor facere potest. Ita Pegna *direct. part. 3. comm. 108.* Quòd verò in Romana id solùm cumulativè fieri possit, adest decretum Urbis de mandato D. N. Urbani VIII. apud Bariolam *Aphor. V. Pœna §. 25.* Unde opinio Zanchini *tractat. de hæret. cap. 21. num. 2.* quòd id possint Inquisitores, petito & non obtento consensu Episcopi quoad laicos, non est amplius amplectenda. *Ibid. §. Notanda.*

VBI Inquisitores sunt plures, non possunt seorsim actus graves iurisdictionis exercere.

21. Ubi sunt plures Inquisitores, unus sine altero potest leviora exercere. Non tamen procedere ad capturam reorum, ad indicendam purgationem, ad publicationem testium ad copiam actorum reo dandam: nisi alter illorum absit. Ita habet instructio Toletana *ann 1562. numero 3.* & docet in terminis Simanca *tit. 34 numero 37. part. 4. tractat. 8. resolut. 66. & 90.*

Nec pœnas imponere sine consilio.

21. Debent in imponendis pœnis consilium petere, ex cap. *fin ad med de hæret. in 6 & ex cap. ut commissi §. Advocandi, eodem titul. & libro.* Sed dubium est, an in tali casu vota consultorum sint decisiva ut illa Inquisitores sequi teneantur? Esse decisiva in Inquisitione Lusitana testatur Sousa *Aphor. lib. 1. cap. 1. num. 14. & lib. 2. cap. 36. num. 9.* Et universaliter in omni, Albertinus *quæst 26. conclus. 15.* Zanardus *part. 2. pr. 1. cap. 6. quæst. 42* ait, periculosum esse & reprehensione dignum, Inquisitores à votis Consultorum tribus calibus discordare. Primò, quando cum Consultoribus cõsentit Episcopus. Secundò, quando omnes Consultores sunt unius voti. Tertiò, quando major pars consentit in innocentiam inquisiti. Sed in Inquisitione Hispanica puto, Consultorum vota non esse decisiva, sed tantum consultiva; quod patet ex instruct. Toletana. Et ita docent Bariola *verb. Consultorum*, & Barbosa, *Collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. cap. 12. num. 8.* Non tamen esse tutum, si Inquisitores sunt Theologi, à suffragiis Consultorum discedere. Ita idem Bariola *part. 4. tract. 7. resol. 38.*

men in Hispania non tenentur sequi

Sed quid si non petant? Videtur sententia fore invalida. Sed contrarium suaderi potest.

22. Sed quid, si Inquisitores sine advocatione Consultorum sententiã proferant? Videtur, quòd talis sententia sit invalida; quia peritorum consilium requiritur pro forma, sine qua actus non subsistit, *cap. dilecta de rescript.* & cap. *cum in veteri de elect.* ubi irritatur electio ob omissum consilium. Ita tenet Palaus *tr. 4. disp. 8 punct. 11. num. 4.* Sed posset quis dicere, quòd si habenti potestatem mandatur peti consilium, mandari censetur, ut actus rectè præstetur, non ut validè, ut docet Sylvester *verb. Consilium 1. q. 3.* Hoc autem accidit in casu nostro, quia Inquisitores ab Urbano IV. Clement. IV. & aliis Pontificibus habebant potestatem sententiandi contra hæreticos absoluram: postea verò a Ponifacio VIII. præceptum habuerunt de adhibendo in sententiis peritorum consilio, ut patet ex cap. *fin. Ibid. §. Sed maior.*

In capturæ reorum an Consilium sit necessarium?

23. Quoad capturam verò reorum, Sousa *lib. 2. cap. 26 num. 16.* tenet consilium non esse necessarium, sed conveniens. Quod habetur in instruct. Tolet. & cap. *commissi, de hæret. in 6.* ubi dicitur consilium adhibendum, quando ita ex-

pediens judicaverint. Cui capiti concordari debet cap. *fin.* §. *Iubemus. Ibidem* §. *An verò.*

Possunt autem capere in alieno territorio absque litteris dominorum.

24. Inquisitores possunt reum capere in alieno territorio absque litteris subsidialibus Dominorum temporalium, quia hæresis est crimen fori Ecclesiastici, nullo pacto spectans ad judices laicos. Idem dicendum est quoad Dominos spirituales, saltem in Hispania. Nam judex potest citare per proprium nuncium quando loca sunt sub eodem Præside: omnia autem loca subsunt imperio spirituali Summi Pontificis, cujus Inquisitores, & Episcopis litteras requisitorias mittere. Ita Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. *&* 5. *part.* 4. *tractat.* 8. *resolutione* 7.

Inquisitores habere possunt familiam armatam.

25. Inquisitores habere possunt familiam armatam. Ita cum aliis Pegna *part.* 3. *quæst.* 56. *comm.* 103. qui addit, eos armorum licentiam non solùm dare posse officialibus destinatis ad denunciandos, vel capiendos hæreticos, & comitandos Inquisitores: sed etiam cæteris ministris, qui quavis alia ratione S. Officio inserviunt, ut Advocatis, Notariis, Consultoribus, &c. Ex quibus notat Zabarella *in Clement.* 2. §. *Porrò num.* 9. eos punire posse Dominos temporales impedientes supradictos pro armorum delatione, tamquam turbatores sui officii, *p* 4 *tr* 8. *resol.* 31.

Suosque familiares cognoscere in criminalibus, & civilibus.

26. In causis criminalibus suorum familiarium Inquisitores Hispaniæ habēt jurisdictionem, exceptis certis criminibus, de quibus Joannes de Hevia *Curia Philippi. part.* 3. §. 1. *num.* 19. & alii. In causis civilibus Ferdinandus de Castro *tom.* 1. *tractat.* 4. *disput.* 8. *punct.* 12. § 2. *num.* 9. tenet, habere jurisdictionem solùm respectu officialium, qui sunt à secretis, non autem respectu aliorum externorum. Sed hæc opinio non placet quoad Regnum Valentiæ, & Siciliæ, ubi (ait Roias *part.* 2. *num.* 422.) ex concordia inter Regiam Majestatem & Inquisitionem, Inquisitores cognoscunt in causis civilibus omnium familiarium. Quod etiam ait Paramus *de orig. Inquis. lib.* 3. *quæst.* 6. *num.* 27. ex jure municipali Regni Siciliæ, ex juris Pontificii decisionibus, privilegiis, & consuetudine immemorabili. Narbona *recopil. lib.* 4. *titulo* 1. *leg.* 20. *Gloss.* 1. *num.* 14. *& Gloss.* 6. *numero* 2. testatur, id servari etiam in Catalonia, & in Regno Aragoniæ, & Majoricarum. Et ex Paramo observat, quòd in hoc Regno Siciliæ non solum familiares, sed etiam eorum uxores, adhuc viduæ, quamdiu viduæ fuerint, gaudent privilegio fori. *part.* 4. *tractat.* 8. *resolutione* 55.

Iurisdictione Ecclesiastica, non sæculari.

27. Porrò jurisdictio DD. Inquisitorum in suos familiares in quibuscumque causis est Ecclesiastica, non sæcularis; nam Joannes XXII. illis concessit familiam armatam, cujus nomine ait Zanardus *part.* 2. *princ.* 1. *cap.* 6 *quæst.* 31. venire Notarios, Advocatos, Consultores, Fiscales, Birruarios, & familiares omnes. Quod autem in concordatis Siciliæ, Valentiæ, &c. Rex talem jurisdictionem limitat in aliquibus casibus, id factum est non contradicente Senatu, ad restringēdam omnimodam jurisdictionem, quam ipsi habebant, non quod in ipsis concordatis Rex illis tribuat jurisdictionem, ut ait Pontius *lib.* 5. *cap.* 12 *num.* 15. Ita Narbona *tom.* 2 *in* 3. *p recopil. li.* 4. *tit.* 1. *leg* 22. *Gloss.* 12. quem vide, *part.* 1. *tractat* 2. *res.* 136. Ex quibus patet, Regem non posse hanc Inquisitorum in suos familiares jurisdictionem pro aliquo casu sine ipsorum consensu limitare. Quod etiam verum est, dato quod esset regia. Primò; quia hoc privilegium concessum fuit propter servitia & bene merita factā à Tribunali S. Officii ad bonum publicum unde est remuneratorium, degenerans in contractum, ac proinde factum irrevocabile, per ea, quæ tradunt Cochier *de liberat. Eccles. part* 1. *cap.* 10. *num.* 10. & alii communiter. Secundò, quia, dato quod talis jurisdictio sit regia, jam per incorporationem cum Ecclesiastica facta est Ecclesiastica etiam ipsa, & cum sit concessa non subditis, non potest amplius revocari, utpote quæ semel ab ipsis acceptata transivit in jus, ut dictum est de omni privilegio concesso Ecclesiæ à Principibus *verb.*

Immu-

Immunitas Ecclesiastica, num. 7. part. 4. tr. 1. resol. 82.

Inquisitores non possunt legere libros prohibitos.

28. Inquisitores an possint legere, & dare licentiam legendi libros hæreticorum, vel alios prohibitos, vide *verb. Hæreticorum, à n 45.*

Non excusantur à residentia Parochiali, Habentur tamē in suis præbendis ut residentes, & fructus percipiunt.

29. Inquisitores non excusantur à residentia parochiali. Ita Sanctarellus *part. 1. quæst. 11. nu. 4.* contra Cenedum *part. 4. tr. 8. resol. 71.*

30. Habentur tamen pro præsentibus & residentibus, & percipiunt fructus suarum præbendarum, simul cum distributionibus quotidianis, ex privilegio speciali Pauli III. & Pii V. illis concesso in favorem fidei. Ita Armendariz *in recomp. leg.* Navart. *lib. 2. tit. 13. leg. 2. §. 2. n. 7.* & alii ex declaratione Cardin. apud Garsiam *de benef. tom 1. part. 3. cap. 2. nu. 456. Ibid. §. Quoad secundum.*

Inquisitores soli publicāt in Hispania edicta fidei.

31. In Regnis Hispaniarum soli Inquisitores publicare possunt edicta fidei. Non autem Episcopi. Ita Molina *disput. 26. nu. 13. part. 4. tract. 8. resol. 126.*

Et possunt præcipere sub censura ut Clerus, & populus eorū sermonibus assistat. Et dicta fidei audiat.

32. Inquisitores possunt sub pœna excommunicationis præcipere, ut Clerus & populus eorum sermonibus assistant, Ita habetur in cap. *ut commissi, de hæret. in 6.* ibi, *convocandi etiam Clerum & populum.* Et ita docet Simanca *tit. 34. cum. 24.* contra Angelum *tom. 1. verb. Inquisitorum num. 9.* Quod observari ex consuetudine Tribunalis, testatur direct. *verb. Prædicare num. 2.* Ex quo à fortiori concludit Avila *de cens. part. 2. c. 5. disp. 1 dub. 3.* quod præceptum Inquisitorum, ut omnes sub excommunicationis pœna in templum conveniant ad audienda edicta fidei obligat sub mortali, quia est ad exaltationem fidei, ut sciant quid debeant ipsis denunciare, *part. 4. tr. 3. resol. 89.*

Inquisitores non possunt dispensare super irregularitate contracta propter hæresim.

33. Videtur cum Locato *verb. irreg. nu. 2.* quòd Inquisitores dispensare possint super irregularitate contracta ab hæreticis, ex Bulla Clement. VIII. quæ incipit. *Cum sicut, § vobis etiam.* Sed hoc privilegium vel fuit personale, vel non fuit usu receptum, vel per alias Bullas posteriorum Pontificum fuit revocatū. Et Ideò Pius V, *ann. 1567.* prohibuit dispensare cum Sacerdotibus hæreticis pœnitentibus, ut Missam celebrent, teste Sanctarello *de hær. c. 25. p. dub. 1. nu. 6.* Et hanc sententiam tuetur absolutè Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 25. num. 19. p. 4. tract. 8. resol. 85.*

POSSVNT Inquisitores recusari ut suspecti.

34. Quidquid dicat Menochius *lib. 1. consil. 94. num. 12.* docet Scaccia *de iudic. lib. 1 cap. 67 num. 7. & cap. 66. numer. 13. & 16.* cum aliis, posse Inquisitores recusari ut suspectos. In quo casu determinavit Instructio Toletana *ann. 1561. num. 52.* quod recusatus cessare debet, & certius facere consilium, quousque cognita suspicionis causa. Consilium de jure provideat. Idemque fieri si omnes simul suspecti habeantur, *part. 4. tr. 8. res. 5.*

Sed à diffinitiva illorum sententia non datur appellatio.

35. A sententia Inquisitorum lata cōtra hæreticos, & eorum fautores &c. non datur appellatio, nisi ad interlocutoria, ut dictum est V. *Appellatio, num. 3.* Modum appellandi vide *Ibid. num. 15.* Ad quem *Ibid. n 12.*

Qua tamen datur à sententia torturis, sed si sit frivola, respui potest.

36. Datur etiam appellatio à sententia torturæ ex *l. 2. c. 7. de appellat. recipient. & l. penult. cap. quorum appellat. non recipiuntur*, nisi appellatio esset frivola & calumniosa; qua non obstante possent ad ulteriora procedere. Quandona sit frivola, ipsorum arbitrio remittitur. Farinacius *quæst. 36 num 27.* advertit, tunc esse frivolam, quando in processu apparent legitima indicia torturæ, & purgata non sunt in termino defensionis. Sed quando appellationis calumnia non est clara, sed sumus in dubio tam facti, quam juris debent DD. Inquisitores supersedere à tortura, & expectare quid pronuntiet judex super appellatione, ut optimè observat Caravita *in ritu Mag. Cur. 258. num. 10. p. 4. tract 6. res. 20. & tr. 8. res. 32. §. Notandum.*

Si verò dubia, admitti debet.

37. Debent etiam supersedere à processu noviter delati criminis contra reū, qui jam in alia causa appellavit, & Superioris responsum expectare, nisi in causa sit gravissima; nam tunc, non obstante appellatione, circa illud procedere possunt. *part. 4. titul. 6. resolut. 20. § Nota secundo.*

AN in Inquisitores habeat iurisdictionem Legatus Papæ?

38. Docet Sanctarellus *c.* 40. *dub.* 5. *num.* 31. olim legatum Summi Pontificis habuisse jurisdictionem in Inquisitores, ut patet ex constit. Urbani IV. hodie verò sine speciali facultate Pontificis, vel supremæ Inquisitionis Romæ non solere legatos Pontificis se ingerere, *part.* 4. *tract.* 8. *ref.* 27.

Et in Regulares Regularis Prælatus?

40. Inquisitores Regulares, delinquentes in officio Inquisitionis, non posse puniri à suis Prælatis, sed à Cardinalibus Universalis Inquisitionis & in Hispania à Generali Inquisitore, certum est: quia exempti sunt quoad hæc à Prælatis Regularibus. Ità Roias *de har. part.* 2. *n.* 418. & alii. Sed nec si deliquerint extra officium possunt suis Prælatis pœnam dare, quæ aliquo modo retardare possit officium: sed solùm in tali casu Superiores Regulares sumere possunt informationes, & transmittere ad supremum Tribunal. Aliàs daretur vis impediendi indirectè Officium S. Inquisitionis. Ita Castus *t.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8 *punct.* 12 §. 2. *n.* 23 *part.* 4 *tr.* 8. *ref.* 53.

Saltem in delictis commissis extra officium?

AN Inquisitor Generalis possit alios ab officio removere, aut transferre. Et quæ de causa?

41 Videtur docere Molina *disp.* 28 *num.* 7. quod Inquisitor Generalis possit ad libitum alios Inquisitores ab officio removere, & à loco ad locum transferre. Sed contrarium tenendum est cum Castro, *ubi supr. num.* 23. nisi interveniat justa causa. Quæ quoad removendum potest esse triplex. Prima, si non haberent debitas conditiones. Secunda, si superveniente infirmitate, ad officium inhabiles fierent. Tertia, si in exercendo officio dolosè deliquissent. Quoad translationem etiam triplex. Prima, quando unus Inquisitor admodum aptus, esset constitutus in loco non tantam aptitudinem requirente, quantam requirit alter. Secunda, quando contrà ipsum suscitatæ essent rixæ & odia capitalia ex eo quod processerit contra nobiles & insignes personas, unde immineat scandalum. Tertia, quando non benè se haberet cum Principibus. Sed in his duobus casibus posterioribus, si hæc contra Inquisitorem suscitata sint sine justa causa, ad meliorem locum transmitti debet, ne puniatur, ubi meretur. Ità Zanardus, *p.* 2. *c.* 6. *quæst.* 9. & 19. & alii, *p.* 4. *tr.* 8. *ref.* 34.

42. Inquisitores in remittendis & temperandis pœnis habent majorem potestatem, quam alii judices, ex cap. *ut commissi. de hæret. in* 6. Unde Cartharius *in pract interrogat. reos. lib.* 2. *c.* 1. *numer.* 27. docet, posset eos licitè reo impunitatem promittere, si verum fateatur. Vide *num.* 200.

Inquisitores in remittendis pœnis habent pleniorem, quam alii judices potestatem.

43. Inquisitores non possunt permittere, quòd laici in causis fidei cum ipsis assistant. Ex permissione tamen Pontificis possunt: non quidem ut votum habeant decisivum, sed ut solummodo videant, rectè contra hæreticum agi. Ità Zanardus *part.* 1. *prac.* 1. *c.* 6. *quæst.* 29. Et hoc pacto existimo procedere consuetudinem Venetiis introductam, quòd cum Inquisitore assistat unus ex Senatoribus, ut testatur Thuanus *lib.* 4. *hist. ann.* 1549 *part.* 4. *tractat.* 8. *resolut.* 105.

An permittere possint quod in causis fidei cum ipsis assistant?

INQVISITORVM IVRISDICTIO in quas personas.

Inquisitorum iurisdictio in baptizatos.

44. INquisitores, sicut & omnes Ecclesiastici judices, non cognoscunt, nisi Christianos Baptizatos, ut constat ex Tridentino *sess* 14. *cap.* 2. sive hæreim punire velint, sive Judaismum, aut Paganismum, à DD. communiter. Excipe tamen aliquos casus, de quibus infrà *numer.* 103. in quibus Inquisitores procedere possunt contra Judæos, & alios cujuscumque sectæ. *par.* 4. *tr.* 8. *ref.* 78.

Et in certis casibus etiam in non baptizatos.

Et in Baptizatos invalidè.

45. Si verò aliquis sit Baptizatus invalidè ex defectu formæ, materiæ, aut intentionis, Sanctarellus *de hæret. cap.* 1. *dub.* 2. *num* 6. & alii docent, non subjacere jurisdictioni Inquisitorum, quia non est membrum Ecclesiæ, & debet rebaptizari. Sed Simanca *tit.* 31. *numer.* 5. & alii dicunt, si se baptizatum reputat, subjacere: nam Baptizatus fuit Baptismo flaminis: & in hac re plus valet opinio, quàm veritas. Idem docet Sayrus *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 11.

*lib.3.c.4.num.*11. in casu, quo reus habuerit intentionem suscipiendi Baptismum, vel communiter reputetur ut Baptizatus, ut semper contingit. Et Palaus, *tom.* 1. *tract.*4 *disp.* 8. *punct.*6 §. 6. *num.* 3. testatur hunc casum *anno* 1619. Cesaraugustæ accidisse. Varios etiam casus distinguunt Ricciullus *de iur. pers. lib.*3. *c.*6. & Cantera *qq. crim. cap.* 1. *de hær. n.*5. *part.*4, *tract.* 8. *resolut.*78.

Quid si dubitetur de susceptione Baptismi?

46. In dubio autem de susceptione ipsa Baptismi, sic distinguit Cantera. Aut reus natus, & conversatus est inter Christianos, & tunc præsumitur baptizatus: aut natus, & conversatus inter infideles, & non præsumitur baptizatus: aut natus inter Christianos, & conversatus cum infidelibus: & tunc, si captus fuit infans, licet præsumatur baptizatus, non potest ab Inquisitoribus puniri: si verò captus fuisset post annos discretionis, posset. *part.*4. *tract.*8. *res.*115.

Non in Papam.

47. Cœterum ex baptizatis Inquisitores in primis non possunt procedere contra Papam in hæresi deprehensum, ut dicemus *verb. Papa, num.*5.

Nuncios, & Officiales Sedis Apostolicæ.

48. Deinde non possunt procedere contra Nuntios, & Officiales Sedis Apostolicæ Ita Zanardus *part.* 2. *cap.*6. *qu.* 21. Officiales Sedis Apostolicæ secundùm Molinam *de iust. tract.*5 *disp.*28. *nu.* 20 illi sunt, qui nomine Sedis Apostolicæ ad negotium ipsimet Sedis pertinens delegantur. Non illi, qui ab eadem quotidie mittuntur ad causas particulares inter alios judicandas ac dirimendas. *part.*4. *tract.*8. *resolut.*24.

Episcopos etiam non consecratos.

50. Tertiò non possunt procedere cõtra Episcopos (Nec eos ex quavis causa excommunicare, sicut nec Episcopus Inquisitores secundum Megal. *in* 3. *par. lib.* 1. *c.*3. *quæst.*2. *num.*43. licet Cantera *c.*1. *de hær. num.*65. contrariam praxim adducat *part.*5. *tract.*9. *res* 51.) Idque procedere ait Acugna *de confess. solic. qu.* 32. *num.*7. & 11. etiam in titularibus, & in electis, & nondum consecratis. Quod si Episcopus de hæresi suspectus, esset de fuga, vel quid moliretur in manifestum fidei detrimentum, capi posset, & custoditi, donec Summus Pontifex consulatur. Ita Zanardus *qu.*22. In aliis casibus Inquisitores recipere possunt dicta testium, & processum ad Pontificem mittere cum cautelis ? de quibus Pegna *part.* 3. *comm.* 76. Ità Suarez de fide *disp.* 20. *sect.*4. *numer.*25. contra Gloss. in c. *Inquisitores v. Apostolica.* ibi, *Monachum, & Archidiaconum p.*4, *titul.* 8. *res.*21.

Aut in aliis Inquisitores.

51. Hoc ipsum facere potest Episcopus contra Inquisitorem suspectum de hæresi, imò, si crimen esset notorium, aut ille Inquisitoris officium dimisisset, Episcopus posset contra illum absolutè procedere. Sed in primo casu adhibendo cautelam, ne scandalum oriatur. Ità Roias *singul.*109. *p.*4 *tr.*8. *res.*25.

52. Tandem unus Inquisitor non potest procedere contra alium Inquisitorem; quia par in parem non habet jurisdictionem. Ità Zecchius *tom.* 1. *de hær. c.*11. *num.*13. & alii communiter *part.* 4. *tract.*8 *res.* 25. † Ex quibus patet, minus procedere posse contra Cardinales.

Maximè autem procedere possunt cõtra Magistratus: Religiosos.

53. Contra alios procedere possunt, etiam si sint Magistratus † vel Religiosi exempti. Et, quamvis Pius V. in const. *Pastoris æterni* limitationem posuerit, dummodo à suis superioribus præventi non fuerint, hodie tamen extat Constitutio Pauli V. interdicens Prælatis Regularibus de causis hæredicalibus suorum subditorum cognoscere, eosque punire. Ita Sanctarellus *de hær. c.*40. *dub.*3. *num.*21. *part.*4. *tract.*8. *res.*23 §. *Notandum.*

Etiam Generales.

54. Sed quid de Generalibus Ordinum? Hieronymus, & Emanuel Rodriquez, ille *comp. res.* 79. *num.*1. hic *qq. reg. tom.* 2. *quæst.* 81. *art.*1. putant, esse, sicut Episcopi, immediatè Apostolicæ Sedi subjectos; sed merito contrarium docet Freytas *add. ad Acug. quæst.* 12. *num* 20. quia in cap. *Inquisitores*, excipiuntur solùm Episcopi: unde extendi non debet ad Generales ordinum, ex regula *l. si quidem* §. *fin. ff. de pœna le at.* At, quamvis hoc verum sit, non debent Inquisitores contra illos procedere, inconsulto Supremo Inquisitionis Senatu, ut benè observat Zanardus *part.* 2. *c.*6.

Iuæst. 23. Ex hoc tamen non sequitur, Generales communicare in privilegio Episcoporum *p.4.tr.8.res.23.*

Et in defunctos de hæresi convictos.

55. Et tandem procedere possunt contra defunctos hæreticos, dummodo de hæresi convincantur, citatis hæredibus, &c. Vide *verb. Hæreticorum, num.24.*

INQVISITORVM IVRISDICTIO, *in quæ delicta.*

Inquisitores puniunt hæreticos.

56.† DElicta ad Tribunal Sacræ Inquisitionis pertinentia sunt quæ sequuntur. Primum, & Principale est hæresis. Deinde omnia hæresim sapientia, de quibus mox suo ordine. † Advertre autem, quod, dum Inquisitores cognoscunt de hæresi, possunt etiam cognoscere de connexis, & incidentibus qualia sunt, quæ tradit Pegna *p.3.commu.* 30. Et ratio desumitur ex *l. nulli c. de iudiciis* : Nam, cui conceditur causa principalis, conceditur quoque connexa incidentia, & emergentia ex illa. Ità Menochius *de arbitr. lib.1. quæst.45. num.9.* Notat tamen Decianus *lib.5. cap.23.num.13.* quòd, cùm Inquisitores habeant jurisdictionem limitatam, non possunt cognoscere de emergentibus, & dependentibus, quæ hæresim immediatè non tangerent. *parte 4.tract.8.resolutione 70.*

Et proferentes propositiones erroneas. Temerarias Scandalosas. Piarum aurium offensivas. Et similes.

57. Nomine hæreticorum non solùm veniunt hoc loco proferentes propositiones hæreticas, sed etiam erroneas, temerarias, scandalosas, piarum aurium offensivas, & alias hujusmodi, quarum multos gradus enumerant, & declarant Joannes de la Cruz *part.1.prac.1. art.1. concl.3.* & alii. Ratio est praxis Ecclesiæ tales propositiones damnantis. Multas enim hujusmodi damnavit Concilium Constantiense in Vviclepho & Pius V. nec non Gregorius XIII. in Michaele Bay *p.3.tract.8.res.34.*

Vide hic multa exempla.

58 Quapropter procedere possunt cõtra dicentes, *Confessos Religiosis ab Episcopo approbatis, teneri iterum eadem peccata Parocho confiteri, ut adimpleant præceptum Innocentii III. in cap. omnis utriusque sexus.* quæ fuit opinio Hostiensis, & aliorum apud Adrianum *in 4.quæst.5.de Confessione.* Et ratio est; quia talis propositio sapit hæresim. Unde Joannes de Poliaco, illam pertinaciter defendens, vocatus Romam, compulsus est à Joanne XXII. palinodiam canere. Ideò meritò Sixtus IV. commisit Inquisitoribus hoc delictum punire, ut advertit idem de la Cruz *de statu Relig. lib.2.c.6. dub.1. concl.3.* & alii *p.4.tract.8.res.102.*

59. Prædicantes autem opinionem Soti *in 4. dist.19.quæst.3. art.2. quod Anima in Purgatorio non detineantur ultra decem aut viginti annos.* secundum Henriquez *lib.7 cap.16 num.4.* cognosci etiam possunt ab Inquisitoribus; quia talis opinio est temeraria, utpote contra morem Ecclesiæ, celebrantis anniversaria, & Missas ultra 20. annos. Apud quem Concionator quidam compulsus est à S. Inquisitionis Senatu talem sententiam retractare. Sed Suarez *in 3.part.tom.4.disp.46. sect.4 nu.6.* putat, talem sententiam non esse dignam censura, sed solùm esse incertam, & voluntariam. *part.4.tractat.8. resol.101.*

60. Confessarium, qui diceret pœnitenti: *Non possum te absolvere, nisi reveles complicem,* docet Medina *in sum. lib.2. cap.4 §.1.* esse denunciandum ut hæreticum, & ut talem ab Inquisitore puniendum. Sed Villalobos *summ.tom.1.tract.9. diff.38.num.9.* negativam sententiam tenet; quia dicere *non possum,* multoties coincidit cum *nolo.* Eandem sententiam tenet Coriolanus *de cas.reser.part.1. sect.3. art.9. num.3.* Et ratio est quia quamvis sit hæreticus dicere quod liceat proximum infamare; dubium tamen est, an revelare complicem in Confessione, sit illum infamare. *p.5.tr.8.res.9.*

61. Adverte hic cum Zanardo *tom.2. prac.1 cap.6. qu.44.* quod quamvis Tridentinum sæpe dicat, Episcopos contra propositiones temerarias, & cæteras hujusmodi debere procedere; non tamen propterea derogat potestatem Inquisitorum in hoc casu, quia Delegatus

gatus est major Ordinario. Sed loquendo de Episcopo, intelligitur quoque locutum de Inquisitore, qui una cum Episcopo in causis fidei, vel ad fidem pertinentibus procedit. Inculcat autem Episcopis expresse; quia ubique sunt, & Inquisitores non Ità *p. 4. tr. 7. res. 94 §. Verùm.*

62. † Delicta sapientia hæresim in quibus dictum est suprà, Inquisitores procedere, sunt sequentia. † Igitur.

Puniunt itè apostatas à fide vulgò (renegati.)

63. Secundò procedere possunt Inquisitores contra Apostatas à fide vulgò *Renegati*, qui nimirum à Catholica fide recedentes, in alias sectas transierint. Quamvis enim c. *contra Christianos de hær. in 6.* loquatur de transeuntibus ad ritus Judæorum, idem tamen dicendum est de transeuntibus ad ritus Saracenorum, & Paganorum: quia in favorem fidei etiam in pœnalibus fit extensio. Ità Sanctarellus *de hær. cap. 2 dub. un. numer. 1.* & alii, *parte 4. tractat. 7. resolut 3.*

Non autem Apostatas à Religione.

64. At verò Apostatæ à Religionibus non puniuntur à S. Officio, nisi Apostasiæ aliquid addant, quod sapiat hæresim. Ita Pegna *part. 2. com. 4.* Adminicula aliqua recenset Zanardus *part. 2. pr. 1. c. 5. §. 19.* Primum, si à Religione transeat ad partes hæreticorum. Secundum si habitum laceret, pedibus conculcet, blasphemias in Religionem evomat. Tertium, si uxorem ducat, celebret cum excommunicatione, vel aliquid aliud contra Ecclesiæ determinationem efficiat. Sanctarellus *de hær. c. 41. dub. 3.* addit quartum, si per annum in excommunicatione perstiterit, negligens ad Religionem redire. *Ibid. §. Quæro igitur.*

Nisi in certis casib.

Item blasphemos hæreticaliter. Etiam ex iracundia. Etiam sub conditione.

65. Tertiò procedere possunt Inquisitores contra evomentes blasphemias hæreticales, etiam ex iracundia, etiam sub conditione, ut v. g. *Non credo in deum, nisi te occidam.* quia in hac blasphemia includitur pura affirmatio, quòd, si ad occidendum illum opus sit non credere in Deum, blasphemus paratus est libenter id facere. Ità Roias *de hær. part. 2. num. 172. & 173. part. 4. tit. 8. res. 87.* Falsum autem est, quod docent Palaus *de iust. hær. pun. lib. 1. c. 12.* & Corduba *lib. 1. quæst. 12. §. 15. notab. 4.* blasphemiam hæreticalem esse misti fori, & in ea dari locum præventioni, tam quoad Judicem Ecclesiasticum, quàm quoad laicum. Nam soli Inquisitores possunt de illa cognoscere. Ità Lorca *in 2. 2. quæst. 13. art. 2. disp. 51.* & alii. Imò Sanctarellus *de blasph c. 8. dub. 1. num. 1.* ex Bulla quadam Julii III. putat, Inquisitores esse judices contra omnes blasphemos, sive Blasphemia hæreticalis sit, sive non. *p. 4. tr. 7. res. 8.*

Blasphemia hæreticalis est, quæ hæresim formaliter, aut virtualiter includit.

66. Porrò blasphemia hæreticalis dicitur, quæ hæresim, seu falsum contra fidem formaliter, seu virtualiter continet. Ad blasphemiam item hæreticalem pertinent nomina quædam convicii Deo attributa, ut si eum quis dicat injustum: Nam licet id expresse non affirmetur enunciando, sed simpliciter nominando; nihilominus satis virtualiter affirmatur, cum profertur. Blasphemia autem non hæreticalis dicitur omnis illa, quæ nec formaliter nec eminenter continet falsitatem contra fidem, ut sunt omnes blasphemiæ, quæ proferuntur per modum optandi, impetrandi, aut imprecandi. Item, quæ fiunt nominando aliquid, quod in Deo verè est, sed per modum contumeliæ, & irrisionis. Igitur hæc blasphemia *al dispetto di Dio*, est hæreticalis, quia sensus illius est, quòd id, quòd blasphemans profert; fieri omninò debeat, etiam si Deus sua omnipotentia id nolit, ac proinde derogat divinæ potentiæ: unde possunt Inquisitores tales blasphæmos punire. Ità Floronus *de cas. reser. p. 2. cas. 3. num. 8.* & alii contra Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 5. num 8.* Idem dicendum est de illis verbis, *Rinego Dio.* Ità Roias *de hæret. part 2. num. 170.* & alii communiter. De his autem *Rinego Maria Virgine, San Pietro, &c.* dubium est, & Sanchez *summ. tom. 1. lib. 2. cap. 32. num. 26.* negat esse hæreticales, & de illis Inquisitores cognoscere. Nota, quod blasphæmus punitus sufficienter à Judice laico, potest iterum ab Inquisitoribus propter suspicionem hæresis examinari. At si plenè

Vt hæc, Al dispetto di Dio.

Et hæc, Rinego Dio. Quid de his: Rinego Maria Virgine? Rinego S. Pietro?

examinatus fuit à judice Ecclesiastico, non potest iterum examinari ab Inquisitoribus, quia est crimen misti fori quoad Ecclesiasticum. Ità Sousa *Aphor. lib. 1. cap. 19. numero 24. parte 2. tractat. 7. resolutione 8. à §. Nota* usque in finem.

Item puniunt conspurcantes, & percutientes sacras Imagines.

57. Quartò procedere possunt Inquisitores contra conspurcantes, & percutientes sacras imagines, etiam si id faciant ex iracundia. Ità Bellochius *part. 2. quæst. 1. num. 73.* & alii: quidquid dicant Ghirlandus *de sortil. quæst. 10. n. 12.* Torreblanca *de Mag. lib. 3. c. 8 num. 17.* Hoc enim factum olet hæresim Lutheranam de Imaginibus explodendis. *part. 4. tr. 7. resol. 9.*

Schismaticos.

68. Quintò contra Schismaticos Modi, & species Schismatis recensentur infra *n. 160. p 4. tr. 7. res. 29.*

Sortilegos, divinatores, magos.

69. Sextò contra sortilegos, divinatores, magos, & similes. Circa quos quamvis de jure antiquo tunc solùm cognoscere potuerint, quando dicta crimina saperent hæresim manifestè; hodie tamen ex jure novo Sixti V. cognoscunt omnes sortilegos, & maleficos, ut facientes brevia cum characteribus, seu litteris ignotis, vel recitantes quasdam orationes pro sanãdis infirmis, fabricantes imagines cereas, & punctu-

Etiam si non sapiant hæresim manifestè.

ris eas cruciando ad amorem, vel infirmitatem inducendam, vel maleficia faciendo capillis, ferramentis, clavis, lapidibus &c. ab ore maleficiatorum evomendis. Item aspicientes speculum aut phialam cum candela, & aqua benedicta, & dicentes aliqua verba pro in-

Quod non poterant ante Const. Sixti V.

veniendis furtis, vel ad scienda secreta. Hi omnes ex Riccio *tom. 1. res. 423.* subduntur jurisdictioni D D. Inquisitorum *part. 4. tract. 8. res. 103.* post initium. Sed cumulativè quoad Episcopos: nam correctio juris vitanda est quoties potest, & constitutio Sixti V. est odiosa Ordinariis, & ideò restringenda. Ità Scaccia *de iud. causs. lib. 1. cap. 12. num. 63.* & alii, *part. 4. tract. 8 res. 107. §. Nota tertio.* Qui omnes loquuntur de dicta Constitutione, quasi ubique usu recepta sit. Sed de hoc dubitat Azorius *tom. 2. lib. 9. c. 26. quæst. 4.* & Moura *opusc. 1. sect. 3. cap. 1. num. 9.* suspicatur, saltem in Lusitania non esse receptam. Unde si sortilegia hæresim non sapiant, Freytas *quæst. 5. num. 35.* putat etiam à laicis judicibus cognosci posse, si prævenerunt. *tract. 7. res. 10.* circa medium

Poterant autem in dubio an saperent.

§. 1. Verùm Inquisitores cognoscere poterant sortilegium in dubio, an saperet hæresim manifestè, secluſa etiam Constitutione Sixti V. quia judex delegatus cognoscit, an sua sit jurisdictio. Ità Simanca *tit. 30. n. 21.* qui id probat jure, tatione, & consuetudine. *part. 4. tract. 8. resol. 112.*

Sapit verò manifestam hæresim sortilegium, si adhibeantur Sacramenta, Hostia benedicta, quãvis non consecrata, Sacramentalia, Verba sacra.

70. Porrò sortilegium sapit manifestè hæresim, si in eo adhibeantur Sacramenta. Ita Bernardus Comensis *Lucerna Inquisitoris v. Sacramentis abuti*, & alii contra Locatum *v. Sacerdos, num. 4. part. 4. tract. 8. res. 13.* Secundò, si adhibeatur hostia non consecrata, sed super quam sit celebrata missa. Ità Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 12. numer 44.* & alii contra Ghirlandum *de sortil. quæst. 10. num. 15. part. 4. tract. 7. res 10. §. Quaro.* Tertiò, quoties adhibentur Sacramentalia, aut verba sacra, Ut Evangelium, Symbolum, Pater noster, Ave Maria, Psalmus aliquis, aut alia verba Sacræ Scripturæ, seu aliæ Sanctæ Orationes, aut imagines cereæ, quas vocamus *Agnus Dei*, vestes Sacerdotales, & similes res sacræ. Ita Sesse *tom. 4. decis 463. numer 9.* & alii communiter contra Torreblancam *de mag. l. 3. cap. 8. numer 16.* Et ratio horum omnium est, quia, cum res supradictas sortilegiis adhibent, significant, se credere illas ad maleficiorum operationem vim habere. Idem dic cum supradictis DD. si adhibeantur Sanctorum Reliquiæ. *parte 4, tract. 8. resolutione 14.*

Agnus Dei. Vestes sacerdotales, & similia.

71. Præterea omnis dæmonis invocatio sapit hæresim manifestam, etiam si nulla rerum aut verborum mistura interveniat. Ità Spina *apol. 4. contra Ponzinibium.* Et hoc sive invocatio fiat verbis imperativis, sive deprecativis, hæc enim distinctio est ridicula: Nam O homo tu quis es, qui imperes illi, cui nul-

Omnis etiam dæmonis invocatio sapit manifestè hæresim Sive sit deprecativa, sive imperativa.

cui nulla comparari potest terrena potestas? Omnis ergo invocatio ut effectum habeat, supponit pactum cum dæmone cujus commercium, utpote inimici Dei, nobis interdictum est. Ità Simanca *tit.* 30 *n.* 17. Igitur hæresim sapiunt sortilegi, quoties præsentia vel præterita occulta revelant, ut furta, &c. quia hæc dæmone suggerente sciunt. Item si a dæmone petant; ut tentet alterius pudicitiam, ut inveniat thesaurum, ut impediat, ne ignis filum comburat, transferat hominem, vel rem aliquam de loco ad locum, inducat nebulas, & tempestates, & similia, quæ demon naturali virtute præbere potest, & scire. *p. 4. t. 7. res.* 10. *à §. Sed oritur. & tract. 8. res.* 15.

Nam omnis supponit pactum cum illo Ita est, cum dæmon consulitur de occultis.

Solicitatur ad tentandã alterius pudicitiam.

Inveniendũ thesaurum.

Inducendas tempestates, & similia.

72. Huc spectat primo causa lamiarum, & strigarum, contra quas ait Pegna *in paralip. ad tract. de strig. Bern. Gomens.* tutius esse quod Inquisitores procedant requisitis Ordinariis, sicut in causis hæreticorum ex cap. *per hoc, de hær. in 6.* Si verò soli procedant, totum fore, quidquid sive absolvendo, sive condemnando decreverint, ex const. Alex. IV. ad Angelum de Verona Inquisitorem. Sed praxis Inquisitionis Hispanicæ contra vles consortium Episcoporum admittit, *p. 4. t. 8. res.* 120.

Puniunt similiter lamias, vulgo Dõne di fora.

Ensalmatores.

73. Huc spectat secundò causa ensalmatorum: Nam Inquisitorum est ensalmos cognoscere, & ensalmatores punire, etiam quando non sapiunt hæresim manifestã, saltem cumulativè, ex const. Sixti V. Ita Llamas *3. p. method. c. 3. tit. incant. §. ad secundum.* qui latè ostendit, quinam ensalmi sapiant hæresim manifestam, & qui hodie Inquisitoribus subdantur. Unde patet contra Valentiam *to. 3. disp. 6. q. 13.* delictum ensalmorum non esse misti fori respectu Magistratuum sæcularium. *parte 4. tractat. 8. resolutione 122.*

Revelationes à dæmone proferentes.

74. Possunt etiam cognoscere revelationes mulierc:larum. Ita Moura *opusc. 2. de incant. sect. 2. cap. 3. n.* 19. Et Torre *in 2. 2. tom. 2. quæst. 95. art. 2. disput. 3.* dat regulas ad cognoscendum, quando revelationes sunt à Deo, vel à dæmone. *p. 4. n. 8. res.* 125.

75. Huc spectat tertiò causa Astrologorum judiciariorum, quos DD Inquisitores cognoscunt ex Constitut. Sixti V. quia eorum modus revelandi est valdè periculosus Reipublicæ, multis superstitionibus expositus, & ex occulta dæmonum societate pendere præsumitur. Quod enim dicunt, se eventus non certò affirmare, dicere videntur ad tegendas fraudes, & vitandas pœnas statutas. Ita Scortia *in Bull. Pont. Epit.* 104. *theor.* 361. & alii *parte 4. tractat. 7. resolut.* 17.

Astrologos judiciarios.

76. Et tandem huc spectat cognitio Ægyptianarum vulgò *Zingare*, quæ bonam vel malam fortunam divinant. Possunt enim Inquisitores illas punire, ut docet Villadegio *polit. c. 5. §. 20. num. 30. parte 4. tractat. 8. resolutione 118.* Et hæc quoad sortilegos, & maleficos divinatores, &c.

Ægyptianas vulgò zingare, divinantes fortunam.

77. † Septimò procedere possunt Inquisitores contra legentes, aut retinẽtes libros hæreticorum, necromanticorum pentacula †, & ex constit. novissima Urbani VIII. libros Astrologiæ judiciariæ, nec non libros ab ipsis Inquisitoribus prohibitos. Ita Sousa *aphor. Inqu. lib. 1. c. 31. n. 54. p. 4. tract. 7. resol. 61. §. Non desinam.*

Item puniunt legentes aut retinentes libros hæreticorum, necromanticorum &c.

78. Octavò procedere possunt contra laicos & Ecclesiasticos non Sacerdotes Missam celebrantes, aut confessionẽ excipientes, ex constitutionibus Pauli IV. Greg. XIII. Sixti V. & Clem. VIII. quas affert, & explicat Scortia *in Bull. epit.* 162 *theor.* 403. *part. 4. tract. 7. res.* 11. & 12. Item contra Sacerdotem non consecrantem hostiam, & vinum appositum, eo quod est in peccato mortali, sed verba consecrationis super particulam consecratam proferentem, & elevantem hostiam non consecratam. Ita Sariola *v. Sacerdos §. 12. cit. §. Notandum.*

Non sacerdotes celebrantes, aut Confessionem excipientes. Sacerdotes celebrantes, & non consecrantes.

79. Nonò procedere possunt contra Confessarios sollicitantes pœnitentes in Confessione, vel Confessionis prætextu, &c. juxtà Constitutiones Pauli IX. Pii IV. Clement. VIII. & Gregorii XV. Imò Sanctarellus *de hæret. cap. 44. dub. 1. num. 2.* putat, Inquisitoribus hanc cogni-

Confessarios sollicitantes.

tionem competere de jure communi, quia tales Confessarii sunt suspecti de hæresi, ut probat Peyrinus *priv. Minim. tom.2. constit.4 Greg.XV.§.3. n.6.* Sed cumulativè quoad Episcopos. Vide *verb. Episcopi jurisdictio in Confessarios solicitantes p.4.tr.7.res.7.*

Non declarantes pœnitenti sollicitata obligationem revelandi.

80. Item contra Confessarios non declarantes pœnitenti sollicitate obligationem denunciandi, vel (& multò magis) si dicant, non teneri, cum teneretur. Ita Sousa *aphor. lib.1. cit. 34. numer. 73. parte 4. tractat.7. resolutione 7.§. Nota etiam.*

Aut revelantes Confessiones cum aliquo errore circa fidem.

81. Item contra confessarios revelantes Confessiones cum errore, putantes scilicet id sibi licere, vel aliter malè de Sacramentis Ecclesiæ sentientes, seclusò errore, non possunt contra eos procedere. Ità Molfesius *tom.1. tr.7. c.23. n. 68. p.4. tr.8. res 95.*

Quid si prætextu Iubilæi hæresim absolvant? Varia placita.

82. Vasquez *in 3. part. tom.4. de excomm. dub.19. num.15. & 16.* advertit, Inquisitores procedere etiam solitos contra Cõfessarios prætextu Jubilæi hæresim absolventes. Sed hoc factum displicet Sancio *select. disp. 44. num. 23.* quia nemo puniri debet absque culpa ex *l. si putatur, ff. ad leg. Aquiliam, C. satis perversum, dist.561 inventum;* talis verò Confessarius cum utatur opinione probabili, nullam culpam committit. Sed ego hujus dubii resolutionem prudentiæ DD. Inquisitorum remitto. *parte 4. tractat. 8. resolutione.179.*

Item puniunt Matrimoniũ contrahentes post votum castitatis solemne. Sicut votum solemne emittentes post conjugium sine licentia uxoris.

83.† Decimò, contra Clericos constitutos in Sacris, vel Religiosos professos matrimonium contrahentes †. Itẽ contra conjugatum, qui uxore manente in sæculo, absque ejus licentia in Religione profitetur, vel Ordines sacros assumit. Ità Cantera *c.1. de hær. n.71. p.4. t.7. res.4. §. Nota secundò.*

Ducentes uxorem hæreticam.

84. Undecimò, contra ducentem uxorem hæreticam. Ità Sanctarellus *de hær. c.41. dub.3. num.1.* An verò simile matrimonium possit ex aliqua causa justificari, vide sup. V. *n.30. p.4. t.7. res.5. §. Notandum est.*

Aut contrahentes binas nuptias.

85. Item contra contrahentes binas nuptias nõ solum quando sunt ex genere Mahumetano, & nuptias palam celebrant, ut perperam docuit Simanca *tit. 40. num.3. & 4.* sed absolutè & simpliciter in quocumque casu, Ita Freyta *add. ad Acug. quæst.2. n.32.* & alii *p. 4. tr.7. res.4. §. Verùm* propè finem.

86. Sed difficultas est, an tale crimen sit misti fori. Et Sousa *lib.2. cap. 35. num. 18.* tale fuisse inquit, stando in jure communi; nunc autem ad solos inquisitores pertinere, & extare de hac re declarationem Summi Pontificis ad Inquisitorem Lusitaniæ. Sed Genuensis *prax. cap.68. num.13.* etiam nunc esse misti fori, inquit; cum hoc tamen, quod si reum Curia sæcularis præveniat, ad inquisitorem remittere debeat, qui ipsum torqueat super intentione, & abjurare faciat, & deinde ad Curiam sæcularem remittat, puniendum pro bigamia. Si verò præveniat inquisitor, puniatur in totum ab ipso, nec se possit amplius Curia sæcularis ingerere. Idque ex litteris Congregationis S. Officii, quæ conservantur in Curia. *p.4. tr.7. res.4.*

Item puniunt spretores campanarũ.

87. Duodecimò procedere possunt contra spretos campanarum, ut quidam olim fuit, qui nocte Sabbati Sãcti abstulit à quibusdam campanis malleolum, & apposuit in arbore nucis. Ratio est, quia despectus campanarum est unus de Turcarum erroribus. Ita Riccius *t.1. res.423. p.4. tr.8. res.102.* in fine.

Frangentes cedulones declarantes quempiam in excommunicationem incurrisse.

88. Decimotertiò, contra frangentes cedulones, in quibus aliqui declarantur excommunicati; quia tales sunt suspecti de hæresi. Et sic observat Homobonus *part.4 resp.16. vol.1.* in Curia Archiepiscopali Salernitana decisum esse. *Ibid.* initio.

Insordescentes in excommunicatione per annum.

89. Decimoquartò, contra insordescentes in excommunicatione per annũ; quia tales sunt suspecti de hæresi, ut docet Tridentinum *sess.25 c.3.* & cum multis DD. Rojas *sing.60. n.2* Imò hanc sententiam Palaus *in sum. tom.1. tr.4. disp.4. punct.2. num.6.* adeo veram existimat, ut dicat, eam procedere: etiam quando excommunicatio lata fuit ex causa civili; quia æqua, imò major contumacia videtur in eo, quem à comparẽdo levior causa re-

sa retardat, Sed ego cum Barbosa *tom. 3. l. 5. tit. 2. c. 6. n. 6.* contrarium teneo quod decidit Romana Rota apud Gonzales *in reg. 8. Cancell. Gloss. 5. n. 106.* Imò inquisitores Hispani cõtra eos tantùm excommunicatos post annum procedunt, qui excommunicati sunt ex causa fidei. Idẽ docet Genuensis *in prax. c 68. num. 8.* de inquisitione Romana: sed Sousa *lib. 1. c. 27. n. 6.* negat *p. 4. t 7. res. 18.*

Et causa fidei

Comedentes carnes diebus prohibitis. Non confitentes, & non communicantes in Paschate.

90. Decimoquintò, contra comedentes carnes diebus prohibitis, & non recipientes Sacramenta Pœnitentiæ vel Eucharistiæ semel in anno, quia tales sunt de hæresi vehementer suspecti. Ita Zeccius *tom. 1. tit. de fide, cap. 11. num 5.* Verum tamen est, quòd supradicta fieri possunt sine mentis errore, quod inquisitores ex personarum, facti, & temporis qualitatibus deprehendent. Sed contra non communicantes in Paschate procedere solent Episcopi. *part. 4 tractat 8. resolut. 38.* Et in esu carnium excusat parva materia, ut dictum est. *verb. Jejunium, n. 49.*

Sumentes in Communione plures Hostias

91. Decimoseptimò, contra sumentes in Communione plures Hostias, seu Particulas. Ita Hæredia *de sacram. titul. de Euchar, dist 2. part 9. d. un. n. 1. p. 4. t. 8. res 96.*

Et disputantes de fide in casibus prohibitis.

92. Decimooctavo, contra disputantes de fide in casibus à jure prohibitis juxta ea, quæ diximus *verb. Excommunicationes, n. 5.* Ita Zarnardus *p. 2. c 6. q. 32 p. 4. tr. 8. resol 56.*

Puniunt itẽ inquisitores hæreticorum fautores, defensores, & receptatores.

93. Decimononò contra fautores, defensores, & receptatores hæreticorum. Ita Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 1. quæst. 33. num. 4.* ex DD. communi. *p. 4. t. 7. res 21.*

Et ut tales, Magistratus aliquid contra eorum jurisdictionẽ statuentes.

94. Vigesimò proinde procedere possunt contra Magistratus, primò si aliquid statuant, quòd eorum jurisdictionem impediat, cogendo eos censuris, ut talia decreta revocent, quæ ipso jure sunt irrita ex c *statutum, de hær. in 6.* & ex Bullis Alexandri IV. Innocentis IV & Urbani IV. Ita Zanardus *part. 1. c. 6. q. 28 p. 4 tract. 8 resolut. 104.* Secundò, si negligant præstare auxilium, & favorem pro capiendis hæreticis, & cetera. Ita Castrus *lib. 2. cap. 1. num. 16. part. 4. t. 8. resol. 65. & 104.* ante §. *Notandum.* Tertiò, si latam contra hæreticos sententiam exequi nolint, cogendo illos censuris, & inquirendo contra illos tamquam fautores hæreticorum. Neque obstat prætextus, quod sententia sit injusta; nam nullo pacto se in causis hæreticalibus intromittere possunt. Ita Pegna, *part. 3 q. 36. comm 85 p. 1. tract. 2. res 135. part 4. tract. 8 resol. 26* Quartò, si ministros S. Inquisitionis, denunciatores, testes, &c. perterrefaciant. Quintò si aliquem ex ipsis, vel eorum Advocatum, Procuratorem, Notarium, Testem, accusatorem, vel alium S. Inquisitionis ministrum offendant, offendere tentent, teneant, dejiciant, vel quomodolibet Officium S Inquisitionis impediant, ut minutim recenset Pius V. in Bulla *si de proterendis, edita ann. 1569. §. 2. 3 4.* quam Bullam Urbanus VIII. novissimè renovavit. Sextò, si trahant ad sua tribunalia Personas Ecclesiasticas extra casus a jure permissos. Ita Salonius *in 2. 2. D. Th. q 67. art. 1. contr. 1. concl. 3. p. 7. tr. 1. res. 18. §. Et tandem.* Quæ omnia à fortiori procedunt in aliis personis similia perpetrantibus. *p. 4. tract. 7. res. 13.* & ex parte etiam in *p. 3. t. 1. res. 9. §. Sed his,* circa finem.

Aut quovis modo S. Officium impedientes.

In quibus casibus potiori jure puniunt personas subditas.

95. Qui omnes subduntur etiam inquisitorum judicio, si aliquem ex illis injuriaverint, sive factis, sive verbis: quia non solum ipsi injuriantur, sed etiam S. Officium inquisitionis, ac proinde Ecclesia, & fides. Ita Bobadilla *tom. 4. l. 2. c. 17. n. 112. p. 4. t 8. res. 91.*

Maximè, si illorum quæ-piam injuria. verint.

96. Item, si dent consilium reo detento in carceribus inquisitorum, ipsis invitis, etiam justum. Ita Locatus *pr. Inquis. cas. 10. Placent. p 4 tr 8 res. 67.*

Reo in suis carceribus consilium dederint.

97. Item, si transferant arma, equos, &c. in terras infidelium. Sed contra tales procedit tantum inquisitio Hispanica. Ita Cantera *qq crim. cap 1. de har. n. 68. p. 4 t. 7. res. 19.*

Arma, equos &c. in terras infidelium transtulerint

98 † Vigesimoprimò procedere possunt inquisitores contra falsos testes deponentes in causa hæresis, eorumque corruptores; & c Sanctarellus *de har. cap. 39 dub. 3. n 17. p. 4. t. 7. res. 16.*

Item testes falsum deponentes in causa fidei, eosque corrumpentes.

99. Vige-

Et in certis Regnis Hispaniarum sodomitas.

99. Vigesimo secundò inquisitores Lusitaniæ ex const. Pii IV. & Greg. XIII. & ex Privilegio Regis, ut notat Moura *de incogn. op. c. 1. sec 3. c. 1. nu. 16.* procedere possunt contra sodomitas. Quòd etiam de inquisitoribus Valentiæ, Aragoniæ, & Barcinonæ ex Bulla Clem. *VIII.* testatur Palaus *tom. 1. tr. 4. disp. 8. punct. 12. n. 11. p. 4. t. 7. ref. 20.*

An sint Judices competentes reconciliatorum, Hispanicè (Sambenitados.)

100 Vigesimo tertiò secundum quosdam apud Roias *singul. 68. num. 1. & 3.* inquisitores sunt judices competentes super reconciliatos, Hispanicè *sambenitados.* Sed ipse meritò contrarium tenet. Nec obstat cap. *si ud 11. quæst. 2.* Nam, ut observat Pegna, varias habet expositiones. Attamen non est dubitandum, si inter se dicti pœnitentes rixati fuerint, dum in carceribus detinentur, vel propter habitum pœnitentiæ unus in alterum convicia dixerit, posse inquisitores illos punire Ita Roias *ibid.* contra Farinacium *de hær. quæst. 186. n. 37. in fine p. 4. t. 8. ref 69.*

Respondeo in aliquibus casibus affirmativè.

Sicut si pœnitentiam ab ipsis impositam non impleverint.

101. Possunt etiam tales, & omnes alios punire, si pœnitentias ab ipsis impositas non adimpleant: sunt enim de hæresi suspecti, quasi præcedens illorum conversio ficta fuerit. Ita Simanca *ench titul. 61. numer. 7. parte 4. tractat. 7. resol. 14.*

102. Hæc sunt delicta, in quibus inquisitores habent jurisdictionem in Christianos. Nam

Puniunt itâ Judæos negãtes Deũ unũ æternum, omnipotentem, creatorem omnem.

103. Vigesimo quartò procedere etiam possunt ex Bulla Gregorii *XIII. edita anno 1561.* contra Judæos negantes, quæ habent cum Christianis communia circa fidem, ut Deum esse unum, æternum omnipotentem, omnium creatorem; aut id alicui etiam privatim insinuantes.

Et sic ad sectã Saracenorum vel aliam impiam transeuntes.

Et ex hoc capite punire Judæos possunt, si ad sectam v. g. Saracenorum transierint, quia tunc necesse habent peccare in his, quæ communiter nobiscum credunt. Ita Directorium *part. 2. quæst. 46.* contra Sousam *libro primo cap. 37. num. 27. part. 4. tract 7. ref. 2.* initio, *& §. Sed ex dictis.*

Dæmones invocantes, colentes, atque ad hæc Christianos perdu-

Dæmones item invocantes, consulentes, eis immolantes, thus, & alias fumigationes offerentes Verbo, facto, exemplo, aliove modo nefaria hujusmodi docentes Christianos, vel ad ea perducere tentantes. Christum purum hominem aut peccatorem, Deive Matrem non Virginem, similesve hæreticales blasphæmias proferentes. Auxilio, consilio, opere Christianum à fide ad impias sectas, superstitiones, aut hæresim sollicitantes. Aliquem à fide vel Baptismo post ejus declaratam nutu, verbo, facto, aut alio quocumque modo voluntatem retrahentes, dehortantes, aut quovis modo impedientes Hæreticos, apostatasve scienter receptantes, alentes, commeatu juvantes, associantes, deducentes vel deducendos, & associandos curantes, defendentes, & quomodolibet auxilium, consilium, favorem deferentes, vel facientes, ne ab eis perpetrata investigari queant. Prohibitos libros defe rentes, retinentes, aut divulganes, vel ad eam rem operam suam conferentes. Decisioni habentes Christianos: sacram Hostiam, Crucem, Christum Dominum conspuentes, vel facientes quid simile. Agnum, ovem, aut aliud quid cruci affigentes, aut appendentes. Christianas nutrices tenentes, vel cogentes quando Christũ. Hostiam, Crucẽ effundere lac in cloacas, aut latrinas. Et in his casibus Inquisitores procedere possunt non solùm contra Judæos; sed etiam Mauros, & alios quoscumque infideles. Ita Ricciullus *de jure pers. lib. 1. cap. 5 numer. 7. part. 4. tractat. 7. resolutione 2.*

cere tentãtes. Hæreticaliter de Christo & Christipara blesphemantes. Christianos ad hæresim vel aliã falsam sectam sollicitantes. Aliquem à voluntate Baptismi retrahentes. Hæreticos, & apostatas receptantes, aut quovis modo juvantes, Libros prohibitos deferentes, &c. Christianos deridentes. Christũ. Hostiam, Crucẽ contumeliosè tractantes. Et similia nefaria peragentes. In quibus casibus puniunt etiam Mauros, & alios infideles.

INQVISITORVM IVRISDICTIO

Quoad torturam.

Inquisitores debent esse proniores ad torturam quàm alii judices.

104 INquisitores debent esse proniores ad torturam; quia crimen hæresis est occultum, & difficilis probationis Ita Rojas *de haret. part. 2. numer. 295. 296.* & alii contra Torreblancam *de mag. lib 3. cap. 19. num. 3.* Simanca *Ench. c. 52. num 26. & cath. inst. tit. 65. n. 51.* addit aliam rationem; quia confessio rei in

Est enim tortura accasu

comodatio, abjuratione, & purgatione ad terminandum processum semiplenum.

casu hæresis non solùm Reipublicæ, sed ipsimet hæretico proficit, Vnde inter remedia terminandi processum, quando reus est tantum indiciatus, tortura videtur cæteris ad veritatem eruendam accommodatior: cum purgatio, & abjuratio potius inventæ sint ad excludendam suspicionem, & infamiam hæresis. Ita Pegna *p.3. commen* 39. ex Instructione Toletan. *ann.*1561. *num.*46. 47.48. Secundum quam licèt quando adsunt indicia ad torturam; indici possit purgatio: melius tamen esse, ait Genuensis *in praxi cap.* 32. quod reum torqueant. Et ita conclusum esse in Curia Archiepiscopali Neapolitana *part.*4.*tr.*6.*resol.*1. Quod etiam procedit in Clericis. Ita Guazzinus *tom.*2.*lib.*1.*defen.*30.*cap.*10.*n.*6.*ibid.resol.*36. in fine.

Non debet tamen adhiberi, quando delictum alia via probatur.

105 Cæterùm cum tortura sit remedium subsidiarium, & ultimum, adhibendum solùm in defectu testium, ut inter alius Porrell. *verb. Tortura, num.*4. quoties delictum alia via probari potest, a tortura abstinere debent. *ibidem §. Notandum.*

Nec sine sufficientibus indiciis.

106. Et quamvis doceat Delrius *disq. magic. appen.*2.*lib.*5.*quæst.*22. leviora indicia requiri ad torquendum reum in crimine hæresis, quàm in aliis criminibus, Simanca *in ench. tit.*52.*numer* 52. & alii ex l.1. *in princip ff. de quæst.* ibi, *ita ut sola servorum confessio deesse videatur*, & ex l. *milites, §. oportet*, & l. *cum cognitionaliter. Cod. eod. tit.* requirunt in hoc crimine indicia magna, & vehementer urgentia, ita ut sola rei confessio deesse videatur. (Quod in particulari de Clericis, & Religiosis docet Guazzinus *tom.*2.*lib* 1. *defens.* 30. *c.* 10. *num.* 6. propter præsumptionem bonitatis, quam ipsi habent. *Vbi infra resol.*36. *in fine.*) Quænam autem sint indicia magna, & urgentia, docent Blancus *de indic.num.*10. & Guazzinus *tom.*2. *lib.* 1.*defens.*30.*cap* 4 *num.*3. Sed ego puto in hoc dari non posse certam regulam, sed standum arbitrio DD. Inquisitorum, pensatis circumstantiis in casu particulari. Ita Caballus *resol. crimin. cent.* 3.*cas.*251.*num.*14. & alii. Verùm Inquisitorum arbitrium non est absolutum, sed limitatum secundùm juris dispositionem. Ambrosinus *de proc. inform. lib.* 4. *cap.*1.*n.*15. & alii communiter. Unde, si reus sine legitimis indiciis tortus confiteatur, talis confessio nihil confitenti præjudicat; etiamsi superveniant legitima indicia. Ita Binsfeldius *comm. de malef. & math. leg.* 7.*q.*2.*conclus.*2. Immò etiamsi indicium supervenies sit indicium confessionis extrajudicialis. Ita Quevedo *de indic. & tort. part.* 2.*cap.*4.*n.*11. contra Marsilium *in l.q.n.*63. *de q.p* 4. *tr.*6.*resol.*2.

Arbitrio Inquisitorum.

Vnde si reus sine legitimis indiciis tortus confiteatur confessio non illi præjudicat.

107 Si sint indicia sufficientia ad torturam, sed reus illa eliderit per alia indicia, non potest torqueri. Ita Guazzinus *tom.*2.*lib.*1.*defen.*20.*cap.*4.*n.*23. DD. communiter. Imò secundum Grammaticum *vot* 3.*num.*20. & alios, unum indicium pro reo tollit indicia fisci, ut torqueri non possit. Sed hoc non placet. Sicut non placet doctrina Bajardi *add. ad Clar.q.*64.*num.* 98. quod sit in arbitrio judicis, super quale indicium reus debet torqueri: quia ut torqueri debeat, omnia indicia cumulari debent. Ita Cavalcanus *de brach. regio, part.*3.134.*ibid.*§. *Et tandem.*

Quid si reus indicia sufficientia per alia indicia confutaret.

108. Si Inquisitores habent vehementem opinionem contra reum, quamvis extra processum, possunt eum verbaliter terrere, minando torturam, etiam si indicia legitima non procedant: quia hoc non est torquere. Nisi sit persona timida. Ita Guazzinus *tom.*2.*l.b.*1.*defens.*30.*cap.*5.*num.*3. Qui addit, quòd quando adsunt indicia ad terrendum, vel leviter torquendum, possunt judices reum in loco torturæ spoliare, & funi alligare, vel in saltum elevare. Quod personalis *tractat. de indic n.*78. exemplificat, quando judex haberet unicum testem non integrum, vel duos testes singulares deponentes de indiciis remotis. Et Peregrinus *cons.*2.*n.*104. docuit, unum indicium remotum sufficere ad inferendam torturam levem. Sed hæc doctrina in nostro Tribunali non est in usu *ibid.*§. *Notandum.*

Et an deficiente sufficiente probatione, terrere reũ possint.

Minando torturam.

Ducendo ad locum torturæ?

Spoliando ibi?

Et funi alligando.

109. † Ut ergo reus torqueri possit, requi-

Quid requi-

natur ad indicendam torturam? Quænam indicia?

requiritur sufficientia testium deponentium vel immediatè de ipso delicto, vel de confessione rei extrajudiciali, vel de fam.ᵒ, vel de indicio proximo, & maximè inferente delictum, vel etiam de remotis. † Nam indicium proximũ, quamvis unicum, sufficit ad torturam, ut patet ex Carerio *in pract. l. observare curabis, num.* 109. & aliis. Unicum verò indicium remotum non sufficit: sed debent esse saltem duo. Et tunc Bertazzolius *in l. mox citat.* docet sufficere, etiam si sint levia. Cui subscribit Delrius *appen. 2. lib. 6. quæst.* 2. etiam in casu, quo in jure non sint expressa; dummodo sint verisimilia, & probata saltem per duos testes; quod est valdè notandum, *part. 4 tr. 6. resol. 4.*

Et testes?

110. Cæterùm, si testimonium sit immediatè de ipso delicto, sufficit etiam si sit unicũ, dummodo sit omni exceptione majus. Ita Villadiego *in polit. cap. 3. n.* 367. Erit verò omni exceptione major testis secundum Gloss *verb. majores, cap. 1. de affin. & consang.* si nulla exceptione repelli poterit, seu nullam prorsus maculam contraxerit, *part. 4. tractat 6. resolutione 6.*

Præsertim in reo bonæ famæ?

111. Adverte tamen, quòd si reus sit bonæ famæ, non potest torqueri ex dicto unius testis, etiam omni exceptione majoris, ut docet Sanctarellus *c. 41. dub. 1. n. 1.* quamquam contrarium docet Caballus *cent. 1 cas. 84. num. 15.* E contra verò, si reus sit malæ vitæ, torqueri potest ex testimonio unius de visu, quamvis non omni exceptione majoris, ut docet Farinacius *quæstion. 37. numer. 65.* dummodo non sit ipso jure inhabilis, vel non patiatur plures defectus. *Ibid. §. Sed quid.*

112. Quando habentur duo indicia remota, ut ad torturam sufficiant, probari debent singula duobus testibus. Idque Farinacius *n* 14. adeò verum putat, ut *n.* 16. dicat unicum testem, quamvis omni exceptione majorem, non probare remotum indicium. Et juxta hanc doctrinam Clarus *lib. 5. §. fin. quæst. 22. num. 2.* concordat Gloss. *in l. fin. v. vel indiciis C. fam. harcis.* cum Gloss. *in l. si quis v. vel convictus C. ad leg. Juliã majest.* quæ videntur sibi contrariæ. *part. 4. tractat. 6. resol. 3.* Duo autem testes contestes probant indicia remota, etiamsi aliàs non sint idonei, ut familiares, infames, &c. Ita Rojas *de har. part. 2. num.* 289. contra Menochium *de præsumpt lib. 1. cap. 91. n. 5.* Et ratio est; quia indicia remota, ut sufficiant ad torturam, debent esse duo, & probata per duos, & duos, & ita quatuor testes: quos proinde non oportet esse omni exceptione majores, sicut is, qui immediatè deponit de delicto: hic enim solus sufficit ad torturam. *Ibid. §. Nota.*

113. Si verò indicia remota sint plura duobus, tunc & satis est probari testibus singularibus, ut docet Locatus *q* 35. contra Simancam *tit. 65. nu.* 4. Et Caballus *cent. 2. cas.* 193. *n.* 6. probabiliter sentit, sufficere singulares minus idoneos, & repulsatos. Quamvis Sousa *lib. 2. cap. 39.* sententiam Locati limitet ad indicia proxima. *part. 4 tr. 6. resol. 5.*

114. Et ad particularia descendendo, Inquisitores Romani (nam Hispani Confessarios sollicitantes torquere non solent) non possunt torquere Confessarium sollicitantem ex delatione unius fœminæ quantumvis honestæ, & bonæ famæ. Quidquid cõtra sentiat Zanardus *part. 3. cap.* 88. Probatur à majori; quia delatio cujusvis fœminæ unicæ non sufficit ad detrudendum in carcerem Confessarium, ut contra Canteram *apud ipsum* optimè observat Sousa *de Confess. sollicit. tractat. 2. cap 21. numer. 6.* ergo multò minus sufficeret ad eum torquendum. Et ratio est; quia mulier nunquam est testis omni exceptione major. Igitur Inquisitorum arbitrio remittitur, quinam testium numerus in hoc delicto sufficiat, consideratis circumstantiis, qualitate reorum, & testium, &c. In Tribunali Hispanico talis Confessarius nunquam detruditur, nisi à duobus, vel tribus denuncietur, ut observat Sousa *ibid. num.* 7. Et si est Religiosus, non detruditur in carcerem secretum sine consilio supremi Senatus. *p. 4. tr. 6. resol. 21.*

Certè non possunt torquere Confessariũ sollicitantem ex delatione unius fœminæ quantumvis honestæ. Imò nec incarcerare.

115. Præ-

Item nec ex dicto unius testis minoris 20. annis.

115. Præterea non possunt inquisitores torquere reum ex dicto unius testis minoris viginti annis, quia talis testis non est omni exceptione major, nec integer, cum non habeat ætatem requisitam in *l. in testimonium.* Ita Cantera *qq. crim. cap. 2. de prob per testes quæst. 1. n. 31.* contra Bartolum *in leg. de minor de quæst. in prin.* Sufficiunt tamen duo testes minores, quia secundus facit novum indicium, cum quo testimonium unius sufficit ad torturam. Ita Delrius *disq. mag. app. 2. lib. 5. quæst. 15. litt. F.* Et Cantera *ubi supr.* observat in Consilio Supremo inquisitionis ex dicto unius testis mulieris, & minoris captos fuisse duos homines pro hæresi, qui erant de genere Maurorum, & quorum ceremoniæ erant Mahumetanæ; quia nimirum contra eos erat præsumptio, cum ex malis parentibus præsumatur contra filios, ex cap. *quia verisimile, de præsumpt. p. 4 tr. 6. resol. 25.*

Et in Clericis præter indicia piũ est, exigere infamiam.

116. In Clericis præter indicia requiri infamiam, docet Cantera *q. 11. de reo, n. 11* & alii. Quæ opinio est probabilis, & pia, ac multum favens statui Clericorum. Sed in casu hæresis contrarium tenendum puto cum Pegna *part. 3. comm. 110. litt. F.* & aliis, quia majus periculum imminet in Clerico, & Doctore, qui magis possunt alios lædere sua doctrina, quam in laicis ignaris. Et dato quod infamia necessaria sit ad Clericum torquendum, hæc sufficienter habetur ex semiplena probatione, aliisque indiciis, quæ eum suspectum, & infamatum reddunt. Observent tamen inquisitores, quòd in casu occurrenti, cæteris paribus, mitius torquendi sunt Clerici, quàm laici Ità Pegna *ibid.* & alii contra Quevedo *de indic. part. 1. cap. 12. n. 17. p. 4. tr. 6. resol. 36.*

Et in casu, quo torquendi sunt, torquere mitius.

Non sufficit ad torquendum reũ dictum socii criminis.

117. Inquisitores non possunt reum torquere ex solo dicto socii criminis, nisi aliud indicium, aut præsumptio concurrat: quia ex dictis *suprà* ad torturam tunc sufficit unicus testis, quando est omni exceptione major qui facit probationem semiplenam: talis autem non est socius criminis. Ita Cantera *qq. crim. c. 2. q. 1. n. 57.* & alii contra Blancum *de indic. ad l. fin. d. q. n. 378. & 179.* & alios *part. 4. tr. 7. res. 7.*

118. Quænam verò adminicula sufficiunt ad torquendum, si adsit dictum unius socii criminis? Peguera *decis. crim. 5. num. 35.* ait, id in lege non inveniri determinatum, ideò Inquisitorum arbitrio remittit. Sed, ad sedandos illorum scrupulos, apponam aliquos casus ex Quevedo *de indic. & tort. part. 2 cap. 5. num. 5.* & Sousa *lib. 2. cap. 25. num. 24.* in quibus dari potest tortura cum unius socii dicto. Primus est, quando concurrunt testes de auditu. Secundus, quando concurrit fama. Tertius, quando concurrit fuga. Quartus, si concurrat stricta amicitia nominati cum socio. Quintus, si secreta allocutio, & conversatio cum eodem. Mascardus *de prob. concl. 1318. numer. 43.* ait dictum socii facere indicium, si interrogetur à judice, non autem si sponte proferatur. Contrarium sentit Quevedo *ubi suprà num. 17.* nam dictum voluntarium minus corruptum præsumitur. Sed quidquid sit de hoc: nam in nostro Tribunali socii criminis semper habentur ex interrogatorio judicis, & si se diffundunt, id faciunt ex metu censurarum. *part. 4. tr. 6. resol. 7. §. Notandum est tamen hic obiter, & resol. 9. § Notandum.*

Nisi concurrant.

Testes de auditu. Fama. Fuga.

Stricta amicitia, aut collocutio cum tali socio.

In quibus casibus non oportet quod præcesserit interrogatio judicis.

119. Monticellus *in præx. crim. reg. 4. num. 46.* ait, non sufficere dictum sociis criminis adminiculatum, nisi accedat mala nominati conversatio, & fama: nam bona fama elidit indicium resultans ex socii dicto. Sed ego id remitto Inquisitorum arbitrio; nam si cum tali dicto concurrerent tot adminicula, & præsumptiones, ut superarent bonam famam, nominatus omninò torquendus esset, Ita Farinacius *quæst. 34. num. 188.* Non nego tamen, personas ingentis famæ, & qualitatis torqueri nõ posse ex dicto unius socii quantumvis adminiculato, ut si Princeps à subditis denunciaretur, ait Delrius *disq. magic. append 2. lib. 5. quæst. 6.* aut (addo ipse) denunciaretur persona, quæ in Civitate pro Religioso, eximiæ sanctitatis

Et, si adminicula superant bonam famam, hæc non obest.

Quãvis fama ingens elidat dictum etiam duorum, & triũ sociorum criminis.

publicè haberetur. Nam merita præcedentis vitæ plurimi facienda sunt ex *l. 3. §. sed si ex improviso*, & aliis. Unde cum his non solum unius, sed etiam duorum, & trium sociorum criminis dictum non sufficeret ad torturam; quod tamen in aliis sufficit, etiam si nulla adsint indicia, ut docet Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 9. punct. 15. §. 4. num. 1.* contra Zanardum *part. 3. cap. 9.* imò etiam si non sint contestes, ex Sousa *Aph. lib. 2. cap. 39 numer. 55 part. 4. tr. 6. resol. 7. § Notandum est tamen hic, quod & §. & tandem, & resolut. 9.*

Quòd in aliis sufficit ad torturam.

Etiam, si nulla adsint indicia.

120. Sed quid, si socius criminis præter hoc crimen, quod confitetur, patitur alios defectus? Ut si est infamis, perjurus, &c. Respondeo, non posse Inquisitores ex ejus dicto quantumvis adminiculato reum torquere. Ita Delrius *lib. 5. sect. 3.* qui tamen *append. 2. q. 17. lib. 5.* contrariam sententiam tenendam esse putat, utpotè Reipublicæ, & justitiæ utiliorem: nam alioquin numquam inveniretur idoneus, cum malefici, & similes plurimi, horrendisque criminibus sint innodati. Sed contraria opinio, quam docuimus, est communis. Et ex ea Farinacius infert, quòd si reus primò examinatus delictum negaret, & complices, vel de se confessus delictum, interrogatus de complicibus, illos taceret; si postea iterum de complicibus interrogatus, vel tortus, spontè, aut per torturam, à prima depositione variando socios nominaret, talis nominatio non faceret indicium ad socios torquendos sufficiens, & hoc ex defectu perjurii, nisi cum illius dicto gravia concurrerent adminicula. *part. 4. tract. 6. resolutione 8.*

Et ipsi non sint contestes.

Socius criminis, alias inhabilis non sufficit ad torquendum complicem.

Corollarium.

Facit tamen fidem absque tortura.

121. Ut socii criminis fidem faciant, secundum Delrium *lib. 5. sect. 3.* & alios torqueri debent. Sed placet opinio Simancæ *tit. 53. nu. 38* quod sufficiat juramentum. Et ita, servatur in Tribunali Inquisitionis Hispanicæ, & teste Ballo *tract. var. lib. 1. quæst. 26. num. 6.* in magna Regia Curia hujus Regni. *part. 4. tract. 6. resol. 10.*

Sicut etiam

122. Similiter nec torqueri debent testes inhabiles, ut excommunicati, infames, &c. quos dicemus infrà *num. 104* in causis fidei admitti posse. Sed indicium faciunt, sive majus, sive minus, spectatis personarum qualitate, & aliis circumstantiis, etiamsi spontè, & sine tormento testificentur. Possunt tamen, immò quandoque etiam debent torqueri, quando id DD. Inquisitores judicaverint expedire. Ita Pegna *part. 3, quæst. 46. comm. 113.* & alii contra Sanctarellum *de hæret. cap. 38. dub. unic. num. 1.* Et ita sine tortura admittuntur testes inhabiles in Inquisitione Hispan, & (teste Riccio *part. 2. dec. 1. 258.*) in Curia Archiepiscopali Neapolitana. *part. 4. tr. 6. resol. 11.*

testes inhabiles.

123. Qui tortus ex dicto socii criminis adminiculato, non confitetur, potest iterum torqueri, si postea alii duo socii criminis de eodem delicto testificentur. Ita Giurba *cons. crim. 50. num. 42.* Licet alii in homine bonæ famę & vitæ id procedere negent *part. 4. tr. 6. resol. 7. §. Notandum secundò.*

Tortus autē ex dicto socii criminis, & negativus, super testificantibus aliis duobus potest iterum torqueri.

124. Dictum sagarum, & lamiarum, vulgò *Donne di fora*, quòd in suo ipsarum conventu personam viderint alioqui bonæ famæ, non sufficiet ad illam torquendam: quia in testimonio sagarum est peculiaris difficultas, quoniam multoties non corporaliter, sed per dæmonum illusionem alios in suis conventiculis vident, quo modo videre possunt quascunque personas, etiam sanctas, si in earum personam se alii transformant. Ita Farinacius *de hæret. quæst. 185 §. 8. n. 151.* & alii contra Delrium *l. 5. sect. 3.* Ideò in casu contingenti DD. Inquisitores consulant Tannerum *tom. 3 disp. 4. q. 5. dub. 2.* Palaus *tom. 1. tr. 4 disp. 8. punct. 16. §. 5. num. 2.* observat, in Tribunali Hispanico ex depositione præcisa complicum, sine indiciis; aliisque adminiculis, reum pro hoc delicto minimè capi. *part. 4. tr. 6. resol. 30.*

Dictū lamiarum vulgò (Donne di fora) non sufficit ad torturam.

125. Fama sola ad torturam nō sufficit, nisi persona infamata sit vilis, & fama non sit orta à malevolis aut levibus hominibus, sed ab honestis, & fide dignis, & tandem per idoneos testes probata sit.

Sola fama non sufficit ad torturam.

sit. Ita Simanca *tit. 63. num. 37.* nec satis esse, quòd testes dicant, hanc esse publicam famam, nisi etiam rationem addant necessariò concludentem. Quidquid autem docear Caballus *cent. 1. cas. 84. num. 14.* communis opinio tenet, quòd si fama esset vehemens, sufficeret ad torturam absque adminiculis. Quænam sit fama vehemens, aliqui relinquunt arbitrio judicis. Farinacius *quæst. 47. num. 28.* advertit, non esse vehementem, si ortum habeat à personis inhonestis, & non fide dignis, nisi numerus testium in probatione famæ hunc defectum suppleat. Deinde non esse vehementem, si nulla appareat causa; etiamsi procedat à mille personis. Sed, cum hæc requisita ad famam vehementem sint adminicula, quæ recensuit Simanca, hæ sententiæ non pugnant: & idem est dicere famam vehementem, ac famam adminiculatam. Multi asserunt, famam habentem ortum ab aliqua verisimili causa, & conjectura, sufficere ad torturam, etiamsi testes non sint ita honesti, & fide digni. Sed hanc sententiam meritò reprobat Farinacius *ib. numer. 159.* Debent enim testes deponentes de fama esse spectatæ vitæ, & omni exceptione majores, ad minus duo. Ita Miranda *de ord. iud. tom. 2 quæst. 26. artic. 5. part. 4. tractat. 6. resolutione 13.*

Nisi sit vehemens.

Seu adminiculata.

Et de ea testentur personæ honestæ, fide dignæ.

Omni exceptione maiores.

Et ad minus duæ.

126. Fuga post commissum delictum antequam accusetur, secundum aliquos, inter quos Miranda *ibid. artic. 8.* est sufficiens indicium ad torturam; quia facit semiplenam probationem. Sed fuga post accusationem non ita, cum ex alia causa procedere possit. Non desunt tamen, qui dicant, fugam à carcere, etiam attentatam, esse sufficiens indicium ad torturam, dummodo non adsit animus revertendi. Vide Farinacium *quæst. 30. numer. 85. part. 4. tractat. 6. resolutione 14.*

An ad torturam sufficiat fuga ante, vel post accusationem?

127. Sola titubatio, & mutatio vultus in interrogatione rei, non est indicium sufficiens, ut Inquisitores possint illum torquere nisi aliqua adminicula concurrant. Ita Menochius *de præsumpt. lib. 1. quæst. 79. num. 21.* Variatio seu vacillatio debet etiam adminiculari aliqua conjectura, indicio, seu præsumptione, aliàs non sufficit ad torturam. Ita Zanardus *part 3. cap. 93* Idem etiam dic de mendacio, cum Miranda *tom. 2 quæst. 26. art. 12. concl. 1.* contra aliquos apud Giurb. *cons. 87. num. 27.* docentes, quod mendacium super facto principali per se solum sufficiat ad torturam. Et contra eundem Giurb. *ibid. num. 26.* docentem, quòd plura mendacia ab invicem adminiculantur pro tortura. *part. 4. tractat. 8. resol. 15.*

An sola titubatio & mutatio vultus, in interrogando?

An variatio?

Et mendacium?

128. Confessio extrajudicialis sufficit, ut Inquisitores reum torquere possint, quia non est credendum, aliquem sibi falsò crimen imponere. Ita Sylvester *verb. Iudicium quæst. 2.* & alii. Follerius verò *2. part. practic. num. 204.* adducit septemdecim requisita, ut confessio extrajudicialis sufficiat ad torturam. Sed quatuor sunt necessaria. Primum, quod sit verisimilis, & causam præexistentem habeat. Secundum, quod fiat seriò, non jocosè, aut ex iracundia. Tertium, quòd ut specialis de loco, & tempore, non generalis. Quartum, quod sit probata testimonio duorum. Ita Menochius *de præsumpt. lib. primo quæst. 9. num. 16.* Et quoad ultimum Villadiego *polit. cap. 3. num. 317.* contra Sousam *lib. 2. cap. 22. num. 10.* qui putat sufficere, si probetur testibus singularibus, quod etiam docet Albertinus *de agnosc. quæst. 25. num. 20.* si confessiones extrajudiciales essent plures, unaquæque singularibus testibus comprobata. Sed quid, si reus confessionem extrajudicialem revocaret? Adhuc torquendus esset, nisi error probetur. Ita Clarus *qu. 21. num. 31.* & Caballus *cent. 1 cas. 81.* contra Menochium *lor. cit. num 25. part. 4. tr. 6. resol. 12.*

Sufficit ad torturam confessio extraudicialis. Verisimilis. Seria.

Distincta quoad locũ, & tempus.

Et probata testimonio duorum.

Etiamsi illã reus revocaret.

129. Quando delictum est vehementer indiciatum, & reus negat, non possunt inquisitores eum punire aliqua pœna extraordinaria, sed debent torquere, & veritatem elicere, ex *l. edictum ff. de quæst.* In Tribunali maximè Inquisitionis; in quo non tam pœna reorum,

Torqueri debet omninò reus vehemẽter indiciatus, qui negat delictum.

Maximè in S. Officio.

quam emendatio intenditur, quæ obtinetur confessa veritate. Ita Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 3. cap. unic. dub. 12. num. 4.* & alii. Sed Menochius *lib. 1. quæstione 92. numer. 3.* id remittit prudentiæ Inquisitorum, *part. 4. tractat. 8. resolutione 18.*

130. An debeant admittere appellationem à torturæ sententia; dictum est est supra *n. 35.*

Si superveniant nova indicia, possunt Inquisitores reum semel tortum, & negativè secundò torquere.

131. Si superveniant nova indicia, possunt Inquisitores reum tortum & negativum iterum torquere. Ita Simanca *titul. 65. num. 75.* Sed indicia superveniens, ex Guazzino *tom. 2. lib. 1. diff. 30. cap. 23. num. 8.* debent esse talia, ut per se sufficiant ad torturam, & præterea propinqua, non remota, quamvis. Quevedo *part. 2. cap. 7. num. 6.* putet satis esse indicia remota sufficientia, & Caballus *cent. 2. cas. 192. num. 5.* quòd sufficiant plura remota ad leviter torquendum. Pegna præterea *part. 3. comm. 35. numer. 156.* requirit, ut indicia supervenientia sint diversa specie, & substantia à primis. Sed contra sentit Quevedo *ubi supr. part. 4. tract. 6. resolutione 16.*

Possunt etiã si in prima tortura confessus, se retractavit.

132. Idem potiori jure dicendum est de reo semel torto, & confesso, ac confessionem postea revocante: posse nimirum secundò torqueri; quia ex illa revocatione videtur resultare novum indicium ortum ex torti vacillatione, & variatione. Ita Cantera *ubi supra*, qui observat, sic observari in sacro Tribunali. Et Simanca *titul. 65. num 80.* qui declarat Instructionem Hispanam, *anno 1484. n. 15.* quæ contra videtur. *part. 4. tr. 6. resol. 23.*

Non tamen tertiò.

133. At DD. Inquisitores non debent reum bis tortum, & confessum, sed bis etiam confessionem retractantem, tertiò torquere. Nisi priores torturæ leves fuerint, & reus in posteriori confessione alia nova signa confessioni priori addiderit. Ita Cantera *qq. crim. cap. 2. de prob. per test. quæst. 1. numer. 67.* Guazzinus *tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 14. num. 6.* & alii multi contra alios multos cum Binsfeldio *comm. de mal.* & *Matth. lib. 2. quæst. 1. concl. 14. part. 4. tractat. 6. resol. 24.*

Reus nolens respondere, torqueri potest ad extorquendam responsionem.

134. Inquisitores possunt torquere reum, qui non vult respondere interrogationibus, non ad extorquendam veritatem, cum ad hoc requirantur indicia sufficientia ad torturam, sed ad extorquendam responsionem affirmativam, aut negativam. Ita Baldus *in l. accusatione, post num. 11. Cod. qui accusare non poss.* cujus opinionem in facti contingentia approbavit Consilium Neapolitanum apud Capycium *decis. 145.* Debent tamen in hoc sequi praxim sui Tribunalis. *part. 4. tr. 6. resol. 34.*

Et si est confessus ad extorquendos complices.

135. Reus confessus potest ab inquisitoribus torqueri ad extorquendos complices, & (ut in jure dicitur) in caput alienum. Multi enim curant plus de complicibus, quàm de se ipsis. Ita decrevit Pius V. *die 28, Iulii ann. 1569.* & docet contra Roias *de hæret. part. 2. numer. 243.* Cantera *cap. 2. de prob. per test. quæst. 1. num. 51.* qui testatur, ita practicari in supremo Consilio. Neque opus est indiciis, quod habuerit complices criminis, ut docet Lessius *lib 2. c. 29. dub. 16. num. 152.* & alii quia Pius V. in suo decreto id non requirit. Et hoc etiam servat Romana, & universalis Inquisitio. Ratio est; quia, ut observat Locatus *verb. Hæreticus, §. hæreticus convictus*, delictum hæresis est tale, ut communiter cum sociis, & complicibus committi soleat. *part. 4. tract. 6. resol. 27.*

Et si confessus verba hæreticalia vel facta, de quibus non convincitur, torqueri potest super intentione.

136. Convictus, vel confessus de factis hæreticalibus, si neget intentionem, torquendus est super intentione secundum Canteram *qq. crim. rubr. de hær. cap. 1. dub. 6. num. 69.* Sed Roias *de hær. part. 1. num. 276. & à num. 573.* putat, tradi debere Curiæ sæculari. Si verò convictus vel confessus sit de verbis hæreticalibus, & neget intentionem, conveniunt, torquendum esse super intentione. Mihi opinio Canteræ admittenda videtur, quando reus ultra confessionem, non convincitur de delicto. Nam si fateatur, & convictus sit, quamvis neget intentionem, tradendus est Curiæ sæculari; aliàs omnes subterfugerent, & se excusa-

excusarent. Et sic observatur in inquisitione Hispanica, ut testatur Esse *in dec. Regn. Arag. tom. 4. dec. 441 n. 3. par. 4. tr. 7. resol. 34.*

Sicut legentes, & detinentes libros hæreticorum, secundum Genuesem.

137. Retinentes, & legentes libros hæreticorum, Necromanticorum pentacula, &c. torqueri posse super intentione, & complicibus ait Genuensis *in pr. Archiep. cap. 68. numer. 12. part. 4. tr. 7. resolut. 5.*

Non possunt torqueri laborantes morbo Gallico, brachio debilitato, crudatione vena, difficili anhelitu.

138. Cæterum persona valetudinaria torqueri non potest. Unde inquisitores non debent in primis torquere laborantes morbo Gallico, brachio debilitato, patientes crudationem venæ, vel difficultatem anhelitus. Ita Landerchius *cons. 184.* Circa quartanarios, consulant medicos. *part. 4. tractat. 6. resol. 29. §. & tandem.*

Non mulier prægnans. Aut puerpera ante 40. dies.

139. Item nec mulierem gravidam, etiam terrendo. Ita Pegna *part. 3. comm. 39.* Quamvis Zanardus *part. 3. cap. 88.* dicat, terreri posse. *Ibid. §. Dicendum est.* Nec etiam puerperam ante quadraginta dies. Unde si infra hunc terminum tota confitetur, non ei confessio præjudicaret. Ita Bajardus *add. ad Clarum q. 64. n. 67.* Quamvis Gomez *tom. 3. var. c. 13. n. 3.* remittat hunc terminum arbitrio judicis. *Ibid.*

Non minores 14 annis.

140. Rursus torquere non possunt minores 14. annis. Ita Delrius *lib. 5. sect. 9.* contra Villadiego *pol. 1. 3 num. 322.* Possunt tamen tales terrere ducendo sub equuleo absque ligatura. Ita Miranda *Ib.* initio.

Aut senes.

141. Et tandem non possunt torquere senes. Sed senectus non est annorum numero computanda (ut docet Villagut. *prax. crimin. tit. 5. cap. 21. numer. 12.* requirens annu 60.) sed valetudine, robore, qualitate delicti, & delinquentis Inquisitorum arbitrio. Quando verò torqueri non possunt, posse terreri ait Cavalcanus *part. 3. num. 126. Ibid. §. Nota etiam.*

Quoties Inquisitores reū torquent ex opinione probabili, nō possunt puniri.

142. Inquisitores reum torquentes ex opinione probabili quod possint, relicta probabiliori, secundum Delrium *lib. 5. app. 2 q. 1.* & Sancium *disput. 44. c. 72* non possunt à suis visitatoribus puniri; quia rationabiliter ac prudenter agunt, nec ullam culpam committunt. *p. 4. tract. 6. resol. 38.*

INQVISITORVM IVRISDICTIO Quoad pœnas.

Abjurantes de lēvi in Inquisitione Hispanica puniri possunt pœnis gravibus.

143. POEnas hæreticorum formalium invenies *verb. Hæreticorum pœna*, Circa pœnam abjurationis, vide *verb Abjurare.*

144. Abjurantes in Tribunali S. Inquisitionis de levi, secundùm Zanardum *part. 3. cap. 134.* non possunt puniri pœnis gravibus, ut triremium, fustigationis, &c. Sed pœnis pecuniariis, vel carceris per aliquot menses, vel alterius publicæ pœnitentiæ non multum gravis. Sed praxis Inquisitionis Hispanicæ est in contrarium: nam ex dicendis, sollicitantes in confessione aliquando damnantur ad triremes, sicut qui duas uxores ducunt; & tamen utrique abjurant solum de levi. Ideò Palaus *in sum. tom. 1. tract. 4. disput. 7. punct. 1. num. 9.* qualitatem pœnæ remittit Inquisitorum arbitrio, pensata qualitate personæ, & delicti. *part. 4. tractat. 7. resolutione 1.*

Pro hæretico puniri non potest negans propositionem Theologicam quæ evidenter infertur ex fide? Nisi sit pertinax.

145. Negantem propositionem Theologicam, quæ evidenter infertur ex propositione de fide, non possunt punire tamquam hæreticum; quia talis non est hæreticus. sed præsumitur. Ita Villalobos *tom. 2. tractat. 1. diff. 10. num. 6.* contra Canum *de loc. theol. lib. 12. cap 9.* Nisi in illa negatione perstiterit; nam tunc erit puniendus tamquam hæreticus negans principium revelatum. Ita Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 8. n. 12. part. 4. tr. 7. resol. 7 9.*

Iudæi, & alii infideles delinquentes ut supra puniuntur pœna arbitraria pro qualitate delicti.

146. Judæos, Mauros, & alios infideles in casibus recensitis supra *numer. 109* possunt Inquisitores ex Sousa *lib. 1. cap 37. numer. 29.* punire pœna arbitraria, majori vel minori pro qualitate delicti, videlicet pœna privationis conversationis cum Christianis, pecuniaria, carceris, verberum, triremium, etiam in perpetuū; tradi præterea possunt Curiæ

Usque ad mortem.

riæ sæculari; ac ultimo supplicio puniri, ex const. Gregor. XIII. Nam quoties pœna remittitur arbitrio judicantis, extendi potest usque ad mortem, ut ait Pegna *part.2.comm. 69.part.4.tract.7.resol. 2.§.Sed deveniendo.*

Sicut etiam Apostata a fide, vulgò (Renegati.)

147. Apostatas, vulgò *Renegati*, punire etiam possunt pœna arbitraria, pecuniæ, triremium, fustigationum, &c Et si abjurant de formali, pœnis hæreticorum. Ita Lorca *in 2.2.quæst. 12. artic. 1. disput.50 num. 3.* In sacro Tribunali hujus Regni Mauri facti Christiani, qui postea cum aliis Mauris ad terras Turcarum fugiunt, torquentur super intentione, & si negent apostasiam, adhuc ad triremes per triennium damnantur. *part. 4.tr. 7. resol. 3. §. Et tandem, & §. Nota tandem.*

Quid si exterius solum ex metu fidē abnegaverint, mente verò retineant? Distinguendum est.

148. De captis à Saracenis docet Rojas *de hæret.part.1.num. 108.* quod si metu mortis vel tormentorum fidem abnegaverint, sed nihilominus mente retineant, non sunt hæretici, nec reconciliandi, sed in loco Religioso reponendi sunt, & in fide instruendi, maximè si capti fuerint minores natu. Sed optimè docet Ricciullus *tract.de iur.person.lib 6. cap.5.num.7.* hoc procedere, si tales cessante metu, doluerint, & pœnitentiam egerint: minimè verò, si metu cessante, adhuc in negatione fidei perseveraverint; si personæ graves sint, ut Prælati, Monachi, Theologi, aut similes, & metus non fuerit mortis aut tormentorum, sed exilii, carceris, fustigationis, vel alterius generis non cadentis in virum constantem. Nam in his casibus essent vehementer suspecti: nec enim videtur animus: & alioqui omnes possent talem metum adducere. Si verò negatio fiat à personis infimæ conditionis, & non benè fidei causam callentibus, adhuc oritur suspicio levis. Ad hoc ergo ut metus excuset in aliquo casu, debet in judicio probari, *part.4.tract. 7. resolutione 3.à §. Non desinam.*

Confessus, & convictus de factis, aut verbis hæreticalibus tradi debet Curiæ sæculari, etiam si neget intentionem.

149. Posse Inquisitores punire ut hæreticum eum, qui confessus, vel convictus, dicat se actus hæreticales fecisse, sed neget intentionem, docet Rojas *de hær.part.1. num. 276. & à num.573.* Sed Cantera *rub.de hær.cap.1 dub. 6.n.69.* putat torquendum esse super intentione, quod etiam docet Decianus *lib.5. cap.36 n.19.* si agatur non de factis, sed de verbis hæreticalibus. Sed ego puto, quod si quis fateatur, & simul etiam convictus sit, se actus hæreticales exercuisse, aut verba hæreticalia protulisse, dandus esset brachio sæculari: alioqui omnes hoc subterfugium invenirent. Secus, si essent tantùm confessi, vel tantùm convicti. *part.4 tract.7.resol.34.*

At qualiter puniri debent conspurcantes, & percutientes Sacras Imagines.

150. Conspurcantes Sacras Imagines, debent Inquisitores ex Simanca *titul. 27.num. 20.* puniri interdum dura, & ultrice sententia, quemadmodum Gregor. X. in Concil. Lugdun. constituit: interdum pœnitentia publica, vel jejuniis, eleemosynis, & orationibus, multa Pecuniaria, aut fustigatione. Quod si comprehendantur errore intellectus id fecisse, plectendos esse instar hæreticorum, aut suspectorum, primò tortura aut abjuratione, mox tradendo Curiæ sæculari. Ex Genuense *c.18.num.12.* puniri debent fustigatione, triremibus, carcere, infamia, exilio, &c. Advertit Sousa *lib. 2. cap. 42. num. 16.* quod si hoc delictum sit publicum, sive animum hæreticalem fateatur, sive non, tradi debet Curiæ sæculari ultimo supplicio puniendus, ob facti qualitatem. Et si fateatur, & misericordiam petat, adhuc mori debere; quoniam tantum scelus non potest manere impunitum, & de rei conversione semper timeri potest. *part. 4. tractat. 7. resolutione 9.*

Maximè si delictum sit publicum?

Nobiles hæreticaliter blasphemantes pecunia mulctantur, & in monasterium recluduntur. Ignobiles, fustigantur, & lingua cōprehensa ad

151. Blalphemi hæreticales, & graves, si sint viles, secūdùm Salzedum *in add.ad Diaz c. 110. litt. A.* flagellis cæduntur cum publica pœnitentia, in publico spectaculo, lingua, ferro, vel ligno comprehensa, atque ad triremes mittuntur. Si sint nobiles, pœna pecuniaria mulctantur, & ad tempus in Monasterium recluduntur. In blasphemiis levioribus condemnari solent, ut in die festo in Ecclesia, dum divina celebrantur, stent nudo capite sine chlamyde, nu-

vemes mitè tuntur. Secus si blasphemiæ sint leves. Orta ex vehementi aliqua passione. Nec frequentes.

de, nudis pedibus sine veste succincti, dextera facem ferentes, & Sacris peractis sententiam publicè audiant, jejunia, precationes, pecuniariam mulctam. Ita Salzedus, & Simanca *tit. 8. num. 10. 11.* qui addit, quod post flagella in exilium mittuntur. Sed in nostro Tribunali Hispanico magis frequens est pœna triremium. Vide Rojas *de hæret part. 2. num. 176.* Qui autem ita magna, vel alia vehementi passione bis, aut ter blasphemaret, & sedata passione dolorem ostenderet, salutaribus pœnitentiis plecti deberet, habita ratione loci, personæ, blasphemiæ. Ita Zanardus *part. 3. cap. 134.* contra. Comitolum *resol. moral. lib. 4. quæst. 9. cap 3.* qui existimat absolutè remittendũ esse. Qui verò loco, aut linguæ vitio verba hæresim sapientia proferret, jam dictum est pœna ordinaria plectendum esse; nam ad blasphemum pertinet probare, se joci causa ea verba dixisse. Ita Pegna *part. 3. comm. 13. part. 4. tractat. 7. resolutione 8.*

Libros hæreticorum legentes, & retinentes puniuntur juxta qualitatẽ personarum, & librorum.

152. Retinentes, & legentes libros hæreticorum, puniendos esse tanquam hæreticos, docet Carrerus *tract. de hær. num. 125.* Sed rectè id negat Torreblanca *de Mag. lib. 3. cap. 25. n. 31.* Sicut enim tantum de hæresi suspecti, leviter, aut vehementer juxta personarum, & librorum qualitatem, quo pacto leviter, aut graviter puniri debent. Pegna *part. 2. comm. 3.* ait, se talibus jejunia, orationes, & peregrinationes imponi vidisse. Potest tamen casus contingere, ut ex circumstantiis delicti, & qualitate personæ, tales gravioribus pœnis plectendi sint. *p. 4. tr. 7. resol. 6.*

Sicut etiam Iudæi imprimentes Talmud, libros cabalisticos, puniri debent Inquisitor. arbitrio. Confiscatione librorum, & aliis gravioribus.

153. Judæi, & alii infideles commorantes in terris Christianorum, libros, & Codices Talmudicos, cabalisticos, & alios nefarios audentes habere, legere, scribere, vel exemplare advehere, donare, commutare, aut aliàs quomodolibet distrahere, & alienare, puniendi sunt Inquisitorum arbitrio pœna amissionis librorum, Fisco applicandorum, aliisque gravioribus, & corporalibus. Ita Sousa *lib. 1. cap. 21. num. 52.* ex consti. Clement. VIII. Qui idem docet de Typographis, & Bibliopolis. *§. Notandum est.*

Hæreticorũ fautores, receptatores, &c. puniuntur, præter alias multas pœnas. Pœna pecuniaria. Exilio. Fustigatione. Et aliis, arbitrio inquisitorum. Etiam confiscatione bonorum. Etiamsi sint eorum consãguinei vel amici, sed mitius pro gradu consanguinitatis & amicitiæ.

154. Hæreticorum fautores, defensores, & receptatores, præter pœnas recensitas à Pontifice *in Cod. excommunicamus, § credentes, de hæretic.* quas non incurrunt, nisi per annum in excommunicatione insorduerint. Vt notat Palaus *in summa. tom. 1. tractatu 4. disputat. 3. punct. 6. num. 4.* & præter illas, quas enumerat Sanctarellus *tract. de hær. quæst. 182.* puniri possunt arbitrio Inquisitorum, pœnis pecuniariis, exilio, fustigatione, triremibus, aliisque corporalibus pœnis pro qualitate delicti, &, si opus fuerit, etiam confiscatione bonorum, stante const. Pii V. *si de protegendis.* Ita Palaus *ibidem.* Quibus quidem pœnis habentibus latitudinem mulctandi sunt etiam consanguinei & amici hæreticorum, si eis faverint, &c. sed mitiùs, vel acriùs pro majori vel minori sanguinis conjunctione & amicitia. Quod procedit etiam in dubio, an tales faveant hæretico consanguineo, vel amico propter consanguinitatem & amicitiam, vel ob crimen hæresis. Nam id præsumi debet, quod excusat à culpa. Ita Palaus *ibid. punct. 5. num. 13.* Hi ergo puniuntur exilio, vel pœna pecuniaria. Maximè si sint bonæ vitæ. Ex quibus infertur cum Lorca *in 2. 2. quæstione 11. art. 4. disput. 48. num. 6.* contra Suarez *de fide disput. 24. sect. 1. num. 8.* quòd tales non incurrunt excommunicationem latam in Bulla Cœnæ contra fautores & receptatores hæreticorum; quia ad hanc incurrendam requiritur intentio formalis favendi hæretico, ut hæretico cap. *accusatus §. Sacerdotes, de hæret. in 6. parte 4 tractat. 21. § Hoc supposito,* prope finem.

Et ut plurimum ex illo. Aut pœna pecuniaria.

Qui verò favoret hæretico ratione hæresis, incurret, etiamsi effectus fautoriæ frustraretur.

155. Sed quid, si effectus fautoriæ non sequatur? verbi gratia quis hæreticum domi recepit, ut ab inquisitoribus liberaret; sed hoc non obstante, inquisitores ibi invenerunt. Subjicitur ne is supradictis pœnis? Negativè respondet Bonacina *tom. 3. in Bull. Cœnæ disputat. 1. quæst. 2. punct. 3. num. 3.* Primò, quia

mandans percuti Clericum, ſi percuſſio non ſequitur, non incurrit excommunicationem. Secundò, quia quando aliquis effectus prohibetur ſub excommunicatione, & minus principaliter prohibetur mandatum, vel conſilium, &c. ſi effectus non ſequitur, à conſulente, mandante, &c. excommunicatio non incurritur. Tertiò; quia favor hæreticis prohibetur, ne in hæreſi faveantur, ergo dum quis fovere non potuit, non erit puniendus ut fautor. Sed affirmativè reſpondendum eſt cum Suarez *de fide diſp. 24. ſect. 1. num. 14.* Tum, quia ſupradicta opinio in particulari practicari non poteſt: nam, qui non denunciat hæreticum, cùm tenetur, etiamſi alius denunciet, atque adeò effectus fautoriæ non ſequatur, incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ. Tum etiam, quia favor hæretico prohibetur, ne hæreſis commiſſa habeat firmitatem, quæ effectus ſemper obtinetur, ſaltem pro aliquo tempore; ergo, &c. Primum argumentum Bonacinæ procedit in caſu, quod mandatum ordinatur ad executionem ejuſdem delicti, v. gr. ad percuſſionem Clerici; at in caſu noſtro non procedit, cum favor prohibeatur in ordine ad tuitionem hæretici, non verò ad hæreſim pătrandam. Et ratio eſt, quia in hoc caſu delictum ſemper eſt conſummatum in ſuo genere. Secundum item non habet locum in caſu hæreſis; quia Bulla Cœnæ, & alia jura æquæ excommunicationem injungunt hæreticis, eorumque fautoribus, &c. Ad tertium reſponſio patet ex noſtro argumento ſecundo. *Ibid. §. Sed in fine.*

Non revelantes hæreticos non puniuntur, ut fautores hæreticorum.

156. De non revelantibus hæreticos videtur dicendum cum Deciano *lib. 5. cap. 51. nu. 25.* quod puniti debeant tamquam hæreticorum fautores; nam tales ex Caſtro *de iuſt. hæret. punit. lib. 2. cap. 23.* ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi. Sed Sanctarellus *de hæretic. cap. 9. dub. unic. num. 19.* & alii id negant, ſi aliæ circumſtantiæ non concurrunt. Sed puniendos eſſe arbitrio D D. Inquiſitorum tam quam eorum mandatis inobedientes. Unde puto cum Rojas *ſingul. 3. num. 18.* tales nec leviter ſuſpectos eſſe de hæreſi. Id verò limita in perſonis, quæ ex officio vel ſpeciali præcepto denunciare tenentur, ut fiſcus, familiares, &c. qui non denunciantes hæreticos, puniendi ſunt ut hæreticorum fautores, ut docet Souſa *in Bull. Cœn. cap. 2. diſput. 11. num. 6.* & alii. *Ibid. §. Et tandem.*

Niſi ad hoc ex officio teneantur.

Nam tunc puniuntur ut illorum fautores.

157. Ut fautores etiam hæreticorum punire poſſunt Inquiſitores ſæculares Judices, & Magiſtratus, in omnibus illis caſibus, quos enumeravimus ſupra *num. 94* Sed Farinacius *de hæret. quæſt. 182. num. 80.* eos à talibus pœnis excuſat, ſi non in contemptum, & odium S. Officii talia perpetrarem, ſed ex alia cauſa, ut de fautoribus hæreticorum diximus. Et hoc ex verbis ipſius Bullæ ibi, *Nemo autem expurgationem habere, &c.* At Scortia *ep. 106. theor. 278.* non excuſat; Bullamque ait illos excipere, qui datis probationibus docerent, ſe minimè S. Officium violaſſe: non autem eos, qui ſe violaſſe probărent nō ex odio &c. Eſſe etiam de hæreſi ſuſpectos Officium S. Inquiſitionis, quacumque ex cauſa impedientes, docet Souſa *lib. 1. c. 28. nu. 17.* contra Sanctarellum *de hær. c. 41. dub. 3. num. 5. part. 4. tract. 7. reſolut. 13. & tr. 8. reſ. 26. 63. & 104.*

Sicut puniuntur ſæculares Judices, & Magiſtratus.

158. Ut fautores hæreticorum, etiam puniendi ſunt, auxilium præſtare requiſiti ad hæreticos capiendos, &c. & repugnantes. *part. 4. tract. 8. reſ. 65.* Et quamvis multi Doctores apud Palaum *tom. 1 tract. 4. diſput. 3 punct 5. nu. 7.* excuſant à fautoria perſonas privatas & requiſitas ex ſolo peculiari præcepto, & non ratione officii, ut Farinacius *de hæret quæſt. 182. § 2. num. 36.* Nihilominus contrarium dicendum eſt cum Souſa *Aph. lib. 1. cap. 25. num. 6. 7. 8.* omnes perſonas etiam privatas, omittentes præſtare auxilium, dum poſſunt, teſtimonium contra hæreticos ferre, veritatem manifeſtare nolentes, cum ab Inquiſitoribus requiruntur, fautoriam incurrere. De Magiſtratibus auxilium negantibus habetur in cap. *ut officium, §. denique, de hæret in 6.* & in cap. *ad abolendum. §. penult.*

Item requiſiti ad præſtandum auxilium cõtra hæreticos, & recuſantes.

Etiamſi ſint perſonæ privatæ.

§. *penult.* & in cap. *excommunicamus.* §. *moneantur de hæret. p. 4. tr. 7. res. 21. à §. Et tandem.*

Item transferentes arma, equos &c. in terras infidelium.

159. Transferentes arma, equos &c. in terras Infidelium, animo ipsos adjuvandi in bello contra Christianos, possunt Inquisitores juxta gradum suspicionis torquere, & tamquam fautores hæreticorum punire. Si verò hæc faciant lucrandi causa, & viles sunt, fustibus cæduntur, sin minus, exilio, pecunia in ea quantitate, qua equi & arma valebant, mulctantur, si verò transportata fuerint pœna pecuniaria duplicatur. Ita testatur Bobadilla *polit. tom. 1, lib. 2. c. 17. n. 69. p. 4. t. 7. res. 19.*

Animo eos iuvandi contra Christianos.

Pœnæ Schismaticorum multæ referuntur.

160. Schismaticos ait Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 4. punct. 6. nu. 20.* puniri posse pena pecuniaria, exilio, carcere, triremibus, & si pertinaces sint, tradi Curiæ sæculari. Sanchez autem *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 36. à num. 10.* pœna amissionis jurisdictionis, excommunicationis latæ sententiæ, inhabilitatis ad beneficia Ecclesiastica acquirenda, etiam post schismatis pœnitentiam, & privationis ipso jure beneficiorum ante schisma adeptorum. Vide alia pœna in const. Pauli IV. *edita ann. 1559.* Non sunt tamen irregulares ex cap. *quia diligentia, de eluc.* ut vult Pegna *part. 2. comm. 74.* Nam ibi solum habetur, esse inhabiles ad beneficia. Ità Suar *de cens. disp. 43. sect. 2. num. 7.* Essent tamen irregulares irregularitate generali, si crimen esset notorium, dignumque depositione, quæ cessat, ablata infamia per contrariam pœnitentiam. Sayrus *de cens. lib. 7. cap. 12. num. 16. v. 3.* Porrò schisma tribus ferè modis committi potest, ut optimè observat Lorca *in 2. 2. qu. 40. art. 1. sect. 3. disp. 48. num. 7.* Primo per separationem à membris, & non à capite, ut si in spiritualibus Hispani nollent communicare cum Italis. Et de hac non fit mentio in jure, quia nunquam solet accidere. Secundò recedendo simul à membris & capite, nimirum Romano Pontifice. Tertiò, recedendo solùm à Romano Pontifice: qui quidem recessus tripliciter contingere etiam potest. Primò negando obedientiam vero Pontifici. Secundò instituendo & sequendo pseudo-Pontificem. Tertiò exercendo actus Pontificiæ potestatis sine auctoritate Pontificis. Et hi modi ferè omnes in diversis Canonibus tamquam schismata reprobantur, ut in Bulla Cœnæ, in cap. *licet, de elect.* in cap. *nec licuit, dist. 17.* & c. *de Liguribus 24. quæst. 1.* Illud hic nota cum Coninch *in 2. 2. disp. 30. d 5. n. 48.* non sufficere ad schisma, quod quis in re aliqua nolit obedire Pontifici, quia ipsi videtur difficilis; aut contra suum honorem, commoditatem &c. aut quia putat sibi Summum Pontificem id non posse præcipere, dum eum Ecclesiæ caput nō agnoscit: sed requiri inobedientiam conjunctam cum quadam rebellione, qua quis velit se subtrahere omninò à subjectione ejus, quem certò novit esse Pontificem, aut de quo nulla ratione dubitat probabiliter, an sit verus Pontifex. Si verò nollet subjici, quia dubitaret an verè, aut validè esset à Cardinalibus electus, non esset schismaticus, *parte 4. tract. 7. resolutione 29.*

Non tamen irregularitas

Vide schismatis species.

Pœnæ sortilegorum Magorū, &c. Anathema. Suspensio. Verbera. Exilium. Carceres. Monasteria. Et aliæ.

261. Pœnas Sortilegorum, Magorum &c. ait Pegna *part. 2. comm. 67.* esse anathema, dignitatum suspensionem, verbera, exilium, carceres, monasteria, aliaque supplicia, spectata personarum qualitate, infami mitra ad spectaculum productio, aut scalis alligatio cum vituperatione propè Ecclesiæ fores. Sed hodie laici ignobiles ut plurimum traduntur triremibus, ut docet Genuensis *in prac. Archiep. cap. 68. num. 8.* Sousa *Aph. lib. 1. c. 58. num. 10. ad 17.* inter multos casus observat, quod Sacerdos celebrans Missam super calamita, pasta, aut similibus rebus aptis ad sortilegia peragenda, aut qui vasibus, aut vestibus sacris &c. in sortilegiis abutitur, vel in celebratione Sacrorum nefandas & turpes preces porrigit, deponitur, privatur beneficiis, & in carcerem detruditur. Si verò celebrat pro vivis, ut moriantur, à Sacerdotio privatur, & perpetuo exilio relegatur, unà cum eo, qui hoc consuluit, aut mandavit. Novissimè autem Gregorius XV. *in Bulla edita 20. Martii 1623.* mandavit, ut

Et si mors aliorum contingat, ultimum supplicium.

constito, quod aliquis pactum cum Diabolo iniverit, & à fide apostatando, maleficiis sive sortilegiis unam, aut plures personam mori fecerit, etiam pro primo lapsu Curiæ sæculari tradatur, debitis pœnis puniendus. Si vero aliquis ex tali pacto infirmitatem, divortia, impotentiam generandi, sive animabus, frugibus vel aliis fructibus notabile damnum intulerit, muris claudatur, sive carceribus in S. Officio Inquisitionis mancipetur. Et tandem, qui uteretur in sortilegiis SS. Eucharistiæ Sacramento, tradendus esset Curiæ sæculari, ex ordinatione S. Officii, ut tradit Moura *de incant. opusc. 1 sect. 3. c. 5. n 29.* & alii. Quæ omnia procedunt etiam de Magis: nam si inveniũtur cum errore in intellectu, puniuntur ut hæretici formales; secus verò puniuntur supradictis pœnis, pro qualitate personarum & circumstantiis delictorum *p. 4. t. 7. ref. 10. à §. Verum.*

Sicut si in sortilegiis Sacratissima Hostia adhiberetur.

Quid de lamiis vulgo (Donne di fora) infanticidis?

162. Lamiæ vulgò *donne di fora*, non traduntur Curiæ sæculari ob cædes infantium, sed puniuntur pœnis apostatarum à fide. Ita Pegna *in annot. ad Amb. ne Vign.* contra ipsum *quæst. de strigib. art. 2. §. si verò dicunt.* Si verò à Judice sæculari præventæ fuerint & Inquisitoribus consignatæ, expedita hæresis causa. S. Officium debet ac solet eas remittere eidem judici, & de hoc extat particularis constitutio Pii V. Ita etiam Pegna *ubi supra, & in Paralip. ad tr. de strig. Bern. Com.* ubi meritò, addit, quòd aliquando ob infanticidiorum frequentiam, & alias circumstantias aggravantes, facta abjuratione, de mandato Pontificis judici sæculari traduntur, qui processum de novo formans, eas puniat de homicidiis secundùm leges. Quod si se sponte præsentent, etiamsi à fide aberrassent, & ex animo apostatassent, admittuntur ad reconciliationem, nec eorum bona confiscantur, nec habitus pœnitentiæ illis imponitur. Et si post abjurationem relabũtur, in Inquisitione Hispanica admittuntur ad reconciliationem bis, & ter, teste Palao *tom. 1. tr. 4. disp. 8. punct. 16. §. 5. n. 3 p. 4. tr. 8 ref. 118.*

Et quid de

163. Quoad Astrologos judiciarios aliquid eventurum affirmantes de futuris contingentibus à libera hominum voluntate pendentibus, etiamsi id se nõ certò affirmare asserant, Canonicis pœnis, & aliis Inquisitorum arbitrio puniri, docet Sousa *Aph. lib. 1. c. 48. num. 15.* ex const. Sixti V. Et sic in Hispania Clericum, qui prædixit tempus, genus & modum mortis Henrici IV Francorum Regis ut postea contigit; suspensum fuisse ab Ordinibus, & beneficiis privatum, & à tota Hispania relegatum. *p. 4. t. 7. ref. 17 §. Quibus.*

Astrologis judiciariis?

164. Laici & Ecclesiastici non Sacerdotes audientes Confessionem, ex const. Pauli IV. Greg. XIII. Sixti V. & Clem. VIII. etiam si sint verè pœnitentes, traduntur Curiæ sæculari. De quo prodiit novissimè Bulla Urbani VIII. id extendens etiam ad minores 25. annis. Sed hæc pœna in inquisitione Hispanica non est amplius in usu. Sed, ut observat Sousa *Aphor. lib. 1. c. 35.* si talis sit laicus & persona vilis, fustibus cæditur, & ad triremes mittitur, aliæque pœnæ spirituales superadduntur. Si verò fuerit persona honesta & religiosa, damnatur ad triremes. Si mitti non potest ratione qualitatis, mittitur in exilium, & si in aliquo Ordine fuerit, ab eo suspenditur toto exilii tempore. Quod si delictum aliquas circumstantias habeat aggravantes, aliæ pœnæ juxtà gravaminis qualitatem adduntur. Sicut, ait Palaus *punct. 16. §. 9.* si circumstantiæ minuentes accedant, pœna supradicta minuitur. Adverte hic primo, quòd in supradictis decretis non comprehenditur simplex Sacerdos, vel etiam approbatus, sed suspensus ab audiendis confessionibus, si confessionem audiat & absolutionem impendat. Ita Sousa *opusc. de solic. tract. 1. c. 9. num. 5. & aph. lib. 1. c. 33. num. 3.* Qui notat secundò, ad violationem dictorum decretorum sufficere, audire confessionem, quamvis absolutio ex aliqua causa non impendatur, sufficere etiam solam confessionem generalem audire, quamvis talis mitius puniri deberet. Specialem verò confessionẽ semel audire, vel unũ solum peccatũ, sufficere ad

Non Sacerdotes audientes Confessionem, de jure tradi debent Curiæ sæculari. Sed in Hispania, si sunt viles, fustigãtur, & ad triremes mittuntur. Si verò honesti, mittuntur statim ad triremes. Et si non possunt, exulant. Suspenaũtur etiam ab Ordinibus, pro tempore exilii. Et hæc pœna crescit, & decrescit pro circumstantiarum gravitate, aut levitate.

ad pœnam ordinariam. Nota tandem, quòd Religiosi & Sacris Ordinibus initiati neque in hoc, neque in aliis delictis fustigantur. *p. 4 tr. 7. resol. 11.*

Iisdem, pœnis plectuntur non sacerdotes celebrantes.

165. Iisdem ferè pœnis in inquisitione Hispanica puniuntur ex Sousa *ibid. cap. 32. num. 12.* laici & non Sacerdotes Missam celebrantes. Nec Curiæ sæculari traduntur, non obstantibus constitutionibus Gregorii XIII. Clem. VIII. & novissimè Urbani VIII. Porrò dictas constitutiones violat, qui semel Missam celebrat, aut celebrare incipit, quamvis non perficiat, nec verba consecrationis proferat. Non tamen, si vestibus sacris induitur celebrare intendens, & postea non celebrat. Ita Sousa *ibid. part. 4. tr. 7. resol. 12.*

Bis conjugati, si viles sint, vapulant, & ad triremes mittuntur; Si honestiores, exulant, & aliis pœnis spiritualibus castigantur.

166. Contrahentes binas nuptias, si sunt viles, fustigantur, & per quinquennium ad triremes mittuntur. Honestiores verò & mulieres per idem tempus relegantur, aliis pœnis spiritualibus impositis. Ita Sousa *Anhor. lib. 1. cap. 35. num. 20.* & Castrus *tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 16. §. 8 num. 2.* qui addit, nobiles ultra exilium plecti posse pœna pecuniaria. Et Moura observat, iisdem pœnis puniri consulentes, ut quis binas nuptias contrahat. Adverte hic, quòd si adsit aliqua præsumptio in favorem rei, nempè quia per longam absentiam conjugis, dicebant defunctam esse, loco fustigationis triremium damnandus est ad exilium & pœnam pecuniariam. Quod etiam servandam esse ait Castrus, si quis post duas vxores assumptas ad Tribunal seipsum deferret, antequam ab alio denunciaretur; addens, interim non in carceribus secretis, sed in peculiari domo servandum esse. Sed quid, si quis habens vivam vxorem, deveniat ad actū proximum contrahendi cum alia v.g. faciendo contractum dotis, denūtiationis in Ecclesia &c Romæ in sacra Congregatione S. Officii punitur pœna exilii, carceris, vel aliis arbitrariis, ubi prius super intentione tortus fuerit. Sed in Inquisitione Hispanica, in qua contra polygamos mitius proceditur, & delictum consummatum supra dictis pœnis punitur, in attentato Inquisitores consulant supremum Senatum. *part. 4. tract. 7. ref. 4.*

Quid si seipsum defert

Quid si vivente uxore, devenit ad contractum dotis cum illa, &c.

167. Iisdem ferè pœnis puniuntur Religiosum professum, vel qui emisit vota bienniiin Societate Jesu, Matrimonium contrahentem. Sic de Inquisitione Hispanica observat Palaus *tom. 1. tr. 4. disp. 8. punct. 16. §. 8. num. 4.* Idem dic de conjugato in Religione profitente, vel sacros Ordines assumente absque licentia conjugis manentis in sæculo. Vide Canteram *cap. 1. de hæret. n. 71.* Unde utrumque damnarem per quinquennium ad triremes. Nisi qualitas personæ, vel aliæ circumstantiæ concurrerent, ut necesse foret reum torquere, & pœnam triremium augere, ut si esset de provincia infecta hæresis Lutheranæ, *p. 4. tr. 7. resol. 5. & 4 §. fin.*

Iisdem pœnis plectitur Religiosus professus Matrimonium contrahens. Aut conjugatus in Religione profitens.

168. Confessarii solicitantes puniuntur suspensione ab executione Ordinum, privatione beneficiorum & officiorum quorumcumque, ac inhabilitate perpetua ad illa, privatione vocis activæ & passivæ: & si solicitator Religiosus sit, exilio, triremibus, carceratione, etiam perpetua, aliisve pœnis pro qualitate delicti, etiam traditione Curiæ sæculari. Ita Pontifex Gregorius XIII. in sua constitutione. Alii alias enumerant pœnas. Et Palaus *disp. 9 punct. 11. num. 2.* quoad Religiosos, ait, præter privationem vocis activæ & passivæ, præcipi solere, ut in choro & refectorio ultimam sedem habeant, & latam sententiam iterum per Secretarium in suo Conventu, præsentibus omnibus Religiosis audiant. Quod si solicitatio ad plures personas se extendit, & cum illis turpitudines graves quis commisit, ab omnibus Religiosis post lectam sententiam flagellatur. Ultra quas ut suprà diximus ex Bulla Gregorii, damnari debet solicitans ad triremes per septennium, maximè si virorum solicitatio fuit, & ita in Regno Siciliæ practicatur, quando Confessarius plures solicitavit, maximè si solicitatio habuit effectum. Id ipsum generaliter servari in Inquisitione Romana, testatur Bariola *tract. de Confes. solicit.* Et

Confessarii sollicitantes suspenduntur ab Ordinibus, & aliis pœnis plectuntur. Pro qualitate delicti.

Vt triremibus.

hanc sententiam docent Freytas *add. ad Acug. q. 24. num. 115.* Cantara *qq. crimin. cap. 1. de haret. n. 65.* & alii. Dubium remanet quoad privationem Confessariorum à Confessione, an possit esse ad tempus, & pro solis mulieribus. Nam Riccius *part. 3. colloc. 549.* testatur, Neapoli Parochum solicitantem suspensum fuisse à cura animarum per annum. Et Palaus *disp. 9. punct. 11. num. 2.* ait, tunc privandum esse in perpetuum, & virorum Confessione, quando solicitatio sit gravis & plurium personarum. Sed in Tribunali Regni Siciliæ practicatur, in omni casu solicitantes ad turpia privari in perpetuum Confessione tam virorum, quàm mulierum. Et hanc opinionem ubique servandam esse puto, stante Greg. XV. constitutione novissima, extendente pœnas supradictæ Bullæ ad Confessarios sollicitantes pueros. Et ita docet Sousa *de Conf. solic. p. 2 c. 15. n. 13. p. 4 fv. 7. res. 7.*

Et privatione Confessionis in perpetuum etiam quoad viros.

169. Confessarius non declarans fœminæ solicitatæ obligationē denunciandi, aut ei dicens, denunciare non teneri, punitur ab Inquisitoribus pro qualitate culpæ. Et ita habetur in dicta constitut. Greg. XV. & notat Sousa *Aph. lib. 1. c. 43. num. 73 ibid. §. Nota etiam.*

Quid, si non declarans solicitatis obligationem denunciandi?

170. De fœmina verò sollicitata non denunciante, an puniri ab Inquisitoribus debeat ut fautrix, disputant Freytas *add. ad tr. de Conf solic. q. 20. n. 28.* & Sousa *ubi sup. cap. 19. ibid. in fine.*

Quid de solicitata nō denunciante?

171. Confessariis revelantibus Confessionem nulla à jure imponitur pœna ipso facto incurrenda: sed in *c. omnis utriusque sexus, de pœnit.* dicitur, tales à Sacerdotali officio deponi, & in Monasterium ad agendam pœnitentiam detrudi debere: quæ pœnæ sententiam judicis prærequirunt. Ita Coninch *de sacr. disp. 9. dub. 4. n. 70.* Sed pœnas talibus infligendas referunt DD. multi apud Barbosam *Collect. tom. 2. lib. 5. tit. 8. c. 12. n. 15. p. 4. tr. 8. res. 95.*

Et de Confessario revelante Confessionem?

172. Insordescentes per annum in excommunicatione pro causa fidei contracta (quos tantùm cognoscere Inquisitores diximus) punire possunt Inquisitores tamquam hæreticos, non veros, sed præsumptos, seu tamquam fautores & defensores hæreticorum. Ratio est; quia, ut ait Eymericius *part. 3. quæst. 41.* si quis est leviter de fide suspectus, & citatus ad respondendum, negligit intra terminum respondere, suspicio levis transit in vehementem. Si autem in illa negligentia & excommunicatione perseverat per annum, suspicio vehemens transit in violentam ex cap. *cum contumacia.* Vide Scacciam *de judic. &c. lib. 1. cap. 98. n. 4.* Annus autem debet esse continuus, & toto illo tempore cum potestate comparendi, & incipit à die declarationis, vel sententiæ, vel notorietatis. Ita Pegna *parte 3. tract. 172. parte 4. tractat. 7. resolutione 8.*

In excommunicatione per annum insordescentes

puniri possunt tāquam fautores hæreticorum.

173. Sodomitas in Regno Portugalliæ Inquisitores puniunt hoc modo. Si sint convicti, vel confessi, Curiæ sæculari in actu publico relaxantur. Ita Palaus *disputat. 8. punct. 12. numer. 11.* Si verò delictum fuerit attentatum, & non consummatum flagellis cæduntur, & ad triremes mittuntur. Si verò membrum quis posuit in anum, quamvis extra semen effuderit, probabile est puniendum esse pœna ordinaria. Ita Sesse *dec. 475. num 5 tom. 4.* Sed Sousa *lib. 1 cap. 59. n. 63.* id verum putat, quando hic actus fuerit repetitus, ut repetitio suppleat id, quod defuit ad complementum actus sodomitici. Et Freytas *quæst. 24 num 6.* contra Mouram *apud ipsum ibid.* docet, non posse Inquisitores relaxare sodomitas Curiæ sæculari nisi sint incorrigibiles, *p. 4. tract. 7. res. 20.*

Quid de sodomitis in Portugallia?

174. Ei, qui daret consilium reo in carceribus S. Officii detento invitis Inquisitoribus, ait Locatus *cas. 10. placent.* deputari posse pœnam ad ipsorum arbitrium, *part. 4. tr. 7. res 67.*

Reo in carcere Inquisitorū detento consulens punitur Inquisitorum arbitrio.

175. Fugiens à carcere, in quo pro hæresi detinebatur, non est habendus pro convicto, & damnandus pro hæretico, ut docuerunt Zanchinus *de haret. cap 10. num. 4.* & Campegius *in add. lit. B.* quia præsumitur fugisse carceris tædio, metu falsorum testium, aut timore tormentorum, non quia errorem habeat in intelle-

Fugiens verò à carcere non statim habetur pro convicto. Nisi citatus, non compareat.

intellectu. Ita Rojas *de hæret. par. 2. asser. 15* Consurgit tamen contra ipsum indicium ad torturam, & si non compareat ex tali indicio cum aliis adjuncto potest citari ad comparendum, & si nec tunc compareat, condemnari. Ita Sesse *rom. 4. dec. 471. num. 8.* Si verò reverratur, puniri debere pœna arbitraria, ait Sousa *Aphor. lib 2. cap. 26. num. 32.* Et Pegna *p. 3. comm. 35.* testatur, in Hispania præsertim, consuetudine receptum esse, ut si fugiès honestior sit, ut nobilis, Doctor, Religiosus, aut honorabilis civis, custodiatur arctiùs, & dulcius puniatur. Si verò sit vilis, publice verberibus flagelletur, & causa hæresis in sua forma procedat. Mitiùs tamen cum illis agendum esse, qui custodis incuria fugerunt, *part. 4. tr. 7. resol. 15.*

Non implentes pœnitentias impositas contra hæresim puniuntur tanquam relapsi.

176. Non implentes pœnitentias ab Inquisitoribus impositas, Zanchinus *de hæret. cap. 10. num. 4.* & Rojas *sing. 122. num. 3.* putant puniendos esse tanquam relapsos. Quod cum Riminaldo *lib. 2. conf 156. numer. 13.* contra Simancam verum puto, quando pœnitentia imposita tendat directè ad hæresim detestandam, nam tales pœnas non implere est vehemens signum à jure statutum approbationis erroris. Minimè verò quo ad alias pœnitentias, etiam si reus cum juramento illas servare promiserit. Igitur is tanquam impœnitens damnandus est pœna arbitraria, jejunii fustigationis, vel duplicata jam imposita. Ita Cantera *qq. crim. c. 1. de har. n. 60.* Quod si quis pœnitentiam impositam propter hæresim probatam recipere renuit, vel aliàs impositam animo obdurato implere recusat, velut impœnitens est judicandus, & si nolit resipiscere, Curiæ sæculari tradendus. Ita Pegna *p. 3. comm. 146. part 4. tract 7 res. 17.*

At non implentes alias, puniuntur pœna arbitraria.

In hæresi manifestè deprehensus abjurare recusans, tradi. tur Curiæ sæculari.

177. In hæresi manifestè deprehensus, vel eam confessus, aut convictus abjurare recusans, Curiæ sæculari tradendus est ex const. Martini V. Si verò confessus aut convictus non fuerit, non statim Curiæ sæculari tradendus est, sed excommunicandus, & si in excommunicatione per annum steterit, tanquam hæreticus condemnandus. Ita Locatus *pr. inqu. v. suspicio num. 8. ibid.*

178. Falsos testes in causis hæresis Rojas *de hæret part. 2. n. 156.* & alii putant dos esse asserunt pœna talionis & ita habetur ex constit. Leonis X. Et ratione probatur, quia in hoc crimine urget major ratio, quam in aliis, ut pœna talionis imponatur; quia nomina testium non publicantur, unde datur major ansa ferendi falsum testimonium. Sed regulariter contrarium servatur in praxi utriusque inquisitionis. Dixi *regulariter*; quia Sousa *Aph. lib. 2. cap. 8. numer. 29.* primam sententiam admittit, quando ex falsa testificatione reus combustus fuerit. Sed in tali casu consulendum judico Supremum Inquisitorem, ut ait Salzedus *in add. ad Diaz. cap 93. litt. B.* quia decretum Leonis nec promulgatum fuit ut lex universalis, nec ubique receptum est. Quando autem sine Supremi Inquisitoris consilio punire falsos testes velint, producere eos posse ait Sousa *ubi supra num. 27.* in publicum spectaculum, ligatis manibus & pedibus, discooperto capite in camisia, fustigare, ad triremes mittere, aliisque pœnis mulctare, ut mitra infami, exilio, & carcere etiam perpetuo. Sed quid, si testis falsum deposuit in favorem inquisiti; negando hæresim, quam sciebat commisisse? Fustigari debet, vel ad triremes mitti, vel utrumq; simul pati, vel aliis pœnis extraordinariis plecti. Ita Palaus *disp. 8. punct. 15. §. 6. n. 9. & 10.* Corrumpens verò testem precibus, minis, aut pretio, ut falso in Tribunali contra aliquem deponat, iisdem pœnis subest, quibus ipse testis falsus, Ità Simanca *tit. 64. n. 96. p. 4. tr. 7. resol. 16.*

Falsi testes in causa hæresis non puniuntur pœna talionis. Nisi in certis casibus.

Quid si iurent falsum in favorem hæretici? Et quid de corrumpente testes?

179. Reus, qui confessionem in tormentis factam revocaret, non docens de errore, & causa, ob quam erravit, tradendus esset Curiæ sæculari, quia in tali casu semper præsumitur malitia & dolus, ut nimirum pœnas debitas fugiat. Ita Rojas *de hæret part. 2 asser 15. n. 265.* & alii contra Canteram *qq. crimin. c. 1. de hæret. num. 70.* & Simancam *tit. 13. num. 14.* Quorum opinio negativa in uno casu admitti

Quid si quis revocet confessionem hæresis in tormentis facta?

Si non docet de errore, de tradi debet Curiæ sæculari.

admitti potest, quando scilicet reus revocat aliqua non plenè probata ad excusandos complices affines, amicos, &c. imò etiam plenè probata, dummodo adversum se confessus sit, nec retractet, hæresim consummatam, in hoc enim casu rarò relaxandus erit; quia præsumitur illas res revocare, vel celare metu, vel alia de causa. Ita San. Vincente *in manuscript. c. 5. num. 3. & c. 2. §. 6.* Universaliter autem revocans confessionem etiam contra se factam statim, & in præsentia judicis, etiam si non probat errorem, non est relaxandus, quia revocasse præsumitur propter errorem & lapsum linguæ. Qui verò confessionem de hæresi factam revocat post impletam pœnitentiam, puniendus est tamquam temerarius, Inquisitorum arbitrio: fustigatione nonnunquam, addita comminatione gravis pœnæ, si in eandem temeritatem inciderit: & si persistat, tradendus Curiæ sæculari ut impœnitens. Ita Sousa *Aphor. lib. 1. c. 48. n. 23. p. 4. tr. 7. res. 22.*

Nisi revocet statim, & in præsentia judicis.

Si verò revocet post impletam pœnitentiam, puniri debet ut temerarius Inquisitorum arbitrio.

INQVISITORVM PRAXIS
In procedendo.

In accusatione hæresis non requiruntur solemnitates juris libellorum, ff. de accus.

180. IN accusatione hæresis non sunt necessariæ solemnitates legis libellorum *ff. de accus.* Ità Scaccia *de jud. lib. 1. cap. 52. numer. 3.* Unde ait Paramus *de orig. Inquis. lib. 3. question. 9. numer. 93.* in accusatione portecta contra hæreticum per Procuratorem fiscalem non debere apponi locum & tempus præcisum commissi criminis, sed tantum oppidum, seu civitatem, & mensem ac annum, *part. 4. tract. 8. res. 40. §. Notandum.*

Et admitti potest ad accusandum inimicus capitalis.

181. Ad accusandum, ait Pegna *comment. 146.* non posse Inquisitores inimicum capitalem admittere. Et ità videtur inferri ex cap. *testes, 2. q. 7.* ubi repulsus à testimonio, repellitur ab accusatione; nam ut omnes concedunt: inimicus capitalis in testimonium hæresis non admittitur, Sed ego puto cum Arelatano *n. 10.* admitti posse, cautè tamen & tamquam suspectum; nam inimicus admittitur ad accusandum, ut persequatur suam & suorum injuriam; & quidem injuriam suam persequitur quis in accusatione hæresis: quia ex *l. Manichæos C. de hæret.* quæ in Religionem divinam committuntur, omnium injuriam respiciunt. *Ibid.* initio.

Cautè tamen & tanquam suspectus.

182. Ad denunciandum, admittere possunt absentes, si proprio nomine & juramento denuncitationem firmet. Ita Simanca *p. 4. tr. 8. res. 41.*

Ad denunciãdum verò admitti possunt absentes.

183. Admittere etiam posse denuntiationem in scriptis sine nomine denũciatoris, & testes in tali denunciatione nominatos ad examen vocare, ait Paramus *quæst. 6. num. 93.* Quæ opinio olim non displicebat; nam ex Castro *tom. 1. tr 4. disp. 8. punct. 4. n. 4. de hær. q. 85. num. 68.* & Farinacio, admittendi sunt testes, quos defert inimicus capitalis, unde multo magis contra ipsos admittendi videntur, quos præstat denunciator occultus, cum illi sint suspectiores. Sed, quia praxis est in contrarium, à contraria ipsorum opinione non est recedendum. *p. 4. tr. 8. res. 41.*

At non scriptum, sine subscriptione denuntiatoris.

184. Ad hoc ut possint Inquisitores procedere contra aliquem, & ipsum de hæresi interrogare. Valentia *to. 2. disp. 6. q. 13. punct. 4. §. 1.* & alii requirunt, ut talis sit suspectus, vel propter publicam infamiam, vel propter semiplenam probationem, vel propter gravia indicia. Sed Rojas *de hær. part. 2. n. 20.* & alii docent, modicam & levem suspicionem sufficere, Castrus *dis. 7. punct. 1. num. 7.* distinguit, atque primam opinionem procedere, quando levis suspicio de hæresi oritur ex jure aut consuetudine, ut in contrahentibus v. g. binas nuptias: secundam verò quando levis suspicio oritur ex delicto cui ex opinione, DD. adnexa est suspicio, non autem à lege, aut consuetudine. Omnes hæ opiniones sunt probabiles, Sed secunda magis placet, cum hoc ut procedat in persona vili, improba & abjecta: non inhonesta, nobili, religiosa. Ità Pegna *part. 2. comm. 12. & 80. p. 4. tr. 8. res. 39.*

Vt Inquisitores possint contra aliquem procedere, sufficit modica & levis suspicio.

Si reus est vilis, improbus, & abjectus.

185. Julius

Sive procedere debeant per denunciationē aut querelam. Sive per Inquisitionem generalem.

185. Julius Clarus *lib. 5. §. finali, quæst. 6. n. 7.* quamvis admittat, in hoc crimine ex levi suspicione procedi posse, requirit tamen denunciationem, vel querelam, aliàs inquit, nimis latæ habenæ darentur Inquisitoribus. Sed ego teneo cum Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 59. n. 11.* stante suspicione, quæ levis sit per comparationem ad vehementem; in se tamen judicis arbitrio sit notabilis, juxtà Gloss. *1. c. excommunicamus, §. qui autem, de hæret.* (de quà re fusè Albertinus *de agnoscenda quæst. 34. num.*) procedi posse non solum per viam accusationis, seu denuntiationis, sed etiam per viam Inquisitionis generalis non præcedente infamia, ex cap. *accusatus, de hæret. in 6.* Ratio est; nam alioqui sequeretur, quod si quis Crucem combureret, vel aliud factum hæreticale committeret, & Inquisitor inquirendo generaliter, eum inveniret sine denunciatione & accusatione non posset contra eum procedere quod est absurdum *p. 4. tr. 8. n. 4.*

Ad capturam aliqua requiruntur indicia tortura.

186. Ad reorum capturam non procedit ex Cantera *qq. crim. cap. 1. quæst. 1. num. 60.* nisi sint sufficientia indicia ad torturam, & sic servari testatur ab Inquisitoribus Hispaniæ, sicut etiam de Inquisitoribus Italiæ testatur Genuensis *in pr. cap 68. num. 1.* Qui addit, quod quando persona denunciata est gravis, solet Inquisitor uni ex Consultoribus injungere, ut se ab illius Parocho secretò informet de vita & moribus. Atque hæc, quia carceratio in rebus fidei famam non parum lædit, Imò testatur Palaus *tom. 1. tr. 4. disp. 8. punct. 13. §. 1. n. 5.* statutum esse in Hispania, ut secluso periculo fugæ, &c. nullus Inquisitor particularis capiat Religiosam, vel aliam personam nobilem, nisi supremum Senatum consulat, missis ad illum probationibus & indiciis contra illum, quod habetur in Instructione Toletana *ann. 1561. num. 5.* Rojas *de hær. part. 2. asser. 1. num. 22.* ait, sufficere testimonium unius omni exceptione majoris, secus si denunciatus sit nobilis & bonæ famæ Quare Acugna *de Conf. solic. q. 4. n. 27.* ait, Sacerdotem in causa hæresis

Et in certis personis consensum supremi Senatus.

non esse incarcerandum ex unius testis delatione. Sed in casu occurrenti DD. Inquisitores considerent qualitates testis & rei *part. 4. tr. 8. res. 11. & 101. §. Notandum est.* Quod etiam procedit in captura Confessarii solicitantis, qui non debet capi ex delatione unius mulieris quantumvis honestæ, potest tamen ex hoc contra ipsum inquiri, & si inveniatur levis, seu malæ vitæ, tunc capi. Ita Freytas *add. ad Acug. q. 4. n. 27.* contra Canteram *qq. crim. c. 2. q. 1. n 49 part. 4. tract. 5. res. 55.*

Sed circa hoc Inquisitores considerent circumstantias, & qualitates testiū, & rei.

187. In casu tamen duplicis Matrimonii, antequam ad capturam procedatur, præcedere debet plena probatio ut constet, reum uno eodemque tempore duas uxores habere, idque non solum ipsius rei delatione, sed etiam testibus legitimis, aut authentica de libro Parochi, ubi adscribi solet. Testes verò satis est, quod dicant, mulierem pro uxore rei, haberi, illumque eam, tamquam uxorem tractare, in una domo convivere, &c. Quod si talis antequam testificetur, seipsum Inquisitori detulerit, non in carcere secreto, sed in peculiari domo, recludendum esse, ait Castrus *tom. 1. sum. tract. 4. disp. 8. punct. 16. §. 8. num. 2. p. 4. tr. 7. ref. 4.*

Cum hoc, quod ad capturam ob duplex matrimonium præcedat plena probatio.

188. Possunt Inquisitores procedere in causis fidei simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura judicii, ex privilegio in cap. *statuta de hæret. in 6.* Ita Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 52. num. 2.* & alii. Quod tamen privilegium non tollit solemnitates juris divini, aut juris gentium neque necessaria ac substantialia causæ, qualis est legitimatio personarum, &c. alioqui processus esset nullus. *p. 4. tract. 8. res. 48.*

Inquisitores in causa fidei procedere possunt de plano. Non tamen sine solemnitatibus juris divini, & juris gentium.

189. Quod si denunciatus sit absens, & delictum plenè probabile videatur, mandat Hispalensis Instructio *ann 1484. numer. 19.* ut per edictum citetur ad allegandum, firmandum processum, & omnes actus illius; infra terminum dierū triginta, de decē, in tres terminos dividendum, vel etiam plurimum pro quantitate distantiæ. Dicit autem *ad omnes actus*; quia citatio est necessaria etiā

Vnde si denunciatus est absens, citari debet ad allegandum in. fra 50. aut plures dies distinctos in tres terminos.

pro sententia definitiva. Sed Castrus *to. 1. tract. 4. disp 8. punct. 4 num. 3.* quamvis doceat unicam citationem tribus æquivalentem sufficere, quia in nullo jure expressè habetur, quòd debeat esse trina: maximè in hoc crimine, in quo judex non tenetur ad solemnitates juris aliàs requisitas; tres tamen ait expediri solere. *part. 4. tract 8. resolut. 80.* Sed ego teneo cum Rojas *singul. 29. num. 2.* & aliis, tres citationes requiri, quamvis Carterius *de hæret. num. 128.* habeat, sufficere duas. *part. 4. tract 8. res. 42. §. Sed quot.* Citatio autem debet continere causam, scilicet, quòd compareat ex causa fidei. Ità Decianus *lib. 5. c. 32. n. 8.* Quamvis Pegna *part. 3. comm. 33.* putet, sufficere, quod citetur ad comparendum corã Inquisitoribus volentibus ab eo aliqua scire. *Ibid. §. Notandum.* In singulis verò citationibus, si reus sit convictus, fiscalis libellum accusatoris edit, & cum terminus elapsus fuerit, ad publicam sententiam proceditur, & ejus statua comburitur. Si verò sit leviter suspectus, & citatus sub pœna excommunicationis non compareat, fiscalis petat libellos aggravatoribus, quibus ejus contumacia denuncietur, & tunc si post annum non compareat, Inquisitores declarent illum hæreticum. Ita Sousa *c. 49. à num 2. p. 4 tr. 7. res. 27. & tr. 8. res. 42. §. Notandum* in fine.

Citatio vero continere debet causam, ob quam vocatur.

Et si sit contumax, condemnatur.

192. Si contumaces post annum compareant, tenet Scaccia *ib. c 98. n 34.* quod audiri debeant tam quoad personam, quàm quoad bona, & ita servari testatur Romæ in Tribun. General. Inquisitionis. Sed Simanca *tit. 2. n. 21.* docet, quod circa bona non audiuntur, nisi de innocentia eorum plenè constiterit *Ibid. & t. 7. res. 27. §. Sed hic.*

Etsi compareat post annum, non auditur quoad bona.

193. Carceratis in S. Officio, si petant Confessarium ante judicialem Confessionem, securius est; non concedere, ut mandat Instrum. Toletana *ann. 1561. num. 71.* nisi in articulo mortis. Ità Piasecius *part. 2. c. 4. art. 6 num. 7.* qui addit, neque admittendos esse ad audiendam Missam. Sed Pegna *part. 2. comm 25.* benignius videri inquit, ut reis etiam sanis Confessarius concedatur, etiam si confessi non fuerint in judicio. Multaque inde commoda oriri posse. In hoc autem casu partes Confessoris erunt, reum ad judicialem sui & aliorum confessionem hortari; & addere, nevè metu carceris, vel tormentorum, sibi, aut aliis falsum crimen imponat. Non tamen illum absolvere priusquam ab excommunicatione absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus fuerit *part. 4. tract. 8. res. 6.*

Carceratis utius est Confessarium denegare ante judicialem Confessionem.

Nisi in articulo mortis.

Sed si concedatur, quid facere debeat Confessarius?

194. Instructio Hispalensis *ann. 1484. n. 16.* mandabat, dari reo Advocatum & Procuratorem. Sed quoad Procuratorem revocata fuit per Instructionem Toletanam *ann. 1561 num. 35.* Et sic hodie hæretico non datur Procurator, sed solum Advocatus, ut tradit Simancã *tit. 1. num. 2. 3. part. 4 tr. 8. res. 9.* Quod si reus sit absens, & de hæresi tantum suspectus, admittitur Procurator, ut defensor innocentiæ: at si sit convictus, admittitur solùm ad excusandam contuaciam. Ita Sousa *lib. 2 cap. 49. numer. 11. part. 4. tract. 7. resolut. 27. §. Notandum.* Quomodo autem se gerere debeat Advocatus cum reo, eadem Toletana instructio determinat *num. 36.* quæ videatur. Quæ autem Advocatus allegaverit reo præsente, habenda sunt ac si ab eodem reo proferantur, nisi Advocatus erraverit, & reus, etiam post triduum, contradixerit. Simanca *titul. 1. numer. 8.* Possunt verò inquisitores compellere Advocatos censuris, ut alicujus rei patrocinium suscipiant. Ita Narbona *lib. 4. tit. 1. leg. 20. gloss. 22. num. 63. part. 4. tr. 8 resol. 9.*

Reo non debet dari Procurator, debet tamen dari Advocatus.

Qui ab Inquisitoribus compelli possunt.

195. Magna celeritate ait Simanca *tit. 44. num. 32.* expediri debere causas hæreticorum, non esse differendas spe futurarum probationum, quæ nunquam fortasse venient, & rei interim aggravantur; nec causas jam concluſas diutius differendas, ut plures simul rei ad spectaculum deferantur. Ideo Instructio Vallisolet. *ann. 1488. numer. 30.* mandat statim procedi, & reorum hæreticorum causas celeriter finiri. Et inquisitor Generalis *ann. 1499.* in quadam Epistola ad inquisitores Barcin. *num 3.* docet,

Causas reorũ debent Inquisitores celeriter expedire.

docet, quòd intra decem dies à captura detur reo accusatio cum termino ad defendendum, & sic quam primùm potest ad sententiam definitivam deveniatur; capiendum autem non esse, nisi post sufficientem probationem. *part. 4 tract. 8. resol. 72.*

Et verba dubia regulariter in sensu Catholico interpretari.

196. Verba dubia, sicut & dubias testium depositiones, debent Inquisitores in sensu Catholico interpretari, nisi reus, qui dixit verba ambigua, habeat contra se siniſtram præsumptionem, præsertim ex qualitate personæ. Vel si ipse reus contrarium confiteatur; & ideo ejus intentio diligenter perquiri debet. Ita Albertinus *de agnosc. quæst. 34 n. 48.* Quod si neget, & indicia urgeant, veniri potest ad torturam. Ita Rojas *part. 1. num. 105. 375* Sed in casu occurrenti, videndi omninò sunt. Navarr. *lib. 5. consil. 6. num. 6.* & Simanca *tit. 54. num. 21. 22. part. 4. tr. 8. resol. 83.*

Vocare etiam Qualificatores Theologos.

197. Debent etiam Qualificatores Theologos vocare ad propositiones dubias declarandas, eisque omnimodam fidem præbere. Imò Deltius *lib. 5. sect. 15. excomm. 1.* putat, quòd etiam si Inquisitores sint Theologi, non pertinet ad ipsos cognoscere, utrum factum vel dictum sapiat hæresim, quamvis, quando certum est, quòd hæresim sapiat, cognoscere possint an sapiat manifestam. Freitas verò *quæst. 5. num. 42.* utrumque ad Inquisitores spectare inquit, si sint Theologi. Sed in praxi semper vocantur Qualificatores, quod etiam docet instructio Toletana *ann. 1561. num. 1 part. 2. tr. 8. res. 84.*

Inquisitores debent reum examinare de genere.

198. Quod attinet ad reorum examen, sic procedendum est. In primis reus interrogetur de genere suo, de parentibus, de educatione, de disciplina, de bonitate, & pravitate, de societate, & amicitia, de moribus, & verbis, & an sciat cur captus sit, an aliquos habeat suspectos, quos, & qua de causa. Deinde intra primos dies capturæ benignè admonendus erit veritatem dicendam, & dum interrogatur, poterit humile scamnum cõcedi, ut sedens, quietum animum habeat

De parentibus

De educatione

De disciplina.

An sciat cur captus sit.

An, & quos habeat inimicos.

De consuetis

Tertiò interrogatur de consuetis Catholicæ Religionis, quas devotiones habeat, quando, & cui confessus sit, si communicaverit, Ecclesias frequentaverit: quas preces Ecclesia præcipuis diebus fundere soleat: & similia, quæ Christiani communiter sciũt. Et hæc omnia docet Zanardus *part. 3. c. 87. part. 4. tract. 8. resol. 88.*

Christiano.

An confessus sit.

An communicaverit.

Ecclesias frequentaverit.

Et similia.

199. Quamvis autem reus non teneatur respondere & veritatem dicere, antequam aliqualiter sibi cõstet processus & acta, & judicem legitimè interrogare, ut habet probabilior sententia Cajetani in 2.2 *a. 69. q. 2* & aliorum: hæc tamen sententia non procedit in causa hæresis; & ideo Inquisitores non tenentur manifestare infamiam, indicia contra reos, &c. quia hæresis est crimen exceptum, ut etiam crimen læsæ majestatis, & proditio Civitatis, in quibus procedi potest de plano, simpliciter, & absque figura ordinii, ut habetur in *c. fin. de hæret. in 6.* & docet Pegnera in *pr. crim. §. 5. n. 13. p. 4 tract. 8. res. 130.*

Reus verò tenetur veritatem dicere, absque eo, quod sibi manifestentur indicia, infamia, &c. Neque hæc Inquisitores manifestare illi tenentur.

200. Addit Cartharius *lib. 2. cap. 1. n. 27.* posse Inquisitores interrogantes eum promittere illi impunitatem, si verum fateatur: quia in remittendis pœnis ampliorem habent, quam alii Judices, potestatem. Sed Scaccia *de judic. lib. 1. c. 87. n. 25.* id negat, docetq; Inquisitores non debere promittere, nisi quòd secum agent benigniori, quo poterunt, modo, seu quod Ecclesia dummodo non sit relapsus, secum misericorditer ager. Sed Inquisitores circa hoc videant Penam *part. 3. comm. 23. n. 206.* & Cantenam *qq. crim. c. 1 num. 9. p. 4. tract. 8 resolutione 22.*

An verò possint impunitatem promittere si fateatur?

Cartharius affirmat.

Scaccia negat.

201. Si Inquisitores in examine conoverint reum ad suum Tribunal non pertinere, *non se intromittant* (habetur in cap. *accusatus*) *sed relinquant suis judicibus puniendum.* Cujus sensus est, ut Moura *de incant. sect. 3. cap. 6. num. 10.* quod simpliciter relinquere debent, non illis judicibus puniendum remittere. Idque docet de sortilegio non sapiente hæresim manifestè. Sed hoc quoque delictum hodie ad Inquisitores pertinet ex nova constit. Sixti V. *part. 4. tract. 8.*

Et quid si cognoscant non esse de hæresi suspectum?

res. 111. Confessarium etiam sollicitantem, inventum non esse suspectum, non tenentur remittere, sed possunt ipsi punire. *p. 4. tr. 5 res. 54. §. Non desinam, & tr. 9. res. 7. §. ult.*

INQVISITORVM PRAXIS Circa testes.

Testes in causa haresis.

202.† DE testibus ad torturam necessariis, & sufficientibus dictum est supra à *num.* 104. Nunc aliqua dicenda sunt de differentiis, & qualitatibus testium in generali, & eorum sufficientia ad plenam probationem, pro sententia condemnatoria ad pœnam ordinariam, deque eorum examine, Igitur†

Non possunt esse inimici capitales.

203. Inquisitores non possunt admittere in testes inimicos capitales, Ita Simanca *titul. 64. num. 80.* Imò Rojas *p. 2. num. 231.* ait, tali inimico neque in articulo mortis credendum esse, neque in tortura; etiamsi fuerit recenter reconciliatus. Quænam sint inimicitiæ capitales, docet Ciazzius *discept. crim. discept. 34. cap. 1. num. 1.* & alii. Inimicitia non capitalis non impedit, quin aliquis in testem admitti possit, licèt adminutus. Ita Parisius *lib. 4. consil. 2. n. 46* Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 15. §. 1. numer. 10.* tenet, amicum strictum vel consanguineum inimici capitalis non esse admittendum in crimine hæresis, quod generaliter, ut docet Gabriel *consil. 178. num. 8. & 24. lib. 1.* de suspectis de inimicitia, quales sunt etiam subditi inimici capitalis, &c. Sed Zanchinus apud Farinacium *de hæret. quæst. 158. §. 6. num. 107.* tenet, admitti. Quæ sententia amplectenda est in casu, quo sunt probabiles conjecturæ, quod tales ex zelo fidei, & non ex odio moveantur ad testificandum, ut docet Sousa *lib. 2. Aph. c. 10. num. 8.* Unde dictis testibus non creditur, nisi legitimo adminiculo adjuventur. *part. 4. tract. 8. res. 16. & 57.*

Non capitales admitti possunt ut diminuti. Sicut suspecti de inimicitia, si adminiculis adjuventur.

Admitti possunt excommunicati, criminosi, infames, socii criminum, ut patet ex c. infideli fautorem, de har. in 6. Unde etiam perjurus, Judæus adversus Christianum apostatantem, hæreticus, domestici, familiares, consanguinei, mulieres, minores. Ita Gundisalvus *de har. q. 13. num. 10. & 12. part. 4. tr. 8. resolutione 57.*

204. Admittuntur tamen excommunicati, criminosi, infames, socii criminum, ut patet ex c. *infideli fautorem, de har. in 6.* Unde etiam perjurus, Judæus adversus Christianum apostatantem, hæreticus, domestici, familiares, consanguinei, mulieres, minores. Ita Gundisalvus *de har. q. 13. num. 10. & 12. part. 4. tr. 8. resolutione 57.*

Absque aliis probationibus. Et tortura.

105. Et quidem hi omnes admittuntur, etiam si aliæ adsint probationes, & sine tortura, Ita Rojas *singul. 188. numer. 8.* Et hoc verum est sive procedatur via inquisitionis, sive via accusationis, quidquid in contrarium asserat Barbosa, *tom. 3. lib. 5. tit. 2. cap. 5. numer. 8. Ibidem. §. Dico secundò. & tractat. 6. resol. 10.*

Sed non in favorem hæretici.

206. Sed tales non admittuntur in favorem hæretici, si ab ipso adducantur. Ita Rojas *ubi juprà n. 9* contra Gomez *tom. 3. cap. 12. num. 23.* Admitti tamen possunt familiares, domestici, & consanguinei, maximè probatæ vitæ, sed tamquam testes diminuti. Ita Pegna *part. 3. comm. 119* contra aliquos apud Mascardum *de prob. lib. 2. conci. 857. num. 24. ibid. §. Dico tertiò.*

Admittitur etiam filius contra patrem.

207. Item contra patrem hæreticum admittitur filius. Qui tamen secundùm Genuensem *in prax. cap 18. num. 9.* non debet cogi, si alii suppetunt: quia est ex privilegiatis, qui cogi debent tantùm in subsidium. *part. 1. tract. t. 4. resolutione 4 paragr. Tertia opinio, in fine.*

Cæterum depositio unius ex testibus inhabilibus nò sufficit ad pœnam extraordinariam. Sed requirùntur saltem duo. Ad ordinariam verò, vel quatuor contestes. Vel duo omni exceptione majores.

208. Cæterùm depositio unius testis ex inhabilibus supradictis rarò sufficit ad torturam, nisi adminiculis & gravibus præsumptionibus adjuvetur. Depositio duorum sufficit, sicut etiam ad pœnam extraordinariam. Ad ordinariam verò non sufficit, nisi sint tres ad minus vel quatuor contestes, quia cum sint inhabiles, non integrè probant; & ideò inhabilitas debet multitudine compensari. Ita Pegna *parte 3. quæst. 64. comm. 113.* Immò Clazzius *discept. 17. num. 46.* putat, compensari non posse. *part 4. tractat. 8. resolut. 57. §. Dico quartò, & resol. 123.*

209. Nec item plenè quoad pœnam ordi-

ordinariam probatur delictum ex duobus testibus, quorum unus sit omninò integer, alter verò inhabilis. Ita Sanctarell. *de har. cap. 38. dub. un. num. 7. part. 4. tractat. 8. resol. 57. §. Dico quintò, & resolut. 129.*

Testes singulares singularitate obstativa, nihil probant Adminiculativa, & diversificativa sufficiunt ad torturam, & ad pœnam extraordinariam.

210. Testes singulares alii sunt singularitate obstativa, quando dictum unius repugnat dicto alterius: alii adminiculativa, quando dictum unius favet dicto alterius, ut si unus testetur de visu, alius de auditu, &c. Alii denique singularitate diversificativa, quando scilicet ex diversis testium dictis diversus actus in substantia colligitur, ut si unus deponat pro tali loco & tempore, alius pro alio loco & tempore. Primi ex his nihil probant. Secundi & tertii probant plusquam semiplenè, & sic sufficiunt ad torturam & ad pœnam extraordinariam, non tamen ad ordinariam. Ita Mascardus *de prob. lib. 2. concl. 816. num. 12. parte 4. tractat. 8. resolutione 57. §. Verùm,* & infrà.

Duo testes omni exceptione majores testificantes de duobus actibus haereticalibus diversis, non convincunt.

211. Duo testes omni exceptione majores testificantes de duobus actibus haereticalibus diversis, ut si unus dicat, reum ex observantia legis antiquæ Sabbathum custodisse, alius verò, se circumcidisse, non convincunt. Ita Rojas *de har. part. 2. numer. 141.* Sed contraria opinio Simancæ *titul. 37. numer. 11.* est etiam probabilis, & eam sequitur Inquisitio Lusitana. At Romana, Hispanica, ac proinde nostra Siciliæ sequitur opinionem Rojas. Porrò qui dicantur testes omni exceptione majores, dictum est suprà *num. 110. part. 4. tract 8. resol 47. §. Dico septimò, & tract. 7. resol 31.*

Sicut si deponant de eodē, sed unus pro tali loco, & tempore, alius absque loco & tempore.

212. Si unus deponat de hæresi pro tali loco & tempore, & alius deponat de eadem sine loco & tempore, non convincunt. Ita Farinacius *quæst. 64. num. 107.* Si verò uterque deponat pro iisdem loco & tempore, quamvis in verbis discordent, convincunt. Ita Pegna *part. 3. comm. 121.* contra Albertinum *in cap. 1. q. 16. nu. 24. de har. part. 4. tr. 8. resol. 57. §. Dico nono, & Dico decimò.*

213. Ex duobus testibus contestibus & idoneis possunt Inquisitores punire hæreticum malæ vitæ & famæ pœna ordinaria. Ita Cabrera *qq. crim. c. 1. de har. num. 61.* & alii contra Spatharium *prax. Reg. tract. 7. c. 14. num. 2.* & alios; qui tamen vel id negant de testibus non idoneis, vel de reo bonæ alioqui vitæ. Nam *in ore duorum vel trium stat omne verbum*, nec ab hac regula hæreticus aliquo jure excipitur. Nec obstat quòd nomina testium reo hæretico non publicentur, quin idonei esse possint & omni exceptione majores; nam hic defectus Inquisitorum diligentia superabundanter impletur. Sed hæc dicta sint in rigore loquendo: nam nostra Inquisitio Hispanica ad pœnam ordinariam regulariter tres contestes & idoneos testes requirit, *part. 4. tractat. 7. resolut. 32.*

Duo testes idonei contestes convincunt reū malæ vitæ, & famæ.

Sed Inquisitio Hispanica requirit tres.

214. Præsumptiones & indicia, quantumvis plenè probata, sicut non sufficiunt ad pœnam ordinariam in aliis delictis, ex Glossa *verb. illorum in cap. veniens 1. de testibus*: ita nec in crimine hæresis, in quo probationes debent esse luce clariores ratione majoris periculi. Ita Simanca *titul. 50. num. 21. titul. 51. num. 2. & in Ench. titul. 34. numer. 1.* contra Locatum *verb hæreticus num. 22.* Et decisum videtur expressè in cap. *litteras, de præsumptionibus.* Sufficiunt ergo ad pœnam extraordinariam, triremium v. gr. fustigationis, exilii, carceris, &c. Ita Pegna *parte 2. comm. 80.* Quamvis Menochius *cons. 82. numer. 144.* putet, solùm sufficere ad pœnam pecuniariam, *part. 4. tract. 8. resol. 36.* † licet infrà *in resol. 116.* videatur sibi contrarius. †

Præsumptiones, & indicia non sufficiunt ad dānandum reū ad pœnam ordinariam. Sed tantum ad extraordinariam triremium. Fustigationis. Exilii, &c.

215. Ex duabus semiplenis probationibus non consurgere unam integram, ait Sousa *Aph. lib. 4. cap. 5. num. 10.* ex qua Inquisitores possint reum punire pœna ordinaria, quia sunt in suo ordine diversæ, ac proinde inunibiles. Sed contrarium tenent Locatus *verb. testis,* & Rojas *singul. 88. num. 16.* quia utraque semiprobatio rendit in eundem finem. Dicēdum tamen cum Cantera *qq. crim. cap. q. 5. n. 2.* secundam opinionem procedere

Duæ probationes semiplenæ non uniuntur ad faciendam unam integram pro danda pœna ordinaria.

si præterea adsint alia indicia, secus procedere primam : & hoc pacto concordare posse. Inquisitio verò Hispanica sequitur absolutè primam sententiam, etiamsi adsint alia indicia, *part. 4. tract. 7. resol* 30.

Testes in S. Officio interrogari possunt lite non contestata, & parte non citata.

216. Quoad interrogationem testium, in crimine hæresis interrogari possunt lite non contestata, & parte non citata ac recipi ad instantiam Fiscalis ad perpetuam rei memoriam, quia Inquisitores procedunt simpliciter & de plano. Et sic recepti faciunt fidem in plenario judicio. Quod practicatum vidit Cantera *qq. crim., cap. 2. quæst. 1. num. 6.* in Inquisitione Regni Galiciæ, & videtur provisum in text. cap. *in favorem fidei de hær. in 6.* Sed negat Bartolus *in l. fin. ff. de quæstione* & Felinus in cap. 2. *de testibus ibidem & resolutione* 115.

Et capi possunt ad instantiam Fisci ad perpetuam rei memoriam.

Debent autem interrogari an sint Judæi, Saraceni, &c.

217. Inquisitores possunt & debent interrogare testes an sint Judæi, aut Saraceni, & sic practicari testatur Cantera *qq. crim. c. 2. num.* 41. Et quamvis hoc durum videatur, cum nemo teneatur suam turpitudinem patefacere, unde communis opinio apud Felinum in cap. *cum causam, de testibus, num.* 44. contrarium tenet; sustinetur tamen in favorem fidei, & fundatur in quadam Instructione Inquisitionis apud Canteram, qui aliam probationem addit, nimirum, quia est maxima præsumptio contra testem ex tali genere, quod non dicat veritatem contra reum ejusdem generis, idque est multum adnexū causæ principali, ut probari potest ex cap. *quia verisimile part. 4. tractat. 8. resol.* 114.

Et recipi coram duobus Religiosis.

218. Quando Inquisitores recipiunt testes, præter secretarium adhibere debent duas personas Religiosas. Ita habetur in cap. *ut officium, §. verum. de hær. in 6.* Sed ibi Simanca *titul. 64. nu. 9.* nomine Religiosorum intelligit etiam

Aut Clericis, vel etiam laicis prudentibus.

Clericos, & Pegna *part. 3. quæst* 63. laicos graves & prudentes. Quæ opinio vera est, non solum in defectu Clericorum, ut docet Genuensis *cap.* 68. *numer.* 1. sed etiam data eorum copia. Sed in Tribunali Hispaniæ semper adsunt quinque personæ, Judex, testis, scriba, & duæ religiosæ personæ, religiosæ inquam non habitu, sed virtutibus, ut docet Paramus *lib. 3. quæst. 4. num. 50.* Quando testes contra hæreticos recipiunt Episcopi Repertorium *v. exam. test.* ait non teneri religiosas personas adhibere, sed optimè Pegna *ubi suprà* teneri docet *par. 4 tr. 8. resol. 12.*

229. In aliis delictis æquum est testes confrontare cum reo, ex l. *si postulaverint, §. quæstioni, ff. ad legem Iuliam de adult.* Sed hoc Inquisitores in causa hæresis facere non debent, & habetur in Instructione Toletan. *ann. 1561. num. 72.* Et docet Sanctarellus *de hær. cap. 39. dub. 4. numer. 22.* Ratio est, quia ex hoc testes abstinerent à denunciando. Genuensis *prax. cap. 68. num. 6.* id admittit in duobus casibus. Primò, quando testes sunt socii criminis. Secundò, quando judicatur abesse periculum, ut si testis sit vilis, qui parum curat de bona fama, ut meretrix, &c. In quibus, vel aliis casibus quàm cautè, & quo modo & forma talis confrontatio sit facienda, Inquisitores videant Scacciam *de indic. lib. 1. cap. 87. numer. 19 part. 4 tractat. 8. resol. 63.*

Non tamen confrontari cum reo.

Nisi in certis casibus.

Et tunc cum magna cautela.

230. Testes in summario recepti, & cum juramento sic examinati debent iterum interrogari, sed ut vulgo dicitur, ratificari: aliter non faciunt fidem in judicio. Nec sufficit, quòd reus habeat illos pro repetitis. In hac autem ratificatione ait Simanca *titul. 64. num.* 24. non solere prius dictum Inquisitores ostendere, ut sic agnoscant, an verum dixerint: si enim falsum dixerunt, nisi valde memores sint, in ratificatione diversificabunt: Sed, si longum tempus à priori dicto secutum sit, inhumanam hanc sententiam appellat Roias *singul. 206. numer. 2.* cum hominum memoria labilis sit: Et testem cautè dicere debere, *quòd si aliter dixit in alia examinatione, ad illam se refert, in qua melius recordabatur.* Sed modum ratificationis ponit Instructio Toletana, quæ *ann.* 1561. *num.* 30. in illa duos honestos Ecclesiasticos

Postquam vero in summario recepti sunt, debent ratificari.

Coram duabus personis

Ecclesiasticis, absente Fiscali.

cos præsentes exigit, & *ann.* 1576. *num.* 3 ab ea Fiscalem excludit, *part.* 4. *tractat.* 8. *resolutione* 14.

Sed quid si in ratificatione diversificent? Monendi sūt de diversitate, & interrogandi de causa, scribendo quidquid respondendum, Standū enim est secundo dicto. Si in primo deposuerit innocentiam, & in secūdo hæresim Secus si contra.

231 Si posteriora testium dicta cum prioribus non congruant, tunc ait Simanca *titul.* 24. *num.* 4 legenda esse illis priora, & interrogandos, cur tam varia dicant? Monendos, ut in veritate maneant, & quidquid responderint, scribendum esse. Et si facillent mittendos in carcerem, sive id causa postulat, torquendos & puniendos esse. *ibid. §. Notā etiam quod.*

232. Si testis in priori dicto deposuit innocentiam, & in ratificatione revocat prius dictam, & deponit hæresim, statur secundo dicto: quamvis in aliis delictis stetur primo. Ita Covarruvias *lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 9. & alii. Quæ doctrina vera est, non solùm quando testes deponunt contra se, & suos complices; sed etiam contra alios. Sed quid, si in priori dicto deposuit hæresim, in ratificatione autem negat? Mihi non displicent Delrius *lib* 5. *sect.* 5. & Simanca *tit.* 64. *num.* 59. docentes, quod in hoc etiam casu standum sit secundo dicto, quando constat talem revocationem non levitate, aut pretio, &c. sed zelo Catholicæ fidei factam esse, quia in indicio servari debet æqualitas. Sed quia contraria sententia est communis, ideò ab illa non recedo. Et hæc omnia probantur ex cap *accusatus §. licet*, ibi, *contra se & alios complices deponendo*, iunctis verbis præcedentibus, *tam de se, quam de aliis super facto hæresis, &c.* Ex quo ait Trevian. *lib.* 2. *decis.* 59. *num.* 13. sancitum esse, quod in causis fidei inter duo dicta jurata standum est illi, quòd fidei favorem concernit. *part.* 4. *tract.* 7. *resolutisne* 22.

Si reus testibus nihil opponat, habeantur pro idoneis. Debent tamen Inquisitores illorū vitam, & conditiones inquirere.

233. Si reus nihil testibus opponat, ex cap. *præsentium de testibus*, testes præsumuntur idonei, & omni exceptione majores. Unde quamvis Ciazzius *discept.* 22 *& num.* 27 doceat, quod, ubi requiritur testis omni exceptione major, ut requiritur in sacro Inquisitionis Tribunali, Fiscus probare teneatur, testem esse talem; id tamen Sacra Inquisitio non observat. Negari tamen non potest, quod Inquisitores debeant testium vitam & conditiones inquirere, quamvis illis reus nihil opponat. Maximè quia illorum nomina reo non revelantur. Ita Albertinus *in cap.* 1. *de har. in* 6. *quæstione* 16. *num.* 32 *part.* 4. *tract.* 8. *resolutione* 124.

In causa hæresis non admittūtur exceptiones, nisi penitus rejicientes.

234. Exceptiones in causa hæresis, contra testes non admittuntur, nisi sint inimicitiæ capitales, conjurationes, subornationes, & adsummam tales, quæ illos penitùs rejiciant. Ita Simanca *in Eneh titul.* 35. *num.* 3. *ibid. §. Non desinam.*

Oppositiones verò ex Cātera admittuntur etiam in causa appellationis. Etiam in quacumque parte.

235. Quamvis autem oppositiones testium in causa appellationis in aliis causis non admittantur, in causa tamen hæresis, in qua proceditur de plano, & sine strepitu, Cantera *qq. crim. cap. de probper test. §. de plena prob. num.* 58. tenet admitti, etiam in causa appellationis, ubi hæc locum habuerit etiam in quacumque parte, & (ex clementia judicis) etiam post conclusionem in causa. Et citat Instructionem Madrilianam *ann.* 1561. *numer.* 38. *part.* 4. *tractat.* 8. *resolutione* 117

INQVISITORVM PRAXIS
In torquendo.

Priusquam reus torqueatur, dari ei debet terminus ad defendendum cum copia indiciorum.

236. FAlconus *reg.* 468. *numer.* 5. cum multis aliis asserit, reum torqueri posse sine data copia indiciorum & defensione, si ab ipso non petatur, idque colligi ex l. *unius §. fin. ff. de quæst.* ibi, *postulante reo.* Et ideò Navarrus *lib* 5 *consil.* 8. excusavit quendam Inquisitorem, qui multos reos torqueri jussit absque data copia indiciorum, & absque termino, ad defendendum; quia non petierunt sibi dari. Dicendum est est tamen cum Simanca *tit.* 52. *num* 8. & aliis communiter, reo antequam torqueatur dandam esse copiam indiciorum cum dilatione & termino ad defendendum. Et ideò in nostra Inquisitione Hispanica, ut observat Paramus *lib.* 3. *quæst.* 4.

quæst.4. num.53. & habet Instructio Toletana *ann.1561. num.32.* Inquisitor propria manu testium dicta scribit, & reo præbet. Cantera *qq. crim. quæst. 9 de Iud.num.3.* cum aliis distinguit: & dandam inquit si reus est literatus, secus si idiota. *part.3. Add. secund. resol.29 & part. 4 tractat 8. resol.28.*

Seclusis nominibus testium.

237. Quando reo datur copia indiciorum & testimoniorum, tacentur nomina testium, quod est peculiare in causa hæresis, ut tradit Simanca *apud Clarum in praxi quæstione 49.* Nam in aliis criminibus ex cap. *qualiter & quando, extrà de accusat.* publicari debent. Sed quia cap. *fin. de her. in 6.* id docet in casu, quo immineat testibus periculum ex rei qualitate. Personalis *de judic. & tort. à numer. 19.* tenet talem consuetudinem in omnibus casibus non valere. Quod probari potest ex Bulla Pauli III. mandante, nomina testium etiam in hæresis crimine cessante periculo publicari. Sed non est recedendum a communi praxi sacrorum Tribunalium, quam determinavit Congregatio Cardinalium *die 4. Maji 1566.* & etiam Instructio Toletana 1561. *num.39.* Quæ utraque etiam prohibet publicari reo responsiones testium super interrogatoriis rei, si ex illis reus venire posset in notitiam testium, sicut etiam aliarum circumstantiarum, ex quibus talis notitia oriri posset. Unde Inquisitorum arbitrio relictum est, quas circumstantias publicare velint, quasque tacere. Ita Pegna *part.3. comm.124.* & alii *part. 4. tr 6 resolutio.28.*

Si reus minor est, dandus est ei Curator.

238. Si reus minor sit, Judex debet ei dare curatorem, alias ejus confessio non valeret. Ita Monticelius *reg. 10. numm.17.* & alii. Et quamvis alicubi contrarium observetur, quam consuetudinem non improbat Eymericus, *tit.6 cap.21. num.3.* in Tribunali tamen Inquisitionis Hispanicæ curator assignatur juxta instructionem Toletanam *ann.1561 numero 25.* quæ advertit Curatorem esse non posse de officialibus Inquisitionis. Et contra Gomez *lib.3 cap.1. num.64.* non debet pater constitui in curatorem filii, & sic observatur. Curator autem non debet esse præsens quando minor torquetur, licèt præsens esse debeat, cum sententia torturæ pronunciatur. Ita docet Garsia *ord. proceff. in S. Offic. fol.29,* & observatur in Tribunali Hispanico: quamvis contrarium videatur colligi ex *l. clarum, C. de auctorit. præst.* Benè etiam observat Gomez *ubi supra*, curatorem non debere esse præsentem, quando reus interrogatus de delicto respondet, quia debet respondere ex propria scientia, non ex aliunde suggestis. *parte 4. tract. 6. resol.31.*

Qui tamen non sit ejus pater.

Nec sit præsens, dū reus torquetur.

Aut interrogatus de delicto, respondet.

239. Si plures complices in delicto torquendi sunt, Judicem incipere debere à viliori, & debiliori, docet Simanca *tit. 65. num. 66.* cum aliis communiter; quia nimirum à tali facilius veritas sciri potest. Quæ opinio procedit etiam, quando testes torquendi sunt. Sed advertit Guazzinus *tom 2. lib.1. defens 30. c. 19 n.4.* hæc vera esse, quando æqualia indicia de omnibus haberentur, secus si unus esset alio magis indiciatus. Verùm hæc opinio suam patitur difficultatem. *part.4 tr.6. resol.26.*

Cum plures ex eodē delicto torquēdi sunt, & omnes cum æqualibus indiciis, incipiendum est à debiliori, & viliori.

240. Quoad speciem tormenti, Inquisitores, saltem in hoc Regno, non debent recedere à tormento finis, quod recepit consuetudo, & approbat *l. nullus.* ibi, *fidicularum tormenta.* Cæterum advertit Simanca *tit. 65. num. 62.* non æquè omnes esse torquendos; sed mitius debiles, timidos, honestos, &c. durius verò fortes, robustos, humiles, &c. Sousa *lib. 2. cap. 30. num. 30.* ait, considerandam etiam atrocitatem delicti, & qualitatem indiciorum. Nec nisi per horam torturam durare debere, aut plures tribus quassationes fieri. *part.4. tract.6. resol.35.*

Non debent Inquisitores adhibere aliud tormentum à fune. Mitiori, & duriori, pro qualitate personarum.

241. Quando reus ex aliquo impedimento torqueri non potest, Inquisitores eum puniunt pœna extraordinaria cum abjuratione, pro qualitate delicti, & probationibus. Ignis enim tormentum nec Magna Regia, nec hujus Regni Inquisitores amplius adhibent: quia praxis ostendit, quod ex multis sic tortis nemo

Et si torqueri no possit, cogat abjurare & dare pœnā extraordinariā. Nunquā verò adhibeant ignem.

rò adhibeant ignem.

nemo confitebatur, *part.4.tractat.6.resolutione 35.*

Dum rei torquentur, interrogari debent generaliter utrum dicere verũ velint in his, de quibus accusati sũt. Minimè verò in particulari.

242. Inquisitores debent reos in tortura generaliter interrogare, ut veritatem dicant de omnibus, de quibus sunt accusati, & nullo pacto falsum contra se, vel alios proferant: minimè verò particulariter, & nominatim: nam hoc esset potius falsum suggerere agonizanti, & facile, quidquid expresè petierint, confessuro. Quod cautè, pieque providit Instructio Toletana *ann. 1561. numer. 49.* docentque Roias *de har. part. 2. num. 395.* & alii *part. 4. tr. 6. resol. 19.*

Quod si timeant maleficio detineri, quo minus confiteantur. Iubeant denudari. Omnes pilos abradi. Os, & foramina auriũ, narium, anũ. Et vulvam diligenter examinari. Præmittant etiam exorcizationem Sylvestri. Appendant collo Sacras Reliquias, Agnos benedictos, Aspergant aqua lustrali. Et instillent cereo benedicto.

243. Si timeant, reum in tortura veritatem ex incantationibus, & maleficiis non fateri. docuit Pegna *part. 3. comm. 39. litt. F.* omnes vestes debere ab eo tollere; Binsfeldius *com. malef. & math. leg. 7. quæst. 1. concl. 15.* omnes pilos abradere; Ambrosinus *de proces. inform. lib. 4. cap. 1. num. 220.* os, foramina narium & aurium, anum, vel vulvam, & si qua plaga vel Cauterium, aut incisio in corpore adsit, diligenter inquirere. Nam testatur Damhauderus *pract. crim. cap. 37. num. 21.* se occulatim vidisse mulierculam veritatem in tortura tacuisse, donec pili omnes pudendorum per tonstrices abrasi ei fuerunt, & pergamena ibi ante, & retro inserta inventa fuit, peregrinis dæmonum vocabilis, & aliquot crucibus depicta, à qua impassibilis penè reddebatur. Et simile quid etiam ipse in Urbe Neapolis accidisse testatur. Poterunt etiam Inquisitores Ecclesiasticis remediis uti, nimirum præmittere exorcizationem Sylvestri *lib. de strigimag. admir.* appendere collo sacras reliquias, agnos benedictos, effundere in os aquam benedictam, & inopinato instillationem cerei benedicti; quæ omnia adducit Delrius *append. 2. lib 5. quæstione 25. & 29.* Item possunt à tortura desistere, & post aliquot dies repetere, ut idem docet; quia dæmon non semper strigibus assistit, sed eas aliquando aut sua sponte, aut Dei jussu deserit.

Vel alia adhibeant remedia.

Alia etiam remedia adducunt Quevedus *de indic. & tortur. part. 2. cap. 6.* Malleum maleficiorum *tom. 1. part. 3. quæstione 15.* & ipse iterum Delrius *lib. 5. sectione 9. parte 4. tractat. 6. resolutione 37.*

Si verò reus in tortura cõfitetur, debet confessionem extra locum torturæ ratificare.

244. Si in tormento reus confitetur, debet postea confessionem extra locum torturæ ratificare, ut patet per Gloss. in l. 2. *verb aliquid, Cod. quorum appell. non recip.* & in l. *servos, Cod. ad leg. Iul. de vi publ.* alias non illi nocebit. Idem dic si confessus sit ex propinqua realis tormenti comminatione, secùs si ex remota. Ita Pegna *part. 3. comm. 39. num. 150.* Modus talis ratificationis est, quòd non lecta sibi confessione moneatur ad repetendum quidquid in tortura pro veritate dixerat, & quidquid dicat notetur, & postea legatur ei confessio per extensum, & interrogetur, an ea, quæ sibi lecta sunt, sint illa ipsa, quæ dixerat in tortura, & tamquam vera velit ratificare. Et hæc est praxis Farinacii magis perfecta, & recepta. Præterea si reus est minor, ratificatio debet fieri coram curatore. Ita Garsias *ord. process. in S. Officio fol. 30. pag. 1. part. 4. tractat. 6. resolutione 22.*

Modo, qui scribitur.

Et, si est minor præsente curatore.

Post diem integrum.

245. Tempus ratificationis nullo communi jure præfinitum est. Bartolus *in l. 1. § Divus Severus, ff. & quæst. ait,* hoc positum esse in arbitrio Judicis. Cæterum Gomez *tom. 3. c. 13. num. 24.* rectè admonet, intercedere debere spatium unius diei ab inflicta tortura, quam opinionem sequitur Inquisitio Hispanica, ratificationem postulans post horas 24. quod etiam statuitur in Instructione Toletana *ann. 1561. numer. 53.* Quamvis Miranda *tom. 2. quæst. 26. art. 17. concl. 3.* asserat, Inquisitores post tres dies ratificationem exposcere, quod illis permittit instructio Hispalensis *ann. 1484. num. 15.* & Pegna benignius esse inquit. Sed Cantera *qq. crim. cap. 2. qu. 1. num. 67* nobiscum observat regulariter fieri post horas 14. *part. 4. tract. 6. resol. 22. §. Sed praxis.*

Quod si confessionem revocaret, &

246. Si quis in tortura confessus, postea ad bancum Judicis revocaret, & post revocationem iterum sponte confitere-

post iterum rati haberet, confessio adhuc valeret.

tur, & confessionem in tortura factam ratificaret, tunc confessio in tortura facta valeret. Ita Cantera *ibid.* §. *Notandum est tamen* 1.

Confessio tamen torturæ etiam ratificata, revocari potest.

247. Confessio facta in tortura, & postea legitimè ratificata, revocari potest, allegando & probando errorem. Ita Caballus *resc rim cent. 2. cas.* 186. *num* 24. Sed si error non probetur, deveniendum est ad sententiam definitivam *Ibid.* § *fin.*

Quando reus torqueatur super intentione & complicibus, tenetur cum clausula, citra præjudicium probatorum.

248. Quando reus convictus torquetur super intentione, & complicibus, tortura dari debet cum clausula, *citra præjudicium probatorum*: aliter si ipse persistat negativus, vel etiamsi cum dicta clausula interrogetur de delicto, ipse negativus manens purgabit omnes probationes, quidquid asserat Gomez. *tom. 3. cap. 13. num.* 20. si verò torqueatur cum clausula, & nihil super delicto interrogetur, etiamsi negativus manear, damnandus est ad pœnam ordinariam, quia Fisci jus acquisitum non læditur. Ita Boërius *decis.* 163. *num.* 13. & alii communiter *part.* 4. *tr.* 6. *resol.* 32.

INQVISITORVM PRAXIS
In ferendâ sententia.

Inquisitores debent ferre sententias in scriptis.

249. INquisitores debent ferre sententias in die, non in nocte, nisi multitudo negotiorum impediat. Debent præterea ferre in publico, & in scriptis, aliàs erit nulla. Item in die festo, ut multitudo populi ad spectaculum congregata timere discat, & mala committere vereatur. Ita habetur in Instructione Toletana *anno* 1561. docet Salzedo *prærim Diaz. cap.* 114. *lib.* 1. & approbat praxis Inquisitionis Hispanicæ. *part.* 4. *tractat.* 8. *resolutione* 98 & 106.

In publico, In die festo.

Et in scripto sententiæ condemnatoriæ exprimere errorem.

250. Debent præterea in sententiis condemnatoriis exprimere specialem errorem, de quo reus notatus fuit, investigationem criminis, citationes, admonitiones, confessiones, probationes, legitimas inducias ad pœnitendum, obduratum animum, & reliqua processus justitiam concernentia. Ita Pegna *part.* 3. *comm.* 40. *resol.* 106. *cit.* Non tenetur tamen sententiam proferre sedentes pro Tribunali, neque immediatè per se. *Ibid* § *Nota hic.* In determinanda qualitate culpæ contra fidem opinio Theologorum sequenda est; in procedendo, & condemnando, Canonistarum. Ita Azorius *tom* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 2. Si ex parte juris sunt diversæ opiniones, probabilius est, teneri Inquisitores sequi probabiliorem. Si verò opiniones sunt æquè probabiles, sicut si ex parte facti detur æquale dubium, sequenda est opinio, quæ favet reo. *Ibid.*

Et reliqua processum concernentia? Non tenentur proferre sedentes pro Tribunali, & per se ipsos.

Quando Theologorum, quando Canonistarum opinionem præferre debeant? In dubio favorem reo amplectantur opinionem. At si una opinio est probabilior, illam sequantur.

251. Quando in imponendis pœnis Inquisitores ab Ordinario discordant, quid faciendum, dictum est suprà *num.* 19. Vbi etiam *num* 22. dictum est, vota Consultorum esse solùm consultiva, non autem decisiva. Et si verò Inquisitores, Ordinarius, & Consultores omnes conveniant in tradendo reum brachio sæculari; id tamen facere non debent inconsulto supremo Senatu. Ita habetur in Instructione Toletana, & docet Molina. *part.* 4. *tractat.* 8. *resolutione* 121.

Non debent reum tradere brachio sæculari absque consilio supremi Senatus.

252. Vt autem tradendo reum brachio sæculari non incurrant irregularitatem, advertit Pegna *part.* 3. *comm.* 85. non debere expresè dicere ludici laico, ut contra reum exequatur sententiam mortis, sed quod agat adversus illum juxta leges, aut exequatur suam sententiam. Sed hos scrupulos abstulerunt Paulus IV. & Pius V. statuentes, ut Inquisitores, & eorum Consultores, ministri, &c. nullam irregularitatem incurrant ob qualemcumque concursum ad mortem hæretici. Vnde si Iudex sæcularis differret executionem mortis, possent Inquisitores instare, ut sollicitet absque irregularitatis metu. Ita Barbosa *tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 7. *c.* 13. *num* 5. contra Covarruviam *in Clem.* 1. *part.* 2. § 5. *num.* 6. Ex quo patet, nō teneri præmittere protestationē cap. *novimus de verb. signif part.* 4. *tr.* 8. *resol* 51 & obiter olim *part.* 1. *tractat.* 1. *resol.*

Tradentes vero non habeant scrupulum irregularitatis. Nec enim tenentur protestari. Et si quis eorum irregularis fieret, ab-

invicem absolvi posset.

resol. 135. §. *Notandum.* Si quam verò Inquisitor irregularitatem incurreret, posset ab alio absolvi ex privilegio Urbani III. *ibid. & tractat* 2. *resol* 102. Quod privilegium secundum Pegnam *p.* 3. *comm.* 72. verius est competere eorum Commissariis. *resol.* 102. *cit.* in fine.

Caterùm neminem indefensum damnent.

253. Illud verò in primis observent Inquisitores, neminem indefensum condemnare. Defensionis substantia consistit in scientia eorum, quæ testes dixerunt, ex cap. *qualiter, & quando de accusat. in* 6. ibi, & *exponenda sunt ei capitula, ut facultatem habeat se defendendi.* Imò mihi placet communis Jurisconsultorum doctrina apud Farinacium *quæst.* 39. *num.* 35. quòd defensio concedi debeat reo etiam confesso, & convicto, etiamsi non pateat. Ratio est; quia defensio est de jure naturali & divino, ut patet *in Clem. Pastoralis,* ibi, *de re judicata, de crimine gravi delato.* Unde in hoc neq; de absoluta potestate Princeps dispensare potest. Et sic Summus Pontifex *cap.* 1. *de causa possess. & proprietatis* fatetur, se nihil contra partem inauditam definire posse. Excipiuntur tamen aliqui casus, ut quando delictum est notorium, quando timetur populi tumultus, & alii, quos Villalobos *tom.* 2. *tract.* 14. *diff.* 4. *numer.* 6. & alii numerant, in quibus scit Princeps reo nullam competere, nec habere posse defensionem.

Ad quamvis pœnam.

Extra hos casus tollere defensionem observat Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 67. *artic.* 2. esse peccatum contra justitiam, sicut est tollere ab aliquo arma quibus se justè tueri poterat. Quæ omnia procedunt non solùm, quando reus ad pœnam ordinariam mortis damnandus est, sed etiam quando ad extraordinariam triremium, exilii, &c. nam leges absolutè, & sine distinctione loquuntur, & idcò nec nos distinguere debemus, ex *l. de pretio, ff. de public. in rem. act.* Ita Lessius *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 11. *numer.* 102. Neque obstat consuetudo, si qua est, in contrarium: nam consuetudo contra jus divinum, & naturale non prævalet, ut docet Suarez *de leg. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 4. & alii communiter. Et quamvis Lessius *num.* 99. doceat, defensionem esse de jure gentium, cui contraria consuetudo derogat, Glossa in l. *si locus, ff. quemadmodum servit. amit.* fatetur tamen procedere à jure naturali; jus verò gentiũ quando à naturali procedit, contraria consuetudine non abrogatur, ut observat Bonacina *de leg. disputat.* 1. *quæst.* 1. *punct. ultim. numer.* 8. Adde ex Salas *de leg. tractat.* 29. *resp.* 19. *sect.* 2. quòd ut jus gentium abrogetur, omnes gentes deberent in eandem consuetudinem convenire, quod est moraliter impossibile. Concludamus igitur cum Medæa *apud. Bobadill. in polit. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 36. quod quantumvis justa sit sententia, quæ inaudita parte fertur, Judex injustus erit. Sed quidam Inquisitor (inquies) apud Navarrum *lib.* 5. *consil. tit. de accus.* 8. reos torquebat sine data copia indiciorum, & defensione: & in Regno Siciliæ Magna Curia sic etiam observat, ut ordinariè ex abrupto, & palatino modo reos torqueat. Respondeo, praxim illius Inquisitoris, & Regni Siciliæ à Theologis, & Jurisperitis communiter refelli, & contra praxim Regni Siciliæ insurgit Rovitus *add. ad prag.* 1. *de bonis prod. numer.* 20. Adde, quòd alia est ratio de tortura, & de sententia condemnatoria ad pœnas. Nam, ubi negatur defensio ad torturam, defensio non tam negatur, quam differtur, danda post tormentum, etiamsi in illo confiteatur. Non ergo valet argumentari à paritate torturæ ad condemnationem, *p.* 3. *Add. secund. resol.* 29.

Imò nec ad torturam.

254. † Quando reus non est plenè convictus, sed tantum indiciatus, Inquisitores possunt tribus modis terminare processum: per abjurationem, per torturam, & per purgationem. De abjuratione dictum est *verb. Abiurare.* de tortura, tam quoad requisita, quam quoad praxim, dictum est etiam supra. *verb. Inquisitorum iurisd. & praxis quoad torturam.* †

Proc essum non plenum terminare possunt per abjurationẽ. Torturam. Et purgationem.

Sed hæc in Sicilia exolevit.

255. Quoad purgationem iustructio Toletana ann. 1561 *n.* 46. 47. 48. eam remedium periculosum, fallax & incertum appellat. Quod etiam docet Farinacius

de hær. quæst. 194. num. 64. qui addit, propterea in Sacræ Inquisitionis Tribunali supremo ferè aboletum esse. Modus eam indicendi habetur in alia Instructione, ad quam instructio prædicta se refert, *part. 4. tract. 8. resol. 77.*

Potest autem indici per solam infamiam, sed gravem, & vehementem.

256. Ad purgationem indicendam sufficit sola infamia, ex cap. *inter sollicitudines, de purg. canon.* Ita Delrius *lib. 5. sect. 3. vers. sed de infamia.* Sed hæc infamia debet esse publica, gravis, & vehemens. Ita Gabriel *lib. 1. conf. 160. num. 4.* ex eodem textu. Rursus non debet probari per testes inhabiles, nisi essent plures quam duo, & deponerent verisimilia. Ita Pegna *part. 3. contr. 19. 82.* contra Locatum *verb. Accusatio.* An sufficiat, quando ortum habet ab æmulis, & vilibus hominibus, vide Pegnam *ubi suprà* negativam sententiam docentem, *p. 4. tract. 8. resol. 82.*

Probatam per testes integros.

Aut inhabiles plures duobus.

Reus tortus ex probatione plusquam semiplena, si est negativus, meretur pœnã extraordinariam. Nisi tortura atrox fuerit.

257. Quando reus præmissa defensione remanet cum probatione plusquam semiplena, ac proinde torquetur; etiamsi in tormento non confiteatur, indicenda ei est aliqua pœna arbitraria. Nisi acris tortura videatur omnem suspicionem evacuasse. Si verò tortus est cum probatione tantùm semiplena, absolvendus est. Ita habet Instructio Toletana *ann. 1561. num 54.* & docet Cantera *qq. crim. cap. 2. quæst. 1. num. 65. & quæst. 22. nu. 12.* qui etiam testatur de praxi S. Inquisitionis Hispaniæ. Quamvis Paramus *lib. 3. q. 4. num. 6.* absolutè doceat, per torturam omnia indicia purgari. *part. 4. tractat. 6. resol. 33.*

Tortus verò cum semiplena, absolvi debet.

Sed si adveniant novæ probationes an sint cum præcedentibus coniungendæ? Negat Farinacius.

258. Si reus absolvatur, eo quod in tortura perstiterit, & deinde superveniant novæ probationes; Farinacius docet has conjungi non posse cum præcedentibus; quia hæ per torturam mortuæ sunt, & nullam vim habent. Si verò absolutus sit sine tortura, eo quod indicia, & probationes ad illam non sufficiebant, supervenientem probationem cum præcedente conjungi. Et hanc esse communem, & usu receptam sententiam, *part. 4. tractat. 7. resolutione 35.*

259. Idem expressè habetur in instructionibus Toletana *ann. 1561. num. 69.* & Hispalensi *ann. 1484. numer. 3.* Quarum doctrinam Rojas *part. 2. asser. 49. numer. 385.* veram putat, etiamsi reus absolutus sit in totum, sive ab instantia Judicis, sive definitivè. Nec obstare legem *si cui, §. 1. de accusationibus*, ut docet Decius *cons. 137. part. 4. tractat. 8. resolutione 10.*

Et instructiones.

260. Sed quid, si reus ex defectu probationis non sit absolutus, sed ad pœnam extraordinariam condemnatus? si novæ probationes de eodem crimine superveniant, possuntnè iterum Inquisitores in pœnam ordinariam condemnare? Castrus *tom. 1. tractat. 4. disputat. 8. punct. 11. num. 11.* & Sousa *lib. 2. cap. 37. num. 8. & 9.* docent, condemnare posse, si pœna extraordinaria nondum sit executioni mandata: sin verò, non posse; sed ab ordinaria detrahendum, quantum extraordinaria importat, nè reus puniatur gravius, quam par est. Et ita observatum esse in Hispania testatur Castrus. Hanc autem doctrinam benè limitat Sousa, nisi pœna ordinaria sit capitalis; nam tunc esset indivisibilis, & ab illa pœna arbitraria subtrahi non posset, *part. 4. tract. 7. resol. 25.*

Quod si post torturam dãnatus si ad pœnam extraordinariam, supervenientibus probationibus convincentibus, dãnandus est ad ordinariam. Sed si priorem subiit, subtrahi debet. Si potest.

INTERDICTVM.

Interdicti definitio. Species.

1. † INterdictum est censura Ecclesiastica, Sacramentorum usum divina officia, & sepulturam Ecclesiasticam prohibens secundum seipsa. Primò triplex est, locale, personale, & mistum. Secundò quodlibet istorum aut est generale, aut speciale. Causas interdicti. Vide *verb. Censura.* Hic solum.

Cum interdicitur populus, aliqui tenent comprehendi eum, qui habet domicilium in loco populi interdicti, etiamsi habeat aliud domicilium in loco non interdicto.

2. Nota primò, quod quando interdicitur populus, aliqui tenent comprehendi eum, qui habet domicilium in loco populi interdicti, etiamsi habeat aliud domicilium in loco non interdicto. Ita Calderinus *de interdicto.* Sed verius est, quod ait Suarez *disp. 32. sect. 2. num. 16. & alibi ferè*

talem

debent onus interdicti in loco interdicti, non in alio.

talem, dum habitat in loco interdicto, ferre, debere onus interdicti, in aliò verò loco liberum esse. *p. 5. tr. 10. res. 70.*

Cum interdicitur Clerus non intelliguntur interdicti Religiosi.

3. Nota secundò, quòd quando interdicitur Clerus, non intelliguntur interdicti Religiosi, nisi exprimantur, aut ex contextu id colligatur. Ratio est; quia Religiosi in odiosis non veniunt nomine Cleri. Ita Præpositus *in 3. part. quæst. 4. dub. 2. num. 11.* contra Megalam *in 3. part. lib. 2. cap. 1. quæst. 2. num. 15.* Nisi Religiosus haberet beneficium sæculare, ut Canonicatum, &c. quo esset ab aliis segregatus. Quando vero interdicuntur Ecclesiastici, comprehenduntur Religiosi, etiam conversi, & moniales, imò etiam Eremitæ. Et verius est comprehendi etiam Novitios. Qui tamen non comprehenduntur, si interdicantur Religiosi; quia in odiosis nomine Religiosorum non veniunt Novitii. Ita etiam Præpositus *ibid. part. 5. tract. 10. resolutione 80.*

Qui tamen interdicantur, quando interdicitur Ecclesiastici.

Sicut etiam novitii.

Conversi.

Moniales.

Eremitæ.

An sufficiat debitum pecuniarium.

4. Causa materialis proxima interdicti est peccatum. Vide *verb. Censura à numero 10.* Unum hic nota, quòd pro debito pecuniario non potest ferri interdictum locale tam generale, quàm speciale *Extravag. providè, de sentent. excomm.* quam Extravag. Sotus *in 4. distinct. 22. quæstion. 3 articul. 1.* extendit etiam ad interdictum personale generale, propter paritatem rationis, quod scilicet inde multa animarum damna sequantur. Sed probabilior visa est contraria sententia Præposito *in 3. part. quæst. 3. dub. 1. num. 5.* quia ibi solùm agitur de interdicto locali, & ex natura rei interdictum personale poni potest propter debitum pecuniarium. *part. 5. tract. 9. resolutione 79.*

INTERDICTI LOCALIS Effectus.

Interdictum locale impedit publicam Missarum &

1. † PRimus effectus interdicti localis est, ut in loco interdicto nec Missæ, nec divina Officia publicè celebrentur, Ante Bonifacium VIII. nequa secreto celebrari poterant, nisi semel in hebdomada ad renovandum Sacramentum. Bonifacius autem in cap. *Alma mater* concessit, ut in loco interdicto Missa, & Officia secreto celebrarentur in Ecclesiis, & Monasteriis. † An verò celebrari possint etiam in Oratoriis privatis, & aliis locis extraordinariis? Negat Turrianus *lib. 6. disput. 49.* quia ibi fit mentio tantùm Ecclesiarum, & Monasteriorum. Sed probabilior est contraria sententia Præpositi *in 3. part. quæst. 4. dub. 3. num. 29.* quia in materia favorabili Oratoria possunt sub Ecclesiæ nomine comprehendi, *part. 5. tract. 10. resolutione 60.*

Officiorum celebratione in Ecclesiis, Monasteriis.

Oratoriis privatis, & aliis solitis.

In quibus celebrari possunt privatim.

2. † Concessit etiam Bonifacius, ut in interdicto locali, quando Missæ & Officia secreto celebrantur, Clerici omnes & Sacerdotes intersint, non tamen laici, nisi in certis solemnitatibus, ut infrà dicemus. † Nomine autem Clericorum veniunt etiam conjugati, si habeant requisita Tridentini, nam eo ipso, quod servitio Ecclesiæ de mandato Episcopi deputati sunt, videntur in hoc æquales aliis Clericis. Adde, quod essent melioris conditionis, quam alii, si ipsi stipendia acciperent absque assistentia. Nisi dicas, debere stipendiis privari, quod est valdè durum, nulla præsupposita eorum culpa. Ita Coninch *de Sacr. disp. 27. dub. 2. num. 30.* contra Hurtado *de interd. diff. 7. n. 19. part. 5. tract. 10. resol. 85.*

Intervenientibus omnibus Sacerdotibus, & Clericis, etiam conjugatis, si habent requisita Tridentini.

Qui omnes etiam possunt communicare per manus aliorum.

4. Extendi etiam debet supradicta concessio ad communionem laicalem, ut scilicet tam Clerici quam Sacerdotes celebrare non valentes communicare possint per manus aliorum, quia ibi dicitur: *Dicantur divina officia sicut prius*; at prius, hoc est, ante interdictum, id licitum erat; ergo etiam in eo. Adde quod favores sunt ampliandi. Et cui conceditur principale, conceditur etiam accessorium. Ita Faber *in 4. distinct. 25. quæst. 1. disput. 5. cap. 3. num. 25.* contra Cornejo *in 3. part. tract. 5. §. 1. dub. 4. part. 5. tract. 10. resol. 82.*

Laici verò intervenire

5. † Laici tempore interdicti interesse possunt Sacro, & divinis Officiis in

possunt in die Natalis Domini. *Paschæ.* *Pentecostes.* *Corporis Christi & Conceptionis pro Ecclesiis Minorũ, cum suis Octavis.* *Festa autem Paschæ, Pentecostes, & Nativitatis comprehendunt festa sequentia immediatè.*

die Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. Virginis exciat. cap. *Alma mater.* Item in festo Corporis Christi, & ejus Octava, nec non in festo Conceptionis, & Octava in Ecclesiis, in quibus dicitur Officium, quod incipit *Egredimini*, ex concessione Martini V. & Eugenii IV.† Sed dubium est, an per festa Paschatum intelligantur tantum primi dies, Et ita ait Suarez *disputat.* 34. *sect.* 1. *numer.* 39. Sed probabilior sententia Fabri *ubi suprà* docet, venire etiam festa sequentia, & sic omnes tres dies Paschæ, & Pentecostes, sicut etiam omnes dies festos continuè succedentes Nativitati, quia illi omnes pertinent ad festum principale. *part.* 5. *tractat.* 10. *resolutione* 61. Accipienda etiam sunt hæc festa juxta morem Ecclesiæ inchoãtis à primis Vesperis. Et Festum Paschæ sumi potest saltem à *Gloria in Excelsis* Sabbathi Sancti usque ad Completorium inclusivè. Ita Moscoso *tract.* 16. *cap.* 8. *Ibidem à §. Notandum.*

Et more Ecclesiæ, in quibus diebus laici possunt etiam communicare.

6. In his solemnitatibus, in quibus laici possunt divinis Officiis interesse, possunt etiam Sacram Eucharistiam sumere, sicut supra diximus, de Clericis, & Sacerdotibus non celebrantibus, nam qui assistunt Missæ, fiunt participes Sacrificii. Ita Mercerus *in* 3. *part. quæst.* 24. *dub.* 2. contra Sotum *in* 4. *dist.* 22. *q.* 3. *art.* 1. & alios. Unde si tempore interdicti contingat præceptum Communionis, ut in Paschate, poterit sæcularibus dari. *part.* 5. *tractat.* 10. *resolut.* 83.

In aliis verò diebus laici non possunt divinis Officiis assistere. Quamvis in necessitate in ministros assumi possint.

7. Præter solemnitates prædictas non possunt laici Officiis divinis assistere, benè tamen possunt à Sacerdotibus celebrantibus in ministros assumi, deficientibus Clericis: quia cum Sacerdotibus concessum sit principale, concedi etiam præsumitur accessorium. Ita Præpositus *in* 3. *quæstion.* 4. *dub.* 3. *numer.* 31. Qui addit Episcopum, & simplicem etiam Sacerdotem tempore interdicti in celebrando duos ministros adhibere posse, ut ante solebat. *part.* 5. *tr.* 19. *resol.* 87.

At si assistãt, venialiter peccant.

8. Quod si laicus Sacris assistat secluſa necessitate, & secluso etiam contemptu & scandalo, puto peccare tantùm venialiter, idque contra Coninch *disput.* 17. *dub.* 3. *num.* 68. etiam in Sacrificio Missæ. Imò Avila *part.* 5. *disput.* 5. *dub.* 2. probabile putat, nullo modo peccare, quia non prohibetur laicus interesse, sed prohibentur Clerici illum admittere. Qui proinde si interdictum violent, secundum Tannerum ex suo genere mortaliter peccant *part.* 5. *tr.* 10. *res.* 68.

Impedit etiã interdictum locale ministrationem Eucharistiæ extra articulum mortis. Extremæ unctionis, quando infirmus confessus est, aut communicavit.

9. † Alter interdicti localis effectus est, quod non licet Eucharistiam ministrare, nisi tempore mortis. Excipe etiam casus in quibus licitum est assistere Sacro, & divinis Officiis, de quibus supra. † Extrema unctio in loco interdicto conferri non potest. Non est tamen improbabile, conferri posse, quando in articulo mortis quis non posset Pœnitentiam, aut Eucharistiam recipere, v. g. quia non exhibuit signum, aut motum pœnitentiæ. Nam tunc extrema Unctio videtur habere locum Sacramẽti Pœnitentiæ, & potest facere de attrito contritum. Ita Trullench *in Bull. Cr. lib.* 1. §. 3. *dub.* 7. *numer.* 2. *part.* 5. *tract.* 9. *res.* 83. & *tr.* 10. *res.* 77. †. Sacramentum Pœnitentiæ semper ministrari potest tempore interdicti, quod jure antiquo non licebat.

Non tamen Pœnitentia.

Aut matrimonii.

10. Matrimonium licet tempore interdicti contrahere. Nam quamvis in c. *si sententia, de sent. excomm. in* 6. generàtim prohibeatur susceptio Sacramentorum, exceptis casibus in jure expressis, & matrimonium in jure non excipiatur; tamen illa prohibitio intelligitur de Sacramentis commissis administrationi Ecclesiæ; administratio verò matrimonii competit ipsis contrahentibus. Deinde in cap. *appellamus, de feriis* dicitur matrimonium quocumque tempore contrahi posse, ex quo videtur sequi, quod non prohibeatur tempore interdicti. Et tandem matrimonium, licèt sit Sacramentum, est etiam contractus, ac proinde non videtur simpliciter prohibitum. Ita Villalobos *tom.* 2. *tr.* 19. *diff.* 3.

diff 3. *num.* 15. contra Suarez *disp.* 33. *sect.* 1. *n.* 51. *part.* 3. *tr.* 4. *res.* 267. *& par.* 5. *tr.* 10. *resol.* 81.

Sed quid de benedictionibus nuptiarum?

11. Sed quoad benedictionem nuptiarum est peculiaris difficultas; quia inter divina officia computatur, imò habet adjunctam Missam, & preces solemnes, quæ interdicti tempore prohibentur. Sed Turrianus *lib.* 6. *disp.* 49. *dub.* 4. docet, illam celebrari posse in diebus, in quibus permittuntur divina Officia publicè celebrari; ut in diebus Paschatis, &c. Et Covarruvias *in c. Alma mater p.* 2 §. 2. *numer.* 7. contra Henriquez *lib.* 13. *cap.* 45. *num.* 3. ait, fieri posse quotidie eo modo, quo divina Officia singulis diebus celebrantur, scilicet januis clausis. Insurgit tamen Faber *ubi sup. cap.* 2. *numer.* 30. contra hanc sententiam; quia quando divina Officia privatim celebrantur, laici intervenire non possunt, ergo non possunt interesse sponsus & sponsa *part.* 5. *tr* 10. *res.* 84.

Celebrari etiam posse, ait Covarruvias januis clausis, ut celebrari debent divina Officia.

Sub mortali.

12. Sed an circumstantia januarū clausarum, vel alia, sit servanda in celebrando Sacro &c. sub mortali? Affirmat Hurtado *de interd. diff.* 10. *num.* 32. Sed, ut ait Turrianus *lib.* 6. *disp.* 49. *dub.* 6. posset quis dicere, quod secluso contemptu & scandalo, non sit materia gravis *p.* 5. *tr.* 10. *res.* 65.

INTERDICTI PERSONALIS Effectus.

Interdictus personaliter non potest licitè Sacramenta conferre, potest tamen validè

13. † Effectus interdicti personalis sunt ferè iidem. Primus est, quòd interdictus non potest Sacramenta conferre licitè †. Potest tamen validè; nam interdictum non tollit potestatem Ordinis aut jurisdictionis, sed impedit usum licitum illius. Unde interdictus validè absolveret. Quod si dicas, excommunicatum denunciatum non absolvere validè, ergo neque interdictū: nego consequentiam. Nam interdictus æquiparatur excommunicato non tolerato in hoc, quòd uterque prohibetur Confessiones audire, & uterque peccat audiendo Confessionem; non tamē tollitur interdictio; sicut excommunicato jurisdictio, quia non reperitur in jure expressum de interdicto, sicut de excommunicatione. Ità Cornejo *in* 3. *p. tr.* 5. §. 1. *disp.* 2. *dub.* 3. *q.* 4. contra Fabrum *c.* 1. *n.* 23 *p.* 5 *tr.* 14. *res.* 62.

Episcopus interdictus à celebrando potest conferre Ordines, etiam sacros.

14. Episcopus interdictus à Sacro faciendo, potest conferre Ordines minores: quia non necessariò conferuntur in Sacro. Imò etiam majores, ut ait Præpositus *in* 3. *part. q* 4 *dub.* 3. *num.* 25. contra Henriquez *lib.* 13. *cap.* 43. *num.* 1. quia non est necessé, ut ordinans Sacrum faciat, sed conferre Ordines potest, alio celebrante. *p.* 5. *tr.* 10. *res.* 86.

Et confirmare.

15. Potest etiam conferre Sacramentum Confirmationis secundùm Fabrum *c.* 2. *n.* 17. etiamsi causam dederit, quia hoc Sacramentum æquiparatur Baptismo propter moræ periculum. Per accidens autem peccaret non præmittendo Confessionem; quia confirmaret in mortali, non autem; quia violaret interdictum. Sed an probabiliter, alii judicent, *part.* 5. *tr.* 10. *resol.* 63.

Etsi celebrat, potest non interdictus Missam audire.

Idque probabile, etiamsi sit denunciatus.

16. Si Sacerdos interdictus toleratus celebrat, licitum est non interdicto Missam audire, ut dictum est de excommunicato propter Extravag. *ad evitanda*. Si verò sit denunciatus, Faber *num.* 47. negat quia dum prohibetur relativum prohibetur etiam correlativum: ac proinde dum quis privatur celebratione divinorum, intelligitur etiam privari assistentia passiva aliorum. Deinde, quia hoc est cooperari Sacerdotis peccato mortali. Sed Suarez *apud Fabrum, l. cit.* & Turrianus *lib.* 2. *disp.* 49. *d.* 2. affirmant, quia interdictum personale militat solum contra personam interdictam. Nulla enim prohibitio apparet in jure, ne alii cum interdicto communicent. Nec ulla est species cooperationis in peccato Sacerdotis, dum ille non inducitur, &c. Utraque opinio est probabilis. *part.* 5. *tr.* 10. *res.* 64.

Item interdictus personalis divinis Officiis interesse potest, non

17. † Secundus effectus interdicti personalis est Non potest interdictus divinis Officiis interesse †. Quod si aliter non accedat, debet expelli. Si verò expelli *potest Sacro,*

non.

& divinis Officiis interesse. non potest, ait Faber *num.* 113. cessandum esse à divinis, ex supradicta ratione quod correlativa simul prohibentur? unde sicut non licet interdicto Sacrum audire, ità nec Sacerdoti coram interdicto celebrare. Sed contrariam sententiam tenet Mercerus *in 3. part. quæst.* 24. *dub.* 3. quia jura dum præcipiunt excludi interdictos, loquuntur de interdicto locali. Nec est aliqua moralis cooperatio cum ipso, cum invitè relinquitur *part.* 5. *tr.* 10 *resol.* 64.

Unde ab illis expelli debet. Quid si non potest.

Interdictus ab ingressu Ecclesiæ intelligitur solum prohibitus ingredi tempore Officiorum: Nam in aliis temporibus potest ingredi, & orare.

18 Interdicto ab ingressu Ecclesiæ secundùm Gordonum *tom.* 2. *lib.* 7. *quæst.* 16. *cap.* 8. *num.* 55. & 56. omnis ingressus in Ecclesiam est prohibitus. Secundum Suarez *disputat.* 35. *sect.* 4. prohibetur solum ingressus formalis ad orandum &c. Sed ego teneo cum Navarro *cap.* 27. *numer.* 170. quod solùm prohibeatur ingressus tempore divinorum Officiorum, in alio autem tempore ingredi ipsi liceat etiam ad orandum, quia Ecclesia fundata est propriè ad celebranda, & audienda divina officia, non autem ad privatas orationes fundendas; nisi per accidens: lex autem pœnalis propriè, & strictè interpretari debet. Imò puto probabiliter cum Avila *part.* 5. *disp.* 4. *dub.* 5. *concl.* 6. quòd etiam dum divina Officia celebrantur, transire possit per Ecclesiam, & sic transitoriè orare *parte* 5. *tract.* 10. *resolutione* 72.

Et Sacramenta recipere.

19 Probabile est, per interdictum ab ingressu Ecclesiæ non prohiberi usum Sacramentorum, sed tantum divinorum Officiorum, & sepulturæ, ut docet Henriquez *lib.* 13. *cap.* 32. *numer.* 2. contra Gordonum *tom.* 2. *lib.* 7. *quæstion.* 16. *cap.* 8. *numer.* 56. Unde quamvis talis non possit in Ecclesia divinis Officiis interesse, potest nihilominus in ea Sacramenta recipere. *part.* 5. *tract.* 10. *resol.* 73. Probabile item est, interdictum ab ingressu Ecclesiæ posse divina Officia audire, & Missam celebrare in cœmeterio, quia nomen Ecclesiæ in lege pœnali strictè sumendum est. Ita Filliucius *tom.* 1. *tract.* 18. *c.* 5. *num.* 103. contra Villalob. *t.* 1. *tr.* 19. *dif.* 9. *n.* 5. *part.* 5. *tract.* 10. *resolutione* 74.

Et Missam ac divina Officia audire in Cœmeterio.

20. Si interdictus ab ingressu Ecclesiæ decedat in gratia, sepeliri potest in loco sacro absque ulla absolutione. Nam est absolutus à jure, quod ponit talem pœnam, nisi pœniteat: ergo si pœniteat, interdictum sublatum manet Ita Cornejo *disput.* 2. §. 4. *quæst.* 2. *part.* 5. *tractat.* 10. *resol.* 74. † Atque hic est tertius interdicti personalis effectus, privare Ecclesiastica sepultura. De quo vide fusius V. *sepelire.* Addi potest quartus, nimirum, quòd interdictus sit incapax novi beneficii, sed an ita, ut collatio nulla sit ipso jure, vide *verb. Beneficium, num.* 21. †

Potest etiam in loco sacro sepeliri, si decedat in gratia.

Secus non potest, nisi sit absolutus.

21. Clericus interdictus dicens divinum Officium: si ad Orationes præmittat *Dominus vobiscum*, secundum Suarez *apud Turrianum ubi infra*, peccat mortaliter. Sicut si benedicat aquam cum aspersione salis, vel Episcopus benedictionem det cum solemnitate, quia hi actus licèt quantitate parvi, sunt tamen graves in qualitate, utpotè adnexi Ordini sacro. Sed probabilis est sententia Turriani *de cens. l.* 6. *disp.* 49. *dub.* 5. quod hæc omnia sint peccata solùm venialia ex parvitate materiæ, *part.* 5. *tractat.* 5. *resolutione* 59.

Clericum interdictum dicentem in Officio privato Dominus vobiscum, & benedicentem aquam lustralem, probabile est peccare solum venialiter.

INTERDICTI Ablatio.

Interdictum quo pacto tollatur.

23. INterdictum latum ab homine tollitur à solo, qui tulit, vel ejus superiore, successore, aut delegato, latum verò à jure, si sit in pœnam commissi peccati, tollitur lapso tempore pro quo latum est. Si sit ob contumaciam, & reservatum, tollitur per eum, qui reservaverit, nisi quod Episcopus secundum Tridentinum absolvere potest à reservatis Pontifici, quando casus est occultus. Si reservatum non sit, & locale sit, potest tolli ab Episcopo loci, ab habente jurisdictionem Episcopalem, ut etiam si sit personale generale. Personale verò speciale à quocumq; Confessario absolvi potest, modò detur cautio sufficiens.

Ita

Ita Mercerus *in* 3. *part. quæst.* 24. *dub.* 8. Cujus ultimi ratio est; quia interdictum personale speciale privat perceptione Sacramentorum non minus, quàm excommunicatio; ergo sicut excommunicatio non reservata absolvi potest à quocumque Confessario, ita & interdictum. Sed quod ait Mercerus de Episcopo contradicitur à Covarruvia *in c. Alma part.* 1. §. 11. *num.* 6. *v.* 2. docente, quod interdictum latum à Pontifice, vel aliis sibi non subditis, non possit ab Episcopo tolli, vel ad tempus suspendi. Sed in hoc vide Barbosam *collect. tom.* 1. *lib* 2. *tit.* 28. *c.* 55. *numer.* 2. *parte* 5. *tractat.* 10. *resolutione* 69. & 72.

INVIDIA.

Invidia quid? Quale peccatum?

1.† INvidia describitur à D. Thoma, tristitia de alieno bono in quantum propriæ excellentiæ est diminutivum.† Ex sua natura & per se est peccatū mortale. Ita Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 13. *punct.* 2. & alii. Sed Lorca *in* 2. 2. *qu.* 36. *add. ad art.* 3. putat, tunc invidiam esse mortale, quando quis ita vehementer tristatur de alieno bono, ut moveatur ad illum injustè molestandum; secus; si secus. Nam dolere de bono proximi, ut diminutivū est proprii, non est dolere de illo ut est bonum proximi, sed ratione illius effectus, quem revera causat, cum tollat singularem honorem invidentis, unde non videtur adeo inordinatum, ut sit mortale. Confirmatur, quia, si quis doleat de alieno bono, eo quia dat alteri occasionem ipsum vexandi, non peccat, quia dolet præcipuè de suo incommodo. Sed non est recedendum à prima sententia.

Et an admittat levitatē materiæ?

part 3. *tract.* 6. *res.* 86. Cum hoc tamen, ut permittamus esse posse peccatum veniale ex levitate materiæ, ut si quis doleat de aliqua re levi proximi, in qua illo minor esset, quam si ab illo auferret, non esset illi magnum detrimentum. Ita Duvallius *in* 2. 2. *de Char. q* 12. *circa finem. p* 5. *tr.* 5. *res.* 67.

IRREGVLARITAS
In genere.

Irregularitatis definitio.

1.† IRregularitas est canonica inhabilitas Ordines suscipiendi, aut susceptos exercendi ex solo jure proveniens.† Et quidem Suarez *tom.* 5. *disputat.* 40 *sect.* 1. *numer.* 11. & alii communiter dicunt, irregularem esse inhabilem etiam ad primam tonsuram. Contra quod adest maximum argumentum, posita communi sententia Theologorum cum D. Thoma; *part. quæst.* 40. *art.* 2. & novissimè Hurtado *tract. de Ord. diff.* 2. quod tonsura non sit Ordo, sed deputatio ad Ordines: Nam in odiosis non debet fieri extensio; sed Canones dicunt, irregularem esse incapacem Ordinum, ergo non erit incapax tonsuræ. Sed non est recedendum à prima sententia, quæ est communis *part.* 4. *tract.* 2. *resol* 88. & *part.* 11. *tract* 5. *res.*. † Dividitur immediatè irregularitas in eam, quæ oritur ex defectu, & eam, quæ oritur ex delicto. Quæ utraque in varias species subdividitur. Nos prius, quæ omnibus irregularitatibus sunt communia, hic ponimus, mox de irregularitate ex defectu, tertiò de irregularitate ex delicto agemus. Quoniam verò homicidium, & mutilatio inducunt tam irregularitatem defectus, quam delicti, agemus de ea seorsim †.

Species.

Et ordo dicendorum.

2. Unum hic nota, nimirum Sancium *in select. disputat.* 26. *numer.* 18. docere, quòd pueri ante pubertatem non contrahunt irregularitatem: quia odia sunt restringenda Et citat Avilam & Henriquez. Qui tamen id non dicunt, & Gavantus *v. Irregul. num.* 9. contrarium docet *part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 67 †. Quamvis ipse auctor in *part.* 3 *tract.* 6. *res.* 88. §. *Ex quibus*, inclinaverit cum Sancio, & bona fide citaverit eosdem DD. †. Putavit etiam Majolus *lib* 1 *de irregul. c.* 1. *num.* 7. irregularitates latas in juribus generalibus non contrahi ab Episcopis. Sed absque fundamento. Nam cap. *quia*

An incurratur à pueris?

Et Episcopis?

periculosum 4. de sent. excom. liberat solùm Episcopos ab incursione suspensionis, & interdicti in jure generali latarum, ab incursione verò irregularitatis, & excommunicationis nec in c. cit. nec in alio canone excipiuntur. Vnde non est recedendum à contraria sententia Turriani *de cens. lib. 8. disp. 59. dub. 1. p. 4. tr. 2. resolutione 53.*

Irregularitas non contrahitur, nisi exprimatur in jure.

3. Commune ergo in primis est omni irregularitati, non incurri, nisi in casibus expressis in jure, ex cap. *is qui, de sent. excomm. in 6.* Io. Machad. *p. 8. tract. 1. resol. 28.* unde non valet in hac materia argumentum à simili: nec à fortiori. Caput autem *ad audientiã*, & c. *significasti* loquitur de dubio facti, non de dubio juris Ita Bariola *v. Irreg. §. 10. part. 4. tract. 2. resol. 80.* Ob prædictam rationem non est irregularis, qui ad triremes condemnatus fuit; quia in nullo jure habetur, quòd damnatus ad triremes contrahat infamiam, & sic irregularitatem, ut docet Borellus *cons. 52 p. 4, tr. 2. res. 83.*

Vnde non contrahitur ex pœna triremium.

Et admittit parvitatem materiæ.

4. In actibus, per quos irregularitas incurritur, datur parvitas materiæ. Ità Henriquez *lib. 14. c. 12. num. 7.* qui dat exemplum de Clerico dicente reo, ut ascendat alterum gradum scalæ. Sed hunc ipse excuso, quia non cooperatur ut minister justitiæ. Vide infra *n. 54. Add. ad resol. 46. tract. 5. part. 5.*

Ab irregularitate ex defectu non excusat ignorantia juris.

5. Ad incurrendam irregularitatem ex defectu non requiritur scientia juris, & sic hominem occidens, etiamsi nesciat homicidio impositam esse irregularitatem, illam incurrit: quia homicidium præter delictum includit defectum lenitatis. Ita Mercerus *in 3. part. quæst. 66. art 9. num. 6.* Ad contrahendam verò irregularitatem ex solo delicto, requiritur non solum scientia, quod actus delicti sit prohibitus, sed etiam quòd sit prohibitus sub pœna irregularitatis. Quod etiam verum est de censuris Ecclesiasticis. Igitur ignorantia iuris excusat à pœnis Ecclesiasticis, etiamsi sit vincibilis dummodo non sit crassa, & mortalis. Atque ita aliquem occidens cum culpa solùm veniali, non incurrit irregularitatem ex delicto.

Quæ tamen excusat ab irregularitate ex delicto.

Etiam si sit vincibilis.

Ita Merolla *tom. 1. disp. 1 dub. 3. numer. 83.* contra Hurtado *de irreg. disput. 3. diff. 8. num. 28 part. 3. tract. 5. res. 67. & par. 4 tr. 2. res. 85 & 36.*

In dubio facti circa homicidium injusti homicida habendus est pro irregulari.

6. An in dubio quis censendus sit irregularis? Respondeo, in aliis casibus præter homicidium negativè, sive dubium sit juris, sive facti. Itaque dubitans, an sit legitimus, censeri debet legitimus in utroque foro. Ita Henriquez *lib. 14. cap. 3. num. 4.* In dubio homicidii affirmativè respondeo cum DD. communiter ex cap. *ad audientiam. de homicidio* in quo ita determinatur. Illud tamen non debet extendi ad mutilationem, nec ad homicidium justum, quia loquitur tantum de dubio homicidii prohibiti, & odia sunt restringenda. *p. 11. tr. 6. res 29.* Ita Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 49.* Imò Henriquez *ubi sup.* loqui solùm putat, quando homicidium verisimiliùs est esse patratum. *part 3. tr. 5. res. 72. & p. 4 tr. 3. res. 5.*

Secus in quocumque alio dubio, sive facti, sive juris.

Omnis irregularitas secundum Horium tollitur per Baptismum, præter bigamiã.

7. Docet Honorius *comp. Iur. can. lib. 5 tit. 39. nu. 111.* Omnem irregularitatem per Baptismum tolli, præter eam, quæ contrahitur ex defectu Sacramenti, ut bigamia. Et Villalobos *tom. 1. tr. 21. diff. 7 n. 2.* adversus Ugolinum *de irreg. cap. 56. §. 7. num. 4.* communem & probabiliorem vocat opinionem, quòd per Baptismum tollatur irregularitas homicidii, *p. 4. tr. 2. res. 51* Irregularitas ex defectu natalium tollitur per professionem solemnem, ut dicemus V. *Professio* Tollitur tamen irregularitas omnis per dispensationem, de qua infra.

IRREGVLARITAS. Ex defectu.

Irregularitatem bigamiæ non incurrit laicus contrahens bis aut vel contrahens secundo invalidè.

8. INter irregularitates ex defectu enumeratur irregularitas bigamiæ, quæ non incurritur à laico contrahente bis invalidè. Neque à contrahente secundum matrimonium fictè, aut cum vidua. Neque à secundum matrimonium invalidè contrahente ob alium defectum. Nam ex nullo jure clarè

fictè, aut cum vidua.

clarè deducitur, in his casibus contrahi irregularitatem Ita Coninch *disput. 18. dub. 11. numer. 101.* Ducens fœminam à seipso defloratam, non incurrit irregularitatem; quia in hoc casu neuter dividit carnem suam verè, aut interpretativè, Ita Turrianus *de cens. lib. 9. disp. 70. dub. 2* contra multos *part. 4. tract. 2. resolutione 38. & part. 7 tract. 12. res. 19. §. Ad secundum.*

Non, ducens fœminam à se defloratam

Incurrit tamen professus contrahens, cum virgine.

9. Religiosus professus contrahens matrimonium, etiam cum virgine, incurrit irregularitatem bigamiæ simili tudinariæ ex capit. *quotquot 27. quæst.* 1. Cornejo *in 3. part. tractat. 5. disput 10. dub. 2. quæst. 5.* & alii idem dicunt de Clerico sæculari in Sacris constituto, & probant ex cap. 1. *qui Clerici vel voventes,* & ex cap. 2. *eodem titul.* Sed contra sentit Hurtado *de irreg. disp. 2. diff. 13. n. 47.* Nam in cap *nuper,* sæcularibus in Sacris imponitur irregularitas, quando post matrimonium validum ante susceptos Ordines contractum contrahunt aliud, & in cap. *ult. de bigamis*, quando post ordinationem contrahunt cum vidua, quæ irregularitates superfluè illis imponeretur, si ad hanc irregularitatem sufficeret contrahere cum virgine. Ad allatos Canones in contrarium respondet Turrian *dub. 3.* ibi non apparere, quod Sacris initiati contraxerint cum virgine. *p. 4 tr. 2. res. 39*

Quid de Clerico sæculari in Sacris constituto?

Non incurrit maritus, cognoscens uxorem vi adulterantem.

10. Maritus cognoscens uxorem vi ab altero cognitam, secundum Sanch. *de matrimon. tom. 2. lib. 7. disput. 84. numer. 15.* incurrit irregularitatem bigamiæ, quia illa vis excusat quidem uxorem à culpa; at non relinquit matrimonium aptum ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia. Sed Præpositus *in 3 part. quæst. 5. dub. 7. num. 135.* putat probabile, non incurrere, quia Canones requirunt, ut uxor commiserit adulterium, quod non committit, dum vi ab alio cognoscitur: nam leges in odiosis sunt restringendæ. Dices: ducens uxorem corruptam, etiam vi, est irregularis, ergo. Respondeo, de hoc esse expressam juris decisionem, quæ non est in nostro casu. Ad argumentum Sanchez respondetur, ob defectum illius significationis hanc irregularitatem non fore incurrendam, nisi esset jure imposita: in nostro autem casu non sufficienter constare, quòd sit apposita in jure, *p. 4. tr. 2. res. 40.*

11. Cognoscens uxorem post adulterium, etiam occultum, incurrit irregularitatem bigamiæ, ex cap. *si cujus,* & cap. *si laici, distinct. 34.* Ita Sanchez *de matrim. tom. 2. lib 7. disputat. 84. numer. 5.* contra Præpositum *dub. 7. num. 133.* Quod verò in d. cap. *si cujus* dicitur, *si cujus uxorem adulterium commisisse cum esset laicus, evidenter fuerit comprobatum,* refertur ad forum externum, non ad forum conscientiæ. Imò incurrit, etiam si cognoscat inscius adulterii, quia irregularitas ex defectu incurritur etiam ignoranter, ut diximus *num. 5.* Et Avila *de cens. part. 7. disput. 8. dub. 1.* addit cum D. Thoma, id verum esse, etiam si maritus censuris compulsus adulteram uxorem cognoverit. Igitur talis, cognoscens uxoris delictum soluto matrimonio debet ab Ordinibus abstinere. Ita etiam Cornejo *dub. 2. q. 4. p. 4. t. 2. res. 41. & p. 7. t. 12 res. 20.*

Incurrit verò, si cognoscat post adulterii formale, etiam occultum.

Etiam si id nesciat.

12. Ad incurrendam irregularitatem bigamiæ requiritur in copula emissio seminis viri in fœmineum vas. Ità contra Avilam *ubi supra.* Sanchez *de matrimon. tom. 2. lib. 2 disputat 83. num. 6.* apud quem hujus sententiæ rationes invenies. *part. 4. tractat. 2. resol. 42.* Semen mulieris non requiri, tenet Turrianus *ne cens. lib. 7. disput. 70. dub. 1.* quia non est ad generationem necessarium, ex D. Thoma *in 3. part. quæst. 31. art. 5. ad 5.* Sed est æquè probabilis contraria sententia Præpositi *in eundem locum quæst. 5. dub. 9. num. 81.* quia semen mulieris ex medicorum sententia ad generationem est necessarium. *part 4. tract. 2. resolutione 43 & part. 7. tractat 12. resolutione 20. §. Notandum.*

Si tamen revera semen intra vas naturale emissum sit.

Et ipsa etiam uxor seminet.

13. † Ex defectu natalium contrahitur irregularitas, quoties quis non oritur ex legitimo matrimonio, sed ex fornicatione, stupro, sacrilegio, vel alio illegitimo concubitu †. Expositi verò

Irregularitatem ex defectu natalium contrahit nascens ex

fornicatione, stupro. Adulterio. Sacrilegio, &c.

habendi sunt pro legitimis, ac proinde non sunt irregulares. Ita decrevit Gregorius XIV. in gratiam Confraternitatis pro expositis apud Cornejo *in 3. par. tr. 5. disp. 15. dub 1. n. 4.* & Turrianus *de cens. l. 9. disp. 71. dub. 1.* qui contra Hurtadum *de irreg. disp. 2. diff. 14. n. 57.* & alios nostram sententiam tenent. Ratio verò est, quia tales in nullo jure illegitimi decernuntur, & interdum parentes filios legitimos ob paupertatem exponunt *p. 2. tr. 15. res. 22. p. 3. nov. Add. res. 6. & p. 4. tract. 2. res. 58.*

Expositi verò non sunt irregulares.

Nec tenetur filius credere regulariter matri testāti, se esse illegitimum.

14. Non tenetur filius credere matri conjugatæ, etiam in fine vitæ, & cum juramento dicenti, se esse illegitimum, nisi circumstantiæ valde urgeant, & rationes convincant, ut si etiam pater id asserat. Ita Bonacina *de cens. disp. 7. quæst. 2. punct. 3. numer. 5.* & DD. communiter *part. 4. tract. 2. res. 56. §. Notandum.*

Illegitimus item non est, qui nascitur ex parentibus legitimè conjugatis, quāvis conceptus sit, dum habebant impedimentum dirimens.

15. Non est illegitimus, qui nascitur parentibus legitimè in matrimonium copulatis, etiamsi tempore conceptionis impedimentum dirimens matrimonium detinebat. Ita Sanchez *de matrimon. lib. 8. disputat. 7. num. 19.* contra Præpositum *de cens. lib. 6. cap. 10. num. 19.* nam talis legitimus nascitur post contractum legitimè matrimonium. *Ibid. §. Nota secundò.*

Nec etiā, qui natus est ex matrimonio cum impedimento, sed bona fide contracto.

16. Item legitimi censentur filii nati ex matrimonio invalido propter aliquod impedimentum occultum, sed bona fide saltem unius contracto, & in facie Ecclesiæ. Secus, si clam, vel uterque parens impedimentum sciviſſer. Ita Bonacina *de cens. disp. 7. quæst. 2. punct. 3. num. 3.* & alii. Quamvis Suarez *apud ipsum ibid.* requirat bonam fidem in utroque parente, *part. 4. tr. 2. res. 59. §. Nota quartò.*

Illegitimus per matrimonium subsequens parentum legitimatur.

17. Reginaldus *tom. 2. lib. 30. tr. 2. cap. 7. n. 72.* probabile existimat, illegitimum sine dispensatione promotum, si postea parentes matrimonium ineant, posse susceptos Ordines exercere, & aliis initiari: quia per susceptionem illam Ordinum non incurrit novam irregularitatem, sed tantum suspensionem ab illorum exercitio, quæ tollitur sublata irregularitate per matrimonium parentum, sicut tollitur suspensio orta ex promotione ante ætatem, adveniente ætate. *Ib. §. Nota tertiò.*

An etiam ad exercitium susceptorum Ordinū sine dispensatione Affirmat Reginaldus.

18. Æthiopes secundum Majolum *de irreg. lib. 1. cap. 21.* & Gavantum *v. irreg. n. 18.* non sunt irregulares, etiam inter nos. Quæ sententia satis probabilis videtur *part. 4. tr. 2. res 84.*

Æthiopes probabile est non esse irregulares, ex defectu corporis, etiam inter nos.

19. Non est irregularis, qui non habet aures, habet tamen crines, quibus defectum tegat, aut quid simile, ut non appareat: nam sic cessat deformitas. Ita Coninch *disp. 18. dub 13. nu. 108.* contra Vivaldum *tract de irreg. tit. de aur. defectu num. 4 part. 4 tr 2 resol. 73. §. Et tandem,* nec irregularis est surdaster, aut qui difficulter audit. Secus si est omnino surdus. Ita Majolus *de irregul. lib. 1. cap. 25. num. 1.* Ita etiam, est irregularis, qui est mutus, & non potest se explicare, non tamen blæsus aut balbus, qui in loquendo notabilem difficultatem non haberet. Ita Sayrus *lib. 6. cap 8. numer. 17. & 21.* Cœcus item, si caret aliquo oculo, est irregularis ex cap. *si Evangelica 50. distinct.* minimam, si habet utrumque oculum integrum, quamvis careat visu dextri, vel etiam sinistri, dummodo benè videat dextro, ita ut sine notabili conversione possit Canonem legere, ad quod etiam Missalis aptario juvare potest. Ita Avila *de cens. part. 7. disp. 3 dub. 1. part. 5. tr. 6. resol. 22.* Denique, qui haberet sex digitos in manu conjunctos, dummodo non haberet impedimentum in usu manus, & Episcopi judicio non esset admodum deformis, non esset irregularis. Ita Henriquez *lib. 14. cap. 8. num. 3. p. 5 tr. 6. res. 61.* Non est irregularis, qui celebrat, etsi dexterā frontem signare non possit, quia adhuc posset celebrare sine notabili deformitate. *part. 11. tract. 2. resolut. 51.* nisi aliud videatur loci antistiti.

Non est irregularis carens auribus, sed crinibus defectum operiens.

Non surdaster.

Balbus.

Blæsus.

Carens visu dextri oculi. Vel etiam sinistri cum certis circūstantiis.

Aut habens in una manu sex digitos conjunctos.

20. An Clericus sæcularis ex aliquo defectu corporis contrahat irregularitatem, ad Episcopum spectat judicare. Quoad Regulares probabilis est sententia Avilæ *de cens. part. 7. disputat. 3. dub. 2.* & alio-

Ad quem spectet irregularitatis cognitio?

& aliorum contra Barbosam *de potest. Episc. par. 2. alleg. 42 num. ult.* quod spectat ad suum Prælatum : quia hoc magis spectat ad jurisdictionem, quam ad ordinem Episcopi, jurisdictionem autem Episcopi quoad Regulares habent eorum Prælati. Advertit tamen Suarez *de cens. disput. 51 section. 3 num. 16.* posse Episcopum respuere judicium Superioris circa defectum corporis sui subditi, quod non inducat irregularitatem, *part. 4. tr. 2. res. 73.*

Oritur etiam irregularitas ex defectu scientiæ. Quæ tamen minor requiritur in Religiosis, quàm in Clericis.

21. Itregularitas oritur etiam ex defectu scientiæ ex can. *illiteratos, distinct. 36.* & aliis. Quænam scientia ad singulos Ordines requiratur, tradit Tridentinum *sess 23. cap. 4. 13. 14.* Minor autem requiritur in Regularibus, quam in sæcularibus, quia illi ad animarum curam non ordinantur. Unde in cap. *nullus de tempor. ordin. in 6.* illiteratus prohibetur tonsurari, nisi inter Religionem. Et ideo Peyrinus *tract. 2. de relig. Præl. quæst. 3. cap. 7. num. 20.* multos alios citans, docet, licere Episcopis ordinare etiam Sacerdotem Regularem, qui benè legit & cantat, quamvis sit minus literatus, *part. 2. tract. 16. resolutione 29. part. 3. tract. 2. resolutione 7. & pag 4. tr. 2. res. 74.*

Sunt irregulares Curiales, & publicis functionibus occupati?

22. Curiales, & qui publicis functionibus occupantur, sunt irregulares ex *cap. 1. 2. & 3. distinct. 15.* irregularitate, ut aliqui dicunt, ex defectu liberationis. Nomine Curialium videntur etiam comprehendi Conciliarii Principum, ut Regentes, Præsides, Magistri Rationales, &c. quia ibi dicitur: *Curiales quicumque Curiæ sæculari obligati sunt in ministerio alicuius publici officii, sive in perpetuum, sive ad tempus, sive iuramento, sive ex pacto, aut stipendio.* Sed ut notat Mercerus *in 3. part. quæst. 24. dub. 13.* & alii, consiliarii excipiuntur ab hac generalitate, sive ex expressa concessione Pontificis, sive ex præscripta consuetudine. Officiales etiam Episcoporum, & Administratores rerum Ecclesiasticarum, immò & rerum piarum, non sunt irregulares secundum Hurtadum *de irregul. disp. 2. diff. 18. num. 60.* quod deducitur ex *can. ult. dist. 88. p. 4. tr. 2. res. 98.*

Non tamen Consiliarii Principum. Aut Officiales Episcoporum, & administratores rerum piarum.

23. Obligatus ad ratiocinia non potest ordinari ante redditam rationem, etiam post desertum Officium. Ita Corneio *in 3. part. disp. 14. dub. 2. num. 3.* contra Toletum *lib. 1. c. 60.* Potest tamen post redditam rationem, etiam ante solutionem debiti pecuniarii relicti ex officio vel administratione ; quia solutio à nullo canone requiritur. Ita citati DD. Ordinari etiam potest, si habet fidejussorem, quia ratiocinii causam sibi assumat. Ità Corneio *ubi supr. Ibid. à §. Notandum.*

Obligatus ad ratiocinia non potest ordinari, nisi post redditam rationem. Vel destinatum fideiussorem, qui in re causam transferat.

IRREGVLARITAS
Ex delicto.

Irregularitas ex delicto non contrahitur absque culpa mortali.

IRregularitas ex delicto non incurritur nisi adsit culpa mortalis, quia nullum jus imponit illam ob solam culpam venialem. Nec ponere debet. Imò ex Suar. *tom. 5. disp 40. sect. 3. num. 17.* nec Papa potest: nam pœna debet esse proportionata delicto : & irregularitas est pœna gravissima. Hanc sententiam tenet Vasq. *in 2. 2. disp. 158. c. 1.* & alii multi, quam proinde Megala *tom. 2. res. 159. num. 4.* improbabiliter improbabilem vocat. Ad cap. *continebatur de homicidio* respondet Suar. *disput. 45. sect. 6 numer. 3 part. 2. tract. 16. resolutione 18. & part. 4. tractat. 4. resolutione 41.*

Contrahitur autem per hæresim, etiam occultam.

25. Sunt autem multa delicta irregularitatem inducentia. In primis hæresis, etiam occulta. cap. *adabolendam*, cap. *saluberrimum 1. quæst. 3.* Turrianus, *lib 9. disp. 62. dub. 1.* & alii. Sed Corneio *dub. un. quæst. 4.* aliiqui de hæresi occulta id negant; dicuntque, citata jura loqui de hæretico publico : quam sententiam probabilem esse dicit Reginaldus *tom. 2 lib. 30 tract. 2. c. 5. num. 193 part. 2. tract. 15. res. 24. & part. 4. tract. 2. res. 46.* † Et hanc sententiam amplexus fuerat Auctor *in part. 1. tract. 11. res. 114.* † Adverte etiam, probabile esse, quod

Clericus hæreticus post pœnitentiam, & abjurationem possit susceptos Ordines exercere. Ità Sayrus *de cens. lib. 7. c. 12. Sum. 16.* contra Bonacinam *de cens. disp. 7. quæst. 3. punct 7. num. 6. part. 4. tract. 4. res. 38.* † At *int. 2. res. 48. §. Notandum* absolutè docuerat sententiam Bonac.†.

Propter fautoram hæreticorum.

26. Suspecti de hæresi, quando suspicio oritur ex eo, quòd favent hæreticis, vel illos defendunt, vel recipiunt, sunt irregulares. Ita Sanctarell. *tract. de hær. c. 25. dub. 1. num. 3.* & alii ex *c. 2. §. hæretici de hær. in 6.* Hanc opinionem Coninch. *disp. 18. dub. 7. num. 51. concl. 2.* limitat ad fautores formales, qui scilicet hæreticum fovent præcipuè ob hæresim. Sed Cornejo *in 3. part. tract. 5. dub. 7. num. 44.* liberat ab irregularitate hæreticorum fautores († & ipse auctor circa hoc *in res. 44.* suspensus manserat †) Si verò suspicio oritur ex alio crimine, tunc suspecti non erunt irregulares propter suspicionem, sed solum propter infamiam, quæ si auferatur, & suspicio purgetur, irregularitas tollitur. Ita etiam Sanctarellus *ubi supra* & alii contra Pesantium *addit. ad 3. part. qu. 20. disp. 5.* & alios *part. 4. tract. 2. res. 48.* Neque obstat, quod quis de hæresi suspectus cogatur abjurare de vehementi, quia in jure irregularitas imponitur tantum hæreticis, non suspectis de hæresi. Ita Sà *v. hæresis. num. 5. Ibid. res. 47. & tract. 8. res 64. §. Notandum*, & 85. §. item *Notandum*, & olim *p. 2. tract. 15. res. 22.* in fine; & novissimè *part. 10. tract. 11. res. 13.* docet non incurrere hanc irregularitatem suspectos tantum de hæresi, vel schismaticos sine errore in intellectu, nec filios hæretici ortos tempore fidelitatis, nec etiam post, si pater pœnitens comburatur.

Apostasiam fictam etiam occultam.

27. Apostata fictè negans fidem sponte, aut timore ductus, incurrit irregularitatem ex cap. *presbyteros, dist. 50.* Ita Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 25. num. 6.* Sed contrarium probabile teneo cum Filliucio *tom. 1. tractat. 20. c. 9. num. 230.* si crimen occultum sit, quia talis irregularitas, cum non sit apostatis peculiariter inflicta in alio canone, incurritur propter solam infamiam, quæ cessat in apostasia occulta, *part. 4. tract. 2. res 49.*

Incurrit etiã filius hæretici, qui post illum natum in hæresim incidit.

28. Filius natus ex patre Catholico, qui postea in hæresim incidit, & brachio sæculari traditus est etiam pœnitens, in nostris partibus incurrit irregularitatem ex infamia, in locis autem hæresi infectis non incurrit. An verò incurrat irregularitatem latam contra filios hæreticorum in c. *statutum*, affirmat Avila *p. 7. disp 4. dub. 7.* negat Hurtado *de irreg. disput. 2. diff. 3. num 8.* Uterque probabiliter, *part. 4. tr. 2. res. 45.* Et certum est, non incurrere filios Saracenorum, Paganorum, Judæorum, &c. ab infantia baptizatos; quia non sunt filii hæreticorum. Ita Bonacina *de cens. disp. 7. quæst. 2 punct. 7. num. 11.* Si verò sint Neophiti, hoc est in adulta ætate conversi & baptizati, sunt irregulares. Ita DD. communiter. Sed quanto durat hæc irregularitas? Jura non præscribunt aliquod certum tempus. Et placet Filliucius *tom. 1. tract. 20. c. 9. numer 240.* id Episcopi arbitrio remittens. Nota tamen quod post decem annos à Baptismo Neophitus non est amplius irregularis. Ita Hurtado *de irreg. disp. 2. diff. 19. numer. 61. part. 4. tractat. 2. resol. 50.*

Ex hoc ratione infamiæ. Quæ cum nõ incurratur in partibus hæreticorum, ibi talis nõ fit irregularis. Sicut nõ sunt irregulares filii Saracenorum, Paganorum, & Iudæorum ab infantia baptizati.

Incurritur etiam irregularitas ex mala Ordinũ susceptione. Non quidem si Latinus ordinetur ab Episcopo Græco, vel è contra. Nec si quis ordinetur à schismatico.

29. † Aliud delictum per quod irregularitas incurritur, est mala Ordinum susceptio. † Quam irregularitatem putat Majolus *de irreg. lib. 4. c. 32.* incurri à Latino si ordinetur à Græco, & à Græco si ordinetur à Latino, ex *c. cum secundum*, & ex *c. ex parte de temp. ord.* Sed in *c. cum secundum* prohibetur quidem hoc, at pœna irregularitatis non imponitur: in capitulo verò *ex parte* non est sermo de hac re. Ideo contrarium tenendum est cum Turriano *de cens. lib. 9 disp. 61. dub. 3.* Neque incurritur irregularitas à suscipiente Ordines ab Episcopo schismatico. Ita Præpositus *in 3. part. quæst. 5. dub. 5 numer. 38.* qui interpretatur contrariam Instructionem Clem. VIII. super Ritibus Græcorum ann. 1595.

Vel ab eo, qui renunciavit Episcopatui quoad dignitatem. Nec si quis ordinatur tantæ ætatem legitimam. Aut absque dimissoria. Non servatis interstitiis. Per saltum Extra tẽpora Cum irregularitate. Vel aliqua censura Vel in quocumque alio casu.

ann. 1595. part. 4. tract. 2. res. 54. Item non incurrit irregularitatem accipiens Ordines ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui quoad locum, & dignitatem. Neque, qui ordinatur ab alieno Episcopo absque dimissoria. Neque, qui non servatis interstitiis. Neque, qui per saltum. Neque, qui extra tempora sine dispensatione. Item neque, qui existens in irregularitate, absque ipsius dispensatione. Nam in his casibus sola suspenso incurritur, de qua vide *verb. Ordinis subiectum, à num. 8.* Ita Filliucius *tom. 1. tract. 20. c. 7. num. 190. part. 4. tract. 2. res. 55.* Item non incurrit irregularitatem ligatus majori excommunicatione sacros Ordines recipiendo, sive scienter, sive cum quacumque ignorantia. Idem dic de suspenso, & interdicto, ac etiam de suscipiente Ordines ante Confirmationem *ibid. & part. 1. tract. 11. res. 115.* Denique in nullo casu incurrit quis irregularitatem in mala Ordinum susceptione præter duos sequentes, quia nulla exprimitur in jure. Hurtado *de cens. disp. 2. diff. 1. numer. 3. res. 55. cit. §. Nota etiam secundo.*

Sed solum, si ordinatur furtivè.

30. Incurrit autem primò, qui ordinatur furtivè, hoc est, qui non examinatus, vel non admissus, suscipit Ordines, vel alium loco sui facit examinare, & ipse loco illius suscipit Ordines c. 1. *de eo, qui furtivè ordinatur.* Sed in hoc etiam casu Bonac. *de cens. disput. 7. quæst. 3. punct. 4. numer. 6.* licet cum formidine, docet, incurri irregularitatem solùm in acceptione Diaconatus, in aliorum verò susceptione furtiva incurri solum suspensionem. Secundus casus est, si quis durante Matrimonio, etiam non consummato, præsumit Sacros Ordines suscipere *Ibidem.*

Vel si durãte matrimonio etiam non consũmato, sacros Ordines suscipit Ex malo itẽ Ordinum exercitio fit irregularis, qui solemniter baptizat absque Ordine requisito, Aut sine sacerdotio celebrat.

31. † Incurritur etiam irregularitas ex malo Ordinum exercitio. † Et ideo præsumens solemniter baptizare absque Ordine requisito, & sine Sacerdotali Ordine Missam celebrare, fit irregularis, ex cap. 1. & 2. *de Cler non ordin. minist.* Item, si simplex Sacerdos Confirmationis, vel Ordinis Sacramentum conferre præsumat, vel alia Sacramenta sine Ordine requisito ministret, irregularitatem incurrit *cap. 1. cit.* Ita DD. communiter. *part. 4. tract. 2. res. 56.* Sed hanc irregularitatem non incurrit Laicus supradictos actus exercens: quia titulus loquitur solum de Clericis, & lex pœnalis non debet extendi. Ita Henriquez *lib. 2. cap. 29. §. 1.* contra Navarrum & alios *part. 4. tract. res. 77.* (Quamvis in *res. 55. cit. §. Notandum* supra dictum cap 1. etiam ad laicos extenderit. †) Imò aliqui probabile putant, Clericos non contrahere irregularitatem in exercitio aliorum Sacramentorum sine Ordine requisito, præter Baptismum, & Sacrificium Missæ. Nam quamvis in c. 1. *de Cler. non ord. minist.* dicatur, *Si quis baptizaverit, aut aliquod divinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abiiciatur ab Ecclesia, & nunquam ordinetur;* tamen non satis constat, hic sub nomine divini officii contineri administrationem Sacramentorum, cum sæpè in jure distinguantur, ut est videre in c. *Episcoporum, de privilegiis in 6.* in Tridentino *sess. 21. cap. 4.* & alibi Confirmatur; quia in cit. c. Baptismus contra distinguitur à divino Officio. Hanc sententiam tenet Sylvester v. *Confessor 1.* Sed non est recedendum à communi supra allata, *p. 4. tractat. 2. res. 56. & 61.*

Item sacerdos confirmans, ordinans. Ministrans alia Sacramenta sine debito Ordine. Non tamen laicus. Imò secundùm Sylvestrum irregularitas incurritur solum in Baptismo solemni, & sacrificio absq; debito Ordine, non autem in aliis Sacramentis.

32. Ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, & adveniente mala fide sic celebrans, non incurrit irregularitatem: quia à principio non incurrit suspensionem Ita Peyrinus *tom. 1. const. 1. Iulii II. §. 16. numer. 29. parte 3. tractat. 4. resol. 182.*

Non fit irregularis celebrans mala fide cum sacerdotio ante ætatem bona fide susceptio.

33. Non censuratus faciens coram se celebrare suspensum, excommunicatum, vel interdictum, non est irregularis, quia hæc irregularitas non reperitur in jure. Ita Cornelio *in 3. part. tract. 1. disp. 6. dub. 1. quæst. 5 part. 4. tract. 2. res. 57. §. Nota tamen.* Clericus autem excommunicatus faciens coram se celebrare, ex Villalobos *tom. 1. tract. 21. diff. 14. nu. 3* incurrit irregularitatem c. *illud, de cler. excomm.* Sed secundum Præpositum in *3. part. quæst. 5. dub. 6. num. 58.* non incurrit.

Nec faciens coram se celebrare censuratum. Sed quid si sit excommunicatus etiã ipse? Et in multis aliis casibus?

rit. *Ibid.* initio. Episcopus malè utens sua potestate in conferendo Ordines, non incurrit irregularitatem. Ita Turrianus *de cens. lib. 9. disp. 61. dub. 5.* contra Majolum *lib. 4 c. 1. num 8. ibid. §. Nota etiam.* Et multò minus, si suspensus à Pontificalibus celebret in illis, quia suspensio est solùm à solemnitate. *ref. 92. §. Notandum, & p. 5. tract. 10. ref. 4. §. Sed difficultas.* Item irregularitas non incurritur per celebrationem cum prætermissione totius ritus Ecclesiæ. Nec per Missam defunctorum dictam pro vivente. Nec per iteratam receptionem Confirmationis. Nec per fictam susceptionem Baptismi. Ita Turrianus contra Majolum *ibid.* qui per quinquaginta ferè capita multis criminibus absque sufficienti argumento irregularitatem injungit, *ibid. §. Et nota* Denique Sacerdos non approbatus confessiones excipiens, non incurrit irregularitatem; quia non exercet actum Ordinis, sed jurisdictionis, quam nō habet. Habet enim Ordinem requisitum. Ita Bonacina *de cens. disputat. 7. quæst. 3. punct. 6. num. 6.* Idem dic de Sacerdote administrante Extremam Unctionem sine auctoritate, *part. 4. tract. 2. resolutione 89.*

Non bis confirmatus. Aut fictè Baptizatus.

Incurrit verò Confessarius excommunicatus Confessionem excipiens.

34. Sacerdos excommunicatus Confessiones excipiens, incurrit irregularitatem, quia exercet actum Ordinis, & violat censuram, per quam prohibetur ministrare Sacramenta. Ita Portellius V. *Irregul. numer. 13.* qui id verum putat, etiamsi excommunicatio, vel delictum sit occultum. Et Bonacina *ubi sup. punct. 5. num. 6.* etiam si absolutio ob culpam pœnitentis esset invalida. Sed Perez *annot. ad Villad. de irreg. cap. 2. numer. 12.* limitat, quando absolveret cum oratione, stola, & *Miserere*: secus si ordinario modo. Incurrit etiam irregularitatem ministrando Eucharistiam, etiam si non celebret: quia exercet actum Ordinis sacri. Ita Avila *de cens. part. 7. sect. 2. dub. 2. part 4. tractat. 2. resolutione 90.*

Aut Eucharistiam ministrans.

Sed quid si ministret dubius de excōmunicatione.

35. Sed quid, si dubitet, an sit excommunicatus? Respondet Mercerus *in 3. part. quæst. 21. dub. 5.* quòd si inveniatur non fuisse excommunicatus, non est factus irregularis, ministrando Sacramenta, etiamsi talem se existimarit: quia hæc pœna non infligitur ministranti Sacramenta cum censura existimata, sed vera. Si verò inveniatur fuisse excommunicatus, tunc videndum, an adhibuerit diligentiam in hoc investigando. Nam si diligentia excusat eum à culpa mortali, excusat etiam ab irregularitate: & contra, *p. 5 tract. 9. ref. 94*

36. Excommunicatus recitando Horas, & dicendo *Dominus vobiscum*, non peccat mortaliter, nec consequenter incurrit irregularitatem, quia quamvis ille versiculus juxtà usum Ecclesiæ præseferat personam publicam, potest tamen quis illum dicere ut privata persona, sicut etiam potest dicere: *Venite adoremus.* Et quamvis peccarat, peccatum esset veniale: quia materia est levissima. Ita Hurtado *de excomm. diff. 2. disp. 5. nu. 3.* contra Suarez *de cens. disput. 12. sect. 2. nu. 13 part. 4. tract. 2 res. 94. & part. 5 tract. 8. resol. 39.*

Non incurrit excommunicatus dicens in Officio, Dominus vobiscum.

37. Religiosus nulliter professus Ordines recipiens, & post Presbyteratum celebrans, incurrit irregularitatem, quia recipiendo Ordines sacros sine titulo patrimonii, aut paupertatis & absque litteris dimissoriis legitimi Prælati, fuit suspensus. Nisi ignorantia, aut periculum gravis infamiæ excusaret; quia leges humanæ non obligant cum tanto onere. Ita Bonacina *de claus. quæst. 2. punct. 10. diff. 5. numer. 4. part. 4. tract. 2. Resol. 82.*

Incurrit verò Sacerdos Religiosus nulliter professus celebrās.

38. Simoniacus in Ordine non inducit irregularitatem, si sit occulta: quia nullus textus id exprimit, cap. enim *inquisitionis, de accusat.* inducit suspensionem, non irregularitatem. Immò Simoniacus in beneficio non inducit irregularitatem, etiamsi sit publica. Ita Avila *de cens. part. 7. disputat. 4 dub. 7. conclus. 1.* contra Covarruviam *in Clem. si furiosus. part. 2. §. 5. numer. 4. parte 1. tractat. 11. resolutione 113. & part. 4. tract. 2. resolutione 92. §. Hinc & part. 10. tractat. 15. resolutione 8.* Idem de irregularitate ex infamia Sodomiæ ex cap. *infames 6. quæst. 1.*

Et simoniacus occultus in Ordine non incurrit irregularitas. Sicut nec in beneficio. Vel in Sodomia occulta.

quæst. 1. Nam non incurritur à Clerico Sodomita occulto, in quo nimirum cessat infamia. Ita Valentia *tom.4.disputat. 7.quæst.19. punct. 3. § 5. part.2. tract. 17. resolut. 21. & 69.* Et generaliter omnis irregularitas ex infamia non contrahitur, nisi crimen sit publicum: si solum homicidium excipias, ex *cap. ex tenore de temp. ordin.* Ita Avila *de cens. part.7. disputat.4.dub.7. concluſ.1. reſolutione 93. citat.*

Vel in publica fornicatione, aut adulterio.

39. Sacerdos publicus concubinarius, vel adulter, post peractam pœnitentiam & publicam vitæ emendationem, interposita aliqua temporis mora, potest sine dispensatione celebrare: nam ex infamia facti non oritur irregularitas simpliciter dicta, quæ egeat dispensatione. Et quamvis Clericus concubinarius notorius ex c. *præter dist. 32.* & aliis, suspensus sit ab officio; hæc tamen suspensio consuetudine ablata est, ut docet Sotus *in 4. dist.1. quæst.5. artic.6. Ibid. §. Notandum.*

40. Rebaptizans aliquem, incurrit irregularitatem & pœnam mortis latam in C. *ne sanctum Baptismi, num.33*

Crimen etiã occultum inducit irregularitatem ex delicto.

41. Quæres, an crimen inducens irregularitatem, si sit occultum, dummodo sit externum, inducat irregularitatem? Negativam sententiam non esse improbabilem censet Baunius *in Theolog moral. part.2. tractat. 11. quæst.3. art.4.* Sed ego eam non puto probabilem; imò cum Præpositio *in 3. part. quæst 5. de irregul. dub.2. num.5.* existimo improbabilem esse, & ipse Baunius illam limitat. Primò, quod etsi peccatum occultum, communiter irregularitatem non pariat lege Canonum, ab ea tamen lege excipi homicidium, *argum. cap. quæsitum 17. tali, de tempor. ord.* Secundò, excipienda sunt peccata, quibus censura est annexa; nam si in ea celebratur, incurritur irregularitas, etsi hæc celebratio occultè fiat à suspenso, vel excommunicato. *p.7. tr.11. resol.48.*

IRREGVLARITAS
Ex homicidio.

Incurritur Irregularitas ex homicidio voluntario.

42. † EX homicidio, sive voluntario, sive casuali, sive etiam juridico, oritur irregularitas. Porrò voluntarium non dicitur homicidium, quod in justam defensionem fit: unde † quotiescumque quis cum moderamine inculpatæ tutelæ invasorem occidit, juxta infrà dicenda *verb. Occidere invasorem*, non fit irregularis; quia homicidio privato irregularitas imposita est quando est peccatum, *part.4. tractat.2. resolut.4. in fine, §. Sed ego.* Immò quando in defensione moderamen excedit, incurritur solum irregularitas ex homicidio casuali. Ita Hurtado *de irregul. disput. 2. diff. 20. numer. 66.* Est ergo homicidium voluntarium, prout accipitur in Tridentino † *sess. 14. cap.7.* & † *sess. 24. cap. 6.* quando fit ex proposito & per insidias. Unde ex Vasquez ait Turrianus *de cens. lib. 9. disput. 63. dub.1.* ad homicidium voluntarium requiri voluntatem expressam ipsius homicidii, & vulnerantem cum expressa intentione non occidendi, vel nihil de occisione cogitantem, non dici voluntarium homicidam, licèt homicidium in hoc casu sit voluntarium in causa, *parte 4 tractat.15 resolutione 19. & parte 4. tr.2. resolutione 72. & part.7. tract. 2. resolutione 29.*

Quale non est illud, quod fit in defensionem.

Nec voluntarium in causa.

Sed illud quod fit ex proposito.

43. Ex homicidio attentato sui ipsius videtur non incurri irregularitas, quia hæc imposita est homicidio consummato. Cornejo tamen *in 3. part. tractat.5. disputatione 1. dub.2. quæstione 4. numero 1.* putat incurri: non quidem ratione homicidii attentati, sed ratione delicti enormis inducentis infamiam. Sed tu cogita. *parte 4. tractat. 2. resolutione 76.*

Effectu secuto.

Incurrit autem omnis ad homicidium voluntarius cooperans.

44. † Porrò irregularitatem homicidii voluntarii incurrit non solùm physicus homicida; sed etiam mandans, consulens, cooperans, vel alio pacto

pacto ad homicidium concurrens, juxta versus, *Iussio*, *Consilium*, *Consensus*, *Palpo*, *Recursus*, *participans*, *Mutus*, *Non obstans*, *non manifestans*, quos infrà explicabimus, cùm de restitutione. † Non fit tamen irregularis, qui homicidium ab alio suo nomine factum ratihabet; quia hæc ratihabitio non est causa homicidii. Esto tamen ratihabitio quoad culpam æquiparetur mandato. Ita Vasquez *in manuscripto*, contra Sylvestrum *verb. Homicidium* 4. *quæstione* 4. Mandans aliquem verberari, qui deinde excessu mandatarii occiditur, secundùm Suarez *de cens. disputatione* 45. *section.* 2 *numero* 3. fit irregularis, quantamcumque diligentiam adhibeat, ex cap. *ultim. de homicid. in* 6. quia semper cogitare debet mortem sequi posse, si non ex malitia ministri, saltem ex alio casu. At Præpositus *in* 3. *part. quæstione* 5. *dub.* 10. *numero* 78. æquè probabiliter negat: quia si diligentiam adhibuit, non est reus homicidii; jus verò citatum loqui de mandante verberationem, ex qua prævidere potuit homicidium secuturum, *parte* 4. *tract.* 2 *resol* 19. & *part.* 7. *tr.* 2 *resolut.* 30.

45. Tam autem mandans, quàm consulens homicidium; tunc irregularitatem incurrit, quando homicidium sequitur ex vi mandati, aut consilii. Quod si homicida dicat, se non occidisse mortum ex suasione consulentis, consulens immunis erit. Ita Cornelio *in* 3. *part. tractat.* 5. *disput.* 1. *dub.* 2. ubi benè docet contra Henriquez *lib.* 13. *cap.* 16. *numer.* 3. *in gloss. littera D* dubium, an homicidium ex suo consilio secutum sit, debere se reputare irregulatem. Et Tabiena *verb. Consilium, numer.* 5. advertit, consilium censeri causam homicidii, etiamsi post multos dies contingat, *part.* 4. *tractat.* 2. *resolutione* 25.

46. Excusabitur autem mandans ab irregularitate, si ante patratum homicidium mandatum revocet, nec ad aliud tenebitur. Nam cum mandatarius in gratiam agat mandantis, si post revocatum mandatum adhuc homicidium peragat, non amplius in gratiam mandantis & tamquam mandatarius illud committet; sed ex proprio arbitrio. Ita Avila *part.* 7. *disputat.* 6 *sect.* 2. *dub.* 4 contra Hurtadum *de Irreg. disputat.* 2. *diff.* 6. *num.* 24. *part.* 4. *tractat.* 2. *resolutione* 14. Contra verò, quia in consilio non agitur causa dantis, sed accipientis consilium, non satis est consulenti consilium revocare; sed adhibere debet preces importunas, & si hæ non sufficiant, monere occidendum ut caveat, juxta prudentis arbitrium. Ita Villalobos *tom.* 1 *tract.* 21. *diff.* 20. *numer.* 7. (Unde, quia consulens abortum, non potest monere infantem, ut sibi caveat, etiamsi preces adhibuerit, omnemque diligentiam, secuto abortu, evadit irregularis, ut benè docet Avila *ubi suprà concluf. part.* 4. *tractat.* 2. *resolutione* 15.) Sed Præpositus *dub.* 8. *numer.* 63 & 64. nullam disparitatem agnoscit inter mandantem & consulentem: ideoque sufficere revocare consilium, sicut & mandatum: nam si revocato consilio adhuc homicidium sequitur, non amplius consulenti imputabitur. Et sic in jure immunis est ab irregularitate, qui homicidium mandans, aut consulens, antequam sequeretur, mandatum revocavit, aut dissuadere conatus est. Ita ille, quam sententiam probabilem putat Lessius *lib.* 2. *c.* 13. *dub.* 3. *numer.* 17. *part.* 4. *tractat.* 2. *resolutione* 14. dicens non incidere in irregularitatem consilium dantes, ad homicidium parato, & propter hoc citius illud commisit, *part.* 9. *tractat.* 7. *resolut.* 92. † Et hanc sententiam amplexus fuerat Auctor *in part.* 3. *tractat.* 5. *resolut.* 83. † Unde probabilior etiam videtur opinio Henriquez *lib.* 14. *cap.* 16. *num.* 5. quod revocans consilium abortus, excusetur ab irregularitate, *part.* 4. *tractat.* 2. *resolutione* 15. Quod benè etiam advertit Sayrus *lib.* 7. *cap.* 3. *numer.* 6. dicendum esse de retractante consilium homicidii, existimante bona fide, solam retractationem sufficere. Quod si mandatarius occidatur, mandans fit irregularis irregularitate homicidii

Non ratihabens.

Nec mandãs verberari, si fidelis minister ex excessu interficiat.

Mandans, & consulens homicidiũ non sunt censendi irregulares, si mandatarius, &c. dicant, se non ex mandato vel consilio mortem dedisse.

Vel si ante secutum effectum mandatum revocent.

Et (secundũ aliquos) consilium.

Consulens ratum ad homicidium nõ incurrit irregularitatem.

Præsertim si consulens putet solum revocationem consilii sufficere.

Et si mandatarius aut qui consilium accepit occidantur, probabile est.

mandantem & consulentē non fieri irregulares.

cidii casualis; quia dando operam rei illicitæ, cogitare debebat, tale quid contingere posse. Ita Corneio *in 3. par. tract. 5. disput. 1. dub. 2. quæst. 2. numer. 4. part. 3. tract. 1. resol. 14.* † Et hoc ultimum fusius *in resolut. 12.* † Verùm sententia contraria Vasquez *in 1. 2. tom. 1. disputat. 100. q. 73. art. 9. dub. 3. num. 45.* & aliorum est etiam probabilis. Et hæc omnia procedunt etiam in consulente *resol. 12. citat. part. 2. tr. 15 resol. 17.*

Præbens arma occisori, ut occidat, fit irregularis.

47. † Præbens arma occisori, ut aliquem occidat, secuto homicidio fit irregularis homicidii voluntarii. † Sicut etiamsi det petenti, quem scit aut conjectat petere ad occidendum, quia sic est illi sufficienter voluntarium. Secus si nesciat, nec suspicetur. Ita Bonacina *de cens. disput 7. quæst. 4 punct. 8. nu. 35.* Sed Hurtado *de irregul. disput. 2. diff 8 numer. 32.* negat, conjectantem, vel etiam scientem, arma peti ad homicidium, fieri irregularem; quia arma, quæ dat, promiscuo sunt usui, unde non videtur homicidium adjuvare, sed ad summum dare scandalum, *part. 4. tractat. 2. resolutione. 11.* Immò, licet secundum Suarez apud Turrianum *lib. 9. disput. 68. dub. 1.* irregularis sit, qui militibus dat, vendit, aut mutuat arma determinatè ad occidendum in bello justo: probabilis tamen est sententia negativa Avilæ *part. 7. disputat. 5. section. 3. dub. 2. concl. 1.* nam, si non fit irregularis Princeps imperans bellum justum, multo minus fieri debet vendens arma militibus, *part. 4 tract. 2. resolut. 28.* Et multò minus irregulares fiunt milites in bello justo, propterea quòd eorum commilitones inimicos occidant, nam illos non adjuvant ad occidendum, sed solùm ad strenuè militandum, & sic per accidens & remotè ad homicidium concurrunt. Quòd enim satellites propter similem concursum in reicidio fiant irregulares, habemus decisionem in jure, quam non habemus in casu nostro. Sed quid in bello? Coninch *de sacramen. disputat. 18. dub. 10 numer. 98.* docet, non omnes milites ejusdem exercitus fieri irregulares propterea, quod unus illorum occidat, sed ad summum quinquaginta, vel centum viciniores, qui occidentem videre & animare poterunt. Sed opinio contraria Hurtado *disputat. 2. different. 6. numer. 21.* & communis magis placet: quia omnes milites animantur ab invicem & concurrunt ut una causa totalis, *part. 4. tr. 2. resolutione 27.* Quod verò attinet, ad bellum justum, etiamsi quis in eo incitet militem ad aliquem determinate occidendum, existimo non fieri irregularem, si propriis ipse manibus ad mortem non concurrat: nam nullo jure talis irregularitas exprimitur, & alioqui absque irregularitatis metu suadere possumus milites ad strenuè pugnandum in bello justo, quamvis in hoc eos inanimemus ad cædes inimicorum. Ita Mendoza *in 2. 2. tom. 2. disputat. 169. sect. 2. §. 137. part. 5. tractat. 14. resol. 98.* Clericus (ex homicidio) de licentia Papæ pugnans in bello, non fit irregularis. Molina *part. 9. tract. 9 resol. 6.* nec si hortatur in bello justo ad occidendum hostes, *ibid. resol. 7.* ita etiam in casibus in quibus clericus justè possit pugnare, hostes occidendo non incurrit, quamquam si non est necessaria pugna Clerici, & pugnat, est immunis irregularitatis. Molina *ibid. resol. 8.*

48. Circa non obstantem & non impedientem, dicendum est, non impedientem homicidium, quod ex justitia impedire tenetur, fieri irregularem; quia influit moraliter in homicidium, privans occidendum jure suo, & re sibi necessaria ad sui defensionem. Ita Bonacina *de censur. disputat. 7. quæst. 4. punct. 8. numero 37.* Sed contraria sententia Vasquez *in manuscript. de irregul.* est etiam probabilis, immò Præpositio videtur probabilior, quia non impediens homicidium non influit positivè in illud, quod requiritur ad irregularitatem, *part 4. tract. 2. resolutione 7.* Ex quibus patet, quid dicendum sit de patre non impediente abortū adulteræ. Nam Bariola, qui est in nostra sententia, *in aphor. verb. irregul. est Sacerdos*, tenet esse irregularē; quia putat

At vendentē arma militibus pro bello iusto probabile est, non fieri irregularem.

Sicut nec ipsos milites ex homicidio commilitonum.

At in bello iniusto ex unico unius militis homicidio omnes milites fiunt irregulares.

Iniusto autē, nec fit irregularis invitans militem ad talem inimicum occidendum.

Clericus pugnans ex licentia Papæ non incurrit.

Obligatū ex iustitia impedire homicidium.

Et non impedientem probabile est non fieri irregularem. Talis est pater non impediens abortum uxoris.

patrem teneri ex justitia vitam filii custodire, Lessius verò putat, patrem ad id teneri solùm ex pietate; unde etiam in nostra sententia probabile est, non incurrere. *part. 4. tract. 2. resol. 8 & part. 7. tract. 5. resol. 28.* Unde à fortiori probabile est, non incurrere quem irregularitatem ex eo, quòd videns amicos suam injuriam vindicare, occidendo suum inimicum, non impediat ut ex Vasquez docuit Turrianus *de cens. lib. 9. disput. 63. dub. 4.* Et multò minus, si in rixa duorum unus illorum admoneat accurrentes ne malum alteri inferant, ut ait Bonacina *disput. 7. quæst. 4. punct. 8. num. 34.* contra Osascum *decis. 104. part. 2. resol. 9.* In quo ultimo casu, si quis moritur ex unico vulnere, ille solus fit irregularis, qui vulnus inflixit: cæteri verò minimè. Ita Sayrus *lib. 7. c 4. num. 3.* contra Avilam *part. 7. disputat. 6. sect. 3. dub. 3. part. 2. tractat. 15. resolutione 17.* Et si vulnus non fuit lethale, sed mors secuta fuit ex vulnerati, aut medici incuria, probabile est, nec vulnerantem fieri irregularem; quia non vulnus est causa mortis; sed negligentia ipsorum, qui sibi imputent, quod diligentes non fuerint, cap. *significasti & de homic.* Et ita tenet Sotus *lib. 5. quæst. 1. art. 9.* Quamvis Villalobos *tom. 1. tractat. 21. diff. 23. numer. 9.* contrarium etiam probabiliter doceat, ex cap. *ad audientiam*, ibi, *in dorso aliquantulum vulneravit part. 4. tract. 2. resolutione 10.*

Et à fortiori is, qui non impedit vindicantes suam iniuriam.

Aut in subita rixa admonet accurrentes ne inimicum lædant. In quo casu moriēte læso ex unico vulnere, solus vulnerans fit irregularis.

Si vulnus fuit lethale & mors secuta non fuit ex medici aut patientis incuria.

49. Atque hæc esset irregularitas ex homicidio casuali, quod non est solum illud, quod indirectè committitur modo, quo explicat Præpositus. *in 3. part quæst. 5. dub. 10. numer. 74.* sed etiam commissum directè, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, & commissum ex subita ira, quamvis directè, & cum plena deliberatione, dummodò non fiat ex proposito & per insidias. Ita Hurtado *disputat. 2. diff. 20. numer. 66. part. 4. tractat. 2. resolut. 72.* † & probabile putavit etiam *in part. 2. tract. 15. resol. 19* †

Homicidium casuale dicitur etiam illud, quod committitur ex excessu moderaminis.

Etiam plenè deliberatum.

50. Ut autem per homicidium casuale inducatur irregularitas, requiritur negligentia mortalis: nam propter negligentiam est imposita, & Ecclesia non videtur velle, tam gravem pœnam infligere ob solum veniale. Et sic Clerici in cap. *quæsitum, de pœnit.* declarantur irregulares ex oppressione filiorum, si illam procurant, aut studiosam negligentiam adhibent. Ita Sylvius *in 2. 2. quæst. 64. artic. 8. concl. 3.* & alii communiter contra Megalam *in 2. part. lib. 7. cap. 5. quæst. 5. num. 100. part. 2. tract. 19. resol. 18. & part. 4. tract. 2. resolutione 21.* Quotiescumque ergo datur opera rei, sive licitæ, sive illicitæ, adhibetur tamen prudens diligentia & cautela nè homicidium sequatur, irregularitas non incurritur. Nec ergo vertens diligenter infirmum in eodem lecto, vel de lecto ad lectum transferens, vel cibum porrigens, &c. fit irregularis, si infirmus moritur, ut benè docuit Reginaldus *tom. 1. lib. 30. tractat. 2. cap. 9. numer. 107. part. 3. tractat. 5. resol. 79. §. Non gravabor, & part. 5. tract. 3. resolut. 117.* Nec amicus secundum Avilam bono animo amicum associans ne periclitetur in rixa, si postea amicus inimicum occidat, nisi (ait Præpositus *dub. 8. numer. 63.*) videatur amicum animare ad occidendum. Quod à fortiori procedit de patre, fratre, filio, &c. *part. 4. tractat. 2. resol. 17.* Nec adulter prudenter se gereret arbitrio prudentis, si adultera à viro interficiatur, ut probabiliter docet Filliucius *tom. 1. tract. 20. cap. 3. num. 8. parte 4. tract. 2. resol. 1.* Et ratio horum est, quia cùm adhibetur prudens cautela, homicidium non est plenè voluntarium. Nec ullum jus talibus actibus prudenter gestis expressè irregularitatem imponit. Ita Coninch *disput. 18. dub. 9. n. 80. part. 4 tract. 2. resol. 20.*

Sive detur opera rei licita, sive illicita.

Vnde excusatur etiam adulter cautus, si adulter à viro occiditur.

51. Est verò expressa juris decisio in cap. *tuanos, de homic.* quod Clericus in Sacris chirurgiam exercens, fiat irregularis, quotiescumque ex ejus incisione, vel adustione sequitur mors: quæ proinde irregularitas incurritur, etiamsi quæcumque adhibeatur cautela.

Et si non intervenit negligentia mortalis, irregularitas non incurritur.

At verò Clericus in Sacris adurens, vel incidens tamquā chirurgus, etiam diligenter, &

peritè, secuta morte fit irregularis, quia sic est decisum in jure.

cautela. (ubi nomine incisionis non comprehenditur incisio venæ ; nam hoc non pertinet ad chirurgum ; unde si infirmus moritur, Clerico incidente venam , hic non evadit irregularis , ut probabiliter docuit Molina *tom. 4. disp. 75 num. 4.* contra Avilam *part. 2. dist. 6. sect. 4. dub. 10. parte 4. tractat. 2. resol. 24. & p. 11. tr. 7. res 9.*) Nec verò in cit. cap. prohibetur Clericis chirurgia in extrema necessitate, ut ex Vasquez docuit Turrianus *lib. 5 disputat. 64. dub. 2.* Nec aperitio apostematis per emplastrum; nec jussio adustionis , vel incisionis. Unde , si in his casibus sequatur mors, Clericus non fit irregularis. Ita Molina *loc. citat.* Sicut etiamsi ipse abscidit, vel cremavit; mors tamen sequitur ob morbi gravitatem , &c. Ita Avila *dub. 10.* Quamvis contra sentiat Suarez *disputat. 47. sect. 7. num. 4.* Adde quod citat. cap. *tuanos*, potest probabiliter interpretari de homicidio secuto propter adustionem, vel incisionem Clerici imperiti temerè se immiscentis. Nam in eo ait Pontifex, talem posse celebrare, si peritus omnem diligentiam adhibuit, & mors culpa mulieris acciderit. Et revera , si hæc irregularitas imposita est propter homicidium , non magis dicendus est irregularis Clericus diligens & peritus in hoc casu , quam diceretur medicus laicus , si ad idem concurreret ; nam prohibitio non potest facere de non homicida homicidam. Et ita tenet Coninch *disputatione 18. numer. 87. part. 4. tractat. 2. resolutione 23.*

Et probabiliter etiam exponi potest de imperito, & incauto.

Quod non loquitur in extrema necessitate, & de aliis casibus.

Ex homicidio publico fiunt irregulares accusator. Testis. Advocatus. Fiscalis. Judex. Carnifex, &c.

52 † Irregularitatem homicidii publici incurrunt personæ publicæ , quoquo pacto concurrentes ad sententiam, vel executionem mortis tamquam ministri justitiæ. Talis est in primis judex qui, si condemnaverit hominem ad furcam, etiamsi postea liberetur , est irregularis ; quia liberatio per ipsum non stetit. Sed per superiorem vel Principem , juxta S. Antonin. Majol. Diaz. Negativa tamen est verior; quia irregularitas non incurritur, nisi facto secuto.

Accusator verò excusatur, si protestationem adhibeat.

In casu, quo injuria sibi illata sit, vel ei, qui censeri potest alter ipse, Ecclesiæ, & ejus subditus, Reipublicæ.

Vel innocenti.

Et secundum aliquos sufficit protestatio ficta.

part. 11. tractat. 5. resolut. 6. item fiscalis, accusator, testes, advocatus, carnifex, &c. † Accusator verò non incurrit irregularitatem, si (ante sententiam, saltem in ipsa accusatione , *part. 4. tractat. 2. resolutione 75.*) protestatur , se non intendere mortem accusati. *cap. Prælatus de homicid. in 6.* dummodo accuset damni illati sibi , suo patri, fratri, filio, vel consanguineo sic stricto, ut damnum & injuria illius habeatur ut propria : item Ecclesiæ & Ecclesiasticis , vel ad vitandum grave damnum Reipublicæ , vel personæ innocentis, aliàs inevitabilis. Ita Præpositus *dub. 13. numero 101.* qui in hoc ultimo casu putat , non requiri protestationem. At illud de consanguineis negat Cornejo *disputatione 11. dub. 1. quæstione 6. numero 4. parte 4. tractat. 2. resolutione 33.* Et si protestatio ficto animo fiat , secundùm Bizoxerum *de cens. cap. 5. numer. 5.* non excusat, secundum Henriquez *lib. 14. cap. 11.* excusat? quia cap. *Prælatis*, requirit solùm protestationem externam , quæ si sit ficta, apud judices perinde valet , ac si esset vera. Et Ecclesia non respicit actus internos. Unde à fortiori non fit irregularis, consulens accusationem cum debita protestatione faciendam. *part. 4. tract. 2. resol. 75.*

Sed an protestatio excusat etiam Advocatum, & testes?

53. Verùm protestatio non excusat ab irregularitate advocatum & testem in causa sanguinis , quia textus loquitur solum de accusatore. Ita Villalobos, *tom. 1. tractat. 21. diff. 27. numer. 1.* Sed Præpositus *dub. 13. numer. 104. & 105.* putat, quòd, quoties protestatio juvat accusatorem, juvat etiam advocatum & testes , ne facultas accusatoris frustretur , qui sine advocato & testibus nihil potest. Quam opinionem probabilem vocat Cruz. *part. 2. dub. 6. concluf. 5. part. 4. tractat. 2. resolut. 32.* eamque quoad testes satis probabiliter docet Mercer. *in 3. part. quæstion. 24. dub. 8 respons. 3.* quoties præcepto judicis obligati ; gravi metu, vel jure naturæ coacti , testimonium proferunt in casu sanguinis protestatione præmissa, quamvis Hurtado *de irreg. disput. 2.*

diff. 11. *num.* 40. falsam appellet. *part.* 4. *tr* 2. *res.* 31.

Qui si sint in favorem rei, & accusator, ad mortem damnetur, non fiunt irregulares.

54. Et verò advocatus rei non fit irregularis, secuta morte accusatoris (sicut neque testis in favorem rei, cum ejus testimonium non sit directa causa mortis accusatoris Suarez *disputat.* 47. *sect.* 4. *num* 9. *part* 4 *tract.* 2. *resol.* 96.) nisi ipse postulasset pœnam talionis. Imò secundum Præpositum *ubi suprà*, verisimile est non incurrere; etiamsi accusator suspendatur, objiciente ipso in progressu causæ delicta gravia cum debita protestatione, si id necessarium sit ad defensionem rei, graviter alioquin periclitantis. *p.* 4. *tr.* 2. *res.* 34.

Qui autem non concurrit ad homicidium publicum ut persona publica, aut cū mortali, non fit irregularis.

55. Hanc verò irregularitatem homicidii publici non incurrunt personæ privatæ; quia imposita est tantum concurrentibus ad illud tanquam ministris justitiæ. Ita Vasquez, & ex eo Turrianus *de cens. lib.* 9. *disputat.* 66. *dub.* 3. Quo principio posito, eximuntur à metu irregularitatis multæ personæ. Et in primis Sacerdotes ducentes reum ad furcam, si illum hortentur ut scalam ascendat, vel aliquo modo cooperentur ad accelerandam ipsius mortem, etiam deliberatè. Item vendentes vel accommodantes scalam, funes, ligna, &c. pro occidendo reo. *part.* 3. *tractat.* 5. *resolut.* 79. *& in add. secund. resolut.* 15. & absolutus *part* 5. *in add. ad resolut.* 46. *irreg.* 5. Item Confessarius obligans pœnitentem ad confitendum delictum capitale, si legitimè interrogetur, vel consulat acquiescere sententiæ mortis, quam non potest differre, nisi per appellationem injustam. Ita Cornejo *disput.* 11 *dub.* 1. *question.* 4. *part.* 4 *tractat.* 2. *resolut.* 99. Vel si interrogatus à judice, an sit obligatus ad occidendum, respondeat, teneri. Ita Vasquez apud Turrianum *ubi sup. dub.* 4. Nam quod docet Avila *sect* 2. *dub* 6. *concluf.* 2. debere respondere, quod consulat Jurisconsultos, & Molina *tom.* 4. *tractat.* 3. *disputat.* 74. *numer* 4. debere ei explicare leges in communi, nihil descendendo ad particulare, implicitè est respondere affirmativè, nec est aliquod jus distinguens in hoc casu affirmationem explicitam ab implicita. *part.* 3. *tractat.* 5. *resolut.* 80. Excusantur item clerici assistentes, quando reus suspenditur, si nullum carnifici auxilium præstant. Sed secundùm Sayrum. *lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 20. peccant mortaliter, propter prohibitionem cap. *sententiam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi* secundum Suarez *disput.* 47. *section.* 4. *num.* 10. venialiter tantùm, ex levitate materiæ. Et ego puto, nullo modo peccare, & canonem prædictum abrogatum jam esse contraria consuetudine. *part.* 4. *tractat.* 2. *resolut.* 35. Item detegens malefactorem, vel clamans adesse latronem, ut comprehendatur, si non id facit ut testis, vel accusator, non incurrit irregularitatem ex defectu lenitatis. Ita Turrianus *ubi suprà* contra Bonacinam *disp.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 1. *num.* 18. *part.* 3. *tract.* 5. *resol* 80.

Et similiū.

Obligantes reum ad confitendum delictum capitale.

Vel judici interroganti an reus merentur morte respondentes teneri.

56. Ecclesiasticus præcipiens judici, ut manè exequatur sententiam mortis, quam judex ipse tulerat, aut ut hunc furem, vel homicidam suspendat, fit irregularis, cap. *his à quibus* 23. *quæstione* 8. ibi, *aut inferendas præcipiunt* & Navarrus *lib.* 5. *consil. de homicid.* Si verò habentes jurisdictionem temporalem, committant judici laico casum alicujus capitalem, non fiunt irregulares. Ita ex cap. *ultim. ne Clerici, &c.* Cornejo *disputat.* 11. *dub.* 1. *quæst.* 1. contra Henriquez *lib.* 4. *cap.* 3. *numer.* 6. Circa Inquisitores tradentes reum hæreticum brachio sæculari, vide *verb. Inquisitorum, num.* 252. *part.* 4. *tractat.* 2. *resolutione* 78.

Clericus præcipiens judici, ut exequatur sententiam mortis à se latam fit irregularis.

Causā tamē rei sibi in temporalib. subditi capitalē potest judici laico committere.

57. Episcopus permittens judici laico exhumationem corporis occisi ab Ecclesia, ad capiendas informationes de delicto in genere, secundùm Lavorium *titul.* 2. *cap.* 7 *num.* 31. non fit irregularis, quia hic actus est valdè remotus à morte occisoris, neque hic habetur positivus concursus, sed mera permissio. Et sic practicatum esse in curia Archiep. Neapol. testatur Genuensis *cap.* 42. *n.* 10. & si judex absque licentia Episcopi hoc faciat potest excommunicari. Possevin. *part.* 9. *tractat* 7. *resolut.* 64

Quid de Episcopo permittente exhumari cadaver occisi, ut judex laicus inquirat de homicidio. Vel tradente copiam degradationis Clerici inquisiti

Ubi

de delicto capitali & se esse Clericum allegantis?

Ubi addit, in eadem curia decisum esse, quòd possit Curiæ sæculari concedi copia sententiæ depositionis, seu degradationis verbalis alicujus Clerici, qui inquisitus de homicidio, allegat se esse Clericum, Curia sæculari negante. De quo tamen tu judica *part.4.tractat.2.resol.95.*

An plura committens homicidia plures irregularitates incurrat?

58. Qui plura homicidia committit, non videtur plures irregularitates incurrere, in dispensatione necessariò manifestandas: nam, ubi ad aliquem effectum concurrit una causa totalis, non potest simul concurrere alia item totalis in eodem genere. Et sic copula inter affines sæpiùs repetita non multiplicat impedimenta, neque omnes copulæ sunt in dispensatione manifestandæ, ut tenet Sanchez *lib.8.disput.24. numer.7.* Et qui tres, aut quatuor duxit uxores, non tenetur omnes manifestare, cùm petit dispensationem bigamiæ, & ut tenet Ugolinus *de Irreg.cap.56 §.7.numer.3.part.11.tractat.6.resolut.44.* Sed multi asserunt, hanc opinionem non esse tenendam; quia stylus Curiæ sequitur contrariam, Coninch *disputat.11.dub.14.numer.112.part.4.tractat.2.resolutione 86.*

Consulens fugam ei, qui id facere non potest sine capitis periculo, non incurrit irregularitatem, licet sequatur mors fugitivi.

59. Consulens alteri in bello fugam, cui est annexa pœna mortis, quamvis sciret fugientem exponere se periculo capturæ, immò quamvis ipse postea caperetur, & suspenderetur, non incurreret consulens irregularitatem. Ita Dispensis *in cursu Theol.tom.2.tract.25. disputat.5.sect.8.num.38.* Idem dic de consulente alteri, ut fugiat à carcere, à quo sub pœna mortis effugere non potest, vel ut effringat carcerem, cui effractioni imposita esset pœna mortis. *part.7.tr.10.resol.30.*

Qui dicit, vivit pendens in patibulo, & ex hoc carnifices iterùm calcant, non incurrit Irregularitatem.

60. Non incurrit irregularitatem dicens, cum Carnifex credit in patibulo, reum esse mortuum, *vivit, vivit,* & per hæc verba iterum illum pedibus calcat, in modum, quod moritur; tamen si iste talis opinioni contrariæ adhærere velit, potest per Episcopum absolvi. Barbosa *part.8.tr.7.resol.61.*

In dubio facti non est censendus irregularis ex communi sententia, & ex stylo Curiæ, Datariæ, & Pœnitentiariæ observato infallibiliter. Franc de Lugo part.8.tract.7 resolutione 6.

61. In dubio facti, si agatur de homicidio non est censendus irregularis ex communi sententia, & ex stylo Curiæ, Datariæ, & Pœnitentiariæ observato infallibiliter. Franc de Lugo *part.8.tract.7 resolutione 6.*

Ignorans excommunicationem injustam homicidio, non incurrit irregularitatem.

72. Incurrit irregularitatem occidens hominem, nesciens homicidio esse annexam excommunicationem irregulariter communis DD. *part.9.tractat.7.resolutione 19.* non excusatur à petitione indebiti, ignorans, se esse conjunctum cum consanguinea uxoris suæ, sed contrarium esse probabile ait Dian. *ibidem. §. Sed ex hu.*

IRREGVLARITAS
Ex mutilatione.

Ex mutilatione contrahit irregularitatem, qui abscindit membrum. Vt oculum. Manum. Pedem. Aurem.

63. IRregularitas ex mutilatione contrahitur, cum abscinditur aliquod membrum, ideſt aliqua pars corporis, quæ proprium habet officium distinctum ab aliis, ut sunt oculus, manus, pes, auris, membrum virile, &c. non autem dentes, testes, labia, barba, capilli, &c. Ita Villalobos *tom.1.tractat.21. diffic.19.numer.4.* Abscindens alteri digitum, etiam pollicem, non fit irregularis; quia non est propriè membrum, sed membri pars. Ita Bonacina *de cens. disputat.7.quæst.4.punct.8.numer.3.* contra Sotum *de just lib.5.quæst.2.articul.1. part.2.tractat.15.resolutione 20. & part.4.tractat.2.resolutione 26.* Abscindens alteri auriculam, hoc est cartilaginem, non fit irregularis; nam ipsa non est membrum; sed solum inservit ad auris ornatum, & tutelam. Ita Avila *de cens. part.7.disputat.5.sect.1.dub.1.* contra Navarrum *penes ipsum ibidem.* Abscindens fœminæ mammillam, fit irregularis Ita Molina *tom.4.tractat.3.disput 69. num.6.* Sed negativa sententia Villalobos *ubi supr.* est etiam probabilis. *part.4.cit. §. Ex hu.* Excœcans hominem, si visum solum detrahat, & oculum non eripiat, non fit irregularis: quia non mutilat propriè. Ita Megala *in 3 part. lib.7.cap.1. num.31.*

Membrum virile, &c. Non autem dentes. Testes. Labia. Barbam. Digitum, etiam pollicem. Cartilaginem auris, &c.

Probabile etiam, nõ fieri irregularem abscindentẽ mammillam.

numer. 31. Item debilitans aliquod membrum, illudque reddens inutile, non fit irregularis; quia non abscindit. Itadem Megala *ibid. numer.* 30. *part.* 4. *tractat.* 2. *resolutione* 26. *& resolut.* 71. prope finem.

Excacantem oculum.

Et membrum debilitantẽ.

64. Consulens mutilationem ex communi opinione DD. contrahit irregularitatem, sicut consulens homicidium.

Consulens mutilationẽ an fiat irregularis?

A qua sententia non esse recedendum ait Molina *tom.* 4. *tractat.* 3. *disput.* 75. *nu.* 3. At, quia non invenitur aliquod jus expressum, & in pœnalibus non valet argumentum à pari, Cornejo *in* 3 *part. disputat.* 2. *dub. unic. quæst.* 5. *num.* 3. in contrariam partem inclinare videtur. Standoautem in prima sententia, qui consulit mutilationem, ut dissuadeat homicidium, aliàs irrevocabile, non fit irregularis. Ita Cornejo *ibid. part.* 4. *tract.* 2. *resolutione* 18.

Et quid si consulat ad vitandũ homicidium?

65. Mutilans seipsum sponte, fit irregularis, etiamsi digitum, vel digiti partem ex indignatione, & impatientia sibi eripiat, vel aliud, ex quo nec ad celebrationem impedimentum, nec deformitas notabilis oriatur. cap. *qui partem in* 6. *distinct.* 55. In quo casu probabilius est, non requiri notorietatem facti, ut docet Fernandez *part.* 2. *cap.* 10. §. 7. *numer.* 1. Quamvis probabile sit, requiri, ut docet Tannerus *in* 3. *part. disputat.* 6. *quæst.* 10. *dub.* 10. *num.* 188. *par.* 4. *tractat.* 2. *resolut.* 60. §. *Notandum.* Faciens verò castrare se ad servandam vocem ultra peccatum mortale, incurrit irregularitatem secundum aliquos. *par.* 10. *tr.* 13. *resol* 11.

Quid de mutilante seipsum?

Et de mutilato ab aliis culpa sua?

66. Ab alio mutilatus culpa sua, quia dedit operam rei illicitæ, ut si fuit causa rixæ, in qua mutilatus est, aut si adulterando abscissum est ei membrum virile, aut testiculi, incurrit irregularitatem, etiamsi membrum sit occultum, & non impedit usum Ordinis. Ita Molina *de justit. tom.* 4. *tractat.* 3. *disputat.* 70. *numer.* 18. & DD. communiter. Sed contraria sententia Præpositi *in* 3. *part. quæst.* 5. *dub.* 114. *num.* 117. est probabilis, quia jura diligenter inspecta loquuntur tantùm de mutilante seipsum, ut colligitur ex cap. *si quis* 1. 2. & 3. & aliis, ubi habetur *affectaverint, &c.* & irregularitas non incurritur, nisi in jure exprimatur. *resol. citat. & part.* 9. *tractat* 7. *resol.* 21.

Et de mutilante mortuum.

67. Mutilans membrum inimici jam mortui non incurrit irregularitatem, cũ membrum mortui, non dicatur, nec sit simpliciter membrum, utpotè carens anima, & vita, sicut homo mortuus non dicitur simpliciter homo. Ita Toletus *lib.* 1. *cap.* 71. *num* 11. *part.* 7. *tr.* 2. *resol.* 28. *verb Nota hic.*

IRREGVLARITATIS Effectu.

Irregularis non potest assumere Ordines. Nec Tonsuram.

1. † PRimus irregularitatis effectus est, reddere hominem inhabilem ad suscipiendos Ordines. † Imò etiam ad primam tonsuram ut dictum est *verb. Irregularitas, num.* 1.

Item non exequi Ordines jam susceptos.

2. Secundus effectus est, impedire exercitium Ordinum, quos quis acceperat. Quod in hæretico verum est, etiam post pœnitentiam & abjurationem. Ita Pegna *part* 3. *commun.* 175. contra Hurtadum *disputat.* 2. *de irreg. diff.* 3. *numero* 10. Addens, Pium V. *ann.* 1567. prohibuisse Inquisitori Generali Hispaniarũ, dispensare cum Sacerdotibus hæreticis pœnitentibus ad celebrandum. Suarez *de cens. disput.* 43. *sect.* 1. *num.* 6. ait, cum prædictis posse Episcopos dispensare quoad exercitium aliorum Ordinum, non autem Sacerdotii. *part.* 4. *tract.* 2. *resolutione* 48.

At si absolveret, absolutio esset valida.

3. Irregularis secundum Hurtadum *de irreg. disputat.* 1. *diff.* 11. *numer.* 19. invalidè absolveret: quia irregularitas impedit exercitium Ordinum, quantum Ecclesia potest impedire, potest autem Ecclesia ita impedire, vt omninò irritet actum Ordinis, & in hoc casu absolutionem, tollens ab irregulari subdito, sine quibus jurisdictionem absolvendi exercere non potest, cum absolutio in non subditum sit nulla. Sed placet contraria sententia Villalob. *to.* 1. *tr.* 21.

tr.21.diff.2.num.8. quia, sicut irregularis validè consecrat, ita etiam validè absolvet. Adverte autem, quòd talis absolutio esse posset invalida ex defectu pœnitentis, si peteret scienter absolutionem ab eo, qui non licitè absolveret, nisi excusaretur bona fide. *part.4. tract.2. resolutione 68.*

Item non potest recipere beneficia.

At si ei conferantur, collationem probabile est fore validam.

4. Tertius effectus irregularitatis est, reddere hominem inhabilem etiam ad obtinenda beneficia. Et DD. communiter apud Sayrum *lib.6. cap.2. num.21.* tenent, collationem beneficii factam irregulari esse ipso facto nullam, ac si facta esset seculari, quia beneficium datur propter exercitium Ordinum, quod irregularitas impedit. Sed contraria opinio Sylvestri *verb. excommunicatio numer.4.* est probabilis; quia sicut irregularis validè retinet beneficia, ita etiam validè potest nova recipere, cum in utroque casu requiratur exercitium Ordinum. Ad argumentum supra factum negari potest consequentia. *part. 4.tractat.2. resolutione 79. & parte 7. tractat.12. resolutione 7.* An verò possit administrare per alium, & resignare in favorem tertii, vide *part. 10. tractat. 8. resolutione 14. & part. 11. tractat. 5. resol.1.*

5. Simoniacum occultum non incurrere irregularitatem probabiliter defendit P. Bordonus *in Bull. Cruc. part.3. tr.2. cap.1. sect. 4. num. 30.* licet oppositum plures teneant. *p.10. tract.15 resol. 9. vers. Hanc etiam.*

6. De irregularitate illegitimi, vide *verb. Illegitimus.*

IRREGVLARITATIS *Dispensatio, & absolutio.*

Irregularitas ex delicto tolli potest per Bullam, Iubilæi, &c. extra confessionem.

7. POsita probabili sententia, quod irregularitas proveniens ex delicto, & quæ est pura pœna peccati, veniat nomine censuræ; & posita item probabili sententia Trullench. *ex part. Bullæ, lib.1 §.7. cap.2. dub.18. numer 12.* quòd censuræ absolvi possunt extra Sacramentum Confessionis, prædicta irregularitas absolvi potest extra Confessionem, & sic à Confessario absente habente scilicet facultatem ex Bulla, privilegio, &c. *part.4. tractat.2. resolutione 103.*

Quis absolvere potest confessarius per Bullam?

8. Quas irregularitates absolvere possit Confessarius virtute Bullæ Crociatæ, inquire *verb. Bulla Cruciata quoad censuras.*

Quas Episcopus? Prælatus Regularis?

9. Quæ irregularitates sint dispensabiles per Episcopum, & Prælatum Regularem, require *verb. Episcopi jurisdictio in irregularitates, & verb. Prælati Regularis jurisdictio in dispensando*, sed confessarius Regularis potest absolvere, & dispensare virtute Cruciatæ, Jubilæi, & suorum privilegiorum super irregularitate, excommunicationis, vel suspensionis ordinum susceptione, cum suspensione, quæ absolutio potest dari extra Sacramentum Confessionis. Fragosus *part. 9. tractat. 8. resolutione 50.*

Regularis potest dispensare in irregularitate virtute Bullæ Cruciatæ, Iubilæi, & suorum privilegiorum.

10. Quæ irregularitates sint dispensabiles à Commissario Cruciatæ, inquire suprà *verb. Commissarius Cruciatæ.*

Commissarius Cruciatæ?

11. Quæ verò tollantur per Baptismum & quæ per professionem Regularem, dictum est supra *verb. Irregularitas, num. 7.*

Quæ tolluntur per Baptismum, &c.

IVBILÆVM *Quoad requisita.*

Iubilæum est Bulla concedens Indulgentiam, & alia privilegia præstantibus certa opera.

1.† IUbilæum est indultum Pontificis ad excitandam fidelium devotionem in publicis necessitatibus emanare solitum. Indulgentiam plenariam instar anni sancti, & pleraque privilegia certa opera in Brevi præscripta præstantibus concedens. Quæ quidem opera ut plurimùm sunt jejunia, visitatio Ecclesiarum, confessio, communio, eleemosyna; de quibus primo loco agendum, prius quidem de omnibus in communi, deinde de singulis in particulari.†

2. Igitur hæc opera præstari possunt

Quæ præstari possunt divisim, & infra duas hebdomadas.

intra duas hebdomadas; nimirum jejunando in prima, confitendo & communicando in secunda. Ita contra Leonem *de Jubil. part. 2. num. 18. & 169.* Naldus *verb. Indulgent. num. 14.* affirmans, ita

Dummodo jejunia in una hebdomada compleantur.

declarasse Sacram Pœnitentiariam Romanam. Sed advertit Præpositus *in 3. part. quæstion. 14. dub. 10. num. 87.* jejunia omnia complēda esse infra unam hebdomadam, quia Pontificis scopus est, ut caro jejuniis macereturad quem magis faciunt jejunia magis unita. *part. 3. tr. 4. resolutione 153. & part. 5. tractat. 12. resolutione 24.*

Et præstari possunt in duobus locis.

3. Possunt rem impleri in duobus locis, unde quis potest hic Panormi visitare Ecclesias, & deinde in alio loco, si discedat, confiteri, communicare, &c. quia favor Jubilæi est personalis, non localis. Ita Laymann *lib. 5. tractat 7. cap 8. num. 11. part. 5. tractation. 12. resolutione 53.* An verò si quis neglexisset lucrari Jubilæum in patria, lucrari posset in alio loco, vide infrà *num. 48.*†

Item per opera aliàs præcepta.

4. Opera in Jubilæo præscripta compleri possunt per opera aliàs præcepta: quia non repugnat, unico actu pluribus obligationibus satisfieri, dummodo natura talium obligationum id patiatur. Et in praxi Pontifices solent publicare Jubilæum in Quadragesima. Itaque sufficit, fundere orationes aliàs debitas ex voto, vel pœnitentia, & dare eleemosynas extremè indigenti, cui debentur ex obligatione naturali. Ita Polacchus *de Iubil part. 1. num. 152. & part. 2. num. 147. part. 5 tractat. 12. resolutione 31. §. Et tandem, resolutione 33. in medio, & resolutione 54. & part. 11. tract. 7 res. 12.*

Et si indeterminatè præscribantur, sufficit præstare semel, & infra terminum quādocumque.

5. Si indeterminatè præscribatur Ecclesiarum visitatio, oratio, & eleemosyna, sufficit semel visitare, orare, & eleemosynam facere. Idque quandocumque etiam die Dominico, ante, vel post communionem. Ita Bossius *de Iubil. sect. 4. cas. 8. num. 9. part. 5. tractat. 12. resolut. 22. §. Notandum, & resolut. 31. §. Dico igitur, & Dico quartò.*

Qui præstare non potest, petat sibi cōmutari.

6. Qui verò non potest opera præscripta præstare, petat sibi à Confessario commutari in alia pia opera. Imò Confessarius non solùm commutare potest opera omissa ex legitima causa ægritudinis, impotentiæ, &c. sed etiam omissa ex malitia. Et sic tradit Filliucius *tom. 1. tractat. 8. cap. 10. num. 268.* quod si quis die Dominico secundæ hebdomadæ inspiratus, dolens quod præscripta opera non compleverit, petat sibi alia injungi, vel tempus prorogari, potest Confessarius id præstare; quia hic & nunc verè est impotens, & facultas Confessarii nondum expiravit. Idem dic, si quis alia opera præstitisset, & die Dominico communicaturus inadvertenter bibisset; huic enim Communio commutari potest in aliud opus pium. Ita Henriquez *lib. 7. cap. 10. num. 8. par. 3 tract. 4. resol. 152 & p. 5. tractat. 12 res. 25. & 26.*

Nam Confessarius commutare potest etiam, quæ omissa sunt ex malitia.

Opera non debent necessariò præstari in gratia, sed sufficit esse in gratia in instanti consecutionis imò si ponatur obex, probabile est acquiri, recedente fictione.

7. Non oportet, quòd omnia opera Jubilæi fiant in gratia, sed satis est, quòd pœnitens sit in gratia in ultimo instanti, in quo Indulgentia applicatur. Imò si quis Indulgentiam propter obicem non lucraretur, probabile est lucraturam postea, recedente fictione. Vide *verb. Indulg. n. 15.* ubi plura de requisitis invenies. In particulari verò:

An satisfit eleemosynæ curam committere, si is, cui committitur, non largiatur? Aut non tempore præscripto?

8. Circa eleemosynam adverte, quod si quis daret nummos famulo pro eleemosyna facienda, non lucraretur Jubilæum, ait Leo *de jubil. p. 2. quæstion. 14. sect. 6. num. 175.* si famulus eleemosynam non præberet. Et alii idem asserunt, si famulus illam præberet post tempus præscriptum. Quia scilicet is non præstaret opus præscriptum ad consequendum Jubilæum. At Sà *v. Indulg. n. 4.* etiam post correctionem Romanam, contrarium docet. *p. 5. tract. 22 res. 31. & p. 11. tract. 7. ref. 18.* Si verò eleemosynam certo die præscriptam quis per ignorantiam, oblivionem, aut inadvertentiam inculpabilem usque ad Sabbatum differret, & tunc multò majorem efficeret, probabile esse, ait Bossius *de jubil. sect. 4. cas. 8. num. 9.* lucrari Indulgentiam & Jubilæum, ex quadam æquitate, & tacita

inten-

intentione Pontificis. Ita etiam, si præscriptam fieri in tribus diebus jejuniorum quis anticiparet, & totam simul præberet Feria IV. *part. 5. tractat. 12. resol. 22.*

Ecclesia visitari debent juxta tenorē Brevis.

9. Quod ad visitationem Ecclesiarum, ait sufficere Filliuc. *tom. 1. tractat. 8. cap. 10. numer. 274.* quod duæ Ecclesiæ visitentur. Sed in hoc observanda sunt verba Brevis. Adverte autem ex Bossio *de jubil. sect. 4. cas. 19. numer. 6.* quod si Episcopus deputaret plures Ecclesias in Civitate, quàm Papa deputavit in Urbe, tunc sufficere visitare quot deputavit Papa; quia si Episcopus non potest onerare privilegium Papæ. Si verò Episcopus deputaret pauciores, aut unam tantùm, illa sufficeret. Adverte etiam, sufficere, quod Ecclesia visitetur de foris, si præ multitudine non detur ingressus. Et nomine Ecclesiæ venire etiam cœmeterium adjunctum, quia verba in favorabilibus latè interpretari debent. Ita Layman *lib. 5 tractat. 7 cap. 3 numer. 9.* Qualiter autem orandum sit vide *verb. indulg. à num. 21 part. 1. tractat 11. resolut. 10 3. & part. 5. tract. 12 res. 19. & 55.*

Non plures, quàm pro Vrbe designata sint.

Sed si Episcopus designat pauciores, sufficiunt.

Quomodo Ecclesia visitanda?

Quid nomine Ecclesiæ?

Et qualiter in ea orandum?

10. Quoad confessionem, quando in Brevi dicitur: *omnibus verè pœnitentibus, & confessis*, vel, *omnibus contritis & confessis, qui visitaverint &c. concedimus indulgentiam*, tunc confessio non exigitur ut opus injunctum, sed ut dispositio; unde si quis aliàs esset in gratia per contritionem cum voto, seu proposito confitendi tempore debito secundùm præceptum Ecclesiæ, lucraretur Jubilæum. Ita Coninch *de Sacram. disput. 12. dub. 7. numer. 38. part. 5. tractat. 12. res. 30. §. Nota etiam.* Imò nec si confessio requiratur ut opus injunctum, e mitti necessario debet, si adsint tantum venialia, ut ex Coninch diximus V. *Bulla Cruciatæ num. 15. part. 3. tractat. 4. res. 126. & part. 5. tract. 12. resolut. 30.* Quando vero confessio ad Jubilæum requiritur sufficit confessio informis, dummodo recedat fictio, tēpore, quo adhuc jubilæum durat. Bardi *in select. l. 5. q. 5. n. 11. & alii p. 11. tr. 6. res. 10.*

Ecclesia visitandi sunt.

Confessio quando exigitur, ut dispositio, non est necessario in eo, qui est in gratia, per contritionem

11. Quando autem est necessaria; satis est confiteri intra tempus Jubilæi, Et quamvis Breve dicat, ut infra hebdomadam confiteamur, & in Dominica communicemus, confiteri possumus in Dominica: quia dies Dominicus habetur pro complemento hebdomadæ transactæ, in qua jejunandum est. Ita declaravit Gregorius XIII. PP. Societatis apud Acosta *in Bull. Cruc. quæst. 14. dub. 3.* qui nostram sententiam tenet contra Filliucium *tom. 1. tract. 8. c. 10. num. 272. part. 2. tract. 15. res. 28. & part. 5. tract. 12. res 40. §. Et tandem.*

Differri potest usque ad diem Dominicum inclusivè.

12. Quod si quis die Veneris v. g. confiteretur, & in Sabbato, antequam Indulgentiam consequatur, peccaret mortaliter, secundum Suarez *in 3. part. tom. 4. disputat. 12. sect. 3. numer. 7.* debet iterum confiteri. Sed negat Granado *in 3. part. contr 12. tractat. 5. disputat. 4. num. 8.* quia Jubilæum unam tantùm exigit confessionem, quæ cum fieri possit aliquot diebus, priusquam Indulgentiam consequamur, & aliunde is per contritionem redire possit in statum gratiæ, non est, cur onus confessionis multiplicemus. Ita etiam docet Præpositus *in 3. part. quæstion. 14. dub. 10. numer. 84.* Et uterque hanc doctrinam extendit ad casum, quo quis in confessione oblitus esset aliquod peccatum mortale. Cui sententiæ libenter adhæreo. *part. 5. tr. 12. res 1.*

Nec tenetur quis bis confiteri, si post confessionem novum peccatum committit, vel aliquod peccatum oblitus est.

13. Quoad Communionem. Si requiritur in Dominica, videtur non lucrari Jubilæum, qui communicaret infra hebdomadam, quia constat de mente Pontificis. Sed Bossius *de jubil. sect. 4. cas. 10. num. 17.* ait, id Pontificem non præcipere, sed consulere velut congruentius. Id quod deducit ex Bullis Jubilæorum post Sixtum V. qui ad tollendam hanc dubitationem, post illa verba *communicent in die Dominico*, addiderunt, *aut alia die hebdomadarum. part. 5. tr. 12. res. 17.*

Communio si fieri præcipitur in Dominica, videtur anticipari non posse. Sed Bossius, ait, posse.

14. Debet autem; qui in peccato est, antequam communicet, confiteri, etiam si præscriptam confessionem præmiserit; quia ita exigit hoc Sacra-

Non autem communicare potest in peccato cum

sola contritione, tenetur confiteri, etiamsi præscriptam confessionem præmiserit.

mentum. Unde, si habens physicam, aut moralem impotentiam confitendi, post alia opera communicaret cum sola contritione, non lucraretur Jubilæum; quia hic non est casus, in quo quis possit communicare cum peccato mortali sine prævia confessione. Ita Suarez *tom.4 disp.52.sect.3. numer.6.* contra Vegam *part.cap.7.cas.31 part.5.tract.12.res.29.*† & se citat in *p.3. tract.4.resol.260.* ubi in §. *Itaque* oppositum refert notare Leonem †.

Probabile tamen est, Communionem factam in peccato sufficere, si non sit ultimum opus, & pœnitens in ultimo instanti sit in gratia.

15. Probabile tamen est, quod ait Bossius *de jubil.sect.5. cas.20. numer.17.* communionem factam in peccato mortali sufficere ad satisfaciendum oneri communionis pro Jubilæo consequendo, si communio non sit ultimum opus ex requisitis, & pœnitens in instanti, quo applicatur indulgentia (quod est ultimum instans desitionis ultimi operis extrinsecum, in quo verum est dicere: *nunc primo omnia requisita completa sunt,*) sit in gratia. Quia non omnia opera requisita præstanda sunt in gratia. Et illa verba *devotè & reverenter* in jubilæo apposita respectu communionis, sumi possunt pro devotione & reverentia extrinseca, quæ consistit in externa compositione & modestia, vel etiam intrinseca; quæ consistit in actu latriæ, & cultus divini, intentione obediendi Papæ, lucrandi jubilæum, & similibus, quæ non excludit peccatum habituale. *part.1.tractat.11.resolut.6.* in fine. *part.3.tractat.4.resolut.148.* & *part.5.tract.12.res.27.* circa medium & *part.10 tr.15.res.55.*

Pueris, patientibus tussim, & vomitum; item ei, qui inadvertenter bibit, Communio commutari debet in aliud opus pium.

16. Nota etiam hic contra Fernandez *in medull.part.3.cap 8 §.8.num.3.* pueros non valentes pro ætate communicare, non acquirere jubilæum communicando solum spiritualiter; sed debere illis commutari in aliud opus pium, ut ait Faustus *de jubil.lib.4. quæst 45.* Quod etiam procedit in infirmis patientibus tussim, vomitum, &c in eo, qui inadvertenter bibit, & similibus. *resol.17. cit.§.Notandum.*

IVBILÆVM
Quoad Confessarium.

Per jubilæũ eligi potest in confessarium, qui eligi potest per Cruciatã

17.† PEr Jubilæum concedi solet facultas eligendi confessarium approbatum, qui pœnitentes absolvat à reservatis, & censuris, de quibus infrà. Ille autem confessarius est eligibilis per jubilæum, quem diximus V. *Bulla Cruciatæ* eligi posse per Bullam. Vide ibi. Solum ergo hic dicendum quoad Regulares, quibus Bulla quoad hunc articulum non suffragatur †.

Etsi non excipiuntur Regulares, eligere possint extra Ordinem invito superiore. Dummodo sit approbatus ad Ordinario Vel secundũ probabilem sententiam à suo Prælato.

18. Ergo Regulares, quibus tempore jubilæi conceditur facultas eligendi cõfessarium approbatum ab Ordinario, possunt illum eligere extra Ordinem. Ita Bossius *de jubil.sect.3.cas.4.num.17.* contra Molfesium apud ipsum. *ibid.* Contra quem etiam addit, non posse Superiorem id eis prohibere. *part.5.tract.12. res.37.§. Notandum.*

19. Sed, an sufficiat confiteri, cum approbato à proprio Prælato? Negat Henriquez *lib.6.cap.6.numer. 4. in Gloss.litt. K.* Quia in Brevi dicitur, *approbatum ad Ordinario*; Prælatus autem Regularis non est ordinarius. Idque in jubilæo cautum esse, quia Summus Pontifex potuit animadvertere, Episcopos in approbandis Confessariis esse plerumque Prælatis Regularibus cautiores. Bonacina *de Sacrament. disput.5. quæst.7.punct.4.§.1.numer.25.* affirmat, atque Papam verba illa *approbatum ab Ordinario* pro Religiosis apponere cumulativè, non privativè; quatenus id possint, si velint, non tamen teneantur. Ita etiam Bossius *cas.3.numer.10.* qui ait, verba illa sumenda esse cum expositione accommoda, ut si agatur de laicis, debeant eligere approbatum ab Episcopo; si verò de Religiosis, à suo Prælato, qui est ipsorum Ordinarius. Lezana *qq. regul.cap.19.num.19.* distinguit, atque: Vel in Jubilæo dicitur *approbatum ab Ordinario* tantùm, vel, *approbatũ ab Ordinario*

dinario loci. Si primum, possunt Religiosi eligere approbatum à suo Prælato: si secundum, non possunt. Omnes hæ sententiæ sunt probabiles, *part. 5. tract. 12. res.* 37.† & opinionem Bonacinæ, quam novissimè sequitur Zambeldus *v. iubilæum num.* 19 *in part. 2. tract. 17. res.* 47. *& part. 3. tract. 2. res* 21. solum refert: unde ignaviter & petulanter illum carpit Ferro *p. 2 qq. vicar. q. 72.*†

Quid de Monialibus?

20. Moniales secundùm Polacehum *In Bull. Iubil. Vrbani VIII. sect. 41. num. 8.* non possunt in Jubilæo eligere confessarium approbatum, sed debent confiteri proprio confessario. Et sic sacram Congregationem declarasse testatur. Sed ego hanc declarationem invenire non potui. Et contrariam sententiam docent Bonacina *numer.* 22. Bossius *cas. 5. num.* 2. & Peyrinus *tom. 3. c. 4. num.* 4. Qui addit, eas eligere posse Regularem à suo Prælato, vel sæcularem ab Episcopo approbatum, sive subjectæ sint Episcopis, sive Prælatis regularibus, & si sunt subjectæ regularibus, posse eligere ex religione: quia favorabilia sunt amplianda. Et quod eligere possint quemcumque approbatum ab Ordinario loci, ait Peyrinus non esse difficultatem post Bull. S.D.N. Urbani VIII. *Pontificia solicitudo*; in ea. n. id Monialibus expresè conceditur, *part. 5. tract. 12. res. 12.*† Hoc loco Auctor non ponit suam sententiam, licet videatur inclinare cum secunda. At in *part. 3 tract. 2. resolut. 29.* quæ postea impressa iteratò est in *tract. 4. post. 153* videtur pronior in primam.†

IVBILÆVM
Quoad reservata.

21. Quando in Iubilæo datur facultas expressa absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ, non requiritur expressa derogatio ipsius Bullæ, vel individua mentio dictorum casuum. Ita Bossius *ubi infra* contra Duard. *in Bull. Cœn. lib. 3. §. 2. quæst. 2. num.* 13. († An verò in tali casu absolvi possit hæresis occulta, Vide *verb. Absolvere numer.* 83.†.)

Per iubilæum absolvi possunt casus Papales.

Sed difficultas est; an quando conceduntur casus Papales absque exceptione, intelligantur etiam concedi casus Bullæ Cœnæ? Et quidem Lavorius *de Iubil. part. 2. c. 28. num* 24. & alii communiter negant; eo quia habent specialem quandam gravitatem, ob quam Pontifex in specie scisciatus, non esset illa concessurus, & hæc sententia apud me certa est, quia quando Pontifex vult concedere casus Bullæ Cœnæ, illos explicat, sed Bossius *de iubil. sect. 1. cas. 7. num.* 2. affirmativam sententiam putat esse probabilem, quia cum facultas detur pro omnibus casibus papalibus, non est cur aliqui excipiantur, præsertim in re favorabili Bullam verò Cœnæ revocare facultates particulares personarum, Religionum, &c. minimè generales omnium fidelium & extraordinarias, quale est Iubilæum, *part. 5. tract. 12. resol.* 34. casus episcopales, ait Bonacina *de cens. disp. 2. quæst. 2. artic. 15. num.* 10. absolvi non posse, quia Clemens VIII. in quadam Bulla decrevit, ne ullus prætextu cujuscumque privilegii absolvat à casibus Episcopo reservatis. Sed meritò hanc opinionem refellunt Zanardus *part. 1. c. 21. quæst. 34.* & alii quia cum in Iubilæo expresè concedatur absolvi à reservatis Papæ, à fortiori conceditur, absolvi à reservatis Episcopo. Et alioqui rectè hanc opinionem extendunt ad casus & censuras reservatas ab Episcopo post publicationem Iubilæi, *part. 3. tract. 4. resolutione* 149. Absolvi possunt reservata, si solum dicatur à censuris, *p. 10. tr. 13. resol. 3.*

(Præter casus Bullæ Cœnæ, nisi exprimantur?

Et episcopales.

22. Qui tempore Iubilæi obtinuit absolutionem reservatorum animo lucrandi Iubilæum, quod postea culpa sua non lucratur, non propterea in reservationem reincidit. Ità Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 31. sect. 4. num. 5.* contra Rodriquez *in Bull. Cruc. §. 3. num* 8. quia non fuit absolutus ad reincidentiam: id enim nec habetur in diplomate, nec Confessarius absolvere potest sub

Qui si Iubilæum non acquiritur non propterea revertuntur.

conditione de futuro, *si lucraberis iubilæum*; quia absolutio debet esse absoluta. Adde cum Sanchez *de matr. tom. 2. lib. 8. disp. 15. num. 21.* contra Suarez *ubi sup. nu. 23.* quod si is in confessione aliquot reservata oblitus fuit, illa non remanent reservata, sed potest per quemcumque confessarium absolvi, quia cum illa Confessio fuerit valida, absolutio cecidit etiam indirectè super oblita, & confessarius absolvendo, habuit, & habere debuit intentionem tollendi quamcumque reservationem, *p. 3. tr. 4. res. 145. & p. 4. tr. 4. res. 124. §. Notandum.*

Imò si quæ in confessione oblita sunt, non remanẽt reservata.

23. At non ita de eo qui Jubilæum consecutus est, sed non est confessus, quia non fuit recordatus peccati mortalis; nam, cum nulla peccatorum absolutio data fuerit, si is postea alicujus reservati recordetur, debet accedere ad Superiorem. Ità Henriquez *lib. 6. cap. 16. numer. 6.* Sed Sanctarellus *de Iubil. cap. 12. dub. 2.* putat, hunc quoque confessarium sibi postea eligere posse, & per illum à talibus reservatis absolvi virtute Jubilæi: non Iubilæum lucratus est; (nec enim tenebatur confiteri venialia, ut supra diximus) & consequenter lucratus est privilegium eligendi confessarium etiam pro reservatis, quo uti potest transacto Iubilæo, quia non restringitur ad tempus Iubilæi quæ opinio est probabilis, *part. 3. tract. 4 resolut. 110.*

Quod non procedit in eo, qui putás se non habere mortale, non est confessus.

Sed Sanctarel. probabile putat, etiam in hoc casu procedere.

24. Nota hic à fortiori, quòd si quis in confessione aliquod reservatum non manifestavit, ne manifestaret complicem, vel ex alia justa causa, transacto Iubilæo potest ab illo absolvi per quemcumque confessarium; quia tale peccatum habetur ac si fuisset oblitum, & sic indirectè absolutum. Ita Homobonus, *p. 1. tract. 5. c. 6. quæst. 39. Ibid. §. Notandum.*

Quod à fortiori dicendũ de eo, qui in Confessione aliquod reservatũ prætermisit ex justa causa.

25. Sed an, qui absolutus fuit à reservatis intuitu Iubilæi, & postea culpa sua non acquirit, peccet mortaliter? Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 6. num 11.* respondet affirmativè. Sed ipse negativè respondeo cum Portello *v. Indul. pro Iubil. num. 20.* nam is nihil promisit, nec confessarius illi aliquam obligationem imposuit, nec ipse Pontifex. Cum igitur tale præceptum non appareat, non est cur pœnitens oneretur, *part. 2. tract. 16. res. 11.* in fine *p. 3. tr. 4. res. 145. §. Sed inquiret, & p. 5. tr. 12. res. 42.*

Qui verò intuitu Iubilæi absolutus à reservatis opera non perficit, non peccat mortaliter.

26. Confessarius potest absolutionem peccatorum in Iubilæo differre post illud. Primò, si pœnitens judicetur probabiliter mansurus in proxima occasione peccandi. Secundo, si pœnitens completis operibus accedat ad confitendum Sabbato, & quia habet multos & intricatos casus, confessarius non potest illum statim audire. In hoc ergo duplici casu potest confessarius absolutionem differre post Iubilæum. Sed reservationem tollere, & vota commutare debet infra tempus Iubilæi. Ita Bossius *sect. 1. c. 38. & 39. p. 3. tractat. 4. res. 147. & p. 5. tractat. 12. res. 26. §. Hinc rectè.*

Potest autem confessarius absolutionem differre, præbendam post Iubilæum in duplici casu

27. Sed difficultas in his casibus est, si is interim in novos casus reservatos incideret, an posset confessarius illa absolvere? Nam Sanctarellus *de Iubil. c. 8. dub. 7.* & alii negant. Sed magis placet affirmativa sententia Bossii *cas. 39. num. 6.* & aliorum, quia is nondum consecutus est Iubilæum, & virtute Iubilæi absolvi potest ab omnibus peccatis commissis ante consecutionem Iubilæi. Et præterea hic, cum non possit amplius consequi Iubilæum, ex obedientia confessarii differentis absolutionem factus esset peioris conditionis, quam cæteri. Et tandem privilegium Principis animæ favorabile ampliandum est, *part. 3. tract. 4. res. 147. §. Difficultas, & part. 5. tract. 12. res. 27.* Vide *p. 11. tractat. 2 res. 54. & 55. ubi non displicet pars negativa.*

Et tunc, si pœnitens incidat in nova reservata ab solvi potest, etiam ab his.

IVBILÆVM
Quoad censuras.

28.† DE absolutione censurarum faciendâ virtute Iubilæi, vide *verb. Bulla Cruciata quoad censuras, &* omnia,

Per Iubilæũ absolvuntur omnes censuræ quæ ab

solvi possunt per Cruciatam, & eodem modo.

omnia, quæ ibi dicta invenies de cruciata, applica Iubilæo, nam omnes censuræ, quæ absolvi possunt per Bullam? absolvi etiam possunt per Iubilæum eodem modo, cum iisdem requisitis &c. † Etiam si solum exprimantur reservata, *part.*10. *tract.*14. *resol.*4.

Nisi quod ait Moscosus per Cruciatam excommunicatum absolvi non posse ad reincidentiam.

29 Unam disparitatem ponit Moscosus *tractat.*16. *c.*7. *numer.*5. *&* 6. inter Bullam & Iubilæum quoad censuras, quod per Bullam non potest quis absolvi ad reincidentiam, etiam de consensu partis, quia Bulla non dat, nec pars dare potest, talem facultatem. Per Iubilæum verò potest pro tempore necessario ad confitendum, communicandum, visitandum Ecclesias, &c. adhibita tamen cautione pignoratitia, fidejussoria, &c. ad satisfaciendum: & tunc, transacto Iubilæo, censuram redire quoad forum exterius, non quoad interius, nisi accedat nova culpa, *part.*5. *tractat.*9. *resolut.*25.

Per Iubilæum posse.

IVBILÆVM
Quoad vota.

Per Iubilæum commutari etiam possunt omnia vota, quæ commutantur per Cruciatam.

29.† PEr Iubilæum commutari possunt omnia vota, quæ commutari posse diximus per Cruciatam, & eodem modo. Vide *verb. Bulla Cruciatæ quoad vota.* † Adde quod.

Et insuper peregrinationis Romæ, Compostellæ & Ierusalē, si non excipiuntur.

30. Quando in concessione generali non excipiuntur vota peregrinationis ad Ierusalem, ad limina Apostolorum, & Compostellam, licet probabilius sit, commutari non posse, nisi exprimantur, ut docet Suarez *de Relig tom.*2. *lib.*6. *cap.*54. *num.*4. probabile tamen est commutari posse, ut ait Malderus *in* 2.2. *tractat.*10. *cap.*5. *dub.*10. qui hoc ponit discrimen inter vota castitatis perpetuæ & Religionis, ac alia Pontifici reservata, quod illa duo non comprehenduntur in generali concessione, nisi exprimantur, reliqua verò satis expressa censentur, dum non excipiuntur. Quòd si Papa concederet facultatem commutandi vota reservata: certum esset commutari posse vota illa peregrinationis, quia exceptio firmat regulam in non exceptis. Ita Suarez *p.*5. *tr.*12. *res.*58.

Confessarius verò commutare potest vota in materiā post Iubilæum à se vel alio subrogandam.

31. Potest confessarius in aliquibus casibus differre materiam subrogandam in commutatione voti ad usque Iubilæum transactum, dicendo: *commuto tibi tale votum in id, quod postea tibi ipse assignabo, vel alius*, ut supra diximus de casibus reservatis. In quo casu, si pœnitens nova vota emitteret, posset illa confessarius commutare, ut dictum est de reservatis *num.*27. *part.*3. *tr.*4. *res.*147. *& part.*5. *tr.*12. *res.*27.

Et tunc materiā subrogare potest pro votis emissis etiam post Iubilæū

32. Imò virtute Iubilæi commutari possunt vota, non solùm tempore ipsius Iubilæi, sed etiam post multos annos. nam, qui Iubilæum lucratur, acquirit sibi jus ad privilegium commutandi vota, quando sibi libuerit. Ita Bossius *sect.*2. *cas.*47. & Portellius *v. Indul. pro Iubil. num.*18. contra Regium *cas.*21. & alios *part.*2. *tract.*16. *res.*9. *& part.*1. *tr.*12. *res.*40. Ex quo à fortiori sequitur, quod si quis tempore Iubilæi generalem votorum commutationem & dispensationem obtinuit, possit sibi commutare vota oblita, etiam reservata, quia reservatio generali illa commutatione & dispensatione sublata fuit, ut sup. num. 22. diximus de reservatione peccatorum. Ita Bossius *de Iubil. sect.*2. *cas.*44. contra Pollachum *de Iubil. sect.*42. *num.*69. *res.*40. *cit.* §. *Hinc.*

Et vota, quæ reperiuntur tempore Iubilæi, commutari possunt post multos annos.

Et multo magis oblita ab eo, qui generalem cōmutationem obtinuit.

Etiam si sint reservata.

33. Qui commutationem votorum à Confessario petiit virtute Iubilæi animo illud lucrandi, si postea ex negligentia culpabili illud non lucretur, non propterea redeunt vota, sicut diximus supra de reservatis *numer.*22. Quæ opinio vera est, etiam circa vota commutata tantum generaliter, remittendo opera à se, vel ab alio postea præscribenda. Ita Sanchez *tom.*1. *lib.*4. *cap.*54. *numer.*50. *part.*2. *tract.*10. *res.*10. *p.*3. *tract.*5. *res.*25. §. *Quintò, & part.*5. *tract.*12. *resol.*41. §. *Certum.* Nec peccat mortaliter, si illud postea culpa sua non lucretur. Vide supra *num.*25. *p.* 2. *tract.*16. *res.*11. *part.*3. *tract.*5. *res.*25. §. *Quintò* in fine. *& part.*5. *tract.*12. *res.*42. An verò in tali

Vota cōmutata cum intentione lucrandi Iubilæū, si hoc nō acquiritur, non redeunt.

Etiam si materia non adhuc sit subrogata.

Certè si quis votorum cōmutationem obtinuit, non peccat mortaliter, si illud

postea culpabiliter non lucratur.

tali casu post Jubilæum transactum petere possit commutativam votorum oblitorum, non obstante, quod lucratus non sit Jubilæum? Affirmat Leo *de Iubil. par.2.n.20.* quia is remanet liber à reservatione peccatorum oblitorum. Sed Sanchez *num.52.* negat aitque, esse disparem rationem inter absolutionem peccatorum, & commutationem votorum, *parte 5.tract.12.resol.41.*

An vero qui transacto Iubilæo, quod non acquisivit, petere possit commutationem votorum oblitorum? Affirmat, Leo Sanchez negat.

34. Non oportet quod confessarius commutans vota, sit ille idem, qui à peccatis absolvit, dummodo sit approbatus ab Ordinario, nam hoc solum requirit Bulla Jubilæi. Ità Henriquez *lib.7 c.10.num.8.* Qui testatur ità declarasse Gregorium XIII. *parte 5.tract.12. resolutione 50.*

IVBILÆVM
Quoad alia.

Qui Iubilæũ invincibiliter ignoravit, potest illud lucrari infrà dies. Quindecim à die notitiæ.

35. QUi tempore, quo in sua patria publicatum fuit Jubilæum, ex ignorantia invincibili non habuit illius notitiam, lucrari illud potest infra dies quindecim à die notitiæ. Ità Bortonius *in iubil. Sixti V. fol.131.* Et idem dico, qui Jubilæi notitiam primo haberet secunda die Veneris, vel Saturnini. Sed huic confessarius potest commutare jejunia, & indicere Communionem die Dominico. Item si quis in sua patria Jubilæum lucrari negligeret, & post duas hebdomadas aliò pergens, inveniret Jubilæum adhuc durare, posse ibi illud lucrari. Ita Sanctarellus *de iubil.c.7.dub.1.part.3.tractat.4. resol.151.*

Et negligens lucrari in patria, lucrari potest in alio loco, ubi adhuc durat.

An verò possit bis acquiri? Aliqui negãt

36. Sed an possit quis Jubilæum in uno, vel duobus locis bis lucrari quoad omnia privilegia? Negat Layman *lib.5.tractat.7.c.8.num.9.* & alii. Et Filiucius *tom.1.tract.8. c.10. numer.278.* testatur Clementem VIII. respondisse, quod Jubilæum tam in Anno Sancto, quàm in aliis semel tantùm sumi potest. Idemque declarasse Sacram Congregationem Cardinalium. Et rationem assignat Torres *in 2.2. tom.1.c.188. artic. 12.disp.7. num.8.* quia in Brevi dicitur gratiam consequendam esse una è duabus hebdomadibus disiunctivè. Sed contrariam sententiam tenet Henriquez *lib.6.cap.16.num.3.* Benzonius *de Iubil. lib.5 cap.15 dub.23.* & alii. Et Molfesius *tom.1.tract.7.cap.16.nu.45.* probat; quia cum Jubilæum propter opera concedatur, & quis præscripta opera bis implere possit, non est cur Jubilæum bis obtineri non possit. Maximè quia gratiæ sunt ampliandæ. Ad argumentum Torres respondet, particulam disiunctivam respicere commoditatem fidelium, ut, qui consequi nolit in prima, consequatur in secunda hebdomada non autem tollere, quominus duabus vicibus acquiri possit. Ad declarationes Clem. VIII. & Cardinalium potest quis dicere, de illis non constare authenticè. *Ibid.* & iterum *part. 5.tr.12.resol.28.* & olim *parte 2.tractat.17 resol.49.*

Alii affirmant.

37. Qui tempore Jubilæi, quando est varietas opinionum circa injunctas indulgentias sequitur opinionem probabilem lucrabitur indulgentiam. Ita Leand *part.10.tract.11.res.29.*

38. Non requiritur eodem die, quo quis lucraturus est indulgentiam confessionem & communionem facere, quia solum ambæ petuntur tamquam dispositio. Sic Lugo, Turrianus & Comitolus contra Pasqualigum, *part.10.tract.13. res.55.*

IVDEX.

Iudex quis? Et quomodo procedat?

1. † IUdex quasi *Iusdicens*, est persona à Republica constituta ad quæstiones tum civiles, tum criminales dirimendas. Procedit cum ad instantiam partis, seu personæ privatæ, quæ in civilibus actor, in criminalibus accusator dicitur; tum ad instantiam fisci, quæ est persona item publica curans ex parte communitatis servari justitiam legalem &c. Et quidem cum judex in criminalibus procedit ad instantiam partis,

partis, dicitur procedere per viam accusationis, cum ad instantiam fisci, per viam denunciationis, aut inquisitionis. De quibus multa diximus VV. *Inquisitores, & Inquisitorum.* Nunc pauca supersunt de judice in communi, & mox plura de jurisdictione judicis Ecclesiastici, & judicis laici.†

Potest esse cœcus.

2. In primis cœcus potest esse judex, & dignitatem retinere, ex *l. 6. ff. ubi quis agere, vel conveniri, & l. 2. ff. de postulan. in 5. colum.* ibi, *Quamvis autem cœcus pro alio postulare non possit, tamen & Senatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur, & l. 8 C. de Decurionib. lib. 10.* licèt Glossa limitet, quando amborum oculorum cœcus non esset. Idem dic cum Megalio *tom. 2. resp. 183. numer. 6.* de surdo & mutuo ex l. 1. *ff. de postul. cit.* & Megal. adducit etiam *l. cœcus de iudiciis*, licet Molina *de iust. tom. 5. tr. 5 disp. 39. numer. 1.* doceat mutum & surdum non posse esse arbitrum, *part. 5. tr. 6. resp. 36.*

Potest generaliter inquirere de reo ignoto in delicto notorio.

3. Quando crimen est notorium, & reus ignoratur, potest judex ad vitandum scandalum, & propter utilitatem Reipublicæ, de illius auctore generaliter inquirere; nam alioqui multa crimina manerent impunita magno cum Reipublicæ detrimento. Ita Malderus *in 2. 2. tractat. 6. cap. 1. dubit. 18.* & alii contra Cajetanum *in 2. 2. quæst. 69. artic. 2.* cap. verò, *cum oporteat* cap. *inquisitionis*, & cap. *qualiter, & quando, de accus.* requirunt indicia & famam ad inquirendum in particulari, non in generali, *part. 2. tract. 15. resol. 63.* Si autem, inventa charta peccatorum alicujus, contra illum inquireret, peccaret mortaliter, & frangeret sigillum confessionis: quia illa charta dici potest confessio inchoata. Imò si reum convictum condemnasset, & postea sciret, totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex fractione sigilli, teneretur reum absolvere & dimittere. Ita Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 5. numer. 28. par. 3. tr. 4 resol. 112.* in fine, *& par. 5. tract. 11. resp. 27. §. Vnde.*

4. In civilibus, quando quæstio est de jure, & adsunt variæ opiniones judex sequi potest opinionem probabilem, relinquendo probabiliorem, imò et iam suam. Ita Sancius *pri. disp. 44. nu. 50.* & Delrius *disq. lib. 5. quæst. 1. §. quotiescumque*, qui asserit hanc esse communem opinionem Casuistarum, quibus adde novissimè Palaum *to. 1. disp. 2. punct. 11 titul. 7.* Quod contra Vasquez *in p. 2. tom. 1. disp. 64. num. 5.* verum puto etiam in judice supremo. At judex arbiter, electus ut judicet secundum suam sententiam, non potest alienam opinionem sequi, nisi teneat duplicem, nam tunc potest sequi quam velit. Ita Montesinus *in p. 2. tom. 1. disp. 29. quæst. 5. numer. 213.* Circa verò quæstionem facti, tenetur sequi, quod est probabilius, *part. 2. tractat. 13. res. 3. & par. 3. Add. secund. res. 13.* Quod si probationes de facto æquales sunt, & jus æquè actori favet, ac convento, potest sequi utrum maluerit, Ita Sancius *disp. 54. num. 51.* Sed probabilius est, in tali casu debere judicem, si res est divisibilis, eam dividere, aut si non est divisibilis, partes componere. Ita Filliucius *tom. 2. tract. 21. cap. 3. num. 144. p. 3. citat. §. Nota, & p. 4. tr. 3. res. 40.* In criminalibus sequi potest opinionem probabilem in favorem partis aut fisci. Ita Sayrus *lib. 1. cap. 11. numer. 13.* Imò ad hoc tenetur, quia nemo condemnandus est ad pœnam, nisi pro certa causa, & in criminalibus ad condemnandum reum requiruntur probationes luce meridiana clariores, *leg. sciant cuncti, C. de probat.* quales non sunt probationes contra reum, si pro ipso stant probationes probabiles. Ita Palaus *tom. 1. disputat. 2. punct. 11. num. 4.* & alii. Quæ sententia non solum procedit, quando opinio probabilis pro reo est circa factum, sed etiam, ut docet Villalobos *tom. 1 tract. 1. disp. 15. numer. 34.* quando circa jus. Neque est par ratio de civilibus, in quibus diximus judicem sequi posse opinionem, quam maluerit, dummodo sit probabilis. Nam ut observat Martinez *in par. 2. tom. 5. quæst. 19. artic. 6. dub. 6. concl. 3.* in mortalibus aliud est agere de vita, aliud de bonis

Iudex in civilibus, cùm quæstio est de iure, an sequi possit opinionem probabilem, omissa probabiliori? Etiam suam?

Quid si quæstio sit de facto, & neuter possideat?

In criminalibus sequi tenetur opinionem, quæ favet reo.

Etiam si contraria sit probabilior.

temporalibus. Sed quia Bonacina *de leg. tom. 2. disp. 2. quæst. 5. punct. 1. numer. 15.* & Sancius *select. disp. 44. numer. 52.* tenent judicem sequi opinionem probabilem, etiam contra reum, quando quæstio est de jure, non illam refello tanquam improbabilem, *part. 3. resol. cit. à §. Sed hic.*

Imò quāvis ex D. Thoma dāmare possit ad mortem eum, quem scit innocentem, secundū allegata, & probata; multi tamen dicunt, teneri adhibere omnes diligentias ut illum salvet.

5. Nota hic unum notabile, quod secundum D. Thomam 2. 2. *quæst* 67. *art.* 2. potest, & debet judex damnare ad mortem eum, quem testes convincunt de delicto mortis, quamvis ipsi privatim constet esse innocentem: quia in judicando sustinet personam publicam communitatis, & sic debet uti scientia publica, non privata. At Sylvius *in* 1. 2. *quæst.* 66. *art.* 2. *concl.* 2. & alii tenent, non posse talem reum occidere: nam occidere innocentem est per se malum, & adversatur tam charitati, quàm justitiæ. Igitur debere avertere accusatorem ab accusatione, curare ut testes per prudentes viros corrigantur; si nolint desistere, debere litem protrahere, testes diligenter examinare ad deprehendendum indicium variationis & falsitatis. Si id non proficit, curet carcerem aperiri, & dari locum reo ad fugam. Si hoc non suffragatur, & partes instent pro sententia, dicat se habere difficultatem, & eundum esse ad superiorem, quem ipse secreto informet & personam testis induat. Judex verò superior, etiam si jus palam non faveat, mortis & mutilationis pœnam suprema sua auctoritate relaxet. Denique, si judex ordinarius nullam adinveniat viam liberandi à morte innocentem, officium deponere debere, etiam cum periculo vitæ. Ego verò existimo, quòd si adhibitis omnibus diligentiis, sententiam declinare non possit, & officium deponere nequeat absque magno incommodo, potest sequi sententiam D. Thomæ, & reum morti secundum allegata & probata adjudicare. Vide Filliucium *tom. 2. tract. 48. cap. 6 numer. 171. part. 5. tract. 4. res. 22.* In civilibus verò tenetur omnino judicare secundum allegata & probata, *p. 10. tr. 15. res. 16.*

Et si nulla prodest, officium deponere, etiam cū periculo vitæ.

Quod ultimum non admitto.

6. Nota præterea, quòd Lessius *lib. 2. c. 14. dub. 9. numer. 64. edit. Parisien' ann* 1618. putat, judicem aliquid accipientem ab eo, in cujus favorem judicavit secundum opinionem probabilem, quando liberum illi erat utramlibet partem sequi, non peccare contra justitiam, nec teneri ad restitutionem, quia in tali casu pretium non accipit pro justitia sententiæ, sed pro eo, quod præfert unam opinionem alteri, ad quod non tenetur. Advertit tamen, hanc doctrinam procedere, stando in jure naturali, nam jus positivum id fieri prohibet. Sed etiam de jure naturali oppositum tenendum est cum Tannero *in 2. 2. disp. 4. quæst. 6. dub. 10. num. 290.* & aliis communiter *part. 3. tract. 5. res. 55.* potest tamen judex pro ferenda sententia justa aliquid recipere, quod detur ipsi, non ad redimendam vexationem, sed ad alliciendum animum ejus ad ferendam sententiam justam, vel ex mera liberalitate. Ita Ioann. Franciscus Suarez *Ench. lib. 5. §. cui restituendum v. quod accepisti* contra Sotum *de iust. lib. 4. quæst. 7. art. 1. ad 2.* Qui tamen concedit, aliquid posse sumere à tertio, nam licet ex justitia teneatur verbi gratia ad bonum Petri, non tamen tenetur id facere in gratiam Pauli? a quo proinde potest aliquid accipere. Sed hæc sententia displicet Lessio *lib. 2. cap. 14. dub. 9. p. 3. tract. 6. resolutione 4.* Item secundum Layman *lib 3. sect. 5. tractat. 4. c. 4. numer. 9.* potest aliquid accipere a litigante, ut illius causam expediat ante aliam, quæ tamen simul cum illa ad ipsum delata fuit, spectato naturali jure, quia in hoc nulli infert iniuriam, & cum se obliget in gratiam Titii, eius causam ante alias expedire, potest pretium sumere; quia hæc obligatio est pretio æstimabilis, *part. 3. tract. 5. res. 45.*

Iudex in causa utrinque probabili, non potest aliquid accipere ab uno pro ferenda sententia in eius favorem

Potest tamen aliquid accipere ex mera liberalitate.

Et secundum Layman ad expediendam unam causā ante aliam, quæ simul ad ipsum delata est.

7. Judex in proferenda sententia negligens, & ob negligentiam non condemnans, non tenetur restituere fisco, vel parti læsæ pœnam pecuniariam, aliàs debitam, quia fiscus, & pars nondum acquisierunt jus ad talem mulctam, nec satis constat, iudicem teneri ex iusti-

Iudex non damnans ad pœnam pecuniariam alicui debitam, non tenetur illam restituere Fisco, vel parti.

ex iustitia, hæc emolumenta fisco & parti procurare. Ità Lessius *lib.2. c.12. dub. 18. num.134.* contra Molinam *de iust. tom. 1. tract.2. disp.95. num. 36. p 3. tract 6. res. 35. §. Tertiò.*

Tenetur iudex investigare veritatem.

Judex tenetur omnibus modis laborare, ut veritas inveniatur, ut secundum ipsam judicare possit. Hostien. *part. 9. tr. 9. res. 41.*

IVDEX ECCLESIASTICVS.

Iudex Ecclesiasticus punire potest laicũ delinquentem unà cum Clerico.

1. † AD Judicem Ecclesiasticum spectant omnes causæ spirituales, sive tales sint ratione personæ, sive ratione obiecti. Et sic generaliter est competens judex Clericorum, & aliquando etiam laicorum. Nam primo † potest punire laicum, si delinquat simul cum Clerico, maximè si præveniat in captura, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, cap. *per tuas, de arbitr.* & causæ continentia non debet dividi, *leg. nulli C. de iudic.* & alibi. Et ratio est; quia sic vitantur absurda, quæ sequerentur, si unus diversam & fortasse contrariam ab alio sententiam ferret, cum tamen agatur de eodem delicto & eædem sint probationes. Ità Fagnanus *resp. pro cens. Pauli V. part.3.* & alii contra Pereiram *de manu reg. part. 2. c.41. numer. 3.* Osascum *decis. Pedemont. 103. num.10.* & alios. Et ità testatur Scaccia *de iud. causa lib.1. c.11. numer.24.* decisum esse à Sacra Congregatione Cardinalium *die 10. Decemb. 1591.* in l. *Si quis uxori. ff. de furtis*, solum habetur, quod socius uxoris in furando res sui viri, non gaudeat immunitate uxoris, eo quòd uxor non teneatur de furto pro rebus subtractis à viro; non quoad diversa Tribunalia pertineat. Bulla Pii V. *die 26. Maii 1565.* fuit correcta, & redacta ad terminos juris communis, & S.C. Trid. per aliam Bullam Pii V. *die 20. Iunii 1566. part.3. tract. 1. ref.1. & p. 4. tr.1. res.7.*

Coram se peierantem.

2. Deinde potest judex Ecclesiasticus punire laicum pro periurio coram se commisso; quia ratione perjurii factus est illi subditus. Non ità de laico erga Clericum coram se peierante. Ità Covarru. *tract. quæst. c.12. num. 8. part. 3. fr. 1. res. 60.* Et tandem punire potest laicum in quocumque delicto misti fori, de quo vide V. *crimina misti fori.*

Et in omni delicto misti fori.

3. Item coram iudice Ecclesiastico conveniri potest laicus primò, si postquam lis contra eum in foro sæculari mota est, efficiatur Clericus, nam judex laicus non solùm executionem sententiæ exercere non potest in Clericum, ut certum est, sed etiam debet à lite supersedere, & ipse Clericus declinatoriam opponere pro remissione. Si enim quis post delictum ad Ecclesiam confugiens, gaudet immunitate, quantò magis gaudere debet, qui personam Deo perpetuo consecrat per Ordinum susceptionem? Ità Marinus *res. quotid. c.54. numer.* contra Grassum *de eff. Cler. eff. 1. 1239. part.4. tract. 1. resol.38.* Secundò ratione fructuum præbendæ sibi locatæ. Ità Valboa *tom. 2. ad tex. c. 2. de iudic. à numer. 58.* cum Abbate in cap. *si Clericus laicum 1. not. col. 4. de foro compet.* ubi dicitur, quòd Clericus potest cõvenire laicum coram iudice Ecclesiastico pro rebus Ecclesiæ, & suis, sive agat actione reali, sive personali. Ità etiam tenet novissimè Sacra Rota Rom. *die 28. Maii 1631. part.4. tract.1. resol.24. & 56. & part.5. tractat. 1. resolutione 7.* Sic ergò laicus emphyteuta Ecclesiæ, vel Clerici factus est subditus Ecclesiastico, maximè, si illi expressè se submisit, quod laicus judex prohibere non potest. Ut quamvis Ecclesia non possit laicum ad suum forum trahere, nisi in casu furti, aut violentiæ, ut docet Felinus *in cap. cum sit generale, de foro compet. numer. 4.* adhuc emphyteuta hujusmodi coram Ecclesiastico posset conveniri, si pensiones denegaret, aut non solveret, quia privando Ecclesiam jure suo, violentiam illi faceret. Vide Maceratensem *lib.1. resol.48. resolut.24. cit. §. Non reticeam,* & ex parte *in part.5. tract.1. resolut.8.* In jurepatronatus laicorum solus judex Ecclesiasticus judicat; quamvis non sit

Coram iudice Ecclesiastico conveniri potest laicus, si post motam litem coram laico, factus sit Clericus.

Item ratione fructuum præbendæ sibi locatæ.

Sicut emphyteusis Ecclesiæ, vel Clerici.

Ratione iuris patronatus.

propriè spirituale, est tamen adnexum spiritualitati. Ita etiam de possessione rei spiritualis, licet sit merè temporalis, & laicalis, quemadmodum & de proprietate, cum qualitas spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbeat. Rota Romana cit. *p. tr. 1. res. 56.*

Possessionis spiritualis.

Decimarum in omnibus casibus.

4. Solus item Ecclesiasticus est competens in causis decimarum, etiam Principibus feudi nomine concessarum. nam, licèt dominium fructuum omninò spectet ad laicos, & feudum censeatur sæculare: oritur tamen à jure spirituali & Ecclesiastico. Ita contra Rebuffum *de decim. quæstion. 10. num. 39.* Rota Romana cit. cum Tannero *in 2. 2. disput 5. quæstion 3. dub. 2. part. 1. tractat. 2 res. 90. & 91. part. 3. tractat. 1. resolut. 50. & part. 4. tract. 1. resolut. 56. §. Tertia.* Qui explicat aliquos casus decimarum ad Ecclesiasticum pertinentes. Primus est, quando Clerici cogunt laicos solvere decimas contra præscriptionem, vel consuetudinem immemorabilem. Secundus, etiam quando quæstio non est juris, sed facti, & etiam si agatur contra quempiam pro furto, aut detentione decimarum Tertius, quando laicus conductor decimæ inivit pactum, ut coram judice laico conveniri possit. Quartus, quando causa agitur contra laicos fures de solvendis fructibus decimæ, & non de ipso jure decimarum servando. Bonacina quoque *de leg disputat. ult. quæst. 5. punct. 6. num. 1.* addit laicum non posse cognoscere in causa decimarum, etiam titulo compromissi. Et placet opinio Monetæ *de decim. c. 8. qu. 1. n. 10.* quod de possessorio decimandi cognoscat solus Ecclesiasticus. Unus casus est, in quo judex laicus procedere potest in causa decimarum, si scilicet decimæ auctoritate Summi Pontificis in Principes translatæ sint cõtractu permutationis: quia nimirum Principes rebus aliis æqualis, aut majoris æstimationis illas compensant, nam tunc decimæ ratione permutationis debentur Principi, & Ecclesia jus suum transtulit à decimis in rem subrogatam. Ita Torre *in 2. 2. t. 2. q. 87. d. 8. n. 4. p. 1. tr. 2. res. 90. 91. 92. 93. 94. & p. 3. tr. 1. res. 50.*

Præterquam si decimæ auctoritate Papæ in aliud permutatæ sint cum laico.

5. Declaravit etiam Rota Romana cit. quòd judex Ecclesiasticus est competens in possessorio matrimonii, quamvis agatur inter personas merè laicas; quia habet adnexam causam & titulum spiritualitatis *part. 4. tractat. 1 resolut. 56* Est etiam competens in causis sponsalicorum, & si de illorum valore agitur, privativè. Ita Sanchez *de matrimon. tom. 1. lib. 1. distinct. 29. num. 9. part. 1. tractat. 2. resolut. 131.* Et, pendente lite super matrimonio, vel sponsalitiis ad solum judicem Ecclesiasticum spectat, sequestrare puellam causa explorandi consensus. Ita Genuensis, & alii communiter ex c. *cum locum, de spons.* unde etiam ille judicare debet de loco tuto ex reg. l. *ad rem mobilem ad legatum. ff. de procur. parte 1. tractat. 2. resolutione 132.*

Item Iudex Ecclesiasticus est competens in possessorio matrimonii.

Et sponsaliorum.

6. † Item in causa usuræ. † Ac proinde potest præcipere judici laico sub pœna excommunicationis, quod supersedeat ab executione contractus, donec decidatur, an sit usurarius, necne. Ità Guttierez *de juram. conf. part. 1. cap. 2. num. 11.* contra Barbatium *vol. 2. conf. 45. num. 10.* ex cap. *lator quo filii sint legitimi.* Et hoc maximè si Ecclesiasticus prævenisset in cognitione usuræ talis contractus, ut notat Martha *de jurisd. p. 2. cap. 45. num. 15. 20.* Nec in hoc casu potest judex laicus præfigere terminum parti exceptionem opponenti, intra quem causa incidens spiritualis coram Ecclesiastico terminetur, quia non potest Superiori legem imponere: id tamen potest Ecclesiasticus *p. 3. tract 1. res. 18* Item executio legatorum piorum pertinet ad Episcopum privativè. Vide *verb. Legatum num. 12.*

Et usuræ.

7. Tertiò conveniri potest laicus coram judice Ecclesiastico à personis miserabilibus ex tex. cap. *super quibusdam. de verb. signif.* ibi. *Item viduis, pupillis, orphanis, & miserabilibus personis teneatis in judicio Ecclesiastico respondere.* & ex cap. *si quis de potentibus 21. cap. si quis Romipetas 23. cap. illi, qui 25. in ord. 24. quæst. 3.* in quibus juribus indistinctè & absque alicujus causæ præfinitione hoc

Et in causis miserabilium.

ne hoc privilegium miserabilibus conceditur. Quod etiam docent Aluarez *de privil.paup.quæst.52.num.13.* Cenedo *qq. canon.quæst.14. num. 4.* & alii. Si verò pupillus, aut vidua esset dives, hoc privilegio non gauderet. Iidem DD. *part.4. tract.1.res.90.*

Item in omnibus causis, quas sibi vendicavit consuetudo, vel præscriptio.

8 Quartò laicus coram Ecclesiastico conveniri etiam potest ex consuetudine & præscriptione, ex cap. *si clericus laicum, cap. licet ex suscepto, de foro comp.* Ità Cochier, *part.1.cap.50.num.7. & cap. 26.num.1.2.* & DD. communiter in cap. *cum contingat, de foro comp.* asserentes, merum & mistum imperium præscribi posse ita, ut facilè judex Ecclesiasticus laicam jurisdictionem præscribere possit, licèt non è converso, ex cap. *significaverunt.* Neque dicas cum aliquibus, prædicta tunc esse vera, quando datur scientia Principis, nec sufficere scientiam officialium, ut tradit Capycius *decis. 57.* nam hoc procedit cum subditis & vassalis, qui non possunt adversus superiorem præscribere, non autem cum Ecclesiasticis, per ea, quæ adducit Abbas in cap. *cum nobis de præscript.* & alibi. Ità Cochier. *ubi sup. cap.3.num.3.p.4.tr. 1.res.53.*

Et Conservatores Religiosorum possunt capere eorum debitores laicos.

9. Conservatores Religiosorum secundum Portellium *v. Conservatores num.7.* & Rodriquez *in compens. resolut. 33.num.12.22.* contra Cabædum *lib.3. cap.12.num.4* procedere possunt contra eorum debitores etiam laicos, quia in cap. *fin. de offic deleg.* conceditur talibus posse cognoscere de manifestis injuriis & violentiis, ubi injuria sumitur non solum pro contumelia, sed pro omni eo, quod est contra jus, & infert damnum monasterio. Sed in contrarium est, quod exactio debiti requirit strepitum & figuram judicii: Conservatores verò secundum Tridentinum non possunt habere Tribunal erectum. Ita Cevallos *de cogn. per viam viol. part.2.quæst. 20. num.16.* Ad ipsos tamen pertinet causa animalium Religiosorum facientium damnum in alienis agris. Ita Portell. *ubi suprà num.9.part.3.tractat 1.resolut.20.*

10. Clericus autem semper coram Ecclesiastico conveniri debet, etiam pro evictione. Ita Tamburinus *de jure Abbat tom.1.disputat.15. quæstion.39. num.25.* Vide infrà *verb. Iudex laicus.* Quòd si lis mota fuerit contra laicum, qui rem emit à Clerico, & Clericus resistat defensioni emptoris, tunc non potest causam trahere ad Ecclesiasticum vide Molinam *de just. tom.2 tractat.2. disputat.380.num.55. part.3. tractat.1. resolutione 22.* Judex etiam Ecclesiasticus cogere debet Clericum pro restitutione pecuniæ illi liberatæ cum cautione de restituendo, si creditor anterior compareat. Ita Marinus *resolutione quot. cap.206.part.4.tractat.1.resolut. 56. in fine.* Et cogere etiam Clericum emphyteutam pro solutione laudemii. Ita Burgius *de laudem. part.3. inspect.1. num.4.* contra Cassaneum *consuet. Burgund.rub.11.§.1.ibid.resolutione 111.§.Et tandem.*

Et universaliter in omnibus causis Clericorum.

Etiamsi cogendi sint ad restituendam pecuniam sibi liberatam cum cautione, &c.

Vel ad solvendum laudemium.

11. Judex Ecclesiasticus cognoscere debet, utrum quis gaudeat immunitate loci sacri, vel nè, ex cap. *fin. de immun. Eccles* & ex cap. *Episcopo 17. quæstion. 4.* & alibi & tandem ex Bulla Gregorii XIV. postquam non est amplius de hac re dubitandum. Ita Lotherius *de benefic. tom.1.lib.1. quæstione 13.num.96.* & alii contra Pereyram *part.2. cap. 59. num. 12.* Ratio autem est, quia causa immunitatis, utpote Ecclesiastica, tractari debet à judicibus Ecclesiasticis. Nec obstat quævis contraria consuetudo, quia prædicta Bulla revocat omnes contrarias consuetudines. Ita Tuschus *verb Immunitas conclus.59. à num. 19.* contra Corream *relect. de immun. parte 1.num.18.* Nec item obstat, quòd Episcopi & Pontifices tali consuetudini quandoque non contradicant. Non enim consentiunt, sed simulant, ad vitandum majus malum. Ita Laudensis *decis. Pitan.36.num.265.part.1.* Unde enim cognitio, an locus sit sacer, vel nè pertineat privativè ad Ecclesiasticum. Ita Giurba *consil.10.num.7.* & patet ex cap. *ex parte, de verb. sign. part.4. tract. 1. resolut.49.*

Iudex Ecclesiasticus debet decidere, utrum reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, ad quam confugit.

Et an locus sit sacer, vel nè.

Et an revera reus captus sit de loco sacro, dum & satellites negant.

12. Ad Ecclesiasticum etiam pertinet cognoscere, quando reus dicit se captum in loco sacro, negantibus satellitibus: quia hæc causa est accessoria immunitati, & accessorium sequitur naturam principalis. Et deinde in cap. *si judex, de sentent. excommun. in 6.* deciditur, quod reus captus à satellitibus affirmans se esse Clericum, pro Clericatus cognitione remitti debet ad Ecclesiasticum: ergo idem in casu nostro, cum sit par ratio, & æqualis possessio pro satellitibus Curiæ laicalis. Ita Peregrinus *de immunitatibus cap. 13. num. 18.* & novissimè Novarius *summ. Bullar. tit. de immunitat. num. 95.* Advertit hic Decianus *tractat. crim. tom 2. lib. 6. cap. 29. num. 10.* ex multis, quòd Episcopus in hoc non debet facilè credere birruariis, cum agatur de præjudicio tertii. Itaque considerabit circumstantias, quas adducit Peregrinus *ubi suprà numero 16. p. 3. tract. 1. resol. 32.*

Et tunc non facilè debet hu credere.

Nec stare processui judicis laici probantis non gaudere.

13 Sed quid, si Judex laicus fecerit processum an reus gaudeat immunitate, vel nè? Debétne Ecclesiasticus stare illi processui? Affirmat Giurba *cons. 50. numero 2.* Sed negandum est cum Ambrosino *cap. 11. numero 12.* & omnibus ferè scribentibus post Bullam Gregorii, in qua talis cognitio judici Ecclesiastico expressè committitur: nam quando delegatur cognitio causæ, intelligitur etiam delegata potestas sumendi probationes super illa causa, cap. *præterea, de off. deleg.* Et præterea ex communi Juristarum apud Clarum *§. final. quæstion. 36. numer. 49.* judex Ecclesiasticus non tenetur stare processui condito per judicem sæcularem, quia acta instructorii unius judicii in alio non probant, nisi inter easdem personas, & in eisdem causis, ex cap. *inter dilectos, §. in omnibus, de fide instrument.* Et hoc à fortiori procedit, quando urgeret aliqua suspicio contra testes examinatos à judice laico, vel Episcopus esset dubius de fidelitate processus. Nec facit contra hanc sententiam, quòd Clemens VIII. in breve directo ad Archiepiscopum Panormitanum dicat: *Summariè, simpliciter, extrajudicialiter, & quantum pro exoneratione tuæ conscientiæ sufficere tibi videbitur.* Nam non propterea tollitur substantia probationis, sed solùm probandi modus per longum tempus. Ita Novarius *summ. Bull. titul. de immunitat. numero 81.* Vel dic, quod ibi certo constabat de delicto, & solùm erat dubium, an reus gauderet immunitate: unde Pontifex ne videretur approbare processum judicis laici, dispensavit pro eo casu, ut Archiepiscopus reos traderet præmissa informatione summaria: unde non est idem faciendum in omnibus casibus. *part. 5. tractat. 1. resolutione 9.* & obiter olim. *part. 4. tractat. 1. resolutione 112. in fine.*

Maximè si adest aliqua præsumptio in contrarium.

14. Ad hoc verò, ut Judex Ecclesiasticus tradat reum brachio sæculari, non sufficiunt indicia, & conjecturæ, quod non gaudeat immunitate, sed requiritur probatio concludens: in Bulla dicitur: *constito verò de delicto.* Et præterea, quando lex requirit probationem, intelligenda est de vera, non de præsumptiva: nam quando hanc vult sufficere, id exprimit, ut facit cap. *pro humani, de homicidio in 6.* & alia. Rursus Ecclesia habet jus defendendi delinquentes ad se confugientes præter delicta excepta, & delinquentes habent jus ne præter talia delicta extrahantur, quo jure Prælatus injustè utrumque privabit, si certò non constet esse casum exceptum. Maximè quòd ad tollendum jus acquisitum regulariter requiritur plena probatio, ex Baldo in l. *judices numer. 2. cap. de judiciis.* Reliquas rationes invenies penes Palaum *tom. 2. disputat. un. punct. 13. numer. 8.* & Sanchez *opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 12. numer. 2.* nostram sententiam tuentes. Quibus adde novissimè Ciarlinium *controvers. forens. cap 10. à numer. 61.* fusè ac solidè de hac quæstione tractantem, & ad brevem Clement. VIII. supr. citat. respondentem. Castillus *decis. 156. numer. 9.* & alii docent, probationem sufficienter ad torturam super delicto, sufficere etiam ut declaretur

Non etiam debet remittere, nisi convincatur, non gaudenam re.

retur non gaudere immunitate, *part. 3. tractat. 1. resolutione 38. part. 4. tractat. 1. resolutione 112. in fine & parte 5. tractation. 1. resolutione 9. paragraph. Notandum.*

Quod si Episcopus judicat pro reo, non potest judex laicus appellare.

15. Adverte hic, quòd si Episcopus in tali casu fert sententiam in favorem rei, non potest judex laicus de tali sententia appellare. Ita Peregrinus *de immunit. cap. 16. numer. 33.* contra Farinacium *de immunit. cap. 22. num. 372. part. 3. tractat. 1. resolutione 38. & part. 4. tractat. 1. resolutione 97. in fine.* Item si judicat in favorem judicis laici, negat Guazzinus dari appellationem. *resolutione 97. citat.* Navarius *summ. Bull. tit. de immunit. numer. 96.* ait, judicem Ecclesiasticum in tali cognitione non teneri citare reum, & testatur sic practicari in Curia Archiepiscopali Neapolis. Sed Peregrinus *de immunit. cap. 3. num. 9.* & post illum Palaus *tom. 2. disput. unic. punct. 13. numer. 11.* contrarium docent, & praxim contrariam, si alicubi extat, abrogandam esse, utpote jure naturali contrariam. Sed, quidquid sit de hoc, certum est, quod si reus sponte compareat non citatus, & audiri petat, omninò audiendus est, & quousque audiatur, potest se opponere sententiæ Episcopi declarantis, non gaudere immunitate: nam agitur de ejus præjudicio, & de jure naturæ competit ei defensio. Ita Palaus *ubi suprà part. 4. tractat. 1. resolut. 112.*

Quid si judicet contra reum.

Et an debeat illum citare?

Est competens in dubio cujus sit jurisdictio.

16. Judex Ecclesiasticus est competens in dubio, cujus sit jurisdictio. Vide *verb. Opinio numer. 11.* Et si causa decisa sit per duos judices, unum laicum & alium Ecclesiasticum, appellatio ad Ecclesiasticum ferenda est. Tum quia dignior trahit ad se minus dignum. Tum etiam, quia cum agatur de justitia judicum arbitrorum, quorum alter est Ecclesiasticus, & non subjectus potestati laicali, non potest appellatio fieri coram laico. Ita Felinus *in cap. 5. de præscript. numer. 6. part. 4. tractat. 2. resolutione 54. & part. 7. tractat. 10. resolut. 5.*

Et appellationis, quando causa decisa fuit coram duobus Iudicibus laico, & Ecclesiastico.

Potest supplere defectus judicis laici in administranda justitia.

17. Item Judex Ecclesiasticus potest supplere defectus judicis laici in administranda justitia in causis, quæ aliàs sibi de jure non competerent, & judicem laicum compellere, ut suo munere rectè fungatur. Nam spectat ad commune bonum, & fidelium pacem, ut possit haberi recursus ad judicem Ecclesiasticum, saltem ut peccata publica corrigantur. Et Prælatus Ecclesiasticus potest judicare de peccatis omnium ovium suarum, juxta cap. *novit. de judic.* & alia. Non potest verò judex laicus, ut infra dicemus, supplere defectum Ecclesiastici, quia hic non est ejus subditus. Nec ille habet parem cum isto potestatem. Et tandem munus defendendi innocentes magis incumbit Prælatis Ecclesiasticis, quam judicibus & Magistratibus sæcularibus, ut docet Gloss. in cap. *Regum 25. quæst. 5.* Ita Barbosa *collect tom. 1. lib. 2. tit. 2. c. 10. num 2.* cum multis aliis ad ipsum. *part. 3. tract. 1. resolutione 25. & part. 5. tract. 1. resolutione 13. § Vrget.*

Et illum cogere ut suum munus rectè obeat.

Et si quandoque jurisdictionem laicalem, vel alia regalia usurparet, non posset à judice laico puniri.

18. Quòd si judex Ecclesiasticus usurparet quandoque jurisdictionem laicalem, vel alia regalia, non posset à judice laico puniri, neque quoad bona. Et quamvis ex doctrina Innocentii in cap. *cum olim el. 1. de restit. spol.* & in cap. *eum dilectus de pœnis*, ordinario competat jurisdictio in extraneos impedientes suam jurisdictionem, per cap. 1. *de off. deleg.* hoc non procedit quoad judices laicos contra Prælatos Ecclesiasticos, quia non licet superiorem ab inferiore puniri: neque quoad bona; quia Clerici exempti sunt etiam quoad bona; etiam patrimonialia. Ita Bonacina *in Bull. Cœn. disput. 1. quæstion. 18. punct. 3. numer. 12.* & alii contra Bobadillam *tom. 1 lib. 2. cap 18. numer. 60.* & alios Vide *verb. Gabellas solvere.* quod si alicubi contrarium in hac re practicatur, putat Megalius *in 3 part. lib 3. cap. 11 nu. 12.* fieri cum expressa licentia Summi Pontificis. *part. 4. tit. 1. resolutione 77.* Idem dic, si Clericus impediret, aut resisteret jurisdictioni laicali. Vide infrà *verb. Iudex laicus, num 2.*

Nec quoad bona.

19. Judex Ecclesiasticus potest implorare

Potest petere

re brachium sæculare etiã antequam ad censuras deveniat.

rare contra suos reos brachium sæculare pro executione suæ sententiæ. Nec tenetur præmittere censuras, & tunc brachium petere, cùm censuræ non proderunt: quia omnia jura dicunt posse illos implorare brachium sæculare, *si necesse fuerit, si opus fuerit.* Ita Moneta *de jud. cons cap.* 8 *num.* 768. & alii contra Covarruviam *pract. qq. cap.* 10. *num.* 1. Ad cap. *de off ordin. cap. delicto. de sentent. excommun. in* 6. & cap. *cum ab homine, de jud.* respondetur, quod non procedunt in proprio casu. Vel melius, quòd postea correcta fuerunt, præsertim per Tridentinum *sess.* 15. *c.* 5. *& sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* Nota etiam cum Barbosa *collect. tom.* 2. *lib.* 6 *tit.* 26 *cap.* 2. *num.* 8. quod si judex laicus brachium præstare negligat, cogi potest ab Ecclesiastico per excommunicationem. *part.* 1. *tract.* 2. *resolutione* 121.

20. An judex Ecclesiasticus excommunicatus validè excommunicet. Vide *verb. Excommunicationis, n.* 51.

IVDEX LAICVS.

Iudex laicus non potest se intromittere in causis Ecclesiasticis, vel Ecclesiasticorum. Ex quocumque prætextu.

1.† Judex laicus non potest se intromittere in causis Ecclesiasticis, vel Ecclesiasticorum, & hoc sub pœna excommunicationis latæ in Bulla Cœnæ Domini. Nec excusatur prætextu, quòd non sit in sua Provincia acceptata. Vide *verb. Lex.* Neque consuetudine, contraria quantumcumque immemorabili. Neque etiam excusatur ex tolerantia Summi Pontificis: quia simplex tolerantia, saltem dum superior commodè obstare non potest, non inducit privilegium, ex cap. *Cùm jam dudum, de præbend.* Adde, quod non potest allegari tolerantia, cum Bulla Cœnæ excludat omnes prætextus. Ita Bonacina *in Bull. Cœn. tom.* 3. *disput.* 1. *q.* 15. *punct.* 4. §. 1. *n* 5. Vide *verb. Consuetudo à n.* 2.† *part.* 7. *tr.* 1. *resol.* 18.

Et in primis non potest punire Clericum exemptum ab ejus jurisdictione, etiam quoad bona; nam bona gaudent privilegio personæ.

2. Igitur in primis non potest Ecclesiasticos, impedientes, aut resistentes jurisdictioni laicali; quia sunt exempti ab ejus jurisdictione, etiam quoad bona; nam bona gaudent privilegio personæ. Unde neque punire eos potest pœna pecuniaria; præsertim, quod talis pœna applicari deberet fisco, unde causa esset criminalis ex gloss. *in l.* 3. *ff. de sepult. violat.* quam cum Ecclesiasticis ex Bulla Cœnæ non potest cognoscere. Ita Megalus *in* 3 *part. lib* 3. *cap.* 11. *numer.* 23. contra Bobadillam. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 84 *part.* 4. *tractat.* 1. *resolutione* 79. *Eum ejus jurisdictionem impedientem.*

3. Et multò minùs punire potest eos, quòd reverentiæ signa non illi exhibuerint, aut coram ipso deliquerint. Ita etiam Megalus *ibi. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 35. contra Bobadillam *ibid. num.* 89. *part.* 5. *tr.* 1. *resolutione* 56 *part.* 1. *tractat.* 2. *resolutione* 26. Nec si coram ipso pejeraverint, licet Ecclesiasticus possit punire laicum coram se pejerantem: quia laicus ratione perjurii fit subditus Ecclesiastico, minimè verò Clericus laico. Ita Afflictus *decis.* 219. An verò talis Clericus puniri possit à suo Prælato, vide Riccium *tractat.* 4. *decis.* 81. *part.* 3. *tractat.* 1. *resolutione* 60. *Reverentia signa non illi exhibentem. Coram se pejerantem.*

4. Item nec punire potest aliquo modo Clericos, vel alios Ecclesiasticos crimen læsæ majestatis committentes. Ita declaravit Clemens VIII. in quadam rebellione Regni Neapolis. Unde ibi ait Genuensis hunc casum esse decisum, & contrariam constitutionem, quæ extabat à Principe laico, nullius esse roboris. Nec obstat quantumvis antiqua consuetudo, quia jurisdictio Ecclesiastica non potest cadere in laicum. Ita Belletus *part.* 1. *titul.* 3. §. 1. *numer.* 4. & DD. communiter contra Ramirez *de leg. reg.* §. 27. *numer.* 11. qui cautè legendus est. *part.* 1. *tractat.* 2. *resolut.* 20. *& part.* 3. *tractat.* 1. *resolutione* 30. *Crimen læsæ majestatis committentem.*

5. Rursus non potest judex laicus, punire Clericum delinquentem in officio sæculari. Quia Bulla Cœnæ loquitur universaliter, & excipit solùm casus in jure expressos, exceptio verò firmat regulam in non exceptis. Et quamvis Clericus talia officia assumendo *Delinquentem in Officio sæculari.*

mendo delinquat non tamen amittit privilegium fori. Ita post multos, novissimè Squillante *de privil. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 87.* contra Pereiram *de manu reg. part. 2. cap. 8 num. 4.* & alios. Et ita testatur Grassus *de eff. Cler. eff. 1 num. 81.* observatum in hoc Regno cum quodam Equite Ieroso lymitano Capitaneo Calatajeronis. *part. 1. tractat. 2. resolutione 19. & part. 4. tractat. 1. resolutione 39.*

Etiam assassinum notorium. Et incorrigibilem.

6 Item non potest punire Clericum assassinum notorium, nisi post sententiam iudicis Ecclesiastici declaratoriam criminis. Quod etiam dicendum est de Clerico incorrigibili, vt habetur expressè in Bulla Clement. VIII. dat. Romæ 18. *Decembr.* 1591. Et de Clerico, Sodomita notorio, vt docet Cevallos *part 2. quæst. 94. artic. 4.* Nam in his omnibus casibus requiritur iudicis Ecclesiastici declaratio, depositio, & brachio sæculari traditio. Ita Bonacina *de leg. disputat. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 4. num. 8.* & alii contra Garsiam *de nobil. gl. quæst. numero 19.* & Graffium *part. 1. lib. 4. cap. 18 num. 15.* cautè legendos *part. 1. tr. 2. resolutione 52.*

Etiamsi iudex Ecclesiasticus nõ procedat.

7 Quæ omnia procedunt etiam in casu, quo iudex Ecclesiasticus Clericum punire negligeret; nam talis defectus non tribuit ipsi auctoritatem, cum sit iudice Ecclesiastico inferior. Ita definitum est in cap. *qualiter, & quando, de iudiciis,* & alibi: Et ita docet Bonacina *in Bull. Cœn. disputat. 1. quæst. 15. punct. 4. § 4. num. 10.* & communiter Canonistæ contra Bobadillam *tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 91.* Neque obstat quæ cap. *Filiis, vel nepotibus 7. quæst. 7.* nam correctum fuit per cap. *qualiter* cit. ab Innocentio III. vt docet Bonacina, vel per cap. *si quis cum Clerico §. si quis autem pecuniaria,* vt docet Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 14 quæst. 8. num. 8.* Vel in eo casu speciali dicitur implorari posse Rex, non tanquam iudex, sed tanquam patronus, vt roger Prælatum pro executione iustitiæ. Ita Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 14.* & alii contra Olibanum *de iure fisci cap. 13. numero 31. particul. 1. tractat. 2. resolutione 15. part. 3 tractat 1. resol. 25. & p. 4 tr. 1. res. 80.*

Qui non debet Clericis contravenientibus iuris laicorum, ad quæ tenentur solum directivè, exigere pœnã laicis imposita.

8 Igitur, si iudex Ecclesiasticus non condemnet Clericum in pœnam legis laicalis contra contraventores pragmaticæ, quam ex lege tantùm directiva servare tenetur, non poterit iudex laicus talem pœnam exigere, vt improbabiliter docuit Mexia *in prag. taxa panis concl. 5. num. 71.* Cùm præsertim iudex Ecclesiasticus neque debeat in tali casu eandem pœnam exigere à Clericis, quæ laicis imposita est, vt docet Vasquez *in part. 2. tom. 2. disput. 167. cap. 4.* Imò ait Surdus *cons 301. num 38.* in toli casu, Clericum non esse plectendum à iudice Ecclesiastico pœna temporali, si lex Ecclesiastica non accesit *part. 4. tractat. 1. resol 29.* & ex parte etiam *part. 3. tr. 1. res. 28 in fine.*

9 An verò in aliquo gravi casu, in quo periculum esset in mora, & Summus Pontifex adiri non posset, possit Princeps sæcularis Clericos punire, vel in alio defectu iustitiæ Ecclesiasticæ eos privare bonis à se collatis, vide sub verbo, *Rex, & Princeps sæcularis.*

10 Contra autem iudex Ecclesiasticus potest se intromittere in causis sæcularibus in defectu iustitiæ sæcularis, vt dictum est supra *verb. Iudex Ecclesiasticus, num. 17.*

Quæ requirantur ad hoc, ut Clericus amittat privilegiũ fori.

11 Vt ergo Clericus amittat privilegium fori, requiritur primò, vt incedat sine habitu & tonsura. Secundò, vt plura delicta committat. Tertiò, vt in enormibus comprehendatur. Ita Barbosa *tom. 2. lib 5 tit. 9. cap. 1. num. 2. 3. 4.* Si verò aliqua ex his conditionibus desit, non potest iudex laicus se intromittere. Ita Cevallos *de cogn. per viam violent. part. 1. quæstione 76. num. 6.* & DD. communiter contra Bobadillam, qui *tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 95. & 96.* contrariam sententiam docet in casu, quo delictum Clerici esset Reipublicæ adeò periculosum, vt pium esset illum punire. Quæ quidem sententia, præsertim si agatur de Clerico in Sacris constituto, prorsus exterminari debet à Tribunalibus *part. 4 tract. 2. res. 24.* An etiam

præcedere debeat trina monitio. Vide *verb. Clericus, n. 6.*

Iudex laicus non potest punire Clericum de delicto commisso in sæculo.

12 Item iudex laicus non potest punire Clericum pro delicto commisso ante Clericatum. Et ideò non potest punire notarium effectum Clericum pro falso instrumento antea confecto. Ita Grassus *de off. Cler. eff. 8. n. 18. part. 4. tract. 1. resolut. 84.* Et multò minus, si exul sit Clericus, & postea exilium frangit, quia hoc delictum committitur in Clericatu. Ita Marinus *resol. quot. c. 189. num. 1 ibid. res. 11.*

Etiamsi ad vitandum forū laicale assumpserit Clericatū.

13 Sed quid, si talis habitum assumpserit fraudem Curiæ, vt scilicet se subtraheret à sæculari potestate? In hoc casu Molina *tom. 4 tractat. 3 disput. 49. num. 21.* & DD. communiter, affirmant à iudice laico puniri posse. Sed Bonacina *de leg. disputat. 70 quæst. 2 punct. 1. §. 1. numero 6.* negat & videtur ita decisum *l. qui cum vno, §. reus ff. de re militari,* vbi habetur, quod reus capitalis criminis accusatus, si efficiatur miles, à iudice militiæ puniri debet, quòd priori iuri procedere debet in Clericatu, in quo quis cælesti militiæ se ascribit. Pro hac enim sententia facit Tridentinum *sess. 23 cap. 4.* vbi prohibens Episcopis ordinare eos, qui vt fugiant iudicium sæculare, Ordines suscipiunt, videtur docere, quod si fraude Ordines suscipiant, acquirant privilegium fori. Et major etiam est ratio in hoc, quam in eo, qui ad Ecclesiam confugit. Nec obstat, quòd ex hoc multi Clericatum susciperent ad vitandum iudicium sæculare in delictis commissis. Nam Episcoporum diligentia id non permittit. Adverte etiam, quòd stando in prima sententia, illius auctores non volunt puniri posse pœna corporali, sed tantum pecuniaria, Ita Cenedo *collect. iur. can. part. 2. collect. 3. num. 13.* Sed hoc etiam displicet Genuensi *cap. 8. num. 5.* quia, vt supra dictum est, bona personæ exemptæ exempta etiam sunt *part 1. tractat. 2. resolut. 27. & parte 3 tractat. 2. resolut. 67.* Item stando in eadem sententia, neganti incumbit probare, statum Clericalem assumptum fuisse in fraudem Curiæ, quod quomodo probetur, vide Mascardum *tom. 2. conf. 815.* Quod si dicat, illum suscepisse vi voti, standum esse eius iuramento, tenet Rodriquez *in Comp. resolut. 101. num. 9* licet negat Farinac. *de Inquis. quæst. 8. numero 414. resol. 167. cit. in fine.*

Vel Religionem ingressus.

14 Idem dicendum est de eo, qui post delictum commissum Religionem ingreditur. Nam is non potest a iudice laico puniri pœna corporali, etiamsi ingressus sit in fraudem legis. Ita Vechius *disputat. 1. dub. 42 num. 30.* Imò Marcha *de iurisd. part. 4. controv. 2 cas. 111. num. 22.* docet, neque in bonis puniri posse; Bullam verò Sixti V. contrarium determinantem moderatam esse à Clement. VIII. *par. 4. tract. 1. res. 95* & antea *in par 3. tr. 1. res. 33.*

Nec punire novitium post habitum dimissum pro delictis in Religione commisso.

15 An verò iudex laicus punire possit novitios habitum Religionis dimittentes, vel Patres Societatis à Societate ejectos, pro delicto in Religione commisso? Affirmat Molina *de iust. tom. 1. tractat. 3. disput. 49. num. 24.* Sed negandum est cum Bonacina *de leg. disputat. 10. quæst. 2 punct. 1. §. 2 num 5.* quia considerandus est status, in quo quis delictum commisit. Et sic testatur Grammaticus *dec. 510. num. 3.* practicatum esse Neapoli in causa cuiusdam Clerici, qui Clericatu dimisso uxorem duxit *part. 3. tractat. res. 34.*

Potest tamen capere Clericum in flagranti delicto inuentum.

16 Potest autem iudex laicus in aliquibus casibus capere Clericum, vt suo superiori præsentet, nimirum in flagranti delicto inventum aut euntem ad delinquendum, si præsumatur fuga, & a proprio Prælato non potuerit impetrari mandatum. Et hoc non titulo iurisdictionis, vt constat ex *cap. cum non ab homine, de iudic. &c.* sed ex tacita voluntate Prælatorum, vel quia tunc a iure præsumitur talis licentia cuilibet concessa ex *l. raptores, de Episc. & Cler.* Sed in tali casu secundum communem opinionem apud Farinacium *quæst. 8. num. 118.* contra Villadiego *polit. cas. 5 num. 60.* nequit illum in suis carceribus detinere vltra viginti horas. Imò Palaus *tom. 2. disput. vnic. punct. 6. num. 14.* neque hoc tempus

Autem ad delinquendū. Vt præsentet Prælato infra viginti horas.

concedit si statim præsentare poterit. Et Sic Gaſſus *eſſ Cler. eſſ* 1. *num.* 157. docet, quòd si statim suo iudici non præsenter, incidit in excommunicationem. Asserit tamen est periculosa *part.* 5 *tractat.* 1. *resolutione* 12. & recitative *in part* 1. *tractat.* 2. *resolutione* 11. & quoad detentionem in carcere *ibid. resol* 12. *in fine, & par.* 4 *tr.* . . . *resol* 85.

Sed non spoliare illum armis prohibitis.

17 Item non potest per suos ministros spoliare Clericum armis prohibitis, quia Clerici ad servanda iura laicalia cogendi sunt a iudice Ecclesiastico. Et armorum spoliatio violentiam continet, & rationem pœnæ, quæ Clerico per sæculares propria auctoritate infligi non potest. Et hoc verum est, etiamsi armorum vsus esset ita periculosus Reipublicæ, vt neque domi permitteretur. Neque dicas cum Vasquez *in part* 1. *tom.* 2. *disputat.* 107. *cap* 4. *num.* 31 tales ministros non iudicere pœnam legis, sed impedire transgressionem. Nam, vt notat Salas *de leg quæst.* 99. *tractat* 14. *disput* 14 *sect* 9. id quoque iudici Ecclesiastico competit. Vnde Episcop (quod approbat Bonacina *in Bull Cœn. disputat.* 1 *quæst* 6 *punct* 5 *num* 27.) solent dare licentiam bituatis laicis, vt si Clerici nocte inveniant cum armis prohibitis ad se deducant, & sic impediunt iras, & legis transgressiones. Adde, quòd ad impediendum, &c. non deberent tollere arma absolutè, quod est pœnam infligere: sed tollere pro tunc, & postea aut ipsi aut suo Prælato restituere. Ita Palaus *tom.* 1 *tractat.* 3. *disputat* 1. *punct.* 4. § 6. *numero* 9. Quidquid Cucellius *ad leg. Fabriei cap* 15. *not* 12 *num.* 2. contradicat *part.* 1. *tract* 1. *resolut.* ne 10 & 12 *part* 3. *tract* 1. *resol* 28 *part.* 4 *tractat.* 1 *resolut.* 19 *& par.* 5 *tract.* 1. *resol* 4

Canibus, avibus, &c. Si inveniatur in venatione prohibita.

18 Ex quibus argue contra Ortiz *cap.* 4 *junct. num.* 9. non posse iudicem laicum expoliare Clericum canibus, avibus, &c. si inventus in venatione prohibita. Et contra Bobadillam *tom.* 1. *lib.* 2 *cap.* 18 *num.* 121. non posse expoliare aliqua veste regia pragmatica prohibita. Item contra Cucellium *ad l. Iacobi, cap.* 38. *numero* 71. *& alibi.* & Pereyram *de manutg. parte* 2. *cap* 39. *num.* 13. non posse privare frumento, vel oleo venditioni exposito contra pragmaticam, & illos pœna pecuniaria punire. Imò in his casibus docet Suarez *de leg. lib.* 3. *cap.* 34. *numero* 17. maiorem coactionem esse, exigendo à Clerico pœnam à lege impositam absque alia controversia iudiciali. Argumentor enim. Quo iure cadunt in commissum talia Clerici bona? Certè propterea, quia inventa sunt contra pragmaticam laicalem. Ergo hoc est infligere illi pœnam, quam sæpius diximus a iudice laico inferri non posse Clerico, etiam quoad bona. *parte* 1. *tractat* 2. *resolut* 16 *& 72. parte* 3. *tractat.* 1. *resolutione* 28. §. *Vnde his, & resolutione* 41 *parte* 4. *tract.* 1. *reso.* 8 *& part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 6.

Nec procedere contra ipsius animalia in alienis pascuis reperta.

19 Obquam etiam rationem non potest iudex laicus procedere contra animalia Clericorum in alienis pascuis reperta, quia hæc etiam exempta sunt. Adde, quòd cum ipsa incapacia sint pœnæ *argument. cap.* 2. sententia caderet in personam. Ita Sanchez *in opusc tom.* 2. *lib.* 3. *cap vnic dub.* 31. *numero* 2. contra Pereyram *vbi supra num* 8. 9. 11. & alios *part* 4. *tractat.* 1. *resolutione* 72. & obiter *in resolutione* 8. §. *Nota etiam hic.* Et dubitanter olim. *in part.* 1 *tractat.* 2 *resolutione* 87.

Clericus in delicto comprehensus sine habitu, detineri potest in carceribus sæcularibus donec declaretur esse Clericus.

20 Petes hic. Quid si iudex laicus inveniat quem delinquentem in habitu laicali, & dubiter de Clericatu? Respondeo, posse a iudice laico capi, & in suis carceribus detineri, quousque declaretur Clericus, sed interim à causæ cognitione supersedendum. Si verò esset fama publica, quod esset Clericus, statim dimittendum esse ad Ecclesiasticum. Quomodo probetur Clericatus, vide Bellectum *disq. Cler. part* 1 *tit.* 3. § 4. *num.* 10. Quænam vestes censendæ sint Clericales, vide Bonacinam *de leg. disputat.* 10 *quæst.* 2 *punct* 1. § 4 *num.* 17. & nos supra *verb. Clericus num.* 6. Porrò cognitio Clericatus & habitus ad iudicem Ecclesiasticum spectat, ex cap. *si iudex laicus, de sentent. excomm. in* 6. (Sicut et-

A iudice Ecclesiastico.

iam bigamiæ cap *si Iudex.part.4.tractat.1.resolutione 71.*) Nam licèt cognitio de habitu sit cognitio facti, est tamen cognitio facti spiritualis, s. Ordinis. Et præterea, sicut Episcopo incumbit Clericorum habitum præscribere, ita ad illum spectat cognoscere, an præscriptum deferant. Ita DD. communiter cum Molina *de iust. tom.3. disputat.49. num.11.* contra Pereiram *de man. reg.par. 2.cap.44.numero 3.* Quod etiam tenuit Sacra Rota Romana *decis 202.de sentent. excomm. in novissi.* & declaravit Sacra Congregatio Cardinalium *die 11. Iulii 1595.* Quod si alicubi contrarium servatur, ait Barbosa *collect. tom.3. lib.5.tit. 11.cap.12.numero 3.* tribuendum esse speciali Summi Pontificis privilegio, quod an adsit, videant illi ad quos spectat. Vbi verò iudex Ecclesiasticus declaraverit reum esse Clericum, iudex laicus tenetur infra viginti horas illum dimittere sine ipsius dedecore. Alias incurrit pœnam excommunicationis. *part.1. tractat.2.resolutione 28. part.3. tractat.1. resolutione 15.& 63.& part.4.tractat.1. resolut.5.*

Tùc enim tenetur illum sine dedecore dimittere infrà 20. horas.

Non potest tamen occultè procedere, vt mittat processum iudici competenti.

21 Item nec potest pro quocumque delicto processare clericum, animo mittendi processum ad iudicem Ecclesiasticum, nam quamuis hoc, in rigore loquendo, non sit processare: est tamen se intromittere aliquo pacto in causis Ecclesiasticorum, quod est contra eorum libertatem. Ita Bonacina *in Bull.Cœn. tom.3.disputat.1.quæst.20.punct.2.numero 7.* contra Duardum *ibid.can.15. quæst.5. numero 2.* & Graffium *part.1.lib.4 cap.18 numero 135.* Limitat nostram sententiam Riccius *tractat.4. resolutione 460. num.5.* nisi iudex Ecclesiasticus non posset facilè adiri, & periculum esset in mora. Sed hic casus est metaphysicus, & ideò à nostra sententia nunquam recedendum. Quod si Clericus & laicus conveniant in eodem delicto, iudex laicus si recipere posset dicta testium, quatenus faciunt contra laicum, & dicta contra Clericum non iudicialiter, sed solùm verbaliter, vt Prælato denunciet. Ita Filliucius *tom.1.tract.10.cap.11 num.312.part.1.tr.2.res 53.& part 3.tra.1. res.52.*

22 Præterea non potest iudex laicus cogere Clericos ad reparandam viam ante domum suam. Aut ad illam mundandam. Aut destruendam domum ruinosam, ne aliis noceat. Aut ad extirpandas locustas de suo agro ad communem vtilitatem. Sed in his, & similibus casibus cogi debet à Iudice Ecclesiastico. Ita Sanchez *opusc.tom.1. lib.2. cap.4 dub.55.num.9.* & alii contra Mexiam *in prag.tax.panis concl.5. num.44. & 70 part.1.tract.2.resol.76.* & ex parte etiam *in part.4 tractat.1.resolut.8.* in fine. Similiter nec potest iudex laicus cogere Clericos, etiam coniugatos, vt vendant frumenta tempore caristiæ, aut eos astringere ad revelationem faciendam. Neque ad suas ordinationes exequendas tempore pestis latas pro bono publico. Sed hoc verumque fieri debet per Ecclesiasticum. Ita Caballus *cent.1. cas.9.n.10 p.1.tr.2.res.9.& p.4.tractat.1. res 87.*

Item non potest illũ cogere ad reparandam, vel mundandam viam ante domũ suam.

Ad destruendam domum ruinosam.

Ad extirpandas de suo agro locustas &c.

Ad vendendã, vel revelanda frumenta tempore caristia.

23 Item non potest cogere Clericum, qui spoliavit laicum sua possessione, ad illam restituendam, etiam extrajudicialiter & via defensionis. Sed hoc ad iudicem Ecclesiasticum spectat. Ita Afflictus *decis.85.* & alii contra Bobadillam *tom.1 lib.2 cap 18.num 193 parte 4. tractat.1.resolut 74.* Item Surdus *lib 3. cons 396 numero 33.* & alii affirmant contra Bobadillam *vbi sup cap 18. num 130.* & alios, non posse iudicem laicum cogere Clericum depositarium ad restituendum depositum, etiam si se obligavit illud restituere in eius Tribunali. Quamuis declarare possit, quòd teneatur restituere, secundùm Martham *de iurisd.part.4.cent.2.cas.104.n.9 p.1.tract.2. resol 22.*

Ad restituendam laico possessionem vi ereptam.

Ad restituendum depositum. Et similia.

24 Causa Clericorum, qui hæredes sunt alicuius sæcularis, saltem si sit ante eius mortem incepta, secundùm Heviam *Cur.Philip.part.1.§.5.numer.20.* & alios apud ipsum, iudicari potest per iudicem laicum, nam Clericus ratione hæreditatis laicalis subiicitur foro laicali. Sed Bonacina *de leg. disputat.10. quæst.*

Causa Clerici hæredis laici incepta coràm laico proseqi debet coram Ecclesiastico.

quæst.2.punct.1.§.1.num. 25. & alij negant, & talem litem prosequendam docent coram Ecclesiastico: quia eadem ratio exemptionis militat, siue lis incepta sit, siue non. Et alioqui multa sequerentur incommoda. Nam si laicus sententiam in hoc casu contra Clericum ferret, hæc exequenda foret per Ecclesiasticum, qui cum ipsi non sit subditus, non teneretur dictam sententiam exequi. Hæc sententia magis placet. Contra verò, vt diximus, lis incepta coram Ecclesiastico; continuari debet contra laicum hæredem Clerici coram ipso. *part.3. tractat. 1. resolutione 11.* & recitanter olim. *part 1. tract. 2. resolutione 25.*

Laicus enim nec potest citare Clericũ creditorem vt assistat inuentario si voluerit.

25 Quando fit inuentarium, citari debent omnes creditores & legatarij de quorum præiudicio agitur. Et aliqui docent posse iudicem laicum citare Clericum creditorem per edictum, aut specialiter, cum illa conditione, *si sua putauerit interesse*, quia, cum hæc citatio non cogat ad comparendum, non est proprie actus iurisdictionalis. Ita Ceuallos *de cogn. per viam viol. part 2. quæst. 78. num. 3* Sed Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 11. num 50.* & alij id negãt, quoniam tales citationes exorbitant a iure communi. *part. 1. tractat. 2. resolutione 21.*

Vel exhibeat iura sua quãdo debitor vult cedere bona. Aut ex creditorũ consensu petere dilationẽ.

26 Quando item debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel beneficio cessionis bonorum vult gaudere, docet Ceuallos *vbi supra, quæst. 72. num. 3.* posse iudicem laicum citare Clericum ad exhibenda iura sua coram illo, quia hoc fit in ipsius vtilitatem, ne reliquis creditoribus recuperantibus sua debita, ipse suum amittat, vnde non præiudicat libertati Ecclesiasticæ. Sed hoc quoque faciendum esse ab Ecclesiastico, docet Duardus *vbi supra num 3.* nisi debitor detineretur in carceribus ad instantiam Clerici creditoris: nam tunc per viam reconuentionis petere posset contra Clericum, admitti ad beneficium cessionis, *part. 1. tractat 2 resolutione 23.*

An Iudex laicus cog-

27 Clericus in feudalibus secundùm Suarez *de immun. lib 4 cap. 14. num. 12,* conueniri potest coram iudice laico; quia iudicio domini feudi non subiicitur Ecclesiasticus, sed tanquam Comes, Dux &c. Sed hoc Squillãte *de priuil. Cler. cap. 7, dub. 14. nu. 105.* verũ putat, si agatur de proprietate. Minimè verò, si iudicio possessorio impetitur. *part 3 tractat. 1 resolut. 59* Nec conueniri potest pro executione instrumenti guarentigiati tempore, quo erat aicus. Ita contra Franchum *decij. 636* Marinus *resol. quotid. cap. 189. num 8.* asserens, ita decisum esse in Sacro Consilio Neapolitano *part. 4. tr. 1. resolutione 23.* Item non potest Clericus conueniri coram iudice laico pro solutione gabellæ, in casu, quo tenetur illam soluere. Ita Squillante *de priuil. Cler. cap 8. dub. 1. num. 33.* contra Guttierez *de gabell lib. 7. quæst. 94. part. 1. tract. 2. resolutione 42. & part. 3. tractat. 1. resolut. 44. §. Quod autem.* Pro debitis regalibus probabile est, Clericum conueniri posse coram iudice laico, non de iure, vt tenet Ripol. *de iurisd. omn. iud. cap. 1. num. 17.* nam in cap. *Nullus Clericus 11. quæst. 1.* & in Tridentino *sess. 14. cap. 20.* Clericus in quacunque causa, etiam ciuili, declaratur exemptus à iudicio sæculari, sed quia, vt ait Suarez *contra Reg. Angl. lib. 4 c. 14. num. 13.* bona regalia, quando conceduntur Clericis, censentur concessa sub hac conditione, quæ cum non sit per se mala, & voluntariè apponi potuerit, seruanda erit, ex cap. *verùm*, *de foro comp.* & ex cap. *verùm, de cond. appos. part. 4 tractat. 1. resolut. 66.* In casu, quo Clericus coram iudice laico aliquod peteret contra laicum, reconueniri posset coram illo circa aliquid suam petitionem concernens: minimè verò circa rem nullam connexionem habentem cum petitione. Ita Ripol. *de iurisd. omn. iud. cap. 1. num. 125.* Quidquid contra videatur docere Viuius *tom. 1. decis. 49. num. 6. part. 4 tractat. 1. resol. 65.* Nunquam verò reconueniri potest coram iudice laico de causa criminali, vel de spirituali, aut illi adnexa, vel propter quam incarcerari possit, aut si lis contra Clericum affectata procurata fuerit, animo eum reconueniendi. Ita

noscere possit Clericũ in feudalibus? Pro executione instrumenti guarentigiatiæ tẽpore, quo erat in sæculo? Pro solutione gabellæ quãdo illam tenetur soluere? Aut debitis regalis?

Potest quidẽ corã ipso reconueniri de causa ciuili habẽte cõnexionem cum petitione.

Nunquã verò de causa criminali. Spirituali, vel illis adnexa

Ripol. *vbi supr. ibid.* §. *Notandum est hic.*

Et quando potest reconueniri, reconueniri debet in principio litis.

28 Quando autem Clericus reconueniri potest coram iudice laico, reconueniri debet in principio litis, in ipsa litis contestatione, vel ante, aut statim post: quia causa conuentionis & reconuentionis simul tractari debent. Ita Bonacina *in Bull. Cœn. disput. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 4. §. 6. num. 8 part. 4. tract. 1. resol. 65. §. 3.* Et quamuis in tali casu possit iudex laicus ferre sententiam contra Clericum, non tamen potest eum cogere ad soluendum, sed executio sententiæ fieri debet per iudicem Ecclesiasticum: quia hic est actus iurisdictionalis. Ita Bonacin. *ibi* & DD communiter. Vnde caute legendus est Barbosa *in l. si quis, ff. de iud. num. 151.* docens ex *l. quadam, de iurisd. omn. iud.* quod iudex competens ad condemnandum, sit etiam competens ad exequendum. *Ibidem in fine part. 3. tract. 1. resolutione 4. & part. 4. tract. 1. resolut. 3.* & obiter olim *part. 2. tract. 2. resolut. 22. in fine.*

Et si iudex laicus iudicet contra illū, non potest ipse sententiam exequi.

Iudex laicus nō potest cognoscere de possessoria beneficij inter duos Clericos, vel contra Clericum.

29 An verò iudex laicus possit cognoscere de causa possessoria beneficij inter duos Clericos, vel quando reus est Clericus? Affirmat Sess. *de inhib. cap 8. §. 3. nu. 16.* & alij. Primò ex consuetudine multorum Regnorum. Secundò, quia laicus cognoscit de facto ex cap. *decernimus, de sentent. excomm. in 6.* possessio autem magis est facti, quam iuris, cap. *cum nostris, de concess. præbend.* Tertiò ex cap. *vlt.* & c. *petimus, de iudic.* Sed contrarium tenendum est cum Valboa & Villasante *in cap. decernimus, de iudiciis. illo nu. 95. hoc 84.* & aliis, nam possessio beneficij est causa Ecclesiastica. Tum, quia beneficium Ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri nō potest. Tum etiam irrefragabili argumento: quia habens titulum beneficij si possessionem litigiosam pecunia redimit, committit simoniam, ex cap. *delictum, el. 1. de simon.* & *gloss. 1. ibi*, ergo possessoria beneficij est Ecclesiastica; quia simonia non committitur, nisi in causis spiritualibus, & illis adnexis, ex cap. *qui studet 1. quia Clerici, de iure patr.* Idem docet Rota Romana coram Penna *die 1. Decembris 1. 95.* Ad primum argumentum supra adductum, respondeo cum Palao *tom. 1 tractat. 12 disputat. vnic. punct. 7 num. 4* Regnorum consuetudines approbandas esse. & priuilegio Summi Pontificis innitantur, quod Regi Gallorum a Leone X. concessum fuisse, refert Boerius *decis. 69. n. 3.* Ad secundum, iudicem laicum agnoscere factum, existente subiecto, quod in nostro casu deficit. Ad ius quòd causa apprehensionis in possessione beneficij pertinet ad ius & tentum, cuius laicus est directè incapax. Ad tertium: cap. *sin aliud.* agere de temporali iurisdictione, & non inter Clericos. In cap verò *petimus* cognoscere Ecclesiasticum, implorato auxilio brachij secularis *part 5. tract. 1. resol. 23.*

Clericus, nō tenetur defendere emptorē in re pellitā coram iudice laico.

30 Clericus ab emptore interpellatus ad defendendum, ne teneatur illum defendere coram iudice laico, nam si consentiret in iudicem laicum, tum ab illo citaretur, & vocaretur, & nominaretur ad defendendum, quod tamen ei prohiberur in cap. *si diligenti de foro comp.* ita Martha *de iurisd. part 4. cont. 1. ca. 35. nu. 21.* contra Couarruuiam *pract. 99 cap 8. num 3.* Cuius sententia procederet, quādo talis Clericus coram suo iudice denunciatus, vellet de illius licentia coram laico emptorem defendere *part. 4. tract. 1. resol. 23.*

Iudex laicus non potest extrahere reum ab Ecclesia nō gaudentem immunitate Ecclesiastica sine licentia Episcopi.

31 Iudex laicus non potest extrahere reum ab Ecclesia sine licentia Episcopi, quando notoriè constat, immunitate non gaudere. Et de hoc post Constit. Gregor. non est dubium. Ita Lazarius *de Blasp. quæstione 5. numero 71.* & Genuensis *caput 17 numero 5.* affirmans, immunitatem Ecclesiasticum esse in Curia Archiepiscopi Neapol. *part. 1. tractat. 1. resolutione 14.* & cæteri Episcopi *parte 4 tractat. 1. resolut. 42.* Imò si seruus *Et si satelles vi, aut dolo ipsum extraheret tenetur restituere Ecclesiæ.* satellites, vel alij, vi aut dolo, absque iudicis mandato reum ab Ecclesia extraherent, non posset iudex laicus contra illum agere, quia reus ille est affectus pro Ecclesia dolo, aut vi spoliata, & sic semper remanet cū hoc onere, sicut res furtiua. Præterea Bull. *Cœnæ extrahunt casus.*

piunt, incarcerarunt, quæ verba disiunctiuè intelligenda sunt, id est *capiunt, vel captum incarcerant*. Et tandem Bulla Greg. excommunicat attentantes aliquid cõtra, vel præter eius formam, qualis esset iudex, qui reum sic extractum Ecclesiæ non restitueret. Ita Genuensis affirmãs, ita practicatum esse Neapoli in casu cuiusdam assassini *part. 1. tract. 1. ref. 16. & part. 4. tract. 1. ref. 102.* Si verò ipse extraheret de licentia Episcopi iudicantis; non gaudere, & postea constaret, gaudere, teneretur ipse iudex reum restituere; quia constat debitam illi esse immunitatem, quæ adhuc seruari potest. Ita Marinus *resol. quæst. com. 1. c. 175. num. 2. part. 4. tract. 1. res. 4 & 97.*

Sicut etiã si extraheret cũ licentia Episcopi tunc non gaudere, si postea constat gaudere.

An iudex laicus sit cõpetens in cõtrouersiis Cõfraternitatum laicorum?

31 Controuersiæ confraternitatum, an scilicet quis sit recipiendus vel non; vel an sit bene, aut malè cancellatus, vel ad gubernationem canonicè electus, & similes, ad iudicem Ecclesiasticum spectant. Ita Cirullus *de off. Cler. eff. 1. num. 613.* Qui tamen ait, quod, quando duæ Confraternitates litigant in processione de præcedentia, iudex competens est laicus. Sed hoc, ait Barbosa *de pot. Epis. part. 2. alleg. 78. num. 41.* quamuis tolerabile sit, cum agitur de possessorio, extra illud tamen non est admittendum *p. 3. tr. 1. res. 70.*

Iudex laicus nõ potest facere inuẽtarium bonorum Episcopi defuncti.

32. Iudex laicus non potest, facere inuentarium bonorum Episcopi in illius morte: quia tam mortuus, quàm successor, est Ecclesiasticus, v. g. Episcopus eligendus, Ecclesia, vel Camera Apostolica, quæ omnes sunt personæ exemptæ à iurisdictione laicali. Ita Barbosa *de iur. Pont. lib. 1. c. 8. nu. 88.* contra Gutierrez *pract. qq. lib. 2. quæst. 49. n. 3. p. 411. 1. res. 110.*

Non potest punire laicos hæreticos.

34 Iudex laicus non potest punire laicos in causis pertinentibus ad Tribunal Ecclesiasticum. Et sic in primis non potest punire laicum hæreticum vel Apostatam, etiamsi agatur de quæstione facti, cap. *vt Inquisitionis, § probibemus, de hær. in 6.* vbi non distinguitur de quæstione facti vel iuris, & vbi lex non distinguit, neque nos debemus distinguere, cum præsertim agatur præiudicium Ecclesiæ Tuschus *to 4. v. Iudex Ecclesiasticus, concl. 440. nu. 4.* & alij contra Peream *de manu regia ar. 11. num. 175. part. 3. tr. 1. res. 2. & part. 4. tr. 1. res. 58.* Et eadem ratione non potest punire apostatam à fide, etiam cum agitur de facto: quia apostasia à fide non distinguitur specie ab hæresi. Et contraria sententia Perez *de manu Reg. part. 2. c. 74. n. 3.* non est probabilis; quia est contra cap. *vt Inquisitionis sup. cit.* Ita Felinus *in c. cum sit, num. 1. de foro comp.* & alij *part. 4. res. 18.*

Apostatas.

Aut laborãtes in die festo cum licentia Episcopi.

Item non potest iudex laicus punire laborantes in die festo contra eorũ statutum, si habuerint licentiam Episcopi, quia hæc causa ex Sacris Canonibus est merè spiritualis, & ad Ecclesiasticum pertinet, vt declarauit Sacra Congregatio Cardinalium apud Megalium *cons. 97. num. 2.* & docet Homobonus *p. 3. tr. 15. c. 7. quæst. 17. res. 3. part. 4. tract. 1. resolut. 94.*

Nec potest se intromittere in executione legatorij.

36 Item de Iure Canonico non potest se intromittere in executione legatorij. Vide V. *Legatum num. 12.*

Iudex laicus excommunicatus denunciatus, actus iurisdictionis inualidè exercet.

37 Iudex laicus excommunicatus denunciatus inualidè munus exercet, & omnia eius acta iurisdictionalia sunt irrita. Ita DD. communiter. Et colligitur ex cap. *præsidentes, de hæreticis in 6.* vbi datur potestas iudici laico excommunicato, vt in aliorũ defectu, ad instantiam Ordinarij contra hæreticũ procedat, quam proinde potestatem Pontifex supponit per excommunicationem impeditam esse. Vide Turrianũ *lib. 2. disp. 14. dub. 1.* qui hanc sententiam probat ex consensu & consuetudine Eccl. siæ, & colligit ex *c. penult. & vlt. 15. quæst. 6.* vbi subditi absoluuntur ab obligatione obediendi superioribus excommunicatis *part. 5. tra. 9. res. 108.* Aduerte etiam, quod si secundũ opinionem probabilem declaretur ab Ecclesiastico in excommunicationem incursus, tenetur se habere pro excommunicato, licet habeat opinionem probabilem, quod non incurrerit, vt diximus V. *Excommunicationis num. 64.*

Etiãsi habeat opinionẽ probabilem de nullitate censuræ.

IVDI-

IVDICIVM TEMERARIVM.

Iudicij temerarium raro mortale.

1 ✠ IVdicium temerarium sit, cum quis absque sufficienti fundamento iudicat malum de proximo suo, eumque apud se vilipendit. Estque ex suo genere peccatum mortale contra iustitiam *, si concurrũt hæc tria, quòd scilicet quis deliberatè iudicet, sine sufficientibus indiciis, & asseueranter absque vlla formidine: quæ omnia cum raro simul concurrant, raro peccatum mortale iudicij temerarij committitur. Vide Tannerum *in* 2 2 *disp.* 4. *quæst.* 3. *dub.* 2. *num.* 39. Valentia *tom.* 3 *disp.* 3. *quæst.* 4 *punct.* 3. & alios *parte* 3 *tractat.* 5. *resolutione* 31. post medium.

Admittit paruitatẽ materiæ.

2 Excusat quoque paruitas materiæ, vt si quis temerè iudicaret in re leuis momenti, peccaret solùm venialiter. Ita Lessius *lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 2. *num.* 14. qui putat esse solùm veniale, temerè iudicare, quòd aliquis sit spurius, filius Iudæi &c. Sed hoc negant Escobar *de purit. & nobilit. part.* 1. *quæst.* 8 §. 2. *num.* 33 & alij; quia, quamuis prædictæ qualitates sint merè naturales, cum tamen apud nos afferant secum infamiam, & reputationem lædant, sunt materia grauis. Vtraque sententia est probabilis. *part.* 5. *tract.* 5. *resol.* 68.

Et semper est eiusdem speciei.

3 Cæterum omnia iudicia temeraria sunt eiusdem speciei infimæ, vnde non est necessatio explicanda in Confessione diuersitas personæ, vel mali iudicati, nam moraliter omnia aduersantur vni iustitiæ commutatiuæ in specie infima. Quod etiam dic de detractionibus & contumeliis. Ita Sancius *disp.* 5. *num.* 10. *part.* 3. *t.* 4 *res.* 67. §. *In res.* 28. Vide *verb. Circumstantia, num.* 33.

IVRAMENTVM.

Iuramentũ de scriptio. Species.

1 * IVramentum est, Dei, in alicuius dicti confirmationem inuocatio. Quadruplex est. Assertorium, in quo aliquid præsens, vel præteritum affirmatur, aut negatur. Promissorium, in quo aliquid iureiurando promittitur. Comminatorium, in quo promittitur malum pœnæ. Execratorium, in quo aliquid siue promittendo, siue asserendo affirmatur, vel negatur, apponendo sibi pœnam.

Et requisita.

2 In iuramento tres conditiones requiruntur, veritas, iustitia, necessitas. Veritas mendacio opposita, quæ ad iuramentum requiritur est, cum homo dicit, quod sentit, siue in re ita sit, siue nõ. Igitur si iurans aliquid, putat ita esse in re, iuramentum justum est, etiamsi reuera non ita sit *. Imò in foro conscientiæ potest quis iurare, quod à viro fide digno audiuit, quod tamen non sufficit in exteriori iudicio, in quo testis tenetur reddere rationem sui dicti, & alij sunt testes de dicto, alij de causa scientiæ. Ita Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 4. *num.* 13. *p.* 4 *tr* 4. *res.* 77. & obiter olim *in p.* 3. *tr.* 1. *res.* 66. in fine.

Probabile est licere inducere aliquẽ ad iurandũ falsum, quòd ipse existimat.

3 Sed an liceat inducere aliquem ad iurandum falsum, quod tamen ipse ex ignorantia verum putat? Negat Azorius *tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 11. *quæst.* 2. quia præceptum de non committendo crimine, obligat etiam ad vitandum crimen in altero, seu ad non inducendum alium ad actum materialem talis peccati. Sed contraria sententia Hurtadi *in* 2. 2. *disp.* 173. *sect.* 17. §. 199. est probabilis, quia proximus nunc non inducitur ad actum formaliter malum, cum ille non peccet iurando, nec materialiter, quia materia hic & nunc potius est bona, quàm mala, quia est actus Religionis, & honor Dei, non iniuria. Non enim induco ad iuramentum falsum, quia hoc iuramentum est moraliter verum. Nec ipse teneor illum hominem veritatem docere: si enim non teneor vitare illius peccatum cum meo graui damno, multo minus teneor vitare ignorantiam, quæ non est peccatum. *part.* 5. *tract.* 7. *resolutione* 14.

Minimèue rò ad uerũ

4 Contra verò, ait idem Mendoza *sect.* 15. §. 200, non licet inducere aliquem ad iu-

quod ipse nescit, priusquam de veritate rei informetur.

ad iurandum verum, quod ille ignorat, nisi iuraturus prius sibi persuadeat rem ita esse, probabili fundamento, nam iurare sine dictamine practico de honestate iuramenti, est peccatum mortale. Licebit igitur, prius persuadere illi rem ita esse, & postea illum ad iurandum inducere. Ille autem non poterit iurare nō aliter, quam scit ex dictamine practico v.g. si audiuit à fide digno Antonium esse nobilem, iurare poterit, illum esse nobilem, non autem se id scire. Similiter, si rem ita esse probabiliter credit absque vlla probabilitate dubitandi, non potest iurare id vidisse, &c. *p.3.t.7. resolutione* 10.

Licet petere ab aliquo iuramentum, quod fieri potest bene, timetur tamē futurū falsum, eū aliqua necessitate, aut vtilitate.

5 Petere ab aliquo iuramentum, qui timetur falsò iuraturus, secundum Syluium *in 2.2. quæst. 98 art. 4. concl. 2.* est peccatum mortale scandali, quod probat ex auctoritate & exemplo luculento D. Augustini. Sed merito Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 3. c. 15. num.* 10. contrariam sententiam docet, dummodo non petatur, vt reus iuret falsum, & adsit iusta causa petendi iuramentum, vt necessitas aliqua, vel vtilitas. Nam non tenetur abstinere à petendo actum cum graui damno, quem quis, bene & malè præstare potest, quamuis ex sua malitia sit malè præstaturus. Et B. Augustinum explicat propriis ipsius verbis *p. 5. tract. 7. ref. 9.*

Iurare amphibologicè potest.

6 Licitum est, ex iusta causa iurando, vti amphibologia proferendo scilicet iuramentum, quòd à circumstantibus accipitur in sensu communi, ipse verò proferens aliud subintelligit. Ita Sanchez *summ. tom. 1. lib. 3 cap. 6 num.* 15. contra Syluium *in 2.2. quæst. 89. a. 7. quæst. 3. concl. 5* & alios. Igitur Clericus interrogatus in porta Ciuitatis, vtrum habeat aliquid de quo soluenda sit gabella, ille habens, potest iurare, quod non intendens, quòd non obligatur ad gabellam soluendam. Ita D. Antoninus *p. 2. tit.* 10. *cap. 1. §. 1.* Secundò, interrogatus in iudicio, an debeat centum sibi mutuata, si illa secreto restituit, potest respondere, se non debere. Vel si debet quinquaginta, potest negare petita pro vt peruntur. Ita Naldus *v. Interrogatus, num.* 2. Tertiò, si quis à te petat mutuò librum, quo tu indigeas, vel quem timeas minimè restituendum, iurare potes, illum non habere, subintelligendo, vt illum accommodes. Ita Millardus *tom. 2. cap. 80. num. 2.* Quartò, si persona priuata compellit iurare importunis precibus, potes iurare cum æquiuocatione. Ita Rodriquez *sum. tom. 1. cap. 190. num. 7.* Quintò, in interrogationibus communibus, *Quid comedisti? Quò pergis? Quid noui est? &c.* iurare possumus, *Nos nil noui habere*, sub intelligendo, *quod tibi dicere debeamus, &c.* Ita Rodriquez *ibid. cap. 146. num. 4.* Sextò. Confessarius interrogatus de peccato audito in confessione, potest iurare, se illud nescire, subintelligendo, *tamquam homini subiectus.* Et si compellatur iurare, se non audisse, idē iurare potest, subintelligendo, *tamquam purum hominem.* Et tandem, si impius vrgeat, an audierit vt Deus, iurare etiam potest, se non audiuisse, subintelligendo, *ad modum causæ principalis.* Ita Graffius *part. 1. lib. 1. cap. 23. num. 3.* Septimo, potest quis iurando negare suum crimē occultū, subintelligendo, *vt publicū.* Ita Petrus Nauarra *de restit li. 4. c. 2. nu. 379.* Octauò, si quis à iudice interrogatus cum iuramento, an Franciscum interfecerit, si illum in propriam defensionem interfecisset, negare posset, subintelligendo, de homicidio criminoso. Ita Lessius *lib. 2 c. 41. d. 9 num. 47.* Nonò, si est probabilis opinio, quod taxa alicuius rei sit iniusta, & propterea venditor fallis ponderibus, vel alias iustitiam sibi compensat, à iudice postea interrogatus, potest id totum iure iurando negare; sub intelligēdo, se iniustè fecisse. Ita Sanchez *sum. tom. 1. lib. 3. ca. 3. num. 29* Decimò, qui necessitate, vel vtilitate compulsus, offert se ad iurandum nemine petente, potest vti amphibologiis, quia habet iustam causam. Ita Sanchez *ibid. num. 21.* contra Lessium *vbi sup.* Vndecimò reus iuridicè interrogatus de delicto, quod sine ipsius confessione plenè probari nō potest, potest illud iureiurando negare. Ita ad vitanda grauia tormenta sibi falsum

Clericus interrogatus in porta Ciuitatis, an deferat aliquid subiectū gabellæ

Interrogatus an debeat centū Titio, quæ illi secreto restituit.

Rogatus mutuare libru sibi necessarium.

Compulsus à persona priuata in rare.

Interrogatus quo vadit, quid noui est &c Cōfessarius interrogatus de peccato audito in cōfessione.

Vel de re aliqua quo uis pacto occulta.

Interrogatus à iudice de homicidio inculpabili.

Vel etiā de facto legitimo.

Offerens se ad iurandū in necessitate vel vtilitate.

Reus interrogatus de delicto vel à iudice, vt vitet mortem, vel grauia tormenta.

Et denique quilibet i.e

omni casu in quo id exigit necessitas. Vel vtilitas circa corpus. Honorem. Rem familiarem.

sum crimen imponere. Vide *verb. Reus.* Denique potest quis iurare simpliciter falsum addēdo aliquid mēte, ex quo iramentū sit verū, quoties interuenit iusta causa. Ista causa esse potest necessitas vel vtilitas ad salutē corporis, honoris, rerū familiarium: vel etiam quando iniusta interrogatio proponitur. Verum in his casibus animus iurantis non debet esse, fallere proximum, sed occultare veritatem, quam manifestare non expedit. *parte 3. tract. 5. resolutione 30.*

Sed cū debita intentione.

7 Iurare verbis amphibologicis sine iusta causa, vt quòd Princeps sit in aula, intelligendo *pictum*, probabilius est, esse peccatum mortale, vt aiunt Lessius *lib. 2. cap. 42. dub. 9. num. 46.* & alij. Sed etiam probabile est, non esse mortale extra iudicium, & præiudicium: nam in tali iuramento deficit sola necessitas, seu discretio, quia non deberet sine necessitate contra audientium sensum amphibologicè iurari. Sed iuramentum, cui deficit sola discretio, non est peccatum mortale. Ergò. Ita Sanchez *sum. tom 1. lib. 3. c. 6. num. 22.* & alij. *Ibid.* in fine. *& part. 2. tr. 15. res. 25.*

At sine iusta causa est peccatū mortale, iurare cū aliqua ocatione.

Quamuis probabile sit esse tantū veniale

Iuramenta falsa orta exprauacō suetudine, post sufficiens propositum illam extirpādi, non sunt peccata mortalia.

8 Iuramentā falsa inaduertenter prolata ex praua consuetudine, ait Torres *in 2. 2. quæst. 98. art. 3. disp. 3.* esse peccata mortalia, quia sunt voluntaria in causa, propter prauam consuetudinem nō correctam. Sed contraria sententia tenenda est cum Sancio *disp. 20. num. 5.* quia vbi quis per propositum non amplius iurandi falsum prauam consuetudinē retractaui, nō sunt amplius voluntaria nec in se, nec in causa. Erit tamen aliquod peccatū, negligentia in extirpanda praua cōsuetudine, *part. 3. tract. 5. res. 62.* adeoque tantum in causa, *part. 10. tractat. 14. resolutione 13.*

Iuramentū promissum de faciendo peccato veniali, est veniale.

9 ✠ Iuramentum promissorium de faciendo peccato peccatum est*. Et quidem quamuis sit de veniali, ait Turrianus esse peccatū mortale, quia in eo adducitur Deus, vt fideiussor peccati faciendi, & ideo grauis iniuria illi infertur. Contrariam autem sententiam ipse improbabilem putat. Quæ tamen est probabilissima, eamque tenet Tannerus *in 2. 2. disp. 5. quæst. 5. dub. 1. num. 14.* & alij communiter apud ipsum, ratione paruitatis materiæ *part. 4. tractat. 4. resolutione 60.*

Iuramētū adiectum promissioni fictæ probabile est obligare.

10 Quoad obligationem iuramenti promissorij, valde probabile est iuramentum adiectum fictæ promissioni inducere obligationē: quia hoc est de natura iuramenti promissorij. Et iurans tenetur efficere, vt iuramentum sit verum, si potest, ne adducat, vel adduxerit Deum in testem falsi. Ita Lessius *lib. 2. c. 42. dub. 8. n. 38.* Sed contraria sententia Quaguiæ *de Sacr. tract. 1. quæst. 6. num. 3.* est etiam satis probabilis, & ferè communis: quia iuramentum sequitur naturam actus seu promissionis, cui adnectitur; ergo si promissio ficta non obligat: nec iuramentum obligat. Adde quòd tale reuera non est iuramētum, quamuis exterius habeat similitudinem iuramēti: non enim intendit iurare, qui non intendit se obligare. *part. 5. tract. 14. resolutione 33. & 34.*

Probabile etiam non obligare.

Adiectum autem cōtractui inualido obligat.

11 Iuramentum metu, aut dolo adiectum contractui inualido, & a iure reprobato, obligat in conscientia: quia nec iure naturali, nec humano irritum est. Itaque qui iurauit latroni minitanti dare 100. aureos, tenetur dare; quamuis hoc iuramentū & similia relaxari possint ab Episcopo, & cōmutari per Bullam. Ita Becanus *in 2. 2. quæst 89. part. 4. tr. 4. res. 19.* Sed contraria sentētia Azorij *to. 1. lib. 11 c. 7 quæst. 2* est etiam probabilis. Vide *verb. Metus nu. 4 part. 3. tract. 4. res. 278 & part. 4. tract. 4. resolutione 19. & 28.* Si quis iurasset infideli dare pro redemptione 1000 aureos, etiamsi modo iniusto captus esset, teneretur satisfacere iuramento idque propter scādalum, ne nomen Dei blasphemaretur apud gentes. Soto *lib. 8 q. 1. art. 7.* idem dicendum, si iurasset se rediturum in captiuitatem etiam cum mortis periculo, propter eandem rationem *p. 11. tract. 2. res. 35.*

Iuramētū dandi meretrici centū aureos non

12 Iuramentum adiectum promissioni prodigiæ, obligat solum pro quantitate licita intra limites liberalitatis. Vnde iuramentum de dando meretrici ob

forni-

obligat, nisi ad solutionē solitam.

sorem accipiendo centum aureos, non obligat nisi pro illa quantitate, quam viri paris conditionis cum iurante cōsueuerunt dare. Ita Sotus *lib. 4. quæst. 7. art. 1. ad 2.* contra Caietanum *in 2. 2. quæst. 32. art. 7.* Adde quòd multi probabiliter tenent, promissionem factam meretrici pro actu turpi, secluso iuramento non obligare in conscientia, etiam post actum turpē. *part. 5. tract. 4 res. 27.*

Iuramenta itē seruādi statuta Ciuitatum, Collegiorū &c. obligāt seruare eo pacto quo seruari soleant.

13 Iuramentum seruandi statuta, seu capitula Ciuitatum, Collegiorum &c. si sunt in vsu, qui nō obseruant, sunt periuri, ex cap. *querelam, de iureiur.* Si verò aliqua vsu recepta non sunt, aut abrogata sunt per contrarium vsum, illa non obseruantes non sunt periuri, nam iurantes intelligunt illa seruare more recepto. Ita Megala *cons. 81. nu. 1.* Qua in re materia iuramenti violati tunc est grauis pro periurio mortali, quando tanti momenti est, vt secluso iuramento statutum obligaret ad mortale ratione materiæ. Ita Sanchez *sum tom 1. lib. 3. c. 40. n. 10.* contra Megalam *vbi sup. n. 4.* Aduerte autem, quod si aliquod ex talibus statutis reuocatum esset à facultatem habente, iuramentum illud seruandi cessaret. Ita Sanchez *vbi sub p. 3. tract. 6. resolutione 39.*

Et si nō fuit reuocata.

Iurans in materia graui inducit obligationē sub mortali, etiā si nolit, nisi leuem.

14 Iurans in materia graui, non potest se obligare ad venialem culpā; non enim limitare potest obligationem, cū Deum adducat in testimonium rei promissæ. Ita Suarez *in 3 part. tom. 4 disp. 38. sect. 7. num. 5. part. 3. tract. 6. res. 91. §. Hinc.*

Ad implēdū iuramētum non oportet præstare promissum cū intentione illudimplendi.

15 Ad implendum iuramentum satis est præstare promissum, absque eo quòd præsteturcum intentione satisfaciendi pro iuramento. Nam absque hac intentione iam præstatur quod quis præstare iurauit. Ita Sanchez *sum. tom. 1. lib. 1. cap. 13. num. 18* contra Suarez *de Relig. to. 2. lib. 4. c. 16. num. 8.* Plus addit Lessius *lib. 2. c. 32. dub. 10. num. 59* iuramentum scilicet impleri etiam, si res iurata præsteturcū animo expresso nō satisfaciendi iuramēto per talem tē. Quæ omnia applica præceptis, & votis *part. 3. tr. 6. res. 7 part. 9. tr. 1. res. 17.* sicut habens intentionem vouendi Castitatem, aut iurandi illam, & se ad eam per votum, aut iuramentum obligandi, etiam cum intentione non adimplendi, validum est votum, vel iuramentum Sanchez *ibid in fine.*

Valet votū castitatis sine intentione adimplendi.

16 Iuramentum de non ludendo valet, etiamsi iurans habeat intentionem abstinendi à ludo modicæ quantitatis, & qui alias, secluso voto vel iuramento, esset actus virtutis extra peliæ. Ità Sanchez *sum. tom 1. lib. 3. c. 18. n. 2. tract 3.* contra Nauarrum *man. cap. 12 n. 11.* Admittit tamen paruitatē materiæ, iuxta ea quæ dicemus infra V. *Ludus, num. 14. part. 5. tr. 5 resolutione 38.*

Iuramētū de nō ludēdo in quauis modica quātitate, obligat.

Iurans nō bibere vinū, si bibat ordinariā potionem vini, peccat morta liter.

17 In iuramento & voto de non bibendo vinum, materia peccati mortalis esset tantum vini, quantum sufficeret pro vno potatu moderatè bibentis. Ita Sanchez *sum. to. 1 lib. 4. c. 12. n. 21. part. 5. tr. 5 res. 37.*

Secus si minus.

18 Et hæc dicta sint secundùm probabilem sententiam Soti *de iust. l. 8. quæst. 1. art. 7 & quæst 2. art. 3.* & aliorum contra Lessium *lib 2. c. 42. dub. 5. n. 23.* & alios, quòd in iuramento promissorio detur paruitas materiæ. Nam si datur in violatione voti, cur non dabitur in violatione iuramenti, quod ex S. Tho. *in 2. 2. q. 89 art. 8* est minor obligatio? Ideo Villalobos *tom. 2. t 36 diff 5 n. 9* ait quod iurans per annum quotidie dicere semel *Aue Maria*, non peccat mortaliter, etiā si omittat per totum annum. Vide Escobar *part. 1. quæst. 6. 5. 3. n. 40 part. 4. tr. 4. res. 70. & part. 5 tr. 5 res. 4.* At in violatione iuramenti assertorij non datur paruitas materiæ, quia quamuis res iurata sit parua, non tamen est paruum, confirmare mēdacium iuramento, & adducere Deum in testimonium falsitatis. Ita Sanctarellus *de blasph. c. 4. dub. 2. n. 8.* & alij *Ref. 4 cit.*

Nā in iuramentis promissoriis datur paruitas materiæ.

Secus in assertoriis.

19 Iuramentum ignorantiæ non tollit præsumptionem scientiæ in contrarium, si illa adest. Ita Alexander *in addit in v tamen breuius* & alij contra Portellium *part. 1. cas 27. n. 3* docentem, quòd iuramentum super ignorantia excludit præsumptionem iuris in contrarium existentem *parte 5. tractat. 14. resolutione 24. à 5. Dico primò.*

Iuramētū de ignorantia iuris nō tollit præsūptionem iuris in cōtrarium.

20 Iuramentum an possit à Principe prohiberi nè fiat, vel si fiat, an possit impedire eius effectum ita, vt non obliget, Vide *verb. Statutum laicale.*

Iuramẽta pia relaxari possunt ab eo qui potest relaxare vota.

21 Quando adest dubium de validitate iuramenti, de deliberatione, de quantitate, vel qualitate materiæ, &c. Vide *verb. Voti obligatio*, quia est eadem, ac voti ratio & obligatio. Vnde quæcũ iuramenta relaxari possint & commutari virtute Bullæ, aut iubilæ, inquire V. *Bulla Cruciatæ quoad vota*, nam quicũque habet potestatem relaxandi, vota, relaxare potest iuramenta pia; quia arctior est obligatio voti, quàm iuramenti, & qui potest plus, potest minus. Et priuilegia in fauorem animarum concessa, sunt amplianda potius, quàm restringenda. Ità Tannerus *in 2. disp. 5. quæst. 5. dub. 1. n. 36.* contra Nauarrum *c. 27. num. 275. p. 3. tract. 5. ref. 25. §. Secundò.*

In foro Conscientiæ solus Prælatus iurantis potest relaxare iuramentum factum ab vnâ parte contrahentium, quia debet esse superior qui relaxat in hoc foro. In externo, Iudex Ecclesiasticus loci, in quo contractus est celebratus. contractûs tamen obligatio planè rescindi non potest, nisi à Iudice, qui citare posset reum, vbi nota; si relaxatio, nulla putetur esse, non autem manifestè nullitas appareat, sæcularis Iudex se miscere non debet. Cast. Palaus *to. 3 tract. 14. disp. 3 punct. 6 p. 11. tr. 1. ref. 36.*

Varia de iuramento facto latroni.

22 Iuramentum latroni, vel raptori factum, est obseruandum, non solum in foro conscientiæ, verum etiam in iudiciali; vterque Molina, & Episcopus spoliatus iurans non repetere, si iuramentũ fuit de suis, tenetur ad iuramentum; secus si de Ecclesiasticis. Suarez; ablato periculo vitæ, cũ sit in tuto, potest quis, facto iuramento latroni de non denuntiandum, eum denunciare, vel illi æquiuocè iurare. Cardin de Lug. *p. 8. tract. 7. ref. 57.*

Valida est reuocatio testamenti iurati.

23 Controuersia est inter Doctores circa reuocationem testamenti iurati, tamen si reuocetur, valida est eius reuocatio. Card. de Lugo *part. 9. tr. 7. ref. 42.*

Nõ obligat.

24 Iuramentum inter Amasios ad nihilum obligat. Fagundez *parte 9. tractat. 8. resolutione 9.*

Peccat mortaliter si nõ habet animũ adimplendi.

25 Iurans coactus vi, vel metu si habet animum non adimplendi peccat mortaliter. Lopez *part. 9. tract. 8. ref. 56.*

Nõ licèt iurare de regressu in carcerem.

26 Non est licitum iurare, se velle in carcerem redire; quando agitur de periculo vitæ, maximè iniustè, nec etiam iustè, cum sit de iure naturæ conseruare eius vitam. Villalobos, & alij *part. 9 tr. 8. ref. 57.*

Prorogato tẽpore prorogatur obligatio parendi.

27 Cum prorogatur tempus ad proferendam sententiam propagatur, & obligatio parendi, ex vi prioris iuramenti Suar. *part. 9 tract. 8. ref. 7.* Et si pars tradit iuramento obligatio cessat, etiam si emissum sit in honorem Dei. *part. 10 tract. 14. ref. 15.*

Nõ tenentur ad iuramentum Tabelliones.

28 Tabelliones, & ministri iustitiæ non tenentur ad iuramentum de non accipiendo plus de mercede à iudice taxata pro labore sui officij, quãdo progressu temporis illa merces facta iniusta. Sanchez, & alij *parte 9. tractat. 8. resolutione 8.*

Promissio facta pauperibus nõ potest admitti.

29 Si quis alicui iuramento promisit, aliquid se daturum, potest promissarius, illam remittere. Sanchez, & alij; secus si promissio facta fuit pauperibus indeterminatè, vel filiæ nubendæ, tunc ad patrem remissio iuramenti pertinet. Sanchez, & alij *p. 9. tr. 8. ref. 13.*

LACTICINIA.

1 QVi tenetur ieiunare ex voto, iubilæo aut pœnitentia, si absque Bulla in Quadragesima, vel intra annum, vbi ex consuetudine non comeduntur oua, & lacticinia, ea comedat, satisfacit ieiunijs, voto, Iubilæo, & pœnitentiæ indictis, nisi in his expressè prohibeantur, oua, & lacticinia, etsi peccaret contra præceptum Ecclesiæ prohibentis eos cibos tempore Quadragesimali. Ita Sãchez; quia hic ex voto, &c. solùm tenetur ad id, ad quod obligat præceptũ ieiunij, vt sic. Sed pro cõtraria

sentẽ-

sententia stat Palaus cum aliis: vtraque sententia rationes habet probabiles. Nota obiter contra Palaum voto de dicendo Rosarium satisfieri recitando alternatim cum socio: imò & satisfaciet voto, si reciter facta notabili interruptione in ipsis decēnijs: item, qui vouit aliquid aliquo modo indeterminatè, potest eligere id, quod minus est, quia votum est interpretandum strictè. Item qui vovit ieiunare toto mense v.g. Septembri non tenetur ieiunare Dominicis illius, nisi id expressè intenderit: quia præsumitur se obligasse eo modo, quo obligat Ecclesia, quæ in Dominicis non obligat. Ita Sanchez; item, qui vovit ieiunare in vigilia alicuius Sancti, cuius dies festus incidit in feria secūda, potest Sabbato antecedenti ieiunare, & non tenetur adieiunium in die Dominico. Et idem, si vouit ieiunare in die Annunciationis B. M. Virginis, & incidat in Dominica, dummodo aliud in vtroque casu expressè non intenderit, in dubio autem voluntatis, potest in Sabbato antecedente diem Annunciationis ieiunare, aut etiam potest ieiunium transferre in Feriam secundam, si die Sabbati teneatur alio titulo ieiunare, quia se vniversalis Ecclesiæ consuetudini accommodare est iusta causa translationis: & hæc commutatio est in æquale. Qui vouit tradere aliquid certo pauperi, si hic designatus moriatur ante adimpletionem voti, tenetur tradere alteri pauperi, nisi aliter constet de voluntate voventis: quia sic explicaretur præceptum; si de hac re staret: & quia hoc votum explicandum, sicut legatum alicui pauperi relictum, quod soluendum est, etiam si fuerit mortuus pauper designatus. Si quis vovit sextis Feriis ieiunare; non tenetur ieiunare in Natali Domini incidenti eo anno in die Veneris quidquid dicat in contrarium Palaus: vide Trullen. *parte 9. tr. 8. resol. 6.*

LAICVS.

1 LAici secluſa necessitate non possunt tangere calicem, patenam, & corporalia absq; culpa veniali. Sunt enim multa iura, quæ talem contactum prohibent. Verūtamen quauis causa occurrente, nulla erit culpa. Sententia asserens adhuc sine causa, nullam esse culpam probabilis est *p. 10. tr. 11. res. 2.*

LECTORES.

1 LEctores secundùm Lezanam *c. 10. num. 32.* comprehenduntur in Bullis Pontificis, vt contra illas delinquentes lectura priventur, quoties dicunt, contraventores privationem officiorum, graduum, & dignitatū incurrere, qualis est Bulla Pii V. de clausura, Clement. VIII. de largitione munerum, & similes: quia talia verba sunt amplissima, & sine ratione restringeretur. Et ad quandam Bullam Sixti V. quæ contrarium declaravit, respondet, illam loqui quoad illam cōstitutionem peculiarem, non autem de cæteris, & id colligit ex verbis ibi positis, *hac in re, de qua nunc agitur.* Sed ego teneo cum Bonacina *de clauſ. p. 4. n. 6.* nomine officii, gradus & dignitatis venire solum gradus honorificos cum superioritate coniunctos, qualem habent Generales, Provinciales, Priores, &c. *p. 4. tr. 4. res. 224.*

Lectores non comprehendūtur in Bullis, quæ imponunt pœnam privationis officiorum, graduum, dignitatū, &c.

2 Lectores non omnes excusantur à ieiunio. Vide *verb. Ieiunium, numero 26.*

Non omnes excusantur à ieiunio.

3 Lectores Regulares recitando sex, aut septem Psalmos assignandos à Prælato cum septem *Pater noster*, & bis Symbolo Apostolorum, satisfaciunt oneri Horarum Canonicarum, ex privileg. concesso Ord. Theatinorum à Clem. VII. apud Rodriq. *comp. res. 20 n. 6. part. 3. t. 2. res. 68. §. Non denam.*

Sed Regulariter excusantur ab officio, si recitent certas preces.

LEGATVM.

Legati definitio.

1 LEgatum est donatio quædam in testamento à testatore relicta. Modo idem est cum fideicommisso, & quidquid est iuris in vno, idem & in alio. Circa legata aliqua dicenda sunt primo quoad formam ✠.

In legatis certa conditiones reprobantur, & sunt invalidæ, tã in foro fori.

2 Igitur legatum sub conditione relictum vxori, si non nupserit v.g. vel si Religionem non ingrediatur, in foro exteriori acquiritur, etiamsi illa nubat, vel Religionem ingrediatur, nam dictæ conditiones reprobantur & habentur pro non appositis in *l. reprehendenda, C. de instit. & substit. in l quidam. ff. de instit. cond. in l. turpia de legat. 1.* & alibi. Et idem dicendum cum Valero *v. legatum diff. 4 n. 1* pro foro conscientiæ, nam hæc testatoris voluntas est contraria iuri, & ideo non est servanda, sed regulanda secundum ius. Idque cum eodem Valero *v. Hæreditas, diff 12. num 3.* extendendum est etiam in eo casu, quando testator illas conditiones adhibuisset pro conservanda familia. *part. 3. tract. 5 res. 57.* Quod si quis legaret alicui centum v g. si nubat, quinquaginta, sed centum consequi debet. Ità Thorus *sum priv. priv. 142.* & alii contra Capiblancum *tom. 2. frag. 9. c. 7. num. 13.* Vide Ambrosinum *part. 2. dec. 30. part. 1. tract. 2. res 125. § Ex quibus, part. 2. tract. 16 res. 50. §. Et tandem, & part. 3. tract. 6 res. 29. §. Sextò si quis.* & relictum sub conditione si religionem ingrediatur, acquiritur statim ab ingressu bona fide, etiam si postea non perseveret. *par. 10. tractat. 11. res. 56.* Legatum relictum puellæ sub conditione, si castè vixerit, consequitur puella si castè viuat per decennium, licet postea in fornicationem incidat. Ità Homobonus *vol. 1. part 7. resp. 44 part. 5. tract. 14. res. 84. §. Notandum est.* Minimè verò si fornicetur etiã occultè *part. 10. tract. 11. res. 56. §. Notandum.* An valeat legatum relictum Religioso cum conditione, vt nihil acquiratur Monasterio, dicemus infrà.

Quando poßi.

Vnde si plus legetur nubenti quam Religionẽ ingredienti, hic legatum magis acquirit.

Et conditio, si castè vixerit, impleretur si puella castè viuat per decennium.

3 Quando res legatur indeterminatè & genericè, intelligi debet de minori. Sed hoc fallit in legatis piis ex *l. Titia, ff. de auro & arg. legat. § fin.* Vnde si testator nobilis pro suo funere relinqueret culcitram, soluenda esset Ecclesiæ non de serico, sed de aureo vellere. Ita Thorus *sum. priu. priu. 12.* Et Genuensis *pract. Eccl. Trid. quæst. 153. nu. 5.* docet, quòd legatum factum Ecclesiæ de florenis, intelligitur de magnis. Quod limitat Mãtica *l. 6. tit 3. num. 17.* nisi obstaret testatoris paupertas. *part. 3. tractat. 6 res. 29. §. Tertiò.* Advertit etiam Lara *de Anniu. l. 1. cap. 10. num 97.* quòd si testator iubeat maritari puellas, & non explicet numerum, is determinãdus erit inspecta qualitate & facultate defuncti. *part. 3. tract. 6. res. 50. in fine. § Nota etiam.* Si verò relinquat v.g. 100. aureos pro 100. Missis, & postea augeatur stipendium, tenentur hæredes eleemosynam supplere, vt 100. omnino Missæ celebrentur. si hæreditas suppetat, quia talis præsumitur intentio testatoris. Ita Riccius *part. 3. resolutione 364 num. 3. part 1. tract 14. res. 17.*

Legatũ in mensuris indeterminatis intelligitur de minoribus.

Nisi sit piũ.

Vide quid agendum, quando legatur dos incerto numero puellarum.

Vel relinquitur certus numerus Missarum, & stipendium postea augetur.

4 ✠ SECVNDO videndum quibus legari licet. Et ✠ licitum est legatum perpetuum relictum Fratribus Minoribus pro fabrica Templi, vel Sacelli, aut pro vestimentis & ornamentis Ecclesiæ & Sacristiæ. Quia Clement. *Exiui de verb. signif. in 6.* & Regula D. Francisci non prohibent legata pro illorum Ecclesiis, sed pro eorum victu. Ità Homobonus *part 2 tract 9 c. 11. quæst. 33.* contra Glemonensem *de leg p. 4. § 6. num 19* Et Sanchez *sum tom. 2. lib. c. 26. num 46.* contra Quesadam *diverss. qq iuris 12. num. 23* licitum esse, ait legatum annuum dictis Fratribus relictum pro studio, & emendis libris *part. 3. tract. 2. res. 33. §. Notandum.* Deinde probabile est, quod ait Sanchez *sum. tom. 2. lib. 7. cap. 26. num. 47.* non esse licitum legatum annuum perpetuum relictum Fratribus pro infirmaria. Sed oppositum quoque est probabile, & tenet Portellius *v. Legatum. num. 7. Ibid* initio. Licitum tamen est legatum temporaneum dictis Fratribus relictum,

Licitũ est legatum annũũ relictũ Fratribus Minoribus pro fabrica templi, apparatu Ecclesiæ & sacristiæ

An etiam pro emendis libris.

Et pro infirmaria?

Pro victu autem illorum licitũ est, si decennium non attingat.

Vel si relictum sit ad vitam alicuius Fratris

Et, vt tollatur scrupuli, eorũ devoti possunt illis legare in certa forma, qua semper est valida.

Et quãvis bona relicta vendere, & pecuniam in emen-

legatũ rel-

do panem, vinum, oleum, pisces & alia ne-

ctum partı cessaria in Eleemosynam Fratribus Minoriculari Reli bus huius Ciuitatis injumere.

gioso ut illud acquirat indepẽ

Et in hoc casu testamentarii ad talem eleemosynam soluendam cogi possunt ad instar etiam cuiusuis ex populo. Ita Villalobos tom. 2 tract. 30. diff. 12. num 8. Ibid. § Nota tertiò.

Prælato sit inualidũ.

Legatum factum Religioso particulari cum conditione, vt illud habeat independenter a voluntate sui Prælati, est invalidum; quia omnino aduersatur voto paupertatis. Ita Homobonus *par. 2. tr. 9. c. 8. quæst. 21. part. 3 tr. 2. ref 34.* Idem dic, si apponatur conditio, vt in quoscumque vsus, etiam de licentia Superioris, expendat, nam talem licentiam Prælatus, vtpote contra votũ, dare non potest. Si verò dicatur, ad vsus licitos licitum est etiam, si accedat clausula, vt nihil iuris acquiratur Monasterio. Vide V. *Paupertas.*

Et tamen validum si legetur acquirendum, & in vsus licitos conuertendum de licentia Prælati.

Legatum relictum Orphanis acquiritur à carentibus patre quamuis matrem habeant.

5 ✠ TERTIO sequitur dicendum, quibus personis soluenda sint legata, quando de mente testatoris est dubium ✠ Primò igitur, quamuis orphanus dicatur qui vtroque orbatus est parẽte, vt notant DD. communiter in *l. orphanotrophos, C. de Episcop. & Cler.* tamen legatum relictum pro maritandis orphanis, acquiritur à puella matrem habente, si patris præsidio destituitur; quia mulieres non habent prudentiam pro gubernatione filiorum, vel etiam sui ipsius. Ita Sanchez *opusc. to 2. l. 4. cap. 2. dub. 63. n 4.* Qui rectè probat Castrum *apud ipsum* idem docentem de ea, quæ caret tantum

Non autẽ à carentibus tantũ matre,

matre *part 4. tract. 4. ref. 164.* Cæterum, quamuis Sanchez *dub 13. num. 2.* neget, tale legatum distribui posse puellis habentibus parentes pauperes & inutiles; quia in dispositionibus testamentorum verba propriè sumenda sunt contraria; tamen opinio non est improbabilis & eam docet Novarius *de elect. fori sect. 2. quæst. 7. num. 3. in editione novissima part. 2. tractat 16. ref. 50. § Sed circa,* in medio, *& part. 4. tract. 4 ref. 140.* Potest etiam distribui puellis expositis, quæ etsi parentes habeant, eos demonstrare non possunt. Ita Lara *de Anniu. lib. 1. cap. 21.* Sed si concurrerent verè orbatæ præferendæ forent. *p. 2 tr. 16. ref. 50 § Sed circa,* post medium.

Probabilẽ tamen est, distribui posse puellis habentibus parentes & paupere-

Legatum pro maritanda puella, conferri potest vidua.

6 Secundò, legatum relictum pro maritanda puella, si non exprimitur, quod debeat esse virgo, secundum Larẽ, *ibid.* conferri potest viduæ. *ref. 50. cit. & par. 3. tr. 6 ref 29. § Quartò.* Imò quando nulla est virgo nubilis, verum id puto cũ Sanchez *de matrim. tom. 2 lib 7 disp. 9. num. 56. & 57.* etiamsi relictum sit virginibus & hoc ex testatoris voluntate præsumpta, nè tam pium opus differatur *part 2. tract. 16. ref. 50. §. Aduerte & par. 4. tr. 4. ref 140. § Notandum.* Idem etiam dic de vidua, quæ primum matrimonũ non consummauit. Ita Naldus V. *Legatum nu. 42.* Potest etiam legatum pro maritandis puellis dari puellæ iam nuptæ sine, vel cum parua dote. Secus si sit pro dotandis. Quod tamen dari potest puellæ habenti aliquam dotem, sed infra suam conditionem. Novarius *quæst. 125 part 2. tract. 16 ref. 50 § Nota etiam,* circa medium, *& part 3. tract 6 resol. 26 § Septimò.* Rursus legatum pro maritandis virginibus retineri potest in conscientia à puella corrupta, quæ nupsit vt virgo. Nisi aliter constet de voluntate testatoris. *ref. 50. cit. §. Nota etiam.* ✠ Decisum id fuit Bononiæ *ann.* 1635. & tenet novissimè Trullench *in decal. tom. 2 lib 7 cap. 18. dub. 12 n. 15.* ✠ Quando determinatur puella maritanda, & dos illi legatur pro anima si illa moriatur innupta, ait Genuensis *pr. Eccl. Tric. 13. quæst.*

Aut viduæ prius matrimonium non consummauerit.

Quando legatũ relinquitur pro maritãdis dari potest iam nuptis sine vel cũ parua dote.

Quid si legatum pijs relictũ sit certæ puellæ, & hæc moriatur innuptæ?

Et similiter

An legatū pro dotāda paupere dari possit, ei qua viuit ex suo labore?

13. *quæst.* 386 *num.* 1. legatum non extingui, sed conferri debere alteri puellæ pauperi. Sed quid, si legatum relinquatur pro dote primogenitæ, & hæc moriatur innupta? Imola *cons.* 103. dandum esse inquit secundogenitæ Romanus id negat. Sed benè ait Mantica *lib.* 8. *tit.* 70. *n.* 10. colligendum hoc esse ex coniecturis. Notat etiam Genuensis *pract. Eccl. Tric.* 13. *quæst.* 387. quod legatum pro dotanda paupere, dari potest ei, quæ viuit ex suo labore *part.* 2. *tract.* 16 *res.* 50. in fine, §. *Nota etiam.* & in fine item §. *Aduerte etiam.* Quando legatum relinquitur naturali cuiusalicuius Ciuitatis, dari potest iis, quæ quamuis naturales non sint, in ea tamen decennio habitarunt, dummodo non constet de animo mutandi domicilium. Ita Sanchez *opusc. tom.* 2. *l.* 4. *c.* 2. *dub.* 19. *num.* 1. *p.* 4. *tra.* 4. *res.* 140. § *Nota quintò.*

Et legatū relictum naturali, certæ Ciuitatis dari possit incolis post decenniū.

Legatum relictū pro puellarum matrimonio debetur etiam Religionem ingredientibus. Siue relictum sit certæ puellæ.

7 Et tandem, legatum relictum certæ puellæ pro ea maritanda, dari debet, si Religionem ingreditur. Ita Lara *lib.* 4. *capell. c.* 21. *n.* 26. Qui non idem docet in casu, quo legatum relinquitur incertis puellis maritandis. Et disparitatem assignat; quia in priori casu legatum non potest in specifica forma impleri, si alii fœminæ nupturæ tribuatur, & sic ius præsumit, testatorem voluisse eidem puellæ legatum dari, si Religionem ingrediatur, dum de contraria eius voluntate non constat. In secundo autē casu potest impleri; cum testator non habuit specialem affectionem ad eam, quæ Religionem ingreditur. Sed contrarium tenendum est cum Ochagauia *de Sacr. tract.* 1. *de matr. quæst.* 15 *nu.* 17. & Pontio *de matr. lib.* 2. *c.* 7. *num.* 11. qui suo tempore communem fuisse asserit hanc sententiam inter Doctores Salmaticenses. Et probatur ex *auth. de Sanctiss. Episc. collat.* 9. §. *Sed ex hac præsenti* quod, quamvis loquatur de legatis certis, tamen quia in fauorem Religionis id disponit, extendi etiam debet ad incerta ob paritatem rationis. Nam in iure naturali neutrum legatum subsisteret; cum omni legato conditionali commune sit non subsistere, non subsistente conditione. Voluntas autem testatoris, bene præsumitur non excluisse statum Religionis, etiam in secundo casu, cum contrarium non constat. *part.* 4. *tract.* 12. *res.* 35. ✠ In sententiam Laræ inclinauerat in *part.* 2. *tr.* 16. *res.* 50. §. *Sed circa, vers. secundò.* ✠

Et relictū pro monachatu dari potest monachis domesticis, vulgò Bizochis.

8 Tertiò, legatum relictum pro monachatu, dari potest mulieribus vitam cœlibem in propria domo viuentibus, vulgo dictis *Bizoche, ex auth. de Sanctiss.* supra cit. Ita nouissimè Nouarius *de elect. fori sect.* 1 *quæst.* 76. *n.* 16. contra Castillum *lib.* 1. *decis.* 88. *num.* 2 *part.* 1. *tract.* 2 *res.* 85. §. *Ex his. & part.* 3. *Add. secund. Res.* 28.

Legatum relictū propinquo pauperi debetur pauperiori.

Quartò, legatum relictum propinquo pauperi, debetur pauperiori. Est tamen etiam pauper puella, vt supra diximus, quæ suis laboribus potest sibi victum conciliare. Ita Thomas *summ. privil.* 9. *part.* 3 *tractat.* 6 *res.* 29 §. *Quintò.* & probabile est legatum relictum absolutè pauperibus, dari posse pauperibus extra patriam. Ita Homobonus *volu.* 2. *part.* 5 *resp.* 29 *part.* 4 *tract.* 4. *res.* 140 §. *Nota sextò.* & relictum distribuendum pauperibus vel vni tantum pauperi potest dividi inter duos *part.* 10 *tract.* 11 *res.* 59. Quintò, legatum relictum pro liberatione incarceratorum applicari potest, impediendo ne quis in carcerem detrudatur, nullo alio suppetente subsidio. Ita Sanchez *opusc. tom.* 2. *lib.* 4 *cap.* 2 *dub.* 9. *num.* 2. *part.* 4. *tr.* 4 *res.* 150. §. *Nota tertiò.* Sextò, legatum pro fabrica Ecclesiæ relictum, expendi potest pro ornamentis, & aliis diuino cultui necessariis. Ita Couarruuias *in c. fin. de test. n.* 4. contra Abbatem *ibid. n.* 4. *p.* 4. *t.* 4. *res.* 140. §. *Nota secundò.*

Pro liberādis captiuis, applicari potest vt quis in carcerem non detrudatur.

Et relictū pro fabrica Ecclesiæ, applicari potest ornamentis, & aliis necessariis.

9 ✠ QVARTO dicendum venit de obligatione testamentariorum, & modo soluendi legata. ✠ Igitur legata incerta ex aliquo extrinseco accidente, quia v.g. reperiuntur duo eiusdem nominis, & paris amicitiæ ergā testatorē, vel quocumque modo contingat incertitudo personæ, in foro exteriori non debentur. *l. in tempus* §. 1. *ff de hared. instit.* & aliis. Idque verum est, etiam si vnus illorum iuri suo renunciet, vel inter se paciscan-

In dubio, an legatū habeatur huic, vel illi, in foro externo, nō debetur.

Sed in conscientia dividendum est inter illos.

paciscantur, vt dividantur. At in foro conscientiæ tenetur testamentarii legatũ inter illos dividere, si consentiant. Ita Molina *disp.* 197. Ratio est, quia ex doctrina Caietani in 2.2. *qu.* 62. *art.* 5. *ad* 3. & aliorũ, debitor certus de debito & dubius an debeat Petro, vel Ioanni, tenetur soluere vtrique dimidiũ. Nota hic cũ Afflicto *decis.* 244. quòd legatum relictũ Ecclesiæ v.g. D. Mariæ, si plures eiusdẽ nominis in eadem Ciuitate reperiãtur, & inter illas sit Parochalis, debetur huic, alioquin maiori, vel pauperiori. Et si omnes sint æquales, dãdum est Episcopo, qui illud pro suo arbitratu distribuat. Et si nulla est in oppido Ecclesia talis nominis, debetur Ecclesiæ Cathedrali illius diœcesis, *p.* 3. *t.* 5. *res.* 58.

Quid si extent in eodem loco plures Ecclesiæ eiusdem nominis. Vel nulla.

Legata relicta in testamento minus solemni tenetur hæres ab intestato soluere in conscientia.

10. Legata relicta in testamento minus solemni hæres ab intestato tenetur in conscientia soluere, nam cessante fine legis, etiam in particulari, cessat lex, lex verò exigens solemnitates in testamentis, condita fuit ad vitãdas fraudes, quæ si proinde non adsint, non est cur testamentum minus solemne in conscientia non teneat. Ita Comitolus *lib.* 7 *quæst.* 8. Ex quibus infert cum Becano *par.* 2. *tom.* 3. *cap.* 7. *quæst.* 3. *conel.* 1. primò, quòd si hæres ab intestato sit dubius, an testator hæredem alium nominasset, tenetur cum illo pro qualitate dubii componere; quia par est in dubio vtriusque conditio, & neuter illorum possidere cœpit bona fide. Secundò, si hæres ab intestato retineat hæreditatem & legata, posse illos, quibus testamento minus solemni relicta sunt, vti compensatione. Tertiò, si hæres ab intestato fateatur, mentem testatoris fuisse, vt hæreditatem fideicommissi alteri traderet; si oblato iuramento iurare noluerit, cogi debere in foro externo hæreditatem tradere, detracta quarta parte, quã vocant Trebellianam. Quæ probabiliter dicta sint. Nam contraria sententia Vasquez *in* 2. 2. *tom.* 2 *disput.* 163. *cap.* 3. *num.* 19. est etiam probabilis, *part.* 5. *tr.* 3 *res.* 119. post medium. ✠ Vbi se citat alii idem docuisse. Et locus est *resol.* 75.

Sed oppositum etiam probabile.

tract. 8. *part.* 1. vbi potius videtur in oppositum inclinare. ✠

11 Circa tempus soluendi legata, hæres in conscientia tenetur illa soluere, cùm primum potest. Ita Villalobos *mã. sia. Confess. cap.* 5. *n.* 16. Sed in foro exteriori habet tempus vnius anni ex *auth. hoc tim. amplius. C. de fideicommiss. par.* 3. *tract.* 5. *res.* 59. & *part.* 4. *tractat.* 4. *resol.* 102. §. *Et tandem.* Legatum tali anno soluendum, debetur in fine anni, ex l. *qui hoc anno. de verb. signif.* Sed legata pia debentur in principio ex l. *si ita fuerit libertas relicta ff. de manum. test. part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 29 §. *Secundò.* Legatum tali die soluendum, solvi potest ante tempus determinatum. Ita Covarruuias *in cap. tua, de test. n.* 5. *p.* 4 *tract* 4 *resolut.* 140. §. *Nota quartò* ✠ Contrarium docuerat *part.* 3. *tract.* 6. *res.* 29. §. *Primò.* ✠ Infert ex Sanchez *opusc. tom.* 2 *lib.* 4. *dub.* 12. *n.* 4. legatum quolibet anno pauperibus distribuendum ad beneplacitum hæredum, posse simul & semel distribui Hospitali v.g. vel Monasterio, vt illo fruatur in perpetuum *pa.* 4. *vbi suprà.* Legatum Ecclesiæ relictum singulis annis in perpetuum. Naldus *verb. vsusfructus num.* 12. putat extingui post centennium, quia iura abhorrent infinitatem. Quæ opinio in iure est probabilis. Sed contraria Bonacinæ *de contr. disput.* 3. *quæst.* 17 *punct.* 8 §. 6 *nu* 2. est etiam probabilis, & seruatur in praxi *par.* 5. *tractat.* 14 *resolut.* 84. Quando hæreditas non est ita sufficiens, vt omnibus legatariis simul satisfieri possit, docet Valerus *verb. legatum, diff.* 2. *num.* 2. in illorum solutione seruandum esse ordinem, qui seruari debet in debitis, vt scilicet prius soluantur legata magis pia, deinde minùs pia, & tertiò prophana. Idem etiam docent Sanchez *summ. tom.* 1. *lib.* 4 *cap.* 15. *num* 40. & alii *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 60. & si quis legavit centum aureos pro anima sua pro celebratione Missarum in perpetuum, mortuo primo hærede transmittitur legatum in perpetuum ad alios hæredes. Decis. Rotæ 1381. 20. Februarii; & Capellanus obligatus celebrare quotidie in certa Ecclesia vel Altari,

Legata in foro Ecclesiæ soluenda sunt statim infra annum. Solvuntur fine. Nisi sint pia.

Legata solvi possunt ante tempus. Corollariũ Sanch.

Legatum perpetuum deberetur extingui post centenniũ. Sed contrarium seruatur in praxi.

Quid agendũ, si hæreditas non sufficit, vt legata omnia simul soluantur?

Legatũ ad causas pias perpetuum transit ad hæredes.

Capellanus tenetur quotidie celebrans ap-

plicare sacrificium pro anima fundatoris

tari, tenetur applicare sacrificium pro anima fundatoris. Bariol. & alii *part. 9. tr. 8. resol. 58.*

Executio legatorum piorum pertinet ad Episcopum privativè.

12 Executio legatorum piorum spectare videtur ad Episcopum privativè, ex cap. *tua, de testamenti.* ibi, *Cum igitur, in omnibus piis voluntatibus sit per locorum Episcopos providendum, vt secundum defuncti voluntatem vniversa procedant, &c.* ex cap. item *si haredes, eodem tit.* & ex Concilio Tridentino *sess. 7. cap. 15.* Accedit ratio, nam legata pia sunt extra limites iurisdictionis laicalis, & nulla causa ferri potest extra limites suæ activitatis. Ita Bonacina *de contr. disputat. 3. quæst. 18. punct. 1. §. 10. numero 1.* & alii contra Sanchez *opusc. tom. 2. lib. 4. cap. 2. dub. 54. numero 4. part. 4. tractat. 1. resolutione 99.*

Etiam contra laicum tertium possessorē.

Episcopus verò in tali executione non solum contra hæredes procedere potest, sed etiam contra laicos tertios possessores, quia iura indistinctè loquuntur, & alioqui facilè eius officium eluderetur, intervertendo possessionem bonorum in tertiam personam. Deinde ad consequenda legata dantur tres actiones, nimirum personalis, realis, & hypothecaria. §. *Nostra autem. inst. de legat.* ergo procedere poterit contra tertium possessorem actione reali, quæ solùm requirit dominium ex parte agentis, & possessionem ex parte rei conventæ, l. *in rem ff. de vend. §. omnium autem. Inst. de action.* Et eandem à fortiori; quia pro consecutione legati prophani potest contra tertium possessorem Salvianum interdictum intentari. Ita Ciarlinius *controvers. for. cap. 29. num. 15. parte 5. tract. 1. resol. 14. & part. 7. tract. 6. res. 31.*

Et transacto anno est iam legatorum prophanorū.

13 Igitur Episcopus est iudex competens in executione legatorum piorum privativè quoad laicos. Transacto autem anno, qui testamentariis à iure conceditur pro soluendis legatis, Episcopus est iudex executor vltimarum voluntatum, etiam quoad prophana. Nam adimpletio voluntatis defuncti in ipsius bonum, est commissa Episcopis ex officio, qualemcumque bonorum dispositionem fecerit. Ita Molina *de iustit. tom. 1. tractat. 2. disputat. 205. numero 5.* & alii. Ex quibus infertur contra Bobadillam *tom. 1. lib. 2. cap. 17. numero 103.* Episcopum esse competentem in tali casu, etiamsi omnia testamenti legata sint prophana. Etiamsi iudex laicus non esset negligens. Etiam ad instantiam partis. *part. 1. tractat. 2. resolutione 99. & part. 3. tractat. 1. resolutione 21.* Nota hic vnum ex Valero *verb. legatum diff. 1. numero primo,* quod si hæres post monitionem Episcopi negligit peranum legata soluere, & voluntatem testatoris implere, potest privari hæreditate, etiam si est filius, dotata legitima, per *auth hoc amplius, C. de fideicommiss.* de potest hæreditate. Et tunc transit ad substitutos, vel alios per ordinem. ita ille *part. 3. tractat. 5. resol. 59.*

In quo casu hæres negligens obedire privare possit hæreditate.

An Episcopus possit commutare aliquod legatum in aliud æquale vel melius?

14 Petes: Potestne Episcopus aliquod legatum in æquale, vel melius commutare? Respondent Naldus *verb. legatum numero 39.* & alii negativè. Primò ex l. *legatum, ff. de administ. rer. ad Civitat. pert.* Secundò, quia voluntas testatoris servanda est pro lege, l. *in conditionibus primum locum. de condit. & demonst.* & cap. *vltima voluntas 13. quæst. 2.* Tertiò ex Clement. *quia contingit, de relig. dom. ibi, Cum ea, quæ ad certum vsum sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva Sedis Apostolicæ auctoritate) converti, &c.* Et sic, aiunt Lava de *Anniver. lib. 1. capite 21.* & Perez de *Anniver. lib. 1. capite 14. numero 38.* legatum pro maritandis virginibus non pati commutationem, nisi a Summo Pontifice deplenitudine potestatis. Riccius *collect. 548.* & alii dicunt, Episcopum posse commutare aliquod legatum vna tantùm vice ex aliqua causa. Sed Vasquez *de test. cap. 8. §. 5. dub. 3. numero 104.* & alii absolutè docent, Episcopum commutare posse legatum in æquale, vel melius, maximè cum consensu hæredum: & in tali casu non infringere voluntatem testatoris, sed interpretari. Ad Clementinam, *quia contingit,* respondet Penna *in l. vnica capit.*

Quidam absolutè negant.

Alii distinguunt.

Alii absolutè affirmant.

pit. de expensis ludorum. in sermonem esse, cùm non adesset iusta causa, vt erat in facto, quod illam constitutionem poposcit. Neque dicas, Tridentinum *sess. 22. capite 6.* in talibus permutationibus requirere iustam & necessariam causam. Nam ad hoc respondet Comitolus *libro 7. quæst. 9. numero secundo.* Concilium sumere ly & pro *vel*, & intelligendum esse disiunctivè, non copulativè. Adverte autem, iustam causam sufficere, si se teneat ex parte rei, quòd nimirum commutatio fiat in æquale, vel melius. Nam causa iusta ex parte commutantis, nempe bonus finis, &c. non sufficit. Ita Sylvester *v. legatum 4. quæst. 12. part. 2. tractat. 12. resol. 26.* De legato ad pias causas, vide V. *Testamentum privilegiatum.*

LEGATVS.

Legatus triplex. A latere, dativus & natus.

1 ✠ TRia sunt genera Legatorum Summi Pontificis. Quidam dicuntur *à latere*, & sunt Cardinales, quos appellat fratres. Alii dicuntur *dativi*, qui simpliciter in legationem mittuntur. Tertii dicuntur *nati*, qui prætextu suarum Ecclesiarum legatione funguntur, & hi sunt quatuor Archiepiscopi, nimirum Eboracensis, Cantuariensis, Remensis, & Pisanus *cap. 1. de offic. delig. lib. 6.* ✠

Et primus habet iurisdictionem in Regulares & alios exemptos, non autem vltimus.

2 Legati à latere possunt suam iurisdictionem exercere in Regulares & alios exemptos, non autem nati. Ita Abbas *in cap. 1. de off. leg. in v. vniversos*, ex c. *si Abbatem, de elect. in 6. & cap. 1. de verb. signif. part. 1. tractat. 2. resolutione 17.* An legatus Papæ habeat iurisdictionem in Inquisitores, vide V. *Inquisitorum, num. 38.*

LEX QVID, ET QVOTVPLEX.

Lex quid?

1 ✠ LEX describi potest, rationis ordinatio, homini, quid agendum quidve non agendum sit, ostendens, in commune bonum instituta.

Lex alia divina, alia humana.

2 Est duplicis generis. Alia enim est divina, alia humana. Illa est, quæ immediatè à Deo instituta est: hæc, quæ ab hominibus.

Et divina alia naturalis, alia positiva.

3 Rursus lex divina alia est naturalis, alia positiva. Illa est, quæ rationi humanæ insculpta est, & à ratione dictatur, qualia sunt Præcepta Decalogi. Hæc quæ non nisi per revelationem innotescit, cuiusmodi in lege Evangelica sunt præcepta Sacramentorum, & fidei.

Humana alia canonica, alia civilis.

4 Humana autem lex vel est Ecclesiastica seu canonica, vel sæcularis, seu civilis. Illa est, quæ à Papa, Concilio, Episcopo, vel alio Prælato Ecclesiastico procedit. Hæc, quæ ab Imperatore, Rege, Republica, &c.

LEX QVOS OBLIGET.

Lex non obligat nisi subditos. Nam legislator non tenetur servare suas leges, nisi directivè, & obligatione probabiliter solum veniali.

5 NOn omnis lex obligat ad observantiam illius, nisi aliquas habeat conditiones.

6 Prima conditio est, vt lata sit à legislatore potestatem habente, ex cuius conditionis defectu. ✠ Legislator non tenetur servare suas leges, quia non habet potestatem in seipsum. Intellige de obligatione coercitiva nam ad eas, quæ ex æquo obligant omnes, vt sunt, quæ taxant pretia rerum, &c. tenetur vi directiva, eo quia lex naturalis præcipit, caput cum suis membris conformari. Ita Granado in *1. 2. contr. 7. tractat. 3. part. 2. disput. 17. sect. 3. num. 24.* Qui putat, legislatorem dictas leges frangentem peccare mortaliter. Sed e-

go contrariam sententiam Filliucii probabilem existimo. nam omnis obligatio ex legislatoris voluntate dependet, qui non præsumitur voluisse sibi tantùm onus imponere. Ex quo infero, non peccare mortaliter Papam, qui in Paschate non communicaret, aut contractum faceret iure tantùm humano simoniacũ, seclusoscandalo. At peccaret mortaliter Princeps, qui frumentum v. gr supra pragmaticam venderet, nam tale pretium esset iniustum, vtporè maius eo, quod communis æstimatio in pragmatica declarat. Ita Lorca in 1.2. *tom.* 2. *de leg. disput.* 83. *memb.* 3. Tenetur etiam Rex stare contractibus initis cum suis subditis, sicut stare tenentur illi; nam contractus debet esse æqualis, & Princeps potest se obligare subiectis. Ità Villalobos *tom.* 1 *tr.* 2. *dub.* 30. *n.* 6 *p.* 1. *tra.* 10 *res.* 10.

Similiter nec Clerici tenentur legibus ciuilibus.

7 Secundò ob eamdem rationem omnis lex Principis laici disponens de causis Ecclesiasticis, vel aliquo modo tangens Ecclesiam, vel Ecclesiasticos, est invalida, vt dicemus V. *Statutum laicale.* Et Clerici legibus ciuilibus, etiam non pugnantibus cum iure Canonico, aut cum eorum statu, tenentur solum directivè, vt se conforment cum aliis membris eiusdem Reipublicæ. Ita Layman. *tractat.* 4. *cap.* 13. *numero* 6. contra Lorcam in 1.2. *tom.* 2. *de leg. disputat.* 25. *memb.* 4 *part.* 1. *tractat.* 2. *resolutione* 71. & *tractat.* 10. *resolutione* 12. & *part.* 7. *tractat.* 1. *resolutione* 17. Ex quo infert Bonacina *de leg. disp.* 1. *quæst.* 1 *punct.* 6. *numero* 53. quod Clericus dictis legibus contraveniens, seclusoscandalo, non peccat mortaliter. *resolut.* 12. *cit.* §. *Non reticebo.*

Nec Regulares statutis Episcoporum, præter pauca in iure expressa.

8 Tertiò Regulares non ligantur statutis Episcoporum, præter aliqua in iure expressa, quæ videbis apud Maldenum in 1.2. *quæst.* 96. *art.* 5. quia scilicet sunt exempti ab illorum iurisdictione. Solùm ergo tenentur ex decentia, & ad vitandum scandalum, quo cessante non peccabunt violantes. Ita Granado in 1.2. *contr.* 7 *tractat.* 3 *parte* 1 *disputatione* 6. *sect.* 3. *numero* 18. contra Vasquez *in* 1.2. *tom.* 2 *disputatione* 167. *capite* 4. *numero* 32. Et ideo docuit Llamas *parte* 3. *capite* 5. §. 28. Regulares non teneri servare ieiunia ab Episcopis indicta. *parte* 1. *tractat.* 10 *resolutione* 11. Vtrùm verò Alumni, qui viuunt in collegiis Societatis Iesu, vel aliorum Regularium exemptorum, subdantur casibus Episcopalibus? quos prorsus dicendum, quoad confessiones, censuras, casus reservatos, pertinere omnia subiectos esse Episcopo in cuiusvis Diœcesi habitent. Nec valet esse continuos commensales Regularium, quod afferebat Bordonus *in concil. Regul resolutione* 38. *quæst.* 5 *numero* 10. sustinens contrariam sententiam, nam ex suis viuunt expensis *part.* 7 *tractat.* 12. *resolut.* 14.

Nec peregrini statutis locorũ, in quibus est subdita illi legislatori. Vide verb. Peregrinus, à num. 1.

9 Quartò, legibus & statutis vnius loci non tenentur peregrini ibi manentes non pro maiori anni parte: quia hi non sunt pars illius communitatis, quæ *in quibus* est subdita illi legislatori. Vide *verb. Peregrinus, à num.* 1. Tenentur tamen exterii in loco vb. gerunt magistratus, servare ieiunia & festa *part.* 10. *tractat.* 13. *resolut.* 37.

Aut statutis patriæ

10 Quintò subditi & incolæ loci, in quo est statutum, non tenentur illud servare extraterritorium. Et sic ieiunia & festa Panormi non tenetur servare Panormitanus, qui reperitur Montis Regalis, etiam si ex industria illò se contulisset, vt vitaret ieiunium. Neque enim hæc est propria fraus, sed quædam fuga præcepti, quæ non est contra præceptum. Ita Sanchez *summ. tractat.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12 *num.* 35. & alii contra Sylvestrum *verb. Ieiunium quæst.* 2 *dist.* 12. Infert ex hoc Fagundez *tractat* 1. *lib.* 1. *cap.* 7 *numero* 13. quod si in loco festivitatis adsit aliqua domus exempta à iurisdictione Episcopali, posset quis in ea festum non servare, sicut etiam ieiunia Episcopalia non implere, &c. quia locus exemptus habetur pro extraneo. Eadem ratione docuit Avila *de cens. part.* 2. *cap.* 3. *dub.* 5. excommunicationem Episcopi pro tota diœcesi non ligare eos subditos, qui in loco exempto commorantur. *part.* 1. *tractat.* 9, *resolut.* 18. & *tract.* 10 *resol.* 14. Inter-

ter loca exempta Bonacina *de cens. disputat. 1. quæst. 1. punct. 15. num. 8.* enumerat Monasteria Regularium, contra Suarez *disput. 5. sect. 4. num. 6. part. tract. 5. resol. 74. §. Dico in fine.*

Tenẽtur verò statutis, quæ simul seruãtur in patria, & in loco diuersorij.

11 Sed petes primò. Quid si ieiunium seruatur in Oppido, & in loco, in quo peregrinus quis reperitur, vtrobique ex ordinatione episcopali? Respondet Fagundez *vbi supr.* teneri illud seruare, sed contrarium putat etiam probabile; quia non est subditus Episcopo illius loci, & ad leges patriæ non tenentur absentes. Et ita docet absolutè Sancius *disp. 54. num. 31.* Sed hoc non placet: quia tales nulla ratione excusantur, *part. 1. tr. 9. resol. 18. & tractat. 10. resol. 13. in fine, & 14.*

Probabile autem est, neq; vagos teneri ad leges locorũ ad quæ diuertunt.

12 Petes secundò: Quid dicendum de vagis, qui nullas habent certas sedes? Respondeo cum Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 20.* & Doctoribus cõmuniter, tales teneri ad leges locorum, in quibus reperiuntur: nam in illis domicilium acquirunt. Et alioqui exempti essent ab omnibus legibus & statutis locorum, quod est absurdum. Sed Saytus *lib. 3. cap. 4. num 8.* & Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 7. num. 49.* contrariam sententiam vt probabilem admittunt ex paritate peregrinorum: nam est par ratio. Nec absurdum esse, quod vagi, qui nullas habent certas sedes, nullas habeant certas leges. Reuera hæc opinio est probabilis. *part. 1. tractat. 9 resol. 2. §. Notandum verò, & tract. 10. resol. 16.*

Hinc etiã lex pœnalis nõ ligat delinquentes extra territorium.

13 Aduerte hic, quòd lex pœnalis non ligat delinquentes extra territoriũ. Ita omnes DD. Vide *verb. Censura, num. 7. & 12.* Vnde subditus extra territorium nec citari potest à proprio iudice, vt dictum est *verb. Episcopi, num 50.*

Decretum Gratianũ non habet vim legis.

14 Sextò Molfesius *tom. 1. tractat 9. cap. 5 num 73.* putat, Decretum Gratiani habere vim legis, quia Gelasius Papa illud approbauit, sicut etiam Eugenius. Et nouissimè Gregorius XIII. mandauit corrigi ad instar originalis, & excudi. Adde, quòd consuetudo habet vim legis, & dat auctoritatem. Et tandem ex communi iuristarum axiomate, *In vtroque iure satis est, allegare titulum, & probare possessionem.* Nam huius Decreti allegantur tituli, & adest possessio antiquissima ab anno 1009. quo illud Gratianus compilauit. Sed ipse existimo, nec testimonia Patrum in Decreto inserta habere vim legis, si aliàs ab aliquo Pontifice canonizata non sint, vel inter Decretales inueniantur: nec decreta Conciliorum Prouincialium obligare vltra Prouinciam. Nam Gratianus collector non potuit eis dare maiorem auctoritatem, quàm aliàs habebant, cum fuerit homo priuatus. Vnde patet, minorem auctoritatem habere id, quod ipse addit de suo, & si aliqua Pontificum dicta parum fideliter ab ipso citari constaret, aut esset dubiæ auctoritatis, non esset obligatio illis parendi. Ita Villalobos *tom. 1. tract. 2. diff. 7. num. 3.* & alij. Ad argumenta Molfesij respondetur, nec vllum Pontificem illud corpus approbasse, nec esse in contrarium consuetudinem. Vide Salas *de leg. tractat. 14. disputat. 8 sect. 13.* qui nostram sententiam cum communi Theologorum docet, & ad contraria argumenta respondet *part. 3. tract. 6. resolutione 16. & part. 5 tract. 14 resolutione 63.* Aduerte etiam hic; quod leges Cancellariæ obligant vbique locorum non ita stylus Romanæ Curiæ *part. 10. tract. 15. resolutione 7.*

Et ius ciuile non obligat in Hispania, & alijs Regnis nõ subiectis Imperatorĩ

15 Denique, ex defectu potestatis ius ciuile non obligat in Hispania, & in aliis Regnis extra ditionem Imperatoris, in quibus statutum non sit à propriis Principibus, vt seruetur. Et ratio est, quia Imperator non habet auctoritatem in totum Orbem. Quod verò in Hispania & alibi ius ciuile passim citetur, & vbi deest ius proprium, iudices se iuri ciuili conforment, id non faciunt ex obligatione legali, sed naturali, vel ex imitatione: quia ius ciuile est rationi valdè conforme, quo pacto docuit Abbas in cap. *Ecclesia S. Maria numero 10. de const.* legem imperatoriam, quando fundatur in iure naturali, posse ab Ecclesiastico iudice seruari; non ratione le-

ne legis, sed ratione naturali. Ita Salas *vbi suprà disputat. 7. sect. 9. num. 18.* & alij contra Sanchez *de matr. lib. 7. disputat. 87. numero 29 part. 5. tractat. 14. resolutione 69.* Non solum autem requiritur potestas in condendis legibus, sed etiam in dispensandis. Sed de hac re vide *v. Dispensare.*

LEX

Qualis obliget.

ITEM *debet esse iusta. Idest aqualitatē seruans.*

16 SEcunda legis conditio est, vt sit IVSTA. Ad quod primò requiritur, vt seruet æqualitatem ad ius alterius. Vnde si hæc æqualitas temporis successu deficiat, cessabit lex obligare. Et sic pandectæ antiquæ taxantes stipendia Notariis & Commissariis, modò non obligant, quia latæ fuerunt tempore, quo pecunia carior erat, & res viliores. Nec refert, quod tales iurent seruare taxas; nam iramentum exponitur quatenus iustæ sunt. Ita Sanchez *opusc. tom. 1. lib. 3. cap. 14. num. 14. P. 2. T. 17. Res. 60.*

Et in bonū finem directa nimirū in bonum cōmunitatis.

17 Requiritur etiam ad iustitiam legis, quod fiat in bonum finem, nempe in bonum communitatis. Ex defectu huius conditionis Decius, *consil. 197. num. 2.* & alij dicunt, legem Principis prohibentem venationes in suis montibus, esse iniustam. Sed quia hæ leges possunt cōcernere bonum publicum, vt nimirum venatio multiplicetur, licet Principi illas prohibere. Latius autem supremo, quàm aliis. Ita Valerus V. *Peccatum diff. 16. p. 3. T. 6. Res. 18.*

Quo fine cessante in generali, vel in particulari, cessat etiam ex in totū, vel in partem.

18 Ex dictis sequitur, quòd cessante fine legis adæquato, cessat etiam ipsa lex obligare. Et quidem, si cesset finis in vniuersum, & in omni casu, certum est, legem cessare, contra Vasquez in 1. 2. *tom. 2. disput. 163. cap. 3. num. 19.* & alios ferè omnes. Sed ego teneo cum Granado *in 1. 2. contr. 7. tractat. 3. p. 1. disp. 15. sect.* & aliis, quòd, sicut cessante fine legis in vniuersum, cessat lex totaliter; ita cessante fine adæquato legis in vno casu, cessabit obligare lex pro illo casu. Sicut enim se habet lex in vniuersali ad rationem acceptam in generali, ita lex in particulari ad rationem acceptam in casu speciali. Et ex auctoritate legis, *quæ de tota, ff. de rei vend.* tenet argumentum de toto ad partem. Deinde, quia lex non solum obligat omnes in generali, sed etiam singulos in speciali; ergo sicut deficiente fine respectu omnium, omnes ab obligatione eius soluuntur; ita deficiente respectu vnius, debet solui ille, *par. 1. tr. 10 res. 28. & p. 7. tr. 10 re.* 33. * Contrariam amplexus fuerat in *T. 8. res. 75 § Ad argumentum* †. Idem docet nouissimè Mendoza *in 2. 2. tom. 1. disp. 74. sect 3. §. 20.* nisi quòd aduertit, quòd quando lux præter finem extrinsecum & remotum habet finem intrinsecum, & per se & inde pendenter ad illum, honestum, & qui sit actus virtutis, tunc nō cessat lex in particulari, cessante solum fine extrinseco. Secus verò vbi nullus est finis intrinsecus, & lex non præcipit actum per se honestum. Igitur legem ieiunij, quæ condita est ad sedandos in homine motus turpes, non cessare in eo, qui motus turpes non patitur, quia ieiunium [independenter ab illo fine habet honestatem Temperantiæ. At vero laicum doctum cum hæretico non disputare, non est actus alicuius virtutis, vnde, cum etiam cesset in eo periculum subuersionis, ob quod in cap. *inhibemus* id laicis prohibetur, disputare potest. *p. 1. tr. 14. res. 96.*

Sicut etiā cessante in aliquo casu præsumptio ne, cessat in eo casu lex in illa præsumptione fundata. Ex quo multa inferes corol. laria.

19 Ex his sequitur primò generaliter: quod quotiescumque lex fundatur in præsumptione, non obligat in iis casibus, in quibus præsumptio deficit. Ita Homobonus *p. 1. tr. 5 c. 8. q. 53.* & alij. Vnde hæres, qui non confecit inuentariū, non tenetur in conscientia soluere legata supra vires hæreditatis. Ita Salonius *in 2. 2. q. 77. art. 3. dub. 10.* contra Molinam *tom. 1. tract 2. disp. 217. num. 12.* Item professus inualidè, qui non ratificauit professionem, reclamare potest

post

Præsertim quòd hæres in testamẽto minus solemni relictus potest hæreditatẽ retinere

post quinquennium, non obstante, Tridentino *sess. 25. c. 19.* Item Religiosus, qui alteri Religioso munera absque ambitione præberet, non violaret Bullam Clementis VIII. de largitione munerũ. Item hæres in testamento minus solemni relictus, potest sibi hæreditatem in foro conscientiæ retinere, vel compensare Ita Sayrus *lib. 3. c 7. n. 9.* Et tandem

Aduocatus esset iudex in causa, in qua fuit patronus.

aduocatus potest esse iudex pro foro cõscientiæ in causa, in qua fuit Patronus, dummodo iudicet secundùm leges, & affectionem deponat. Et ratio horũ omnium est; quia leges contrariæ his actibus fundantur in præsumptione fraudis ratificationis, ambitionis, *parte 1. tr. 10. resol. 27. & part. 3. tr. 5. resol. 56.*

Item secundũ Sãchez posse Christiani Iudæos nutrire, &c. si non patiantur periculum subuersionis,

20 Rursus, quia cap. *ad hæc, de Iudæis,* & alia iura, prohibentia famulari, nutrire, &c. Iudæos, fundatur in præsumptione periculi subuersionis, ait Sanchez *summ. tom. 1. lib. 2. cap. 31. num. 2.* illa non obligare eos, qui huic periculo non sunt expositi. Sed Mendoza in 2. 2. *disp. 70. sect. 3. numero 81.* quamuis hoc concedat quoad solam familiaritatem, in qua finis legis est solùm vitare periculum; negat tamen quoad famulatum, nutritionem, &c. quia in his non potest cessare finis prohibitionis, qui fuit tollere suspicionem fidei, & priuare Iudæos tanto honore, vt Christianorum famulatu fruantur *parte 5 tractatu 13. resol. 11*

Et non peccaret mortaliter, qui cõtra Ciuitatis statutum asportaret pecuniam, arma &c. in modica quãtitate.

21 Denique, quia lex prohibens extrahere à Ciuitate pecuniam, arma, frumenta, &c. facta est ad vitandum dãnum Reipublicæ, quod ex tali asportatione pateretur, qui paruam quantitatem talium rerum abstraheret, quæ non noceret Reipublicæ notabiliter, non peccaret mortaliter; quia cessaret in hoc finis legis. Neque dicas cum Sanchez *sum. tom. 1. lib. 1 cap. 4. num. 8.* & Merolla *tom. 1. disput. 4 cap. 3 dub. 25. num. 242.* attendendum esse detrimentum, quòd infertur, si omnes ciues eandem quantitatem asportarent, quæ esset sine dubio notabilis. Ne id inquam dicas. Nam ex hoc infert Palaus *tom. 1. tractat. 2. disput. 2. punct. 7. num. 6.* quòd si quis asportaret quantitatem, quæ in furto sufficeret ad peccatum mortale, peccaret mortaliter eo præcisè, quòd si omnes ciues tantam quantitatem extraherent, proculdubio nocerent Reipublicæ notabiliter, hoc autem est ridiculum. Ita etiam Granado in *1. 2. contr. 7. tractat. 3. parte 1. disp 4. numero 9.* Quod si quæras, quæ sit notabilis quantitas sufficiens in tali extractione ad mortale, respondet Palaus, secluſa obliuione, & regulariter loquendo, esse centum aureos in pecunia, vel mercibus, aut arma decem militum. *parte 3. tract. 6 resol. 50. & part. 5. tr. 5 resolut. 49.*

Qua regulariter sectũ dũ Palaũ est 100. aureorum in pecunia & mercibus, & arma de cẽ militum

12 *Præterea, vt lex obliget, etiam in foro interno, opus est, vt sufficienter promulgetur † Vnde qui sciret Principem cogitare de condenda lege, vel etiam condidisse, vt v. g. moneta expendatur secundùm pondus, non teneretur illam seruare priusquã promulgaretur, sed posset nihilominus de suis pecuniis aliquid emere, vel illas mutuo dare. part. 1. tractat. 10 resolutione 54* * Tenet nouissime Trullench *in decal. tom. 2. lib. 7. cap. 20. dub. 7. num 5.* ‡ Nec satis est, quod promulgetur apud paucos, sed debet sufficienter diffundi per totam communitatem. Et sic qui præsens esset, dum aliqua lex primò publicatur, non statim teneretur seruare legem, sed expectare posset, donec per totam communitatem diffundatur. Et ratio est, quia lex prius obligat communitatem quam particulares, quia prius respicit totum, in cuius bonum ordinatur, quàm partes: ergo dum non obligat totum, non obligabit partem. Ita Suarez *de leg. lib. 3. cap. 17. nu. 5 & 14.* Qui etiam aduertit, quod si cui lex modo aliquo miraculoso & naturaliter impossibili innotesceret, non statim illum obligaret *part. 3. tractat. 6. resolut. 75.*

DEBET *præterea lex esse sufficiẽter promulgata.*

Per totam cõmunitatem.

23 De legibus Pontificiis est maior difficultas, an scilicet vt obligent per totum Orbem, per totum Orbem promulgari debeant? Et quidem quoad leges irritantes contractus affirmatiuè respondendũ est ex cap. *si in adiutorium, distinct. 10.* & ex cap. *1. de nouis operis nunciat.*

Quod verũ est etiam de Papali irritante cõtractum.

nunciat. vbi habetur, tales leges non obligare nisi fiant promulgatæ in singulis prouinciis, & diœcesibus. De aliis nouis constitutionibus, in quibus contrarium non exprimitur, idem etiam sentit cum multis aliis Vvigers *in* 1.2. *quæst.* 69. *art.* 4. *à numero* 84. Primò ex iuribus citatis, propter paritatem rationis cum illis irritantibus contractum. Secundò, quia multi probabiliter docent, leges Papales non obligare, nisi post duos menses à publicatione, propter conformitatem cum iure ciuili, vt infrà dicemus: quidni ergo Pontifex conformabitur eiam iuri ciuili in hoc, quod eius leges non obligent, nisi vbi promulgantur, Tertiò, quia multi etiam probabiliter docent, vt infra dicemus, leges Papales non obligare, nisi acceptentur; ergo multò minus, si non promulgentur. Quartò, quia Ecclesiæ corpus est vastum, & per totum orbem extensum, cui proinde non potest benè innotescere per solam publicationem Romanam. Non est autem credendum, quod Papa velit obligare aliquos, quibus aliquo tandem modo in notitiam veneritnam hoc esset inducere magnam difformitatem in ratione viuendi inter fideles eiusdem prouinciæ & Ciuitatis, & iniicere scrupulos iis, qui non benè audierunt, vel non vident seruari, &c. Et tandem; quia diuersitas locorum & gentium quandoque eidem legi parere recusat: vnde æquum est, Pontificem nolle aliquam prouinciam obligare, donec Episcopus, attenta eius cum prouincia conformitate & proprietate, illam promulget, vel si ita expedit, Sanctam Sedē informet, quàm aptè conueniat. Addidit tamen hic doctor, *nisi aliter in dictis Bullis exprimatur.* Nam quamuis expediat, & propterea de Summo Pontifice æquū sit credere, quòd velit leges in singulis & prouinciis, & diœcesibus publicari: potest tamen Summus Pontifex velle fideles obligare ex quacunque priuata notitia post publicationem Romanam habita. Et disparitas de Principibus est; quia hi receperunt suam iurisdictionem à populo, qui non præsumitur dedisse illis potestatem eos obligandi per legem in vno tantùm loco promulgatam. At verò Pontifex suam iurisdictionem accipit immediatè à Deo, & nisi desint essentialia, potest nos obligare ad leges independenter à nostro consensu, & sic per quamcumque notitiam. Sed contraria sententia Vasquez *in* 1. 2. *tom.* 2. *disputat.* 165. *cap* 2. Auersæ *in* 1. 2. *quæstione* 95. *sect.* 94. & aliorum multorum, est probabilior. Et probatur; quia omnes causæ, quæ ad Romanam Curiam referuntur, deciduntur iuxta regulas Cancellariæ & alias leges, quæ Romæ solum publicatæ sunt. Et Bulla Cœnæ nusquam nisi Romæ promulgatur. Item Pius IV. in sua Bulla obligauit totum Orbem ad obseruantiam Tridentini post promulgationem Romanam. Quibus tamen argumentis respondent aduersarij, iudices Curiæ Romanæ sequi hanc secundam opinionem, & ideò iudicare secundum leges solùm Romæ publicatas: Bullam Cœnæ & alias leges contentas in Decreto non egere alia promulgatione, quia vbique ex pulpitis passim audiuntur, & è cathedris leguntur, quæ est quædam non solùm virtualis, sed etiam actualis & solemnis promulgatio. Denique quoad Concilium Tridentinum respondet Vvigers de eo aliter esse philosophandum, nam ad illud Patriarchæ & Episcopi ex toto ferè orbe conuenerant, qui decreta illius statuerunt; & de illis erant plenè instructi, ac proinde poterant in suis diœcesibus promulgare; & præterea Pius IV. in dicta Bulla studiosè mandauit, vt post Romanam promulgationem statim prælo daretur, quo commodiùs per totum orbem spargeretur, ac proinde poterat benè sperare, quod post semestre (quod spatium ad obligationem concessit) omnibus innotesceret. *part.* 1. *tract.* 10. *resolutione* 8. *part.* 4. *tractat.* 4. *resolutione* 127. *in fine, & parte* 5. *tract.* 14. *resolutione* 25.

24 Ex his infert Vvigers *in* 1.2. *quæst.* 96. *articul.* 4. *dub.* 5. *numero* 93. quòd si Papa significat, se velle ad alicuis legis obser-

De aliis verò.

Cum nihil exprimitur

Probabilius est, obligare statim post promulgationem Romanam

Quamuis teneat Vvigers, illas quoq; per totum Orbē publicari debere.

Per Episcopos.

legis obseruationem obligare, etiamsi extra Romam nõ promulgetur, Episcopi tenentur curare, vt in suis diœcesibus seruetur, & consequenter vt promulgetur. Etsi id non curent, eos, qui sciunt, non excusari ab obligatione. Quãdo verò Pontifex neque significat, neque negat, opus esse alia publicatione, & non præcipit Ordinariis, vt seruari eam faciant, nec populis prouinciarum vt seruent, probabile esse, quod Episcopi non teneantur publicare & obseruari curare nisi pro loco & tempore sperarent vtilitatem & fructum: nam mens Pontificis generalem legem præscribentis est, vt vbi cum vtilitate & fructu fieri potest, curetur obseruari, & quidem per Episcopos, quos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei. Ita ille, & ante illum Malderus *in 1.2. quæst. 90. artic. 4. dub. 3. part. 4. tract. 4. resol. 137.* & olim *part. 1. tract. 8. resol. 5.* Nota, quòd Episcopi tenentur publicare Bullam Cœnæ non solùm in Ciuitate, in qua degunt, sed etiam in tota diœcesi, si ita expedire iudicauerit. Excusantur tamen ex metu Principum graui, & non in odium fidei & Religionis incusso. Ita Sayrus *lib 3. c. 25. n. 12. part 3 tr. 1. resol. 54. §. Nota.*

Qui tenentur publicare in suis diœcesibus Bullã Cœnæ seclusо graui metu, &c.

Imò lex ciuilis nõ obligat statim ãt promulgatur, sed post duos menses.

25 Petes hic. An sicut leges ciuiles non incipiunt obligare ante duos menses à die promulgationis, ex Auth. *Vt nouæ constitutiones*, idem quoque dicendum sit de Canonicis & Pontificiis? Negatiuè respondent Suarez *de legat. lib. 3. cap. 18.* & alij: quia id in nullo iure canonico statuitur, & dictum authenticum non potest obligare Pontificem. Hæc sententia est probabilis. Sed contraria Reginaldi *tom. 1. lib 13. cap. 16. num. 152.* & aliorum est etiam probabilis. Primò, quia, vt leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita Sacri Canones Principum constitutionibus adiuuantur ex c. 1. *de nouis oper. nunciat.* Vnde, cum in iure canonico cautum non sit oppositum, dictum authenticum seruari potest. Maximè, quia vbi Pontifex vult obligare statum, solet exprimere, vt expressit in cap *cum singula, de prab. in 6.* & in *Clem. 2. de haret.* Et secundò, quia dictum tempus præscriptum est, non solùm vt ignorantes non ligentur, sed etiam vt tollantur rixæ & imparitas subditorum, quæ sequeretur, si, aliquibus legem scientibus, ac proinde ad eam obligatis, alij ignorarent & exempti essent, vt notat Becanus *part. 2. tom. 3. c. 6. conclus. 2. num 3.* Quod verò Curia Romana puniat delinquentes contra leges infrà bimestre publicatas, ideò est, quia sequitur contrariam sententiam, quo non obstante, possunt subditi sequi hanc posteriorem, cauendo à pœnis Curiæ. Nostra enim sententia procedit tantùm pro foro conscientiæ, non pro externo: Aduerte hic cum Valentia *tractat. 2. disputat. 7. quæst. 5. punct. 5* supradictam doctrinam procedere tantùm in Papa & Principibus supremis: nam leges Episcopi, & Magistratus agnoscentis superiorem, obligant statim, ac publicantur *part. 1. tr. 10. resol. 9.*

Non tamẽ de lege Episcopi & magistratus nõ supremi

25 Quartò ad obligationem legis tam ciuilis, quàm Pontificiæ, Lessius *lib 2. cap. 22 dub 13. num. 98.* Becanus *sum. part. 2 tractat. 3. cap. 6. quæst. 8. num. 2.* & alij requirunt, quòd sit populo; seu maiori illius parte acceptata, videtur enim benignæ Pontificis & principum menti conforme, vt leges promulgare faciant sub tacita conditione, si à subditis acceptentur, ne nimis onerentur. Et sic determinatum videri in l. *de quibus, ff. de legib.* ibi, *leges nulla alia ex causa nos tenent, quam quod iudicio populi receptæ sunt.* Et sic Puteanus *in 1. 2. quæst. 11. artic. 4. dub. 2.* docuit Bullam Cœnæ, vbi non est vsu recepta, non obligare. (Sed quoad Bullam Cœnæ Bonacina *in Bull. Cœn. tractat. 3. disputat. 1. quæst. 15. punct. 4. §. 5. numero 2* contrarium sentit: quia constat, mentem Pontificis esse, vt illa obliget independenter à consensu & acceptatione populi, quod patet eo, quia excludit omnem prætextum & prætensionem *part 3 tract 1. resol. 54.*) Et idem vniuersaliter de legibus Pontificiis dicendum est cum Vasquez *in 1. 2. tractat. 2 disputat. 156. cap 5. numero 36.* & aliis, & contrariam sententiam testatur Bonac.

Quartò lex ciuilis debet esse à populo acceptata.

Nõ tamen Bulla Cœnæ.

Vel alia lex Pontificia.

loc.cit. se à fide dignis audiuisse, à nonnullis Pontificibus reprobatã esse, quia Papa non habet suam potestatem dependenter à populo, vt suarum legũ valor à populi consensu petendus sit. Deinde argumentatur in vniuersũ pro omnibus; legibus Lorca *in* 1.2. *de leg. dis.* 20. Nã quiuis superior leges imponit iure prælationis, & legis obligatio oritur ex subiectione subditorum ad Principem, quod vtrumque non dependet ex volũtate populi, nã si populus posset leges respuere, non ex necessitate, sed ex volũtate pareret. Adde, quòd Princeps iustè iustam legem conderet, & populus iustè respueret, & sic daretur bellum vtrimque iustum, quod est absurdum. Et tandem non minor, sed maior est vis legis, quàm actualis præcepti; sed hoc obligat independenter à consensu eius, cui imponitur, vt certum est, ergo & illa *part.1.tr.10.resol.1.*

In dubio vtrò an alicubi lex aliqua sit vsu recepta, præsumi probabiliter, potest nõ recepta.

27 Petes primò. An in dubio, vtrum aliqua lex sit alicubi vsu recepta, præsumi debeat vsu recepta? Affirmatiuè respondet Sanchez *summ.tom.1. lib.1. cap.* 10. quia possessio stat pro lege, quam certum est esse latam; & dubitatur solùm de executione. Sed contraria sententia Mouræ *de ensalm. & incant. sect.1. cap.* 6.*n.*13. est valdè probabilis & tuta in praxi, vt eam iudicauit Palaus *tom.1. disputat.3.punct.7.num.*4. Ratio est, quia in odiosis benignior pars est amplectenda. Et possessio potius stat pro libertate subditorum, quàm pro lege; lex enim nõ possidet, nisi per acceptationem, de qua in tali casu non constat *part.1. tract.*P 10.*resol.3.* & *part 4.tract.3.resol.4.*

Caramuel *fund.19. q.1.n.*458 asserit legem acceptatam in foro externo, si nõ constet de acceptatione in foro conscientiæ, adhuc nõ obligare. Sed immeritò, quia si constet de acceptatione fori exterioris, lex manet in possessione donec aliud probetur in foro Conscientiæ *p.*11. *tr.1.res.*16.

Sed peccãt, qui primò legẽ iustam sine iusta causa non acceptant.

28 Petes secundò. An peccent subditi, legem Superioris non acceptando? Negatiuè respondet Valentia *to.*2. *disp.*7. *quæst.*5. *punct.*3. quia tenet cũm Doctoribus suprà citatis, legem non obligare ante acceptationem populi, quia nondum impleta est conditio tacita, sub qua lex conditur, id est, *si populus acceptauerit.* Et si Princeps vellet, quòd lex obligaret independenter à consensu populi, non esse validam; quia excitare posset in populo perturbationem, ex quo sequitur non esse latam in bonum publicum, nec proinde iustam. Bonacina *de leg. disputat.* 2.*quæst.*1 *punct.*4.*num.*39. qui tenet leges condi posse, vt obligent independenter à consensu populi, distinguit, & si Superior intendit obligare independenter à consensu populi, hunc non acceptando peccare, secus si non intendat obligare, nisi de consensu populi. Sed non est recedendum à communi Vvigers *in* 1.2. *quæst.*96 *art.*4.*n.*99. & aliorum DD. sententia docente, peccare subditos, qui primi legem legitimè promulgatam sine causa non recipiunt *part.*1.*tract.*10.*resol.* 2. *Edit. Lugdun. & part.*5.*tr.*14. *resolutione* 8.* retractans contrariam sententiam, quam docuerat *resolutione* 2. citat in prima editione.*

causa non acceptans.

29 Petes tertiò. An possunt subditi super aliqua lege supplicationem superiori porrigere, vt ad illam non obligentur & interim non seruare. Negatiuè respondet Vasquez *in* 1.2.*tom.*2.*quæst.* 94. *art.*3.*disput.*136.*cap.*5 *nu.*43. quia appellatio, & supplicatio nusquam concessa reperitur contra legem, sed tantum contra sententiam. Sed Salas *de leg. disputat.* 13.*sect.*4.*num.* 20. & alij communiter contrarium tenent, nam talis præsumitur benigna legislatoris intentio, vt si aliqua iusta causa suæ legi obstet, informetur, vt reuocare illam possit. Ad argumentum Vasquez respondeo, quòd licèt à lege non detur appellatio, potest tamen allegari causa & peti reformatio legum. Nota hic, quòd si superior audita vniuersitatis supplicatione non respondet, præsumitur consentire, & legem reuocare, nisi aliud constet *part.*1 *tract.* 10.*resol.*6.

Quãuis nõ peccent, si libelles supplices legis latori offerant, & interim legẽ nõ seruent.

30 Petes quartò. An si Princeps ignoret, legem à populo non recipi, ad huc lex obliget, ita vt ad non obligan-

Posteriores nõ tenentur ad legẽ

dum

non receptã etiam ignorante Principe.

dum requiratur, quòd ipse sciat, non recipi, & tamen tolleret; Ita ait Sylvester *verb. Lex, quæst 6.* Sed contrarium dicendum est quoad leges ciuiles, quæ ferri intelliguntur sub conditione, *si populus consentiat*. Quamuis in Pontificij, & præcipue in materia immunitatis, nec sufficiat Pontificis conniventia, quia Pontifices non cõsentiunt, sed sufferũt, quia non possunt commodum adhibere remedium *part. 1. tract 10. res. 4.*

Qui nõ acceptauit cũ maiori parte peccat transgrediendo.

31 Petes quintò. An si lex fuerit acceptata à maiori parte, si aliquis illam frãgeret, secluso scandalo, peccet mortaliter? Negat Caramuel in Regulam D. Bened. *disp. 52. n. 744* supponendo talem non esse ex maiori parte, quæ legem acceptauit. Sed mihi non placet, nam dato & non concesso quod obligatio legis penderet ab acceptatione populi; tamen eo ipso quod lex fuerit à maiori parte vsu recepta, obligat omnes, & singulos, vt communiter asserunt Doctores: sicut è contra si de facto maior pars populi nõ seruaret legem, poterunt alij sine peccato maiori parti conformari, & excusari, quia talem legem supponitur non esse vtilem Reipublicæ *part. 7. tr. 11. res. 23.*

Hinc infert Caramuel *in Theol. fund. 19. q. 2. n. 457.* Catholicum degentem inter hæreticos non obligari legibus Ecclesiæ; sed illatio non est magni momẽti, nam etiam communitas tota peccat, cum subiecta maneat Ecclesiæ, & nihilominus pertinaciter illius leges respuat; prorsus itaque à mente Catholicorum eliminanda sunt argumenta, quæ adducit Caramuel. *p. 11. tr. 1. res. 5.*

Deniq; lex non debet esse abrogata per contrarium vsum. Aut ignorare.

32 * Quintò, vt lex obliget, oportet, vt non sit abrogata per contrarium vsum. Nam consuetudo legem facit & destruit secundum iura. Sed de hoc vide V. *Consuetudo.*

33 Sextò, vt obliget particulares, oportet vt non ignoretur ab illis; nam ignorantia excusat ab obseruantia legis. Vide *verb. Ignorantia*.

LEX QVOMODO *Obliget.*

Lex diuina obligat regulariter pro grauitate materiæ.

34 † LEX diuina siue naturalis, siue positiua, regulariter obligat pro grauitate materiæ. Si enim materia est grauis, eius transgressio mortale peccatum est. Secus si materia est leuis, vel actus non est plenè deliberatus. De humana tam canonica, quàm ciuili aliqua sunt certa, aliqua dubia.

Per legem humanam potest homo obligari ad mortale.

35 Certum primò est, superiores, siue Ecclesiasticos, siue sæculares, posse suos subditos arctare ad legem sub pœna peccati mortalis *. Certum est secũdo, non posse Superiores, siue Ecclesiasticos, siue laicos, imponere in materia leui obligationẽ grauem, quia talis sententia esset iniqua, & iniusta. Ita Sánchez *sum. tom. lib. 1. c. 4. n. 3.* contra Sayrum *lib. 3 c. 7. n. 17* qui contrarium docet de iudice Ecclesiastico *part. 3. tract. 5. res. 24. & tract. 6. res 91. 5. Notandum est, & res. 47. vbi infra* Solus enim Deus, habet ius obligandi sub mortali in materia leui, vt probabile est obligasse prothoplastos ad non edendum bonum scientiæ. Contingere tamen potest, vt res in se leuis ex circumstantiis fiat grauis, & si admittat obligationem grauem, vt si ad seruandum silentium, v. g. vel ad vitandum aliquod periculum prohiberetur Religiosis ingressus in cellam aliorum, nam tunc materia fieret grauis, & obligatio sub mortali teneret etiam in casu particulari, quo periculum cessaret. Ita Palaus *tom. 1. tr. 3. disp 1. punct. 14 num. 13. part. 5. tr 5. res. 47.* Si tamen in materia omnino leui superior obligationem imponeret sub mortali, obligaret sub veniali Ita Suarez *de leg. c. 26. n. 6. ibid. res. 48.*

Quamuis in graui obligari possit leuiter.

36 Sed an possit superior in materia graui imponere obligationem leuẽ? Negatiuè respondet, Vasquez *in 1. 2. tom. 2. disp. 158. c. 3. n. 17* quia voluntas superioris requiritur solùm ad imponendam obligationem in genere, obligationis vero qualitas ex grauitate, vel leuitate rei

rei desumenda est. Sed ego contrarium teneo cum Lessio *lib. 2. c. 41. dub. 9. num. 96.* quia tota legis obligatio ex legislatoris voluntate dependet, ex *l. si quis nec causam, & l. non omnes ff. si certum petatur.* Ex quo sequitur, vouentem posse se obligare ad materiam grauem sub leui culpa, vt docet Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 9. n. 6.* Et Confessarium imponere posse pœnitentiam grauē sub obligatione veniali, vt docet Suar. *in 3. part. tom. 4. disp. 38. sect. 7. n. 5.* quia tota obligatio voti, & pœnitentiæ pendet ex voluntate vouentis & Confessarij *part. 3. tract. 6. resol. 91.*

37 * Tertiò, certum est, tunc legem in materia graui obligare sub mortali, quando id legislator intendit: non obligare verò, quando non intendit. ✠

Idq; si legislator intendit

38 Dubium autem est primò, vndenam colligendum sit, quando nā legislator imponere voluerit obligationem in conscientia, & qualem? ✠

Ad cognoscendū verò legislatoris intentionē. Sit regula prima.

Sit igitur regula prima. Quoties lex traditur per verbum *oportet*, aut simile, non obligat sub peccato, sed solum importat quandam cōuenientiam. Sà quoque V. *Lex, num. 6.* putat verba *iubeo* & *mando* non importare obligationē grauem. Sed contrarium tenet Vasquez *in 1. 2. disp. 158. c. 3. nu. 21.* At quid dicendum de verbis imperatiuis, *facite, cauete, soluite, abstineant omnes, nemo audeat, &c.* Castrus *de leg. pan. lib. 1. cap. 5. docum. 4.* docēt, non cōtinere præceptum. Sà *vbi sup.* obligare sub veniali. Sanchez verò *sum. tom. 2. lib. 6. c. 4. num. 39.* standum esse consuetudini Religionis, & vbi de ea nō constat, attendendam esse materiæ grauitatem & necessitatem, & quidem decreta Pontificum & Consiliorum ferè semper censenda esse præceptiua, vt cap. 5 & 7. *sess. 13.* Tridentini, & Bullam Clementis VIII. prohibentem Superioribus Regularium, ne vnquam ad externam gubernationem notitia Confessionis veniant *p. 3. tr. 6. resolutione 74.*

Secunda.

39 Secunda Regula. Siue lex ciuilis sit purè pœnalis, vt si dicat: *qui arma portauerit, habeat talem pœnam*, siue purè præceptiua, quæ aliquid fieri iubet, vel prohibet simpliciter, siue mista, quæ & præcipit, aut prohibet, & addit pœnam, dum materia est grauis, & serio conditur verbis imperatiuis, obligat in conscientia. Et ratio est, quia in pœnalibus puris & mistis, de quibus est difficultas, est maior ratio, nā vehementior cōspicitur voluntas legislatoris, dum aliquid præcipit, aut prohibet sub pœna; omnis enim pœna supponit culpā, alioqui tota vis legū humanarum periret, quia vt plurimum sunt pœnales. Et tandē, quia quando legislator non vult in aliquo casu obligare ad culpā, id solet exprimere. Ita Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 8. num. 59.* & alij contra Nauarrum *Man. cap. 23. num. 55.* Quanta verò sit obligatio legis pœnalis ex grauitate pœnæ colligendū est. Vnde lex prohibens ferre sclopetum, vulgo *schiopettoni*, obligat sub peccato mortali, quia imponit pœnam capitis. Ità docet Lorca. Sed Reginaldus *to 1. lib. 15 c. 6. sect. 5 nu. 50.* & alij probabiliter docent, legem pœnalem puram, vel mistā non obligare ad culpam, nisi alias res præcepta sit iure naturali, aut diuino. Etiamsi imponat pœnā mortis, vel amissionis omnium bonorum, quia legislator, qui potest obligare ad pœnā temporalem & æternam, dum meminit solius temporalis, non videtur velle obligare ad æternam, lex enim interpretari debet de minori pœna, cap. *in pœnis. 49. de reg. iur. in 6.* Adde, quòd Principes nunquam declararunt, suam intentionem esse obligare ad culpam, neque id consuetudo declarauit: quia hæc potius interpreatur leges pœnales non obligare ad culpam. Igitur probabile est, ferentem sclopetū non peccare mortaliter. *part. 1. tract. 10. res. 17. 18. & 20. & recitatiuè part. 5. tract. 9 res. 21. in fine.* Et probabile quoque est ex hoc capite fraudantes vectigalia iusta non peccare, nec ad restitutionem teneri, vt diximus *verb. Gabellas num. 17.*

Tertia.

40 Tertia regula. Quoties verba legis intelligi possunt de obligatione veniali, non debent extendi ad mortalem; quia pœnæ semper benignè sunt interpretandæ ex *l. interpretatione. ff. de pœnis.*

Ita-

Ita Sayrus *part.3 tract.6.resp.74.§.Notandum est etiam.* Vnde in dubio, an lex obliget sub mortali, an verò sub veniali, probabile est, obligare solum sub veniali, vt docet Molina *tom.3.disp.974.nu.6. & 7.p.1 tr.10.resp.25.*

Quarta. 41 Quarta regula. Lex Ecclesiastica lata sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ, obligat sub mortali ita DD. communiter. Qui idē docent, quando imponitur pœna suspensionis, interdicti, vel irregularitatis Sed Valentia *tom 2 disp.7.quæst.5 punct 9.§.13.* id negat: quia hæ pœnæ incurruntur per solam culpam venialem *p.1.t.10 resp.25.*

42 Quid dicendum de pœna excommunicationis comminatoriæ; de pœna privationis officii, & vocis activæ, & passivæ: Circa primum Caietanus & Navarrus apud Ioannem Henriquez *in cōp. cap. 10.n.33.* tenent, obligare ad mortale. Ipse tamen Henriquez negativā sententiam tenet cum Valentia *vbi jup.* seclusis duobus casibus. Primus est, quando materia est gravis. Secundus, quando mādatum sub excommunicatione multiplicatum iterum ob pertinaciam imponitur, etiamsi materia non sit admodum gravis: quia fit gravis, quando multoties præcipitur. *Ibid. & part.5. tr.9 resp. 21.* Circa secundum, multi docuerunt, non obligare sub mortali, idque specialiter docebant de decreto Cardinalium, prohibente Religiosis colloquia cum Monialibus. Sed Sacra Congregatio cōtrarium declaravit *die 1. Iulii 1606. part.1. tr.10 resp.22.* Quando pœna excommunicationis ferenda est sine præviamonitione sufficiente; lex obligat ad mortale, sed si requirat monitionem, tunc excommunicatio ferenda post talem monitionem, non est signum sufficiens, quod obligat ad mortale, & sic de dispensatione totali, vel partiali, de functione magni momēti, ita etiā de interdicto totali magni momenti, & eadē est ratio de irregularitate, vnde peccasse mortaliter quoscūq; Clericos sacris initiatos, beneficiarios, & religiosos assistentes agitationi taurorum contra Bullas Pii V. Gregorii XIII. Clementis VIII, prohibitas sub pœna excommunicationis. Araujo *p.9.tr.6 resp.3.*

Et quinta. 43 Quinta regula, Pœnam in lege imposita nemo tenetur in conscientia subire ante iudicis sententiam. Vide *verb. Pœna à n.2.* Sed an idem dicendum sit de pœnis conventionalibus & pœnis quæ in testamento apponuntur? Quoad conventionales; respondeo affirmativè cum Lessio *lib.2.c.20.dub.15.n.136.* contra Molinam *tom.2.tr.2.disp.317.n.3.* nimirum, non deberi ante sententiam iudicis. Quoad pœnas verò testamentarias, vt si quis relinquat legatum vxori *si castè viuat, &c.* negativè, nam hæ pœnæ potius dicuntur conditiones legati, quam pœnæ. Vnde fœmina huiusmodi, turpiter vitam traducens, non posset sibi in conscientia retinere legatum. *p.1. tr.10.resp.23.§.Ideo,* in fine, *&* §. *Secundò.* ✠ Et de pœna conventionali probabilem hanc sententiam iudicaverat. *tr.8. resp.29 & 43.* in fine ✠.

Regulæ Cancellariæ non obligant in conscientia. 44 Petes vlteriùs primò. An Regulæ Cancellarii obligent in foro conscientiæ? Negativè respondeo cum Valero V. *Donatio. diff.6 num.2.* quia tales Regulæ sunt tantum pro foro exteriori, sunt enim iudiciales. Vnde donatio inter vivos facta per Episcopum infrà viginti dies ante eius obitum in foro conscientiæ est valida, quamuis in dictis & Regulis reprobetur & declaretur irrita *p.1. tr.10.resp.41.*

Et idem probabiliter dici potest de Bulla Sixti V. contra Astrologos. 45 Petes secundò. An Bulla Sixti V. contra Astrologos iudiciarios obliget in conscientia? Affirmativè respōdent Sānchez *sum.to.1 lib.1. c.38 n.24.* & alii. Sed contraria sententia Naldi V. *Astrologus, n.4.* est etiam probabilis. Vnde, quidquid Astrologis prædicere licebat ante dictam Bullam in foro conscientiæ licet etiam tunc. Sed de hac re vide Delrium *disq. lib.4.c.3.quæst.1.conc.2.* Certè ipse non damnarem Astrologum, qui futura contingentia ex levi coniectura, quæ haberi potest per astra prædiceret. Posset tamen ab Inquisitore puniri. Vide etiam Filliucium *tom.2.tract.24.c.4 nu. 84.p.2.tr.15 resp.38.*

LEX QVOMODO *Interpretanda.*

Lex gratiosa ampliãda, pœnalis restringẽda.

46 ✠ INter alias iuris regulas circa legum interpretationes, solẽnis est illa, quòd *gratiosa sunt ampliãda, & odiosa restringenda* ✠ Vnde in legibus pœnalibus nõ fit extensio de casu in casum non expressum propter paritatem rationis, imò nec si in hoc vigeat maior ratio. Ita Portell. *add. ad dub. Reg. v. lex. n.* 13 & alii. Ex quo principio multi casus decidendi sunt.

Et sic in pœnalibus non fit extensio, etiã vbi maior ratio militat.

47 Et primò ante Bullam Gregorii XV. non erat denunciandus Cõfessarius solicitans in confessione puerum; quia præcedentes Bullæ latæ erant contra solicitantes fœminas. Secundò Clericus abutẽs fœmina, aut bestialitatem committens, non incurrit pœnas Pii V. contra Clericos sodomitas, quia nõ est proprièsodomita. Ita Barbola *collect. tom. 2. lib. 5. tit. 31. c. 4. n.* 10. Tertiò fœmina sæcularis nubens Religioso professo non incurrit excommunicationem latam *in Clem. un. de consangu. & affin.* contra Moniales professas nubẽtes, & illas in vxores ducentes, & professos matrimonium ineuntes. Ita Caietanus *in sum. v. excommunicatio, c.* 47. Quartò docet Sanchez *sum. tom. 1. lib. 4. c. 4. n.* 3. cogentes viros Religionem ingredi: non incurrere excommunicationem Tridentini *sess. 25. c. 3.* cõtra cogentes fœminas ingredi monasteria. Quintò. Religiosus ministrans Baptismum, vel Pœnitentiam sine licẽtia Parochi, non incurrit pœnas *Clem. 1. de privilegijs*; latas contra Religiosos ministrantes Eucharistiam, Matrimoniũ, & Extremam Vnctionem. Ita Glossa *in Clem. 1. de privil.* Sextò. Glossa *in Clem. 1. de decimis*, asserit, constitutionem, qua punitur Religiosus fraudans decimas Ecclesiæ, non extendi ad Clericos sæculares idem facientes. Septimò. excommunicationem Gregorii XIII. contra ingredientes in Monasteria Monialium prætextu licentiarum, non incurrunt ingredientes sine prætextu licentiæ. Ita Suarez *de cens. disput. 22. sect. 6. num. 11. p. 1. tract. 10. resol. 16. & part. 2. tractat. 17. resolut. 66.* Octavò, lex imponens pœnam privationis vocis, intelligenda est tantum de activa, quæ est propriè & principaliter vox; nam passiva non est vera vox. Ita Palaus *tom. 2. tract. 13. disputat. 6. punct. 6. num. 15.* contra Lessium *lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 105. part. 3. tractat. 13. resolut. 91.* Nonò, *cap. ad hæc, de Iudæis*, in quo prohibetur Christianis famulari & nutrire Iudæos, &c. non est extendenda ad Saracenos, & Paganos. Ita Hurtadus *in 2. 2. disputat. 76. sect. 3. num. 81.* contra Suarez *de fide disput. 18. sect. 6. num. 6. part. 3. tractat. 13. resolut. 11.* §. *Notandum est.* Decimò, lex quæ interpretari potest de obligatione veniali, non est extendenda ad mortalem, vt supra diximus.

In dubio non datur locus epycheiæ.

48 Petes hic, an in casu dubio detur locus epycheiæ, seu æquitati? Negativè respondeo cum Sancio *select. disput. 43. n.* 8. Nam, cùm epycheia sit virtus, non debet spoliare legem sua possessione propter dubium: iniustum enim esset, ius dubium præferri iuri certo. Igitur in dubiis consulendus est superior, an in lege voluerit casum, de quo est dubium comprehendere. Et si dubium est de potestate superioris, pro illa iudicandum est, non contra illam. Hanc sententiam Palaus *tom. 1. disputat. 3. punct. 1. num. 4.* docet etiam in casu vrgenti, in quo superior consuli non potest. Limitat autem Suarez *de leg. lib. 6 cap. 8. num. 12* nisi lex alteri legi graviori adversari dubitetur: nam tunc liceret exequi graviorem, altera omissa. Sed hæc limitatio displicet Palao. Sylvester V. *Papa quæst. 6. dist. 2.* & alii limitant, quando non vrget necessitas operandi cum illo dubio, vel quando dubium est completè practicum: nam si dubium est speculativum, & incompletè practicum, licet operari cum illo, sicut quando dubito rationabiliter, an superior velit me obligare, sequi possum partem minus tutam ad vitandum notabile incommodum. Ita etiam Henriquez *lib. 14. cap. 3. num. 3 gloss.*

gloss. litt X. quos Doctores non solùm de formidine, sed etiam de dubio æquilibri loqui, benè probat Palaus *part.3 tract.4. resolut 22.& 23.* Lex non censetur irritans, per hoc solùm quod dicat non non posse *part.10 tr.12.res.7.*

LEX RESERVATIONIS.

1 LEgem reservantem casus non se extendi ad peccata commissa, & non confessa ante reservationem censuit Pasqualig *in quæst can.2 con.2 quæst. 166.n 2.* Quod probatur, ex ipso, à paritate aliarum legum. Lex enim de novo aliquid disponens non respicit præterita, sed futura, & ideò, qui non habent causam novam, sed antiquam, non iudicandi sunt secundum legem novam, sed secundum antiquam. Ac proinde *Rota decis.818.num.2 part.3 diver.* dixit legem subsequentem non se extendere ad præsentia, quæ sunt connexa cum præteritis. Ergo neque reservatio extenditur ad absolutionem à solo peccato, quia quamvis absolutio sit præsens, respicit peccata præterita, tunc à reservatione libera. Contraria sententia est communis Doctorum, & conformis praxi confessariorum. Tenent eam Floronus, Vgolinus, Naldus, & Bordonus à me citati *part 8.tractat.8 resolut.70.* Ratio est, quia quamuis reservatio non impediat peccata iam commissa, quia iam sunt commissa, poterit deterrere ab eis iterum committendis per correptionem, & pœnitentiam à superiori imponendam, qui fuit finis intentus à Trid. *sess.14.cap.7.* Neque in omnibus hæc lex reservationis æquiparatur cæteris: nam quamuis ignoretur peccatum esse reservatum, dum committitur, postea notitia habita, subiacet reservationi, quoad absolutio-

nem. *part.10.tract.15. resolut.39.*

LEX ANNVLLANS ACTVM.

1 NOn semper lex prohibens actū, annullat illum. Probatur, quia prohibitio actus, & annullatio illius sūt diversi effectus legis non necessariò cōnexi. Probatur exemplis: Ex rei natura, qui vouit Deo castitatem, prohibetur matrimonium inire, & tamen si votum est simplex, matrimonium initum tenet. Vlterius, actum irritari est gravamen, ergo clarè debet apponi. Doctores pro hac sententia sunt vsque ad satietatem. Non facilè assignatur regula ad dignoscendum actum esse irritum, quando expressè in lege non dicitur. Vide Vasquez *in 1.2.D.Thom. tom.2.disputat.16. cap.3.* & Suarez, *lib.5.de legibus cap.47* Alii hoc cognoscunt ex consuetudine, & ex communi illius intelligentia ita legem explicante. Ita Præpositus *in part.2.* D.Thom. *quæst.95.disputat.3. num.53.* Qui etiam docet actum non irritari, quando lex prohibens apponit aliam pœnā, eo quod legislator videatur contentus illa pœna, quin insuper irritatio addatur *p.10 tr.12.res 6.*

LOCARE.

1 ✠ LOcare est, rem alteri sumpto pretio concedere vtendam. Et, qui dato pretio rem alienam vtendam recipit, dicitur conductor, qui vtendam dat, locator. Circa locationem pauca dicenda sunt ✠ *Quid locare? Quid conductor? & locator?*

2 Et primò, Navarrus *Manual.cap.17 numero 195* putavit, non esse licitum locare domum meretrici absque iusta aliqua & vrgenti causa: quia hoc est ministrare materiam ad abusum contra castitatem. Limitat hoc Mendoza *in 1.2. disputat.173.sect.30 §.394.* in casu, quo domus alteri locari potest: nam vnusquisque tenetur vitare actus turpes suæ domi exercendos, quoties absque in-

com-

An liceat locare domum meretrici & vsurario? Navarrus negat.

commodo potest. Immò si fœmina prudenter existimetur alibi honestè victura, amittendum esse lucrum, & domum vacuam relinquendam. Valentia *tom.3. disput.5.quæst.31 punct.4.* & Salonius *in 2.2.quæst 77.art.4 controv.6 post 4.concl. coroll.3.* dicunt locari posse, etiamsi alteri locari commodè posset. Nisi loci circumstantia daturæ foret occasionem pluries peccandi, aut nisi vicinia meretricis fœminis honestis multum noceret: nam in tali casu, si potest alteri æquali pretio locari, locari non debere meretrici; si verò non potest, posse. Et ratio est, quia locatio domus est nimis remota à peccato, ac proinde, si alia circumstantia non accedat, non est cooperatio peccato alterius, ac proinde illicita. Quæ omnia procedunt etiam pro usurario publico *part.5.tract 7. res.26.* & obiter olim *part.1.tr.8 res 41.* in fine. & *part.3 tract.5.res.36.§.Item deducitur, & tract.6.res.45.* in fine. An verò liceat exponere domum ludo, Vide *verb ludus, n.4.* Adde, quod si quis peteret à amico domum ad meretricandum, quam si ille denegaret, gravissimum damnum illi obtingeret, posse illam concedere: quia commodare cubiculum non est malum intrinsecè, sed ex prava solum voluntate ordinatur ad malum. Ita Marullus *t.1 disp.2.c.4.dub.10.coroll 4.n.259 res 45.cit.*

Valentia cum certis limitationibus affirmat.

Et jane ad vitandum magnum incommodum commodari potest cubiculum ad meretricandum.

Domus autem meretrici locari potest carius, quam cæteris.

3 Petes. An domum meretrici liceat carius locare, quàm aliis? Negativè respondet Navarrus *sum.c.17.nu.195.§. respondimus*: quia hoc videtur participium lucri provenientes ex peccato. Sed ego contrarium sentio: nam sicut locare domũ meretrici, & pretium etiam turpiter acquisitum recipere, non est illicitum; ita nec illicitum est recipere maius pretium. Nam recipitur ob domum locatam non ob turpitudinem. Addo id fieri posse ratione lucri cessantis, nam domus locata meretrici vilescit, & sic postea minoris conducitur. *p.5.tr.7.res.26. §.Nota tamen.*

Locans agrum ad aliquot an-

4 Secundò, locans agrum alicui ad aliquos annos pretio singulis annis taxato, si contingat sterilitas agri fortuita ex insolito calore, tempestate, locustis & similibus, seclusa negligentia culturæ, & debilitate terræ, ita vt ex tribus partibus colligi solitis, colligantur vix duæ, & hoc damnum non compensetur abundantiori anni præcedentis, vel subsequentis collectione, tenetur illi aliquid pretii remittere ad arbitrium boni viri. Sicut hic, si contingat fertilitas fortuita, tenetur soluere aliquid plus. Ita Cruz *part.1.pr.7 quæst.7.art.6 dub.3.conc.* 1. Sed quid, quando conductor renunciasset omni casui fortuito, etiam rarissimè evenienti? Respondeo; in foro fori hic tenetur soluere totam & integram pensionem, *l.licet C. de locato.* in foro autem conscientiæ, si non constat in contractu renuntiare voluisse omnibus casibus fortuitis solitis, tenetur locator partem pensionis dimittere: quia non præsumitur renunciasse, nisi casibus fortuitis ordinariis. Secus si secus Ita Villalobos *to.2 tr.15.diff 6.num.6 p.3.tra 6. res.17.*

nos certo pretio, in anno insolitæ sterilitatis tenetur remittere partẽ pretii.

Et conductor in anno magnæ sterilitatis solvere aliquid plus.

Quid si hic renunciavit omnia casui fortuito.

5 Tertiò, An sit licitus contractus aromatarii locantis omnia vasa & medicamenta suæ tabernæ ad decem annos certo pretio æstimata, & post decẽ annos reddenda etiam æstimata; cũ pacto, vt singulis annis conductor soluat decẽ pro centenario pretii æstimati? Negativè respondet Megala *cons.85.* quia conductor præter naturam conductionis obligatur ad subeunda omnia pericula rei locatæ, quod gravamen deberet saltem compensari, diminuendo pensionem. At Cavalcanus *part.2.decis.13.n.66.* licitum esse inquit, & sic decisum esse Papiæ, & Mediolani anno 1582. Et rationem assignat, quia talis contractus non desinit esse locatio: ergo non potest esse usurarius, cum usura contingat solũ in mutuo reali, aut virtuali. Probatur antecedens: quia quamuis in eo periculũ rei locatæ, quod ex natura locationis manere debet penes locatorem, superimponatur conductori: sic tamen actũ est inter contrahentes. Qua etiam ratione, depositũ factũ de pecunia numerata, & non consignata in sacculo, nõ desinit esse depositũ, licet dominium talis pecu-

An liceat locare ad decennium tabernam aromatarii æstimãdam in Assignatione & receptione, pretio decem pro centenario? Megala negat. Cavalcanus affirmat.

pecuniæ transierit in depositarium ex *l. Lucius, & l. dies sponsaliorum, §. qui pecunia. ff. depos.* quod est contra naturam depositi, *p. 1. tr. 8. res. 89.*

Redditus Cancellariæ Episcopalis locati non possunt, sed debent exerceri per ministros Episcopi. Quemadmodum etiam emolumenta tempore vacationis sedis Episcopalis provenientia ex iurisdictione, & sigillo, aut vndequaque. *p. 10. tr. 16. res 51.*

LVDVS.

Ludus quid? Et quotuplex?

1 LVdus est contractus quidam inter duos, aut plures dandi rem propositam victori? Alius est merè fortuitus, alius merè ingeniosus, alius mistus. Merè fortuitus est omnibus prohibitus, Clericis quidē in iure Canonico, *cap. Clericus 2. & Auth. de sanctis Episc. §. Interdicimus, de vita, & honest. Cleric.* Laicus verò in iure Cæsareo *Alearum vsus, de relig. sol. ff. de aleat.*

Fortuitus prohibetur omnibus.

Clericis quidem, in sacris, aut beneficiariis.

2 Sed adverte, quod iura præcitata de Clericis non comprehendunt Clericos in minoribus, sed tantum constitutos in sacris, vel beneficiarios. Ita Sanchez *opusc. to. primo c. octavo dub. 28. nu. 8.* contra Alcozer *tr. de ludo c. 11.* Putat tamen Sanchez contra Salas *de ludo, dubio 24. num. tertio.* Comprehendere Religiosos etiam non Clericos, quia ludi aleæ, & taxillorum, de quibus loquimur, sunt statui Religioso valde indecentes. Verùm cùm communi, & probabiliori sententia addit, Clericum prohibitis his ludis semel, aut iterum sine scandalo ludentem, non peccare mortaliter, secus verò si sæpè, etiamsi luderet recreationis causa, quia Canones id illi prohibēt sub gravibus pœnis. At Sylvester Verbo *Ludus quæst 4.* & D. Antoninus *p. 1. tit. 1. c. 23. §. 2.* docent, nec esse mortale tales ludos frequentare, & notabilem summā ludere: quia consuetudo licet aggraver peccatum, non tamen mutat de veniali in mortale. Et Caietanus Verb. *Clericorum peccata*, docet absolutè, ex vi iuris positivi, Clericos non peccare ludendo ludis prohibitis *part. 4. tractat. 4 res. 183.* Ego quidem cum Amico *tom. quinto de iustitia, disp. 28 sectio. 1. num. 10.* pro certo habeo ludum Clericorum, in quo lucrum est moderatum, si exposita pecunia non excedat moderatam quantitatem, considerata qualitate, & facultate personæ ludentis censeri posse licitum, assumptum præcipuè pro recreatione animi. *p. 7. tr. 9. res. 3.*

Et Religiosis.

Sed frequens.

Religiosi verò cum distinctione.

3 De Religiosis autem est distinguendum cum Dicastillo *de iustitia libro secundo tract. 18. disp. secunda, dub. 2. n. 21.* Illæ enim Religiones, in quibus maximè viget Regularis observantia adeò abhorrent à ludis vetitis, alearum præcipuè, chartarum, & taxillorum, vt ne nomen quidem ludi soleat permitti. Quare si quis auderet in huiusmodi Religionem tales ludos inducere, ludens ipse, aliis exemplum præbens, & superiores id scientes, & non impedientes, nedū conniventes, vix, immò nevix quidem à peccato mortali excusarentur. In aliis autem Religionibus, in quibus eiusmodi ludi iam vsu recepti videntur, & permissi, non erit peccatum mortale illis ludere, etiamsi ludentes lucrum intendant moderatum; dummodo Religiosus eam solùm pecuniam exponat, quam liberè potest in sui commodum, vel recreationem expendere *p. 7. tr. 9 res. 4.*

Laici verò ludum frequantantes ex vi legis non peccant.

4 Quoad laicos etiam, ex vi legum, & seclusis circumstantiis, dicendum est, non peccare mortaliter, ludendo a deis, & taxillis, quia ludus de iure naturæ non est prohibitus nec per se destinatus ad vsum pravæ actionis, vt docet Molina *de iustitia, tractat. secundo, disputatio. 51.* contra Scacciam *de commerc. §. primo, quæstio. 1. num. 104.* Iura verò positiva supra citata abrogata sunt per contrariam consuetudinem, vt docet Salas *de ludo, dub. 3. n. quinto.* Cæterum, quia qui ludunt, aut sunt minores, aut blasphemant, aut dilapidant bona, & vxorum ornamenta amittunt, aut vendunt vili pretio, aut pejerant, aut furantur, ferè semper hi ludi sunt peccatum mortale. Ita Bellochius *part. 1. quæst. 4. à n 492*

Potest verò peccare mortaliter, ratione circumstantiarū.

& alii. *part. 2. tract. 15. resol. 65. & part. 7. tr. 9. res. 2.*

Ludentes cum intentione lucrandi magnam quantitatem non nō peccant mortaliter nec venialiter.

5 Qui verò ludit cum intentione lucrandi magnam quantitatem, non est dicendus peccare mortaliter, nec venialiter. Quamuis enim Ricardus *in 4. dist. 18. art. 6. quæst fin.* & alii docuerint peccare mortaliter, hac præcipuè ratione, quia ludus, animo lucrādi exercitus, est contra decimum Decalogi præceptum: *Non concupisces rem proximi tui*, & Navar. *in Manuel cap. 19. vel. 20 n. 3. & 8.* cum aliis asserat peccare venialiter, tamen utrisque adversatur, & rationes confutat Lugo *de iust. tom 2. disp. 31 sect. 1. num 3.* & alii. Et adillorum fundamentum respōdet, in decimo Decalogi præcepto prohiberi concupiscentiam rei alienæ per media illicita, puta per furtum, rapinā, fraudem, aliove modo iniusto, cuius actus exterior septimo præcepto eiusdē Decalogi fuerat prohibitus: non autem prohiberi concupiscentiam medio, ac via iusta *part. 7 tract. 9. res. 1.* Nec qui perdit magnam quantitatem peccat, dummodo nulli præiudicet. Secus autem si id fieret cum detrimento notabili filiorum, & vxoris, subtrahendo eis alimēta debita, vel ob hoc fit impotens ad solvendum debita. Item mortale erit, si est causa propter ludum, vt exponantur filiæ, vel vxor periculo amittendi pudorem, vel soleat admiscere fraudes in ludo, vel peierare, vel blasphemare, dū malè cedit alea, vel odio prosequi, & iniuriis afficere lucrantem: vnde huiusmodi nō sunt absolvendi, nisi desistant. Non tamen ob id, qui lucratus est, tenetur restituere perdenti, n si alia circumstātia concurrat reddens ludum iniustū. Sanchez *in opusc tom 1. lib 1. c. 8. dub. 14. nu 7. & seqq ibid res 37.*

Nec qui illum perdit, nisi quibusdam concurrentibus.

Et tunc nō absoluendi, nisi desistant.

Ludere orationem Angelicam, Psalmos, &c. non est illicitum.

6 Ludere orationem Angelicam, Psalmos &c. non est illicitum, nec vlla apparet irreverentia, si reverenter dicantur, cum teste Apostolo, vbique orare liceat; nec quod pro præmio huiusmodi preces proponantur, in ludo præsertim licito, & honesto, vlla simonia subesse videtur. Et hanc sententiam docet Sanchez *citatus numer. 15.* contra Lopez *in instruct p. 2. c. 32. in fine, part. 7. tr. 9. res. 41.*

Possunt ludere primo Clerici.

7 Quis possit ludere? Respondeo Primò: Clerici possunt ludendo expendere bona patrimonialia, & acquisita per testamentum, aut donationem, & quæ habent tanquam stipendium officii alicuius, vt ex officio docendi Grammaticā, aut quia est advocatus, sacrista, aut pulsat organa, aut cantat, aut propter similia: hæc enim omnia pro labore dantur sive clericis, sive laicis Ita Maior *in dist. 24 quæst 17.* Item possunt liberè disponere, ac proinde ludo insumere distributiones, quæ dantur clericis quotidie propter assistendum divinis officiis Itē de eleemosynis pro Missis, atque officiis Defūctorū: & de fructibus Capellaniarum, & Anniversariorum. Item de fructibus beneficiorum, & de bonis remanentibus ex illis fructibus: nam etiam post congruam sustentationem Clerici sunt verè illorum Domini. Vnde lucrantes ab eis non tenentur restituere, licèt fortè Clerici ludo insumentes talia bona, peccent mortaliter. Est communis. *p. 7. t. 9 res. 16.*

Equites Hierosolymitani, & alii ordinū militariū.

8 Secundò. Equites Hierosolymitani, & alii Religiosi Ordinum Militariū, probabilius est posse aliquid ludo exponere, cum sint verè domini suorum bonorum, & antiquissima consuetudo ita interpretata sit eorum paupertatem. Ita Dicastillus *de iust. lib 1. tract 18. disput. 5. dub. 8. num. 55.* Contrarium tamen est etiam probabile quod docuit Sanchez *lib. 7. Moral cap. 8. nu 29. parte 2. tract. 15. res. 154. & p. 7. tr. 9. res. 17.*

Religiosi quando possint, vel non.

9 Tertiò: Regularis non habet ius exponendi aliquid ludo prohibito, aut indecenti Religioso, qualis est ludus alearum. Si tamen ludus sit licitus, & honestus tūc potest exponere ludo aliquid modicum (dico modicum, quia vt ludat in magna quantitate non præsumitur voluntas Prælati:) reficiendi animum gratia Quod si Religiosus, ex portione sibi destinata ad sustentationem, aliquid subtrahit, parcè vivendo, potest tunc tuta conscientia illud exponere ludo, dummodo sit licitus, & honestus. Et hæc

hæc omnia docet Faustus *in spec. Confess. disp. 32. quæst. 21. num. 3. & seq.* cui adhæret Dicastillus *de iust. lib. 2. tract. 18 disp. 4 dub. 6 num. 38.* cum hac tamen limitatione, nisi expresè à suo superiore, vel constitutionibus suæ Religionis interdictus sit quilibet ludus. Notandum porrò Lessium *lib. 2. cap. 26. dub. 5. nu. 36.* docere, posse Religiosum validè lucrari, & perdere notabilem summam, cum expressa superioris licentia, licet peccatum mortale sit. Cuius sententiam amplectitur etiam Amicus *tom 5. de iust. disp 28 sect 4. n. 35.* Sed contra Lessium insurgit Dicastillus *loco cit.* citans Sanchez *p 7 tr. 9. res 14.*

Cum licentia superioris potest exponere ludo magnam quantitatem.

10 Quæres. An si Religiosus habuerit generalem licentiam expendendi aliquam quantitatem, possit validè illam ludo exponere? Negativè respondent communiter Doctores. Quorum opinio licet sit probabilior, & sequenda, ego tamen etiam contrariam probabilem existimo, quam docet Medina *in summa lib. 1. c. 14. § 29.* & alii *part. 2. tr. 15. res 54 & p. 3. tract. 2. res 65 & par. 7. tra. 9. res. 15.*

Filius familias de quibus ludere possit.

11 Quartò: Filius familias potest ludo exponere ea, quæ ex suo labore, & industria, aut sine vitio acquirit extra domũ Patris constitutus. Item existens in domo paterna, si quid amplius suo labore, opera, vel ministerio acquirit quã expendat pater in alendo. Præterea, filius familias, cui pater in curia Principis, vel in scholis studio literario vacanti alimenta exhibet, potest particulam aliquam suæ sustentationi destinatam ludo insumere, nempè quatuor, vel quinque pro centenario. Insuper, quãdo pater filio certam pecuniæ summam tradidit, vt ea se aleat, si filius parcè vivendo aliquid ex ea summa sibi reservet, licitè potest illud ludo exponere. Postremò, quando pater filio suo in scholis, vel in curia Regia commoranti pro sua sustẽtatione mittit nonaginta, sciens ei sufficere octuaginta, tunc filius parce viuẽdo exponere potest ludo, non solum id quod sibi subtrahit, verum etiam alia decem Hurtadus *de iust. d. p. 8. diff 8.* Nota tamen cum Dicastillo *de iust. lib. 2 t. 18 disp. 4 dub 2. num. 7.* quod de pecuniis missis à patre filio existenti in scholis, si filius familias magnam quantitatem in ludo exponat, ita tamen, vt ex reliquo sustententur, nihil amplius à Patre ad sui sustentationem exigens, peccabit quidem, non tamen manebit obligatus ad restitutionem: neque etiam ille, qui ab ipso lucratus est *parte 7. tract. 9. resolu. 5.*

Etiam invito patre.

12 Quod si constet patrem nolle filium aliquid ludere, & vt ab illo lucrantes restituãt: poterit nihilominus filius, quod eius ætas, & personæ qualitas postulat ludere, & ii, qui lucrati fuerint, ad restitutionem non tenebuntur. Ita Salas *tract. de ludo dub. 10. num. 1.* quæ secundum eundem *dub. 11* procedunt etiamsi filius existat in domo patris *ibidem. resolut 6.* Immò si filius, qui potest v. g. perdere decem aureos, succesivè ludere tur quinquaginta, licet de subtilitate iuris non possit ludere totum quod lucratus est, quia filius familias patri acquirit, si tamen ludat cum eo, à quo lucratus est, & perdat, de æquitate conscientiæ, potest alter cõpensare id quod perdiderat, & sic non tenetur restituere hoc quod lucratus est. Ratio, quia æquitati rationis innititur, quod si patri filius acquirit in ludo, quod etiamsi totidem perdiderit cum eo, à quo lucratus fuerat eius collusor, possit cum hoc vltimo lucro sibi compensare totidem quæ perdiderat: ex æquitate enim naturali Pater, qui sensit hoc commodum, debet sentire hoc onus. Immò videtur, quod filius familias possit cum quocunque voluerit ludere, & perdere totam illam quantitatem, quam ludo lucratus est semel cum eo, quod ipse poterat alias ludere: cum hæc videatur esse voluntas interpretativa Patris, quando enim concesit tacitè, vel expresè filio facultatem aliquid ludendi, videtur tacito consensu dare illi facultatem ad ludendum totum lucrum. Sanchez *in opusc tom 1. lib 1 capite 8 dub 8 numero 2. & 3 part. 1 tractat 8. resolutione 67. § Nota, & part 7 tract 9 resol 7. & 9.*

Et eam quantitatem totã, quam lucratus est, sive cum eodem collusore.

Sive cum alio.

Et si lucretur eum pecuniis, quas non potest alienare, non tenetur restituere.

Nec obligaremad restitutionem filium familias, si nollet, quando ludens cum pecunia Patris, quam non potest alienare lucraretur magnam quantitatem: quia in tali casu probabiliter defendi potest, admiscere donationem, vt communiter asserunt Doctores de eo, qui agnoscens maiorem peritiam alterius, nihilominus vult ludere. Ita Dicastillus *de iust. lib. 2. tr. 18. disp. 4. dub. 2. n. 13.* Quitamen, & rectè putat, contrariam sententiam, quam tuetur Bonacina *de restit. disp. 2. quæst. 3. punct. 2. n. 15.* esse probabiliorem, & certam, si quis cum filiofamilias luderet bona fide, putans filium posse quod luditalienare, tunc enim filiusfamilias teneretur restituere, quia contractus est nullus, & alter non consensit voluntariè in id quod nesciebat. *Ibid. ref. 8.*

Sicut nec qui lucratur ab eo totũ quod potest illo anno ludere.

13 Si quis tandem lusit cum filiofamilias, & lucratus est summam, quam in toto illo anno perdere poterat, potest collusor sine alia inquisitione lucrum illud retinere, quia melior est conditio possidentis. Secus si certus fuerit, eum amisisse cum alijs, quod poterat ludere. Sanchez *in opusc. tr. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 7. n. 6* Dubitari potest an si collusor lucratus sit supra summam, quam filiusfamilias ludere potest, debeat totum lucrum restituere an solum excessum. Alcozer *lib. de ludo cap. 10.* affirmat, totum restituendum, & consensit Medina *de rest. quæst. 10.* Quia totus ludi contractus redditur tunc vitiosus. Melius tamen alii dicunt, solum excessum restituendum, quia quoad illud solùm vitiatur contractus. Ita Sanchez citatus *num. 7. ibid. ref 10.*

Minores ludere non possunt, inscius Tutoribus.

14 Quintò: Aliqui putant contractum ludi Minoris esse validum, atque adeò Minorem teneri ad soluendum amissum, eum verò, qui lucratus est, non teneri ad restitutionem in foro conscientiæ. Ita Sà Verb. *Ludus, n. 6. & verb. minor num. 5.* & alii. Sed probabilissimum est huiusmodi contractum non valere: & eum, qui à minore lucratur, teneri restituere, docent Gabriel, Armilla, Lopez, Angles & alii, teste Dicastillo *de iust. lib. 2. tract. 18. disput. 4. dub. 5. num. 31.* In facti autem contingentia si Minor nolit soluere, & si soluerit, collusor nolit restituere potest confessarius probabiliter, neque minorem ad solutionem, neque collusorem ad restitutionem obligare *p. 3. tr. 5. ref. 44. & p. 7 tr. 9. ref. 13.*

Serui possunt inscio domino ludere, & quæ.

15 Sextò: Licèt servus, vel mancipium regulariter non possit in ludo alienare, seu perdere nisi ex consensu, saltè probabiliter præsumpto sui domini, quia regulariter caret bonis: Si tamen illa habeat, vt contingit quando aliquid subtrahit ex eis, quæ illi dominus ad sui sustentationem confert, & in aliis casibus, qui relati sunt Verb. *Servus. num.* ... potest ea ludo perdere, quia habet dominium eorum, & nullo iure impeditur de illis disponere. Iura verò quibus decernitur, quidquid servus acquirit, domino acquirere, vel intelligitur de acquisitis, operis domino debitis, vel iam contraria consuetudine esse mitigata: Hurtadus *de iust. disputat. 1. diff. 18. & de contract. disp. 3. difficul. 3.* Quod si mancipium ludo intentus privaret dominum proprio labore, non teneretur restituere, nisi tantum pretii, quanti æstimaretur, ille labor, quo dominum fraudavit, & nihil aliud Dicastillus *de iust. lib. 2 tract. 18, disput. 5. dub. 7. n. 47. par. 7. tract. 9 ref 16.* *Notandũ.*

Vxor quando, & quæ possit ludere.

16 Septimò: Vxor potest ludere, & qui cum ea ludit potest lucrum retinere in septem casibus. Primò, quando vltra dotem habet bona paraphernalia, quorum dominium, & administratio ad ipsam pertinet. Secundò, quando maritus expressè aliquas pecunias concedit vxori, vt eas pro libito expendat. Tertiò, quando maritus aliquam pecuniæ summam vxori concedit, vt ornatius, & comptius sese induat, & ipsa restrictius vivendo ex his aliquid subtrahit. Quartò, quando maritus scienter permittit, vt aliquid pecuniæ ludo exponat. Quintò, quando vxor habet administrationem bonorum. Sextò, quando vxor sua privata industria, & labore acquirit, & lucratur post-

postquam muneri suo, & curæ domesticæ planè satisfecit. Septimò, quando vxor ludit, & perdit ludendo eo more, quo cæteræ coniugatæ fœminæ eiusdem conditionis, & status solent ludere. Nec maritus potest id ei prohibere, quia ob dotem, & societatem bonorum contractam illi debetur congrua, & competens sustentatio, quæ sanè comprehēdit sumptus omnes ad ea omnia, quæ mediocres sui status, & conditionis solent insumere, etiam ad competentem & honestam oblectationem. Vide Villalobos *in to.1 tr.28 diffic.5.num.3 part.7.tract.9. ref.11.*

Adstantes ludentibus non peccāt mortaliter

17 Quicumque autem siue Clerici, siue laici notabili etiam tempore ludis prohibitis ludentes inspiciunt, nisi ludi causa sint, aut non corrigant, dum tenerentur, vel absit scandalum, non peccant mortaliter, quia hæc videtur materia leuis, ita Sanchez *in opusc. tom. 1. lib.1.cap.8.dub.29 & 30.* Bartholomæus autem à S. Fausto *in spec. Confess. disp. 32. dubium de quæst.29.numero 2.* distinguit quoad Clericos, & Religiosos, & adducit Bullam Pij V. in qua Clericis tam sæcularibus, quàm Regularibus sub excommunicationis pœna hoc interdicitur. Sed pœna excommunicationis non fertur, nisi proculpa mortali; ergo, &c *p.4 tr.4. ref.183. in fine, & part.7.tr.9.ref.40.*

Dubium de Religiosis.

Fraudibus quando vti liceat in ludo

18 Fraudes in Ludo. Omnis fraus, vel deceptio vel simulatio, quæ legibus ludi permitti solet licita est, & sine iniustitia contractus. Vnde infertur. Primò, quod qui priores chartas habet in ludo, & securus iam est de victoria, potest adhuc augere sponsionem, vt plus lucretur, quia hæc est lex communis vtrique ludēti. Secundò, qui certò scit se inferiores chartas habere, atque ideò vincendum, potest simulatè, augere sponsionem, vt alter timeat, & recuser, ac relinquat ipsi, quod oppositum erat. Tertiò, sciens se meliores chartas habere, potest metum simulare, & formidinem, vt aduersarius audacius pronocet, & augeat sponsionem. Quarto potest tacere, licèt videat aduersarium accipere plures chartas quam deberet, propter quem excessum debeat postea perdere, quod appositum est. Quintò, si habens optimum ludum, simulatè dicat, transeat, (Italicè *Vada à monte*) ad effectum decipiendi socium, vt sic eum inciter ad augendam sponsionem, licitè lucratur. Sextò, potest quis numerare pauciora puncta, quam habet, & postquam contrarius exhibuerit plura, potest ipse licitè exprimere, quæ habet, & sic lucrari. Et hæc omnia docent Dicastillus *de iust. lib.2.tractat. 8. disput.5. dub.3.num.19* & Lugo *de iust. tom.2. disput.31 sect.2.§ 3.numero 34.p.7.tract.9. ref.43.*

Quid, si nō admoneat colluſorē de ſuo errore?

19 Si quis videat colluſorem non numerare omnia puncta, quæ habet, quæ si numeraret, lucraretur, non tenetur illum admonere, nec lucrum restituere, vt absolutè tenet Hurtadus *de contr. disput.8. difficult.7.* & id quidem satis probabiliter. Cum contrarium etiam sit probabile, quod docet Azorius *tomo 3.lib.5.capit.21. quæstio 3.* & alij penes Sanchez. Alij item probabiliter asserunt sententiam negatiuam procedere in locis vbi adest consuetudo sic ludendi, secus autem affirmatiuam sententiam tenendam esse. Lessius *lib. 2.capit.26.dub.2.num.14 part.7.tract. 9. resolutione 44.* Inspector verò ludi non peccat contra iustitiam, si non admoneat ludentem errare computando puncta, vel non capiendo primum locum, nisi id promiserit, & ita non tenetur restituere, licèt interdum peccet contra charitatem. Ita Nauar. & Vega *verb. Ludus casu 19.* quod verum est, etiamsi teneamus, colluſorem peccare contra iustitiam, si de iis non admoneat, vt docuerunt Nauarr. Azor. & Molina, & ita docet Sanchez *in opusc. tom. 2. lib.1. capit. 8. dub. 14. numero 2. ibid.* in fine §. *Neta.*

Quid inſpector.

Qui accipit primum locō, ita mano

20 Is qui fraudem facit, accipiendo priorem locum, Italicè, *Hauer il trat-to, ò la mano*) si non constet præcisè *cum an re*ratione prioris loci lucratum fuisse, *stituere te*non tenebitur restituere totum, quod *neturi* lucratur, sed quantum ius illud prioris loci iudicabitur valere. In quo

subscribo Nauarro. Si tamen contingat lucrari præcisè ratione solius prioris loci, quia habebant æqualia puncta, tunc tenebitur restituere non solum totum, quod lucratur, sed insuper tantundem, quod ipse amissurus erat, quia in eo casu fraus fuit causa totius illius damni, vt patet, quod non videtur præuidisse Nauarrus, Sanchez, & Trullench. Ita Dicastillus *de iust. lib. 2 tract. 18 disp. 3. dub. 3 num. 14.* Si quis tamen bona fide abripuit manum, non tenetur postea restituere. Villalobos *in summ. tomo 2. tract. 28 diffic. 4. num. 13. part. 7. tract. 9. resolutione 45.*

Quid petit si bi concedi aliquot plũ ctum, iustè l ratur.

21 Item si collusor, qui est secundus dicat primo, accepto sponsionem, si vnum vel duo puncta concesseris, si primus illud, vel illa concedat, secundus iustè lucrum acquirit: nam est fraus intra limites ludi, & idem poterat alteri contingere. Ita Trullench *in Decal. tom. 1, lib. 7 cap. 17. dub. 5 numero 5. ibidem resolutione 40.* Plura de fraudibus vide infrà *tit. Restitutio ob ludum num 34. & seqq.*

Non licet exponere domũ ludo.

22 Locus ad ludum. Illicitum est exponere domum ludo, & exponentes peccant mortaliter. Nam ministrant materiam hic & nunc deputatam ad vsum prauum, & in ipso exercitio prauo: ministrant enim taxillos, candelas, &c. actu ludentibus, blasphemantibus, &c. quæ non possunt hoc modo dari sine intentione mali euentus, aut absque eo, quod dantes ex circumstantiis fiant causa per se hic, & nunc illius effectus prau. Et disparitas de meretricibus, est, quia vsus domus non est ita proximè ordinatus ad fornicationem, sicut vsus taxillorum, alearum, &c. ad malos fines. Et non solum peccant mortaliter tales tenentes ludos, sed, si leuiores ad restitutionem tenentur, in illorum defectu tenentur etiam ipsi. Ita Naldus *verb. Ludus, numero 6.* contra quemdam apud Lopez *parte 2 c. 32 § Iam scitu part. 2. tr. 15. res. 65. §. His ita, & part. 7. tra. 9. resolutione 39.*

Nec id Principes possũt permittere.

23 Nec ipsi Principes possunt concedere licentiam, vt quis domum ludo exponat: nam non potest dare licentiam peccandi mortaliter. Immo nec posse hoc permitter, & debere sub mortali tales exponentes punire: quia sub hoc onere tenentur impedire mala Reipublicæ, quorum omnium ludus dici potest sentina. Ita Bellochius *parte 2. quæst. 4. à numero 492* Posse verò permittere ludum vulgò dictum *delli bonauoglia, & nel corpo della guardia* ad impediendum maius malum, primus scilicet, ad mundandam perditis nebulonibus Rempublicam. secundum verò ad vitandum otium, &c *parte 2. tractat. 15. resolutione 65. §. Secundò.*

Ludere ludis licitis in Ecclesia nõ est mortale.

24 Quæres, an ludere in Ecclesia sit peccatum mortale? Respondeo negariuè, si fiat, ex aliqua rationabili causa, vt ad recreandum infirmum ibi existentem, aut quia sunt ibi aliqui, qui ad Ecclesiam confugerunt, & ludunt ob honestam recreationem. Si fiat verò sine causa, erit solùm veniale, modò absit scandalum, & ludatur sine actibus indecentiam loco facientibus, & ludi nõ sint in ea specialiter prohibiti Alcozer *lib. de ludo cap. 12. in fine, parte 7 tractat. 9 resolut. 38.*

Collusor licite recipit quod ab altero soluitur.

25 Lucrum in ludo. Collusor, qui credito perdiderit potest licitè retinere, quod alter soluit; quia licèt leges irritauerint promissiones, & liberauerint victum ab obligatione soluendi, numquã tamen irritaueruut translationem dominij, si acquiritur. Et id locum habet, etiamsi soluens ignoraret se non esse obligatum ad soluendum. Ita Lugo *de iust. disputat. 31 sect. 4. num. 67. part. 7. tractat. 9. resolutione 24.*

Et qui ludit animo non soluẽdi vel repetẽdi, licitè lucratur.

26 Item qui ludit animo non soluendi, vel repetendi solutum, potest licitè lucrari, nec tenetur restituere, quod lucratus fuerit, quia tunc tantum intendit vti beneficio legis, in quo nulla est inæqualitas, quia etiam alter collusor posset id intendere. Nec est aliqua deceptio, quando non dixit collusori se soluturum, & non repetiturum: Si verò hoc dixisset eum decipiendo, teneretur ad restituendum ratione deceptionis, si ob eam alter lusit. Ita Hurtadus *de contract. disputat. 8. diffic. 5.* Dicastillus *de iust. lib. 2. tractat.*

2. *tractat* 18. *disputat.* 3. *dub.* 3. *num.* 25. contrarium tenuit ex Molina *ibi t. resolutione* 25. Si tamen lusor iurauit non repetere pecunias lucratas non ludo prohibito, poterit ex communi Doctorum sententia tam ante, quàm postsolutionẽ petere relaxationem huius iuramenti. Dicastillus *citatus num.* 29. contra Molinam *de iust. tom.* 2. *tract.* 2. *disput.* 315. *num.* 7. Sotus item *de iust. lib.* 4. *quæst.* 5. *artic.* 2. docet, si liberaliter promittat, se nunquam repetiturum, non posse repetere, quia cessit iuri suo, & lex quæ dat repetitionem, est facta in gratiam, & beneficium perdentium: licet autem vnicuique iuri & facultati sibi concessæ renunciare. Sed oppositum videtur verius: nam si solum renunciauit simplici verbo absque iuramento, se non vsurum beneficio legis ei concedentis repetitionem, tunc in conscientia poterit repetere, vel retinere sibi pecuniam amissam, simplex enim cessio non priuat hominem iure, quod lex ei tribuit fauorem Reipublicæ: alioquin facillimè omnis vis legis redderetur inanis, & frustratoria, vt docet Rebellius *part.* 2. *de oblig. lib.* 11. *quæst.* 2. *ibid. resolutione* 26.

Et quãuis iurauerit, potest petere relaxationem iuramenti.

Si excessus peritiæ notus sit collusori, potest alteri ludere, & lucrari.

27 Quando minùs peritus agnoscit peritiam alterius, quia illi vel experimento, vel per attestationem ipsius peritiæ illi constat, & nihilominùs vult ludere, nihil illi debet restitui, sed licitè ab eo lucrabitur alter, quia cum sciens excessum velit ludere; reuera voluntariè cedit iuri suo, quod habebat ad seruandam æqualitatem in contractu Dicastillus *citatus disput.* 5 *dub.* 1. *n.* 8. *ibid. resol.* 31. *& part.* 4 *tr.* 4 *resol.* 186.

Probabile est cogẽtem aliquem stare ludo, & sic acquirentem, posse sibi retinere in cõscientia.

28 Qui cogit aliquem stare ludo, potest abillo lucrari in conscientia: Licèt enim oppositum sit probabilius, quod docuit Comitolus *lib.* 3. *quæst.* 9. *n.* 2. & alij: tamen hæc etiam sententia est probabilis, quam nouissimè docuerunt etiam Trullench *in decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 27. *dub.* 2. *num.* 2. & Dicastillus *de iust. lib.* 2 *tract.* 18. *disputat.* 5. *dub.* 2 *num.* 14. Cæterùm si quis vero metu, veraque coactione colludentem stare cogeret, si lucraretur, teneretur restituere, si autem perderet, nulla facienda foret restitutio à coacto *part.* 2. *tractat.* 7. *resolutione* 27 *part.* 4. *tractat* 4 *resolutione* 169. *§. Notandum, & part.* 7. *tractat.* 9. *resolutione* 32. *&* 33. Idem dic de eo, qui attraxit ad ludendum importunis precibus; potest enim licitè lucrum retinere, nec teneturrestituere. *part.* 2. *tract.* 17. *resolutione* 27. *& part.* 7. *tractat.* 9. *resolutione* 34.

Habens eãmius pitale minuspotest acquirere capitale maius collusoris scitit.

29 Si quis in ludo exponat capitale eãmius (vulgò *il resto*) sciens capitale colludentis esse minus suo, is licitè potest acceptare, & sic magis lucro exponi, quam iacturæ. Et sic vsu acceptum capitale videtur *nelle scemmesse*, quod vnus plus alterò spondet. Et multi vendunt libertatem ad remigandum in triremibus, quæ longè superior est omni pecunia. Vide Salas *de ludo disp* 13. *n.* 3. *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 66 *& part* 7. *tr.* 9. *resol.* 35.

Ludens pro se, & pro alio, an possit ex pacto minus perdere.

30 Si quis ludens pro se, & pro altero, sic paciscatur cum illo, cuius vice ludit, scilicet, vt si perdiderit, soluat dimidium perditi, si verò lucratus fuerit portet tantùm tertiam lucri partem; docet Sanchez *in opusc. tom.* 1. *lib.* 1 *cap.* 8. *dub.* 23. *num.* 2. *&* 3 esse contractum iustum, si ludus sit prohibitus, & sic pœnæ subiectus, quia exponit se ludens periculo dandi pœnas legis, quas solus, qui ludit, perfert, & alter, vice cuius ludit, non tenetur ad aliquam partem pœnæ soluendam, nisi de hoc fecisset pactũ. Si tamen, qui pecunias amisit, repetat coram iudice, & iudex iubet restitui, tenetur, qui partem lucri portauit, restituere, quia hæc non est propriè pœna, sed restitutio lucri ludo acquisiti, quod alter habet ius repetendi. Ita Sanchez ex Alcozerio. Lugo tamen *de iust. tom.* 2 *disputat.* 30 *sect.* 2. *num.* 52 obseruat sæpè excusari posse hoc pactum ab iniustitia, quia in Societate, qui operam, & industriam apponit, & rursum dimidium capitalis, plus debet de lucro participare, & minus damni sentire, cum semper amittat operam, & industriam. *part.* 7. *tr.* 9. *resol.* 36.

31 Si quis in ludo latrunculorum (Italicè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Qui promisit vincere eũ pedite, an possit eũ pedite, facta Regina?

(Italicè *di Scacchi*) promisit dare (vt vulgò dicitur *scacco matto cum pedina*) non potest lucrari, si dederit cum pedite (Italicè *Pedina*) facta *Regina*. Ita Alcozer *tractat. de ludo, cap.* 20 & alij, contra Panormitanum affirmantem id licere, si promissio facta fuerit cum certo pedite, secus si generaliter: Sed id non valet; licèt enim facta sit promissio cum certò pedite, cùm tamen ex quo facta est Regina, aliter ducatur, quam pedes, promissio non verificatur. Idem docet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1 cap.* 18. *dub.* 12. *n.* 16. *ibid resol.* 49.

Amissa in ludo non sunt debita in conscientia.

12 Solutio ob ludum. Valentia *tom. 3. disputat. 5. quæst. 6. punct. 5. dub.* 8. & alij, tenent, amissa in ludo soluenda esse in conscientia nam sic obligat promissio mutua de iure naturæ: neque irritatur iure positiuo, quamuis sint *aleatorum. C. de Religios. & sumpt fun* detur actio ad repetendum. Sed contraria sententia Lessij *lib. 2 cap. 16 dub.* 4. est probabilior, nam cui datura actio ad repetendum, à fortiori conceditur exceptio ad non soluendum, iuxta regulas iuris. Ex quo patet, quod si alicubi per denti non concedatur repetitio, aut ludentes beneficio legis concedentis repetitionem renunciauerint, perdens tenetur soluere in conscientia. Vide Sà *verb. Ludus n. 9. part. 2. tractat. 17. resol.* 8. *part. 3. tract. 5. resol* 94. *& part. 7. tract. 9. resolut.* 21. *&* 23.

Potest tamẽ qui vincit, victã retinere pecuniam.

33 Qui verò pecuniam vincit, non tenetur in conscientia restituere, quia leges, aut non intendunt restitutionem pecuniæ semel solutæ, vel si intendunt, non fuerunt in hoc sensu receptæ. Ita Salas *de contract. dub.* 20 *num* 6. *part. 3. tr. 5. resol.* 94 *§. Igitur & part. 7. tractat. 9. resolut* 22.

Restituere tenetur, qui vicisset per fraudẽ.

34 Restitutio ob ludum. Tenetur restituere, si quis aliquid lucratus est per fraudem, etiamsi de hoc dubiter, quia in dubio non potest acquirere. Immò Nauarrus, Reginaldus apud Bonacinam *de restitut. disputat. 2. quæst. 3. punct. 2. num.* 7. tenent, fraudulosum, dubium, an cessante eius fraude, collusor lucraturus fuisset, teneri aliquid plus restituere. Sed ipse meritò id negat, quia in dubio melior est conditio possidentis. *part. 4. tractat. 3. resol. 75. & parte 7 tract. 9. resolut. 48.*

Aut impedisset, ne Iudex condẽnaret ad restituendã.

35 Qui impedit, ne iudex condemnet aliquem ad restituendum lucrum ex ludo prohibito, tenetur restituere, si impedit per vim, aut fraudem: Quia per iniuriam impedit, ne victus possit recuperare id, ad quod leges ei ius tribuũt. Si autem absque vi, vel fraude impediat, non tenebitur, quia vtitur iure suo, ne condemnetur Molina *de iust. tom. 2 tractat. 2. disputat. 54. part 7. tract. 9. resolut. 27.*

Secus, si minetur accusationem, non tamen habeat animum accusandi.

Quòd si minetur accusationem, & repetitionem, nec tamen haberet animum accusandi, & repetendi, potest retinere summam, quam à lucrante accusatore extorsit. Ita Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 3. num. 21.* Nec obstant, quæ adducit Molina *de iust. tom. 2. tractat. 2. disputat. 514.* contrarium tenens; quod scilicet dolus dederit causam contractui: quia non est dolus malus, sed iniustus, de quo iura fuãt intelligenda; sed iustus; nam iustè poterat minari accusationem siue haberet animum, siue non. Neque victor præcisè dedit, vt victus deponat animum, sed vt re ipsa non accuset; vel reperat, & iuri accusandi, vel repetendi cedat, quorum vtrumque ille præstat; potest ergo pro eo aliquid accipere. *Ibid. resol. 28.*

Excellẽs in peritia ludendi cum possint lucrari.

36 Quando quis excellit in peritia ludendi, & excessus peritiæ non est notus collusori affirmant communiter Doctores, debere restituere lucrum teste Lugo *de iust. tom 2. disput. 31. sect. 24. §. 4. num. 44.* Sed ego negatiuam sententiam esse probabilem puto; Plures pro ea rationes adducit idem Lugo, & Salas *tract. de ludo dub. 25. num. 2.* Si tamen is, qui imperitior est, excessum alterius colludentis sciat, vel ab eo monitus, vel alia ratione, & nihilominus, velit ludere, peritiorem lucrari posse, quia scienti, & volenti nulla fit iniuria, communis est ferè Doctorum sententia, penes Salas *vbi supr num. 4. part. 4. tract. 4. resol. 186. & part. 7. tr. 9. resol. 29. & 30. & 31.*

37 Qui

Fraudes in ludo vetitæ & obligantes ad restitutionem.

37 Qui accusauit plura puncta, & collusor non aduertit, tenetur restituere. Dicastillus *de iust. lib. 2. tractat. 8. disputat. 5. dub. 3 num. 22. & num. 27.* recte observat, eum qui scienter soluit minus pretium, quam amisit, teneri ad restituendum defectum illum, etiamsi collusor ex inaduertentia, vel errore putet totum sibi iam solutum. Idem dicendum de eo, qui dicit habere se plura puncta, quam habet, etiamsi ostendit ab aliis numeranda, sed ea non numerarunt. Ratio est, quia prædictæ fraudes non sunt permissæ in ludo. Item qui solus sit se amisisse in ludo, tenetur manifestare veritatem, quando de ea inquiritur, etiamsi iudices errore ducti iudicent ipsum lucratum fuisse, nisi approbatum inter se ludentes pacti fuerint, vel consuetudine constet licere. Ita Alcozer *cap. 10. dub. 3 part. 7. tractat 9. resolutione 47.*

Dicēs se habere plura puncta, quæ habeat.

Suffurans chartas, &c.

38 Qui vtitur fraudibus in ludo, vt suffurando chartas, vel signis peculiaribus illicitis notando, aut aere quadam, eas componendo, vel supponendo taxillos adulteratos, &c. tenetur ad restituendum non solum quantum huiusmodi deceptionibus, & fraudibus fuit lucratus, sed etiam quorum fuerit compertum impediuisse, ne alius lucraretur, quia totum hoc damnum intulit. Regin. *tom. 1. lib. 10. c. 15. num. 385. part 7. tr. 9 resol. 48.* Si verò videat chartas alterius absque fraude ex sola negligentia alterius licitè lucratur, secus si videtur, quia eo modo se ponit vt videre possit, vel quia habet alium videntem ludum alterius, qui eum admonet, quia sic est aperta fraus Trullench *in decalog tom. 2. lib. 7. cap. 27. dub. 2 num. 4.* Idem dicendum de eo, qui chartas dignoscit à tergo, quando nec eas signauit, nec propter vsum, quia sæpius iisdem chartis lusit cum aliis, eas facilè dignoscit, quando enim vterq; æquè potuit chartas dignoscere, licet alter diligētius signa aliqua obseruauerit, hoc eius industriæ, & attentioni deputandū est. Sanchez *in opusc. tom. 1 lib 1 cap. 8. dub. 12. num. 9.* Quod si inquiras hic, an quando socij contra socios ludunt, possit socius admonere socium de chartis suis, vt sciat quomodo se gerere debeat? Respondetur, in hoc standum esse ludi illius peculiaribus legibus; aliquando enim fas est, aliquando non; aliquando possunt se signis manifestis iuuare, aliquando occulti, aliquando neutris. Ita Sanchez ex Alcozer io. *ibidem resolutione 50. & 52.*

Aspiciens chartas alterius dolosè.

Velea dignoscens à tergo.

39 Si quis falsò asserat se habere, vt vulgò dicitur *Primiera*, vel v. gr. 50 puncta] & proiiciat chartas in mensam, quas alter collusor ex errore collegit, vel quia non curauit illas aspicere, vel quia statim credidit, & sic iniustè lucratus est, tenetur lucrum restituere. Et si iam ludus finitus erat, & alter collusor lucraturus est, quia habebat plura puncta, non tantum tenetur illud restituere, sed etiam quod in illa manu erat perditurus. Item quando alter minus soluit, quam perdiderat, & quam erat in sponsione, ex negligentia lucrantis, tenetur restituere, est enim lex recepta in ludo, quòd in pecunia non debet esse fallacia. Item si iudices, vel arbitri iudicent contra veritatem, etiam bona fide is, in cuius fauorem iudicatum est, tenetur lucrum restituere, cognita rei veritate, quia supradicta sententia fuit lata ex falsa præsumptione. Et hæc omnia docet Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 12. numero 12. & seqq. part. 7. tractat 9 resolutione 62.* Vide etiam *suprà num. 37.*

Vel falsò asserat, se vicisse, & habere plura puncta, quæ habeat.

Vincens ludentē cum falsis chartis, nō tenetur ad restitutionē.

40 Quando ex duobus alter ludit cum falsis chartis, vel taxillis, ait Victoria apud Lopez *de controuers. lib. 2. cap. 22.* non solùm hunc teneri ad restitutionem, si lucretur, sed etiam alterum colludentem, quia cum debeat inter colludentes seruari æqualitas, sicut vnus licitè non potest, ita nec alter. Sed contrarium dicendum cum D. Thoma 2. 2. *quæst. 32. art. 7 ad 1.* quia in hoc casu inæqualitas procedit, ex malitia non vtriusque, sed alterius tantum, cui soli imputanda est *part 4. tractat. 4. resolutione 169.*

41 Qui scienter fraude vsus est in ludo, tenetur etiam restituere id, quod ex lu-

Obligatus ad restitutionē

tionem ob fraudes, quas expē- sas possit deducere.

ex lucro dedit amicis, id est, *de baratro*. Secus si bona fide lucratus fuerit, quia illud bona fide consumpsit. Deinde iniustè lucrans, non tenetur restituere id quod ex communi pecunia soluitur pro chartis, pro lucernis, pro bellariis, & similibus aliis rebus: quia hæc omnia data sunt vtroque consentiente: quod procedit etiam, quando his, qui perdit, non est sui iuris, modo consumpta sint in ea quantitate, de qua ille poterat disponere. At si quis lucratus est ab eo, quem vi traxit ad ludendum, non poterit deducere has expensas, quia attractus non censetur illis consentire. Ita Trullench *in Decal. to. 1. lib. 7. cit. 26. dub. 2. num. 7. part. 7 tract 9 resolutione 54.*

Maritus amittens notabilem quantitatē ad quid teneatur.

42 Maritus notabilem quantitatem in ludo amittens nec ipse, nec collusores tenentur restituere vxori, nisi fortè amiserit bona dotis, quæ in specie erant conseruanda; tunc enim ludus esset illicitus, & posset vxor illa repetere, & extrahere à lucrante, quod si non erant in specie conseruanda, tenetur vis resarcire illud damnum ex propriis bonis, & mulier potest eam recompensationē petere à possidente bona mariti, quæ videntur tacitè hypothecata pro dote vxoris Molina *de iust. tomo 2. tract 2. disputat. 520. num. 5. part. 7 tract 9. resolutione 18.*

Ludēs aliena pecunia quando teneatur restituere.

43 Ludens aliena pecunia, non facit lucrum suum, quod ludendo acquirit, vt accidit, quando fur, vel vsuratius, vel depositarius, alienam pecuniam suo nomine ludo exponit, & vincit, si fur non haberet aliquid proprium, secus si habuerit quod traderet vincenti, si perdidisset; vel nisi aliter constet de intentione collusoris, qui perdidit. Trullench *citatus dub. 4. num. 6.* & idem dicendum cum Lugo *tomo 2. disput. 32. sect. 2. num. 13. & seqq.* de eo, cui cum pecunia in ludo deficeret, clam eam à collusore surripuit. Si enim fur non habebat vnde pecuniam illam restitueret, non poterit ludum retinere; secus si habebat *ibid. res. 19.*

Ludens cū fure, quā- do possit sibi lucrum retinere.

44 Ludens cum vsurario, vel fure, potest sibi retinere rem ludo acquisitam, si eius rei dominium spectabat ad vsurarium, vel furem, vt accidit, quando fur ludendo, vel negotiando pecunia furtiua comparauit sibi alias pecunias, vel res; istarum enim rerum, vel pecuniarum factus est dominus, consequenter ludens cum fure potest eas acquirere, sibique retinere, cum eas acceperit à vero domino. Si vero dominium illius rei non spectabat ad furem, vel vsurarium, ludens cum fure, vel vsurario non potest sibi rem ludo acquisito retinere, postquam cognouit alienam esse, tenetur enim ratione rei acceptæ rem domino restituere, aut ipsi furi vt recuperet æquale. Addo tamen, furem in huiusmodi casu teneri restituere valorem rei, immo etiam teneri de euictione. Bonacina *de rest. disputatione 2. quæstione 3. puncto 2. num 18. ibidem resolutione 20.*

Prudens, quādo possit vti com- pensatione, & nō tene- ri ad resti- tutionem.

45 Petes. An si tantum perdas cum aliquo quantum illi ob fraudes debebas restituere, v. g. centum, possis debitum compensare, & liberari ab alia re stitutione? Respondeo cum Sanchez *in opuse. tomo 1. lib. 1 cap. 7. dub. 20.* Si cum alio diuerso perdas, vel cum eodem in eodem ludo, sed alia die, te non liberari à restitutione facienda: quia hic ludus secundus est alius contractus diuersus, in quo ille alius iustè lucratur, & ex vi cuius debes soluere nouum debitum: non ergo potest satisfieri vnica solutione duplici debito diuerso. Difficultas est, quando in eodem ludo perdis cum eodem id, quod per fraudem iniustè lucratus fueras. Armilla *verb. Ludus, numero 7.* Negat esse amplius obligationem restituendi, quia lucrum dicitur, quod in fine ludi reportatur, quod Sanchez dicit probabile *dubio 19. numero 5.* contrarium tamen verius est, vt fatetur idem Sanchez cum aliis. Quod autem dicitur lucrum esse solum, quod manet finito ludo, habet solum locum in filio familias, qui ex consensu Patris censetur habere facultatem exponendi iterum ludo lucrum, donec omninò absoluatur. *parte 7. tractat. 9. resolutione 51.*

46 In

In voto, & iuramento nõ ludendi datur paruitas materiæ.

46 In voto, & iuramento non ludendi datur paruitas materiæ, quæ desumi debet in ordine ad id, quod vouens, & iurans primariò vitare intendit. si enim intendit se priuare delectatione, quæ est in ludo, parua materia erit parua recreatio. Si autem finis fuit, non consumere tempus in vanum, parua materia erit parua mora Rursus, si finis fuit vitare iacturam pecuniæ parua materia erit parua iactura. Et tandem, si finis fuit vitare rixas cum domesticis, aut colludentibus, aut blasphemias, &c. tunc parua materia desumenda erit ex occasione data illis talium peccatorum. Ita Sanchez *in summ. tomo 1. lib. 3. c. 18. num. 2. & 3 p. 5 tr. 5. res. 38.*

Quæ non semper desumitur ab eodem capite.

Sed de voto & Iuramento non ludendi plura. Vide *verb. Votum num. 25, 46. & 47.*

De sponsionibus item in ludo adhiberi solitis. Vide *verb. Sponsio.*

De Religiosis ludentibus illicite, seu sine licentia, vide plura *parte 9. tractat 6. resolutione 25.*

LVXVRIA.

Luxuria descriptio & species.

1 * LVxuria in generali, prout hic eam accipimus, est deordinatus concubitus, aut actus sensitiuus per se ad illum ordinatus. Eius species sunt, simplex fornicatio, adulterium, stuprum, sacrilegium, incestus, raptus, peccatum contra naturam, delectatio turpis, oscula, tactus, & intuitus turpis. Est per se peccatum mortale, prohibitũ partim in sexto præcepto Decalogi, partim in nono. Vide de singulis sub propriis nominibus *.

An licet inspicere coitum bestiarum?

2 Petes primò hic. An licitum sit aspicere coitum bestiarum, aut ipsarum, vel hominis turpia? Respondet Granado *in part. 2. contr. 6. tractat 4. disput. 7. num. 3.* se non damnaturum de mortali inspicientem verenda bestiarum turpiter commota, vel etiam illarum coitum, quia neutrum istorum multum prouocat ad luxuriam. At coitum hominum, aut verenda humana contrarij sexus studiosè inspicere, esse mortale, quia valde pugnat cum honestate naturali, & est notabilis causa commotionis sensualitatis. Secus verò, si quis breuiter & per transennam aspiceret, aut aspiceret ille, qui attentata ætate, aut complexione, prudenter iudicaret, non esse sibi periculosum. Sed in his materiis caue, & quasi à facie colubri fuge *p. 3, tr. 5. res. 88.*

Ipsarũ, vel hominis turpia?

Et an in rebus venereis detur paruitas materiæ?

3 Petes secundò. An in rebus venereis detur paruitas materiæ? Affirmatiuè respondent Sala *in 1. 2. disputat. 6. sect. 21. num. 149* Marchantius *qq. post. ad De calog. cap. 6 quæst. 2.* & alij, & cum aliqua formidine Lessius *lib. 4. c. 3. dubio octauo.* Quia delectatio venerea ex solo vsu capta plerumque, vt diximus, non est mortale. Deinde, non potest assignari ratio, cur in hac materia, sicut & in aliis, non detur paruitas, nam quemadmodũ litigium ex eo quòd disponit ad homicidium, non semper est peccatum mortale, sicut etiam haustus immoderatus ad ebrietatem disponens; quia nimirum sunt dispositiones peccatorum remotæ: ita, quamuis dicat Galenus, omnem actum venereum esse initium pollutionis, non statim sequitur, esse peccatum mortale, quia potest breuiter & remotè ad illa disponere. Descendendo autem ad particularia: Marchãtius probabile putat, oscula inter solutos, si absit periculum pollutionis, aut consensus in vlteriora, non esse peccata mortalia, dummodo etiam non sint cum magno libidinis ardore coniuncta. Syluius verò *in 2. 2. quæst. 154. artic. 4. conclus. 4.* distinguit. Aut delectatio, quæ in osculis & amplexibus sentitur, est merè sensualis, consistens in proportione obiecti ad sensum tactus, & non est aliud, quàm delectatio de re blanda, tepida, leni, tenera, &c. absque alia delectatione turpi: aut est delectatio coniuncta cum commotione carnis & spirituum generationi inseruientiũ. Et tactus & oscula cum priori delectatione non esse libidinosa & mortalia, cum posteriori delectatione esse mortalia.

talia, nam oscula & amplexus non sunt ex sua specie libidinosa, vt docet D. Thomas *loc. cit. in corp. art* & in eis ponitur abesse omnis intentio & cogitatio voluptatis venereæ. Deinde, tangere res molles, suaues, & temperatas propter delectationem inde naturaliter resultantē, non est mortale: ergo nec tangere carnes alienas, secluso alio fine, & periculo. Sed hanc opinionem Syluij merito improbat Sanchez *in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 6. num. 12. part. 4. tractat. 4. resolut.* 136.) Et sententiam docentem, dari paruitatē materiæ in rebus venereis, Claudius Aquauiua Generalis Societatis vetuit, ne quis ex suis Patribus publicè, vel priuatim doceret, aut se iudicare significaret vt tolerabilem, cuius decretū affert P. Trimarchi *de conf. sollicitat. disputat. 1 sect. 7. num. 46.* Et Texeda *tom. 1. lib. 2. tractat. 5. controuers. 13. numero 73.* ac Baldellus *tom. 1. lib 3. disputat. 14. num. 4.* testantur, Clementem VIII. in Officio S. Inquisitionis definiuisse, in rebus venereis non dari parumtatem materiæ. Et ita est omninò tenendum.* Hæc est sententia Auctoris, quam expressè docet, & se docere profitetur. *part. 3. tractat. 5. resolut. 1. & 89. in fine, part. 4. tract. 4. resolut. 136. § Notandum, & tractat. 5. resolut. 5. & part. 5. tractat. 5. resol. 5. & 9.* retractans quæ docuerat *in resol. 89. citata in primo § Nimirum*, quòd tangere alterius verenda ex leuitate, vel tangere super vestes non alia intenta delectatione, quàm sit illa, quæ prouenit ex tactu mediato, item tangere digitum, vel manū fœminæ, & confricare partes obscœnas brutorum, non sit mortale, quæ est doctrina Granado, quem ipse *in RR. citat.* confutat, *in 1. 2. controuers. 6. tractat. 4. disput. 7. num. 5. & 6.* & nouissimè *part. 7. tractat. 11. resolutione 28.*

Aliqua notãda circa luxuriam.

4 Aliqua notanda circa luxuriam. Primò, quod mollities, Sodomia, & bestialitas distinguuntur specie contra Filliuccium. Quiedo *part. 9 tract. 8. resolut. 31.* Secundò confricare pudenda brutorum ex curiositate videndi semen est peccatum mortale, quod non explicauit *in part. 1. tractat. 17. resolut. 37.* nunc verò affirmatiuè respondet *ibid quaritur 2.* Tertiò fœminæ non licet se agitare post coitum cum viro, qui statim, vt seminauit extraxit membrum virile a vase, ita vt semen emittat. Texeda, & alij *quaritur 3.* Quartò illicitum est fœminis tactibus impudicis se confricare pudenda ad expellendum semen corruptum. Texed. *quaritur 4.* Quintò confricare membrum virile in vase præpostero est peccatum mortale (tamen si absit periculum pollutionis) & fiat cum animo consummandi in vase naturali, non est mortale, quia tales tactus non tollunt intentionem agentis. Dian. sed tu cogita. *quaritur 5.* Sextò tactus illiciti sunt inter virum, & vxorem cum periculo pollutionis. Præpos. *quaritur 6.* Septimò non est licita nec debita effusio seminis in copula fornicaria ante effusione alterius. Auersa *ibid. & tandem septimò.* Copula cum fœmina dormiente (quod industria non fiat) est eiusdem speciei, cuius est fœmina. DD. varia asserunt. *part. 9. tract. 9. resolutione 2.* Octauò, Religiosus & Sacris initiatus in actu venereo, non tria, sed vnum peccatum committit. *part. 10. tractat. 11. resolutione 12.*

MANDANS, ET *Mandatarius.*

Nō tenetur mādans restituere vltra mādati tum.

1 MAndans non tenetur restituere damna vltra mandatum suum, vt si mandatarius intulit damnum excedendo fines mandati. Dicastillus, & si mandatarius occidit aliquem, quem mandans vulnerari, vel verberari; tenetur ipse pœna ordinaria homicidij non mandans. Hunnius, & alij. *part. 8. tractat. 7. resol. 33.*

Mādatarius non tenetur de culpa leuissima.

2 Mandatarius non obligatur in foro conscientiæ de leui, & leuissima culpa in casu delicti, & culpæ daræ, vt si res mandantis apud mandatarium pereat culpa sua lata, tenetur restituere mandanti, si verò culpa tantum leui, vel leuissima, non tenetur Mandatarius,

tarius, sed Domino suo, id est mandanti res illa perit. Diana *part 3 tract. 6. res. 49. p. 8. tr. 7. res. 34. & p. 9 tr. 7. res 32.*

MARITVS.

Maritus habet dominiū corporis vxoris.

Et potest irritare eius vota.

Illamque adulteram repertam.

Quid si fiat Cardinalis? Aut Religionem ingrediatur?

1 MAritus habet dominium corporis suæ vxoris, sicut è contra, & tenentur invicem reddere debitū. Vide *verb. Debitum coniugale. verb. Copula, verb. Osculo, verb. Tactus.* Potest maritus irritare vota vxoris fere omnia. Vide *verb. Voti relaxatio.* Potest dimittere vxorem comprehensam in adulterio, non tamen occidere. Vide *verb. Adulterium n. 4. & 5.* An verò incurrat irregularitatem bigamiæ, si illam postea cognoscat, Vide *verb. Irregularitas, n. 11.* Item potest cohabitare cum vxore excōmunicata. Vide *verb. Excommunicationis, n. 34.* Vt maritus fiat Cardinalis, vxor siue sit iuvenis, sive senex, satis est quod maneat in sæculo cum voto castitatis. Vide *verb. Cardinalatus, n. 5.* Sed quid si ipse, vel vxor Religionem vult ingredi? Vide *verb. Ingredi Religionem.*

MATER.

1 CErtum est, quod homo liber vendi non potest, etiam si referatur in tempus, quo iam sit servus. Videatur Mol. *dis. 34. n. 11. & disp. 33.* in extrema tamen necessitate famis filius potest vendi à Patre. *L. 2. Cod. de Patribus qui filios suos distraxerunt.* Vide Dicast. *de iust. lib. 2. tract. 9 disput. 1. num 85.* Ast mater etiam in extrema necessitate filium vendere nequit: nam qui in sua potestate aliquid non habet, nequit illud vendere, sed filii non sunt in potestate matris, vt expediti iuris est: ergo, &c. Ita Gregorius Acacius. Sed oppositæ mordicus adhæret Hulricus Hunnius. *part. 9 tractat. 7. resolutione 27.*

MATERIA LEVIS.

Vnde cognoscipossit, an in transgressione alicuius præcepti detur materia levis.

Si oppositio actus ad talem virtutem ex ratione obiecti per se prima non sit gravis, ait Baldellus.

Si ex natura sua peccatum in quantavis materia non sit gravissimum. Palaus.

1 QVoniam actus distinctionem sumunt ab obiectis, ad cognoscendum, vtrum in transgressione alicuius præcepti detur materia levis, quæ constituat culpam tantum modò venialem, hanc regulam tradit Baldellus *tom. 1. lib. 3. disputat. 14. num. 3.* Si ex ratione obiecti per se prima oritur notabilis oppositio ad virtutem versantem circa illud, in tali obiecto non datur materiæ levitas. Si autem ex ratione obiecti per se prima oritur oppositio ad virtutem neque gravis, neque levis, ita vt fiat deinde gravis ex ratione obiecti per se secunda, tunc dabitur materiæ levitas, & culpa levis. Exemplum. Quia in furto ratio per se prima est, quòd res quæ accipitur, sit aliena, & ex hoc furtum habet solum esse malum vt sic, & contra iustitiam vt sic, non autem notabiliter, id quod habet solum ex eo, quòd res aliena sit notabilis, furtum erit gravis, vel levis culpa iuxta rei acceptæ magnitudinem, aut parvitatem. Contra verò, quia in materia infidelitatis ratio per se prima est, quod negetur fides Deo aliquid revelanti, quod ex se habet notabilem oppositionem, ad virtutem fidei, ideò in peccato infidelitatis non datur materia & culpa levis. Sed Palaus *tom. 1. tractat. 2. disputat. 2 punct. 7. numero 2.* ex Ecclesiæ & fidelium sensu id autumat desumendum, qui fundatur in ipsarum rerum natura. Nam aliqua sunt ita ex natura sua inordinata, vt in quauis materia reputentur gravissima, vt idololatria, simonia, infidelitas, &c. aliqua ita levia, vt, nisi aliqua circumstantia accedat semper reputentur levia, vt verbum otiosum, scurrilitas, &c. alia denique ex natura sua mala quidem, sed nec levia, nec gravia, crescentia tamen, & decrescentia iuxta quantitatem materiæ vt furtum, &c. *p. 5. tra. 5. resol. 1.*

2 ✠ Igitur datur materia levis in

Datur autē materia leuis in ieiunio, & aliis multis.

primis in iuramento promissorio, in laboribus, & esu carnium in diebus prohibitis, in ieiunio Ecclesiastico, in implenda Pœnitentia Sacramentali, in acceptatione personarum quoad conferenda beneficia, in executione operum iniunctorum pro Indulgentiis, in ætate requisita ad Matrimonium, & Ordines sacros, in interruptione noviciatus, in ingressu & egressu clausuræ Religiosæ, in recitatione Horarum, tam ex obligatione Ordinis sacri, quam beneficii, in surreptione gratiæ: Item in furto, etiam Reliquiarum, in voto, & iuramento promissorio, in formis Sacramentorum quoad accidentalia, eiusque interruptione, & coniunctione cum materia, in lectione & retentione librorum prohibitorum, in actione, & auditione Missæ, in celebratione post meridiem, & celebratione cum vestibus sacris, & additione in Missa, aut Officio Canonico, in violatione interdicti, in percussione Clerici, dimissione habitus Religiosi, & tonsuræ Clericalis, & in omnibus excommunicationibus. Item in casibus reservatis, in præcepto correctionis fraternæ, in invidia, iudicio temerario, & detractione, in patrimonio requisito ad Ordines, in communicatione cum excommunicato, in mendacio facto etiam in Confessione, aut iudicio. In negatione debiti coniugalis, & in alienatione rerum Ecclesiasticarum. Quæ proinde omnia possunt esse peccata venialia. Vide singula sub propriis nominibus, vbi etiam invenies, quænam in singulis censenda sit parua materia.

In blasphemiis, & multis aliis, non datur.

3 Non datur parva materia in hæresi, in blasphemiis, in iuramento assertorio, in fractione sigilli, sollicitatione facta in Confessione. Item non in rebus venereis, non in ieiunio naturali requisito ad Communionem. Non in ætate requisita ad Professionem, aut in anno noviciatus. Non in infidelitate, sortilegiis, & magia. Nec in omissione alicuius essentialis in forma Sacramentorum. Vide etiam in singulis nominibus. An detur in simonia, & in obligatione continua celebrandi, vide *verb. Simonia, & Missarum stipendium.* ✠ An in materia levi possint superior subditum, & vovens seipsum obligare sub mortali, vide *verb. Lex, num. 34. & verb. Voti.*

An detur in simonia &c.

Plures materiæ leues non coalescunt in vnam grauem, si non habent in quo vniantur? Vt si addita versa præcepta pertineant.

4 Petes hic primò. An multæ materiæ leves coalescunt in vnam gravem, ita vt in omnibus deinquere sit mortale? Respondeo, si plures illæ materiæ pertineant ad diversa præcepta, etiam simul tempore implenda, non coalescere. Et sic, Clericum in die festo, in quo incidat ieiunium, si parum laboret, parum interdiù comedat, modicum item de officio divino recitare, & de Missa audire omittat, quæ omnia simul sumpta essent quantitas notabilis, non committere vnum peccatum mortale, sed multa venialia. Ita Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 4. n. 16.* Qui tamen non idem docet in violatione plurium votorum leuis materiæ in eodem die, etiam si materiæ sint diversæ: quia plura vota eodem die obligantia, quamuis de diversis materiis, vnam obligationem inducunt, quatenus omnia sub eadem ratione pertinent ad eandem Religionis virtutem. Igitur si quis vovisset, vna die orare, Sacrum audire, præbere eleemosynam, &c. & ex singulis modicum omitteret, secundum Sanchez peccaret mortaliter, sicut (ait ille) qui multis promissionibus eidem personæ multa modica promitteret, vbi hæc omnia attingerent quantitatem notabilem, teneretur illa sub mortali præbere. Sed contra Sanchez tenet Suarez *de Relig. lib. 5. cap. 5. n. 11. & 12.* Nam licèt omnia vota eodem implenda sint die, & ad eamdem Religionis virtutem pertineant, cum tamen emissa sint in honorem diversi mysterii, vel Sancti, sunt omnino disparata, & se habeat, ac si diversis diebus implenda forent, in quo casu non continuaretur secundùm ipsum. Vtraque sententia est probabilis *p. 5. tr 5. res. 55.* ✠ & sententiam Suarez absolutè docuerat *in p. 3. tr. 6. res. 42.* ✠

5 Cæ-

Aut etiam ad vnum singulis diebus implendum, ita vt obligatio alligata sit diei.

5 Cæterum, quando quis vouisset v. g. singulis diebus recitare B. Virgini vnum Ave, vel *salve Regina*, aut modicam Eleemosynam largiri, existimo distinguendum cum Sanchez *vbi sup. n.* 14 & 5 Vota orationis vel Eleemosynæ alligata sunt diei, & diei honorem respiciunt, multis diebus non dicere *Salve*, vel Eleemosynam non præbere, quæ simul sumpta foret notabilis, illas paruas materias non coalescere ad inducendam culpam mortalem. Si verò vota non sint alligata diei, sed dies præfigatur, vt terminus, vltra quem obligatio differri non debeat, tunc coalescere. Et ratio est, quia in priori casu, cum votum alligatum sit diei, transacto die expirat, & sic non potest vniri cum aliis obligationibus ad constituendam vnam partem. At in posteriori obligatio voti transacto die non extinguitur, & sic vniri potest cum subsequentibus. *part. 5 tr. 5 res. 53.* ✠ cui conformari vult *res. 24 tr. 5 p. 3.* ✠ Sed quando nam censetur vovens alligare obligationem voti ad diem, & quando non? Respondet Palaus *tom 1. tr. 2 disp. 1 punct 9. §. 4. num. 9.* quòd quando in singulis diebus est diversum motivum, tunc votum intelligitur alligari diei; secus vbi est idem motivum. Et in votis personalibus obligationem semper censeri alligatam diei, non autem in realibus *res. 53. cit. §. Sed difficultas.*

Vt si singuli dies habeant diversum motivum.

Coalescũt verò quotiescunque pertinent ad idem præceptũ numero. Et quoties censentur continuari ratione personæ. Temporis. Effectus. Intentionis, &c.

6 Quando autem plures materiæ pertinent ad idem præceptum numero, tunc coalescunt in vnam, & trangressio fit mortalis. Et sic si pluries parum edas in eadem die ieiunii, cùm pertingas ad quantitatem notabilem, peccabis mortaliter. Vide *verb. Ieiunium, n.* 8 Item in materia iustitiæ paruæ materiæ coalescunt, & sic si plura modica furatus sis, vbi furtum est in quantitate notabili, peccas mortaliter. Vide *verb furtum, n* 7 Et generaliter, quotiescumque plures materiæ moraliter continuari censentur, ratione personæ, temporis, vel effectus aut intentionis, &c. vltima transgressio est mortalis. Ita Sanchez *vbi sup. n.* 9 *p.* 5. *tr.* 5 *res.* 52.

MATRIMONIVM
Quoad naturam & causas.

Matrimonii definitio.

1 ✠ MAtrimonium est coniũctio maritalis (inter Christianos verò Sacramentum consistens in coniunctione maritali) legitima viri & fœminæ inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens.

Et necessitas.

Est autem Sacramentũ necessarium, nõ quidem individuis humanis seorsim, sed toti speciei ✠, ita quòd si singulares ad humanam speciem propagandam deficerent, tenerentur Religiosi vxorem ducere. Ita Sanchez *tom. 1. lib. 2. disp. 3. num. 4.* & alii Vasquez *in 3 part. tom. 4. disp. 1. c. 3.* putat, in tali casu instare finem mundi, ac proinde homines multiplicari non posse, quod tamen, secluſa Dei reuelatione, constare non posset *part. 3. tr. 4. res. 289.*

Potest non esse Sacramentum, etiam inter fideles.

2 Neque verò matrimonium ita est Sacramentum inter fideles, vt Sacramẽti rationem non possit aliquando exuere. Posito enim, quod contrahentes (quos infra dicemus esse huius Sacramenti ministros) non habeant intẽtionem celebrandi matrimonium tãquam rem sacram: non esset Sacramentum, cũ ad essentiam Sacramenti concurrere debeat intentio ministri: & tamen valeret in ratione contractus, vt docent Vasquez *tom 2 in 3 part disp. 138. c. 1.* Põtius *lib. 1 c 9 n 1.* & alii contra Sanchez *de Matr tom. 1 lib 2 disp. 10 num. 6.* Non enim constat ex Conciliis, Patribus, aut DD communi Christum Dominum ita matrimonium instituisse, vt in eo ratio Sacramenti & ratio contractus sint inseparabiliter coniunctæ *p. 3 tr. 4. res. 255*

Et de facto aliqui tale dicunt esse, quod celebratur per Procuratorem.

3 Imò Estius *in 4. d. 19. §. 3.* Sylvius *in 3. p. quæst 43 art. 1. quæst 3. concl. 2.* & alii dicunt, matrimonium contractum per Procuratorem inter absentes non esse Sacramentum, quia tam collatio Sacramenti, quàm receptio sunt personales negativè, sicut absolutio Sacramentalis.

Et

Et aliàs sequeretur, Sacramenta conferre gratiam absentibus, etiamsi de Sacramento non cogitent, nec actionem Sacramentalem recipiant. Sed opinio Sánchez *de Matr. tom. 1 lib 2. disp. 11. quæst. 2. n. 10.* & aliorum communior & securior tenet, matrimonium contractum inter absentes, intendentes saltem implicitè Sacramentum efficere, (quod præsumi debet, quoties habent intentionem faciendi, quod facit Ecclesia) esse Sacramentum, ac proinde taliter contrahentes teneri curare, vt sint in gratia, saltem cum Procurator eorum nomine contrahit, non tamen ipsum Procuratorē, qui Sacramentum non recipit. Idque sub mortali *p. 3. tr. 4. res. 250.*

Quod si verum est, non potest fieri Sacramentum per nouum contractū in præsentia præstitum.

4 Quæres hic posito quod matrimonium inter absentes non sit Sacramentum, an possit fieri postea Sacramentum, revocando contractum in præsentia, &c. Ita ait Villalobos *tom. 1. tr. 13. diff. 9 n. 3.* advertens, bene facere contrahentes, si post contractum in absentia celebratum, iterum præsentes contrahant, ad tollendos scrupulos, vt si forte Sacramentum non receperint, recipiatur. Sed ipse existimo cum Rebellio *p. 2. l. 2 quæst. 5. concl. 2. n. 9.* quòd, cum contrahentes iterum in facie Ecclesiæ iunguntur ad implendas solemnitates omissas, id saltem simplicitè facere intendunt: quia matrimonium peragere intendunt, vt de iure licet *part. 3. tr. 4 res. 250. §. Et licet.* Cæterum, quamuis contractus innovetur cum expressa intentione recipiendi Sacramentum, & gratiā, si tamen prior contractus fuit validus, & in ipso fieri contractus non adfuit ratio Sacramenti, & infusio gratiæ, non potest amplius fieri Sacramentum, vel consequi gratia, quia ratio Sacramenti est adnexa fieri ipsius contractus, quod non potest redire. Quod etiam dicendum de matrimonio contracto sine intentione conficiendi rem sacram. & cōtracto inter infideles. Ita Vasquez *in 3. p. tom. . disp. 138. c. 5.* & alii *part. 3. tr. 4. res. 255. §. Ex his.* Neque enim approbo opinionem Rebellii *part. 2. lib. 2. quæst. nu. 2.* quòd coniuges infideles ad fidem conversi, vbi primum novos consensus exprimunt, vel antiquos aliquo signo confirmant gratiam recipiant, & eorum matrimonium Sacramentum evadat. Et multo minus sententiam Sanch. *de matr. t. 1. l. 2. disp. 9. n. 5.* quòd matrimonium infidelium per Baptismi susceptionem fiat Sacramentum absque vllo consensu, eo quòd incipiat vnionem Christi cū Ecclesia repræsentare *part. 3. tract. 4. res. 253.* & matrimonium conversi cum infideli contractum ante baptismum non dissoluitur per solemnem professionem Religionis; sic etiam matrimonium in infidelitate contractum non dissoluitur Ordine Sacro, nec Papa iusta causa potest dissoluere illud infidelium ad fidem conversorum, Pontius; nec infidelis posto soluto matrimonio à fideli, aliud inire matrimonium, & hoc in pœnam suæ obstinationis D. Thomas *par. 9 tr. 7. res. 7. & 8.*

Et idem die de matrimonio infidelium ad fidem conversorum.

Matrimonium conversi cum infideli nō dissolvitur præter baptismum.

Materia & forma huius Sacramenti verba contrahentiū.

5 Materia & forma Sacramenti matrimonij sunt verba contrahentium ad se invicem relata. Quatenus enim contractum inchoant & offerunt, sunt materia, quatenus verò complent & acceptant, sunt forma. Ita Sanchez *matr tom. 1. lib. 2. disput. 6.* Navarrus *cap. 22. numero 10.* putat, interdum consensum esse materiam, verba verè formam. Maior *in 4. dist. 26. quæst. 1. & 3.* è contro Victoria *sum. numero 245.* verba primi esse materiam, secundi formam. Layman denique *lib. 5. tractat. 10 punct. 1. cap 2. numero 3.* materiam esse coniugum corpora mutuò tradenda, formam verò eorumdem verba. Quænam verò sint materia & forma matrimonii per Procuratorem contracti, disident Sanchez *vbi suprà disp. 11. quæst. 4. num. 28.* & Pontius *libro 1. cap. 10. num. 6. part. 3. tract. 4. res 251.*

Vel etiam signa consensum exprimētia.

6 Consensus contrahentium ✠ qui est causa efficiens instrumentalis matrimonii, ✠ præstari potest per nutus & signa, nec enim necessaria sunt verba, nec contrarium colligitur ex c. *tua fraternitas, & c. licèt, de sponsi. duor.* aut ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 1.* In quibus iuribus, quamuis dicatur, consensum

sensum exprimi per verba, nullum tamen habetur præceptum, vt advertit Sanchez *lib. 3. cap. 7. num. 10.* Vnde parum consequenter loqui (ait Pontius *lib. 2. cap 7. num. 14.*) dum, ait, contrahentes per signa, cum possent per verba peccare venialiter, cum vbi non est præceptum, ibi nullum possit esse peccatum. Sed quidquid sit de hoc, non est audiendus Rodriquez *in sum. tom. 1. cap. 216. num. 5.* docens supradictos, peccare mortaliter. *parte 3. tractat. 4. resolutione 248.*

Qui non debet necessario esse vtriusque simul.

7 Non est verò necessarium, quòd vtriusque contrahentis consensus eodem tempore præbeatur. Est tamen necessarium, quòd præbeatur simul moraliter, id est quòd non distent magno intervallo. Magnum intervallum appellat Bartol. Ledesma *de matrim. dub. 15.* pro hac re vnum annum. Henriquez *lib. 11. cap. 3. numero 6.* duos Sotus *in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 3.* septem; melius autem Petrus de Ledesma *de matr. quæst. 45. art. 3. dub. 2.* relinquendum existimat arbitrio boni viri, qui attentis circumstantiis id discernat. Vide Coninch *de sacr. disp. 24. dub. 7. p. 3. tract. 4. resol. 292. 5. Notandum.*

Et sufficit si sit tacitus.

8 Sufficit etiam consensus tacitus, ita vt, si præsentibus & tacentibus filiis, parentes contrahant, matrimonium sit validum, & auctoritate Bonifacii, in c. *vn. de despons. impub. in 6.* Minimè verò, si puella taceat, & nemo pro ipsa respondeat. Immò nec sufficit, quòd pro ea respondeat extraneus, (vel tutor aut curator *part. 10. tractat. 13. resolut 21.*) vt docet Bonacina *de matr. quæst 2. punct. 1. numero 8.* quamuis Sylvius *in 3. part. quæst. 45 art. 2.* putet sufficere. Sed Pontius *lib. 2. cap. 14. numero 3.* dubitat, an consensus parentum sufficiat, & dispositio Bonifacii ad matrimonium extendi debeat, cum loquatur tantùm de sponsalibus, ad quæ multò pauciora sufficiunt, quàm ad matrimonium, & sanè maior libertas requiritur ad matrimonium, quàm ad sponsalia. Et fieri posset, vt filii tacerent ex metu reverentiali parentum, qui secundùm ipsum matrimonium invalidat. Et tandem, quia præsumptio consensus, qui sufficit in sponsalibus, non est firmum fundamentum ad iudicandum validum matrimonium, quod veritate magis, quàm præsumptionibus est dicendum *parte 3. tractat. 4. res. 272.*

Probabile est, ficte contrahentem non teneri ex animo contrahere.

9 ✠ Consensus fictus facit matrimonium nullum. ✠ An verò teneatur qui ficte contrahit, contrahere iterum ex animo? Negativè respondet Sanchez *de matr. tom. 1, lib. 1. disp. 11. n. 5.* si nullum dānum sequitur fœminæ. Sed in Sanchez invehitur Pontius *lib. 2. cap. 5. numero 5.* existimans, hanc opinionem esse improbabilem; & quæ si in praxim deduci posset, foret hominibus sceleratis, putantibus non teneri ad contrahendū, viam ad decipiendas fœminas aperitura. Attamen opinio Sanchez, quam etiam docet Villalobos *tom. 1. tract. 13. diff. 8. num. 2.* est probabilis, & in his casibus tenenda cum Layman *lib. 5. tractat. 10. par. 2. cap. 6. num. 1.* Primò, si decepta se falsò iactavit pro Virgine. Secundò, si ex tali matrimonio scandala, & infelices exitus timeantur. Tertiò, si decipiens sit status longè eminentioris. Quartò, si decepta, postquam se deceptam cognoscit aliam compensationem sponte recipiat. Quintò, si deceptor contraxerit aliud matrimonium ex animo. *par. 3. tr. 4 res 247.*

Præsertim in certis casibus.

Vt verò tale matrimoniū revalidetur, probabile est requiri novum consensum vtriusque.

10 Quoties autem sponsus, qui ficte contraxit, vult verè contrahere, sufficit, ait Sanchez *lib. 1. disp 32. num. 12 & 13* quod ipse solus consentiat, si sponsa deceptionem ignoret quia consensus huius verè & legitimè præstiturus habitualiter perseverat. An Pontius *lib. 4. cap. 44 & 25.* non minus probabiliter tenet, tale matrimonium non revalidari, nisi per consensum vtriusque sponsi. Ita declaravit Clem. VIII Rectori Romanæ Pœnitentiariæ Societatis. Et ratio est, quia falsum est perseverare consensum eius, qui verè consensit: ex quo enim non semel consentit, non iudicavit suum consensum ampliùs necessarium *part. 3. tract 4. res. 292. & p 5 tract. 13. res 87.* qui clandestinè contraxit cum

Tenetur clàdestinè contrahès cum copula matrimonium, Pater verò cogens filium contrahere, non incurrit excommunicationem Tridentini.

copula, tenetur ratione iusticiæ, fœminã in vxorem ducere. D. Thomas *par. 9 tr. 7 res. 72.*

11 Consensus etiam contrahentium debet esse liber. Vnde si pater cogeret filium ad contrahendum cum qua ipse voluerit, matrimonium esset nullum, & ipse mortaliter peccaret; non tamen cõtraheret excommunicationem Tridentini *sess 24. cap. 9.* latam contra Magistratus temporales quempiam matrimonium inire cogentes, Ita Sanchez *de matr. tom. 1. l. 4. disput. 22.* contra Lopez *apud ipsum ibid.* Filius verò non tenetur in conscientia contrahere matrimoniũ à patre promissum, aut præceptum. Et, quamuis debeat ante contractum matrimonii parentes certiorare, quando non timet se iniustè impediturum, aut alia rationabilis causa non obstat; potest tamen licitè hoc, aut illud matrimonium, ipsis inuitis, vel resistentibus, contrahere. Ita Hurtadus *de matr. disput. 6. diff 9. numero 32.* contra Bellarminum *de matr. lib. 1. cap. 19 part. 4. tractat. 4 resolut. 132.* Sed quinam metus invalidet matrimonium, vide infra V. *Metus irritans contractum.*

Filius autem non tenetur ei obedire in ducenda vxore.

Et ex iusta causa potest ducere, parentibus contradicentibus.

Præterea consensus debet esse absolutus.

12 Debet etiam esse absolutus, nam conditionatus non valet. Vnde Matrimonium contractum sub conditione etiam licita, v g. *Contrahotecum, si pater tuus voluerit*, non convalidatur purificata conditione, sed requiritur novus consensus, sine quo transit in sponsalia, & dissoluitur per contractum alterius matrimonii per verba de præsenti. Et ratio est, quia ex vna parte illa forma contrahendi coincidit cum contractu sponsaliorum, vt patet ex cap. *super eo, de cond. appos.* ex alia verò nullum Sacramentum pendere potest à conditione de futuro. Ita Pontius *lib. 3. cap. 14. nu. 15.* & Theologi communiter. Contrarium tenent Canonistæ, cum quibus Coninch. *de sacr. disp. 29. dub 1. concl. 3. num. 11.* quia cæteri contractus conditionales, purificata conditione absque novo consensu purificantur, vt patet ex l. *hæc venditio ff. de contrab. empt.* Quæ sententia est valde probabilis, dummodo

Aut saltè non includere conditionem impossibilem.

conditio adimpleatur coram Parocho & testibus, vel Parochus & testes cognoscant conditionem impletam esse. Ita Rebellius *part. 2. lib. 2 quæst. 10 sect 6. n. 44.* Qui media via in hac re incedit, & putat, tale matrimonium, revalidari absque novo consensu, si contrahentes expressè paciscantur, vt adveniente cõditione, matrimonium statim fiat, & in eodem consensu saltem virtuali permaneant *part. 3 tractat. 4 resolut. 291.* Cæterum, si conditio sit impossibilis, nulli dubium est matrimonium nullum esse. Vnde Gutierrez *lib. 1. cap. 22. numero 17.* existimans contrahentes sub conditione *si Papa dispensaverit*, supponere conditionem impossibilem, putat hoc matrimonium esse nullum, & contrahentes incurrere excomm. *Clem. vn de consang.* Alii verò id negant: quia talem cõditionem possibilem reputant. *p. 3. tr. 4. res. 290.* in fine.

13 Advertè hic, pactum, quod vir perpetuò habitet in domicilio vxoris sub aliqua pœna, non obstare libertati coniugii, ac proinde esse licitum. Ita Sanchez *tom. 1 lib. 1. disp. 40. n. 2.* Sed si accidat nova causa mutandi domicilium, nõ tenet, etiam si accesserit iuramentum. *p. 2. tr. 4. res. 213.*

Pactum quod vir perpetuò habitet in domo vxoris, nõ invalidat matrimonium.

14 Minister Sacramenti matrimonii, seu causa eius efficiens principalis, sunt ipsi etiam contrahentes. Ita DD. communiter contra Canum *lib. 8. de locis cap 5.* existimantem, quòd sit Sacerdos, ipsos coniungens in matrimonio, cuius sententiam Vasquez *in 3. p. tom 4. cap. 4 num. 41.* putat improbabilem & nota digoam. & Rebellius *part. 2. lib. 2. quæst. 4 sec 2. num. 6.* appellat temerariam, ea ratione, quia in Tridentino & Florentino agentibus de hoc Sacramento ex instituto ad novitei exortas hæreses extirpandas, nihil de novo requirunt in eo, præterea, quæ in omni lege requirebantur in ratione contractus, cum tamen ante legem novam, & hodie intergentes, ad matrimonium non sit necessaria præsentia Sacerdotis. Attamen sententiam Cani docuerunt nostris temporibus Estius *in 4. dist. 26. §. 10.*

Et ex iusta causa solui potest Matrimonii minister sunt ipsi contrahentes.

&

& Sylvius *in 3. p. quæst. 42. art. 2. quæst. 1.* Quod verò docet Toletus *lib. 7. cap. 6. num. 4* ante Tridentinum non fuisse necessarium ministrum, esse tamen necessarium post illud, intellige de præsentia Parochi, nam alioqui Sacramentum nunquam consistit sine ministro, nec Ecclesia potest aliquid mutare de essentia Sacramenti. *parte 3. tract 4. resol. 254.*

Qui tamē si in peccato contrahunt, vnū solū peccatum committunt.

15 Ex his igitur, quia contrahentes non solum suscipiunt Sacramentum matrimonii, sed ministrant, docuit Vasquez *in 3 par. to. 3 disp. 136. cap. 3. num. 38.* cum aliis, duo peccata mortalia eos committere, si contrahant in mortali. Sed contraria sententia Filliucii *tom 1. tractat. 1. cap. 6. numero 87.* est etiam probabilis, quia quamvis sint ministri, non sunt tamen ad hoc specialiter deputati, *part. 3. tractat. 4. resolutione 199.* Idem dic, si contrahant cum excommunicatione. Vide V. *Excommunicationis, numero 19.*

Finis Matrimonii multiplex.
1 Præparatio speciei,
Conservatio individuorum,
Remedium concupiscentiæ,
Famulatus &c.

16 Causa Finalis matrimonii est multiplex. Nam matrimonium primò & principaliter institutum est in propagationem speciei Secundò, in conservationem individuorum. Tertiò, in remedium concupiscentiæ. Quartò, in commoditatem obsequij vtriusque ad invicem. Vnde consummantes matrimonium causa captandæ voluptatis, conservandæ valetudinis, aut vitandæ fornicationis, non peccant venialiter. Nec peccant venialiter contrahentes ob pecuniam, vel divitias. Ita Pontius *lib. 1. cap. 21. à n. 6. part. 3. tract 4. resol. 216. 218. 219.*

Et primus quidem est essentialis matrimonio.

17 Propagatio autem speciei adeo essentialiaer intenditur in matrimonio, vt impotentes impotentia perpetua, non possint validè matrimonium contrahere, etiam in ordine ad castè convivendum, vt diximus V. *Impedimenta, n. 20.*

Vnde perpetuò impotentes non possunt cõtrahere.

18 In hunc etiam finem generationis iura statuerunt, ætatem matrimonii esse pubertatem, quæ scilicet ad generandum apta est, & in maribus est annorum 14. in fœmina 12. vt patet ex c. *de illis 2. de sponsi. impub.* nisi malitia suppleret ætatem, quæ si non suppleat, matrimonium est invalidum, & transit in cõtractum sponsaliorum. Et contrahentes per verba de præsenti ante dictam ætatem, peccant mortaliter, vt benè colligit Villalobos *tom. 1. tr. 14. diffic. 22. num. 8.* ex *cap. cit.* ibi *districtius inhibemus.* Quamquam id neget Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 1 disp. 17 num. 6.* quia matrimonium inter impuberes per verba de præsenti, permissum est *c fin. de sponsi. impub. cap. vn. § idem quoque, eod. tit. in 6.* interpretantibus, quasi contraheretur per verba de futuro, quæ iura non debemus dicere correcta esse per cap. *2. cit.* cum ex vna parte correctio iuris sit odiosa & omninò vitanda, & ex alia ritè hoc interpretari possimus nè corrigat, dicendo cum Panormitano *eod. cap. 2. numero 5.* ipsum impedire nè tales contrahant, simulque copulæ carnali dent operam, ne postmodum de valore matrimonii dubitetur. Sed stando in prima sententia, adverte, non esse peccatum contrahere matrimonium ante ætatem cum Episcopi licentia & iusta causa. Ita Paludanus *in 4. dist. 28 q. 2. art. 1. n. 8 p. 3 t. 4. res. 276.*

Nisi malitia suppleat ætatem.

19 Adverte etiam, docere Rebellium *lib 3. quæst 16. sect. 2. num. 16.* quòd talis ætas absque iusta causa anticipari potest per vnum, aut alterum mensem: quia, quod parum distet, nihil distare videtur. Sed nimis amplè loquitur, vt ait Naldus V. *Ætas, num. 1.* Ideo Ledesma *in 2. par. lib. 5 quæst. 60 art. 1.* anticipari solùm posse ait per decem dies. Guttierez *de matr. c. 2. num. 20* per duos, vel tres: Villalobos *tom. 1 tractat. 14. diff. 22. numero 1.* per aliquot horas, dummodo dies vltima, in qua ætas complenda sit, sit incepta, quæ sententia est probabilis. Sicut probabilis quoque est sententia Hurtadi *de matrim. disp 21. diff 12. n. 45.* requirentis ætatem mathematicè completam, nam termini in iure statuti, indivisibiliter sumi debent, vt patet de pretus rerum *p. 3. tr. 4. res. 277. & p. 3. tr. 5. res 16.*

Et probabile est sufficere, quòd vltima dies sit incepta.

Sicut etiã, quod sit perfecta

20 Mutus, aut surdus à nativitate,

Mutus &

surdus à nativitate sinon est cœcus & stultus, potest vx. rè deducere. Secus si secut.

si videt, & est perspicacis ingenii, vt persæpè solent, est persona legitima ad contrahendum, quia potest signis & ipse doceri, quid sit matrimonium, & suũ aliis significare consensum. Ita habetur in c. *cum apud, de sponsal* & tenet Sãchez *de matr tom.1. lib.1 disp.8 num.12.* contra Abbatem *in cap. cum apud, num.6. part.5. tract.6. ref.9.* Si autem est simul cœcus à nativitate, non potest contrahere, ob contrariam rationem. Ita etiam Sanchez *vbi sup. num.13.* contra Angelum *v. Matrimonium 3. impedi.13. init. Ibidem resolut.10.*

Non sunt à matrimonio repellendi ignorantes Pater, Ave Maria, Credo, & decalogũ.

21 Cœterum, cum inter impedimenta matrimonij ire communi statuta non sit ignorantia doctrinæ fidei, scilicet *Pater noster, Ave Maria, Credo*, & Decalogi, non debent, qui hæc ignorant, à contrahendo matrimonio arceri. Possunt tamen suaviter, & quadam prudenti ratione ad breve tempus impediri, vt sic doctrinam addiscere curent. Et sic intelligenda sunt Decreta Synodi Panormitanæ & Bononiensis, aliter non approbandæ, nam matrimonii impedimenta statuere non pertinet ad Episcopum, sed ad Papam. Ita Sanchez *de matr. tom.1. lib.3. disp.15.* quidquid dissentiat Pontius *lib.5 cap.36. num.8 part.4. tract.4. ref.85.*

Quamvis suaviter destrahi possint ad tempus, vt illa addiscant.

Matrimonium quãdonam dicitur consummatũ?

22 Petes. Quandonam matrimonium dicitur consummatum? Respondeo, quando vir intra vas naturale fœminæ, etiam ipsa non seminante, seminaverit, quia semen fœmineum non est necessarium ad generationem. Ita Sanchez *tom.1. lib.2 disp.21. num.11.* Sed quia hoc principium non est admodum certum, probabilem existimo contrariam sententiam Caranzæ *de partu hum. c.20. quæst.11. n.6.* pro qua facit Baldus *in l. fin.* in fine, *C. de servis fugitivis*, appellans filium compositum quoddam, & facere videtur Sacra Scriptura *Iob 10.* ibi, *Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? part 1. tractat.13 ref.54. & tract. 14. ref.27.* in fine. Vide *verb. Affinitas, num.22.*

MATRIMONIVM
Quoad Procuratorem.

23 MAtrimonium contrahi potest per Procuratorem, sicut *tor potest* alii contractus celebrati possunt. Et qui *esse eiusdem* Procurator viri potest esse fœmi- *vis sexus.* na, &c. quia est tantum instrumentum *Et ætatis.* ministratus verba, & notat Villalobos *Nec debet tom.1. tract.13. diff.9 n.2* in eo non requi- *crearitorã* ri determinatam ætatem, & institui *Parocho &* posse sine scriptura, & à fortiori sine Pa- *testibus* rocho & testibus, quamuis matrimoniũ postea coram prædictis sit ineundum. Porrò non debet Procurator suum mãdatum excedere, alioqui matrimonium foret nullum, *part.3. tr.4. ref.250. §. Notandum est tamen*, & infrà.

24 Petes. An si missio Procuratore ad *Aut neces-* contrahendum, mandans in amentiam *sario in-* incidat, Matrimonium sit validum? Af- *scriptis.* firmat Sanchez *de matr. tom.1. lib.2. disp.11 Ipse verò num.12.* quia monet consensus virtute, *non potest* cum non sit revocatus, ob quam ratio- *excedere* nem valet etiam Baptismus datus amen- *suum man-* ti petitus ante amentiam, *etc. maiores, datum. de Baptismo.* Sed contra sentit Pontius *An sit validum. 2. cap 13. num.14.* quia deficit consen- *lidum ma-* sus actualis & virtualis cum amens non *trimoniũ* possit habere consensum deliberatum: *contractũ* in hoc enim comparatur mortuo. Ex per procu- quo patet, diversam esse rationem, si *ratorem* mandans tempore contractus dormiat, *tempore* quia tunc non est incapax consensus. *quo man-* Aliam item esse rationem de eo, qui *dans ea-* baptizatur in amentia, nam Baptismus *sit iam a-* non requirit consensum actu, sed tan- *mens?* tum, quod præcesserit, & non sit revo- *Sanchez* catus. Confirmatur, quia si amens esset *affirmat* præsens, non posset contrahere per con- *Pontius ne* sensum ante amentiam explicatum: er- *gat* go neque Procurator pro ipso, *part.3. tr.* *4. ref.249.* An matrimonium contractũ per Procuratorem sit Sacramentum dictum est *supra n.3.*

25 Potest etiam matrimonium con- *De matri-* trahi per litteras, cuius duplicem modũ *monio per* affert Villalobos *tom.1. tractat.13 diff.10. litteras.* *num.*

num. 2. Primus est, quòd exarentur litteræ, & mittantur per nuntium cum potestate acceptandi consensum nomine contrahentis, quod est contrahere simul per litteras & procuratorem. Secundũ, quod scribatur in litteris consensus & acceptatio traditionis alterius, qua coram Parocho & testibus lecta, si altera pars consentit, matrimonium tenet *part. 3. tractat. 4. resolutione 250 §. Idem.*

MATRIMONIVM
Quoad denuntiationes.

Denũtiationes ad matrimonium prærequisitæ à Tridentino possunt iusta causa postponi, vel etiam omitti.

26 ANtequam Matrimonium contrahatur, præmittendæ sunt tres denuntiationes tribus diebus festiuis continuis à proprio contrahentium Parocho faciendæ inter Missarum solemnia, ex decreto Concilij Tridentini *sess. 24. c. 1.* Ità tamen, vt si probabilis suspicio fuerit, per dictas denuntiationes matrimonium malitiosè impediendum, vel vna, vel nulla denuntiatione præmissa, matrimonium contrahatur, & denuntiationes postea ante consummationem fiant, vel etiam, si ita Ordinario visum fuerit, non fiant. Igitur †

Si absque iusta causa omittatur, matrimoniũ tenet, sed peccatũ mortale cõmittitur.

27 Contrahentes ante denuntiationes factas, peccarent mortaliter: sicut etiam Parochus tali matrimonio assistens. Ita Villalobos *tomo 1. tract. 13. diff. 24 num. 2.* Matrimonium tamen esse validum, vt declarauit Sacra Congregatio apud ipsum *ibid.* & tenent DD. communiter contra Cephalum *lib. 3. consil. 411.* Imò si ex tribus omittatur vna, & impedimenti periculum probabiliter absit, probabile est, quod docuit Sanchez *de matrim. tom 1. lib. 3. disputat. 5. num. 8.* non esse peccatum mortale, quamuis contra illum insurgat Basilius Pontius *lib. 5. cap. 30. num. 3. p. 3. t. 3. resol. 136. & 241. p. 9. t. 8. ref. 19.* Non peccant mortaliter contrahentes absque denuncia-

Si autem omittatur vna, probabile est esse solum veniale.

De denũtiationibus vide infra.

tionibus prima vice consummando matrimoniũ ritè celebratum, dum sint certi inter eos nullum subesse impedimentum. Sotus, & alij, & non tenetur coniux reddere debitum altero coniugi ante denuntiationes; sed si prima vice consummatum est tenetur reddere. Henriquez; imò notandũ est, quod si bono communi, vel speciali contrahentiũ, & non est facilis recursus ad ordinarium, pro ipsis perendis, possunt contrahere coram Parocho, & testibus, Sotus, & alij *ibid.*

In denũciationibus remotis concubinarius vult ducere concubinam in conscientiæ quietem, aut filiorum legitimationem, & non esse facilis aditus ad Ordinarium

28 In denuntiationibus non potest dispensare Parochus, nisi in articulo mortis concubinarius velit ducere concubinam in conscientiæ quietem, aut filiorum legitimationem, & non esse facilis aditus ad Ordinarium *part. 3. tr. pens are po- 4 resol. 254.* in fine, & *par. 3. t. 3. resol. 38. testi, siue vt omittãtur.*

Extra hunc casum dispensare potest solus Ordinarius, & quidem cum causa iusta, de qua vide Pontium *cap. 32. numero 2.* Idque verum est etiam translatione ipsarum, vsquequo contractus celebratus sit ex timore, ne malitiosè impediatur. Ita Coninch *de sacr. disput. 27. dub. 5. numero 453.* Nomine Ordinarij Sanchez *disput. 3. num. 4.* intelligit tam Episcopũ, quam alios Prælatos habentes iurisdictionem quasi episcopalem, vt Abbates, &c. Sed Pontius *cap. 3. num 2.* intelligit solum Episcopum, & adducit pro se declarationem Cardinalium, cuius etiam meminit Villalobos *diffic. 23. num 6* qui tamen addit, circa hoc seruandam esse consuetudinem *part. 3. tract. 4. resol. 237.* Et dispensare posse Vicarium Episcopi Generalem, quia est Ordinarius, nisi talem facultatem sibi Episcopus reseruauerit, quod ante ipsum docuerat Sanchez *vbi sup. n. 13.* sed contra ipsum insurgit Pontius *vbi suprà* ex declaratione supradicta, & præterea ex limitatione ipsius. Nam si Episcopus potest sibi talem facultatem reseruare, signum est, quòd eam Concilium non delegauit Vicario eo ipso, quòd Vicarius est *part. 3. tract. 4. resol. 238.*

In denũciationibus remotis generaliter, vel vt Ordinarius dispenset

29 Docet etiam Sanchez *lib. 7. disp. 7. n. 7.* quod si sponsi sint diuersæ diœcesis, sufficit dispensatio alterutrius Episcopi; quia in hac re sponsi se habent vt *sponsi*, vel vna persona. Contrarium tenet Pontius *numero 9.* quia contingere potest, vt impedimentum, quod in vna diœcesi

ignoratur, in alia notum sit, ac proinde ex dispensatione denunciationum in vno loco non sequi dispensationem in alio *par. 3. tract. 4. resol. 139.*

Denunciationes fieri debent in Parochiis, in quibus sponsi diutius commorati sunt.

30 Denunciationes debent fieri in Parochiis, vbi sponsi diutius versati sunt, & principaliorem habuere larem. Ita Sanchez *tom. 1. lib. 3. disput. 9. num. 6.* & Nouarius *concl. 74. numero 3.* & sic declarauit Sacra Congregatio apud Dauallos *par. 1. cap. 16. num. 19.* Sed Pontius *ca. 30. numero 3.* ait, se talem declarationem non inuenisse, & de iure sibi videri, quòd denunciationes fieri debeant in Parochiis, vbi habitant, etiam ex modico tempore, quia hæ sunt propriæ cõtrahentium Parochiæ. An verò expediat, in aliis etiam fieri, vbi diutius versati sunt, arbitrio Episcoporum reliquit *par. 3. tract. 4. resol. 235.*

An fieri possint extra Ecclesiam?

31 Denunciationes fieri posse extra Ecclesiam, docet ex Sanchez, Villalobos *tomo 1. tract. 13. disput. 4. num. 3.* si locus apeus est ad diuulgandum. Sed contrarium tenet Pontius *vbi sup. num. 3.* Qui etiam contra Sanchez docet, non posse fieri in die profesto, quamuis populus, qui solet in festis interuenire, concurreret. Nota etiam, quòd non est peccatum mortale, denunciationis fieri in tribus festis non continuis, sed aliquo festo interceptis. Ita Villalobos *ibid.* cõtra Henriquez *lib. 11. cap. 7. num. 1. in gloss. litt. C.* imò in festis continuis immediatè sibi succedentibus immediatione etiam profesti, vt tribus diebus Paschæ, fieri non possunt, vnde notat ex Sanchez Layman *lib. 5. tract. 10 par. 2 cap. 4. num. 10.* inter vnam & aliam denunciationem duorum saltem dierum spatium debere intercedere *par. 3. tract. 4. resol. 236. § Nota etiam,* & infra.

Diebus profestis? Aut festis interpolatis? Vel immediatis?

An ex vi denunciationum reuelandum sit impedimentũ occultum?

32 Ex vi denunciationum, Sanchez *tom. 1. lib. 2. disp. 13. num. 2.* teneri reuelare impedimentum etiam occultum, qui illud scit: quia ex c. *præterea, de sponsa.* vnus testis sufficit ad impediendum matrimonium contrahendum. Sed Pontius *cap. 34. num. 5.* id negat, & solidè probat oppositum. Et negat etiam, vnum testem sufficere ad impediendum matrimonium. Vide illum *part. 3. tract. 4. resolutione 221.*

MATRIMONIVM
Quoad Parochum & testes.

Parochus non debet interrogare sponsos de impedimentis

1 MAtrimonium ex Concilio supra citato requirit præsentiã Parochi & duorum testium. * Et quidem Parochus debet interrogare sponsos de mutuo consensu, an scilicet liberè consentiant. Non tamen, an aliquod impedimentum habeant. Ita Sanchez *tom. 1. lib. 3. disp. 38. num. 8.* & 10. contra Veracruz *append. dub. 2. concl. 1.* & 2. Imò, vt idem ait, si constet Parocho sponsos liberè consentire, non peccat mortaliter, non inuestigando consensum *par. 3. tract. 4. res. 294.* Debet etiam Parochus intellecto consensu dicere: *Ego vos coniungo in nomine Patris, &c.* vel alia verba iuxta Prouinciæ consuetudinem, vt habet Concilium. Sed si omittat, peccabit solùm venialiter; quia nec materia est grauis, nec obligatio ex Concilij verbis deducitur. Ita Coninch *de Sacr. disp. 27. dub. 4. num. 43.* contra Rebebellium *par. 2. lib. 2. quæst. 7. sect. 2. num. 4. par. 3. tract. 4. res. 256.*

Sed solùm de cõsensu.

Et formam benedictionis proferre iuxta consuetudinem.

Neutrũ tamen sub mortali.

34 Parochus matrimonio assistens, secundùm Pontium *lib. 5. cap. 16. num. 4.* debet esse illius, in cuius Parochia contrahitur, & adducit multas declarationes, non quidem id exprimentes, sed ex quarum verbis id colligit. Verum satis probabilis est opinio Sanchez *tom. 1. lib. 3. disp. 9. num. 11.* quòd possit esse Parochus alterutrius etiam in Parochia alterius, vt Parochus viri in Parochia fœminæ, & è contra, quia in hoc Parochus vel non exercet iurisdictionem, vel non contentiosam sed voluntariam, *par. 3. tr. 4. resol. 232.* & *p. 11. tr. 3. res. 34.* Si verò assisteret Parochus neutrius coniugis, vel alius Sacerdos, absque licentia proprij Parochi, incurreret ipso facto suspensionẽ Trident. *sess. 24. cap. 1. de reform.* Vbi correcta & moderata fuit pœna excommun. lata *in Clem. 1. de priu.* vt declarauit

Probabile est, posse assistere matrimonio tam Parochum sponsi, quã sponsa, & Parochũ vnius in Parochia alterius.

Minimè verò omnino extra-

S. Con-

neũ fine licentis proprij.

5. Congregatio apud Hurtadum *de matr. disp.* 15 *diffic.* 17. *n.* 55. Moderata etiam fuit pœna suspensionis triennalis *cap. vlt. §. fin. de cland.* contra Parochum assistentem matrimonio clandestino, & commutatã in arbitrariam Ordinaria, quia matrimonia clandestina ex quo irritata sunt, non sunt amplius adeo perniciosa. Ità Hurtad *ibid.* contra Coninch *parte* 5. *tract.* 10 *resolutione* 33.

Parochus excõmunicatus, &c. validè assistit.

35 Parochus excommunicatus, suspensus, irregularis, validè matrimonio assistit, & licentiam dat assistendi. Vide V. *Parochus, à n.* 10. immo matrimoniũ celebratum a Parocho, qui communiter ita reputatur tamen sine titulo, & inualidè beneficium obtinens, nullatenus à vulgo probabiliter reputatur Parochus omnia ab illo gesta sunt valida, sic etiam & matrimonium *par.* 9. *tr.* 7. *resol.* 45. &

Parochus pro tali existimatus omnia validè agit.

Concessio extorta sine veritate est nulla.

si licentia Parochi extorta fuit dolo, & mendacijs, si concessit licentiam, assecrendo si vera sunt, quæ præponuntur, clarum est deficiente veritate quod cõcessio est nulla; secus si nihil expresserit. Diana, & alij *par.* 9 *tract. res.* 10.

Matrimoniũ contra ẽũ absque Parocho, aut testibus in nullo casu est validum.

36 Petes An in aliquo casu validum sit matrimonium contractum absque præsentia Parochi, aut testium? Affirmatiuè respondet Sotus *in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 2 & assignat quatuor casus. Primus est, si concubinarius in articulo mortis vellet concubinam ducere, ad legitimãdos filios, vel alium finem honestum, & non esset copia Parochi, aut testium. Secundus, si virgo nobilis sub tutela iniqui tutoris existens, timeret, tutorem daturum eam in vxorem viro plebeio. Tertius, si concubinarij iter facientes, vel alia ratione comprehensi, ne in pericula ob concubinatum incidant, subito matrimonium ineant. Et quartus, si aliqui, quibus expedit nubere, si publicè & cum assistentia Parochi & testium nuberent, iniquum aliquod impedimentũ metuerent. Sed hæc omnia bene refellit Pontius *lib.* 3. *cap.* 6 *num.* 3. quia Trident quamuis in aliquo casu denunciationes omitti permittat, numquam tamen omitti posse inquit præsentiam Parochi & duorum testium *par.* 3. *tr.* 4. *resol.* 234. & *par.* 3 *tr.* 3 *resol* 98. Sed aliqui dicunt aliquando omitti posse *par.* 10. *tr.* 13. *resol.* 15. & saltem sufficiat quod casu accidit. *Ibid. resol.* 10 dummodo intelligat quæ fiunt. *Ibid resol.* 20. etiam per internuntium. *Ibidem resolutione* 17. etiam si Episcopus interdixisset *Ibid resol.* 23.

37 Imò Comitolus *lib.* 1. *quæst.* 120. *num.* 3. docet, præsentiam Parochi & testium requiri, etiam quando matrimonium inualidum cum dispensatione Põtificis reualidatur, & sic declarasse Clẽ. VIII. Sed ego contrarium teneo cum Rebello *par.* 2. *ibid.* 3. *quæst.* 9. *punct.* 5. & 6. si impedimentum sit omninò occultum, & ad forum externum deduci non possit. Ratio est; quia Tridentinum requirit huiusmodi præsentiam ad exterminanda matrimonia clandestina, hoc autem non est tale, quia contractum est in facie Ecclesiæ, & quidem quoad apparentiam & præsumptionem externã, validè; ergo. Ad responsionem Clem. respondeo, de illa non constare authenticè, *par.* 2. *tr.* 15. *resol.* 5.

Verum est, quòd si semel coram illis cõtractũ sit invalidè, & postea cum dispẽsatione reualidatur, nõ requiritur de nouo eorũ præsentia.

38 Petes secundò. An matrimonium contractum sine Parocho & testibus transeat saltem in sponsalia de futuro? Respondeo transire, inquit Henriquez *lib.* 12. *cap.* 5. *n.* 4. cum aliis. Sed contrariũ tenendum est cum Barbosa *de pot. Epis. par.* 2. *alleg.* 32. *nu.* 143. etiamsi iuramento confirmatum sit; nam cum sic contrahentes contraueniant dispositioni Cõcilij, & peccent mortaliter, videntur facere actum illusorium potius, quàm aliqua ratione validum. Et ità declarauit Sacra Congregatio apud Cenedum *qq. can. quæstio* 30. *numero* 18. igitur tales possunt sine vlla iudicis auctoritate à tali contractu discedere, & cum aliis contrahere. *part.* 3 *tractat.* 4. *resolutione* 258. Testes ad valorem matrimonij sat est, si audiant vocem contrahentium, dummodo habeant notitiam vocis illorum, & si eos non videant. Grat. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 68.

Si autem cõtrahatur initio absq; illis, ne valeat pro spẽsalibus.

Valet matrimonium si testes audiant vocẽ contrahentium.

39 Va-

39 Validum item est matrimonium, quod contrahitur coram duobus testibus sine parocho, si parochia nō habeat parochum, nec Cathedralis Episcopum: nec alium qui sit delegatus, vel si ille propter metum hæreticorum lateat. ita declarauit S. Congregatio ad Tridentinū, anno 1605. 19 Ianuarij pro Episcopo Tricarien si *p. 11. tr. 6. res.* 11. Validum quoque censetur matrimonium contractū sine testibus & parocho, in loco vbi Tridentinum non est receptum, etiamsi cōtrahentes sint incolæ loci, in quo est receptum (quia in conflictu opinionū, qualis hic est, fauendum matrimonio; idem potiori iure locum habet in captiuis apud Turcas *p. 11. tr. 8. res.* 56. imo Layman eandem rationem putat esse in hæreticis qui habitant in parochia, in qua Tridentinum est receptum, eò quod talis censeatur esse voluntas Pontificis, ad euitanda plurima incommoda inde oriunda; quod tamen Busenbaum non putat admittendum. *ibidem.*

MATRIMONIVM
Quoad alia.

An matrimoniū contrahi possit in domo?

40 QVoad locum contrahendi matrimonij petes primò. An possit Episcopus prohibere ne matrimonia domi contrahantur? Negatiuè respondet Barbosa *de potest. Episc. par. 2. alleg. 32 numer. 18.* & ita declarauit Sacra Congregatio apud Rebellium *par. 2. lib. 2. quæst 7. sect. 2. numero 11.* & rationem adducit Reginaldus *tom. 2. lib. 31. cap. 33. numero 142* quia vbi nullum est impedimentum, Parochus coniungere debet volentes contrahere in facie Ecclesiæ, vt constat ex Trident. *sess. 14 cap. 1.* vt verò matrimonium in facie Ecclesiæ celebrari dicatur, non est necesse, vt in ipsa Ecclesia materiali fiat, sed vt testatur Abbas *in cap. fin. de clandestin. desponsat. numero 9* satis est, si fiat coram fidelium multitudine. Et hodie satis contractum in facie Ecclesiæ dicitur, si contrahatur coram Parocho & duobus testibus post tres denunciationes. Sed Patres Concilij Prouincialis Colonienſis *2. cap 33.* & Synodus Panormitana *1615. parte 2. numero 22.* prohibent matrimonia domi sine iusta causa celebrari. *part. 3. tract. 4. resolutione 299.*

41 Petes secundò. An sponsi rus profecti recreationis causa possint ibi contrahere? Negatiuè respondent Cenedo *quæst. 30. num. 60.* & alij communiter: quia tales non contraherent coram proprio Parocho, vel alio de eius licentia, Sed Sà *v. Matrimonium num. 2.* & alij dicunt, proprium Parochum in ordine ad matrimonium esse Parochum, in cuius Parochia alteruter habitat, etiam ex paruissimo tempore; & ita videtur determinasse Sacra Congregatio apud Pontium *lib. 5. cap. 13. § 1. num. 4.* vnde videretur respondendum ad petitionem affirmatiuè. Sed quia de hac declaratione non constat authenticè, non discedere à prima sententia, pro qua Menochius *vol. 4 cons. 378.* adducit quatuor Rotæ decisiones, *part. 3 tr. 4 resol. 231.*

Et in rure.

42 Deinde quoad tempus Matrimonium semper celebrari potest, etiam tempore interdicti. Vide V. *Interdicti, numero* 10. Excipe tamen ex Tridentino *sess. 24. cap. 10.* tempus intercluſum à media nocte præcedente primam Dominicam Aduentus vsque ad festum Epiphaniæ: & à media nocte ante festum IV. Cinerum vsque ad Dominicam in Albis *part. 3. tract. 4. resolut. 202.* in quibus non prohibetur consummatio matrimonij, vt docuit Caietanus *v. Matrimonium c. vlt.* nec traductio sponsæ in domum sponsi priuata, vt docuit Syluester V. *Matrimonium 7. quæst. 2.* Sed prohibetur benedictio nuptialis, & traductio sponsæ solemnis, *ibid.* in fine, & *res. 266. §. Ex his* & secundum Pontium *lib. 6. c. 8. num. 13.* cæremoniæ etiam, quæ ab Ecclesia pro secundis nuptiis viduorum designantur; nam licèt hæ non sint benedictio nuptialis, sunt tamen solemnitas nuptialis, in canonibus, tam antiquis, quàm recentioribus interdicta. Vnde testatur, Salmanticæ quibusdam

Nuptiæ quando celebrari prohibeātur?

Et quid pro hibeatur.

busdam nobilissimis viduis Nuncium Apostolicum denegasse licentiam contrahendi in Quadragesima. Aduerte autem hic primò cum Henriquez apud Filliuccium *to.3.tr.10.part.2.cap.4.num.168.* benedictionem secundarum nuptiarum, vbi fieri consueuit cum viduis, quorum alter benedictionem non suscepit in primis omitti posse sine mortali; quia talis consuetudo non est inducta cum tanto rigore. Imò Sotus *in 4. dist. 28. quæst.1.art.2.* probabiliter docuit, omittere benedictionem in primis nuptiis, secluso contemptu & scandalo, non esse mortale, quia est omissio tantum cuiusdam Sacramentalis non tanti momenti *part.3.tractat.4.resolutione 65.* Aduerte secundò, Pontium *lib.6.cap.8.nu.10.* existimare, quòd sit peccatum mortale, traducere solemniter sponsam in domum sponsi, & conuiuia facere in his temporibus: Sed Sanchez *tom.2. lib.7. disputat.7.num.18.* probabiliter docuit, non esse peccatum, vel, si sit aliquis excessus, esse tantum veniale; nam id obtinuit vsus, conuiuentibus Prælatis *part.3.tract.4.resol.202.in fine, & 206.*

43 Aduerte, quò raptus, consentiente puella, parentibus inuitis non dirimit matrimonium. Cornejo, & alij. *part.10 tractat.16.resolutione 84.*

Vide *verb. Raptus.*

MEDICVS.

Medicus inuadendus infirmo Confessione.

1 MEdicus non potest infirmos visitare vltra tertium diem, si de illorum Confessione fidem non habeat à Confessario subscriptam. Vide *verb. Confessionis, numero 15.*

In applicãdo medicamenta.

2 Medicus non potest omittere medicamentum certum, & applicare infirmo dubium. Vide *verb. Opinio, n.5.*

In vitanda occasione peccandi causa curationis.

3 Chirurgus expertus se, dum medetur pudendis fœminarum, in pollutionem consentire, non potest se tali periculo, sine peccato, committere. Vide *verb. Periculũ, n.1.* si verò abest periculũ cõsensus, potest mederi. Vide *verb. Pollucio. n.3.*

Et in data licẽtia carniũ diebus prohibitis.

4 Medicus, qui absque causa legitima concederet licentiam edendi carnes in vigilia contingente in die Veneris, an debeat in Confessione explicare hanc circumstantiam, vide *verb. Circumstantia, num.84.*

MENDACIVM.

Mendaciũ quid. Quotuplex.

1 † MEndacium dicitur, verbũ falsum cũ intentione fallendi, est triplex pernicioſum, officiosum, iocosum. Primum est, quod vergit in alterius detrimentum; secundum, quod potius in vtilitatem; tertium quod nec detrimentum respicit, nec vtilitatẽ. Omne mendacium est peccatum, & si accedit iuramentum, est periurium, de quo vide *verb. Iuramentum.* Quamuis enim, vt ibi diximus, liceat aliquando æquiuocè respondere, at numquam licet mentiri. Circa obligationem rei & testium, dum interrogantur à iudice, de non mentiendo. Vide *verb. Reus, & verb. Testes.* †

An omne admittat paruitatẽ materiæ.

2 In mendacio commisso in confessione aut iudicio, Caietanus *in 2.2. quæst. 69. art.1.* non admitti paruitatem materiæ; quia, cum sit contra veritatem in iudicij, in quantumuis parua materia erit mortale, sicut diximus de iuramento Sed ego contrarium teneo cum Reginaldo *tom.2. lib.24. cap.1. sect.4.n.44.* siue legis materia mendacij sit præcipua, de qua iudicatur, siue circumstantia; dummodo non vitiet absolutionem, vt diximus *verb. Confessionis, num.33.* & non accedat iuramentum; quia alias gratis dicitur, in materia iudicij non posse esse leuitatem materiæ *part.5. tract. 5. resol. 27.* Et aliqui dicunt, non esse mortale narrare historiam aliquam Sacram cum leui aliqua mutatione. *part.10. tract.16. resolutione 37.*

Et liceat aliquando respondere mentiris?

3 An obiicienti falsum, vel occultum crimen liceat respondere, mentiris? vide *verb. Compensare, num.4.*

METVS.

Metus minuit volũtarium.

1 * VOluntarium dicit duo, procedere à principio intrinseco, & à principio cognoscitiuo. Defectu secundi minuitur per ignorantiam, de qua dictum est sub eius nomine: defectu primi per metum. Et quia tam peccatum, quàm contractus exigunt voluntarium, videamus primò, quando metus excusat à peccato, mox quando irritat contractum. Est autem duplex, grauis, & leuis, ad quem reducitur reuerentialis.

Et ideò excusat à peccato.

METVS
excusans à peccato.

Si est grauis, & res non sit intrinsecè mala.

2 METus grauis cadens in virum constantem, qualis est mortis aut mutilationis propriæ, filiorum, vel aliorum coniunctorum in primo gradu, amissionis omnium bonorum, carceris perpetui, verberum, & similium, excusat à peccato in iis, quæ non sunt intrinsecè malè: præsertim si sint solo iure humano prohibita: nam leges humanæ non obligant cum tanto rigore.*

Vt celebrare sine altari. Vestibus sacris vel lumine. Cũ censura. Absq; missione aquæ Et similia.

3 Igitur in primis, ex metu mortis, vel alterius grauis damni, non in contemptum Religionis incusso, licitum est celebrare Missam sine altari, sine vestibus sacris, vel lumine. Ita Azorius *tom. 1. lib. 1. cap. 11 quæstione 11.* contra Caietanum *in 1. 2 quæst. 96. art. 4 part. 3 tractat. 6 resolutione 48. §. Secundò, & resolutione 83 §. 1.* Item celebrare cum aliqua censura, & post cibum. Ita Ochagauia *de Sacrament. tractat. 1. quæst 12 num. 15. part. 5. tractat. 3. resolutione 39* & sine missione aquæ. Ita Becanus *tom. 2 tractat. 2. cap 6 quæst. 4. num 8 resolutione 83 cit.* Item Sacramenta conficere in materia dubia. Ita Henriquez *lib 1. cap 9 num 7. in gloss. lit B* Et ministrare Eucharistiam peccatori occulto. Ita Nugnus *in 3. part tom. 1. q. 80. art. 6 diff 4. part 3 tract. 6. resolut. 4. 8. à §. Septimò.* Et Secundum Sancium *disput. 35. num. 6.* proferre sine intentione absolutionem in indispositum, vel scrupulosum non habentem materiam. *resolut. 83. cit. §. Notandum.* Et nullo tamẽ metu licebit celebrare cum calice, aut vestibus nimium sordidis: seruanda enim est cum omni periculo reuerentia debita tanto Sacramento *resolutione 48. cit. §. Secundò in fine.* Item licet ex metu graui inire matrimonium inualidum propter impedimentum dirimens, cum intentione non consumandi. Ita Vasquez *in 1. 2. disput. 161. c. 3 numero 18.* contra Nauarrum *c. 27. numero 141. resolut. 48. cit. §. Tertiò.* Item communicare cum excommunicato non tolerato. Ita Suarez *de cens. libr. 6. sect. 3. num 10.* contra Caietanum *in 1. 2. quæst. 15. artic. 3 Ibidem § Quartò.* Item adultus nõ tenetur Eucharistiam, vel Baptismum suscipere cum periculo mortis, si est moraliter certus de contritione. Ita Aragonius *in 2. 2. quæst. 6. art. 3. dub 1.* contra Azorium *tom 1. lib 1 c. 11. quæst. 2. resol. 81. cit. §. † &* de Baptismo *in resolutionem 48. cit. §. Quinto.* Vide *Verb. Bapti, mi, num. 2 & 3. †* Item contra Valentiam *tom. 3. disp. 9. quæst. 3. punct. 1.* licet ex metu mortis non liceat directè innocentem occidere, licitum tamen est, occisi carnibus vesci; quia vel esus carnium non est de iure naturali prohibitus, vel non prohibitus cum vitæ discrimine. Idque siue mors immineat ab intrinseco per famam, siue ab extrinseco comminante. Ita Lessius *lib. 4. c. 3 dub. 2. num. 10* vnde à fortiori sequitur, in morbis aliquid humanæ carnis alteratum sumere, & ad conseruandum vigorem sanguinem humanum haurire, non esse illicitum *part 3. tract 6. res. 48.* Et tandem ex metu graui licitum est cooperari peccato proximi materiali, vt dicemus *verb. Peccatum*, falsam Religionem simulare, vt diximus *verb. Fides, à num. 9* & sibi falsum crimen imponere, vt dicemus V. *Reus, num. 13.*

Non tamẽ cum calice, aut vestibus nimiũ sordidis. Quid de aliis casibus? Et an licet, at in necessitate humanam carnem edere? Et sanguinẽ bibere?

METVS

METVS IRRITANS Contractum.

Metus irritat etiam cõtractus.

4 PRimò, quoad contractus lucratiuos donationis, & promissionis, si ex metu iniusto celebrentur, probabile est, iure naturæ esse validos, vt docent Sotus *in* 4. *dist.* 29. *quæst.* 1. *art.* 3. & alij. Sed æquè probabile est, esse inualidos, & non parere obligationẽ nec naturalem, vt docet Pontius *lib.* 4 *c.* 6. *n.* 4. nam innumeri ferè Doctores tenent, eum, qui aliquid per vim & metum extorquet, teneri in conscientia restituere: quod falsum esset, si talis donatio transferret dominium, & iure naturali valeret. Probat etiam Pontius *ibidem cap.* 8. contra Sanchez *libr.* 4 *disputat.* 8. *numero* 4. huiusmodi contractus graui & iusto metu celebratos, non solum iure naturæ, sed etiam positiuo irritos esse: & ad illorum rescissionem requiri sententiam iudicis, non quidem irritantis, sed solùm irritos declarantis. Ex hac ergo opinione sequitur primò, promissiones factas latroni propter metum iniustum nullam obligationem inducere ex iustitia. Secundò stuprantem puellam per metum, teneri ad restitutionem. Tertiò, prorogationem cuiusuis iurisdictionis metu extortam iure naturali, & positiuo nullam esse, sicut etiam mandatum metu extortum ad aliquid agendum. Quartò, priuilegia & dispensationes metu extortas nullas esse, nisi concederentur titulo compensationis ob obsequia exhibita. Quintò, renuntiationem beneficij metu factam non prodesse ei, qui beneficium accipit. Et tandem excommunicationis absolutionem, vel reuocationem censuræ metu extortam, non suffragari excõmunicato. Quæ omnia docet Pontius *vbi supra part.* 3. *tr.* 5. *resolutione* 118.

Et si est iniustus probabile est irritare, etiam iure naturæ, contractus lucratiuos.

Quid de onerosis.

5 Secundò, quoad contractus onerosos, in quibus datur res pro re, vt sunt venditiones, promissiones reciprocæ &c. Rebellus *par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 5. *concl.* 3. *numero* 15. inualidos etiam iure naturæ eos existimat, si metu graui, eoque iniusto celebrentur. Sed Pontius *c.* 7. *num.* 2. putat esse validos non solum iure naturali, sed etiam positiuo, quamuis ratione metus detur actio. Excipit tamen contractus ludi, & alienationis rerum Ecclesiasticarum. Et assignat rationem disparitatis cum contractibus lucratiuis supradictis. Igitur secundum Pontium, qui iniusto metu rem alterius emit, non tenetur in conscientia illam, eiusque fructus, antequam venditor rescissionem postulet, restituere. *parte* 3. *tract.* 5. *resolutione* 119.

Et generalitèr de omnibus, quãdo metus est leuis?

6 Tertiò quoad omnes contractus, docet Lessius *libr.* 2. *c.* 17. *dub.* 7. *numero* 46. irritos esse, non solùm si ex graui, sed etiam si ex leui metu iniustè incusso celebrentur. Tum ex *l. metum ff. quod metus causa.* Tum etiam, quia metus leuis aliquando non minus conturbat hominem, quàm grauis: & sic eum sua libertate per iniuriam priuat. Ex quo infert primò rescindi posse contractus celebratos cum solo metu reuerentiali, & eum, qui commodum inde reportauit, teneri ad restitutionem. Secundò, vxorem in aliquem contractum consentientem eo quòd non audeat cõtradicere marito, timens iurgium & austerum conuictum, posse reuocare consensum, & eos, qui inde commodum reportarunt, ad restitutionem teneri. Tertio, obtenta per preces importunas, voluntate concedentis repugnante, idest tuenda esse, sed hoc cum certis limitationibus. Sed Pontius *lib.* 4. *c.* 10. *numero* 5. (* licèt dictas consequentias admittat, quia existimat metum reuerentialem esse grauem, & cadere in virum constantem, sicut etiam preces importunas, vt dicemus *numero* 9. tamen circa conclusionẽ de metu leui *) contrariũ tenet, quia metus leuis stat in potestate illum patientis, à quo proinde refutari potest. Quod si non vult refutare, videtur omnino voluntariè operari. Et Sarmiento tenet, contractum ex leui metu valere etiam in foro externo & in his, quæ ex leui metu gesta sunt, nul-

lam iure ciuili rescissionem dari. Vtraque sententia est probabilis *parte 5. tractatus 5. resolutione 117.*

Metus grauis iniustus inualidat matrimonium iure etiam naturæ. Etiamsi inferatur in constituendo Procuratore.

7 Quartò, specialiter quoad contractum matrimonij, metus grauis iniustè illatus inualidat, non solum iure Ecclesiastico, & in Ecclesia, sed etiam iure naturali & extra Ecclesiam, Ita D. Thomas *in 4. distin. 29. quæst. vn. artic. 3. quæst. 1. in corp.* & post illum Pontius, & alij contra Sanchez *part. 4. tract. 4. resol 33 §. Notandum est.* Et eadem est ratio, si metus inferatur in constituendo Procuratore matrimonij; quia eadem libertas, quæ requiritur tempore contractus matrimonij; requiritur etiam tempore, quo Procurator constituitur. Ita Pontius *cap. 14. num. 6. ibid. §. Nota etiam.* Nota tamen, quod quamuis matrimonium metu graui, & iniusto contractum sit nullum, & parentes ita cogentes filios peccent mortaliter, non tamen contrahunt excommunicationem Tridentini *sess. 24. capite 9.* latam contra iudices, & Magistratus cogentes, &c. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 13 diff. 38. numero 4.* Item hanc excommunicationem non incurrunt Reges & Imperatores; quia hi non veniunt in constitutione pœnali, nisi exprimantur, vt alias exprimit idem Tridentinum *sess. 22. ca. 11. ibid. resol. 132. §. Non desinam.* Ex graui autem & iniusto metu etiam sponsalia irritantur. Non solum si iuramentum non accedat, vt docet Henriquez *lib. 11. cap. 9. num. 6* sed probabiliter etiam si accedat; nam iuramentum metu extortum non confirmat contractum, sed relinquit illum in suo valore, vel nullitate. Igitur hoc iuramentum non obligat, nec relaxatione indiget. Probatur autem ex cap *ex lit. de desp. impub.* quod Alexander de Neuo *ibid. num. 5.* explicat de sponsalibus firmatis iuramento. Quod autem iurans soluere vsuras, teneatur illas soluere ex cap *debitores. de iureiur.* ideò est, quia contractus vsurarius prohibetur principaliter ad bonum priuatum, vnde non est paritas cum sponsalibus coactis, quæ ob vtilitatem publicã sunt prohibita. Ita Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 4. disputat. 21. numero 3.* Adde, probabilem esse sententiam Syluestri *verb. Iuramentum 44 quæst. 8.* quòd iuramentum metu extortum non solùm non confirmet contractus alias prohibitos, sed nec obliget, & relaxatione indigeat, quamuis contraria Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 2. c. 11. à num. 14.* sit probabilior *part. 4. tractat. 4 resol. 278. & part. 4. tractat. 4. resolut. 28.*

Et ad contrahendũ cũ indiuiduo vago.

8 Sed supersunt aliquot dubia. Primum est. An si grauis metus iniustè inferatur, non ad contrahendum determinatè cum tali indiuiduo, sed indeterminatè & in genere, cum vna v. gr. ex filiabus Petri, matrimonium sit nullum? Et affirmatiuè respondeo cum Pontio *lib. 4. cap. 14. num. 14.* & aliis contra Azorium *tom. 1. lib. 1. cap. 11. quæst. 11.* Et ratio est, quia matrimonium non solum debet esse liberum quoad electionem personæ, sed etiam quoad electionem status. Nec obstat, quòd alicubi accepta sit consuetudo, & lege induci possit, quòd aliqui contrahere non possint, nisi cum aliquibus ex certo genere, nam hi non coguntur contrahere; sed contrahere cum persona ex tali genere, si velint. Et præterea talis lex & consuetudo acceptata est voluntate & moribus vtentium, ac proinde non venit totaliter ab extrinseco. *part. 4. tractat. 4. resolutione 33.*

An matrimoniũ ex iniusto, sed leui metu celebratũ, sit nullum?

9 Secundum dubium. An matrimonium ex iniusto quidem, sed leui metu contractum, sit nullum, quando reuera est talis, vt deficiente metu matrimonium non fieret? Et Doctores communiter respondent negatiuè, quia qui ex metu leui operatur, censetur libere & voluntariè operari; cum posset metum deponere & non agere. Vide Pontium *cap. 18 num. 2.* Nauarrus tamen *cap. 17 numero 29.* & alij apud Sanchez *tom. 1. lib. 4. disputat. 17. num. 2.* tenent, in tali casu matrimonium fore nullum *part. 3. tractat. 4. resolut. 250. & tractat. 5. resolut. 117. § Notandum.* Aduerte hic, quòd in hoc ordine ad irritandum contractum, præsertim lucratorium, & liberalem, probabile est, metum reuerentialem

Et an metus reuerentialis, & qui oritur ex importunis precibus dicendus sit grauis.

esse

esse grauem & cadere in virum constantem, sicut etiam preces importunas, dummodo non iudicant tantùm ad contrahendum, sed faciant non libenter cõtrahere, & metus reverentialis sit indignationis gravis & diuturnæ, etiam sine minis, & verberibus, preces verò instãtissimæ & sæpiùs repetitæ iuxta *l.1.Cod. de petit. bon.* Ita tenet Pontius *lib.4. cap.5. num.6.* contra Sanchez *tom.1. lib.4. disp. 6. num.7.* quæ sine dubio vera sunt, quãdo cum metu reverentiali coniungitur etiam læsio, vt ait Farinacius *frag. crim. part.2. num.130.* aut accedunt preces importunæ, vt tenet Afflictus *decis.69. part. 3. tr.5. res.20.*

Metus iniustè incussus non irritat matrimoniũ.

10 Tertium dubium. An metus iustè illatus invalidet matrimonium? Negativè respondeo cum communi DD. sententia. Vnde, si inventus in stupro offerat matrimonium, nè iustitiæ prodatur, hoc matrimonium iustum est, quia iustè prodi poterat. Secus autem, si matrimonium offerat ob timorem mortis comminatæ, quia metus mortis iniustè incurreretur. Ita Pontius *cap.9. n.10.* Item, si iudex eum, quem ad mortem, vel aliã gravem pœnam damnare debuerat, impunitate oblata, invitet eum ad ducendam in vxorem filiam occisi, verb. gr. matrimonium non est invalidum; quia metus iustè incutitur ad compensandũ damnum, &c. Secus verò, si iudex offerat impunitatem, vt filiam suam vxorem accipiat: quia hic non tendit aliquo pactò in compensationem delicti. Ita etiam Pontius *ibidem part.3. tractat.4. resolutione 128. & part.9. tractat.8. resolutione 19.* Sed cogens si fuit particeps culpæ metus alteri illati, non tenetur in pœnam iniuriæ conditione illatæ, vnde non manet obligatus ad contrahendũ.

Quid ad iudicem lege infra.

ibidem §. Verùm hic obiter. At si iudex cogat aliquem ad contrahendum secũdum iuste allegata, licèt à parte rei compulsio sit iniusta, valet matrimonium, & è contra si iniustè secundum allegata compelleret, quamuis in re iustum est, non valet matrimonium. Perez, & alii, *part.9. tr.8. res.26.*

An verò si iniustè inferatur vni tãtum, qui metum non est passus, resilire possit

11 Quartum dubium. An matrimonium contractum ex metu iniusto & gravi tantùm vnius, dissolui possit resiliente eo, qui metum non est passus? Ita respondet Sanchez *disp.15. n.5.* Idque, etiamsi ipse metum intulisset alteri cõiugi: nam non tenetur stare in pœnam delicti coactionis, quia nemo tenetur subire pœnam ante sententiam iudicis, nec ratione iniuriæ illatæ; quia hæc iniuria, nisi aliud damnum secutum sit, non est tanta, vt aliter, quàm per matrimonium resarciri non possit. Sed contra Sanchez insurgit Pontius *cap.15. nu. 3.* existimans, talem coniugem, si metus particeps, aut conscius fuit, teneri stare matrimonio, si alter velit, etiam ante sententiam. Et hoc ratione iniuriæ illatæ, quam naturali iure compensare tenetur, & cum posfit, compensare debet in eodem genere, vim scilicet inferendo sibi, & à matrimonio non recedendo. *p.3. tr.4. res.229.*

Qui minatur iustum malum ab quod per talem metum extorqueat? Verbi gratia. Potest quis accusare homicidam iustè, minatur illi, vt nisi solvat centum aureos, accusabitur. At is, qui minatur, est vir nobilis, & revera non intendit accusare. Potestne sumere licitè centum aureos? Negativè respondet Molina tom.2. tractat 2. disputatione 14. num.4. quia tales nummi solverentur ex metu doloso, vtpote mali fallaciter comminati. Hæc opinio est probabilis. Sed contraria Lesii lib.2 cap.17 dub.9. num.42. probabilior; quia pecunia solutur non ad deponendum animum, quem revera non habet, sed ad cedendum iuri accusandi, quod habet, & est pretio æstimabile, sive eo vti velit, sive non: quare dolus accedens non est iniustus, p.4. tractat 4. resolutione 34.

MERETRIX.

Meretrix vetus tenetur solum confiteri tempus male consumptum, & species peccatorum carnalium

1 MEretrix in prostibulo inveterata facta est, quòd in Confessione exprimat tempus, per quod in malo perseveravit, & species peccatorum carnalium. Vide V. *Circumstantia, numero 56.* Et potest confiteri cum amasio, vt dictum est V. *Confessarius, numero 35.*

An licitè recipiat mercedem pro actu turpi ante?

2 Meretrix secundum Sotum *lib. 4. quæst. 7. art.* & DD. communiter potest pro actu turpi licitè mercedem accipere: quia talis actus, si consideretur non vt turpis & illicitus, sed vt naturalis & delectationi hominũ accommodatus, est pretio æstimabilis. Igitur meretrix peccat in tali actu, recipiendo pretium, vel paciscendo de pretio ante actum,

Vel post actum turpem?

quia in tali acceptione, & pacto includitur consensus in actum turpem; attamen post fornicationem accipiendo pecuniam non peccat. Sed non desunt DD. qui probabiliter doceant, meretricem peccare etiam in accipiendo pecuniam: quia vsus corporis, pro quo accipit, non potest separari à peccato, quod consistit in delectatione libidinosa exhibita per vsum sui corporis. Hi sunt

Et tenetur ad restitutionẽ.

Durand. *in 3. dist. 19 quæst. 4.* Valerus V. *Promissio. diffic. 8.* & alii. Advertit tamen Valerus, quòd quamuis talis acceptatio sit mala, non tamen propterea tenetur meretrix restituere, quia non est mala contra iustitiam. Cum quo V. *Restitutio, diff. 34.* idem dicendum est contra Lopez de muneribus, quæ meretrici dantur sub spe actus peccaminosi, si enim non consentit, non tenetur ad restitutionem, nam absolutè dantur, quamuis deflexo fine, & illa non recipit cum pacto, seu tanquam pretium, sed tanquam incitamentum. Immò amator verecundaretur, si illi talia dona remitterentur. *par. 2. tract. 6. res. 33.*

Præsertim mercedis acceptæ à Religiosis Equitibus?

Et hæc omnia procedunt etiam circa meretrices Religiosorum Equitum, nam horum pauperras non est stricta, sicut Regularium, vt dicemus V. *Religiosi milites, n. 4. par. 2. tr. 15. res. 54. §. Ex his.* An verò amasius teneatur soluere promissionem meretrici factam pro actu turpi, vide infra V. *Promissio n. 4.*

3 Non est peccatum intercedere apud concubinam iudicis pro sententia iusta, si non adest alia via ad id illum inducendi. Vide V. *Scandalum, n. 15.* Minores 25. annorum absque licentia Curatorum obligari non possunt Diana, & alii. *part. 8. tr. 7. res. 20.*

MIRACVLVM.

Miraculũ quid? Et in quo differat à gratia.

1 ✠ MIraculum dicitur, quod supra, aut præter vires naturæ contingit. ✠ Et inter alia requirit fieri subito, in instanti, & perfectè. Ita D. Thomas 3. *par. quæst. 44. art. 3. ad 2* apud quem ait D. Hieronymus. *Sanitas, quæ confertur à Domino, totasimul redit.* Quando ergo quis merito, & interfessione Sanctorum sanitatem successivè, & paulatim recuperat, illud non est propriè miraculum, sed gratia. Cæterum Vasquez *in 1. par tom. 2. disputatione 214 cap. 2. numero 9.* & alii docent miraculum posse fieri successivè. *part. 2. tract. 17. res. 48.*

MISSA QVOAD obligationem dicendi.

1 IN Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis non possunt aliquando sine peccato mortali Missæ solemnes relinqui. Ita Hieron. Garcia, & Leandr. Contrariam sententiam tenet Tamburin. *Opusc. de Sacrificio Missæ lib. 1 cap. 6. §. 2 numero 1. & seqq.* & probat quia nullus est obligandus sub culpa læthali, nisi manifestè constet de præcepto obligante; at non apparet tale præceptum; nam *Caput creatura*, quod adducitur per verbum *mandamus* non obligat sub mortali. Et ipse existimat non esse pec-

peccatum mortale omittere missam de feria privilegiata, quia non manifeste constat de tam rigoroso præcepto, nam asserit declarationem Cardinalium in oppositum non authenticè afferri, & rubrica missalis vbi dicitur, cantentur, seu dicantur duæ Missæ, præceptum non denotant. Sed ego existimo esse obligationem sub mortali cantandi duas Missas, quando feria est privilegiata. Ita Garcia & Leandr. quia rubricæ missalis in hac occasione graviter obligant, siquidem Pius V. Clemens VIII. & Vrbanus VIII. in suis Bullis præcipiunt observari rubricas Missalis, & in Congregatione de Ritibus à 16. de Mayo de 1626. id ipsum præcipitur. *part.* 10 *tr.*12 *res.*40.

2 Sacerdos obligatus ad quotidie celebrandum ex vi alicuius Capellaniæ potest omittere semel in quauis hebdomada vnam Missam, & eam applicare pro alio, & ab illo accipere stipendium. Ita singulariter P. Vidal *in Arca, tit. de iustitia in quæst* 1. *per totam*, aliàs esset onus intolerabile. Ego contrariam sententiam iuxta communem Doctorum sensum, & Ecclesiæ praxim sequor. Et solum concedo, obligatum ad quotidie celebrandum pro aliis, posse aliquoties in anno, vt quater, vel septies pro se ipso, vel pro sibi coniunctis ad aliquam gratiam obtinendam sacrificium Missæ applicare: etsi honestatis causa, & ob reverentiam debitam sacrificio dedit sacerdoti vnam Missam in hebdomada omittere, poterit id præstare, verum tamen tunc ei non licebit Missam pro alio dicere, nam iam cessat finis offerendi Missam pro testatore. Et aduerto, quando locus est designatus à testatore, & non persona electa, semper eo loco Missa est dicenda ab alio Sacerdote. *p.*10 *tr.*4 *res.*37.

3 Sacerdos non potest accipere duplex stipendium pro vna Missa: alterum pro applicatione fructus, qui tradenti Eleemosynam obvenire solet: alterum pro applicatione Indulgentiæ ad liberandam animam à purgatorio. Ita Lez *in summ. tom.*4 *verb Miss. numer.*18. Tamb. *lib* 3. *cap.*1. § 3. *num* 48. quia vel offerens tantam stipem petit talem indulgentiam, vel non: Si primum, iam ex conventione debes indulgentiam applicare pro illo, si secundum, non potes accipere mercedem de re non conventa, præter quam quod esset contra intentionem Pontificum tales Indulgentias concedentium, qui multum abhorrent ab hoc negotiationis genere. Oppositam sententiam tenet Bordon. *tom.*1. *consilior. regular. res.*25. *n.*17. *p.*10. *tr.* 16. *res.*70.

4 Sacerdos recipiens exiguum stipendium ab aliquo pro missa dicenda, non tenetur totum fructum ei applicare, secundum sententiam Tambur. *Opusc. de Sacrif. Miss. lib* 3. *cap.*1. §. 3. *nu.*53. quia non est credibile (ipse asserit) voluisse Congregationem fraudare Sacerdotes iusto stipendio: quando verò præcipit, vt ad stipendia quantumuis exigua data ab vna persona pro illa celebraretur Missa, intelligendum est iuxta præscriptam Eleemosynam; non verò ad merum arbitrium dantis. Sed ego non recedo à sententia contraria quam docui, & sequitur Lugo, Trullench, Bassæus, & Pater Franciscus de Lugo In aliquibus casibus puto admitti posse opinionem Tamburini, quando, verb. gr. Sacerdos id dantibus stipendia significat, vel illos monet de taxa iustæ mercedis, & sic ex ipsorum consensu Missas ad rationem talis taxæ reducit. Vel quando multi simul stipes alicui tribuunt, vt pro cunctis iuxta quantitatem ipsarum sacra faciat, & in similibus casibus nulla fit iniuria dantibus stipendia, si Sacerdos pro singulis Missis taxatam stipem recipiat. Ita Coninch. *quæst* 83. *num* 194 *part* 10. *tract.*16. *res.*7.

5 Laurentius de Pyrrhis *in form. litt. A, cap.*11. *num* 2. existimat pecuniam relictam monasterio cum onere perpetuo celebrandi Missam implicari posse super bona Monasterii exempta a fi-

mili

mili onere assignando talem fundum, qui subsset illi oneri. Sed ego contrarium censeo, tunc ex natura implicationis, quæ importat acquisitionem novorum fructuum, ex re frugifera ab alio empta, quæ alias non erat propria emptoris, aut saltem fiat propria ratione fructuum. siquidem implicatio auget novos fructus implicanti, quos antea non percipiebat, alioquin gigneret effectum contrarium, nempe onus absque novo commodo: tum ex ipsis decretis ex celebratione Missarum. §. *præterea*, vbi decernitur pecuniam datam pro oneribus Missarum investiendam esse in bonis immobilibus frugiferis, quod non evenit nisi ex implicatione acquiratur ius lucrandi novos fructus. Ita sentiunt Bordonus. Pellizzarius, Lezana, & Tamburinus. *part.* 10. *tractat.* 16. *res.* 71.

6 Pellizzarius existimat regulares, vel quamuis aliam communitatem non facere contra prædictam prohibitionē, si recipiant onus celebrandi Missam quotidianam per centum annos absque implicatione pecuniæ, ad talem effectū solutæ; quia per dictam prohibitionem solùm cadunt onera Missarum perpetua, quale non est onus celebrandi per centum annos quia in odiosis per centum annos non intelligitur tempus perpetuum sicuti in favorabilibus. Huic adhærent Pellizzar. Bordon. Tambur. & Lezana. Ego contrarium censeo cum Aversa, quia quamuis ex vi decreti hoc non fit prohibitum: ex natura ipsius rei vetatur: quia pecunia non imposita in re frugifera, relinquitur onus difficile successoribus. *Ibid verb. Verùm.*

7 Omittens vnam Missam accepto stipendio sufficiente ex iustitia ad mortale non tenetur sub mortale restituere illud stipendium secundum sententiam Sanchez *lib.* 1. *disputat.* 25 *num.* 25. quam sententiam ego olim docui. Sed modo contrariam teneo cum Dicastill. *de Sacrament. tom.* 1 *tractat.* 5. *disputat.* 4. *dub.* 12 probatur: quia pecunia data sub illa conditione offerendi Missam pro dante, non impleta conditione, nullus est titulus ad pecuniam illam retinendam. Et quamuis concedamus accipientem factum esse dominum illius pecuniæ: & obligationem dicendi sacrum, non esse gravem, sed levem, semper remanet obligatio restituendi sub peccato gravi. Quia hic non attenditur gravitas, seu levitas conditionis, sed solùm esse impositam à domino illius pecuniæ, & ea non impleta manere illum rationabiliter invitum in materia gravi, quod sufficit, vt ille qui accipit teneatur sub culpa gravi restituere *part.* 10. *tractat.* 15. *resol.* 43.

8 Sacerdos, qui liberaliter alicui promittit vnum sacrum animo se obligandi, si promissum non impleat, non peccat mortaliter ita Leandrus *de Sacrament. tom.* 2. *tractat.* 8. *disputat.* 4. *quæst.* 16. *qui etiam quæst.* 14. docet, me citato, pluribus petentibus sine stipendio posse vna Missa satisfieri, quod tenent etiam Martinus de S. Ioseph. Escobar, Lezana, Dicastillo *vbi suprà dub.* 19. *numer.* 364. quia cum Missæ Sacrificium sit infiniti valoris, æqualiterque prosit omnibus secundum cuiuslibet devotionem, nec vnus ex participatione alterius in re minima lædatur, hinc est, quod, qui dedit stipendium vt pro illo offerretur, non debet esse rationabiliter invitus, vt alii idem sacrificium ex charitate applicetur. Ex his infertur quod religiosi, qui ex vi suæ regulæ, & constitutionum tenentur certis diebus offerre sacrificium pro defunctis sui ordinis, pro capitulis, & benefactoribus possint licitè offerre sacrificium pro aliis à quibus stipem acceperunt. Quia Sacerdos solùm prohibetur offerre idem sacrificium pro multis, quibus ex iustitia ratione stipendii accepti tenetur. Non verò prohibetur offerre pro vno ex iustitia, & simul pro alio, ex sola liberalitate, vel charitate. Hoc enim ipsa Ecclesia aliquo modo præsupponit, siquidem idem sacrificium quod in memento pro vivis oblatum est pro eo, qui stipendium dedit; simul etiam pro defunctis in memento pro mortuis præcipit offerre. Contraria sententia est

pro-

probabilis, quam tenent Bosius & Tamburinus. *part.* 10. *tractat.* 15. *resolutione* 43.

9 Pater Bordonus *in Conc. Regul. tom.* 1. *resolut.* 25. *num.* 28. putat in decretis Vrbani VIII. prohibentibus, ne Sacerdotes, qui magnum stipendium pro Missa celebranda acceperunt, partem illius sibi retineant, non imponi obligationem nisi peccati venialis. Quia non continent pœnam gravem, nec habent clausulam, ex qua colligatur gravitas obligationis. Præterea non urget obligatio restituendi ex damnificatione, nisi quando infertur grave damnum, quod damnum in nostro casu nulli infertur: non ei pro quo dicitur Missa, cum pro eo reveta Missa dicatur, non Sacerdoti celebranti, cum voluntarie recipiat stipendium taxatum: hanc opinionem admittit Tamburinus, & Pellizzar, non audet illam damnare. Eam ego olim reprobavi, & novissimè reprobat Aversa, Perinus, & Lugo. Et probatur ex verbis decreti §. 4. *ibi, volens omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere, prohibet, &c.* Sed removere quamlibet speciem lucri turpis ab Ecclesia materiae est sufficiens, vt graviter præcipiatur, & seria voluntas graviter obligandi sufficienter his verbis includitur. Neque hic attendendum est damnum iniustè alicui datum, sed indecentia tam sordidæ negotiationis, quæ satis capax est præcepti graviter obligantis secundum se: quamuis in aliquo casu particulari posset esse peccatum veniale ex paruitate materiæ. Ex his infert Lugo Sacerdotem, qui vel ignoranter, vel cum opinione sibi probabili violavit prædicta decreta, teneri, vel efficere Missas, vel stipendia restituere: sicut ille, qui bona fide rem accepit postea quando competit se deceptum fuisse, tenetur ratione rei acceptæ restituere. *part.* 10. *tractat.* 16. *resolutione* 69.

10 Pellizzarius in Man. *tom.* 1. *tractat.* 6. *cap.* 3. *numero* 23. & Tambur. censent, quando religiosus electus in executorem testamenti curaret minori stipendio celebrari alibi Missas præscriptas à testatore, quam celebrarentur in loco ipso testatoris, tuta conscientia retinere posse residuum illud pecuniæ & hoc propter industriam ab eo adhibitam in Missarum procuratione. Vt dicunt Doctores communiter eum, qui rē vendit ex commissione Domini, si sua industria illam transferat in locum, vbi cariùs possit vendi, acquirere excessum pretii, sicut fructum industriæ. Declaratio Sacræ Congregationis posita post decreta de celebratione Missarum §. *ad* 9. in oppositum, iuxta ipsos, non loquitur de executione testamenti. Hæc Pellizzarius, quem sequitur etiam Tamburinus. Ego contrarium sequor, & audivi his diebus à fide dignissimo hanc opinionem fuisse damnatam à Sacra Congregatione Indicis in Manuali Pellizzar. Nostram tenet Fagundez, & Aversa. *part.* 10. *tr.* 16. *res.* 68.

MISSAM.

Applicare.

1 ✠ MIssam applicare est fructus Missæ conferre. Fructus autem, seu valor sacrificii duplex est. Alius ex re oblata, & dicitur ex opere operato. Alius ex actu offerentis, & dicitur ex opere operantis. Vterque est finitus, quia quamuis res oblata sit infinita, cum tamen offerens sit finitus, & actus eius finitus, valor etiam limitatus est. Et dividitur in tres partes. Prima, quæ ex vniversali intentione Ecclesiæ applicatur toti populo Christiano, & præcipuè Papæ, & Principibus Christianis. Secunda, seu media, quæ applicatur ex intentione peculiari Sacerdotis, cui ipse voluerit. Et tertia, quæ est propria ipsius Sacerdotis. Ex his tribus partibus Sacerdos non potest sua privata intentione applicare primam. ✠ Nec tertiam, quæ sibi competit, applicare alteri. Ita Bonacina *de Sacrament. disputat.* 4. *quæst. vlt. punct.* 8 *numero* 16. alii contra Henriquez *lib.* 9. *cap.* 21. *num.* 7

Missa valor quotuplex.

Et in quot partes dividatur.

An Sacerdos applicare possit alteri suam partem.

vnde dicemus infrà non posse Sacerdotem pro vno Sacro duplicatam mercedem accipere, correspondentem valori stipendio & proprio. *part.1. tractat 14 resolutione 14. & 80. & part. 5. tractat.14. resolutione 45. & part.10. tractat.12. resolutione 21.*

Et an Sacrificium pluribus applicatū prosit singulis, ac si vni soli applicaretur.

2 Caietanus *in 3 part.quæst.79. artic. 5.* Vasquez *in 3 part.tom.3. disputat 231.* & alii dicunt Sacrificium pluribus applicatum, prodesse singulis, ac si vni tantùm applicaretur. Ex quibus infertur, Sacerdotem posse vnico Sacrificio satisfacere pluribus petentibus vnam Missam, sed sine stipendio, & eadem Missa satisfacere posse voto, & obligationi celebrandi ex eleemosyna. Sed hæc negant *Præpositus in 3.part. quæst 83.art.2.dub 7.* Henriquez *lib 9. cap.17.num.5.* & alii, quia, vt supra diximus, valor Missæ finitus est. *part.5. tractat 14.ref.81.* & olim *part.4.tr.4.ref.196. §. Notandum.*

Parochus non tenetur applicare suis Parochianis aliquod sacrificium.

3 Valorem medium non tenetur Parochus applicare ovibus, quamuis aliquando coram ipsis celebrare teneatur. Sed potest pro singulis Missis stipendiū accipere. Nam proventus pastorales non dantur sibi pro applicando valore Sacrificii, sed ratione totius officii pastoralis. Ita Sylvius *in 3.part quæst 83.art. 1.qu 17.* contra Nugnum *ibid.dub.9 concl. 1.* Quod Possevinus *de offic.Curati cap.2. num 4.* procedere putet, etiam vbi adest consuetudo in contrarium, nam non est facilè inducenda obligatio in præiudicium tertii sine claris probationibus, consuetudo autem dum non est scripta in tabulis Ecclesiæ, nec adest præceptum Episcopi, non obligat sub mortali. *p.2.tr.14.ref.26.*

Sed potest de omnibus accipere stipendium.

Sicut Religiosi de Missa conventuali.

4 Possunt etiam Religiosi Missam Conventualem applicare, vbi non adest contraria consuetudo. Nulla enim lex id prohibet. & omnia sunt cōcessa, quæ non inveniuntur prohibita. Ita Peyrinus *tom 3.cap.1.num.10.* contra Bonacinam *de Sacram.disp.4. quæst.vlt. punct.7. §...n.7 p.5.tr.13.ref.51. & p.10 tractat.15. ref.43.*

5 Vt valor medius applicetur alicui.

Ad Missæ applicationem sufficit intentio habitualis.

requirit Vasquez *in 3.part tom.3. disput. 138.c.6.n.76.* intentionem Sacerdotis actualem vel virtualem tempore ipsius Sacrificii, qualis exigitur ad consecrandum. Sed ego existimo cum Lugo *de Sacram.disp.8 sect.6.num.93.* sufficere, quod aliquando voluerit tale Sacrificium illi prodesse, etiamsi cum celebrat, nihil de hoc cogitet, dummodo illam intentionem, quæ habitualis dicitur, non revocaverit. De intentione autem consecrādi diversa est ratio, quia illa esse debet operativa; hæc verò solùm debet movere divinam voluntatem ad applicandum fructū, & quod est cōcurrere obiectivè, & non requirit præsentiam concurrentis. Porrò non sufficit habere solùm intentionem applicandi. *p.2.tr.14.ref.47 & p.5 tr.14.ref.65.*

At inter Regulares Superioris ne, an ipsius celebrātis?

6 Cæterum etiam in Missis Regularium applicatio secundum Suarez *in 3. par tom.2.disp.79.sect.9.* fieri debet abipso celebrante; quia tam consecratio, quam applicatio Missæ ita instituta est, vt pendeat à libera celebrantis intentione. Hæc opinio est probabilis. Sed æquè probabilis est opinio Fraxinelli *de oblig.Sacerd.sect.6 §.7 num.1.* quod valeat applicatio Superioris, & Sacerdos applicans Missam contra intentionem illius, nihil faciat. Non enim eadem est ratio de intentione consecrationis & applicationis, nam illa est de essentia Sacrificii, & ideò non potest à Prælato irritari, hæc verò non est de essentia sacrificii, & si à Prælato alteri applicetur, quam ab ipso celebrante, non violatur ratio sacrificii. *part.2. tract.14. ref.72.*

Sacerdotes primò celebrantes cū Episcopo, an possint illud Sacrificium applicare?

7 Sacerdotes, qui ordinantur, & cum Episcopo celebrant, secundum Mæratium *tom.3.de Euchar. disputat. 38. sect.8.numero 4.* possunt singuli cui voluerint integrè, & independenter à voluntate alterius applicare, quia singuli sunt vera causa per se totius sacrificii, ac si vnus solus offerret *part 5.tractat.14. resolut 12.*

Et an recipiens stipendium teneatur

8 Sacerdos accipiens pro applicatione Missæ stipendium, secundum Conninch *de Sacr. quæst.83.art.1.dub 10. numero*

nentur applicare orationes & fructum operis operati?

mero 195. non tenetur illi applicare Orationes, & preces, quæ in Missa emittuntur, nec fructum ex opere operantis, sed tantùm fructum ex opere operato. Sed aliqui hanc sententiam non admmittunt, nam secundùm eam æquè valeret danti eleemosynam sacrificium boni, ac mali Sacerdotis: & sic non deberent fideles esse soliciti ad inveniendos Sacerdotes optimæ vitæ; cùm tamen id consulant DD. apud Fagundez *p.1.l.3.c.6. n.12.p.5.tr.14 res.80.*

Non licet applicare Missas de Requiem adhuc viventibus.

9 Sed an liceat Missas Defunctorum applicare viventibus, ac si essent defuncti? Affirmat Pinellus *de Missa, par.2.cap.7.dub.3.* testaturque, in Lotharingia hunc morem vigere, in eum finem, ne hæredes postea negligentes sint in huiusmodi suffragiis procurandis. Limitat hanc sententiam Barbosa *in collect. DD. ad Trid. sess.22.cap.3. numero 8.* modò non dicantur illæ Orationes, quæ supponunt aliquem esse defunctum, vt Oratio *Inclina*, in qua habetur, *quam de hoc sæculo migrare iussisti.* Idque vt vitetur mendacium. Sed Faustus *de Euchar. lib.2.quæst.148.* qui in hac etiam est sententia, putat, hanc limitationem non esse necessariam: nam in iis Orationibus Sacerdos orans pro vivis, repræsentat eos Domino vt mortuos, qui modus anticipatè loquendi est vsitatissimus in Scripturis. Et sanè in Missa pro animabus tam existentibus in Purgatorio, dicitur, *ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum* sine vllo mendacio. Sed contrarium tenendum est cum Layman *lib.5.tract.5. cap.2.numero 15.* & aliis, & talem consuetudinem extirpandam esse. Tum quia est contraria ritibus Ecclesiæ Romanæ. Tum etiam, quia nullum habet peculiarem fructum; quem non haberent Missæ institutæ pro vivis, vt Missæ de Sanctis, Missa pro remissione peccatorum, &c. Nam si loquamur de fructu ex opere operato, hic est æqualis in omnibus Misis, nec quia applicatur in subsidium animæ postquam ex vita discesserit, suspendi potest: nam statim prodest ei, cui applicatur, si est capax, fructus verò ex opere operantis, nimirum ex suffragiis Ecclesiæ, non potest, nisi imperitè, vel etiam superstitiosè, applicari vivis: quia illæ preces, quæ recitantur in Missa de *Requiem*, tum ex significatione, tum ex Ecclesiæ institutione, quam Sacerdos propria intentione mutare non potest, referuntur ad mortuos. Igitur, qui timent suffragia sibi post mortem defutura, applicent sibi Missas institutas ab Ecclesia pro vivis, qualis est illa *pro remissione peccatorum*, &c. Et hæc omnia etiam procedunt in officio Defunctorum. *p.5. tr.13.res.2.*

Si Sacerdos celebret hac intentione; Deus applicet animæ, cui ipse voluerit, dicit Navar. fructum remanere in thesauro Ecclesiæ, quia Deus non determinatur nisi per causam secundam, hæc autē illo casu nō determinat. *p.11.s.6.r.39*

Quid si Sacerdos intentionē applicet homini in peccato mortali existēti? Hēriq. & Granadus probabilius docent cōtra Suar. tum sublato peccato adhuc illi prodesse, quod est magis piū. Si nulli applicetur Sacrificium? Franc. Lugo. Wigers, putant fructū manere in thesauro Ecclesiæ; sed verius est, eum redire ad celebrantem; quia hæc est eius voluntas interpretativa. *Ibid. res.40.*

De obligatione applicandi Missam pro eleemosyna. Vide infra V. *Missarum stipendium.*

MISSAM AVDIRE.

10 ✠ MIssam audire tenetur omnis Christianus adultus non legitimè impeditus singulis festis de præcepto sub pœna peccati mortalis, ex Can. *Missas, ae consecr. dist* 1. ✠ Tenetur audire Missam, non autem aliud, quod succedat loco Missæ: vnde Feria sexta in Parasceves, in qua occurrat Festum Annunciationis, non tenentur fideles audire illud officium, in quo Sacramentum præconsecratum sumitur, vulgò *Mezza Messa*, vt ait Vas-

Missam audire tenentur adulti singulis festis.

Nō autem mediam Missam Veneris sancti.

quez *in 3. p. to. 3. disp 230. c. 2. num. 8.* nam non est Missa. Ita Gavantus *in comm. ad rubr. Miss. p. 3. tit. 16. num. 24.* asserens Sacram Congregationem Cardinalium *die 19 Februarii 1622.* id declarantem *p. 2. tr. 14. res. 62.*

Aut partē Missæ posteriorem à consecratione, si nō est alia.

11 Eadem ratione, qui audire non posset, nisi partem posteriorem Missæ à consecratione exclusivè, vel etiam omnibus aliis Missæ partibus assisteret, ita tamen, vt consecrationi nullo pacto interesse posset, saltem moraliter (moraliter interesset, qui dum consecratur, sacristiam adiret ad afferendum aliquid ad Sacrificium necessarium,) satis probabiliter docuit Lugo *de Sacr. disputat. 22. sect. 1. numero 4.* non teneri illi assistere. Et ratio est, quia adesse Missæ, est simul cum celebrante Sacrificium offerre: qui autem non assistit tempore consecrationis, non dicitur offerre. Ergo &c. Sed quid, si quis accederet, dum dicitur præfatio? Respondeo cum Lugo, teneri reliquum Sacrificii audire. Nam superest maior pars, in qua tota fere Sacrificii substantia consistit. Sed Sancius *select. disp. 15. n 5.* probabile iudicat, non teneri, & testatur de vsu fidelium etiam timoratorum *p 3. tr. 6. res. 69. & p. 5. tr. 13 res. 61.* à medio.

Et quidem satis est Sacro moraliter interesse.

12 Audire autem Sacrum in cit. can. intelligitur pro eo, quod est, Sacrificio personaliter interesse, eique attendere. Interesse inquam, idest, præsens esse moraliter, quod secundum Gordonum *tom. 2 l 6. q. 7 c 2. §. 3. n 12.* verificatur, etiamsi quis, dum Sacrum celebratur, maneat in atrio Ecclesiæ, seu cæmeterij, vel in alio loco sufficienti, vt numeretur inter illos, qui in Canone circumstantes dicuntur. Fenestra autem domus, quæ sit è regione altaris, non potest quis Sacro interesse moraliter, & præcepto satisfacere. Ita Filliucius *tom. 1. tr. 5. cap. 7 n. 209 p. 4 tr. 4 res. 154.* Non est ergo necesse, vt Sacrum quis audiat, vel videat. Vnde non excusantur surdi & cæci, vt docet Fagundez *p. 1. l. 2 c. 7. n. 3. par. 5 tr. 6. res. 8.*

Nec oportet illud videre, vel audire.

Potest autem audiri

13 Missa de præcepto non est necessario audienda ab vno Sacerdote, sed potest audiri partim ab vno, & partim ab alio. Ita Navarrus *cap. 21. num. 2.* Sed hic sunt duo dubia. Primum, An possit prius audiri pars Missæ posterior, & postea prior? Secundum. An possit audiri simul, & eodem tempore, quando scilicet ex duobus Sacerdotibus alter Missam inchoatet, altero consecrāte? Quoad primum, notat Turrianus *select par. 2 disp. 16. dub. 7.* non paucos viros doctos excusare à mortali eum, qui sic in die festo Missam audiret, & sanè nec ego dānatem: quia præceptum quoad substantiam impletur, & solùm invertitur ordo, quod in satisfactione Horarum Canonicarum dicunt DD. non esse mortale *part. 5. tr. 14. res. 52.* Quoad secundum Turrianus *ibid.* negativè respondet, & contrariam sententiam improbabilem appellat. Sed nimis audax est in censurandis aliorum opinionibus. Igitur contraria opinio Bonacinæ apud Hurtadū, & Hurtadi *de Sacram. t. 2. de Missa disp. 5. diff. 4.* non est improbabilis. Nam quod pertinet ad attentionem, potest quis ad vtrumque animum intendere, ait Azorius *par. 1 lib. 7 cap. 3 quæst 3.* Et ideo docuerat Maior *in 4. dist. 12. quæst 8. dub. 1.* & post ipsum docuit etiam Faustus *de Euchar. lib. 3. quæst. 389.* obligatum eodem die tres Missas audire, vnam ex præcepto, alteram ex voto, aliam ex pœnitentia iniuncta, satisfacere si duas simul tempore à duobus Sacerdotibus audiat *ibid. § Notatamen, & part. 4. tr. 4. res. 107.* in fine, ✠ & recitativè olim *parte 1. tract. 14. resol. 18* ✠ *part. 8. tract. 3. res. 89.*

Partim ab vno partim ab alio Sacerdote.

Et quidem inverso ordine.

Et probabiliter etiā simul.

14 Ad satisfaciendum huic præcepto secundum probabiliorem, & consulendam opinionem, non sufficit præsentia corporalis, sed requiritur etiam mentalis. Sed probabilis quoque est opinio Coninch *in 3. par quæst. 83. art. 6. num. 197.* Hurtadi *de Sacr. tom. 2. de sacrif. disput. 5. diff. 2.* & aliorum, quòd satisfaciat præcepto, qui sacro reverenter assistit, & cum debita attentione externa sine cōfabulatione, &c. quamuis internè distractus sit, quemadmodum diximus de recitatione officii V, *Hora Canonica, num.*

Dummodo adsit attentio.

num.59. Ex quibus infertur contra Sylvestrum V. *Missa, quæst. vlt.* assistentem Sacro, & simul Horas Canonicas persoluentem, vtrique obligationi satisfacere *part.2.tract.12.res.2.§.Hac doctrina, part.4.tract.4.res.107 & part.5 tr.13.res.61.* in fine, & *part.7.tract.11.res.30.* Nec requiritur intentio satisfaciendi præcepto. Imò ego existimo contra Aragoniũ impleri hoc & omne præceptum ab eo, qui Sacrum audit cum expressa intentione non implendi, vt similiter dictum est de Horis Canon. *n.62 p.3 tract.6 res 60. & 77.*

Datur in audiẽdo sacro paruitas materiæ.

15 In auditione Sacri datur paruitas materiæ. Sed difficile est eam determinare. Coninch *de Sacr. quæst.83.art.7 dub. vn.n.285.* putat esse ab initio vsque ad Euangelium inclusiuè. Henriquez verò *lib.9.c.25 num.7.* vsque ad Euangelium inclusiue. Cuius opinionem iam probabilem iudicat Turrianus *select.part.2. disp. 31.dub.28.* sed immeritò. Modo eam docet nouissimè Lugo *de Euch.disp.22.sect. 1.num.3.* cum aliis, quia valde probabile est, non teneri fideles duo Euangelia audire, cum possint data benedictione recedere. Ergo satis est, si vnum audiant, & sic possunt primum omittere, & vltimum D. Ioannis audire, & satisfacere. Maximè, quia non est necessarium audire Euangelium proprij Sacri, sicut nec Missam proprij dici festi. Immò refert Layman *lib.4.tr.7.c.3.n.3.* Amalarium *lib.3.de Eccl.offic.c.36* significare non esse grauis culpæ damnandos, qui ab Offertorio vsque ad benedictionẽ intersint, sed hæc omissio videtur notabilis *part.5. tr.5 res.44. & tr.14 res.70.* & obiter *in part.4.tr.4.res.196.* & iterum *in part.5. tract.5.res.28.* in fine.

Quæ probabiliter dicitur esse totũ initium vsque ad Euangeliũ inclusiuè.

Et ipsa cæremonia sola cõsecratio.

16 Sed an censeatur parua quantitas consecratio, vt eius omissio non sit graue peccatum. Negatiuè respondet Matchantius *res. Pastor. tr.4.c.6.quæst.4.* Affirmatiuè Hurtado *disp.5.de sacrif. diff.1.* Et prima opinio verior est per principia intrinseca, quia Sacrificium consistit in consecratione, tamquam in parte essentiali. Secunda autem in praxim deduci potest, quia sub opinione positum est, an essentia Sactificij consistat in consecratione, an in communione *part.3. tr.13.res 61.*

17 † Ab audiendo Sacro diebus festiuis multi excusantur. Præcipuè impotentes, siue impotentia sit physica, siue moralis. Et sic excusantur primo incarcerati, & infirmi*, etiamsi habeant priuilegium audiendi Missam in Oratorio domus, quia hoc priuilegium derogat iuri communi, & non potest obligationem inducere. Ita Suarez *in 3.part. quæst.83.art.6.disp.88.sect.6.* & alij contra Sotum *in 4.dist.13.quæst.2.art.2. part.4. tract.4.res 80.* item interdicti, qui nec tenentur vti priuilegio Cruciatæ, vt dictum est V. *Bulla Cruciatæ, n.75.par.4 tr.4.resolutione 80.*

A præcepto audiẽdi sacrum excusantur infirmi, & captiui. Etiã qui habent Oratoriũ in domo. Itẽ interdicti, etiam si habeant Cruciatam.

Item excõmunicati qui non tenẽtur quærere absolutionem, vt audiãt Sacrum.

18 Rursus excusantur excommunicati, qui Missam audire non possunt. (Sed in dubio an sint excommunicati, possũt. Ita Corneio *in 1.2.tract.8 quæst.19.dist.4. dub.2 part.4.tract.2.res.66.*) Nec enim tenentur ex vi huius præcepti reconciliari, & fieri habiles ad audiendum Sacrum, cum non tanti momenti sit, vt obliget ad tam remotam dispositionem: vnde si excommunicati maneãt ob culpam suam, quia nolunt reconciliari, non ob id peccant, non audiendo Missam in festis, sicut, qui culpa sua detinentur in vinculis, & nolunt soluere, cum aliàs deberent, quamuis peccent contra iustitiam, non tamen peccant non audiendo Sacrum. Ita Layman *lib.2.tract.5 part.2. c.2.num.3.part.5 tract.9.res 88.* An excusetur mulier omittens Sacrum, ne det occasionem amasio concupiscentiæ. Vide V. *Scandalum, num.21.*

Audiens Missam ante mediam noctẽ in nocte Natiuitatis, satisfacit præcepto.

19 Quæres an satisfaciat præcepto, qui audit Missam Natiuitatis, quæ coram Summo Pontifice in illa nocte ab Eminentissimo Cardinali celebratur? Negat Pasqualigus *tom.1.Dec.312. num.4.* Sed dicendum cum Lugo *de Sacram Euch.disp.15.sect.2 num.50* audientes talem Missam præceptum adimplere, quia putandum est Summum Pontificem tũ pro illo loco, & pro illa nocte anticipare diem sequentem, cum hoc pendeat ex eius bene placito. *p.7.tr.12.resolut.12.*

MISSARVM Reductio.

1 † ONera Missarum cum exiguis prouentibus Episcopi in Synodo, & Generales, ac Abbates Religionum in capitulis generalibus possunt vigore Tridentini *sess. 25. c. 4. de refor.* ad minorem summam, re diligenter perspecta, pro sua conscientia reducere †. Quam facultatem extendi etiã ad inoderanda anniuersaria, & Officia pro defunctis; respondit Sacra Congregatio Archiepiscopo Neapolitano apud Garsiam *de benef. tom. 1. p. 7. c. 1. num. 13.* & alios *part. 2. tr. 14. ref. 5.*

Episcopi, & Generales Ordinum possunt reducere ad pauciorem numerum onera Missarũ, & anniuersaria sũ data cũ parua eleemosyna.

2 Docuerat etiam Garsias *ibid. tract. 2. p. 7. c. 132.* ab Episcopis, & Generalibus reduci posse Missas post Tridentinum relictas. Contrarium tamen docuerat cũ aliis Riccius *part. 4. decis. 25. n. 4.* & declarauit deinde Sacra Congregatio in decreto de celebratione Missarum, §. 2. *part. 2. tr. 14. ref. 5.*

Ante Tridẽtinum.

Et non in fundatione Capellaniæ.

3 Declarat quoque Sacra Congreg. *ibidem*, non posse Episcopos &c. reducere onera Missarum in fundatione Capellaniæ imposita, sed pro illorum reductione, & moderatione recurrendum esse ad Sedem Apostolicam. Quod etiam ante congregationem docuerant Riccius *in pra. to. 1. ref. 341. n. 4* & alij contra Henriquez *lib. 9. c. 22. n. 6 p. 2 tr. 14. ref. 1.*

In Synodo, & Capitulo Generali.

4 Vbi Concilium Tridentinum est receptum, reductio Missarum ab Episcopo facienda omnino est in Synodo; nam ita disponit Concilium. Ita Bonacina *de Sacr. disp. 4. quæst. vlt. punct. 7. §. 2. num. 9.* Vbi verò non est receptum, procedit opinio Henriquez *vbi sup. in gl. lit. P.* quod fieri possit extra Synodum *part. 2. tract. 14. ref. 5.* Non tamen possunt Generales Religionum extra Capitulum, quia Episcopis id competit de iure communi, quod Concilium non mutauit: pro Abbatibus verò, & Generalibus statuit ius nouum. Ita Barbola *de pot. Epis. p. 2. alleg. 28. num. 12. ibid. ref. 4.*

5 Aduerte etiam quòd Generales Religionum ex priuilegiis Iulij II. & Leonis X. dispensare poterant, vt Regulares subditi, vnam Missam cum nouem collectis celebrantes satisfacerent pro nouem Missis, etiam si specialiter de Requiem, vel de Sanctis dicendæ fuissent, vt ait Confettrius. Sed Sacra Congreg. in dictis decretis reuocat similia priuilegia & indulta *part. 2. tract. 14. ref. 6. p. 11. tract. 2. ref. 4.*

Nõ possunt verò Generales dispẽsare amplius vt vnã Missã cũ multis collectis pluribus stipendiis satisfaciant.

6 Quæres. Vtrum aliquando sine licentia Papæ, vel S. Congregationis possit superior Regularium, vel Sacerdos sæcularis reducere Missas ad numerum minorem? Cum enim sæpius accidere possit, vt quis habeat onus celebrandi Missam quotidianam, vel tot Missas singulis annis cum assignatione certi stipendij, aut æquiualentis, vti fructuum, domus, agri, &c. correspondentis eleemosynæ currenti tempore impositionis oneris, si augeatur stipendiũ, aut decrescant fructus, domus, agri, census, &c. potest ne ille Sacerdos, qui onus suscepit celebrandi, dicere tot Missas, quot sunt fructus, quos percipit singulis annis, correspondentes salario statuto, vel consuetudine, aut cum diminutione Missarum etiam ad medietatẽ. In tali casu Genuensis *de Eccl. Tric. 6. quæst. 179.* docet hæredes teneri adiungere stipendiũ conueniens data capacitate hæreditatis. Sed Bordonus *in cons. Regul. t. ref. 15. n. 37.* putat sacerdotẽ in tali casu tot Missas dicere posse, quot fructus colligantur habito respectu ad incrementum salarij, quando alias stipendium ab initio assignatum non excedebat taxam eleemosynæ consuetæ. Ego resolutionem huius dubij oraculo Sacræ Congreg. remitto. Nota tamen, quod si testator reliquisset, vt suus hæres in singulos annos eroget tantam pecuniã, vt celebrari pro ipso curet tot Missas: tunc si temporis decursu ad auctum sit Missæ stipendiũ, teneri hæredẽ maiorem pecuniæ summam erogare, ne Missarum numerus minuatur, eo quod hæc ipsa videtur intentio testatoris. Sed Auersa *de sacr. Euch. quæst. 11. sect. 18.* putat in tali casu ponderanda esse verba

Reductio Missarum ob auctum stipendium à quo fieri possit.

Cõsulenda Sacra Congregatio.

Alias ponderãda verba testatoris.

verba testatoris. Si.n. testator dicat, iubeo, vt meus hæres tantam pecuniam eroget in Missas pro me celebrandas, videbitur intentionē suā coarctare ad illā pecuniæ summā. Si verò dicat, iubeo, vt meus hæres curet tot Missas pro me celebrari, tenebitur hæres augere stipendium. *parte 7. tr. 12. resol. 22.*

MISSARVM Stipendium.

Stantibus decretis & declarationib. S. Cōgreg. Missarum.

6 * STipendium Missæ dicitur eleemosyna, quæ Sacerdoti offertur pro munere celebrandi. Et iustum est, quod vel taxauit Episcopus, vel stabiliuit consuetudo. Tenetur autem Sacerdos ex iustitia celebrare pro illis à quibus eleemosynam accepit. Circa quod nonnulla statuit, & declarauit Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum auctoritate Vrbani VIII. anno 1625. Inter quæ vnum est quod Sacerdotes tot omnino Missas celebrent, quot ad rationem attributi stipendij præscriptæ fuerint. * Vnde.

Non potest Sacerdos vnica Missa satisfacere pro plurib. stipendiis paruis.

7 * Primò corruit opinio Suar. *in 3. part. tract. 3. disp. 86 sect. 4.* & aliorum, quòd, quando petens Missam non præbet stipendium iustum, possit Sacerdos vnicam Missam pro pluribus paruis stipendiis applicare ad rationem iusti stipendij, & se indemnem seruare. Quia scilicet, qui pro paruo stipendio petit totū Sacerdotis obsequium, iniustam rē petit, & facit Sacerdoti iniuriā. Idque etiamsi Sacerdos expressè promisisset pro tenui illa eleemosyna sacrificiū offerre: nam ad hoc cogitur ex paupertate, vnde patitur iniuriam, quam sibi potest compensare, sicut famulus, cui condigna merces non tribuitur, potest damnum suum resarcire. Nec admittenda est declaratio Peyrini *Priu. tom 3. c. 1. num. 26.* dictum decretum exponentis, quādo Sacerdos voluntariè se obligaret, nō autem, quando coactus paupertate. Nō inquam admittenda est; quia decretum clarè, & absolutè loquitur, & vbi lex nō distinguit, neque nos distinguere debemus *p. 2. tr. 14. res. 7. p. 5. tr 13. resol. 52.*

Etiamsi paupertate coactus illa stipēdia acceptasset.

Et multo minus pro pluribus stipēdiis intelligis, vt sustentet se.

Et libros necessarios emat.

8 Secundò a fortiori corruit opinio Soti *de iust. lib. 9 quæst. 3 art 1* & aliorum, quòd Sacerdos possit tot stipendia pro vna Missa accipere, quot sufficiunt ad sustentationem vnius diei moderatam. Et aliorum, quòd possit accipere ad emendos aliquos libros, si Theologus sit aut Iurista, & ad sustentandos parentes, quando in ea necessitate constituti essent, vt viuere nō possent, nisi mendicādo: vt docuit inter alios Nugnus *in 3. par. tom. 1. quæst. 83. art 1 dub. 10. concl. 4.* eo, quia non decet Sacerdotis parentes mēdicare, & vtile est Ecclesiæ, quòd Sacerdos exerceat ministeria spiritualia, ad quæ libri aliquot sunt necessarij. Hæc enim hodie non sunt amplius licita. Imo nec licita esse ante decreta, docuerant Vasquez *in 3. part. to. 3. disp. 234. c. 2.* & alij, quia sacrificium non est institutum ad sustentationem Sacerdotis, pro qua habere debet patrimoniū sufficiens, antequā promoueatur ex *c. non licet*, &c. *Episcopus, de præb.* Nec iustum est, quod laborans per semihoram, exigat integrū diei cibum *par. 2. tr. 3. resol 8 p. 11. tr. 1. res. 24.* fusè. Tertiò corruit opinio Homoboni. *par. 1. tr. 4. cap. 13 quæst. 120.* quòd Sacerdos in diebus festiuis pro vna Missa duplicatum stipendium possit accipere. *par. 2. tr. 14. res. 9.*

Nec possit accipere duo stipēdia pro die festi. Vel applicādo vni partē solitam, & alteri suā partē.

9 Quartò corruit opinio Molfesij *tom. 1. tr. 3. cap 15. n. 40* quòd Sacerdos possit duplex stipendium pro vna Missa accipere, applicando vni partem solitam, alteri vero suam partem. *par. 2. tract. 14. res. 14. & par. 5. tract. 14. resolutione 45 p. 11 tr 8. res. 67.* Et opinio Leonis *de Iubil. par 3. quæst. 20. n. 27* quòd detur eleemosyna pro celebrando in certa Ecclesia pro cultu, vel populi cōmoditate, vulgo, *cella sola presenza*, possit Sacerdos pro applicatione eiusdem Missæ aliud stipendium accipere. Nam Sacra Cōgregatio sub attestatione diuini iudicij præcipit, vt tot Missæ absolutè celebrentur, quot ad rationem attributæ Eleemosynæ præscriptæ fuerint. Vnde pro vna Missa non

potest

potest duplex stipendium sumi ibid. Et sanè stipendium non datur pro applicatione fructus, sed pro labore, alioqui esset simonia. Et contra priorem opinionem speciale est, quod Sacerdos non potest alteri partem fructus sibi debitam applicare. Sed his non obstantibus, vtramque hãc opinionem docet post dicta decreta Faustus *de Iubil. lib. 1. quæst.* 81. qui tamen non placet *par. 5. tract. 14. res.* 45.* & recitatiuè olim *in par. 4. tr. 4. res.* 16.*

Deinde nõ potest Sacerdos accipiẽs stipendiũ pingue dare alteri tenue, vt eãdem Missã applicet.

10 ✠ Deinde statuit Sacra Congregatio, non posse Sacerdotem, qui certam eleemosynam accepit pro offerendo sacrificio, alteri Sacerdoti minorem pro eodem offerendo præbere, parte aliqua sibi retenta.* Vnde corruit opinio Vasquez *in 3 par. tom 3. disp. 234. cap. 4. num.* 30. docentis, quòd dum Sacerdoti datur stipendium pingue pro sacrificio ab ipso celebrando acquirit dominium, & potest alteri Sacerdoti minus, & iustum stipendium præbere, eo quia nulli facit iniuriam, nimirum non alteri Sacerdoti, quia dat illi iustum stipendium: nec danti stipendium, quia habet Missam eiusdem valoris *par. 2. tract.* 14. *res.* 10. Hæc tamen prohibitio non extenditur ad Capellanos, quibus pro paucis Missis pingue stipendium respõdet, vt eademmet Sacra Congregatio declarauit; quia his stipendium non datur solum pro sacrificio. *Ibid. resolutione* 11. Cæterum potest Sacerdos dare minus stipendium scienti, se habuisse maius, & volenti dimittere gratis imò si inuenit aliquem gratis celebrantem, potest sibi totum stipendium retinere. Ita Homobonus *par. 1. tract.* 4. *cap.* 14. *quæst.* 191. *par. 2 tractat.* 14. *resolutione* 13.

Licet id possit Capellanus.

Et is, cui alius Sacerdos gratis reliquam remittit.

Vel amicus dat stipendium pingue intuitu personæ.

Sed quid, si amicus det Sacerdoti duplicatum stipendium pro celebranda Missa? potestne hic alteri iustum stipendium dare, & sibi reliquum retinere? Respondeo. Si maius stipendium datur solum intuitu sacrificij, non potest; si verò intuitu personæ *par. 2. tractat.* 14. *resolutione* 2.

Non potest Sacerdos cessit

11 Petes hic primò An Sacerdos possit offerre sacrificium pro eo, qui primo datus est eleemosynam? Affirmatiuè respondet Henriquez *lib. 9. cap.* 21. *num.* 2. quia licèt tale opus respectu nostri sit præteritum, est tamen præsens respectu Dei. Sed hanc sententiam Sacra Cõgregatio ex mandato Clementis VIII. improbauit *die* 15. *Nouembris* 1605. apud Cenedum *qq. Canon. quæst.* 28. *num.* 26 tanquam abhorrentem à veteri sto Ecclesiæ more, ac fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam *part. 2. tract.* 14. *resol.* 55. Potest tamen Sacerdos Missas anticipatè celebrare in casu, quo ex beneficio, &c. tenetur certis diebus celebrare, nisi aliud in fundatione exprimatur. Ita Riccius *part. 3. resol.* 338. *par. 2. tr.* 14. *resolut.* 16.

Celebrare pro eo qui datus est primò stipendium.

Nec differre celebrationẽ Missarũ ad longum tempus.

12 Petes secundò. An possit Sacerdos differre celebrationem Missarum ad longum tempus? Negatiuè respondeo. Et si dilatio sit magna, peccare mortaliter, vt docent DD. communiter apud Bonacinam *de Sacr. disputat* 4. *quæst. vlt. punct.* 7. §. 5. *num.* 2 Magnam verò dilationem appellat Villalobos *part. 1. tr.* 8. *dub.* 18. *num.* 2. quæ duos menses excedit *par. 2 tract.* 14 *res.* 25.

An obligatus celebrare quotidie possit aliquè die Missã omittere.

13 Petes tertiò. An Capellanus obligatus ex stipendio; quotidie celebrare; possit vnam Missam in hebdomada omittere? Respondeo. Si institutio Missæ dirigatur ad Sacerdotem, v. g. *Erigatur Capellanus qui quotidie celebret*, potest causa maioris honestatis, ex cap. *significatum*, *de prob.* Imò Nauarrus *tom. 1. cons. lib. 3. cons. 6. numero* 5. non solùm vnam, sed etiam alteram omittere posse, affirmat. Non potest tamen celebrare pro alio offerente stipem. Ita Naldus *Missa, numero* 6. qui putat, talè quater vel sexies tantum in anno; ingruente aliqua necessitate, celebrare posse pro seipso, vel alio sibi coniuncto ad specialem Dei gratiam obtinendam, & hoc ex præsumpta voluntate testatoris Cæterum si institutio dirigatur ad locum, v. g. *Celebretur quotidie Missa in tali Ecclesia, &c.* vel ad Sacerdotem, addendo *per se, vel per alium*, tenetur omnino quotidie celebrare. Ita Zanardus *par. 1. de sacrif. cap.* 13. *part. 2. tract* 14. *re-*

14. *resolutione* 28. *& par.* 5. *tract.* 5. *resolutione* 23. *& tract.* 13. *resolutione* 51. §. *Notandum.*

Et si, quãdo infirmatur, teneatur interim celebrare per aliũ?

14 Petes quartò. An Capellanus ægrotans per aliquot dies teneatur per alium interim celebrare? Negatiuè respõdent DD. communiter. Sed discrepant in numero dierum. Et quidem Riccius *par.* 1 *resolut.* 340. *num.* 5 putat, hoc verum esse quando Capellanus ægrotaret per octo, vel decem dies. (Hurtadus *de Sacr. disp.* 4. *diffic.* 1. per mensem *par.* 4. *tractat.* 4. *resol.* 238. Peyrinus *tom.* 3. *cap.* 1. *nu.* 24 per bimestre, nam spatium duorum mensium est breue respectu anni, & cum testator non explicauerit intentionem suam esse tam strictè obligandi, non debet pauper Capellanus eo tẽpore stipendio priuari, quo magis indiget. *par.* 2 *tr.* 14. *res.* 27. *& par.* 5. *tr.* 13. *res.* 51. §. *Notandum*, post medium.

Capellanus nisi in fundatione Capellæ aliud cautum sit, celebrare potest per alium.

15 Petes quintò. An Capellanus possit oneri Missarum per alios satisfacere? Respondeo affirmatiuè, quando in fundatione Capellæ cautum non sit, quod Capellanus celebret per seipsum. Ita declarauit Sacra Congregatio apud Homobonum *par.* 1. *tr.* 4. *cap.* 14. *quæst.* 122 addens, in tali casu Capellanum cogi nõ posse ab Episcopo, vt celebret per seipsum. Adde, quòd, si aliud in fundatione non exprimitur, Capellania conferri potest Clerico 14. annorum, vt dictum est V. *Beneficium*, *n.* 18. *par.* 2. *tract.* 14. *resolutione* 18.

Sed in eodẽ die, Altari & Ecclesia quæ exprimitur.

16 Petes sextò. An Capellanus, vel alius obligatus pro stipendio celebrare Missam in tali Altari, vel Ecclesia, possit celebrare in alio Altari, &c. Respondeo non posse, & sic faciendo regulariter peccare mortaliter. Ita Fagundez *pr.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9 *num.* 6. *cap.* 7. Excusatur tamen Capellanus, qui ter in anno, vel quater in destinato Sacello non celebrat. Minimè verò, qui stipem accipit pro celebranda Missa in Altari priuilegiato, si illam celebrat in alio Altari cum calculo benedicto, existimans cum illo animam liberare. Nam tenetur omnino celebrare in Altari priuilegiato, (& de *Requiem* alias indultum non suffragatur, vt declarauit Sacra Congregatio Rituum *in vna Tolet.* 13. *Iulij* 1601. quæ etiam *die* 24. *Aprilis* 1626. declarauit, quòd si in die assignato Altari priuilegiato incidat festum de præcepto, ibi Missa de *Requiem* dici non potest. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 233.) Cæterùm, qui in diuerso loco Missam celebraret, peccaret quidem, non tamen teneretur ad restitutionem, nisi aliquod suffragiũ defunctis subtraheret ratione minoris frequentiæ, quod teneretur aliis precibus compensare. *part.* 2 *tractat.* 14. *resolutione* 29.

Et Missam de Requiẽ in Altari priuilegiato, si id pactum sit.

17 Petes septimò. An obligatus ex stipendio, vel Capellania dicere Missam v. g. de Spiritu Sancto, de B. Virgine, vel de Requiem, satisfaciat celebrando currentem? Respondeo affirmatiuè, quia omnes Missæ sunt æqualis valoris, imò defunctis, & aliis nulla Missa est salubrior, quam diei. Peccaret tamen Sacerdos venialiter, si specialiter promisisset celebrare talem Missam, & celebraret aliam. Ita Nauarrus *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 148. & alij, & omnium largissimè Villalobos *tom.* 1. *tract.* 8. *diffic.* 9. *numero* 9 *part.* 2. *tract.* 14. *resolutione* 31. *& par.* 3. *tract.* 6. *resol.* 2.

Aliàs petẽti Missam l votiuã, vel etiã defunctorũ applicare potest currẽtem.

18 Petes octauò. An obligatus dicere Missas D. Gregorij, teneatur illas continuè, & sine vlla interruptione celebrare? Respondeo negatiuè cum Bonacina *de Sacr. disp.* 4 *quæst. vlt. punct.* 7. §. 3. *num.* 6. & 7. & aliis, quidquid dicat Gauantus *in Rub. Miss. tom.* 1. *par.* 1 *tit.* 5. *lit. D.* Missas sic per saltum celebratas non valere, vt institutas à D. Gregorio. Nam valent vt illæ, vt docuit Fraxinellus *de oblig. Sacerd. sect.* 8. *concl.* 6. §. 5. *num.* 7. & Sacerdos tenetur celebrare continuè morali modo, salua scilicet honestate, & deuotione ipsius, quantum fieri potest. *par* 3. *tr.* 14. *res.* 32.

Missas D. Gregorij nõ oportet cõtinuè celebrari.

19 Petes nonò. An satisfaciat Sacerdos, qui præterita die applicauit Missam pro Petro, à quo stipendium accepit, sed postea in celebratione nihil de applicando Sacrificio cogitat? Respondeo affirmatiuè. Vide supra. V. *Missam*, *num.* 5.

Missæ applicatio fieri potest pridie quam celebretur

Cognita veritate tenetur restituere.

Dare mediata stipendia peccatur grauiter.

20 Qui ignoranter, vel aliqua probabili ratione stipendium recepit pro celebratione Missarum contra decreta ad hoc facta, tenetur cognita veritate, vel aliam celebrare, & applicare, vel stipendium restituere. Auersa con. Bord & si quis recepit integra stipendia pro multis Missis celebrandis & postea alium Sacerdotem inducit, dicendo se mediata stipendia accepisse, grauiter peccat, & tenetur ad restitutionem, si pate facta veritate consentiat, posteſt excusari. Auersa *part. 8 tr. 7 resol. 75.*

Potest accipere alias Missas anticipata tamē primis satisfacta.

21 Pro declaratione Decreti Vrbani Octaui, circa eleemosynam accipiendam promissis, nisi prius obligationibus satisfactis asserunt Doctores, posse Sacerdotem accipere 15. aut 20. pro Missis, eleemosynas postea dicēdis, primis satisfactis, Pellizzarius *par. 9. tr. 6. resolut. 55.*

Non potest implicari pecuniare licta perpetua pro celebratione Missarum super mobilia Monasterij.

22. Non possunt Regulares pecuniā relictam cum onere, perpetuo celebrādi Missam, implicare super bona exempta Monasterij, sed debent esse, super noua immobilia fructifera cum expressa, & indiuidua mentione oneris S. Cōgr. sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Sed notandum est, quod extinctio annui census Monasterij de ipsa pecunja, satis est pro celebratione Monasterij, cum acquiruntur noui fructus. Lezzana *par. 9. tract. 6 resolutione 16.*

Nō possunt dici Missæ votiuæ in hebdomada sancta Sacerdos potest audire Euangeliū, &c. dū cantatur.

23 Non possunt dici Missæ votiuæ in hebdomada sancta. Sac. Congreg. de omissione Propheciarum, vel Gloria, aut Credo sequentiarum in Missali, & Defunctorum, & aliqua pars notabilis Missæ, quamque alij dicant esse veniale, tamen opinionibus talium Doctorum non assentitur Diana *par. 9 tr. 8. resol. 53.* Et in Missis solemnibus potest Sacerdos audire Euangelium, Epistolam, Credo, & Gloria, dum ab aliis decantaur; de sequentia Defunctorum dico, qui est pars essentialis. Tu cogita, *ibid. tr. 6 res. 19.*

Minores ex priuilegio Sixti IV relato apud Rodriq. *to 1 regg. qq. 43. art. 13.* possunt in dominicis & festis solenniter celebrare aliquas Missas votiuas cum *gloria & sequentiâ* alij Sacerdotes peccarent saltem venialiter si id facerent. Suarez. Reginal. Henriq. quia facerent contra rubricam Missalis *p. 11. tr. 1. res. 3*

MONASTERII ÆDIFICATIO.

MEndicantes propter bullam Vrbani VIII. datā anno 1624. 28. Augusti, quæ incipit: *Romanus Pontifex.* non possunt ædificare noua monasteria conuentus aut domos regulares, nisi de consensu Episcopi, & vocatis ad hoc Prioribus Conuentuum ibi existentiū, contra contrarium facientes denunciatur excommunicatio Pontifici reseruata, ipso facto incurrenda, cum amplissima reuocatione omnium priuilegiorum in contrarium obtentorum. *part. 11. tr. 2. res. 25.*

MONETA.

In mutatione monetarū facienda est restitutio, modo quo monetæ expenduntur.

1 IN mutatione Monetarum facienda est restitutio mutui, hoc modo vt quemadmodum creditor nummos in aliam formam recipere non cogitur, si damnum aliquod inde passurus est; ita nec pecuniam numeratam in æstimatione maiori, quam expendit, accipere tenetur, cùm haud sine damno id sit facturus, quia creditor damnum nullum patitur, quando eandem pecuniæ æstimationem recipit, quam expendit: quia si imminuta fuisset æstimatio à se data pecuniæ debitor defectum illum similiter supplere teneretur, ita vt creditor eandem illam pecuniæ æstimationem, quam erogauit habere posset. Decius, & alij. *par. 8. tract. 7. resolutione 18.*

Potest restitui quantitas mutuata qualitate.

2 Si quis Titio aliquot nummos aureos mutuauit, potest (illo inuito) eandem quantitatem monetæ, argenti, vel æris restituere, quia spectatur quantitas, & non materia, dummodo, quod quantitas æquiualet quantitati monetæ aureæ

aureæ acceptæ. Facchineus, & alij. *part.* 8. *tr.* 7. *res.* 19.

MONIALIS.

Monialis. Vide V. *Abbatissa* V. *Clausura.* V. *Ingredi Monasteria.* V. *Accessus.* V. *Alloqui.* V. *Paupertas Religiosa*

Tenetur ad diuinum officium. 1 Moniales tenentur extra chorum recitare diuinum officium, ratione status regularis, & ecclesiastici irrenocabilis *par.* 9. *tractat.* 6. *resolutione* 7. Vide V. *Hora Canonica, numero* 12.

Si caret ab ortum per venenū nō incurrit ex cōmunicatione can. Si quis suadēte qui suad. 2 Monialis venum potans, aut venam abscindens, vt abortum faciat, non incurrit excommunicationem can. *Si quis suadēte*; quia etiamsi hunc canonem extendamus ad percussionem sui ipsius, ea debet esse contumeliosa, & violenta, qualis non est supradicta. Ita Molina *de iust. tom.* 4 *tract.* 3. *disp.* 51. *num.* 4. *par.* 3. *tractat.* 5 *resol.* 81. §. *Sed quidquid sit. & par.* 7 *tract.* 5. *res.* 40.

Et si prorūpit in mare remanet libera à voto emissis. 3 Monialis prorumpens in marem tenetur secundum Portelium *verb. Professio Hermaphroditi, num.* 4. intrare Religionem virorum; quia reuera professa est, & emisit tria vota solemnia, & multa insuper, quæ non vrgent in Religione virorum, quæ est benignior. Sed ego contrarium teneo cum Texeda *lib.* 1. *tr.* 1 *contr.* 8 *dub.* 1. *num.* 18 quia talis fœmina non est professa, nisi in quantum vera fœmina, & iuxta hanc rationem profiteri intendit, & non aliter; ergo cum euaserit mas, professio est nulla, & sic potest matrimoniū contrahere, ac etiā Sacros Ordines suscipere. *part.* 5. *tr.* 14. *res.* 49 *. Sed circa hanc quæstionem ne deseras videre Bordonum *.

Potest petere dotē an puella ingrediēte in monasterium sine si monia 4 Moniales monasterij diuitis non incurrunt simoniam, si petant dotem à puella volente monasterium ingredi. Villalob & alij excusant illas propter consuetudinem. *part* 9. *tract.* 7. *resolutione* 29.

Moniales Turris Speculatorum 5 Moniales Turris Speculatorum Romæ, etsi viuant in communi & in monasterio, tamen non sunt Religiosæ nec eatum vota sunt solemnia, possunt nubere, & validum est matrimonium, tamen peccant, & è monasterio egredi possunt, & gaudent priuilegio fori, Canonis, & exemptionis gabellarum. Sanctar. & alij. *Vendere, num.* 14.

culatorum R. magaudēt priuilegio fori, & canonis.

MONOPOLIVM.

Monopoliū quid? Quā d cōtingat Et an etiā inter emptores?

1 ☥ ○ Monopolium dicitur mercatorum conuentio, seu pactum, vt nemo illorum talem rem vendat infra tale pretium. Est contra iustitiam, etiamsi mercatores conspirarent, vt nullus eorum vendat, nisi pretio supremo iusto Vide *verb. Vendere, numero* 14. Extenditur etiam monopolium ad significandam conuentionem emptorum, ne rem supra tale pretium emāt. Non tamen est iniustum, si conueniant ad non emendum supra pretium iustum, dummodo emant iusto. Vide *Emere, num.* 1. †.

MORIBVNDVS.

1 De Baptismo, Absolutione, Confirmatione, Communione, Extremā Vnctione, Sepultura, & Testamento, dictum est sub propriis harum materiarum nominibus. Dictum est etiam *Attritio, numero* 3. moribundum, qui cum attritione cognita sua peccata confessus est, bene facere, si conetur contritionem perfectam elicere, non tamen ad id teneri.

Moribundus tenetur vulnerāti far la remissione. Si illi caudem dedit.

2 Vnum hic dicendum superest, nimirum, quod moribundus vulneratus, vel aliter offensus ex causa, quam ipse lædenti dedit, tenetur in conscientia iniuriam, & offensam illi remittere, vulgò *farci la remissione*, quia ille iustè se defendit, si ipse dedit illi causam, inuentus verbi gratia, cum eius vxore, vel consanguinea &c vnde sibi suam offensam imputare debet. Si verò non dedit illi causam; tenetur quidem odiū,

Minimè verò, si nō dedit causam Quamuis, odiū deponere teneatur.

& rancorem deponere, non tamen illi remissionem facere iniuriarum; nam si, vt ait Villalobos *tomo 2. tract. 3. diff. 6. num. 11.* possumus In iudicio satisfactionem iustè petere ab amico, cur non etiam ab inimico? Equidem Deus remittit quidem nobis culpas in Sacramento Pœnitentiæ, at exigit satisfactionem in hac vita, vel in Purgatorio. Aduertit tamen, moraliter loquendo, nunquam accidere, quod læsus omninò odium deserat, & nolit inimico remissionem petenti remittere pœnam decollationis, &c. nisi iudicialis inimici vindicta esset necessaria ad reparandum decus suæ familiæ *parte 1. tractat. 3. resolutione 103.* Vide hac de re plura *parte 9. tractat. 6. resolutione 20.*

id exigat salus totius corporis ad vitandum malum intrinsecum.

non solùm, vt ait Soto *lib. 5. quæst. 2. art. 1.* si illi malum immineat ab intrinseco, puta morsu vipere, cancro, &c. sed etiam contra ipsum, si immineat ab extrinseco, vt si Tyrannus velit quem occidere, nisi sibi manum eripiat. Ita Malderus *in 2. 2. tract. 3. c. 1. dub. 10.* Immò ego puto cum Mendoza *in 2. disp. 170. sect. 5. § 116.* quod si is non possit, aut non audeat se secare, possit id facere alius ex eius consensu. Licitum quoque est ligato, propriam manum, vel pedem abscindere, vt per fugam imminentem mortem euadat. Et ratio horum omnium est, quia homini vt gubernatori sui corporis licet de membris disponere, prout ratio totius, ad quod ordinantur, postulat. Ita Tanner *to 3. in 1. 2. disp. 4. q. 8. dub. 5. n. 100. p. 5. tr. 4. res. 32. & p. 11. tr. 1. res. 23.*

MVNERA.

Ministri ecclesiastici incurrūt in censuram accipientes munera.

1 GVbernatores, Iudices, & ministri Ecclesiastici Ciuitatum, si à subditis munera accipiant, incidunt in excommunicationem Pontificis, sed si post officium restituant dantibus, & illi iterum donabunt, non incurrunt, accipientes. Diana, & alij *part. 9 tract. 8. res. 42.*

3 Nota etiam, quòd homo tenetur permittere sibi membrum secari, si id medici iudicent necessarium, nec magni dolores sint perferendi: nam si ingentes cruciatus perferendi essent, vt in depositione tibiæ, &c. non teneretur; quia nemo tenetur vitam suam cū tanto cruciatu seruare. Nec si esse Religiosus, teneretur id permittere, etiamsi Superior in virtute obedientiæ præciperet. Ita *Lessius lib. 2. c. 9. n. 96.* qui in vno casu hāc sententiam limitat, nisi vita alicuius censeatur necessaria bono communi; nam tunc teneretur, & cogi posset à Republica. *ibid. § Notandum.*

Et si id medici iudicēt necessariū, tenetur infirmus mutilationem perpeti, nisi magnopere cruciandus foret.

MVTILARE.

Quid mutilare? quid membrum

1 MVtilare dicitur, qui aliquod humanum membrum abscindit, seu aliquam corporis partem, quæ proprium habet officium distinctum ab aliis, vt sunt oculus, manus, pes, auris, membrum virile, &c. non autem dentes, testes, labia, barba, capilli, &c. item nec digitus, aut cartilago auris. Maximè tamen mammilla: Vide *v. Irregularitas ex mutilatione*, vbi inuenies, quibus in casibus mutilans irregularitatem incurrat *.

4 An pater castrare possit filium consentientem, vt voce, & cantu Ecclesiæ inseruiat. Vide *V. Pater num. 1.*

Certum est non licere semetipsum vocis, aut continentiæ causa castrare, quia hæc seruari potest sine præcisione; si autem illicitum est castrare se propter bonum spirituale animæ, vt decernitur *c. meritum, dist. 33* à fortiori illicitum erit idem facere propter bonum temporale aut vocem. *p. 11. tr. 1 res. 23.* & Pasqualigus alijque (inter quos enim Caramuel) diuersum tenentes malè Theologizant.

Est illicitū mutilare, seipsū. Nisi

2 Per se illicitum est mutilare, etiam seipsum. Licitum tamen est, quando est necessarium ad salutem totius corporis,

MVTVS.

Mutus omnino liber est ab oneribus civilibus, & personalibus.

1 MVtus liber est ab oneribus civilibus, & personalibus. *l. 1. C. qui morbo se excusant.* Ita Navarrus *de elect. fori sect. 2. q. 8. n. 10.* Qui hoc non esse extendendum inquit ad eos, qui tardè, graviter, aut ponderosè loquuntur. *l. honores, ff. de curat.* Vide etiam Sylvestrum V. *Gabella 7. n. 5 par. 5 tr. 6. res. 33.* Igitur mutus non potest esse curator, aut tutor, sive testamentarius, sive dativus, sive legitimus *l. penult. ad fin ff. de legit. tut.* Ita Gratianus *to. 4. c. 447. n. 8.* Et tantum abest, quod mutus possit esse curator, vt ipse potius habere debeat curatorem. *ibid. res. 35.* Item non potest esse executor testamenti Ita Angelus V. *Executor, n. 2. ib res. 28.*

Vnde non potest esse curator.

An executor testamenti.

2 Potest tamen mutus esse testis, & eius testimonium valet, si perfectè intelligit. Et quamuis depositio testiũ debeat esse verbalis, in ipso tamen admittitur per signa. & si novit scribere, per scripturam. Ità Spino *spec. test. gl. 9. rubr. num 1.* contra Fabium in §. *testes, num. 3. de test part. 5 tract. 6. res. 32.* Posse etiam hodie fideiubere, tenet Richter *de contr. disp 8 thes. 1.* si spontè ad fideiussionem deveniat, & animum suum per scripturam declarare possit. *ibid resol. 19.* Non posse munus advocationis exercere, ait Sanch *opusc. tom. 2. l. 6. c. 7. dub. 2. nu. 1.* nisi in causa propria. Si tamen scripto consulat, non peccare, dummodo iuris peritiam, vel negotiorum experientiam habeat. *ibid. 27.*

Tamen testificari per signa, vel scripturã.

An etiam possit fideiubere.

Et munus Advocati exercere?

3 Mutus iure civili prohibetur contractus illos inire, qui confici non possunt, nisi vtroque loquente *l. 1. init. & l. mulier ff. de verb. oblig.* Ita Megallus *in 1. 2 l. 2. c. 3. q. 4. n. 135.* Qui tamen putat, contractus, qui signis initi possunt, non eis denegari: & sic mutum posse donare, quoties potest testamentum condere, (vt secundum Molfesium *to. 2 tr. 13. c. 2. num. 84.* si est miles, aut habet à Principe privilegium, vel si testatur ad pias causas, in quibus testamentis non requiruntur omnes iuris civilis solemnitates *res. 23. in fine.*) Sed meritò, docet Sanchez *de matr. to. 1 l. 1 disp 8. n. 11.* donare non posse, cum facile decipi possit. *ibid. res. 12* Quoad testamentum verò Pegada *reper. ad l. inter cetera ff. de lib. par. 1. c. 1. §. 9.* fieri etiam non posse inquit à muto, nisi per scripturam. *res 23. §. Sed circa.*

Aut mutus possit cõtrahere? Donare? Et testari?

4 Mutus à nativitate & simul etiam surdus non potest succedere in feudo *ex recto*, bene tamen succedere potest in *improprio* & in Maioricatu, si per signa exteriora bene intelligit, sicut in omni feudo, cuius servitium à quolibet sanæ mentis præstari potest. Cùm verò non succedit, debentur ei alimenta sustentatione congrua, absque vllo vinculo servitutis. ita Menochius *vol. 1. cons. 65. n. 14* Vide Intriglolum *de feud. cent. 2. art. 1 à n. 554 p. 5 tr. 6 res. 21.*

Mutus & surdus à nativitate non potest succedere in feudo impropriè, nec in Maioricatu.

Et si non est cæcus, potest vxorẽ ducere.

5 Potest etiam mutus, quamuis surdus, matrimonium inire, nisi esset etiam cæcus. Vide supra V. *Matrimonium, n 20.* Et eodem modo Religionem ingredi potest, & in ea profiteri. Vide V. *Professio, n 5.* Cæterùm etiamsi ordiat, & videat, non potest mutus eligi ad Prælaturas. Ita Peyrinus *de Relig. Præl. to. 2. q. 2 c. 4. nu. 18. 20. 21. ibid res 20.* Item si omninò mutus est, non potest ordinari, quia est irregularis. Secus si solùm habeat linguam impeditam, aut blæsus, vel balbus sit. Ita Maiolus *l. 1. de irreg. c. 26. n. 23.* Nisi notabilem difficultatem in loquendo haberet. Ita Sayrus *de cens. li. 6. capit. 8 numero 17. 22 ibidem res 22.* Mutus tenetur confiteri per nutus, & signa. Et si novit scribere, secundum Fagundez *part. 2. l. 1. c. 6. n 9.* etiam per scripturam. Qui tamen contrarium probabile existimat. Vide V. *Confessionis n. 17.* An mutus, & surdus sit in re morte, aut vita communicandus. Vide V. *Commun n. 5. & 12.* Sacerdos mutus tempore necessitatis secundum Gratianum *tom. 3. c. 307. n. 6.* potest Eucharistiã ministrare *par. 5. tr. 6. res. 18.* An verò possit abluere baptizandum, altero manibus orbato proferente formam. vide V. *Baptis. n. 48.*

Et nisi notabilem difficultatem in loquendo haberet.

Mutus tenetur confiteri per nutus, & signa.

Quid, si non vit scribere?

Sacerdos mutus non potest tempore necessitatis ministrare Eucharistiã.

Et baptizare?

An mutuus possit declinare forū? Et dānari ad pœnam ordinariā?

7 Mutuum computatur inter personas miserabiles, ac proindè, vt illæ, declinare potest forum. Ita Cochier *de iurisd. p. 4. quæst. 108 p. 5. tractat. 6. resolut. 30.* An verò damnari possit pro delicto ad pœnam ordinariam, vide infra V. *Reus, numero 3.*

M V T V V M.

Mutuum quid?

1 ✠ MVtuum est, quod alicui præbetur, vt suo tempore reddat. Consistit in iis rebus, quæ pondere, mensura, numerove cōsistunt. Differt

Et in quo differat à commodato?

à commodato, quòd in hoc non transfertur dominium rei, sed conceditur tātùm vsus, vnde & eadem res in specie redditur. In mutuo verò transfertur dominium, nec eadem res in specie redditur. Speciem hic non sumimus Logicè pro ratione communi, sed legaliter, quo pacto aliquando significat individuum, vt in *l. vxorem § felicissimè ff. de leg. 111.* & alibi.

In mutuo intervenit vsura.

2 In mutuo cum aliquo lucro quandoque intervenit vsura. ✠ Et quidem mutuum petere ab vsurario etiam parato, sine iusta causa, mortale est, quemadmodum dare. Vide infra V. *Scandalum, n. 22.*

Quando aliquid accipitur ultra sortē.

3 Ad rationem autem vsuræ requiritur, quod aliquid exigatur vltra sortem, vnde quoties exigitur sola sors, quamuis muteretur valor rei, non est vsura. Igitur, qui sciret, valorem pecuniæ brevi diminuendum, posset illam alicui mutuare cum pacto, vt sibi reddat iuxta valorem præsentem: quemadmodum qui sciret rem aliquam sibi perituram, nisi vendat, posse quidem illam licitè vendere. Et ita tenet contra Azorium Bonacina *de contr. disput. 3. quæst 2 punct. 5 num. 17. part. 1. tract 8. resolut. 25.*

Pretio æstimabile.

4 Requiritur etiam ad vsuram, vt res, quæ pro mutuo accipitur, sit pretio æstimabilis. Vnde dare aliquid mutuo cum pacto quod mutuatarius statim remutuet, v. g. vel aliquid iusto pretio vendat, prædium locet &c. non est vsura: quia illa obligatio statim faciendi, cum modico tempore duret, non est pretio æstimabilis. Ita contra Rebellium *par. 2. lib. 8. q. 4 num 10.* Reginaldum *tom. 1. lib. 25 c. 11. n. 198.* ✠ Et Trullench *tom. 2. l. 7. c. 18. dub. 6. n. 3* ✠ *par. 1. tr. 8. res. 60.*

At non est vsura mutuare cum pacto, vt statim remutuet.

5 Ita etiam advertit Navarra *de rest. lib. 3. c. 2. par. 2. dub. 6.* non esse vsuram: mutuare cum pacto, vt statim conferatur à mutuatario beneficium, non quidem in pretium (hoc enim esset vsurarium, & simoniacum) sed in gratitudinem. Quia talis obligatio brevi durat, ac proinde non est pretio æstimabilis. ✠ Ita Trullench *vbi sup. c. 19 dub 7. num 1.* ✠ Secus verò, si detur mutuum cum pacto, vt beneficium in futurum conferatur; nam hæc obligatio est pretio æstimabilis, & tale mutuum vsurarium *par. 1. tractat. 8. res. 61.* Quemadmodum vsurarium etiam est mutuum cum pacto, vt mutuatarius remutuet, cùm mutuans indigebit, aut ad suum molendinum frumenta mittat, suas scholas frequentet. &c. nam talis obligatio cum sit diuturna, est pretio æstimabilis. Ita D. Thomas 2 2. *quæst. 78. art. 2. ad 2 & 4.* & alii communiter. Sed limitat hanc opinionem ad obligationem civilem, nam si ex sola obligatione gratitudinis hæc petantur, non erit vsura. Limitat deinde Salas *de vsur. dub. 9 num. 4.* si aliqualiter incommodum est mutuatario hæc præstare; si enim absque vllo incommodo præstare potest, peti posse absque vsura. Adde, quod D Antoninus, & aliqui alii apud Azorium *par 3. l 5 cap 7. quæst. 1.* tenent supradictum mutuum non esse vsurarium quod etiam ex recentioribus docuit Rodriq *in sum. to. 2. cap. 197. n. 5.* & probabile existimavit Malderus in *2. 2. tract. 5. c 3. dub. 4.* Nec desunt rationes. Nam primò mutuans cum tali obligatione civili, nihil lucri acquirit ex mutuo, cum sit obligatio ad contractus vltro citroque (& quidem æquivalente) obligatorios, qui enim frequentat molendinum, vel scholam alterius non soluit, nisi pretium iustum.

Vel beneficiū in gratitudinem conferat.

Secus si post multū tempus præstandū sit.

Vel accedat pactū, vt mutuatarius suas scholas, molendinum vel tabernas frequentet.

Quamuis nec id vsurarium esse aliqui dicant.

Et

Et deinde, quia si non est vsura obligare mutuatariũ vt vẽdat, aut remittet statim: nec erit vsura obligare ad aliàs mutuandum, cùm incertum sit, an ille indigebit, vel mutuatarius possit, &c. Sed hæc opinio an sit probabilis, alii videant *p.1.tr.8.res.59.*

Et si statim conferatur beneficium per aliquam solemnitatẽ: posteà perficiendum non est vsura.

6 Dices Quid si quis mutuet cum interpellatione beneficii, quod mutuatarius, quantum est ex se, statim confert, sed aliqua solemnitate posteà est perfecturus? Respondeo, quod si obligatio eius, quod supereſt, non habetur pro civili, sed pro obligatione gratitudinis, probabilissimum est, non esse vsuram. Ita Malderus *ibid. dub.6.par.1.tr.8. res.61.§. Dices.*

Dummodo obligatio solemnitatis sit solius gratitudinis.

7 Et hæc ratio procedit generaliter pro omni obligatione gratitudinis, quæ imponatur, vel insinuetur mutuatario. Nam, sicut sperare per mutuum amicitiam, vel aliquod donum ex gratitudine mutuatarii, non est vsura mentalis: ita neque tale donum ex tali obligatione exigere est vsura realis, & exterior: quia actus internus, & externus sunt eiusdem bonitatis, & malitiæ. Et certè vsura non est, nisi expectetur aliquid ex mutuo vi mutui, & ex iustitia, seu cum obligatione civili. Ita Molina *de iust. tom.2.disputat.305 numero 6.* & alii contra Angles *de contr. mutui art.2. de fin. 5. concl.1.part.1 tractat.8. resolutione 62.*

Et idem dic generaliter in omni obligatione gratitudinis.

Vnde potest aliquid accipi pro lucro cessãte.

8 ✠ Hinc est, quòd mutuans possit aliquid accipere pro lucro cessante absque labe vsuræ, nam tunc non accipit vi mutui. Sed, vt possit accipi lucrum cessans, DD. requirunt, quòd pecunia sit negotiationi exposita, ab eo, qui non habet aliam, cum qua negotietur, & quod lucrum probabiliter esset futurũ, non enim sufficit, quod esse potuerit ✠ *p.11.tr.7 res.23.*

Si adsint certæ conditiones.

Et non accipiatur totum lucrum.

9 Præterea non debet mutuans accipere totum lucrum, quod ex tali negotiatione sperabat, sed deducere debet expensas, & aliquid aliud ratione periculi, laboris, &c. Ita Salonius *tom.2.q.88 art.2.contr.9.* & alii communiter *part 11. tractat.7.res.24.* Vt autem securius, & certius procedant mutuantes, Lesius *lib.2.cap.20 dub.11.num.97.* hanc regulam tradit. Vt scilicet mutuans tantum remittat mutuatario ex lucro cessante, quantum ipse dedisset pro contractu assecurationis talis lucri. Vnde qui lucratus esset quindecim, pro quorum assecuratione solueret quinque, potest à mutuatario exigere decem *par.1.tract.8. res.64.*

An verò possit accidere determinatum?

10 Adverte autem cum Navarra *de rest. lib.3.cap. num 303* pactum de lucro cessante in mutuo dupliciter fieri posse, *pi determinatè*, vno modo indeterminatè, vt scilicet mutuatarius teneatur solvere interesse quando, & quantum evenerit. Alio modo determinatè, vt scilicet mutuatarius ab initio obligetur solvere certam summam pro lucro probabiliter cessaturo, sive deinde maius, sive minus, sive etiam nullum lucrum cessasse comperiatur. Hoc posito, mutuum cum lucro cessante hoc secundo modo acceptum si lucrum statim simul cum mutuo exigatur, iniquum est, & vsurarium. Et si non potest quis mutuans 100 v gr. sumere statim pro lucro cessante 10. Et ratio est, quia in tali casu lucrum non cessat ex 100, quia solùm mutuantur 90. Ita Navarra *ibi num 305.p.11 tr.7 res 25.* Lesius verò *lib.2.cap.20.dub.11.nu.100.* air, in tali casu sumi posse 9. pro lucro cessante ex 91. quæ remanent, nam hoc non est aliud, quam mutuare 91. cum interesse, & 9 sine interesse, quæ tamen reddenda statim sunt pro interesse 91. in quo contractu perinde gravatur mutuatarius, ac si solutio interesse differretur Salas autem *de vsur. dub.19. nu. 11.* permittit, vt interesse statim sumatur in oleo, frumento, vino, &c. non autem ex eadem summa pecuniæ, vel rei fructiferæ mutuatæ *part.2.tractat.5. resolut.30.*

Et statim ac mutuatur?

11 Si autem mutuans aliquid accipiat vi mutui ex ignorantia, existimans licitum esse accipere, cum alioqui non mutuasset, sed alium contractum licitum celebrasset, non posset secundum Lesium *de iust. libro 2. capit. 20 dub.20.* acceptum re cognita detinere in com-

Itẽ, an mutuans cum opinione quòd ex mutuo possit aliquid acquirere,

pensa-

alias non mutuarius, sed alium iustū, & lucrarius contractum celebraturus possit in cō scientia accipere, quod per contractū licitum acquisiuisset?

pensatione lucri cessantis ex tali contractu licito, quem alias celebrasset: nisi expressisset, se velle contrahere omni meliori modo, quo posset, nam bona fides non potest iustificare contractum iniquum, vendens aliquid supra iustum pretium bona fide, re postea cognita tenetur restituere excessum, nec potest sibi aliquid retinere pro lucro cessante. Et ita est in cambio, locatione, & aliis contractibus. At secundùm Sà V. *Vsura, numero* 8 Tannerum *in* 2.2. *disput.* 4. *quæst.* 7. *dub.* 3. *num* 99. & alios; potest, nam præsumitur mutuans omni meliori modo lucrum accipere voluisse, & mutuatarius consensisse, saltem implicitè ad præstandum interesse, & servantem mutuantem indemnem, dum aliunde non constat oppositum. Deinde, quia si iste tenetur restituere, non tenetur ratione iniustæ acceptionis, sed ratione rei acceptæ, ac proinde id solùm, in quo factus est ditior: at in nihilo factus est ditior: nam computandum est lucrum, quod alias ex contractu licito acquisiuisset: alioqui enim ex tali mutuo damnum sentiret. *p.* 1. *tr.* 8. *res.* 57. & *p.* 3. *tr.* 5 *res.* 92.

Non potest mutuans accipere lucrum cessans, si hoc ex alio acquirit.

12 ✠ Numquam verò licitum est in mutuo recipere lucrum cessans, quando tale lucrum compensatur alio quod non acquireret, nisi mutuans. ✠ Vnde non possunt mercatores vendentes res creditò, aliquid supra pretium rigorosum sine vsura accipere, dicendo, quòd si venderent pecunia numerata, illud plus lucrarentur. Nam hoc, quod lucrarentur, compensatur in acquirenda emptorum copia, & vendendo res pretio summo, quo pecunia numerata non venderent. Ita Palaus *l.* 4. *de contr. cap.* 4 *dub.* 5. & alii *p.* 1. *tr.* 8. *res.* 34.

Potest etiā mutuans accipere aliquid pro damno emergente.

13 Potest etiam mutuans aliquid mutuatario accipere ratione damni emergentis. Et quidem, si adsit pactum, accipere potest damnum tam intrinsecum, quàm extrinsecum, etiamsi contingat ante moram, vel etiam post moram inculpabilem. Quod etiam dicendum de lucro cessante, & non solum in mutuo, sed etiam in venditione. Ita Salas *de empt. dub.* 21. *numero* 4. & alii communiter *par.* 1 *tract.* 8 *res* 43. Si autem non adsit pactum de damno emergente, vel pactum sit de damno post moram, non potest aliquid accipere, nec tenetur mutuatarius aliquid solvere. Quod Pitiganus *in* 4. *distin.* 15. *q.* 1. *art.* 6. affirmans pro foro externo, non bene negat de interno: nam quod in foro interno ex iustitia restituendum est, restituendum quoque est in externo, si probatio actori non deest. Et sanè mutuatarius nollet fortasse cum tanto onere mutuum accipere. Ita Salas *de vsura, dub.* 18. *num.* 4. Denique, mutuatarius tenetur post moram culpabilem soluere dānum intrinsecum mutuanti emergens. *p.* 1. *tr.* 8. *res.* 71.

Et in pœnam conventionalem appositā in contractu, nisi mutuatarius præfixo tempore resolvat.

14 ✠ Tertiò ex mutuo sumi potest aliquid in pœnam appositam in contractu, si mutuatarius non soluat præfixo tempore, non quidem pro interesse, sed quatenus mutuatarius compellatur ad soluendum eo tempore. Tunc enim si mutuatarius culpabiliter non soluit, tenetur pœnam conventionalem solvere, & mutuans potest iustè recipere. ✠ Si autem inculpabiliter sit morosus, aliqui etiam affirmant, teneri; alii verò negant, quorum nomina, & rationes inveniesapud Faustum *in specul.* 71. *numero* 1. & 2 *parte* 1. *tractat.* 8. *resolutione* 42. in fin.

Item ratione periculi in recuperando mutuo.

15 Quartò sumi potest aliquid in mutuo ratione periculi in recuperanda sorte. Debet autem periculum esse verum, & grave. Nec procedit, quando mutuatarius vult tradere pignus, aut adducere sufficientem fideiussorem. Quibus positis, propositio docetur à Bonac. *de contr. disp.* 3. *quæst.* 2 *punct* 4 *n.* 18. & aliis contra Lopez *apud* Cruz *par.* 1. *pr.* 7. *quæst.* 5. *dub* 6. *con.* 1. Et probatur, quia id pertinet ad indemnitatem mutuatoris. Caput autem *naviganti, de vsuris*, potius est pro nobis, nam permittit venditorem posse aliquid exigere vltra pretium, eo quod se exponat periculo amittendi lucrum. *p.* 1. *tr.* 8 *res* 37.

Quando non adest pignus nec fideiussor.

Minimè verò pro eo

16 An verò sumi etiam aliquid possit à mutuante, eo quod se privat facultate

quod mutuans se privat facultate repetendi ad certũ tempus.

tate repetendi pecuniam mutuatam per tantum tempus? Negativè respondent DD. communiter. Et probat Molina *de iust. tom. 2. tractat. 2 disp. 308. numero 8.* quia ista privatio est beneficium meræ liberalitatis, vnde mutuans non inducit super se obligationem aliquam, quæ perinde aliquo lucro compensari possit. Sed hæc ratio non placet, quia, vt advertit Salas *de vsuris, dub. 9. num. 12.* revera mutuans manet obligatus ad non repetendam pecuniam infrà tantum tempus. Igitur probatur primò conclusio à Lessio *l. 2. c. 20. dub. 14.* quia contraria sententia videtur nova. Secũdò, quia non posse repetere pecuniam infra aliquod tempus est quid intrinsecum mutuo, alioqui non differret à precario.

Quamuis aliqui contrarium doceant.

Sed his non obstantibus, affirmativam sententiam amplexi sunt Ledesma *pr. 2. tract. 8. cap. 35. concl. 4.* & Cœlestinus *comp. tract. 11. cap. 5. quæst. 2.* Primò, quia omnis obligatio civilis est pretio æstimabilis. Secundò, quia tale onus indebitum non tenetur mutuans gratis subire. Tertiò, quia aliquem artistam suo instrumento privari, est quid pretio æstimabile, ergo similiter privari suis pecuniis mercatorem, quæ sunt eius instrumentum. Quartò, quia id exigit bonum Reipublicæ. nam multi sunt, qui pecunia indigent, & mercatores nolunt mutuare gratis, ne se privent commoditate negotiandi per cambia, vel aliis modis, vnde æquum est, vt mercatores de communi consensu constituant certa pretia carentiæ pecuniæ maiora, vel minora, habita ratione copiæ, vel inopiæ pecuniæ, mercium, &c. Præsertim quòd cum hac privatione concurrit vt plurimùm aliqua ratio iusta exigendi locum pro mutuo, vt periculum, lucrum cessans, damnum emergẽs, labor, & diligentia in parandis pecuniis, &c. Ad argumenta primæ sententiæ, responderi posset, opinionem non carere auctoritate, cum eam doceant præfati Doctores. Nec esse de ratione mutui, quod mutuans careat facultate petendi pecuniam ad certum, & determinatum tempus, sed ad aliquod tempus indeterminatum. Differre verò mutuum à precario, quòd in hoc non transfertur dominium, sicuti transfertur in mutuo. Ita illi. Sed an probabiliter, alii iudicent, *par. 1. tr. 8. res. 48. & p. 5 tr. 16. res. 50.*

17 Quæres hic. An liceat petenti mutuatam pecuniam, respondere. *Nolumus tibi mutuare pecuniam, sed dubium tibi tantam pecuniam in mercibus summo pretio ad creditum?* Respondeo. Vide V. *Contractus, num. 5.*

De quodã contractu, qui dicitur, Stoco.

NECESSITAS.

1 Necessitas triplex est, extrema, gravis, & communis. Extrema est, quando cui desunt necessaria naturæ: gravis, quando desunt necessaria statui; Communis eorum, qui mendicant, vel in conservando proprio statu aliquã inopiam patiuntur. Vide V. *Eleemosyna.* Vbi invenies quis, ex quibus bonis, & in quibus necessitatibus eleemosynam dare teneantur. Potest etiam pauper in extrema, vel gravi necessitate debita non soluere, & necessaria clam surripere. *part. 11. tractat. 1. resolutione 13.* Vide V. *Restituere, n. 37. & seqq.* & Vide *Pauper.* De necessitate Sacramentorum, vide sub singulis eorum nominibus, & reliqua in singulis materiis.

Necessitas quotuplex?

Et qualiter subleuanda.

NEGOTIARI.

1 ✠ Negotiari est emere rem, & eam sic manentem revendere. Potest esse illicitum ex multis capitibus. Præsertim ratione personæ ✠. Nam

Negotiari, quid?

Et qualiter Clericis, ac Religiosis prohibitum.

Clericis in Sacris constitutis, & Religiosis negotiari per se prohibitum est in cap. *consequens. dist. 88.* vbi Gelasius Papa sic ait: *Clericis ab indignis quæstibus abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio cessandum, aut in quocumque gradu sunt positi, mox à clericalibus offi-*

ciis cogantur abstinere. Ex quibus verbis patet contra Caietanum, *in summ. v. Clericus*, Clericum, & Religiosum negotiantem peccare mortaliter. Nisi, vt advertit Cenedo *part. 1. collect. 37. numero 2.* semel aut iterum negotiaretur, nam tunc esset solum peccatum veniale ex leuitate materiæ. *part 11. tract. 3. resol. 70.* Non tamen, si negotiaretur per alium, nam Clericis prohibitum solùm est negotiari per se. Ita contra Megalam *in 2. 2. libr. 2. cap. 5. quæst. 5. num. 157.* Lesius *lib. 2. capite 21. dub 1. numero* ✠ & novissimè Vvigers *tract. 5. cap 5. dub 2. numero* 1 ✠ ✠ *part. 1 tractat. 8 resolut. 71* Et si non est constitutus in Sacris, quāvis sit beneficiarius, aliqui apud Molinam *de iust. tom. 2. tract. 2. disp. 342. num. 2.* concedunt negotiari posse per se ipsum & hoc quidem satis probabilem, quamvis Salas *de empt. dub. 2. num. 5.* & alii id negent *par. 1. tract. 8 ref 73. & par. 7 tr 10. ref. 20.* Idem videtur dicendum de Novitiis, nondum sacris ordinibus initiatis; quos licèt Dicastillus *de iust. l. 2 tra 9. disp 5. dub 5. n 241.* neget posse negotiari: tamen cum Hurtado *de contr. disp 2. diff 17.* contrarium omninò est tenendum, quia negotiatio per sacros Canones est interdicta Clericis in sacris constitutis, & Religiosis, sed Novitius absolutè non est Religiosus, nec in odiosis venit sub nomine Religiosorum: ergo cui talis lex sit pœnalis, non comprehēdit Novitios. *p. 7. tr. 10. ref 21.*

Clericus negotiator tenetur soluere gabellas.

5 Clericus autem negotiator non solùm peccat mortaliter, sed amittit etiam exemptionem gabellarum. Pro quo tamen aduerte primò, quod non statim, ac Clericus negotiatur, amittit exemptionem, sed requiritur, vt ter prius ab Episcopo admoneatur. Ita Lopez *par. 2 cap. 41.* & alii, cum quibus Pereira *part. 2. c. 24. n. 35.* contra Malderum *in 2. 2. tr. 5. c. 6. dub. 9.* & alios *par. 1 tr. 2. ref. 47*

Post trinā monitionē

par. 3. tr. 1. ref. 44 par. 4 tr. 1. ref. 28. Et hæc monitio debet esse omnino triplex, non enim sufficit vna pro tribus. Ita

Quoad bona patrimonialia.

Acugna *in decret. par. 1. dist. 88 cap. 2. nu. 6.* contra Angelum *v. Clericus, num. 3 par. 3 tract. 1. ref. 44. 5. Notandum.* Secundò, quando Clericus negotiator ter admonitus amittit exemptionem gabellarum, non illam amittit quoad bona Ecclesiastica, sed tantùm quoad patrimonialia. Ita Comitolus *lib. 1 quæst 53. n 4.* contra Layman *lib. 4 tract. 9 c. 6 n. 9. Ibid. 5. Nota etiam.* Tertiò, quando Clericus negotiator tenetur soluere gabellam, non potest pro eius solutione conueniri coram Iudice laico. Vide V. *Gabella, num. 9.* Quartò, non omnis venditio rerum propter lucrum Clericis est prohibita: quia non omnis talis venditio est negotiatio, sed ea solùm, quam mercatura rerum præcedit in finem venditionis absque vlla melioratione probatus, est Clericos non posse emere lanam, vt pannum inde confectum vendant, *Palaus to. 3. tractat. 16. disp. 4. punct. 13. §. 3.* & Molina *ref cit.* Igitur si Clericus vendat vinum, triticum, oleum, & alia ex redditibus beneficii, aut bonis patrimonialibus prouenientia, etiamsi aliò asportet, vt carius vendat, non est propriè negotiator. Ita Sousa *in Bull Cœn. cap. 19. conf. 1. num. 4.* & alii contra Grassum *de effect. Cleric eff 3. num. 138.* Qui non benè asserit, Clericum in tali asportatione teneri soluere Regaliam, quæ non est gabella, nam Regalia non est aliud, quam gabella portus, vt docet Montanus, vide in l. *inter publica, § fin. ff. de verb. signif.* proventus ex portu interfisci vectigalia numerantur. *part 5. tract. 1. ref. 27.* Quintò, Pereira *part. 2. cap 24. num 30.* multipliciter Clericum negotiantem excusat à solutione gabellarum. Et primò, si habeat tenues redditus, quibus familiam ægrè alere possit. Secundò, si lucra negotiationis ex industria propria, rebus melioratis, vel immutatis sibi proveniant. Tertiò, si maiorem partem bonorum negotiationi non exponat, vel si omnia, non tamen per se, sed per amicum. Sed ex his aliqua iam approbavimus, aliqua verò nimis laxa sunt. *part. 4 tractat. 1 resol. 17. §. Non desinam.*

Sed non omnis venditio prohibetur Clericis.

Et ipsam negotiationem exercens multipliciter excusatur.

4 Petes hic, an liceat cum alterius pecunia insciò domino negotiari? Respondeo affirmativè, dummodo parata

Negotiari cū alterius pecunia.

ipso nesciente, est illicitum.

tam pecuniam habeat pro eo tempore, quo eam dominus requisiturus sit Nam lucrum negotiationis est fructus industriæ; pecunia enim est de se infœcunda. Ita Beia *part.1.cas.42.* Igitur thesaurarii Principum, vel Civitatum, & servi possunt cum pecuniis dominorum quiescentibus negotiari. Sicut vendi potest alterius triticum eo tempore, quo carius valet, & requisitum, postea emi eiusdem quantitatis, & qualitatis, quamuis minori pretio. Et Molina *de iust. tom.2.tractat.2. disp.402. numero 2.* docet, quod si dominus mittat famulum cum nummis aureis ad soluendum creditori, non curans in qua moneta solutio fiat, potest famulus nummos aureos cum argenteis commutare, & lucrum ex tali cambio minuto proveniens retinere *part.1.tractat.8. resolutione 32.* non possunt per alios negotiari vt principales *part.9.tractat.7. resolutione 69.*

Negotiatio quædam dubia.

5 Petes secundò: An hæc sit negotiatio prohibita? si pecunias, quas ex propriis redditibus, vel fructibus habes in alio regno, non possis ad te Romam, vbi illis indiges, afferre sine magno detrimento, & iactura, ex eo quod moneta Neapolitana v.g. minus Romæ valeat, quam Neapoli: & ideò ne afferas pecunias Romæ minùs vtiles, facis ea pecunia emi Neapoli merces aliquas, quas Romæ vendere possis eodem pretio, & fortasse maiori. Distinguendum puto: Nam vel Neapoli pecunia illa æquivaleat Romanæ in valore, ita vt non plus valeat Iulius Romanus, quam Neapolitanus; vel non æquivalet. In primo casu licita erit negotiatio, in secundo non item, & hæc omnia docet Lugo *de iust. tom.2.disp.27.sect.3.num.33.* cui ego vt satis probabiliter loquenti adhæreo *part. 7.tract.10.resol 21.ver.Sed hic.* Negotiatorum gestator, seu procurator alienorum, non tenetur de culpa, etiam levissima *part. 8.tract.7.res.35.*

Procurator alienorum non tenetur de culpa.

NOVITIATVS.

1 NOvitiatus debet durare per annum integrum, continuum, computatum de momento ad momentum. Vide infra V. *Professio, n.7.*

Novitiatus debet durare per annum integrum.

2 Novitiatus non interrumpitur, si morbi curandi causa, vel recreationis, &c. de Prælati licentia Novitius in domum se transferat. Ita Zanardus *p.2.c.6.* Immò ad morbum curandum v.g. potest manere extra Monasterium per maiorem anni partem. Ita Sanch. *sum.to.2.l. 5.c.4.n.28.* Et Azor *to.1.l.12. c.17.* 78 ita loquitur de Novitio, qui apud sæculares extra Conventum toto probationis anno moratus est cum licentia. Idque procedit, etiamsi licentia detur à superiore sine iusta causa *p.3 tr.2.res.84.*

Non interrumpitur, si cum Prælati licentia novitius maneat extra claustra. Etiam per maiorem anni partem.

3 Salutem Novitius absque licentia Superioris claustra relinquat, & postea redeat, novitiatus interrumpitur, & non continuatur. Sed Lessius *lib.2.cap.4 dub.7.num.59.* in hoc putat dari parvitatem materiæ, quam dicit esse paucorum dierum, quia continuitas Novitiatus requiritur ad experiendas Religionis austeritates, quas non minùs experitur, qui paucos dies intermittit, & in fine anni postea supplet. Naldus verò V. *Novitius, numero 4.* determinat, egressum à Monasterio per tres, aut quatuor dies impedire moralem continuationem, qui proindè sentire videtur, vnius aut duorum dierum intermissionem non impedire. At Suarez *de Relig. tom.3.lib.5 cap.15 num.6.* distinguit, & si novitius exeat habitu dimisso, & animo non revertendi, sufficere ad moralem interruptionem quodlibet temporis spatium: quia tunc censetur mutasse statum, & indiget nova receptione. Si verò exeat cum habitu, animo revertendi, non interrumpi, etiamsi maneat per aliquot dies, nisi à Prælato dimittatur. Igitur secundum Suarez interruptio novitiatus procedit ab eo egressu Monasterii, qui in singulis Religio-

Secus verò, si absq; licentia.

Nisi quòd aliqui in hoc admittunt parvitatem materiæ.

ligionibus est sufficiens, vt necessaria sit nova receptio. *part 5 tr. 5 ref. 19.*

Et novitiatus interruptus Fratrum Minorum ex quodã privilegio potest continuari.

4 Aduerte etiam, quòd Fratres Minores habent privilegium Iulii II. quod in eorum ordine novitiatus interruptus continuari possit: quod privilegium putat Rodriquez *qq. Reg. tom. 3 quæst. 15. art. 8.* non esse abrogatum per Tridentinum *sess. 25. capite 25* quia hoc requirit novitiatus annum integrum, non autem continuum, docetque hodie omnes Religiones, eo per communionem vti posse. At Villalobos *tom. 2. tractat. 35 diffic. 35. numero 9.* puta, sublatum esse, & testatur de declaratione Cardinalium, & alia decisione facta Romæ in facti contingentia apud Navarrum. *part. 3. tom. 2 resolutione 89.* vnde validus est novitiatus factus partim in vno conventu, & partim in alio. Bordonus, & alii *parte 9 tractat. 7. resolutione 44.*

Valet novitiatus partim in vno monasterio, & partim in alio factus.

5 ✠ Circa hanc materiam de novitiatus interruptione, vide plura ingeniosè conscripta à nostro doctissimo Bordono in suo erudito Tractatu *de Professione Religiosa, c. 4. q. 11.* ✠.

NOVITIVS, NOVITIA.

Novitius gaudet privilegiis Religionis.

1 NOvitius est de familia Monasterii, & pars communitatis Religionis, & communicat cum Religiosis professis in omnibus favorabilibus, privilegio canonis, fori, & exemptionis gabellarum. Nec obstat, quòd possit ad sæculum redire; nam etiam acolytus potest habitum dimittere, & tamen, dum non dimittit, gaudet privilegiis Ecclesiasticorum. Ita Molina *tom. 3 tractat. 2. disp. 671. num. 2.* & omnes ferè Theologi cum Grasso *de off. Cleric. lib. 3. num. 13.* & aliis Iurisconsultis *par. 1. tractat. 2. ref. 38.* Idque ex speciali privilegio Societatis procedit in eius Novitiis directè, & in Novitiis aliarum Religionum per communicationem. *p. 3. tr. 2. ref. 73.*

Vnde non est subiectus iudici laico.

2 Igitur in primis Novitius non subest iurisdictioni laicali, nec puniri potest à iudice laico ob delicta commissa in sæculo. Vnde V. *Iudex laicus, à numero 14.* Vbi etiam habebis, quòd habitum dimittens, puniri non possit ab eodem pro delictis in Religione commissis. Extenditur autem conclusio etiam ad Novitios Ordinum militarium, S. Iacobi, Alcantaræ, & cæterorum habentium tria vota, & constitutiones à Summo Pontifice approbatas. Nam, sicut Novitii Religionum Regularium gaudent privilegio fori, ita etiam Novitii milites, quia, vt benè docet Novatius, valet argumentum de statu Regularium ad statum, & Religionem militarium. Ita docet Marchinus *resolutione pro Novit. D. Iacobi &c.* declaravit Sacra Congregatio apud Riccium *tractat. 4 resolut. 249. numero 3.* Quod sialicubi est contraria consuetudo, vt de hoc Regno testatur Mastrillus *decis. 290 numero 166.* canon est attendenda, quia est contra immunitatem Ecclesiasticam, reprobata à Sacris Canonibus, & singulis annis in Bulla Cœnæ. Nec obstat, quòd dicti Equites quandoque multos annos in novitiatu transigant; nam hoc eis non tollit privilegium fori, vt benè probat Marchinus. Vide etiam Carlevalium *de ind. lib. 1 tit. 1. disputat. 2. quæst. 6. sect. 3. à n. 39 part. 5 tractat. 1. resol. 18.* Deinde Novitius non tenetur soluere gabellas. Vide V. *Gabellas num. 11.* ✠ Præterea absolui potest ab omnibus casibus & censuris, ac dispensari in omnibus irregularitatibus, à quibus & in quibus absolvi, & dispensari possunt sui Ordinis professi, sive protestate ordinaria suorum Prælatorum, sive privilegiorum virtute. Ita Bordonus *de Prof. Reg. c. 4 quæst. 56.* An verò habitum dimittens in illas re incidat, vide infra, *n. 7.* ✠

Et vterus exemptus est ab onere gabellarum.

Potestque per Prælatos Religionis absolui ab omnibus casibus, & censuris à quibus

3 Portò, quamuis Novitii communicent in favorabilibus Religiosorum, ab odiosis tamen exempti sunt. Vnde in primis Novitius quoad Sacramentum Pœnitentiæ non subiicitur dispositioni Prælatorum Regularium vt professi, sed absolui potest à Confessario

bus absolui possunt professi.

Caterū nō comprehē duntur in pœnalibus professorū.

Et ideo Nouitius cōfiteri potest Presbytero seculari.

Et absolui à Religionis reseruatis.

fessario sæculari a approbato tamen ab Ordinario. Nec obstat decretum Clem. VIII. *de Reform. Nouit.* ibi *Quilibet Nouitius* vbi prouincia audiendi Nouitiorum confessiones eorum Magistro solùm committitur; nam decretum illud non est latum per modum præcepti; sed consilij, vt patet ex eo, quod vtitur verbis imperatiuis *soli magistro committatur*; quæ verba, vt docet Caietanus, & alij, non continent præceptum. Et sanè si Nouitius cum solo Magistro confiteri posset, esset peioris conditionis, quàm professi, qui ex alio decreto Clem. VIII. confiteri possunt tribus, vel pluribus Confessariis à Superiore in qualibet domo designandis 3. cum tamen DD. communiter doceant, Nouitios gaudere fauorabilibus Religionum, & non ligari pœnalibus. Ita Nouarius *de elect. fori sectio 2. quæst. 63. num. 13.* & alij multi contra Peregrinum *add. ad Const. Cler. Regul. par. 3. q. 8.* Et hæc opinio procedit etiam quoad reseruata Religionis, vt dictum est V. *Casus, n. 11.* Aduerte tamē, quòd quamuis confessio Nouitij facta cum Confessario sæculari, etiam quoad reseruata, sit valida, non tamen est licita: & ideo talis Nouitius expelli deberet à Religione. Ita Rodriquez *in Bull. §. 9. n. 20. par. 1. tr. 6. ref. 27. §. Hinc p. 3. tr. 2. ref. 4. & 10. & p. 4. t. 4. ref. 5.* Deinde, Nouitij non comprehenduntur in Bulla Clē. VIII. prohibente largitiones munerum Religiosis. Ita Faustus *thes. lib. 8. quæst. 206.* & alij *part. 1. tract. 6. resol. 27.* Rursus, per Bullam Cruciatæ eligere sibi possunt Confessarium, & per illum absolui à reseruatis, & censuris, sicut sæculares. Ita Vecchius *p. disp. 9. dub. 5. numero 5.* Et edere lacticinia in Quadragesima. Ita Fernandez *par. 3. cap. 9. §. 5. numero 3. part. 2. tractat. 11. resolutione 15.*

Ité prabere munerum.

Et vti Priuilegio Cruciata quoad Cōfessarii. Absolutionem.

Et lacticinia.

Nouitius potest sibi reseruare electionem puellarū à suis haredibus dotandarum.

4 Nouitius in renunciatione bonorum (quæ valorem habet per Tridentinum, si fiat intra duos menses ante professionem, secuta professione, & non aliter,) potest sibi reseruare electionem puellarum, quibus suus hæres tenetur quotannis certam pecuniæ summam distribuere, etiam si sit Capuccinus, quia in hoc non interueniunt litigia, contrectationes, vel administrationes. Ita Vecchius *pr. disputatione 8. dub. 13. num. 2.* & alij, contra Politum *in reg. Capuccin. cap. 6. nu 77.* & alios tenentes, quod Religiosus non potest executionem vltimarum voluntatum excipere. Aduerte autem, quòd supradicta nominatio cum licentia Superioris fieri postea debet. *par. 3. tract. 2. resolutione 74. & par. 5. tractat. 3. resolutione 128. §. Notandum.* Post factam verò renunciationem, & testamentum potest Religiosus, si aliquod dubium est, illud declarare, dummodo verbis cōuenientem declarationem adhibeat: quia hoc non est disponere, sed solum ostendere, quid actum sit in præterito. Ita Reginaldus *tom. 2. lib. 18. cap. 27. num. 397.* contra Mirandam *tom. 1. quæst. 23. ar 10. par. 3. tr. 1. ref. 73.*

E factus professus declarare dubia in sua renunciatione in vtima.

5 Nouitius habitum dimittens sine causa non peccat, nisi venialiter. At si prælatus illum sine causa expellat, secundum Suarez *de Relig. tomo 3. libro 4. cap. 3. numero 7.* peccat mortaliter. Quod etiam dicendum cum Vecchio *pr. disputat. 12. dub. 1. numero 4.* & aliis contra Sanchez *sum. tomo 2. lib. 5. cap. 4. numero 59.* de Religioso negante suffragium Nouitio instē. Nam tenetur ex iustitia in tali acceptatione rectum iudicium ferre, in qua imploratur vt iudex, & Nouitium idoneum non priuare tam magno bono, ac sæculi periculis obicere. Confirmatur, quia retrahens, quempiam ab ingressu Religionis sine iusta causa, peccat mortaliter contra charitatem, vt docet Peyrinus *de Relig. tomo 2. quæstion. 1. cap. 29.* & alij: ergo multo magis negans suffragium sine causa; quia non solum retrahit, sed expellit. Nec est paritas de Nouitio sponte recedente; nam eius recessus nihil obest Religioni, nec ipse illi perseuerare promisit, & sic non tenetur ex charitate, aut iustitia perseuerare. At quod Nouitius idoneus expellatur, magnum ipsi, & aliquod etiam Religioni incommodum sequitur. Et

retrocedens sine causa peccat solū venialiter.

Religiosi in hac re non sunt domini Religionis, sicut Nouitius est dominus sui ipsius, sed Iudices, vnde hæc obligatio non est iustitiæ commutatiuæ & reciproca; sed distributiuæ, vel charitatis. *par. 3. tract. 2 resolutione 19 & part. 7. tract. 9. resol. 26.*

Et non tenetur ad expensas Monasterio reddendas.

6 Nouitius retrocedens, secundùm opinionem sustentabilem à Peregrino *comm. ad Const Cler. Reg. par. 2. cap. 1. lit. C.* § 10. existimatam, tenetur ad expensas, quas fecit Monasterium in ipso alendo: quia Nouitiis Monialibus victum, & vestitum parentes suppeditãt, & Tridentinum *sess. 16. cap. 16.* docet, in casu retrocessionis conuentum restituere debere omnia Nouitiis suis parentibus, deductis victu & vestitu: quã exceptionem non apposuisset, nisi Nouitij ad id tenerentur. Sed hæc opinio est contra communem apud Sanchez *sum. tom. 2. lib. 5 cap 10 n. 4.* & alios. Tũ, quia cum Nouitius liberè ad sæculum quandocumque redire possit, si hoc esset, aliquando etiam teneretur. Deinde quia bona Monasterij non tantùm sunt ad alendos Professos, sed etiam Nouitios. Et eandem, quia eo ipso, quòd quis Religionem ingreditur, conuentus seruitiis applicatur, quæ satis videntur ad compensandum frugalem victum & vestitum cuiuscumque Nouitij, quamuis inepti. Ad argumenta supra facta respõdetur. Ad primum, consuetudinem interpretatam esse Concilium pro Monialibus, non pro Religiosis viris. Ad secundum, Concilium illud decernere in casu, quo parentes subministrarent alimenta Nouitij pro toto anno ab initio; nam tunc, si infra annum rediret, conuentus non teneretur restituere expensas iam exhibitas. Ita Suarez *de Relig. to. 3. lib. 5. c. 11 n. 5. par. 3. tr. 2. ref. 16.*

Nec reincidit in casus & censuras à quibus ab solutus fuit per priuile. Ordinis

7 Nouitius retrocedens non reincidit in censuras, irregularitates, & reseruata, à quibus absolutus, & dispensatus fuit in Religione virtute Priuilegiorum, quæ adducit Rodriquez *quæst. 10. art 21.* vel cuiusdem priuilegij Clementis IV. & aliorum, quæ adducit Vecchius *disp. 9 dub. 25. num. 3.* nisi in casibus expressis in iure. Et ratio est, quia absolutio purè, & simpliciter data non debet explicari, quòd data sit ad reincidentiam, vt notat Suarez *de Relig. tom. 4 tract. 8. lib. 2. cap. 14 n. 6* nisi ita in priuilegio, aut facultate exprimatur, vel casus sit expressus in iure. In priuilegiis verò recensitis non explicatur reincidentia. Ergo Et idem dic de eo, qui à reseruatis & censuris absoluitur animo lucrandi Iubilæum, nam si postea non lucratur, adhuc remanet absolutus. *par. 3. tr. 2. ref. 34.* An Nouitius ad sæculum rediens puniri possit à Iudice laico pro delictis in Nouitiatu commissis, & idem de dimissis à Societate, si nullum habeant Ordinem, vide V. *Iudex laicus, n. 15.*

Nec potest puniri à Iudice laico pro delicto commisso in Religione.

An Nouitius moriens possit eligere sepulturam?

8 Nouitius moriens secundum Villalobos *tom. 2. tract. 31. diff. 2. nu 13.* potest sibi eligere sepulturam, sicuti habitum dimittere, & ad sæculum redire posset. Si verò non eligat, sepeliri debet in suo Monasterio. Vide V. *Sepulturam n. 8.*

Posset reddere pecuniam Romæ ex mercibus quæ carriores venduntur, quã Venetiis.

9 Nouitius sacris ordinibus non initiatus potest negotiationem exercere. Cardin. de Lugo. Non est negotiatio, si pecunia sibi soluenda ex redditibus Venetiis non æquiualet Romæ, vbi vilius est, possunt emi merces Venetiis, eriam, si carius Romæ vendantur; vbi accepturæ sint pecuniæ, non intendẽdo principaliter lucrum, sed equiualentiam monetæ recipiendæ. Card. *par. 7 tr. 10. ref. 21.*

Informationes intelliguntur de clericis tantum.

10 Informationes sumendas quoad Nouitios virtute Bullæ Sixti V. & Clẽ. VIII. non debemus intelligere pro conuersis, sed pro Clericis, non solum excedentibus 16. annum, sed etiam ante ipsos iuxta Decreta Vrbani VIII. intra Italiam, & insulas adiacentes; extra verò standum est constitutionibus Sixti; sed si curiosa scire cupias, lege *par. 9. tr. 8 ref. 54.*

Nouitij possunt excõmunicari à Superiore Religionis.

11 Superior Regularis potest suos Nouitios excommunicare, sicut & alios, quia in eos habet iurisdictionem, Bordonus. *par. 9. tr. 8. resolut. 59.*

Testamẽta eorum cõ-

12 Testamenta Nouitiorum, & Clericorum, non solum condenda sunt cum solemnitatibus Ecclesiasticis, verum

denda sunt etiam iure ciuili.

verum etiam iuris ciuilis, DD. *part. 9. tr. 9. resol. 16.*

13 Malè facit professus loquens cum Nouitio absque præsentia sui Magistri. Peyrinus *part. 9 tract. 7. resolutione 1.* & si nouitius fecit sex menses, vt laicus in nouitiatu potest profiteri vt clericus, quia compleuit annum integrum essentialem pro professione. Diana & alij, *part. 9. tr. 6. resol. 12.*

OBSTETRICES.

1 * Obstetrices in casu necessitatis possunt puerum baptizare, proferentes formam in lingua vernacula. * Quam an teneantur scire, vide *verb. Baptism. num. 41.* Obstetrix, quæ plures infantes inualidè baptizauit, qui modo dispersi inueniuntur, quid facere debeat, vide *verb. Baptismi, num. 54.*

OCCIDERE *Tyrannum.*

Nō licet occidere Tyrannum sic dictum eo quod vassallos malè tractat.

1 * Inter homicidia, quæ honestat iustitia, primum est occisio Tyranni. Circa quam dico primò, quòd si Tyrannus ita dicitur quia subditos tyrannicè tractat, cum alioqui habeat verum titulum, & sit legitimus dominus, tunc nullo pacto occidi potest, & contrarium dicere est hæreticum, & damnatum in Concilio Constantiensi *sess. 15.* * Si verò Tyrannus dicitur, quia vi, vel fraude Regnum inuasit, tunc Caietanus *in 2. 2. quæst. 64. art. 3.* Strouersdof *ibid. quæst. 3.* & alij dicunt, licitè à priuato quolibet occidi posse, concurrentibus duabus conditionibus, quarum vna est, quod non possit aliter Respublica à tyrannide liberari; altera, quòd non timeantur maiora damna ex illius morte nascitura. Ipse verò dico secundò cum Filliuccio *tom. 2 tractat. 28 cap. 1. numero 14.* quòd, si talis Tyrannus actu Regnum inuasit, satis probabile est occidi posse auctoritate priuata: nam tunc Regnicolæ iure se defenderent ab iniusta inuasione, ducem aduersarij exercitus trucidando, quæ est via expeditior ad libertatem. Si verò semel Regnum inuasit, & qualemcumque Principatus possessionem retinet, in hoc casu dictam sententiam dubiam videri, suspectam, ac nemini consulendam: quia nullus è possessione eiici debet inauditus. Et quodcumque scelus, quantumuis euidens, exigit sententiam declaratiuam *gloss. in cap. euident. de accus.* Et tandem, restanti momenti, & quæ publicum iudicium postulat, non debet committi priuati cuiuscumque iudicio. *parte 5. tractat. 4. resolutione 21.*

Licet tamē occidere illū, qui sine iusto titulo Regnum inuadit. Dū tamen actu inuadit. Nō postea.

OCCIDERE *Bannitum.*

Licet etiā occidere bānitū; Sed nō eius filio

2 * Secundò ratione iustitiæ licitū est occidere bannitum, quando respublica dat cuilibet facultatem. Sed *

3 Nota primò, quòd filius non potest licitè patrem bannitum occidere; nam respublica non tollit in tali casu obligationem naturalem filij erga patrem. Ita Clarus *pr. crim. lib. 5. §. Homicidium, num. 61* contra Bartolum & alios. *part. 5 tractat. 4. resolutione 25. §. Nota tamen.*

Nec extra territoriū Principis proscribētis.

4 Nota secundò, quòd, quamuis Finellius *de cas. reseru cas. 4. numero 41.* & alij dicant, bannitum vbicumque occidi posse, etiam extra territorium Principis proscribentes; id tamen Filliuccius *tom. 2. tractat. 28. cap. 2. num. 24.* & alij nō admittunt, nisi interueniret consensus saltem tacitus, vel rationabiliter præsumptus illius Principis, in cuius territorio inuenitur, vel nisi bannitus esset à Summo Pontifice, cuius iurisdictio se extendit per totū orbē. *par. 5. tr. 4. res. 24.*

5 Nota tertiò, quòd Bonacina *de con-*

An liceat malos bannire, & proponere præmium occisori?

controu. disputat. 2. quæst. vlt. sect. 1. punct. 2. num. 3. & Sotus *de iust. lib. 5. quæst. 1. artic. 3.* non probant morem communem proponendi præmium occidenti bannitum. Megalius verò *tom. 1. resolutione 59.* & alij communiter approbant. Verùm quidem est, quòd hæc facultas non est facilè concedenda. *Ibid. §. Sed an liceat.*

Et tales occidi possint per insidias & proditoriè

6 Nota quattò cum Molina *de iust. tom. 4. tractat. 3 disputat. 7. num. 1.* & aliis contra Menochium *de arbitr. lib. 9. quæst. 90. num. 49.* & alios, bannitum occidi posse proditoriè, & per insidias. Nec obstare periculum damnationis; quia maior ratio habenda est boni publici, quàm particularis illius, qui sibi prospicere potest cessando à culpis, & non vult prospicere. Vnde banniti possunt se inuicem occidere ad acquirendam vel libertatem, vel præmium: quia sic expedit communi bono *part. 3. tractat. 4. resolut. 25.*

Possintque occidi grassatores publicarũ viarum?

7 Nota quintò cũ Molina *vbi supr. in l. 1. C. quando liceat vnicuique sine iudice, &c.* videri concedi, interficere grassatorem, qui vias publicas tenet, in defensionem suam, & aliorum, quibus ille mortem, & alia damna parat. *Ibid. §. Et tandem.*

OCCIDERE
Inuasorem.

Licet occidere inuasorem cũ moderamine.

1 LIcitum est, inuasorem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ. Ita DD. communiter; quidquid in contrarium asserant Accursius *in l. vim vi, ff. de iust. & iure.* & glossa *ibid.* Abulensis *in cap. 5. Matth. quæst. 109.* & alij pauci. Et patet ex iure canonico, *cap. significasti, & Clem. si furiosus de homicid.* & *cap. si verò, de sent. excom.* & ex iure ciuili, *l. 1. C. de vi, & vi armata, l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquiliam.* & *l. vim vi. ff. de iust. & iur.* docetque ipsa naturalis ratio, vt videre est apud Tullium *orat. pro Milone.* Vnde ex Abbate, & aliis docuit Binsfeldius *de iniur. & damno dato, cap. 3. quæst. 5. concl. 3.* quòd si quis inuaderet Sacerdotem celebrantem. Sacerdos posset Missam intermittere, & se defendere, & si cum moderamine occidat, posset Sacrificium prosequi. *part. 5. tract. 4. res. 1.* In tali autem casu docet Caietanus *in 2. 2. quæst. 64. art. 7.* sic occidenti non licere intendere mortem eius, vt medium necessarium ad sui defensionem. Vnde ait Aragonius *ibid.* intentionem illius esse debere, occidẽdi inuasorẽ modo confuso, & quo Deus scit, sibi licitum esse. Sed hæ sententiæ nimis methaphysicæ solum inseruiunt ad turbandam doctrinam moralem, gignendas cõscientias erroneas, & scrupulos non necessarios ei, qui potest licitè se defendere. Ideò dico cum Molina *disp. 11. n. 4.* posse aggressum per se intendere mortem aggressoris, petendo ictu cor, aut iugulum, animo eum necandi, quando videt, id necessariũ esse ad euadendas manus illius. Et hæc est doctrina communis *p. 5. tract. 4. resolutione 16.*

Ideſt quãdo inuasio non potest aliter impediri.

9 Sed quandonam dicitur quis aggressorem occidisse cum moderamine inculpatæ tutelæ? Respondeo, quando quis aggressorem occidit, non videns in illo conflictu aliam viam, qua iniustum & grauem damnum euaderet, *ibid. res. 1.* post medium.

Inuasorẽ in quam vitæ propria.

10 Graue damnum in primis est mors propria, & sic inuadenti te, vt occidat, licitè occidis, si non est aliud tuæ incolumitati remedium. Nec enim teneris fugere, si es vir nobilis, aut miles, ad vitandum inuasionem cum suo dedecore. Si autem sis plebeius, ita vt parua, aut nulla contumelia tibi ex tali fuga resultet, teneris fugere ex charitate, & si es Clericus, aut Religiosus, teneris etiam ex iustitia; nam fugiens non amittis honorem, sed acquiris. Ita Nauarra *de rest. lib. 2. c. 3. n. 389.* Quamuis Lessius *lib. 2. c. 9. dub 12. num. 86.* doceat, in hoc Clericos pares esse laicis, & non teneri ex iustitia fugere: sed tantum ex charitate. *Ibid.* in fine, & *res. 9. 48. & 49.* Tenetur etiá fugere filius patrẽ & auum, frater minor natu fratrem maiorem: nam horum fuga pietati, nõ timiditati ascribitur. Ita

Quem non teneris fugere.
Nisi is plebeius.
Clericus.
Religiosus.
Filius.
Nepos.
Vel frater minor inuasoris.

Mendo-

An verò liceat occidere eũ qui nõ inuadit actu sed decreuit inuadere?

doza *in* 2. 2. *disp.* 170 *sec.* 16. § 136. Item inuasorem ebrium, aut furiosum quilibet tenetur fugere: quia non est ignominia. Ita Maldetus *in* 2. 2. *tractat.* 3. *c.* 1. *dub.* 12. *resolut.* 9. circ. in fine.

11 Cæterum putat Syluius *in* 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7 *quæst* 6. non licere aggressorem præuenire, & occidere, quando nondum aggredi cœpit, quamuis aggredi decreuisset: nam tunc cum actu vim non inferat, non habet locum defensio, quæ fit per repulsionem violentiæ. Sed Molina *de iust. to.* 4. *tr.* 3. *disp.* 12. *num* 2 docet, præueniri posse quando ex aggressionis decreto vita inuadendi, vel cum morte commutabitur, vel maximè periclitabitur. Nam non ob id licet iniustum aggressorem occidere, quia aggreditur, sed quia sua aggressione posuit vitam alterius in discrimine, ita vt non possit aliter se defendere, nisi illum occidendo; vnde si iniusto decreto euadendi in simili periculo vitam alterius ponat, potest etiam occidi. *part.* 5 *tr.* 4. *resol.* 5.

Vt si venit cõtra te catapultã ex proposito?

Vel maritus sub ceruica pugionẽ cõdidit, & vxor non possit aliter mortem euadere? Et similia?

12 Et descendendo ad particularia; ait Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 21. *c.* 5 *num.* 57. quòd si accedis, catapultam explosurus ad me occidendum, & ipse non possum aliter mortem euadere, possum te præueniendo occidere. Et Lessius *lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 8 *num* 45. quòd si maritus condidit sub ceruicali pugionem, vt vxorem interficiat, vxor id certò sciens, & aliud remedium non videns, potest præuertere, & occidere maritum. Et si quis alteri parauit venenum, posse eodem veneno, industriosè mactari, si non est aliud euadendi remedium. Et hæc duo exempla Lessij admittuntur cõmuniter à DD. quamuis de illis dubitet Syluius *vbi sup quæst.* 5. Vnde rectè adnotauit Clarus *lib.* 5. § *Homicidiũ*, *n.* 33. quòd, qui præparabat offendere, iudicatus fuit impunè potuisse occidi. *part.* 5. *tr.* 4. *res.* 8. Quamuis autem Clarus *ibid.* idem decisum fuisse aduertat de eo, qui mortem alteri minatus fuerat, & hunc licite præueniri docet Ioannes Franciscus Suarez *in Ench lib* 7 *verb. Homicidiũ*, § 7. si solitus sit minas executioni mandare; ipse tamen contrariũ teneo, cum Maldero *vbi sup. dub* 7. & suprà dictam sententiam procedere forsan pro foro fori *part* 5 *tr.* 4 *res.* 10. Aduertit etiam Malderus *ibid.* at occidere *asser.* 1 quòd si Petrus, famulo committat, vt te occidat, licet quidem tibi famulũ insidiantem, aut se ad insidias præparantem præuenire, si aliud non sit ef fugiũ; non tamen ipsum dominum. Sed cum eadem limitatione Bannez *in* 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7 *conc.* 2. docuit, etiam dominũ nece præueniri posse *p.* 5. *t.* 4. *res.* 6.

Et an liceat occidere mandantẽ ipsum?

Et occidere inuasorem mortalem? Vt falsum accusatorẽ vel testẽ in causa capitali.

13 Rursus Bannez *ibid.* licere inquit præuenire falsum testem, vel iniquum accusatorem, qui contra iusticiam legalem pandit crimen alloqui verum, sed occultum, non solùm si ex hoc timeatur sententia mortis, sed etiam notabilis amissionis rerum temporaliũ; dummodo prius admonitus nolit desistere, & non sit alia spes euadendi: quia etiã in crimine verò quando est occultum, deest ius accusandi. Malderus *vbi sup.* hoc negat; quia hi non inuadunt personã, vel bona propria auctoritate, & vt persona priuata, sed per iudicẽ, & seruato iuris ordine, licet iniqui: vnde propriè nõ inuadunt: quia de ratione inuasionis est, vt auctoritate propria: & contra iuris ordinẽ vis inferatur. Ipse verò existimo cũ Coninch *de act supern. disp.* 32. *dub.* 2. *num.* 12. licet opinio Bannez, spectato solo iure naturæ sit probabilis, ius tamẽ positiuum potuisse id prohibere, & de facto prohibuisse, vt illud praxis bene rectarum Rerum publicarum interpretata est. Nullibi enim impunis abiret, qui accusatorem, vel testem prætextu falsitatis occideret. Et ratio est, quia si talis excusatio admitteretur, aperiretur homicidiis & occisionibus ianua, omnibus litigantibus pro se stare iustitiã existimantibus *part.* 3 *tract.* 5. *resolut.* 97. & *parte* 5 *tract.* 3. *resolut.* 7.

Licet occidere aggressorem, cui data sit aggressionis occasio?

14 Petes primò. An liceat occidere aggressorem, cui data sit aggressionis occasio? Respondeo cum Salonio *in* 2. 2. *forẽ, etiãsi quæst.* 64. *art.* 7. *contr* 1 *conc.* 2. & aliis affirmatiuè. Et sic, adulterum, quia est causa, vt ipsum adulteræ maritus aggrediatur, posse illum cũ moderamine occidere. Nam ex eo, quòd dedit occasionem,

nec ipse ius naturale de sensionis amisit, nec maritus ius illum occidendi acquisiuit. Et sane, si teneor succurrere proximo in extremam miseriam sua culpa redacto, cur me mea culpa periclitantem non possum defendere? Obserua tamen, quòd si is, qui dat occasionem præuidet ex tali occasione mortis periculum se cucurum, iam est homicidij reus in corde suo. Sed hoc nõ obstante potest se defendere. Ita Bannez *vbi sup. cone.* 3. Imò putat, in tali casu maiorem rationẽ huic suffragari, vt aggressorem occidat; quia cũ illo conflictu non possit facilè conteri, si permitrit se occidere, facile abibit ad tartara. *part. 5. tract. 4. ref. 4.*

Minimẽ verò, si aggressor sit Princeps necessarius Reipublicæ.

5 Petes secundo. An liceat occidere aggressorem Principem, vel alium Reipublicæ oppido necessarium? Respondeo cum Bannez *ibidem conclus.* 2. & DD. communiter, non licere, quando ex tali occisione sequeretur notabile damnum Reipublicæ, & præcipue bella ciuilia ob successionem. Et hoc ratione charitatis, acetiam iustitiæ commutatiuæ erga Rempublicam, cuius bonum pluris facere tenemur, quàm proprium, sicut faciunt elementa, dum sui motus legem in bonum vniuersi, vacuum replendo, permutant. Qui igitur talem personam occideret, non peccaret contra ipsam, sed contra bonum publicum. Sed Binsfeld *de iniur. & damno dato, cit.* 1. *quæst.* 5. *concl* 6. ex multis fatetur quidem heroicum fore, si persona parum necessaria ab alia apprimè necessaria permitteret se occidi; negat tamen ad id teneri, etiam si aggressor sit superior, & adducit Zabarellam *in Clem.* 1. *de pœnis* docentem, non incursurum excommunicationem cap. *si quis suadente*, eum, qui pro defensione sui necessaria Pontificem percuteret. Argumentatur autem à naturali iure, ex quo absque vlla distinctione licet vim vi repellere. Nec aliud exigere charitatem benè ordinatam, quæ incipit à seipso. Idem docet Rodriquez *in summ. tomo* 1. *cit.* 220. *numero* 8. Quia (ait ipse) quamuis vassalli teneantur pro Principe vitam exponere; id tamen intelligendum est in casu necessitatis, non quando Princeps voluntariè se periculo mortis exponit, à quo volens potest se liberare. Ita ille. Sed istorum sententiam Malderus *in* 2. 2. *tract* 3. *c.* 1. *dub.* 7. *asser.* 3. & alij in vno tantùm casu admittunt, quandò scilicet priuatus ex tali nece timeret sibi periculum animæ *part.* 5. *tractat.* 4. *resolutione.* 2.

Miles in bello iniusto occidere potest militem contraria parte se inuadentem.

16 Petes tertiò. An miles sciens se iniustè pugnare, possit occidere militẽ contrarium inuadentem? Molina *de iust. tomo* 4. *tract.* 3. *disp.* 15. *numero* 5. in hac quæstione dubius hæsit. Nam, cum alter miles iustè illum inuadat, sicut ministri publici iustitiæ malefactores, nõ potest hic miles illum, se defendendo, occidere; sicut non possunt delinquentes occidere ministros iustitiæ pro sui defensione: alioqui daretur bellum ex vtraque parte iustũ, secluſa vtrinq; ignorantia, quod est absurdum. Sed placet opinio affirmatiua Sori *de iust. lib.* 5. *quæst.* 1. *art* 7. dummodo talis miles aduersarium moneat, vt ab aggrediendo desistat. Si enim nolit desistere, ille habebit ius se tuendi. Nec bellum foret vtrinque iustum, nam Princeps iniustè militat, ipse verò iustè se defendit, postquam aduersarium monuit. vide etiam Fabrum *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 3. *disp.* 52. *c.* 1. *num.* 17. *part.* 5. *tract.* 4. *ref.* 15. Idem dic à fortiori contra Bonacinam *de cens. disp.* 7 *quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 2. de milite se defendente in bello iusto *part.* 4 *tract.* 2. *ref.* 29.

Licet etiã occidere inuasorẽ vitæ proximi innocentis.

17 Petes quarto. An liceat occidere iniustum inuasorem vitæ proximi? Respõdeo affirmatiuè: quia ex lege charitatis licitè quis facit pro alio, quod facere potest pro se ipso. Et innocens licitè defenditur. Ita Filliucius *tom.* 2 *tr.* 29. *c.* 4. *num* 54. & alij communiter. Sed quid, si inuasus cedit iuri suo? Respõdeo adhuc inuasorem occidi posse, quia inuasus non est dominus vitæ suæ, & sic non potest cedere iuri suo. Ità Tannerus *to.* 3. *disp.* 4 *p.* 8. *dub.* 4 *n* 80 Quod limita, nisi inuasus seriò moneat, se potius velle mori, quàm occidatur inuasor in peccato mortali. *p.* 5. *tr.* 4. *ref.* 19.

18 Petes quintò. An non solùm liceat

Si autē inuasus est Princeps, aut persona necessaria probabile est, teneri suum inuasorem occidere.

liceat homini ad tuendā suam, vel proximi vitam inuasorem occidere, sed etiam ad id teneatur? Respondeo, si is, qui inuaditur est Princeps, vel persona valde necessaria Reipublicæ, probabilissimè docuit Sotus *vbi sup.* quod teneatur sicut etiam, si ex morte inuasi maximū detrimentum sequeretur vxori, filiis, & familiæ, quam alere tenetur. Nam in primo casu agitur de bono communi, quod non seruare medio licito, graue peccatum est, in secundo autem interuenit præiudicium tertij, cuius iuri nemo renunciare potest *part. 5. tract. 4. res. 14.* Idem etiam docet Molina *de iust. tomo. 4. tr. 3. disp. 18. num. 3. 4.* in casu, quo inuaditur proximus, si quis sine notabili sui damno; potest aggressorem occidere. Quod verum putat Malderus *in 2. 2. tr. 3 c. 1. dub. 15* quando inuasus est persona necessaria Reipublicæ, vel Princeps, aut proprius pater, mater, frater, filius, vxor item ille ad cuius custodiam quis ex officio, promisso, aut contractu obligatur, *part. 5. tr. 4. res. 19 § Sed difficultas.*

Veletiam patris, matris, &c.

Licet etiā occidere in uasorē bonorum.

19 Pro defensione bonorum, tenet Acursius apud Nauar. *cap. 15.* non licere aliquem interficere in conscientia; sed solum permitti iure humano, quod etiam docet Abulensis *in cap. 15. Matth.* & alij, quia ex lege charitatis vita proximi præferenda est bonis nostris externis. Sed his non obstantibus, existimo cum Tannero *t. 3 disp. 4 quæst. 8 dub. 4. n. 81.* & DD. communiter, notabilem externorum bonorum amissionem esse graue damnum, ita vt ad illud vitandū possit quis hominem occidere. Et ratio est, quia bona externa sunt media ad sustētationem vitæ, & conseruationē honoris, & status; & ideo vt docet Glossa *in l. Aduocati, C. de aduoc. diuers. iud.* bona externa dicuntur sanguis, & vita hominū, vnde defendi possunt cum dispendio vitæ alterius, sicut & vita. Quæ sententia procedit etiam quoad Clericos, vt patet ex ca. *olim, 1. de rest. spol.* Ita Molina *to. 4 tr. 3. disp. 16 n. 1.* contra Rosellam *verb. Homicidium §. 3* Item quoad Religiosos, quamuis non habeant proprium; quia vnusquisque habet ius defendendi non

Etiā Clericos. Et Religiosos.

solum propria, sed etiam ea, quæ possidet in communi, aut quorum vlus, aut custodia est sibi commissa. Ita Tannerus *tom. 3. disp. 4. quæst. 8. dub. 4. num. 77.* contra Binsfeldium *de iniur. & damno dato, cap. 1 quæst. 5. concl. 4.* Ad rationē Abulēsis respondetur, vitā proximi præferri debere bonis nostris externis, quādo natura rei id postulat, nō quādo eius malitiæ, vt in casu nostro *p. 5. tr. 4. res. 17.*

Etiā si res furtiua possit postea in iudicio recuperari.

20 Nota hic ex Strouerdorf *in 2. 2. quæst. 64. artic. 7. concl. 3.* furem rapientem occidi posse: etiamsi furtum postea recuperari possit quia nemo videtur obligatus pati, rem sibi eripi, eo quòd possit postea recuperare; quilibet enim habet ius non solùm recuperandi res suas, sed etiam custodiendi. Seo DD. alij tenent, tunc furem occidi posse, quando furtum alter recuperari non potest. *Ibid. § Notandum secundò, & resolutione 45.* Notā etiam contra Couarruuiam *in Clem. si furiosus p. 3. § 1. nu. 6* licere occidere furem fugientem cum furto; quia semper dicitur inuasor, donec se in tutum recipiat. Et alioqui rerum defensio plerumque esset inutilis: nam fures statim, ac dominum rei sentiunt, se in fugam proripiunt. Ita supradicti Doctores *resolutione 17. cit. § Notandum est.* Immo postquam fur in tuto se posuit, si abest auxilium iudicis, potest dominus rei in locum intrare, & res suas reassumere, & si fur vim faciat illum occidere. Ita Malderus *vbi sup. dub. 13. § dico sexto*, & alij, *part. 5. tract. 4. resol. 37.*

Idque etiā dū fugit cū furto, vel in locum tutum receptus, recusat restituere.

Res verò, quæ inuaditur, debet esse magni valoris. Actu. vel virtute, vel si sit para, rapi cū iniuria.

21 Sed petes primo. Quanti valoris debet esse res, pro cuius conseruatione possit fur mactari? Respondeo, non debere esse parui momenti, nisi (aduertit Malderus *ibid.*) fur post sublatam rem paruam, ne illam reddat, incipiat ferro repetentem inuadere ex *l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad leg. Aquiliā.* Vel res parui momenti in se, magna sit in virtute. Vel etiam res parua rolleretur cum iniuria, nā tunc occidi posset in vindictam non tā rei, quam honoris. Ita Lessius *lib. 2. c. 9 dub. 11. n. 68.* Regulariter verò quantitas vnius aurei, vel minor, quam assignat Molina *tom. 4 tr. 3. disp. 16. numero 7.* &

duorum aureorum, quam assignat Iason apud Malderum *vbi sup.* videtur modica, & hi auctores nimis laxè locuti sunt, *part. 5. tract. 4. resolutione* 18.

Et quidem sufficit, quod inuadatur res proximi.

22 Petes secundò An liceat occidere inuadentem res externas proximi? Respondeo cum Molina *tom. 4. tract. 3. disp. 18. num. 1* & aliis communiter, affirmatiuè, sicut supra diximus de inuadente proximi vitam. Immò Faber *in 4. dist. 15. quæst. 3. disp. 52. c. 1. num. 3.* putat, ad id teneri; quia Scriptura obligat vnumquemque ad defendendum proximũ innocentem, iuxta illud Ezechielis, *Vnicuique mandauit Deus de proximo suo.* Et Prouerb. *Erue eos, qui ducuntur ad mortẽ, & eos, qui trahuntur ad interitum, liberare non cessos.* Sed Molina in homine priuato, & qui ad hoc non est deputatus ex officio, negat tantam charitatis obligationem adesse, vt ad defendẽda bona proximi longè inferioris ordinis teneatur inuasori vitam corporalem, & regulariter etiam æternam, eripere, non sine maximo horrore, ac difficultate *part. 5. tract. 4. resol. 30.*

Licet etiã occidere inuasorem honoris.

23 Tertiò, damnum graue est amissio honoris, pro quo tuendo licitum est hominem cum moderamine interimere, si aliter saluari non potest. Vnde diximus supra *num.* 10. virum nobilem, aut militem etiam plebeium inuasum, non teneri fugere, si ex hoc illi sequatur ignominia, vt regulariter sequi solet; quia honor est pretiosior bonis fortunæ. Ita Sotus *de iust. qu.* 1. *art.* 8. Quidquid in contrarium dicat Syluius *in* 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7. *quæst.* 9. ex eo, quòd defensio honoris cum occisione non sit iuris naturalis, nec ex illo descendat, cum non conueniat Religiosis, & sic toti humanæ speciei. *p.* 5 *tract.* 4 *res.* 9.

An ideò volentem percutere baculo, vel alapa?

24 Itaque Syluius *ibid.* non licere, inquit, viro honorato interimere volentem baculo, vel alapa percutere; tum quia fieri potest, vt percussio sit occulta, & honorem parum lædat, tum etiã quia læsus honor recuperari potest, aut via iuris, aut aliis modis. At contrarũ docent multi, quos citat, & sequitur Lessius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 12, *nu.* 77. cum in aliquibus regionibus maximum dedecus sit, alapas, vel verbera absque vindicta relinquere. Sed hæc opinio non est admittenda in hominibus plebeis, quibus alapa, vel baculum parum esset dedecori *part. 5. tract. 4. resol. 4.*

25 Addit etiam Malderus *in* 2. 2. *tra. 3. cit. 1. dub. 14.* non licere, post impactam alapam, percutientem insequi, & interficere; nam defensio licita debet esse in ipso congressu, post quem percussorem fugientem occidere, est potius vindicari iniuriam, quam defendere. Lessius verò *lib. 2. c. 9. dub. 11, num.* 80 contrariam sententiam speculatiuè veram existimat, sed in praxi non consulendam, ob periculum odij, vindictæ, & excessus; item pugnarum, & cædium in Reipublicæ perniciem. Ego verò, seclusis his periculis, illam in praxi probabilem, & tutam existimo. Et illam absolutè docuerunt Nauarrus *c. 25 n. 4* Henriquez *lib. 14. c. 10. n. 3. gloss. lit. T.* & nouissimè Faber *in 4. dist. 52 quæst. 3. disp 52. cap. 1. n. 29.* Et ratio est, quia quamdiu damnum illatum manet in suspenso, semper est locus defensioni, vt patet in eo, qui furem fugientem insequitur ad recuperãdum furtum. Nam quamuis honor non sit apud percussorem, sicut furtum apud furem, potest tamen non secus ac furtũ recuperari, ostendendo signa excellentiæ, & captando existimationem apud homines contra percussorem. Deinde, si percussus statim prosequitur percutientem, non censetur nouum congressum efficere, sed eundem, iniquè ab altero ceptum, iustè continuare. *parte 2. tract. 15. resolutione 15. & part. 5. tract. 4. resolutione 11.*

Et eũ, qui inflicta ala pa fugit?

26 At verò, non licet viro honorato interficere dicentem *Mentiris*, vel alia verba contumeliosa, nam verbales iniuriæ verbis repelli possunt, & à viris honoratis etiam solent. Ita Azorius *to. 3. l. 2. c. 1 q. 17.* & alij contra Strouerdorf. *in* 2. 2. *q. 64. art. 7. cõcl. 5.* putantem, in regionibus, vbi verbum *Mentiris* est probrosum, licere viro honorato illud sibi obiicientem occidere. Et contra Baldellum *l. 3. disp. 24. nu. 24.* putantem, licitũ esse.

Et dicentẽ Mẽtiris & alias cõtumelia?

esse occidere contumeliosum. Sed hic loquitur in casu, quo aliter contumeliosus arceri non potest: ne detur licentia improbitati optimos viros contumeliis vexandi, quæ dolent acerbius, quàm facta. Quando verò liceat dicere, *Mentiris*, vide Mendozam *in* 2.2. *tom.* 2. *disp.* 170 *sect.* 14 § 116 *part.* 5 *tract.* 4. *resolut.* 12 & 13. ✠ & nos *verb. Compensare, num.* 4 ✠

Licet denique occidere invasorem pudicitiæ.

27 Pro defensione pudicitiæ videtur dubitare D. Augustinus *lib.* 1. *de l. arb. c.* 5. an liceat invasorem occidere, vt observat Tannerus *t.* 3 *disp.* 4. *q.* 8. *dub.* 4 *nu.* 68. Sed ipse meritò affirmat cum communi, nam pudicitia est maximũ bonũ, & in eius violatione adest maximũ periculum consensus in patiente. Addunt aliqui, id etiam licere alteri, dum ipsa nõ consentit, nam si consentit, non fit illi iniuria, & sic (ait Rodriquez *in sum. t.* 1 *c.* 120. *n.* 14.) nec ipsa potest illũ interficere nisi exterius solum consentiat, abstinens à clamoribus causa non divulgandi secretum *p.* 5. *tr.* 4. *res.* 36.

OCCIDERE.

Innocentem.

Innocentẽ occidere nõ licèt, nisi per accidens.

28 ✠ Occidere innocentem est per se illicitum. Potest tamen licitum esse per accidens in aliquo casu. ✠

Quando Iudex per acta, & probata repertis illi culpam, & salvare nõ potest.

29 Et sic primò, Iudex, postquam omnem diligentiam adhibuit ad salvandum innocentem, qui secundum allegata, & probata est nocens, potest illum ad mortem damnare, nec deponere officium cum magno detrimento, vt diximus V. *Iudex, n.* 5.

Vel quando innocẽtes petitur ab inimicis, minantibus vrbis excidium.

30 Secundò, innocens postulatus ab inimico minante vrbis excidium tenetur seipsum inimico tradere, & mortem subire pro communi bono Reipublicæ. Idque potest ei præcipere Respublica, & nolentẽ inimico tradere, & si contumaciter resistat, ipsa occidere: quia tunc non est innocens, sed maximè nocens. Ita Tannerus *tomo* 3 *disp.* 4 *quæst.* 8. *dub.* 5. *num.* 54. quidquid in contrarium asserat Bonacina *de contr. disp.* 2. *q.* vlt. *sect.* 1 *punct.* 7. *n.* 2. *p.* 5 *tr.* 3. *res.* 23.

Item si qui non potest morte fugere, & currendo super puerum iacentem in via publica.

31 Tertiò Si quis equester inimicum insequentem fugit, & videt puerum, vel medicum in via iacentem, quem necesse est conculcare, aut gradum sistere, & ab inimico mactari, tenetur quidẽ possibilem circumspectionem adhibere ne noceat: non tamen sistere gradum, & permitti vt occidatur, quia ius habet ad fugam via publica, quo in tanto discrimine privari non potest ratione personæ ibi iacentis. Sicut neque si ipse ebrius, aut furiosus resistit, aliò deflectere. Ita Lessius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 9. *num.* 59. & alii contra Lublinum V. *Bellum num.* 3. Quod limita, nisi occidendus foret infans non baptizatus; nam tunc lege charitatis teneretur fugiens mori potius, quàm illum occidere. *part.* 5. *tract.* 4. *res.* 34.

Aut nisi invasorem occidat per ipsum innocentem ab illo obiectum pro clypeo.

32 Quartò, si quis te invadit vt occidat, & cum te defendis, obiicit tibi innocentem tamquam clypeum, vt post eum latitans, postea te interimat, nec potest fugere, potes invasorem per innocentem ferire cum moderamine, etiamsi inde mors innocentis sequatur. Ita Malderus *in* 1. 2 *tractat.* 3. *cap.* 1. *dub.* 12. contra Sayrum *lib.* 7 *capit.* 12. *num.* 1017. Notat etiam Baldellus *tomo* 1. *lib.* 3. *disput.* 26 *numero* 13. quòd cum duo rixantur, vno alterum iniustè aggrediente, & alter se interponit, vt rixam dividat, aggressor autem ad fugiendum ictum retrò mediatorem se protegat, vnde hic moriatur, invasum nullam culpam committere, dummodo moderamen non excesserit, nec mediatorem per vim opposuerit ad recipiendum ictum. *Ibid.*

An liceat occidere innocentes obsides, si hostes fidẽ fregerint?

33 Quinto, Azorius *tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 7. *quæst.* 16. occidi posse inquit obsides innocentes si hostes fidem fregerint, nam ea conditione dantur, vt hostes fidem servent. Et alioqui ex bello, nec pax & securitas haberi aliquando, nec hostes semel devicti in officio contineri possent. Sed contrarium docet Bonacina *de contr. disputat.* 2. *quæst.* vlt. *sect.* 1. *punct.* 7.

num.2. quia putat in tali casu occidi innocentes, quod tamen non probat. *part. 5, tract. 4. resp. 35.*

OCCIDERE
Semetipsum.

Seipsum in nullo casu licet occidere directè.

34 ✠ OCcidere seipsum directè ex intentione occidendi, est intrinsecè malum, & mortale peccatum contra charitatem, qua se homo tenetur diligere, & contra iustitiã, qua se debet Deo, & Reipublicæ custodire.

Et scienter,

✠ Excusare tamen posse ignorantiam, vt docent Sotus *de iust. lib. 5. q. 1. art. 5.* & alii contra Caietanum *in 2. 2. q. 124. art 5* Et probabile est, Lucretiam Romanam, aliosque Ethnicos, non peccasse mortaliter, se interficiendo, existimantes, se opus laude dignum, manibus suis moriendo, præstare, quia homicidium non est contra prima principia lumine naturæ nota, sed contra principia secũdaria deducta ex primis, quæ aliquando possunt invincibiliter ignorari *p. 5. tr. 4. resp. 30.*

Nec ad id damnati potest à iudice.

35 Scienter verò mortem sibi inferre, in nullo casu licet. Vnde Comitolus *l. 4. q. 10. n. 6.* & alii contra Victoriam *de homicid. 1. 30. ad arg. 8* docent, non licere ad mortem damnato venenũ à ministro iustitiæ sibi paratum haurire: id enim perinde esset, ac si quis pugione sibi ictũ inferret. D. Thomas *in 2. 2. q. 69. art. 4.* ait, non posse hominem à iudice damnari, vt se occidat, sed vt mortem patiatur. Advertè tamen, licere reo permittere, vt venenum sibi applicetur, meràpassivè se habendo, & Malderus *in 2. 2. t. 3. c. 1. dub. 8.* putat posse aperire os, vt venenum infundatur. At Sylvius *in loc. cit.* D. Tho. *q. 4.* hoc negat, & venenum in os immissum, teneri non traiicere in stomachum, dum potest *p. 5. t. 4. resp. 39.* Itẽ non potest reus funi alligatus se ex schala præcipitẽ dare. Ita Sylvius *ibid. p. 5. t. 4. resp. 40.* Vide fusè hac de re *p. 11. c. 10. resp. 50.*

Vnde ad mortem damnatus non potest venenum haurire.

Aut se è furca præcipitem dare.

Nec licet militibus

36 Tertiò, non licet militibus in navi præliantibus cum Turcis, vel Hæreticis, certo victuras, ignem pulveri iniicere, ne ipsi & navis in hostium potestatem deveniant. Et quidem si in navi manerent, vt comburantur, certum est, id non licere, vt docet Sylvius *in 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4.* Qui licere inquit, vt mari se committerent, quia supponit eos necessario tractandos esse, quod tamen falsum est, quia in barbaria intendunt captivos vendere, vel se redimentes dimittere. Ideò neque id licere puto. *part. 5. tr. 4. resp. 26.*

certo vincendis se in naui comburere.

37 Quartò. Ex Fabro *in 4 dist. 15. p. 3. disp. 52. c. 21. n. 46.* & aliis, damnatus mori per famem si clam offeruntur ei cibi, tenetur comedere: nam non comedendo se interimeret, quod est illicitũ. Sed Malderus *in 2. 2. tract 3. cap. 1. dub. 19.* & negant ad id teneri, nam abstinens à cibo non cooperatur neci suæ, sed solum permittit ab innato calore se absumi, quod in eo, qui ad hoc iustè damnatus est, non videtur illicitum *part. 5 tr. 4. resp. 41.* Adverte, etiam quòd licitum est delinquenti occulto, iudici se prodere, vt debitam punitionem patiatur in hac potius vita, quàm alia. Nam id procederet ex affectu virtutis iustitiæ. Ita Sancius *disp. 46. n. 13.* Nisi esset persona magnæ auctoritatis, quæ si se traderet, daret aliis occasionem peccandi *p. 3. t. 5. resp. 7. §. Notandum.* Item non peccaret, qui ad vitanda gravia tormenta falsum, & capitale sibi crimen imponeret. Vide V. *Reus, n. 16. 13*

An damnatus mori per famẽ, teneatur cibos clam oblatos edere?

Et delinquenti occulto iudici se prodere vt puniatur morte?

38 Quintò, non potest infirmus respuere medicamenta, quando abest spes salutis. Medicinam verò in doloribus gravibus citra mortis periculũ respuere in carnis mortificationem, licitum & meritorium est. Sumere item cibum nocivum inadvertenter, vel cum opinione, aut etiam intentione levis nocumenti, non est mortale. Ita Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 5. cap. 1. dub. 34. numero 7.* Et infirmus non tenetur parere medico distincto præcepto ab eo, quo tenetur vitam servare. Ita Sancius *disput. 13. num. 8. part. 5. tract. 3. resp. 135.* Et denique mulier honesta, aut virgo, patiens morbum in verendis, tenetur quidem

Item an possit reus ad vitãda gravia tormenta falsum crimẽ cõfiteri, ex quo mortis dabitur? Infirmus respuere medicamẽta.

Et præsertim mulier manus Chirurgi in pudendis,

dem admittere curam obstetricum, vel aliarum fœminarum: non tamen medicorum, quam plusquam mortem odio habent, præcipuè quod ex tali contactu oriuntur regulariter turpes motus, quos non permittere etiam ex metu mortis, ad gradum castitatis heroicum pertinet. Ita Turrianus *summ. p. 1. cap. 263. dub. 5. conclus. 11.* & alii *p. 5. tr. 3. res. 138.*

OLEVM.

1 OLeum Extremæ Vnctionis licere Parochis mittere ad infirmos, vt eo vngantur, docet Quintanad. *in Theol. Mor tom. 1. tract. 5 singul. vlt. num. 1.* probatque ex Innocent. 1. Epist. 6 ad Decent. vbi sic ait: *Oleo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus vti Christianis licet in sua, aut suorum necessitate.* Vbi Cornel. *in Iacob. 5. vers. 14.* docet Innocentium loqui de vsu olei extra Sacramentum ad curandos infirmos. Sed hæc opinio mihi non placet, quia vt inquit Bellarminus. *lib. 1. de Extrem. Vnct. cap. 9.* est contra praxim Ecclesiæ, dare oleum sanctum laicis, vt eo vtantur. *p. 9 tr. 6 res. 43.*

Benedicto potest addi non benedictum.

2 Oleo benedicto Extremæ Vnctionis posse addi aliud non benedictum, simul, vel variis vicibus, dummodo quantitas in principio benedicta sit maior tota non benedicta superaddenda, vel superaddita, docent Zambr. *de Cast. tempore mortis, cap. 9 dub. 5. numer. 5.* & Quintã *in Theol. Mor. tom. 1. tractat. 5 sing. 1 num. 4. & seqq.* Verùm hæc sententia est contra praxim, & vsum fere omnium Ecclesiarum, & contra communem sententiam Doctorum, vt docent Lessius *in 3 part. D Tho de Sacram. Extrem. Vnct. cap. 1. dub. 5. numero 11.* Candidus *tom. 3. de Extrem Vnct. disquis. 3 ar. 2. dub. 16. 17. & 18. part. 9. tractat 6. resolutione 44.*

OPINIO PROBABILIS.

Opinio probabilis qua?

1 ✠ OPinio probabilis dicitur, cognitio incerta, & in evidens, quæ tamen topicis rationibus, vel doctorum auctoritati nitatur. Rationes verò probabiles faciunt opinionem probabilem intrinsecè, auctoritas Doctorum extrinsecè ✠. Et quidem ex Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 9 numero 7.* vnius Doctoris docti, & pii sententia sufficit ad constituendam opinionem probabilem. Maximè si adducat aliquam rationem probabilem, & eius opinio non sit contra communem. Quæ sententia quamuis displiceat Portellio *verb. Opinio eligenda numero 4.* putanti, admittendam solùm esse in quæstione nunquam antea disputata: non autem in ventilata à multis DD. in contrarium stantibus, & multis rationibus innitentibus. Illam tamen admittendam, imò præferendam contrariæ, docet Villalobos *tom. 1 tractat. 51. diff. 7. numero 3.* si sustentat valorem matrimonii contracti, & Bertolo in *cap. 1 num. 281. de const.* si sustentat quamlibet caulam piam. Et sine vlla distinctione docent Filliucius *tom. 2 tract. 11. c. 4. num. 134.* & Merolla *tom. 1. disp. 3. c. 4. dub. 1 num. 4 part. 4 tr. 4. res 30.*

Et quotuplex. An oriatur sufficienter ex auctoritate vnius viri docti, & pii.

Et an omnis opinio probabilis speculativè, sit tuta in praxi?

2 Porrò ex Sanchez *de matr. lib. 7. disput. 7.* & aliis, non omnis opinio speculativè probabilis, est tuta in praxi. Et sic multi non audent sequi opiniones Duareni, Cuiacii, Donelli, Fabri, & aliorum, appellantes tales opiniones theoricas, & non practicas. Sed contra hos invehitur Sancius *in select disput. 54. nu. 11. & disp. 64. n. 63.* docens, omnem opinionem probabilem speculativè, esse in praxi tutam: nam probabilitas practica est effectus probabilitatis speculativè: quod enim quis iustè, vel iniustè operetur, ab eo nascitur, quod speculativè iudicavit, posse agi licitè, vel illicitè. Ita ille. Sed an probabiliter, alii videant. *p. 2. t. 13. res 5. & 12. p. 9 tr. 6. res 2.*

3 Quando

Potest homo operari iuxta opinionem probabilē, & relinquere probabiliorē.

3 Quando circa eundem casum adsunt contrariæ opiniones probabiles, non tenetur operans sequi probabiliorem, sed sequi potest minus probabilem. Nam in hoc reprehendi non potest tanquam imprudens, & temerarius, cū habeat rationes alicuius momenti. Neque tenetur homo sequi, quod perfectius est & securius, sed satis est sequi secutum & perfectum. Adde, quod esset onus intolerabile, si homo teneretur opiniones probabiliores investigare. Ita Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1 c. 9. numero* 14. & Theologi communiter contra Perez *certam. 10. num. 55.* & alios paucos *part. 2. tractat. 13. res. 1. & part. 4. tract. 4. resol 4. §. Ad id verò*, Vnde opiniones impressæ in aliquo libro, non semper probabiles censendæ sint legi conformes *p 9 tr. 7 res 60.*

Opiniones impressæ non sunt semper probabiles.

4 Igitur primò, Iudex potest iudicare secundum opinionem probabilem in quæstione iuris, relicta probabiliori, etiam propria Vide *verb. Iudex, à num.* 4. Secundò, advocatus potest secundùm opinionem probabilem patrocinari. Vide *verb. Advocatus à numero* 1. Tertiò. Confessarius, aut responsor Casuum cōscientiæ consulere potest opinionem minus probabilem, vt consulentem ab one[illegible] aliquo liberet, etiam contra propriam. Ita Vasquez *in part 2. disp 62. ca. 9. num. 7.* Becanus verò *in 2. tract, 1. cap. 4. quæst 9. num. 16.* distinguit (sed in idem redit) & si consulens petat, quænam opinio in tali quæstione sit probabilior, tunc teneri eam aperire, quam tenet: si verò solùm de practica obligatione scisciatur, posse sæpe id consulere, quòd minus probabile iudicat; imò melius facere, si id consulat, quod facilius, & cum minori periculo præstari potest. *part. 2. tract 13 res. 14.* Quartò, Sanctius *pract. disp. 44 num 58.* contra Villalobos *tom. 1 tractat. 1 diff. 17. numero 6.* licere existimat Regi, habenti ius probabile ad aliquod Regnum, ab alio Rege probabili etiam iure possessum, movere bellum. De quo in particulari vide Becanum *p. 2. tr. 13 res. 8.*

Et medi-

An Rex possit movere bellū cōtra Regnum, quòd ab alio probabili iure possideatur, ex opinione probabili, quod sit sumi

Et ita iudex iudicare.

Advocatus patrocinari.

Et responsor casuum conscientiæ consulere.

5 Quintò. Medicus infirmo alias morituro, cui nullum aliud suppetit medicamentū, exhibere potest medicamentum cum probabilitate iuvaminis, etiam si maior sit probabilitas nocumenti, secundum Malderum *in part. 2. quæst. 19. art. 5. disp. 86. § 7.* Qui tamen cum Suarez apud Portellium *verb. Opinio eligenda. numero* 10. Vasquez *in part. 2. tract. 1. disput. 64. cap. 7.* & aliis negat, posse medicum habentem copiam medicamentorū exhibere minus certū & certius relinquere, etiamsi non habeat certum. Nam charitas postulat, vt indigenti certiori, quo possumus, remedio succurramus. Item si adsint opiniones probabiles, quod tale medicamentum sit huic morbo nociturum, aut profuturū, tunc, ait Merolla *tom 1 ediſp. 3. c 4. coroll. 5. n. 198.* si medicus vtramque opinionem putat æquè probabilem, nullo etiā medicamento certo existente, peccare contra charitatem, si illud applicet. Si verò magis adhæreat opinioni, quod noceat, peccare etiam contra iustitiam, quæ eo ipso, quod se obligavit ex mercede infirmum curare, illum obligavit ad curandum iuxta suam opinionem: quia hoc intendit infirmus, dum ipsum potius, quam alium vocat. Sed his non obstantibus, Azorius *tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 11.* Sancius *pract. disputat. 44. numero 36.* & nonnulli alii docent, in defectu medicamenti certi non peccare medicum exhibentem medicamentum probabile, stante opinione probabiliori, quod nocebit, etiam quando salus ægri non est desperata: quia id, quod ex probabili ratione efficitur, reprehendi non potest *part. 2. tract. 13. res. 7. & p. 5. tr. 3. res. 132.*

aut præbere infirmo medicamē tum probabile?

6 Sextò, Confessarius tenetur sequi opinionem pœnitentis probabilem contra suam, & probabiliorem: quia pœnitens habens pro se opinionem probabilem, habet ius ad absolutionem. Et quamvis Vasquez *in part. 2 tom. 1. disput. 62. cap. 7. num. 49.* & alii dicant peccare solùm venialiter Confessarium nō proprium negantem absolutionem secundùm opinionem probabilem, existimo ipse cum Sancio *in select. disput. 33 num.* 54. pec-

Confessarius tenetur sequi opinionem probabilem pœnitentis contra propriam, & probabiliorem.

54. peccare mortaliter, si confessio facta sit de mortalibus quia illum obligat ad detegenda peccata alteri Confessario, quod grave onus est. Adverte etiam, quod hæc opinio procedit etiam, quando opinio pœnitentis ipsi Cõfessario videretur falsa, si tamen inter auctores probatos probabilis reputatur. *par.2. tr.13 res.11.*

Sicut in Sacramentis non necessariis opinionem faventem suscipienti.

7 Septimò. Circa essentialia Sacramenti, dicant DD. communiter, amplectendam esse opinionem probabiliorem, ex dictamine charitatis, quæ iubet, vt proximum non ponamus in salutis discrimine, sed subveniamus certiori remedio. Id quod primò non procedit in Sacramentis non necessariis ad salutem, vt ait Lorca *in part.2. tom.1. disputat. 39. memb.2* Secundò, nec in casu necessitatis: quando v.gr. deest materia certior, &c. vt ait Bonac *de Sacr. disputatione 2. quæst.1 punct.4. num.10. part.... tractat.13. resolutione 2.* Et generaliter, quoties ex opinionibus circa validitatem Sacramenti altera favet Sacramento, altera suscipienti, eligi debet secunda, licèt minùs probabilis: quia Sacramenta, cum infidelium gratiam sint instituta, cedunt libenter iuri suo, vt ipsis faveant. Et ideò danda est absolutio moribundo, qui illam petiit in absentia; vel qui exhibet signa doloris, dubia, an ex dolore peccatorum, an verò ex angustia mortis procedant, *part.2. tractat. 13. resolut.13.* Nam strictius obligat charitas, quam Religio. Et Sacerdos in tali casu non absoluens, peccaret, si Parochus, contra iustitiam; si alius contra charitatem: *part.3. tract.3. resol.9.* Et in his casibus absolutio dari debet absolutè: nam conditio adhiberi debet in dubio, non in opinionibus. Ita Sancius *disput.44. n.32. res.13 cit. §. Imò, & p.3. tr.3. res.10.*

Vel necessariis in necessitate.

Quamuis periclitetur validitas Sacramenti.

8 Quòd si dubium sit de potestate Confessarii, tunc potiori iure eligi posset opinio probabilis, probabiliori relicta: quia non est periculum irritandi Sacramentum, vt in casibus prædictis, cõtra Peregrinum *in comm. ad const. Cler. Regul. part.1. cap.5 lit.* C, tum, quia stante opinione probabili, sicut stante errore communi, Summus Pontifex confert iurisdictionem in ædificationẽ, fidelibꝰ vt docet Palaus *to.1. disp.2 punct.5. n.9.* & alii multi. Tum etiam, quia omnis Sacerdos habet iurisdictionem in venialia: vnde, cum regulariter fideles semper confiteantur aliqua venialia, Sacerdos absoluendo illa directè, absolveret etiam mortalia (si Papa non dat iurisdictionem) indirectè. Nec in tali casu peccaret Confessarius, quia omitteret opinionem probabiliorem: nam ex dictis supra, qui operatur iuxta opinionem probabilem, reprehendi iure non potest. *part.2 tr.13. res.2* prope finem. *par.3. tr.2. resol.3. §. Ex his, & part.4. tr.4 resol.4.* Ex quibus patet, non fore invalidam absolutionem censuratorum, & reservatorum traditam virtute Iubilæi ex opinione probabili, sed falsa: licèt is non consequatur Indulgentiã. Nam supradicta de opinione probabili fallunt in indulgentiis, vt dictũ est *verb. Indulgentia, n.21. p.3 tr.4. res.153. §. Certum.*

Et multò magis quãdo est quæstio de iurisdictione Cõfessarii.

9 Adverte hic, ex Sancio *in select. disput.8.* licere etiam in morte sequi opinionem probabilem, relictam tutiori. Nam non minus tenetur homo Deum non offendere in vita, quàm in morte. Et non minùs tutum est, sequi vnam opinionem, quam aliam. Sed oppositum videtur docere Sanchez *summ. tom.1. l.2. c.1. n.6. p.2 tr 13. res 9.*

Quæ omnia vera sunt tam in vita, quam in articulo mortis.

10 Cæterum, quando varietas opinionum versatur inter Superiorem & subditum, probabilior opinio docet, subditum teneri obedire: quia tenetur obedire, quoties potest absque peccato, vt in tali casu supponimus. Ita Salas *in 1. 2. tr.8. disp.vn. sect.8. n.6.* & alii multi. Sed Sancius *select. disput 33.* Palaus *tom.1. disput.2. punct.6. n.5.* & alii docent, quod quando subditus habet opinionem probabilem, quod præceptum sit illicitum, vel extra superioris iurisdictionem, potest non obedire: quia vnicuique fas est sequi opinionem probabilem. Et deinde quia in tali casu vocatur in dubium superioris facultas, qui nec stat in possessione: cũ nunquã fuerit in possessio-

At subditus tenetur sequi opinionem probabilem superioris præcipientis, etiam habeat probabilem opinionem in contrarium.

ne præcipiendi illicitum, vel suam iurisdictionem excedens. Ad argumentum in contrarium respondent, superiorem habere ius præcipiendi, quod certè, & indubitanter est licitum, vel quãdo subditus habet solùm dubium de honestate præcepti, aut iurisdictione, non autem, cũ habet probabilem opinionem. (Imò Vasquez *in part. 2. disp. 62. cap. 8. & disp. 66 c. 6. n. 51.* idem docet in casu dubii, quod ipse approbo, si dubium sit de potestate Prælati, vel in controversia de honestate præcepti subdito ex obedientia damnum aliquod immineat. Vel si eodem dubio laboret Prælatus, *part. 4. tract. 3. resol 8. & 9.* Docet etiam Palaus *ibid. n. 7.* quod si est opinio probabilis, quòd Superior non sit legitimus, quia non est electus, &c. subditus non tenetur obedire, quia de eius possessione probabiliter dubitat. Contrarium docet Sanchez *sum. to. 2 lib. 6 c 3 n 19.* Sed vtraque opinio est probabilis. Ex his autẽ infert Sãcius *vbi suprà*, non posse Superiorem iustè subditũ punire ex probabili opinione non obedientem, quia non obediendo non peccat, ac proinde non meretur pœnam. Sed prima opinio est communior, & probabilior. Vide *verb. Excommunicationis, n 64 part. 1. tr. 13. resol. 10. & part. 4. tr 4. resol. 31.* In dubio de iustitia tributi probabile est vasallos posse illud fraudare. Vide *verb. Gabellas fraudare, p.*

In conflictu opinionum circa iurisdictionem inter iudices, laicus est comperens, quia maior. Et generaliter semper amplectenda est quæ favet Ecclesiæ, etiamsi sit contra communem, idque in favorem Religionis, & libertatis Ecclesiasticæ. Ita Iason *l. ficeliusfamilias § divi. ff. de leg 1. numero 81. contra com* ex cap *fin. de sentent & re iud.* & ex l. *sunt personæ. ff. de Relig. & sumpt. funer.* & Rota Romana *in una Venetæ anno 1606.* Vel saltem, si dubium sit, an statutum sit, vel non sit contra immunitatem Ecclesiasticam, consulatur Summus Pontifex, vt docuit Carolus Imperator apud Granadum *in cap. memoriam 19. dist.....part. 5 tractat. 1 resolut. 23. §. Igitur. & part. 7 tractat. 10 resolut 5.* Item eligenda opinio quæ favet validitati matrimonii & professionis *part. 10 tract. 13. resolutione 19.*

ORACVLA.

1 ORacula vivæ vocis concessa Regularibus, ablata sunt ab Vrbano Octavo 1o. Decemb. 1631. quidquid alii dicant, *part. 9. tr. 7. res. 61.* — *Oracula sunt ablata.*

ORARE.

1 ORare publicè pro excommunicatis non toleratis non licet, pro toleratis, dubium est, de quo vide *verb. Excommunicationis à n. 1.* — *Orare pro excommunicatis, an liceat*

2 ✠ Oratio in peccato mortali tanquam à persona privata, non suffragatur animabus Purgatorii. ✠ At si sit ab Ecclesia instituta, vt Officium Defunctorum, Horæ Canonicæ, Pater noster, &c. prodest: quia hoc ipso quòd Ecclesiam illam instituit, Deo grata est, & Ecclesia pro omnibus suis membris viuis Deo offerri voluit. Ita Navarra *de resti. lib. 2. num. 254.* licet alii probabiliter contrarium sentiant. *parte 5 tr 14 res. 79.* — *Orare in peccato pro Defunctis an illis prosit*

3 Qui notabili tentatione carnis, vt grauiter affligitur, tenetur orare, & auxilium Dei implorare. Quòd si non oret, & tentationi succumbat, peccare duplicitèr, putat Sancius *in select. disp. 11. numero 19. 20.* scilicet contra Religionem, & castitatem. Sed placet opinio contraria, nam obligatio orandi in tali casu est per accidens, sicut in multis casibus per accidens obligat actus amoris Dei; in quibus tamen illum omittere, non est specia- — *Et an ad vincendã gravem carnis tentationem teneamur orare.*

speciale peccatum distinctum ab eo, ad quod vitandum requirebatur, vt benè advertit Tannerus *in 2.2. disputat 2. quæstione 4 dub.4.num.83 part.3. tract.5. resp.16.*

4 Filius tenetur orare pro patre defuncto, vt à pœnis Purgatorij citius liberetur. Diana *p.9.tr.9.res.60.*

Filius tenetur orare pro anima patris.

5 Non est obligatio orandi vocaliter in singulis, aut sciendi memoriter orationem dominicam, vel salutationem angelicam *p.10.tr.3.res.44.*

ORATORIVM.

Diffinitio Oratorii.

1 ORatorium propriè est locus aptus ad orandum. Angelus, & alii, quod duplex est, publicum scilicet & privatum. Privatum est illud, quod est in privatis domibus in angulis earũ, in quo oratur, & non habet campanam, neque ostium patens in via publica, & nutu fundatoris potest ad vsum profanum reduci. Barbosa *part.9.tractat.1. resolut.1.*

Absente Domino tota familia potest audire Missam.

2 Possunt audire Missam in Oratorio privato, non solùm Domini soli, sed etiam tota familia absente Domino, Novarius *ibid.res.2.* Vnde audiens Missam in tali Oratorio, & non sit de familia Domini, peccat mortaliter, si aliam non audiat in festivo, vt præcepto satisfaciat; secus autem de Oratoriis Episcoporum, Regularium, & ex privilegio Bullæ Cruciatæ. Zanettus. Quintanadu. *ibid res 3.*

Non autẽ cæteri.

Habens Bullã Cruciatæ quocumque tempore satisfacit.

3 Habens Bullam Cruciatæ in Sicilia, Hispania, &c. satisfacit non solùm audiendo Missam tempore interdicti, verum etiam quocunque alio tempore Rodriquez *ibid.res.4.* & talis potest vltra privilegium celebrare facere plures Missas in suo Oratorio. Pater Bardi *ibid. resol.5.*

Commensales gaudent privilegio audiendi Missam.

4 Viventes suis expensis in domo patroni Oratorii. & non sunt commensales, non gaudent privilegio audiendi Missam. Bardi, & alii. Mater quæ in eodem Palatio commoratur, & non est commensalis, tamen solet filiam comitari ad Missam, gaudet hoc privilegio. Molfesius *ibid.res.6.* tamen gaudent existentes extra domum, Domini expensis: qui potest etiam alium sacrum audire, vt absentes, qui in prima non interfuerunt aliam audiant, & si nõ esset aliquis privilegiatus, vt sacro respondeat. potest alium non privilegiatam pro ea functione eligere *ibid res 27.*

Et alii.

Cogitandũ est circa Bullã Cruciatæ in materia ministrandi Sacramentum Eucharistiæ à Regularibus.

5 Regulares in Oratorio privato ministrare Sacramentum Eucharistiæ possunt. Baunius & alii *ibid resol.8.* Circa privilegium Bullæ Cruciatæ (stante decreto S. Congregat. in materia ministrandi Eucharistiam a Sacerdotibus sæculatibus, quamquam alii dicant posse hoc fieri.) Tu cogita. *ibid resol.9.* Tamen privilegium patrono concessum cum sit gratia personalis, extenditur vbicumque patronus reperitur, itaque potest Oratorium dirigere in alia Civitate, & si nominatio loci in privilegio taxat locum particularem, intelligitur demonstrativè, non taxativè. Aymon. *ibidem resol 7.*

Nominatio loci intelligitur demonstrativè, non taxativè.

6 Episcopus, iniustè denegans approbationem Oratorii patrono, qui benè potest vti suo privilegio, potius compellendus est per Superiorem propter approbationem, quam vti privilegio ad faciendum celebrare. Lezana *ibid resolut.10.* & debent observari rubricæ Missalis pro decenti ornatu Oratorii ad celebrationem *ibid resolut.11.* Nec opus est nova approbatione Episcopi novi Oratorii, si patronus aliam domum pro habitatione eligat, dummodo ornatus ille, quo vsus fuit in primo Oratorio collocetur. Quintanad *ibid. resol.12.*

Compellendus est Episcopus pro approbatione privilegii.

Dies prohibiti vide infra.

6 Dies prohibiti celebrationis in Oratorio privato, sunt prima dies tantum Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, Epiphaniæ, Annunciationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ, SS. Petri, & Pauli, & Omnium Sanctorum, & si quis in istis diebus Sacrum audiat in Oratorio privato, non satisfacit. Garzias *ibid. resol 12.*

8 Per Bullam Cruciatæ potest celebrari

Possunt celebrari plures Missæ.

brari facere plures Missæ in diebus per breve prohibitis, in Oratorio privato, sed tu cogita verba Sacræ Congregationis in *resolut.* 6. posita, Diana. *ibid. resol.* 14.

Intelliguntur ad Sacramentorum administrationem.

9 Verba in privilegio apposita (sine tamen iurium Parochialium præiudicio) intelliguntur in his, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, idest, facere solitam eleemosynam, dare pacem, &c huiusmodi. Molfesius *ib. res.* 15.

Pro utrisque intelligitur.

10 Licentia pro Sacerdote celebrante in Oratorio intelligitur tam de sæculari, quam & Regulari. Pellizz. *ibid. resolut.* 16.

Mortuo patrono spirat privilegium.

11 Privilegium Oratorii privati, concessum alicui, vita sua durante, non extenditur ad hæredes, sic etiam privilegium concessum matri, ita vt filia eodem gaudeat matre absente, spirat mortua matre, contra Pellizzarium. *ibid. resolut.* 17.

Oratorium Regularium gaudet immunitate Ecclesiastica non autem sæcularium.

12 Non gaudet immunitate Ecclesiastica Oratorium privatum, tamen gaudet illud Regularium, quatenus est in Claustro, vel in grangia, quæ tali immunitate gaudent, non vt Oratorium vatum, sicut etiam gaudet constructum ab Episcopo, vt perpetuo duret destinatum ad cultum divinum. Bordon. *ibid. resol.* 18.

Non committit sacrilegium fornicans in Oratorio privato.

13 Fornicãs in Oratorio privato non committit sacrilegium, nec talis circumstantia est in confessione aperienda. Pellizzar. *ibid. res.* 20.

Episcopus potest concedere licentiam celebrandi in Oratorio seiuncto à domo.

14 Privilegiatus infirmus, vel carcere detentus, si in diebus festivis Ecclesiam adire impotens, non tenetur Missam in Oratorio privato audire, Escobar. *ibid. res.* 19.

15 Oratorium ostium patens extra domum habens, ita vt penitus sit a domo seiunctum potest Episcopus licentiam concedere, vt in illo Missæ celebrentur absque facultate Sedis Apostolicæ. Naldus: imò in isto Oratorio possunt tantũ audiri à Dominis solis clausis ianuis Pasqualigus. *ibid. res.* 21.

Licentia ordinaria.

16 De licentia Sacerdotis celebrantis in Oratorio, intelligitur de ordinaria celebrandi tam sæcularis, quam Regularis Pellizzar. *ibid. res.* 16.

Non transit ad hæredes.

17 Privilegium concessum alicui Oratorii privati vita durante cui concessum est, & non transit ad hæredes: sic etiam privilegium concessum matri, vt filia gaudeat absente matre, mortua matre cessat. Diana & alii, *resolutione* 17.

Oratorii Regularii gaudet vt claustri.

18 Oratorium privatum non gaudet immunitate Ecclesiastica, nec Regularium, vt Oratorium, sed nomine claustri, vel Grangiæ, sicut constructum ab Episcopo, vt perpetuo duret destinatum ad cultum divinum. Bordon. *resolutione* 18.

Privilegiatus impeditus non tenetur Oratorium adire.

19 Non tenetur privilegiarus in diebus festivis si Ecclesiam adire non poterit, vel infirmus, vel in carcere existẽs Missam in Oratorio privato audire. Escobar *res.* 19.

Fornicatio in Oratorio non est sacrilegiũ.

20 Non committit sacrilegium, qui in Oratorio privato fornicatur, nec talis circumstantia est in confessione aperienda. Pellizzar. *res.* 20.

Potest Episcopus absque licentia Papæ.

2 Oratorium, quod ostium habet patens extra domum, quod penitus est seiunctum à domo, potest ab Episcopo concedi licentia, vt in vllo Missa celebretur absque facultate Sedis Apostolicæ. Naldus, imò in isto Oratorio possunt audiri tantum à dominis, & celebrare facere clausis ianuis. Pasqual. *res.* 21.

Concessum in vna non extenditur in alia Ciuitate.

22 Privilegium concessum erigendi Oratorium in domo existente in Ciuitate, non extenditur, vt in alia erigatur, quia, vt sic duo, & non vnum dicerentur, quod non intelligitur de Oratoriis Episcoporum, qui vbique sint, possunt erigere etiam extra Diœcesim. Diana. *resol.* 22.

Durante Bulla durat & privilegium.

23 Vigore privilegii Bullæ Cruciatæ possunt haberi Oratoria privata ad celebrandum, vel celebrare faciendum, non solum tempore interdicti (dummodo causa non fuisset) verum etiam in alio tempore durante Bulla Palaus *res.* 23 attamen Commissarius Cruciatæ non habet facultatem concedendi licentiã, nec audiendi, nec celebrandi Missam

Commissarius Cruciatæ non potest concedere oratoria priuata.

in

in Oratoriis priuatis, Gorgias, & alij. *resolut.* 24. habens Bullam Cruciatæ potest in Oratorio priuato accipere Eucharistiam in die Paschatis, dummodo non sit pro annuo præcepto, quia hoc modo debet esse de licentia Parochi Duard sed hoc non est deducendum in praxi. *resolut.* 5. vnde designatio Oratorij priuati per Bullam Cruciatæ tempore interdicti quamquam ab ali Episcopo possit fieri; tamen melius est, vt fiat à Diœcesano. Pellizzar *resolut.* 16.

Nomine domesticorũ intelligũtur vxores & qui extra domũ aluntur à dominis.

24 Nomine domesticorum gaudentium priuilegio audiendi sacrũ in Oratorio intelliguntur non solùm domestici cum domino habitantes. verũ etiam ij, qui extra domum à domino suis expensis aluntur; imò & Dominus potest alio sacro interesse in gratiam famulorum, qui abierant, & Sacerdos priuilegiatus potest inuenire laicum, vt Missæ inseruiat, etiam si sit alius priuilegiatus. Dian. & alij *resolut.* 27.

25 Consanguinei nominati in priuilegio Cruciatæ, non solum intelliguntur ascendentes & descendentes vsque ad quartum gradum, verum & coniuges, & satis est si sint consanguinei etiã existentes extra domum: omnes isti gaudent priuilegio. Bord. *resol.* 28.

Oratio dicẽda est arbitrio orantis.

26 Quoad orationem dicendam in Oratorio iuxta verba Bullæ satis est vocalis, vel mentalis, & in ea quantitate dicentis arbitrio. Suarez & alij pro lucrandis Indulgentiis, pro visitare prædictum Oratorium. Diana. *resolutione* 29.

Per horam ante lucem & post meridiẽ potest celebr.

27 Dispensatio in hora celebrandi facta à Commissario intelligitur per horam antequam lucescat, & per eandem post meridiem. Palaus *resolut.* 30. acquirit Indulgentias quis, si quinquies visitaret dictum Oratorium, virtute Bullæ Cruciatæ, & nomine Oratorij intelligitur Altare, & non Ecclesia, vel Oratorium Machad. *resolut.* 31.

Generales Prouin. ales possunt erigere O.

28 Generales, & Prouinciales Regularium possunt erigere Oratorium absque licentia Episcopi pro celebratione Missarum, etiam à Sacerdotibus sæcularibus; dummodo ad cultum diuinum sit deputatum. Marchinus & alij. *resol.* 32. idem possunt facere in eorum Grangiis, & ibi etiam Sacerdotes sæculares celebrare facere, quæ oratoria gaudent immunitate Ecclesiastica, dummodo sint benedicta, vt dictum est, & possunt admittere nonnullos suos benefactores & administrare eorum familiaribus Eucharistiam monasterio existentibus; quoad reconciliationẽ, vel benedictionem pertinet ad eorum superiores, & prædicta oratoria possunt erigere in locis recreationis, etiam si campana pendeat à Turri. Lezan. & alij *resolut.* 33.

Oratorium etiam in Grangijs.

Reconciliatio, & benedictio pertinet ad eorũ Superiores.

29 Possunt Regulares vti Altari Portatili extra Monasterium & Grangies, & in Hispania aliqui Religiosi in eorum Camera solent celebrare facere, sed regulares minimè hoc priuilegio vtuntur, vt magis modestè se gerant, Dian. & alij *resolut.* 34.

Regulares possunt vti altari portatili.

Oratoria priuata Palatij, iustitia sunt ab lata, sed nõ capella carcerũ.

30 Oratoria priuata Palatij vbi negotiatur, & iustitia exercetur intelligũtur ablata per Decr. Pauli V. sic respondsum fuit à S. Congr. 14. Nouemb. 1648. Ioann. Vall. (capella verò publicarum Carcerum non comprehenditur) S. Cõgregat. vnde Sacerdotes, tam sæculares, quam Regulares puniri possunt ab Episcopo, si in dictis oratoriis celebrent; ead. S. Congreg. *resolut.* 35.

Episcopus potest in suo Palatio erigere vnũ oratoriũ vt in rurali & vti altari portatili.

31 Episcopus absque licentia Pontificis potest in suo Palatio erigere oratorium, vt in eo non solum in infirmitate, verum etiam aliouis tempore celebrare faciat, Faustus *resolut.* 36. vnum tantum oratorium in suo Palatio erigere possũt. *resolut.* 37 possunt benè in Palatio rurali vti Altari Portatili ad celebrandum, Auersa; & oratorium pro oratione, & non celebratione non potest Episcopus visitare: potest tamen accedere ad vidẽdum si aptum est orandi vel non, & potest illud destruere; cùm non sit iuxta formam iuris *resolutione* 38.

Potest videre oratorium, non visitare.

Et etiã in aliena Diœcesi nõ autem in vrbe.

31 Episcopus in aliena Diœcesi potest in suo Palatio in altari portatili celebrare, sed non per alios; non autem in vrbe, Sanchez. & alij. *resolut.* 39. dicta circa E-

piscopos in istis ritibus resolutionibus non sunt derogata per Concil. Tridentin. Præpos. & alij §. *Verum his.*

Mortuo Episcopo familiaris non gaudet priuilegio.

33 Mortuo Episcopo familiares nō possunt audire Missam in oratorio Palatij Episcopalis, sed Palatiū gaudet immunitate Ecclesiastica, cont. Pelliz. *resol.* 40. sic etiam eo absente non possunt audire sacrū dicti familiares: De Cardinalibus alia est ratio. Portell. & alij *resol.* 41.

Solus Pontifex potest concedere Oratoriū.

34 Solus Pontifex concedere potest licentiam ad habendum oratorium priuatum iuxta Concil. Trident. Cum Episcopis talis facultas ablata sit 10. Martii 1615. 1616. ab Arb. VIII. *resol.* 41. Sed possunt in aliquo casu ex iusta causa dispensare vt celebretur in Altari portatili in aliquo Palatio. Auer *resol.* 43.

Aliqui casus, in quibus potest Episcopus dispensare.

35 Aliqui casus, in quibus Episcopus potest dispensare, vt extra Ecclesiam celebretur. Primò in classi Maritima si commodè id fieri possit. Secundò in classi, vel exercitu terrestri sub tentoriis. Tertiò in Camera alicuius personæ per illustris ad audiendum sacrum, vel cōmunicandum. Quartò in aliquo palatio, vbi Dominus primam Missam non audiuit, vel præsente corpore defūcti plures Missas celebrare faciat: sed hoc non est permittendum *resolut.* 44. tempore pestis non solum in oratoriis, verùm etiam in publicis viis in triremibus, si Ecclesia est diruta, vel propter magnum concursū populorū, & in naui magna cū maxima tranquillitate maris; sed hoc est prohibitū a S. Congregat. Rituū *resol.* 45. in dictis casibus semper est securius petere licentiam ab Episcopo dummodo necessitas non adsit, & Episcopus adiri non possit: licentia verò celebrandi concessa Sacerdotibus danda est intra Diœcesim. Suarez & alij *resolut* 46.

In classi maritima. Terrestri Camera

Tempore pestis.

In publicis viis, in triremibus.

In naui cū tranquillitate.

Gaudent Episcopi Titulares.

Sed qui habent iura pontificalia vel Abbates.

36 Hoc etiam priuilegio gaudent Episcopi Titulares extra Vrbem vt possint in suis Palatiis habere oratorium priuatum stando in rigore iuris *resol.* 47. Vnde Prælati habentes iura Episcopalia, & Abbates non possunt habere tale oratorium, nec etiam Vicarius Capitularis. Cardinales verò ex tacito consensu Papæ *resolut.* 48.

ORDINARIVS.

1 ORdinarij nomine veniunt Cardinales in Ecclesijs sui tituli. Navarrus. Sanchez. 2. Legati Pontificis in sua Prouincia; possunt enim, quod etiam Episcopus. Sanchez; Coninch. 3. Capitulum sede vacante, eiusque Vicarius, DD. citati 4. Abbas Ecclesiæ exemptæ. Henriquez. Ledesma. Sanchez. 5. omnes habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, DD. citati. Dubium verò est an sub hoc nomine veniant Cōmendatarij Ecclesiarum iura Episcopalia habentium, propter declarationem pro negatiua adduci solitam, quæ tamen videtur multis esse suspecta. *p. 11. tr. 3. res 3. res 35.*

ORDO.

1 † ORdo est Sacramentum nouæ legis, quo homines aliqui in Dei ministerium, spirituali potestate tradita, deputantur. Est Sacramentum necessarium toti Ecclesiæ, sicut Matrimonium, non tamen singulis ad salutē. Septem numerantur à Theologis; Ostiariatus, Exorcistatus, Lectoratus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus & Presbyteratus. Ex quibus primi quatuor dicuntur non Sacri, reliqui tres Sacri. Nam etsi omnes sint Sacri peculiariter dicuntur ratione materiæ, circa quam, vt ait D. Thomas 3 *part. quæst.* 37. *art.* 3. Prima tonsura non est Ordo, sed ianua, & dispositio ad Ordines. In iure adduntur alij duo, Psalmistatus, & Cantoratus, qui tamen non sunt propriè Ordines. An Cardinalatus sit Ordo, vide *sub eius nomine num* 2. * Fornarius tamen *de Sacram. Ord. cap* 8. tenet primam tonsuram esse Ordinem, tum quia in cap *cum contingat, de etat. & qualit. ordin.* dicitur per primam tonsuram conferri Ordinem Clericalem, & talem eā vocat

Ordinis definitio.

Necessitas.

Et species.

An prima tonsura sit ordo.

vocat Alcuinus *de diu. Offic* 35. & Sixtus V. in motu proprio 1588. vocat caracterem Clericalem, tum etiam quia Tridentinum prohibet Episcopis aliquid sumere pro collatione Ordinum etiam primæ tonsuræ *in sess.* 21. *cap.* 1. *de reform.* Sed his non obstantibus, non est recedendum a Theologorum communi, quam etiam approbat ius Canonicum *in Cano. seriatim dist. nct.* 32. & alibi, vbi Ordines maiores, & minores enumerans, tonsuræ non meminit, & Tridentinum, sicut etiam Pontificale Romanum, ab omnibus Ordinibus illam distinguit *in sess.* 23. *cap.* 4. 5. 6. 11 12 & 13 *de reform.* Et ratio est, quia tonsura non confertur per traditionem alicuius materiæ, id quod Concilium Trident. ad essentiam Ordinis requirit. Argumenta autem adducta non probant, quia illæ appellationes solum significat, tonsuram esse gradū Ecclesiasticū, & exaltationem supra statū laicalem, aut destinationem ad statū Clericalem. Episcopus verò prohibetur aliquid pro eius collatione recipere, quia est quid spirituale, & sic tenet Bauny *tr.* 7. *quæst.* 3. *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 29. & *part.* 10. *tr.* 24 *resolut.* 14.

ORDINIS
Materia.

Quæ sit materia Sacerdotij?

1 MAteria ordinum non fuit a Christo instituta in specie. *part.* 10. *tr.* 14. *resolut.* 14. Determinata autem ab ea Ecclesia Latina pro Sacerdotio est duplex, traditio calicis cum vino, & patenæ cum hostia, & impositio manuum. Vtraque secundùm Bellarminum *de Sacram. Ord. lib.* 1 *cap.* 9. & alios, essentialis, partialis; & prima quidem ad potestatem consecrandi, secunda verò ad potestatem absoluendi ordinata. Secundum Valentiam *tom.* 4. *disput.* 9. *quæst* 1. *punct.* 5 & alios sola calicis traditio est materia essentialis, impositio verò manuum solum sacramentale ex præcepto adhibendum. Vtraque opinio est probabilis *parte* 3. *tractat.* 4 *resolut.* 187. Si autem detur tantum patena cum hostia, vel tantùm calix cum vino, aut hostia & calix sine vino, vt contigit his temporibus in Hispania ex incuria Magistri Cæremoniarum non apponentis vinum in calice, Sacramentum esse nullum, & iterandum. Ita Villalobos *tom.* 1. *tractat.* 11. *diff.* 4 *num* 1. cum aliis, contra Henriq. *lib.* 10. *cap.* 6 *n.* 1. cuius opinionem probabilem existimans, docet, in tali casu iterandum esse sub conditione. *part.* 4. *tr.* 4. *resol* 119. * Sed in *part.* 3. *tractat.* 4. *resol.* 186 opinionem Henriquez amplexus erat * Et ratio est, quia quamuis consistat consecratio solius panis, aut solius vini, quarū vtraq; habet specialē formam, vt peculiares vnctiones, &c. non tamen consistit potestas consecrandi solum panem, aut solum vinum, quia nec vtraque per vnicam traditionē sub vnica forma confertur; & præterea non videtur subsistere posse potestas iure diuino collata, quæ stante eodē iure diuino exire nō possit in actum sine peccato; & tamen huiusmodi potestas talis esset, quia non potest vna sola species, saltem secluſa dispensatione Pontificis, consecrari: nec dici potest, quod per traditionem solius calicis cum vino, aut solius patenæ cū hostia tradatur potestas conficiendi Sacramentū perfectum; quia traditio vnius materiæ partialis solū designat potestatem circa illam, & sic tenet nouissimè Auersa *de Sacram. Ord. quæst.* 2. *sect.* 8. contra Instruct. *Hispal part.* 5. §. 6. *n.* 6. *part.* 6. *tract.* 8. *resolutione* 22.

Diaconatus.

2 Materia Diaconatus secundùm Sylvium *in* 3 *part quæst.* 37 *art.* 2. *quæst.* 3 est traditio libri Euangeliorum, & impositio manuum Secundum Nugnum *in* 3. *part. tom.* 2. *quæst.* 37 *art.* 5. sola traditio libri. Vtraque opinio est probabilis, *part.* 3. *tr.* 4 *resol* 188. Materia Subdiaconatus ex Filliucio *tom.* 1. *tr.* 9. *cap.* 2. *nu.* 45. est duplex, traditio calicis vacui cum patena superposita, & traditio libri Epistolarū, ex paritate rationis cum traditione Euangeliorum in Diaconatu. Sed dicēdum cum Coninch *de Sacrā. disp.* 20. *dub.* 6. *n.* 69. solam traditionē calicis esse materiam necessariam, & cum Henriquez *lib.*

Subdiaconatus?

lib.10.cap.5.gloss.lit.F. calicem non debere esse necessariò consecratum *part.3.tr.4.resol.189.* * Materia Acolytatus est traditio candelabri cum cereo, & vrceoli vacui. Lectoratus, libri Prophetiarum. Exorcistatus, libri Exorcismorum. Ostiariatus, clauium cum cymbalo. Filliucius *tom.1.tract.9.cap.2.* ✝

Et aliorum Ordinum?

Realis contactus materia nõ est essentialis Ordini.

3 Omnis autem traditio, quæ est materia proxima Sacramenti Ordinis, de necessitate præcepti Ecclesiastici esse debet cum reali contactu suscipientis. Imò Faber *in 4 dist.24.quæst.1. disput.1. cap.4.n.121* & alij volunt, hoc esse de necessitate Sacramenti. Sotus verò Sacerdotalem Ordinem suscipientem debere quidem vult tangere necessariò calicẽ, non autem alia. Sed ego cum Bonacina *de Sacr.disp.8.q.vn.punct.5.nu.10.* existimo, in nullo Ordine realem contactum materiæ esse de essentia Sacramenti. Nã benè tradi potest, & accipi cum solo cõsensu aliquo signo explicato: sicut verè accipimus equum, nummos, & alia, non illa tangendo, cum solo signo acceptiuo. Posita autem contraria sententia, benè docet Nugnus *in add. ad 3 part to. 2.quæst.24.art.5.diff.1.* non esse necessarium, quod Diaconus tangat hostiam, sed solam patenam, sicut calicem in quo sit vinum; nam sicut vinum est in calice, sic hostia in patena. Et sanè in rebus humanis, quando eorum, quæ traduntur, vnum est in alio, non solet specialiter tangi *part.2.tr.16.resol.3.* & *part.3.tr.4.resol.185.* Et ita tenet nouissimè Bauny *part.1.tr.7.quæst.4.n.12.* quia tamen hæc doctrina non est certa, & in Sacramẽtis quæri debet omnimoda securitas, curandum est, vt tam calix, quam patena immediatè tangantur, idque sub mortali. *part.6.tr.8.resol.19.* Quibus non obstantibus.

Debet tamẽ in Presbyteratu tangi tam calix, quã patena.

Et an debeat physicè cũ materia coexistere? Aliàs Ordo iteratiè

nimirum significatur imperatiuo quodam modo, tradi potestas singulis accõmodata. * Equidem proferri debet simul cum materia, si multare tamen morali, vt diximus de Baptismo *verb.Baptismi,n.27* Ita Granado *in 3.part.controv.9. tr.1.disp.6.num.16.* Qui tamen putans, contrariam sententiam Caietani *in opus. tom.1.tract.26.* esse probabilem, censet minores Ordines, nec non Subdiaconatum, & Diaconatum, absque physica simultate collatos, quia non sunt admodum necessarij, omitti posse: Presbyteratum verò, & Episcopatum (* quamuis ex errore dicatur, Diaconatum *,) vtpote sacratiores, & magis necessarios, ac proinde maiorẽ certitudinem requirẽtes, iterandos esse sub conditione. *part.5.tractat.13.resol.48.*

Sicut generaliter, quãcunque Ordo sit dubius?

5 Et generaliter, quoties pro validitate, & inualiditate Ordinis adsunt rationes probabiles, iterari posse, ait Granadus *n.2.* sub conditione; Episcopatũ verò, & Presbyteratum etiam debere, ne Episcopus, aut Presbyter periculo nõ ordinandi, non consecrandi, non absoluendi se exponat, cum maximo fidelium detrimento. Id verò non procedere in inferioribus Ordinibus. Vide *verb. Abbas n.6. in fine part.5.tract.13. resolutione 47.* & *93.* §. *Quoad secundum.* Sed aduertant hic scrupulosi, aliud esse opinionem, & dubium, aliud scrupulum; nec statim ac quis timet, se vasa sacra verb. gr. non terigisse, debere iteratò suscipere: multa enim obliuiscimur, quæ reuera præstitimus. *resolut.47.cit.in fine.* Si autem omnino prætermissa tonsura, ordines quis suscepisset, Syluius adhuc tonsurandum inquit, *verb.Ordo,num.2.* Fabris vero *de Sacr.Ordin.cap.4. quæst.13.* negat, quia tonsura non est de necessitate Sacramenti, sed præcepti. *part.6.tr.8.resolutione 29. in fine.*

ORDINIS Forma.

Ordinis forma, quæ?

4 ✝ OMnium Ordinũ forma illa est, *Accipe potestatem*, &c. qua

ORDINIS Subiectum.

Ordinis

6 * SVbiectum Ordinis homo solus est,

subiectum homo, cum certis conditionibus.

est, sed non omnis; nam iure diuino arcentur fœminæ, & non baptizati, iure autem Ecclesiastico bigami, homicidæ, cæci, muti, & omnes irregulares. Vt Ordo sit validus, requirit præter materiam & formam intentionem tam Ministri, quàm suscipientis. Vt verò licitè recipiatur, requiruntur in suscipiente multa alia. Nimirum ætas, Litteræ dimissoriæ, Examen, Titulus, Gradatio, Interstitia, Tempus, Locus, & Status in gratia.* Toletus præterea *lib. 1. cap. 71. num. 6.* requirit Confirmationem, ita vt si non confirmatus Ordines suscipiat, peccet mortaliter, & fiat irregularis. Sed nullũ extat præceptum in iure tantam obligationem imponens, nec Tridentinum *sess. 22. cap. 4.* verbis adeò strictis vtitur; sed solùm consulit Episcopis, vt non cõfirmatos non promoueant. Tam igitur suscipiens, quàm conferens Ordinem ante Confirmationem, peccabit venialiter. Ita Sotus *in 4. distinct. .... quæst. vnic. art. 8.* & alij *part. 2. tractat. 16. resolutione 4. & part. 3. tractat. 4. resolutione 24. §. Notandum etiam.*

Idest eũ certa ætate.

7 Igitur primò in ordinando requiritur ætas. Quæ in prima tonsura, & tribus minoribus Ordinibus est septennium completum. In Acolytatu duodecimus annus completus. In Subdiaconatu 22. in Diaconatu 23. in Presbyteratu 25. omnes incepti. (Denique in Episcopatu trigesimus annus. Vide *verb. Episcopus, num. 3.*) Et quidem secundùm Pontium *lib. 7. cap. 65. num. 1.* non datur paruitas materiæ, vnde si dies, vel hora deficiat, actus vitiatur. Nec valere illã regulam. *Quod parum distat, nihil distare videtur,* vbi totum præceptum consistit in seruanda integra materia; vnde qui nocte Iouis statim post signum mediæ noctis ederet carnes, non excusaretur ex paruitate materiæ. Sed ipse existimo cũ Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1 dub. 33. num. 6.* quod si vltimus dies ætatis sit inceptus, potest quis ordinari etiam antę aliquot horas; quia in fauorabilibus dies cœptus habetur pro completo. *l. qua ætate. ff. de testament. part. 2. tractat. 16. resolut 27. & part. 5. tractat. 3. resolutione 17.*

In qua datur paruitas materiæ.

Et sufficit, quòd vltimus dies sit inceptus.

Et probabile est in ætate ad Ordines non esse computandum diem intercalarem anni bissextilis *part. 10. tractat. 11. resolutione 67.*

8 Qui verò ante legitimam ætatem ordinaretur, incurreret suspensionem, & celebrando, irregularitatem, ex Extrauag. Pij II. *Cum ex sacrarum, resol. 27. ætat. & p. 11. tr. 4. res. 7.* Sed nota primò, hanc suspensionem non incurri ab Episcopo ante legitimam ætatem ordinato, vt patet ex ipsa Bulla, & ex regula generali, quo in legibus pœnalibus non includuntur Episcopi, nisi expressim, *cap. quia periculosum, quæst. 15. cap. 12. §. 3. num. 15 par. 5 tr. 10. resolut. 53. §. Notandũ est.* Secundò, non incurri ab ordinatis ante ætatem in minoribus; quia Bulla loquitur de maioribus, & in pœnalibus non fit extensio. Ita Riccius *part. 4. decis. 93. numero 6. part. 5. tractat. 10. resolutione 30.* Tertiò, nec ab ordinato in Sacris bona fide, aut ignoranter, ignorantia saltem inuincibili. Bonacina *de cens. disputat 3. punct. 5. §. 1. numero 2.* sit ego existimo cum Præpositio *in 3 part. quæst. vnic. de Sacram. Ord. dub. 17. num. 167.* & aliis, excusare etiam vincibilem, & crassam; quia Bulla lata est contra præsumentes. *part. 3. tractat. 4. resolutione 182. 192. & part. 5. tractat. 18. resolut. 32.* Tamen, qui vesperi ordines accepit, & mane antecedenti attingit ætatem potest ordinari, immò Episcopus potest dispensare, per tres, aut quatuor dies ante ætatem. Zanardus *part 9. tract. 9. resolut. 5.*

Ordinatus verò ante ætatẽ incurrit suspensionem.

Excipe, si quis ordinetur Episcopus.

Aut in minoribus.

Vel etiã Sacris ignorãter, & bona fide.

Potest Episc. dispensare per tres, vel quatuor dies ante ætatem.

9 An verò si is celebret adueniente mala fide, incurrat Irregularitatem; Respondeo cum Peyrino. *Priuil. Minim. tom. 1. Const. 1. Iulij II. §. 15. numero 19.* non incurrere; quia non celebrat cum suspensione, peccare tamen mortaliter, vt docet communis opinio, quamuis Ledesma *tom. 1. de Sacram. Ordin. cap. 7. concl. 1.* contrariam sententiam probabilem iudicet. Et quidem vera est, si talis celebrat post completam ætatem. In quo casu Corduba *cas. 144.* idem dicendum putat de eo, qui ordinatus est mala fide; qui si ante completã ætatem

Qui si postea sciẽter celebrat, nõ fit irregularis, licèt peccat mortaliter

bona fide celebraret, putans id sibi licere, non incurreret irregularitatem; quia ad hanc quoque requiritur dolus: immò magis, quia verbum *præsumpserit* absque vlla controuersia cadit super irregularitate. Ita Nauarrus *c.27. nu.156. resolutione 182. citat. § Sed difficultas, & part.5 tractat.10. resol.32. § Notandum, & resolutione 34.*

Sicut nec ordinatus mala fide celebrando cũ ipso Episcopo ordinãte. Quid de Diacono, & Subdiacono eidem assistentibus.

10 Qualicumque autem fide ordinatus ante ætatem, non incurrit irregularitatem, celebrãdo in ipsa ordinatione cum Episcopo; quia cùm celebrat, nondum est plenè ordinatus, cùm non dũ acceperit potestatem absoluendi. Ita Hurtadus *de susp. diff.13. n.36.* qui tamen incurrere patat Diaconum, & Subdiaconum assistentes Episcopo, & canentes Euangelium, & Epistolam, quia illorum Ordines supponuntur perfectè collati. Sed Suarez *disputatione 31. sect.1* idem docet de his, quem nouissime sequitur Mercetus *in 3 part. quæst. 24. dub. 7.* quia Ordinatio perseuerat vsque ad completum Officium *part.5. tractat.10. resolutione 37.*

Qui verò mala fide ordinatur ante ætatẽ ordinatus abomni Ordine quo reperitur insignitus.

11 Nota secundò, ordinatum mala fide ante ætatem secundum Nauarrum apud Villalobos esse suspensum, non solum ab Ordine sic suscepto, sed etiam ab aliis antea ritè susceptis, ex quadam Bulla Sixti V. Sed ego contrarium teneo cũ Henriquez, & Auila apud Villalobos *to. 1. tractat.18. diff. 11. num.2.* ex illis verbis Bullæ, *Si suspensione durante, in eisdem Ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant.* Nota illud, *in eis dem*, id est in malè susceptis, à quibus omnimum suspensi sunt. Sicut etiam iure antiquo suspendebantur ab executione solius Ordinis malè suscepti, *ex gloss. in cap consultationi, de temp. ordin.* & Tridentino *sess.14. cap 2. part.5. tract.10. resolutione 34.* & recitatiuè olim *part.3 tract. 4. resolutione 182. in fine.* Teneo etiam cum Suarez *disputat.42. sect 3. num. 2.* contra Nauarrum *lib.1. conf. 26. num.2.* suspensum ab Ordine inferiori, non fieri irregularem, si superiorem accipiat: quia id non est expressum in iure. *part. 4. tract.2 resolutione 92.*

Reseruatã secundũ aliquos Summo Pontifici.

12 Nota tertiò, suspensionem talis Bullæ secundùm Gutierez *qq. canon. lib. 1. cap. 26. num.21.* reseruatam esse Summo Pontifici. Sed cum Regularibus dispensare possunt eorum Prælati, vt docet Portellius *verb. Ordinis Sacri. suspensio. num.14.* Et idem docet de Episcopo quoad suos subditos Suarez *nu.32. par. 5. tract.10. resolut.31.* Et de Confessario per Bullam, Medina *lib.1. cap.11. § 8. ibid. resolutione 53. & part.4. tractat. 4. resolut. 115.* ¶ Nota tandem, dictam Extrauagantem latam esse etiam contra suscipientes Sacros Ordines extra tempora, aut sine dimissoria, de quibus infra, & de eodem modo philosophandum.*

Etiã in dubio an ætatem impleuerit.

13 In dubio, an quis impleuisset ætatem, non posset ordinari; quia præceptum de non ordinando ante ætatem stat in possessione, & est certum, quod proinde vincit ius dubium. Ita Sancius *disputat 23. num 6. part.4. tractat 3. resolut. 21. 5. Contrarium.*

Præterea ordinãdus ab alio, quã à proprio Episcopo, debet habere dimissoriam. Ab Episcopo. Capitulo. Vel Abbate superiori suo.

14 Secundò Regulares, & Sæculares ordinandi ab alio, quam à proprio Episcopo, debent habere dimissorias sub pœna suspensionis, de qua dictum est. *part.3 tractat.4 resolut.192. & p.11. tr.5. res.2.* Dimissoriæ autem Clerico sæculari concedi debent à proprio Episcopo, de quo infra, cùm de Ministro. Vel à Capitulo Sedis Vacantis, non tamen infra annum à die vacationis, vt prohibet Tridentinum *sess.7. cap* 10. sub pœna interdicti quoad Capitulum, & suspensionis, nec non priuationis fori quoad ordinatum. Sed nihilominus potest Capitulum infra annum concedere dimissorias præsentato à patrono laico ad suum beneficium. Ita Garsias *part.5. cap.7. nu. 93.* Item habenti facultatem Papalem suscipiendi Ordines à quocumque cum licentia proprij Ordinarij. Et potest facere testimonium idoneitatis. Ita Barbosa *de potest. Episcop. part.1 alleg.7. nu.14.* quamuis Moneta *de commut. cap.10. nu. 182.* referat vsum Curiæ Romanæ in contrarium *part.5 tractat. 10. resol. 46.* Possunt etiam suis subditis sæcularibus dimissorias concedere Abbates. Tamburinus *tom.2. disputat.2. quæst 7. numero 5. part.*

part. 4. tractat. 4. resolutione 147. in fine. Si verò conferant non subditis, incurrunt ipso iure suspensionem, ex decreto Tridentini *sess. 2 cap* 10. Quam Sayrus *de cens. lib. 4 cap. 13. num 5.* non benè extendit ad Abbates ordinantes alienos subditos. Ita Bonacina *tom. 3. disput. 3. quæst. punct. 11. n. 4. part. 5 tractat.* 10 *resolutione* 42. Regularibus autem concedere potest suus Prælatus, vt scilicet ordinentur ab Episcopo diœcesano, & eo absente, vel ordinationes non habente, à quocunque alio, ex priuilegio concesso Congregationi S. Benedicti Vallisoleti à Clement. VIII. & deinde Societati à Gregorio XIII. *part. 2 tractat. 16. resolutione 13.* cum ampliatione ad Nouitios, vt tradit Suarez *de Relig. tom 3. lib. 5. cap. 16. num. 17* Quæ ampliatio facta est ad tollendos scrupulos; nam absque illa iam comprehendebat Nouitios, cum hi gaudeant omnibus priuilegiis professorum *part. 3. tractat. 2. resolutione 7 & part. 5. tractat. 10. resolutione 43.* Idem autem est, ordinari absque dimissoria, & cum dimissoria falsa; minimè verò cum dimissoria vera, quamuis impetrata per fraudem. Vide *infrà num. 20.*

Et, si est Regularis, à suo Prælato

Tertiò examen litterarũ. In quo Episcopi cũ Regularibus possunt acquiescere fidei suorum Prælatorum.

15 Tertiò requiritur examen faciendum coram Episcopo de sufficientia litterarum, etiam quoad Regulares, vt docet Vasquez *in 3. part. tom. 5. disputat. 246. cap. 6 num. 55.* ex Trident. *sess. 23. cap. 12.* Sed obseruat Miranda *tom. 1. quæst. 39. art. 2.* deuotos, & prudentes Episcopos suam conscientiam cum conscientiis Prælatorum exonerare, omnimodam fidem testimonialibus eorum litteris adhibendo, quam nimirum adhibent vni Examinatori sæculari *part. 2. tractat 16. resolutione 2. § Sed prima parte 4. tract. 2. resol. 74. § Sed difficultas, & part. 5. tr. 10. resol. 40 in fine.*

Ad primã tõsuram requiritur, quod recipiens sciat legere. Saltè Italicè, & scribere.

16 † Sufficientia autem, quæ requiritur in prima tonsura, est quòd rudimenta fidei sciant, ac legere & scribere.* Sufficit verò, quòd sciant legere Italicè, quamuis nesciant Latinè; nam Tridentium *sess. 23 cap* 40. eos excludit à Tonsura, qui omninò legere nesciũt. Ita Sanchez *in puncto 2. lib. 7. cap. 1. dub. 46. num. 11.* Nec requiritur vt sciant perfectè scribere, sed sufficit, quòd caracteres aliquo pacto figurent. Ita Sellus *select can cap. 5. num. 6.* ex declaratione Congregationis Episcoporum, & Regularium *die 14. Octobris 1593 part. 5. tractat. 14. resolutione 21.*

bere quo tandè pacto.

17 Ad minores Ordines linguæ Latinæ notitiam: ad maiores, etiam instructionem ad eorum ministeria necessariam, exigit Tridentinum *sess. 23 cap. 23. & 14.* Sed in Regularibus non est necessaria tanta scientia, quanta in Clericis. Vide *verb. Irregularitas, num. 21.*

Ad Ordines minores requiritur notitia lingua Latina. Sed in Regularibus minor

18 Quartò requiritur Titulus, qui in Clerico sæculari est beneficium, vel patrimonium ad congruam sustentationem sufficiens. Ad quod tamen Episcopus secundum Auilam *part. 3. disput. 5. dub. 16.* potest in aliquo casu raro dispensare, scilicet cum Collegiali docto, & insigni præsertim Collegij Salmanticẽsis, aut Complutensis; quia huic non deficiet Cathedra, præbenda, aut beneficium, & hanc opinionem asserit Henriquez *lib. 13. cap. 37 num 2. gloss. litt. O,* fuisse in praxi deductam. Sed Campanili *diu. iur can rubr. 8. cap. 4 num 6.* contrarium tenet, & adducit declarationem Sacræ Congregat. *part 4. tractat 4. resolutione 52. §. Notat etiam, & part. 5. tract. 10. resolutione 50 §. An verò.*

Quartò requiritur in ordinando Titulus in sæculari patrimonij, vel beneficij. In quo an Episcopus possit aliquãdo dispensare

19 Episcopus ordinans aliquem absque titulo, tenetur illi alimenta congrua subministrare, *cap. Episcopus. de simon.* Si verò ordinet, accepta ab eo promissione, vel iuramento de non petendis alimentis, suspenditur per triennium à collatione Ordinum, sic verò ordinatus ab executione, donec à Papa absoluatur, cap. *per tuas nobis, 37. eod. tit.* extenditur ad ordinatum cum tali pacto, ignorantem id sibi non licere. Quod tamen procedit in foro externo, in quo præsumitur deliquisse, non in foro conscientiæ. Ita Suarez *de cens. disp. 31. sect. 1 num 34. part. 5. tractat. 10. resolutione 54.*

Et quid si quẽ ordinet sine titulo?

20 Qui ordinatur cum ficto patrimonio, beneficio, aut ficta pẽsione, peccat mortaliter, & secundum Nauar

Ordinatus cũ patrimonio, aut be-

neficio fi cto, peccat mortaliter sed non incurrit suspensionem.

rum *cap. 27. num. 158.* incurrit suspensionem; cap. *Neminem*, & cap. *Sanctorum*, *dist. 50.* quæ videtur innouare Tridentinum *sess. 21. cap. 2.* ibi, *antiquorum canonum pœnas super his innouando.* (Imò secundū Mercerum *in 3. part. quæst. 24. dub. 7.* incurrit etiam suspensionem latam in Extrauag. Pij II. contra ordinatos sine litteris dimissoriis, quia si Episcopus sciret fraudem adhibitam fictionis, non concessisset dimissorias, vnde concessæ, falsæ sunt, & quasi non essent. Sed ego existimo cum Henriquez *lib. 13. cap. 57.* hanc secundam suspensionem non incurrere, nā dimissoria per fraudem obtenta, est vera dimissoria, vt patet, si obtineatur per fraudē quoad genus, & mores; ideò enim Episcopis cautū est, inuigilent, & examinent an titulus sit verus. *part. 2 tr. 16. resol. 5 & part. 5. tr. 10 resol. 50. & 55.*) Sed & existimo cum Ledesma *tom. 1. de Sacram. Ordin. cap. 7 conclus. 6. diff. 3.* non incurrere suspensionem, cap. *neminem*, & cap. *Sanctorum*, in quibus suspenduntur ordinati absque titulo, nam ea reuocata sunt per cap. *Cum secundum 10. de prab.* Nec Tridentinum illa innouauit, sed innouauit cap. *Episcopus*, & ca. *Cum secundum Apostolum, de simon.* vbi puniuntur ordinationes factæ absque titulo, suppositis simoniacis pactis, de quibus *suprà n. 19.* Et sic declarauit Sacra Congregatio apud Piasecium *part. 1. cap. 1. artic. 7. n. 10* haberque vsus Pœnitentiariæ *part. 2. tract. 16 resolut. 5 part. 3. tractat. 4 resolut. 184 & part. 5. tractat. 10. resolut 50.* † Et hic fecimus mentionem de simonia, aduerte, quod ordinatus per muneratus, incurrit suspensionē dictorum Canonum à Concilio innouatorum † Quam Auila *part. 3 disputat. 5. dub. 9. conclus. 2.* incurrit putat, etiamsi munera dentur ab alio, ipso ignorante, dummodo sciens postea ratihabeat: quia ratificans pactum simoniæ ab amico factum, eamque soluens, incurrit pœnas simoniæ, vt probat Nauarrus *cons. 10. de simon. n. 7.* Sed ego id nego cum Henriquez *lib. 13. cap. 37. num. 2. gloss. litt. E.* quia ignorantia excusat à censuris, & ratihabitio non comparatur mandato, nisi in

Sicut incurrit ordinatus per munera.

iure exprimatur. *part. 5. tractat. 10. resolut. 56.*

21 Petes: an patrimonium fictè donatum possit, aut debeat Clericus retrodonare? Respondeo cum Ledesma *vbi supr.* non teneri, quia clausula in donatione apposita de retrodonando, cum sit contraria iuri, nullam obligationem inducit: vnde sicut in foro externo rescindi potest in pœnam eius, qui ficte dedit, decipere volens Episcopum, & Ecclesiam, ita in foro conscientiæ immunis est ab obligatione restituendi, quāuis Auila *part. 3 disp. 5 dub. 5. conclus. 3.* teneat, in conscientia ad restitutionem obligari, quia in hoc foro donatio valet iuxta intentionem donantis: *part. 3. tract. 3. resolut 184* Existimo secundò restituti nem patrimonij saltem verè dati, ante Ordinem, vel dimissorias factā, non valere. Et sic, etiam stante sententia Nauarri, & Suarez, sic renuncianti non manere suspensum: quia valido titulo omnia gerit *part. 5 tractat. 10. resolut. 55. 5 sed quidquid.* Si autem restituat post susceptos Ordines, antequam alia bona acquirat, vnde viuat, graviter peccare, ait Turrianus *de cens. lib. 5. disputat. 46. dub. 1* quia violat Tridentinum *sess. 21. cap 2.* non tamen incurrere suspensionē, quia hæc nullibi statuitur *p. 5. tom. 10. resolut. 57.* Aduerte etiam, sufficere, quòd ordinandus det fidei suffi sionem alimentorum: nam si in eo cesset timor mendicandi, & satisfit menti, ac dispositioni Concilij. Vnde si ordinatus sine titulo, incurrit suspensionem, vt docuit Nauarrus, non incurreret ordinatus cum tali fideiussione, vt notat Grillenzonius *cons. 14. part. 5. tract. 10. resolut. 48.*

Clericus nō tenetur retrodonare patrimoniū fictè donatum.

Et ordinari potest cū fideiussione alimentorum.

22 Porrò quantitas patrimonij determinanda est iuxta locorum qualitatem Panormi exiguntur vnciæ duodecim annuales, vt patet in Synodo. * Hic verò locum habet paruitas materiæ, vnde, nisi sit notabiliter minus, admitti potest notabilis defectus secundùm Sanchez *epusc. tom. 2. lib. 1. cap. 1. dub. 35. num. 10.* esset quinque in viginti quinque, seu quinta pars. Vnde, qui in Si-

Patrimonij quantitas, quæ requiratur?

Et an vncia undecim annuales sufficiūt in Sicilia

in Sicilia haberet vncias vndecim annuales, procul dubio ordinari posset. Ratio autem est, quia de modico nō est curandum *l. si oleum §. fin. cum l. sequent ff. de dolo*, & alibi *part. 4 tr. 4 res. 52 & part. 5. res 20.* Census redimibilis sufficit pro patrimonio. Tybertius *part. 9. tractat. 8. resol. 15.*

Census pro patrimonio sufficit. In Regularibus sufficit titulus paupertatis.

23 Regulares ordinantur titulo paupertatis. † Qui autem sciens, suam professionem esse invalidam, se promoveri fineret, ordinaretur sine titulo, ac proinde peccaret mortaliter, & incurreret suspensionem Ita Portellius *verb. Ordine Sacro. num. 8 part. 3 tractat. 2. resol. 113.* † Sed antea *part 2. tractat. 16 resol. 5.* docuerat ex declaratione Sacræ Congregationis, & vsu Pœnitentiariæ, ordinatum sine titulo non esse suspensum, quòd confirmare videtur *in part. 5. tractat. 10. resolutione 30.* quamuis vtrobique titulus loquatur de eo, qui ordinatur cum patrimonio ficto, vt supradictum est *num. 20.* †

Sed an fiat suspensi, qui ordinatur post professionem invalidam.

Quinto Ordines gradatim accipi debēt; Nam ordinatus per saltum incurrit suspensionem Ordinis sic suscepti. Sed an pro cap. 27. numero 242. part. 5. tractat. 10. recedat, quā solutione 18.

24 Quintò requiritur gradatio, id est, Ordines ordinatim sumi debent, prius scilicet inferior, deinde immediatè altior, & deinceps. Qui autem per saltum ordinaretur, incurreret suspensionē ad exercendum Ordinem susceptum, & si exerceat, irregularitatem. (Suscepturn inquam per saltum, non enim suspenditur ab exercitio aliorum Ordinum ritè susceptorum Ita Suarez *de cens. disput 31. sect. 1.* & alii contra Navarrū.

Ordines minores? Probabile non procedere.

Cæterùm, qui relictis minoribus Subdiaconatum reciperet, quamuis peccaret mortaliter, & minoribus initiari deberet, potest tamen probabiliter dici, quod suspensionē non incurreret; quia multi probabiliter docēt, minores Ordines non esse Sacramenta, sed sacramentalia. Vnde Pius Secundus, suspendens ordinatos sine litteris dimissoriis, ante ætatem vel extra tempora, non suspendit sic promotos ad minores, sed tantùm ad maiores. Et Navarrus *cons. 28. de sentent excommunic. à numero 11.* tenet, recipientem minores Ordines cum excommunicatione, non fieri regularem ad alios suscipiendos, maximè quòd pœnæ sunt restringendæ. Ita Portellius *resp part. 3 cas. 41. quæst. 2. num 3 part 5 tractat. 10. resolut 47.* Et hæc opinio potiori iure procederet, quando ordines reciperentur præter-missa tonsura, quæ vt *verb. Ordo* dictum est, non est ordo *part. 6 tractat. 8. resol. 29. in fine.*

25 Nota hic primò, suspensionem ab ordinato per saltum ex Suarez *de cens. disputat. 31. sect 1. dub 2. concluf. 2.* & aliis communiter incurri ipso iure ex cap. *si vero* & ex Tridentino *sess. 23. cap. 14.* Sed vt ipse Suarez expendit, nec in his, nec in aliis iuribus talis suspensio ipso iure incurrenda exprimitur: vnde probabilem existimo cum Acugna *in decret. part. 1. distinct. 51. cap. 1. numero 9.* opinionem Angeli *verb. Irregularitas, numero 36.* & aliorum, quòd ordinatus per saltum non sit ipso iure suspensus, sed suspendendus *part. 5. tractat. 1. resolutione 27.*

Et talem suspensionē non esse incommuniter incurri ipso iure ex cap. si vero latæ sollicitudinis & ex Tridentino sess. 23. cap. tam, sed serendam.

Nota secundò, quòd quamuis promotus per saltum, non possit ad Ordines superiores ascendere; hoc tamen impedimentum non est irregularitas. Ita Avila *part. 7. disput 9. sect 1. dub 2. concl 1.* Si autem esset, dispensari posset per Cruciatam secundùm San Iuan *de Sacrament. Ord. quæst. 2. artic. 5 dub 11. diff 6 concluf. 3.* *Ibidem §. Notandum secundò.* Nota tertiò cum promoto per saltum dispensare posse Episcopum, vt Ordinem prætermissum suscipiat, in accepto ministret, & ad superiores ascendat, etiam si delictum sit publicum, dummodo in malè suscepto Ordine non ministraverit. Ita Maiolus *lib. 4 de irregul. cap 12. numero 2.* contra Zerolam *part. 2. verb. Irregularitas, dub. 3.* Si verò ministravit, requiritur dispensatio Sedis Apostolicæ, quia Tridentinum *sess. 23. c. 14.* talem facultatem concessit Episcopis cum tali limitatione. Suarez *de cens. disputat. 31 sect. 1. n 52.* Sed Acugna *num. 9.* tenet, Episcopos dispensare posse ad ministerium Ordinis suscepti per saltum etiam post exercitium, & Tridentinum solùm iis prohibere, ne cum tali dispensent ad altioris Ordinis

Si autem ordinatus non potest ad altiores Ordines ascendere.

Potest tamen dispensare ab Episcopo, Si in Ordine malè susceptō non ministravit.

Et suspensio ab id incursa tollitur per Cruciatam.

promotionem. *part. 5. tom. 10. resolutione 27. §. Notandum tertiò, & resolutione 29.* Nota tandem, hanc suspensionem tolli per Cruciatam. Ita Granadus *in 3 part. tract. 5. disp. 4 cas. 4. quæst. 2. part. 5. tom. 10. res. 27. in fine.*

Sextò Ordines recipi debent cũ debitis tẽporum interstitiis. Sed secus, non incurritur suspẽsio.

26 ✠ Sextò, vt licitè quis Ordines recipiat, servare debet Interstitia à iure statuta. ✠ Sed, qui non servaret, quamvis graviter peccaret, non fieret suspensus, sicut nec Episcopus promovens: quia suspensio imposita à Sixto V. sublata est a Clement. VIII. Ita Filliucius *tom 1. tract. 17. cap. 5. numer. 86.* contra Portellium *verb. Suspensio, num 14. part. 3 tract 2. resol. 32. §. Notandum part. 4. tr. 4 resol. 209. § Et tandem, & part. 5. tractat. 10. res. 40.*

Nisi quis susciperet duos sacros Ordines eadem die.

27 At verò, incurreret suspensionem, qui duos maiores Ordines susciperet eadem die. cap. *litteras. de temp ordin.* Quam Turrianus *de cens lib. 5. disput. 46. dub. 1.* ex communi dicit, incurri ipso iure, & ab eo, qui duos maiores Ordines reciperet non solùm eodem die naturali, sed etiam in duplici, qui tamẽ fictione iuris, fit vnus, vt si vnum reciperet in Sabbatho quatuor Temporum, alterum verò in mane Dominico, continuato ieiunio; ex Leone Papa *ep. 79. c. 1. & cap. quod à Patribus, distinct. 75.* Id quod etiam docet Bonacina *de cens. disp. 3. punct. 1. §. 1. num. 4.* de eo, qui eodem die sumeret Ordines minores, & Subdiaconatum (Sed quoad hoc vltimum observat. Vasqu. *in 3. part. tom. 5. disputat. 246. cap. 5. num. 47* nullo iure prohibitum esse, & testatur se practicatum vidisse: & sine dubio fieri potest, vbi adest consuetudo recepta ante Concilium Tridentinum, vt docet Villalobos *tom. 1. tractat. 11. diff. 12. à num. 3 part 5. vbi infrà, in fine,* & recitanter. *part. 2. tractat. 16. resolutione 28 in fine.*) Quoad suspensionem verò, *cap. Litteras.* Suarez *de cens. disputat. 31 sect. 1. num. 41.* tuto interpretari putat de suspensione ferenda. *part. 5. tr. 10. res. 36.*

Et in interstitiis potest Episcopus dispensare pro necessitate vel vtilitate Ecclesiæ, sic concedente Tridẽtino sess. 23. cap 11. & 13. Necessitas autẽ, vel vtilitas Ecclesiæ, secundum Barbosam *in collect. super Trident. ibid. c. 14. nu. 2.* habet latitudinem, sicut cætera moralia, arbitrio boni viri. In specie verò Hurtadus *de Sacr tract. de Ord. diff. 23.* ordinari posse inquit absque interstitiis, qui habet beneficium, aut Capellaniam cum onere celebrandi: & ex declaratione Cardinalium, qui in litteris, aut virtutibus multum profecit: quia hic ordinatus erit vtilis Ecclesiæ *part. 4 tract. 4. resolut. 209.* & ita etiam docet Tiberius *in instruct pro ordin. cap. 8. quæst. 3 part. 6. tract. 8. resolutione 23.* Et quidem vtilitas & necessitas ad dispensandum interstitia inter minores & Subdiaconatum requiritur disiunctivè; inter Diaconatum & Sacerdotium copulativè. *p. 10. tr. 11. res. 10.*

pus in certis casibus dispensare.

Etiam cũ suis familiaribus nõ subditis, quos & possunt initiare.

29 Quibus concurrentibus, Episcopus dispensare etiam potest cum suis familiaribus non subditis, qui per triennium cum ipso commorati sunt: quos nimirum ex privilegio Tridentini *sess. 29. cap 9.* potest initiare, si statim eis conferat beneficium. Et ratio est, quia cui conceditur finis, conceduntur etiam media ad illum necessaria. Ita Cruz *part. 2. de Sacram Ord. dub. 43. conclus. 1.* contra Villalobos *tom 1. tractat. 11 diff 9. numero 10.* adducens declarationem Cardinalium. *part. 3. tractat. 4. resolutione 190.* Facultas autem Episcopi transit ad Capitulum, seu eius Vicarium Sede vacante post annum, quando nimirum ex decretis Concilii potest concedere dimissorias. Ita Sacra Congregatio teste Armendario *in add. ad recop. leg.* Navarr. *lib. 1. tit. 18. leg. 4. n. 13 p. 4 tr. 4. res. 209 § Observandum.*

Id quod potest etiam Vicarius Capituli sede vacãte.

At quoad Regulares est Etiam Episcopo incũbere talem dispensationem ait Bonacina.

30 Adverte hic, Bonacinam *de Sacrament. disputat. 8 quæst. vnic punct 6 numero 34.* & alios docere, dispensationem interstitiorum pertinere ad Episcopum etiam quoad Regulares, pro qua sententia Tamburinus *tom. 2. disputat. 2. quæst. 25.* adducit sequentem declarationem. *Sacra Congregatio censuit, Superiores Regulares non posse dispensare super interstitii. Regularium ordinandorum: sed*

id

id pertinere ad Episcopum ordinantem: qui tamen quoad causam dispensandi iudicium suum formare debet ex attestatione Superiorum Regularium. Villalobos *tom 1. tra. 11. diff. 22. num 8.* & alii tenent, pertinere ad Superiores Regulares ex privilegio Gregorii XIII. concesso Societati, quod ipse & Suarez *de Relig. tom. 4. tractat. 8. lib. 2. cap. 12. à num. 21.* extendunt ad omnes Religiones communicantes. Sed Hurtadus *de Sacram tractat. de Ord. diff. 23.* illud restringit ad Societatem. *part. 3. tractat. 2. resolutione 32 & 111. & part. 4. tractat. 4. resolutione 209. §. Nota etiam.* Illud hic nota cum Campanili *diu. iur. can. rubr. 12. cap. 13. num. 43.* Abbatem in iis casibus, in quibus tonsuram, & minores Ordines conferre potest, dispensare etiam posse in interstitiis *p. 5. tr. 10. res. 40. §. Notandum.*

Villalobos verò, suis Prælatis.

Septimò Ordines recipi debent statutis tẽporibus. Et prima Tonsura semper.

31 Septimò requiritur legitimum tempus. Circa quod advertit Vasquez *in 3. part. tom. 5. disp. 246. cap. 5. num. 46. & 48.* & primam tonsuram quovis anni tempore, quavis die, & hora conferri posse. Ordines minores ex recepta Episcoporum consuetudine dari posse feria sexta vespere ante Sabbathum quatuor Temporum, vel aliud, in quo de iure omnes Ordines conferri possunt. Possunt etiam dari quolibet die Dominico, aut festo ex cap. *de eo, de temp. ordin. part 2. tractat. 16 resolutione 28. in fine, & part. 5 vbi infrà* vbi nomine festi Naldus *verb. Ordo. num 15* & alii intelligunt festum de præcepto, in quo scilicet opera servilia sunt prohibita: quia Pontifex illud accepit in sensu communi. Et denunciationes matrimonii ex Tridentini præscripto in tribus diebus festivis faciendæ, ex Concilio Mediolanensi, Ponzio *lib. 5. cap. 30. num. 7.* & aliis faciendæ sunt in festis de præcepto. Sed satis probabilis est sententia Præpositi *in 3. part. quæst. vnic. de Sacram Ord. dub. 15. num 150.* Fagundez *pr. 1. lib 1. c. 2. num 15.* & aliorum, quam etiam docere Pontificale Romanum observat Gavantes *in Ench. verb. Ordines minores, num. 15.* nimirum ibi festum capi pro eo, quod servatur in Choro, quamvis non in populo, quale est omne festum duplex. Quod etiam procedit, quando Papa dispensat, vt quis ordinetur in tribus diebus festivis *p. 5. tr. 3. res 97.*

Et quolibet die Dominico, & festo duplici.

Ordines maiores in Sabbathis 4. Temp. & ante Dominicam Passionis conferri possunt.

32 Ordines maiores non nisi in Sabbatho quatuor Temporum, in Sabbatho Sancto, & Sabbatho ante Dominicam Passionis dari possunt. Ita Vasquez *in 3 part. tom. 5. disput 246. cap. 5. num. 25.* & alii communiter. Advertit tamen Villalobos *tom 1. tractat. 11. dub. 13.* ex iusta causa, nimirum infirmitatis Episcopi, &c. conferri posse in Dominica sequenti, dummodo tam Episcopus quàm ordinandus ieiunium naturale Sabbathi continuent vsque ad Dominicam: nam si Episcopus post Missam Sabbathi ablutionem sumpsisset, non posset in Dominica Ordinem sacrum conferre. *part. 2. tr. 16. res. 28.*

An etiam ex iusta causa in sequenti die Dominico?

Et defectus ordinationis quouis tempore suppleri possint.

33 Potrò secundùm Sanchez *opusc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 13. num. 7.* extra prædicta Sabbatha non solùm prohibitum est Ordines sacros conferre, sed etiam ordinationis defectus supplere, saltem substantiales, quos nimirum supplere nihil aliud est, quàm Ordinem iterum sub conditione conferre. Sed Granado *in 3. part. controv. 9. tractat. 2. disputat. 3. num 3.* probabile putat, prædictos defectus quovis tempore suppleri posse: quia hoc non est Ordines conferre, seu præcisè iterare cæremoniam omissam, verb gr. contractum instrumentorum, &c. vnde in cap. *Pastoralis, de Sacram. non iter.* dicitur de eo, qui in Confirmatione delibutus fuerat oleo, & non chrismate, nihil iterandum esse, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum. Adde quod sicut in tali casu omittuntur aliæ cæremoniæ, quæ in Ordinum collatione adhibendæ sunt ex præcepto, ita etiam omitti potest circumstantia temporis. Ita ille, qui etiam meminit aliquorum sententiam docentium, in tali casu omitti posse sine peccato solemnitatem indumentorum Episcopalium *part. 5 tract 14. res. 63. & p. 9 tr. 8 res. 29.*

34 Qui verò extra præscripta tempora Ordines sacros assumeret, peccaret

Ordines Sacros extra tempora sumentes fiunt irregulares.

ret mortaliter, & incurreret suspensionem, iuxta dicta superiùs à *numero* 8. Ita Portellius *verb. Ordines sacri, n.* 15 *p.* 3. *tr.* 4. *res.* 191.

35 Cæterum Regulares ordinari possunt extra tempora per privilegia Alexandri VI. & Eugenii IV. concessa Religionibus D. Hieronymi, & D. Benedicti, quæ Portellius probat non esse revocata per Tridentinum. Et adducit aliud privilegium Clement. VIII. concessum PP. Congregat. S. Ioann. Evang in Portugallia. Et tandem ex privilegio Gregorii XIII. concesso Societati. Quod quamuis concessum sit cum clausula, ne aliæ Religiones vti possunt; alii tamen Pontifices succedentes omnia Societatis privilegia, aliis Religionibus communia fecerunt. Ita Cruz *lib.* 2. *cap.* 8 *dub.* 1. & aliis tutè, & probabiliter; quidquid in contrarium asserat Vasquez *in* 3 *part. tom.* 3. *disputat.* 246. *cap.* 5. *numero* 50. *part.* 3. *tractat.* 2. *resolutione* 31. & *part.* 5. *tract.* 13. *res.* 57.

Regulares verò possunt extra tempora ordinari per multa privilegia.

Octavò Ordines recipi debent in debito loco.

36 ✠ Octavè requiritur locus, qui in ordinatione solemni est Ecclesia Cathedralis: privatæ, etiam Sacellum, vel Capella.

Nonò recipi debent in gratia, aliàs recipiens peccat mortaliter.

37 Nonò, ordinandus debet esse in gratia, alioqui peccatum mortale committit. ✠ Et Regularis excommunicatus propter percussionem Clerici Ordines recipiens, incurrit suspensionem cap. *Cum illorum, de sentent. excomm. par.* 5. *tractat* 10. *resolut.* 58. Sicut qui, durante matrimonio, etiam non consummato, Sacros Ordines recipit extra casus à iure concessos *ex Extravag. Ioan. XII. de voto*, quæ cum vtraque lata sit contra præsumentes: ignorantia etiam crassa, & supina ab ea excusat. *resolut.* 59. Et quidem prima non benè ab aliquibus extenditur ad censuratos ex quauis causa: cum id in aliis iuribus non inveniatur, & in eo capite sermo solùm sit de excommunicato ex percussione Clerici: nam leges pœnales extendi non debent. Præpositus *in* 3 *part. quæst.* 3. *dub.* 5. *num.* 38. 39. & 40. *resolut.* 58. *cit.* Sive autem extendenda sit, sive non: qui censura irretitus Episcopatum susciperet, non incurreret suspensionem: quia Episcopatus ex D. Thoma 3 *part quæst* 40 *artic.* 4. & aliis non est Ordo. Ita Bonacina *de cens. disp.* 13. *punct.* 5. § 1. *n.* 11. contra Sanchez *opusc. to.* 2. *l.* 7. *c.* 1. *dub.* 9. *n.* 2. & 3. *p.* 5. *tom.* 10. *res.* 41.

Nonò recipi debent in gratia, aliàs recipiens peccat mortaliter.

Et aliquando incurrit etiam suspensionem.

Vt si quis reciperet Sacros Ordines durante matrimonio.

38 Vt verò vxoratus ad Sacros Ordines promoveri possit, requiritur, vt vxor castitatis voto astringatur ex cap. *coniugatus, de conversi coniug.* vt verò ad Episcopatum promoveatur, vxor Religionem necessariò ingredi debet, sive vetula sit, sive iuvenis: & ita statutum esse in cap. *Sanè, de conv. coniug.* affirmat Pontius *lib.* 7. *cap.* 25. Imò Sanch. *de matr. lib.* 7. *disputat.* 39 *numero* 6. idem docet de promovendo ad Sacros Ordines, si vxor ipsius sit iuvenis, tum ex cap. *Episcop. distinct.* 77. vbi non aliter promoveri permittitur, quam Religione præmissa: tum etiam propter periculum incontinentiæ, stante antiqua consuetudine, & facili ad invicem accessu. At Hurtadus *de matr. disputat.* 11. *diff.* 9 *num.* 29. existimat, sufficere, quod separentur, & vxor votum castitatis emittens, virum à debito thori absoluat: quia cap. *coniug.* hoc solum requirit, &c. *Episc.* præterquam quod est Concilii Agathensis Provincialis, non incongruè interpretatur, quòd nomine Religionis castitatem intelligat. Quod etiam docet Pontius *vbi supr. n.* 7. cum quibus quoad punctum iuris ipse consentio. *p.* 4 *tr.* 4. *res.* 129.

Vxoretus enim non potest ad Sacros Ordines promoveri, nisi vxor voto castitatis astringatur.

39 Intentio suscipientis Ordines debet esse, mundo, ac sæculi vanitatibus nuncium remittere, & divinis obsequiis totaliter mancipari. Ideò Tridentinum *sess* 23. *cap.* 4 eos solum tonsurari permittit, *de quibus probabilis coniectura sit, eos non sæcularis iudicii fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.* Ex quo loco Concilii infert Ledesma *tom.* 2. *tractat de Sacram. Ord. cap.* 7. *concl.* 2. initiatum absque animo ascendendi ad alios Ordines, sed solùm gaudendi privilegiis fori, & gabellarum,

Quanam esse debeat intentio ordinandi? Et an peccet, qui nõ vult ad sacros Ordines promoveri, recipies minores solùm vt gaudeat foro

Et, an Episcopi possint statuere, ut Clerici minores sacris initientur, vel habitū deferant?

bellarum, peccare mortaliter. Sed contraria sententia est probabilior; quia verba Concilii non sunt præceptiva, sed solùm hortatoria. Ita Sanchez *de matr. tom. 2. lib. 7. disput. 31. num. 16. & 17. part. 2. tractat. 16. resolut. 20.* Advertè hic, quod Episcopus non potest publicare edictum, vt Clerici in minoribus debeant Ordines sacros assumere sub pœna privationis habitus. Ita Sacra Congregatio teste Sellio *select. cap. 19. numero 4 part. 4 tractat. 1. resolutione 10. in fine.*

Quænam debeat esse intentio Sacerdotum concelebrãtium cum Episcopo in ipsa ordinatione, dũ simul verba consecrationis proferunt?

40 Cùm Sacerdotes ordinantur, & plures proferunt verba consecrationis super eadem hostia cum Episcopo, cauendum singulis esse monet Laymann. *lib 5. tractat. 2. cap. 7. numero 5.* vt simul verba proferre finiant, nam si alter illorum ante alios verba absoluat, ille solus consecrabit. Et propterea nè alii verba incassum proferant, monent Doctores, vt quilibet verba proferat cum intentione conditionata, videlicet cõsecrandi, si vna cum Episcopo verba consecrationis absoluat, minimè verò si præueniat. Ipse verò existimat, debere habere generalem intentionem Ecclesiæ: quia multi putant, illos verba consecrationis non formaliter, sed tantùm materialiter, & recitativè proferre, in signum potestatis concessæ *part. 3. tr. 4 resolut. 50.* Sed in thesibus Theologicis defensis in Collegio Romano Societatis. *lib. 8. num. 145. & 146.* dicitur, vt habeant omnes intentionem consecrãdi, quia ideò in Pontificali præcipitur vt omnes simul absoluat. Si autem vnus audiret socium verba iam absoluisse, speculativè teneri sua non absolvere; turius verò esse in praxi, vt prosequatur cum intentione faciendi id, quod tunc intendit Ecclesia *part. 5. tractat. 14. resolutione 82.* In quibus casibus malè ordinatus incurrat irregularitatem, vide *verb. Irregularitas, à numero 19.*

ORDINIS Minister.

Minister Ordinarius Ordinis est solus Episcopus: Sed minorũ in suis Titulis etiam Cardinales, & Abbates, Sed an subditis alienis deferẽtibus dimissorias? Episcopus verò debet esse prius, vel ordinare cum licentia proprii. Sub pœna suspensionis. Non tamẽ quoad Tonsuram. Vel si circa alienos habeat ratihabitionis spem rationabilem.

41 ✠ ORdinarius Ordinis minister est solus Episcopus. Sed præter illum minores Ordines secundùm multorum sententiam conferre possunt in suis Titulis Presbyteri Cardinales, vt diximus *verb. Cardinales, n. 38.* & ex cap. *Quoniam dist. 69.* Bulla 25. Iulii II. nec non ex c. 14 septimæ Synodi Generalis, Abbates. ✠ Sed citra Abbates multi censent, eorũ auctoritatẽ quoad non subditos reuocatã esse per Tridentinũ *sess. 23. c. 10.* Vide *verb. Abbas, n. 5.*

42 ✠ Porrò Episcopus, vt Ordines licitè conferat, debet primò esse proprius, & superior ordinandi, vel habere dimissoriam, seu licentiam proprii. ✠ Si enim ordinaret alienum Clericum sine dimissoria scienter, vel cum ignorantia affectata, incurreret suspensionem à collatione Ordinum per annum ex cap. *eos, de temp. ordin. in 6.* & ex Tridentino *sess. 14. cap. 2.* Ex quo magis placet opinio Barbosæ *in collect. tom. 3. lib. 1 tit. 9. cap. 2. numero 10.* docentis, talem suspensionem incurrere etiam conferentem non subdito primam tonsuram, quàm opinio Riccii *add. ad inst. Lancelloti lib. 1. tit. 25.* quòd hic solùm incurreret suspensionem à collatione primæ tonsuræ. *part. 3. tractat. 4. resolutione 194.* Limitatur etiam sententia Tridentini secundùm Reginaldum *tom. 2. lib. 32. tractat. 2. cap. 4. sect. 3. numero 15.* nisi alienum subditum ordinaret cum spe rationabili eius ratihabitionis, ex cap. *vlt. 9. quæst. 2* vbi allegatur factum D. Epiphanii, qui isto modo ordinavit in diœcesi D. Chrysostomi, quæ opinio est probabilis, quamuis Sanchez *in epusc tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 20. numero 13.* dicat, non posse Episcopum proprium talem ordinationem ratam habere *part. 3 tractat. 4. resolutione 191. §. Sed tunc, & part. 5. tractat. 10. resol. 38.*

43 Proprius autem Episcopus dici- *Proprius*

Verò dicitur, sive ratione originis.

tur ordinandi primò, ratione originis, vt si hic, vel eius pater natus sit in diœcesi illius, etiamsi tempore natiuitatis filij pater in aliam diœcesim domicilium transtulisset, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij *die 16. Decembris 1599.* & alias, docétque Molfesius *in summ. tom.1. tractat.2. c.2.n.7.* contra Alzedum *pr. part.2.cap.5. num 44.* Secundò proprius dicitur ratione domicilij. Tertiò ratione beneficij. *part.4.tractat.4.resolutione 148. & part.8 tractat.2. resolutione 8.* Vnde si Episcopus suo familiari, vel etiam famulo familiaris: (nam *in cap.10. citat.* Tridentini comprehenduntur etiam famuli familiarium, vt ait Sanchez *vbi infrà num. 24.*) statim conferat beneficium, potest illum ordinare ante triennium: nam tunc non ordinat titulo familiaritatis, sed beneficij, ratione cuius acquirit domicilium in eius diœcesi. Ita Sanchez *in opusc. tom.2. lib.7 cap.1. dub. 20. numero 25.* contra Ledesmam *tom.2. de Sacramento Ord cap.5 post.9 concl. part 4. tractat.4 resolut.145.*

Sive domicilii, sive beneficii.

Etiam tenuis & residentiam non requirentis.

44 Neque verò necesse est, vt beneficium requirat residentiam, vel sit pingue, sed ordinari potest quis ab Episcopo, in cuius diœcesi habet beneficium, etiamsi ibi non resideat, & non eximatur à iurisdictione primi Episcopi. Item quantumuis beneficium sit tenue: nã c. *nullus, de temp. ord.* loquitur simpliciter de habẽtibus beneficiũ, non distinguẽs, an sit tenue, vel pingue. Vnde Sacra Congregatio apud Barbosam *de iur. Pont. lib.1 cap 39. num.17 in vna Ianuensi die 18. Martij 1628.* censuit, promotum ad Ordines cum collatione beneficii duorum scutorum annuorum gaudere privilegio fori. Ex quo sequitur, tale beneficium sufficere eatim ad suscipiendos Ordines ab Episcopo beneficii, ex quibus fori privilegium oritur; cap. verò 2. Trident. *in sess 21.* non exigit beneficium ad victum sufficiens ad hoc, vt Clericus fiat subditus Episcopo beneficii, sed absolutè vt possit ordinari. Ita Barbosa *vbi supr. c.33 num.38.* & alii contra Riccium *part.3. decis.77 part.4.tr. 8. resol 51.* & novissimè *in parte 6. tract.8. resol.24.*

45 Adverte hic duo. Primum est, Zypæum *lib.1 de stat. & qual. ordin. cons.2* docere, Episcopum domicilii esse Episcopum proprium etiam quoad Regulares, non obstante Tridentinno, decreto Clem. VIII. aut contraria consuetudine. Contra quod sentit Miranda *tom.1 quæst.38. art.2.* Et revera post decretum Clem. Prælati Regulares non audent suos subditos ordinandos mittere, nisi ad Episcopum diœcesanum. Secundum est, Molfesium *tom.1. part.2. cap.2. num.10.* advertere, ita demum quem diverso titulo tres Episcopos proprios habere, vel duos, vt tamen omnes sacros Ordines ab vno suscipere debeat; & statim ac Subdiaconatum recepit ab vno, expirare optionem alium eligendi. Zypæus verò *vbi sup.* id negat: quia nulla lex id disponit, & alioqui per collationem Subdiaconatus ab vno non definit alius esse proprius Episcopus ordinati *part.6.tr.7.res 35.*

An id procedat in Regularibus? Et an plures Ordines à pluribus Episcopis propriis possit quis sumere?

46 Secundò Episcopus non potest ordinare extra suam diœcesim absque licentia proprii Ordinarii, sub pœna suspensionis, ipsi quidem Episcopo à Pontificalibus, ordinato verò ab Ordinum exercitio, sic statuente Tridentino *sess.6.cap.5.* quam suspensionem Campanili extendit ad Episcopum conferentem in aliena diœcesi primam tonsuram *in rubr.6 cap.1.num.2.* quod tamen Bonac. *de Sacram. disput.3 quæst.vnic. punct. 2.numero 13.* & alii negant: quia tonsura non est Ordo. *part.4.tractat 4.resol.143. & part.5.tractat.10 resolutione 45.* Hanc verò licentiam potest Episcopo concedere non solùm Episcopus diœcesanus; sed etiam Capitulum. Sede vacante, vel eius Vicarius, etiam infra annum, non quidem pro subditis Sedis vacantis, sed Episcopi ordinantis. Henriquez *lib.10. cap.22.n.1. part 5.tract 10. resol 46. §. Secundò.*

Deinde Episcopus nõ potest ordinare in alia diœcesi sine licentia Episcopi diœcesani. Aut capituli sedis vacantis, vel eius Vicarii.

47 Inuitatus autem Episcopus in aliena diœcesi ad ordinandos subditos illius diœcesis, potest ibi ordinare etiam suos. Turrianus *de cens. lib.5. disput.46. dub.*

Quid, si in aliena diœcesi inuitetur ad ordinandum?

dub.vlt.part.5 tractat.10.resolutione 45. §. Notandum. Prosubditis autem alterius Episcopi cum dimissoria venientibus, ait Barbosa *de pot. Episc.part.2. alleg.4. num.64.* debere habere licentiam expressam, stante Tridentino *sess.6. cap.fin.* Alzedus verò *part.2.cap 5. num.30.* ait sufficere invitationem prædictam: & Concilium loqui in casu, quo Episcopus ordinaret in aliena diœcesi ratione privilegii Papalis, non quando ex licentia, vel invitatione Episcopi, aut capituli diœcesani *part.4.tractat.4.resolutione 144.* At potestnè talis Episcopus ordinare alienos diœcesanos cũ dimissoria pro quocumque Episcopo in propria diœcesi ordinante; Guttierez *lib.1. cap.16.* respondet negativè: sed tamen contrarium probabile putat, quia talis dimissoria æquivalet generali, licet limitata videatur prima fronte *part.3 tr.4 resol.191.* Potest Episcopus exercere pontificalia, & ordines ministrare in loco exempto cum licentia ordinarii loci, nõ autem Diœcesani in monasterio tamen exempto cum licentia Diœcesani. *part. 9.tr.8 res.29.§. Sed hic.*

Episcopus cum licentia ordinarii loci potest exercere Pontificalia.

48 ✠ Tertiò Episcopus ordinans debet esse in gratia, aliàs peccabit mortaliter ✠; & quidem in sententia Ledesmæ *tom.1.cap.6.dub.10.* etiam in conferendo minores Ordines: quod tamen negat Nugnus *in 3 p.tom.1.quæst.62.art.6 diff.2.concl.3.* quia ex probabili sententia Vasquez, Ordines minores non sunt Sacramentum *part.3 tractat.6 resolut 67. §. Sed quares.* An ordinate possit Episcopus interdictus à faciendo Sacro, vide *verb. Interdicti, num.14.* Et quid, si sit excommunicatus, vide *verb. Excommunicationis, num.19.* Sanè qui ab Episcopo excommunicato vitando Ordines susciperet, incurreret suspensionem cap. *si quis 1. quæstione 1.* & cap. *ab excommunicatis 9. quæst 1.* etiamsi id ignoraret, ait Suarez *de cens. disp 31. sect 2. numero 62.* nam hæc suspensio non est pœna, quæ debeat supponere necessariò culpam. Mihi tamen & Turriano *decens. disput.46.dub.12.* probabile videtur oppositum: quia id iura non exprimunt: & certè si ignorantia sit inculpabilis, sententia Suarez omninò nõ probatur. Id quod etiam procedere puto cum eodem Turriano in eo, qui Ordines ab huiusmodi Episcopo reciperet per metum cadentem in virum constantem. *p.5 tr.10.res.39.*

Præterea Episcopus debet esse in gratia sub mortali. Sed an etiã in conferendis minoribus? Et quid si sit interdictus? Vel excommunicatus?

Præsertim quoad suscipientem ignoràter?

Aut per metum?

49 Episcopus ordinaturus non debet sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibere, ne quis accedat cum occulto impedimento irregularitatis, &c. Sed potius ad cautelam omnes absolvere in generali, in quo casu si quis postea recordaretur se habuisse aliquâ censuram ab illo Episcopo absoluibilem, non indigeret alia absolutione. Filliucius *tom.1.tract.9 cap.5 n.99. p.5.tr.13 resol.6. §. Notandum, & part.7.tractat.2. resol.37.*

Episcopus non debet præmittere edictum, ne quis ad Ordines susceptos accedat cum impedimẽto sub censura.

50 Si autem Episcopus per præconem protestaretur, se non velle ordinare irregulares, non habentes verum titulũ, &c. Lugo *de Sacram. disput.81 sect.8. num. 119.* certum esse ait, quòd si ille revera talem intentionem haberet, sic impediti non remanerent ordinati, putat tamen talem protestationem fieri ad terrorem, Episcopos enim habere intentionem ordinandi quotquot accesserint. Et nihilominus vsum talium protestationum non approbat, propter multos scrupulos, qui inde oriri possunt, quando nimirum quis ordinaretur cum aliquo impedimento ignoto, aut dubio, &c. & dubitaret, num Episcopus talem revera intentionem habuerit, &c. quibus dubiis res adeò gravis exponi non debet. Præsertim quia Pontificalia apponunt formulam monendi ordinãdos ne accedant absque ætate, licentia, &c. absque tali protestatione. In casu verò occurrente monet sic ordinatum, vt si potest, consulat Episcopum de intentione: secus iterùm ordinetur sub conditione, ne se exponat periculo faciendi multos actus sacramẽtales invalidos. Sed Præpositus *in 3 part.quæst.vn.dub.17 num.171.* tollit hos scrupulos, quia existimat, illam protestationem explicandam esse de illis illegitimis & irregularibus, quos Episcopus tales cognoverit,

Aut protestationem, quòd tales ordinare non intendit.

Sed quid si præmittat?

non quos ignorat, cui opinioni libenter adhæreo *ref. 66. cit.*

Aut Ordinem conferat invalidè

51 Episcopus, qui Ordinem invalidè contulisset, secundùm Ochagaviam *de Sacram. tractat. 2. quæst. 41. numero 6.* teneretur manifestare defectum etiam cum periculo honoris & vitæ. Id quod verum existimo quoad collationem Presbyteratus, vel Episcopatus, propter damna, quæ inde imminerent: nam Ordines inferiores supplentur per Sacerdotium, vt diximus cum Granado *nu. 4. & 5 part. 3. tract 13. ref. 55.*

ORDINIS EFFECTVS, & Ministerium.

Ordo omnis confert gratiam, characterem, & privilegia fori, & canonis.

52 ✠ COmmunes omnium Ordinum effectus sunt; conferre gratiam ex opere operato, imprimere characterem, & secum trahere privilegium canonis, & fori, de quibus dictum est *verb Clericus*: & *v. Excommunicationes.* Sacrorum item seu maiorum Ordinũ proprium est, trahere secum obligationem recitandi horas canonicas, & servandi cœlibatum, & de prima dictum est *verb. Hora canonica*, de secunda, an etiam insurgat quando Ordo suscipitur per vim & metum, diximus *verb. Impedimenta numero 14.* Item impediunt vsum artis medicinæ, non solùm Chirurgiæ, quæ per cap. *sententiam, ne cler. vel mon.* prohibetur etiam Clericis in minoribus; sed etiam Physicæ, quæ solis prohibetur constitutis in Sacris, aut beneficiatis absque dispensatione Pontificis, vt docet novissimè Squillante *de oblig. cler. part. 2. dub. 17. numero 52.* tum ex *cap. 2. de postul.* tum quia minoribus Physica nusquam reperitur interdicta. Adde, quod etiam Sacerdotes & beneficiarii possunt aliquando miserabilibus & consanguineis gratis mederi, vt docet Novarius *de priv. pers. mis. priv. 83. par. 6. tr. 7. ref. 50.*

Sacer autẽ inducit obligationem Officii divini & cœlibatus.

Ministrare in ordinibus cum peccato mortali

33 Ministrare in Ordinibus cum peccato mortali, quoad omnes Ordines est mortale, secundùm Fabrum *in 4. dist. 24. quæst. 1. disputat. 1. cap. 3. numero 80.* vnde & peccare mortaliter putat Acolytos, ferentes solemniter cereos in mortali. Sed ego id nego: non solùm cum Cabrera *in 3 part. q. 64. artic. 6. disp. 1. §. 6. num. 55.* quoad Ordines minores, qui vel non sunt Sacramenta, vel eorum officia in genere sacri ministerii non sunt perfecta *part. 3 tr. 4. ref. 196.* Sed etiam cum Villalobos *tom. 1 tractat 4. diff 20 num. 7* & aliis, contra ipsum *ibid numer 48.* de Diacono & Subdiacono canentibus Evangelium & Epistolam: quia talis cantus non est dispensatio meritorum Christi, vt collatio Sacramenti, nec est actus adeò sanctus, vt cum tanta obligatione exerceri debeat in gratia. Id quod præcedit contra Filliucium *tom. 1. tractat 1. cap. 6. num. 87.* etiamsi multoties id fiat, quia multa venialia nunquam coalescunt in vnum mortale, nec ex proposito faciendi multa venialia colligitur mortalis Sacramenti contẽptus. Adde quod Diaconus ministrans Eucharistiam in mortali, non peccat mortaliter, & contra Navarrum *cap. 27. num 163.* nec Sacerdos dicens in Choro Capitulum aut collectam in peccato mortali. *part. 3. tractat. 4. resol 195. & 196.* De Ministris Sacramentorum, vide V. *Sacramentum:* Quandonam ex iniquo Ordinum ministerio incurratur irregularitas, vide V. *Irregularitas, à n. 31.*

peccato mortali, an mortale.

OSCVLA.

Oscula prohibita solutis sub mortali.

1 OScula inter solutos prohibentur in sexto præcepto Decalogi, *Non mœchaberis*, vbi prohibentur tam actus consummati in genere luxuriæ, quam inchoati, qui ad illos ordinantur. Nec in his datur paruitas materiæ, vt dictum est V. *Luxuria numero 3.* vbi etiam invenies, omnia oscula esse libidinosa, & mortifera. Sunt tamen omnia eiusdem speciei, vt dictũ est V. *Circumstantia, num. 28.* An autem oscula, & tactus licita sint sponsis de futuro, aut coniugibus cum periculo

Eiusdem speciei.

An etiam sponsis

culo pollutionis extra vas, vide V. *Tactus, n. 5. & 6.* †

PAPA.

Papa caput Ecclesiæ.

Præcipuè Cardinalium. A quibus nō accipit potestatem.

1 ✝ PApa est Vicarius Christi, *cuius est terra, & plenitudo eius:* caput totius Ecclesiæ,* specialiter verò Cardinalium (vide V. *Cardinalatus, num. 1.*) à quibus eligitur, (vt dictum est V. *Cardinales in eligendo Pontifice,*) non tamen accipit potestatem: quia eam accipit immediatè à Deo, electio verò est solùm conditio, sine qua Deus non confert *part. 1. tract. 2. resol. 126.* Mali autem, inter quos Barbatia *vol. 4 con. 40* existimant, Papam non posse sine Cardinalium interuentu ardua Ecclesiæ negotia definire, creare nimirum Cardinales, transferre Episcopos, legem generalem promulgare, feuda magna concedere, legatos mittere, & similia, addirque, sacrum Collegium habere quasi possessionem huius iuris. Probat autem tùm ex cap. *per venerabilem, vers. rationibus. qui fil. sint legit.* vbi Papa docere videtur, quod Cardinales sint sui veluti coniudices, instar Sacerdotum Leuitici cum supremo iudice: tum quia Cardinales videntur vice Apostolorum fungi, qui parem cum Petro potestatem habuisse dicuntur in cap. *in nono* ibi *pari consortio, 21. dist.* Dicendum tamen est, conuenientissimū quidem esse quòd Summus Pontifex in arduis Ecclesiæ negotiis Cardinalium consilium adhibeat, ac proindè ad id de honestate teneri, vt loquitur textus in c. *fundamenta. §. decet de elect. in 6.* & figuratur in duplici claue Petri, quarum vna potestatem, alia decentiam significat, vt habetur *in sum. 20. dist.* minimè tamen ad id de necessitate obligari, cum supremam, & vniuersalem o super omnes receperit potestatem *Ioan. 20.* cuius plenitudinem solus exerceat. text. in cap. *multum 1 qu. 6.* in c. *cum ex eo de pœn. & remiss.* & iura passim proclament, maiora Ecclesiæ negotia ad Sedem Apostolicam referenda esse, c. *rogamus,* c. *quoties, 24. q. 1.* quam solus Summus Pontifex tenet, c. *hæc est fides, 24. q. 1.* Vide Valenzuelam *de monit. Pauli V. p. 6. n. 97 par. 5. tr. 2. ref. 4.* Ipse autem nullis humanis legibus subiicitur, & si in alieno territorio viueret, non teneretur nec directiuè legibus loci. *par. 10. tract. 14. res. 26.*

Et quānis in arduis deceat, non tamē tenetur eorum consilium adhibere.

Papa potestas temporalis in totū orbem solū indirectè extēditur, Scilicet in ordine ad bonū Ecclesiæ spirituale.

2 Est autem Papæ potestas duplex spiritualis vna, alia temporalis; & illa quidem in totū orbem; hæc verò directè solùm in statum ditionis Romanæ, quidquid dicat cum aliis Pesantius *de pot. Pont. disp. 2 & seq.* quam is indirectè in omnia sæcularia negotia extendi possit, quandocumque id ad Ecclesiæ quietem, & conseruationem, cui omnia ciuilia subordinantur, expedire iudicauerit. Et ita tenet Bellarminus *contr. 3. lib. 5. cap. 6.* & communiter Theologi, & plerique iurisconsulti *par. 1. tract. 2. res. 123.* Nec Bonifacius VIII. in extrau. *Vnam sanctam* voluit Reges, & Principes Ecclesiasticæ ditionis magis quàm olim erant subiicere, sed solùm demonstrare, quod in Ecclesiā præter gladium spiritualem sit etiam temporalis, habitu & indirectè, cùm expedierit, exercendus; quod posteà declarauit Clem. V. in Extrau. *Meruit. ibid. res. 123.* Potest igitur Pontifex censurarū gladium intromittere, quoties inter Magnos Principes superiorem in temporalibus non agnoscentes lis aliqua oritur, nec in arbitriū conuenire volunt, sed bello & sanguine Christianitatis pacem turbare, & Principes obedire tenentur, vt tenet Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 29.* & Mendoza *vol. 2. disp. 169. sect. 2. §. 23. Ibid. resolutione 114 & p. 6. tract. 4. res. 2.* Hac eadem potestate instituit in Germania septem electores Imperij. *par. 10. tract. 4. resol. 2* & potest honorare principes Ecclesiæ benemeritos titulo regio. Quod plerique fecerunt. *par. 10. tract. 6. resolut. vn.*

Ob quod potest per cēsuras bellum inter Principes impedire:

Sicut & illos ad bellū contra infideles hortari, & ipsorum Reges, &c.

3 Potest autem ipsi committere prælium in infideles, quando vi & armis fidei Prædicatoribus iter occludunt, vt docet Fagundez *in decal. tom. 1. l. 1. cap.*

si Prædicatores fidei impediũt.

53. *num.* 20. & illorum Regnorum inuestituram eis concedere, vt Alexander VI. Regibus Castellæ, & Lusitaniæ linea præfixa Indorum oppugnationem, & dominium diuisit. Ait autem Mendoza *vol. 1. disp. 75. sect. 1. §. 15.* non posse Ecclesiam mittere ad infideles Prædicatores cum exercitu, nec eo titulo posse Princeps munimenta, & arces in prouinciis illorum erigere; quia hæc ratio prædicandi est contra præscriptum Christi, qui *Matt. 1.* Apostolos mittit *tamquam oues in medio luporum*, ad experiendum potius, quam ad portandum ferrum & ignem. Sed placet opinio Suarez *de charit. disp. 19. sect. 1. nu. 8.* & aliorum, quod vbi infideles prædicatores admittere blandè & pacificè admoniti, renuunt, armis cogi possint *par. 6. tract. 4. res. 15.*

Quia tenẽtur fidei expositores audire.

Tenentur enim ipsi loqui volentes de rebus spectantibus ad Religionem quietè, & pacificè audire, ad deliberandum num acceptare illam debeant, aut respuere, quod si impiè negẽt, armis compelli possunt, vt ait Victoria *in relect. 1. de Indis à numero 36.* Et multo magis, si prædicationem impediunt, priuante innocentes iure suo, quosdam quidem prædicandi, quosdam verò audiendi verbum Dei, cum iniuria Ecclesiæ, quæ per totum orbem Euangelium prædicandi accepit à Christo Domino potestatem *Matth. vlt. & Marc. vlt. Ibidem resolutione 17.* In his autem casibus non debet Papa ex Ecclesiasticis exercitum congregare, quibus hoc munus repugnat, nisi quando timerentur in Ecclesiam damna. An propter alia crimina possit Principibus bellum in infideles permittere, dicemus V. *Pugna quoad causas. Ibidem resolutione 15.*

Et ab aliis audiri permittere.

Papa potest eximere Laicos de potestate laicali.

4 Potest Summus Pontifex eximere laicos de potestate laicali, quandocumque interuenit iusta causa. Ita Valboa *in capite 1. de foro comp num. 6.* & alij multi; & de facto eximit familiam Episcopi laicam ob reuerentiam dignitatis Episcopalis, vt dictum est V. *Immunitas, num. 19 par. 6. tr. 2. resol. 7.* Potest è contra delegare laicis iurisdictionem Ecclesiasticam non solùm in ciuilibus & criminalibus, sed etiam in spiritualibus, vt ait Nauar. *c. 27 n. 6.* & alij *p. 1 tr. 2 res 113.* & de facto aliqui dicunt, Regem nostrum habere priuilegium Papæ pro Tribunali de la fuerca, & Monarchia Siciliæ, & aliis. Quæ nihilominus priuilegia potest Papa quandocumque voluerit reuocare, immò aliqui dicunt reuocare de facto quotannis in Bulla Cœnæ, vt dictum est V. *Immunitas Ecclesiastica, n. 11.*

Et ei subiicere Ecclesiasticos.

Et iterum subtrahere quando ei libuerit.

Et quamuis Papa tolleret exercitium talis iurisdictionis, non proinde approbare, diximus V. *Consuetudo à n. 2.* & dicemus etiam V. *Vsus* Potest similiter reuocare & derogare iuspatronatus laicorum: vnde ait Bonacina *de leg disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 13* cum aliis, non esse liberum magistratibus & iudicibus sæcularibus, litteras pontificias reiicere, quarum auctoritate beneficia exteris conceduntur, sed solùm posse apud iudicem Ecclesiasticum de subreptione litterarum opponere, aut si expressè iuripatronatus derogetur, libellos supplices ad Summum Pontificem mittere, & interim executionem suspendere, qui si nihilominus litteras collationis ratas habere velit, debere laicos iudices, obedire, etiam obstantibus Principibus, & eorum legibus *p. 1. tr. 2. res. 26.*

Et renocare iuspatronatus laicorum.

Papa potest dispensare in iure humano.

5 Papa non potest dispensare in iure diuino; potest tamen in omni humano, & sic potest extinguere Archiepiscopos, & Patriarchas, vt docet Moneta *de commut. c. 12. num. 78.* item Cardinales, quia non sunt de iure diuino. Vide V. *Cardinalatus. n. 2* & potest eis concedere facultatem testandi de bonis acquisitis intuitu dignitatis. Vide V. *Cardinales n. 8.*

Extinguere Patriarchas, Archiepiscopos.

Cardinales. Dispensare in quo uis gradu consanguinitatis trãsuersali, &c

Et ex iusta causa dispensare potest in impedimento consanguinitatis, etiam in primo gradu lineæ transuersalis, vt inter fratrem & sororem; item in primo gradu affinitatis lineæ rectæ inter nurum & socrum. V. V. *Dispensare n 3. & 4*

Et ad suas leges non tenetur secundũ alios

Ipse etiam tenetur ad præcepta diuina & naturalia, vt est præceptum eleemosynæ largiendæ. Vide V. *Eleemosyna, num. 17.* Ad iura autem humana, ieiunij v. gr.

quos sub mortali. Et sic non teneri sub mortali cõfiteri singulis annis.

v.gr. & Horarum canonicarum, secundùm præpositum *in par. 2. quæst. 95 disp. 4. dub. 1. nu. 4.* secluso scandalo non tenetur sub mortali, contra sentit Malderus *ibid. quæst 86. art. 5. §. vt verò.* Nauarrus putat, non peccare mortaliter, si annuam confessionem omittat, *de pœn. dist 5. num. 32.* Nam si potest absque graui culpa dispensare in sua lege cum alio, cur idem non possit cum semetipso; quare ablata per dispensationem obligatione lethali, remanebit sol ùm obligatio decentiæ veniali, Sed tenendum, quod Papa non potest Ecclesiasticum præceptum confessionis quoad se omninò tollere, sed solùm alterare quoad tempus, v.g. aliqua vice differre per semestre vltra annum. Et sic docet Lugo *de pœn. disp. 15. sect. 7 n. 143. par. 6 tr. 6. res. 3.* * sed vide, V. *Lex, num. 6.*

Papa non potest esse hæreticus etiã vt homo priuatus.

6 Papa vt Papa non potest errare in fide. Et licèt vt persona priuata errare possit ex ignorantia, non potest tamen esse hæreticus pertinax. Suarez *de fide disp. 10 sect. 6 n. 11.* & alij. Dato autem per impossibile, quòd in hæresim incideret, non posset ab Inquisitoribus iudicari, quia superior non cognoscitur ab inferiori. Zanardus *par. 2 c. 6 qu. 20.* vbi putat, citari & examinari posse a Concilio generali, & si in hæresi induratus maneat, à Pontificatu deponi; quia tunc deponeretur immediatè à Christo, vt inquit Caietanus *de auct. Papæ cap. 18. & 19 part. 4 tract. 8 res. 8. v p. 11. tract. 9. & 10. toto.*

Quid si per impossibile in hæresim incideret?

7. Pontificem esse dominum absolutum beneficiorum Ecclesiasticorum docent multi Canonistæ, Theologi tamen communiter negant. Lessius *de iust. l. 2. c. 4 dub. 5.* Layman. Nauarrus &c. *p. 11. tr. 3. res. 14.*

PARLAMENTVM
Regni Siciliæ, & Neapolis.

Parlamẽtum quid?

1 * PArlamentum dicitur conuentus procerum Regni congregatorum pro causa publica. Concurrunt autem in Sicilia tria brachia, Ecclesiasticum, demaniale, & militare, id est Archiepiscopi, Episcopi, & quidam Abbates & Priores; procuratores Ciuitatum & Castrorum Regi subiectorum immediatè, & Barones obligati ratione feudi ad seruitium militare. † Et quidem istorum omnium vt plurimum maior pars sufficit ad concludendum. Dummodo concurrat brachium Ecclesiasticum: nam sine eo totum brachium demaniale, & totum militare non sufficiunt. *par. 1. tr. 3. res 27.* Quod benè institutum est (ait Gottifredus *in archont. cosm. de Regno Sicil. num. 8.*) quia Ecclesiastici loquuntur sine metu, & iniustis petitionibus resistere possunt audacius, quam Barones: vnde si absque illis aliquid determinaretur, talis determinatio apud populos redderetur suspecta. Si verò cum brachio militari, vel demaniali concurreret etiam Ecclesiasticum determinatio valere. *part. 3. tr. 5 res. 78 In res. 27.* Ex quibus benè ait Mastigrillus *de magistr. to. 2. lib. 5. c. 13. num. 36.* Ecclesiasticos ad Parlamentum vocatos accedere debere, malè tamen Bobadilla *lib. 2. c. 10. num. 66* quod non accedentes expelli possint; vt diximus V. *Lex, num. 2. par. 1. tr. 3. res. 22.* Sed in certis casibus requiruntur omnia singulorum suffragia, vt in efficiendis regnicolis. *Ibid. res. 19. in fine*, & in dando Proregi donatiuum; quia hoc exigit integrum voluntarium, & tangit omnes: vnde omnes consentire debent, vt ex multis iuribus probat Magistrillus *vbi supra cap. 15 num. 27. Ibi. res. 29. & par. 3. tr. 5. res. 78. §. In res. 29.* Sed præterea requiritur licentia Regis: quia eiusdem litteris prohibitum est, cùm Proregem ageret Marchio Villenæ *ann. 1611 par. 1. tractat 3. res. 29.*

A quibus concludi possit?

Et cur cõcurrere debeat Ecclesiastici?

2. In his ergo casibus, in quibus omnia suffragia concurrere debent, si agitur res iniusta, non potest Parlamentarius se absentare, sed tenetur accedere, & præbere votum negatiuum? quia sic iniustam conclusionem impedire potest. *Ibid. res. 19.* Et multo minus potest

Quando omnia vota sunt necessaria, non potest parlamentarius se

absétare, & conclusionem iniustam permittere.

Nã in tali casu Procurator substituere.

Vbi sufficit maior pars qui primi dant vota pro iniusto donatiuo, sufficiẽtia.

tenẽtur ad restitutionẽ in integrũ.

Alij verò minimè.

Etiã in dubio, an fuerint de primis, & efficacibus.

Nisi suffragia essent reuocabilia.

Sed nihilo-

test Procurator vniuersitatis &c. substituere alium à quo præuideat extorquendum consensum in rem iniquam: quia licèt regulariter procurator cum potestate substituendi substituere possit; id tamen non procedit, quando vniuersitati &c. damnum præuidetur inde emersurum *Ibid. ref.* 8. Vbi verò sufficit maior pars, ille vtique, qui prior suffragium pro iniusta conclusione, scilicet iniusto donatiuo præberet, peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem, etiamsi sciret, alios sufficienter etiam absque suo voto suffragaturos, nam hoc non tollit, quin ipse positiuè & efficaciter damnum intulerit. Ita DD. communiter contra Salonium *tom. 1. q.* 61. *ar. 1. concl. 3.* Et idem die de omnibus aliis votantibus ante numerum sufficientem. *Ibid. ref.* 17. Qui omnes, tenentur ad restitutionem singuli in integrum, quia singuli cooperantur ad totũ damnum in individuo. Ita DD. communiter. Nisi quod de hoc dubitat nouissimè Strouersdorf. *in q. 62. art. 8. disputat. 4. concl. 2* eo quia tales non sunt singuli causa adæquata totius damni, sed inadæquata & partialis, sicut multi eandem nauem simul trahentes: quare sicut hi non merentur singuli integram mercedem, ità illi (& in vniuersum concurrentes ad idem opus malum contra iustitiam partialiter) non debent damnari ad totum damnum. Notatque, hanc sententiam docuisse in Academia Louaniense Vviellium *an. 1615. par. 4. tr. 4. ref. 79.* Qui verò concurreret post numerum sufficientem, ad restitutionem minimè teneretur; quia damnum iam sufficienter illatum supponeret per priora suffragia. (Et idem dic de eo, qui inter vtrorumque consilia positus, dubitaret, num suum suffragium fuerit ex efficacibus, an tantùm ex sufficientibus: quia in dubiis melior est conditio possidentis. Ita Gordonus *to. 1. libr. 5. quæst. 6 cap. 2. §. 4. num 13.* contra Nauarram *lib. 3. cap. 4. n. 35 p. 4. tr. 3. ref. 63.*) Ità omnes Doctores, qui id limitant in casu, quo suffragia essent reuocabilia, nam tunc vltimò votantes pro re iniqua, cum alioquin sua auctoritate reuocare potuissent conclusionem, teneri ad restitutionem. *par. 1. tractat. 3. resolutione 16.* Et quidquid sit de hoc, à peccato mortali nemo ex subscribentibus excusatur, quamuis actum, vel scripturam efficiat, protestans se contrarium votum emisisse, vt asserit Maderiaga *in libro de Sanat. capite 35. §. 4.* nam omnes approbant rem malam reclamante conscientia, & Scriptura Sacra *Exodi 23.* vbi ait: *Ne sequaris turbam ad faciendum malum; nec in iudicio plurimorum acquiescas sententia, vt à verò deuies.* Nec obstant *l. quod maior pars, ad munic. & l. aliud §. refertur, de reg. iur.* approbantes quidquid à maiori parte conclusum fuerit; nam non approbant, quia conclusum est à maiori parte, sed quia præsumitur iustum, & melius, vt tradit Morla *in empt. iur. titul. 12 quæst. 9 numero 8.* vnde si iniustum sit, leges reprobant. *Ibid. resolutione 30. §. Difficultas.* Hi ergò melius facient, si à Parlamento pro ea die se absentent, dum absque magna singularitatis, & proteruiæ nota pro iustitia loqui, & suam conscientiam exonerare non possunt, nam id in tali casu fieri posse concedit Valerus *v. suffragium diffic. 2. in fine.* & Ledesma *tomo 2. tractatu. 7. cap. 2. concl. 24.* quia nimis graue videtur, obligare aliquem, vt cum tanto incommodo, & periculo resistat Parlamentariorum torrenti, *Ibid. resolutione 18.* Id quod non procedit in iis casibus; in quibus requiruntur omnia singulorum suffragia, vt dictum est *initio num. præced.* Quare videant, quid faciunt Proceres, dum timoratos rogant, vt qua die res iniqua concludi debet, se absentent, vel data opera occasionem cum illis loquendi arripiunt, vt de Parlamento exire faciant, donec res concludatur. *Ibid. resolut. 19.* Aut illos rogant, vt pro se procuratores substituant, à quibus deinde suo modo consensum extorqueant, *Ibidem resolutione 8.*

minus peccãt mortaliter.

Quare, melius est quod se absentẽt.

3 In rigore, & absolutè loquendo non est illicitum, quod plures vniuersita-

Nõ expedit quòd om-

nia Regni suffragia cõmittãtur duobus aut tribus, vt pro suo arbitrio ferant.

uersitates, & Barones Regni vnum, vel duos procuratores constituant, qui pro omnibus suffragium ferant in Parlamento, si sciant hos procuratores, esse viros timoratæ conscientiæ, & qui non propriam, sed publicam quærant vtilitatem. Sed vt plurimum nõ expedit, quòd duo vel tres possint in Parlamento quid quid velint pro suo arbitratu concludere: quod ipsum confessus est Aponte, vnus ex primis sui temporis nostri Regis consiliariis *in tr. depot. pror. tit. de elect. offic. §. 5. numero 13.* Abrogandus ergo est hic abusus. *part. 1. tract. 3. resolutione 7.* & sic illum exterminari curauit Excellentiss. Dux Ossunæ tunc Prorex peractum vice regium *regist. in offic. Patrim. anno 1614. die 17 Febr. 3. indict.* qui vtinam nunc obseruaretur. *parte 3 tractatu. 5. resolutione. 78. in resolutione 7.* Dato verò quod Parlamentarius haberet duo suffragia, vt Baro videlicet, & Procurator vniuersitatis, ait Borrellius *in add. ad spec. Bellug. rubr. 45.* non posse ferre contraria, vt Baro videlicet positiuum, vt Procurator negatiuum; aut è contra, nisi qui eum Procuratorem constituit, expressisset, vt ferret negatiuum v. g. Sed, si res in Parlamento determinanda habeat rationes vtrinque probabiles, puto talem posse contraria ferre suffragia, sicut Confessarius, & casuum responsor de eadem re potest nunc vni secundùm vnam, mox alteri secundùm aliam opinionem consulere, & iudex in causa vtrinq; probabili diuersimode iudicare. Quod intelligendum est cessante scandalo, quod in casu nostro cessaret, si Baro huiusmodi rationes vtriusque voti proponeret. Sed hic casus in Parlamento rarò potest accidere, & occurrente consulerem, semper eadem de eadem re vota emitti. *part. 1. tract. 3. resolut. 10.*

Sed dato quod quis haberet duo suffragia, posset in causa vtrinq; probabiliter contraria.

Donatiua ordinaria Regi debentur.

4 Cæterùm, quia vt plurimum Parlamenta congregantur pro præbendo Serenissimo Regi donatiuum, sciant Parlamentarij, donatiua ordinaria nomine tenus esse donatiua, sed reuera deberi loco seruitij pro Rege in bello adiuuando, & à necessitatibus subleuando. vnde singulis statutis temporibus, illa irremissibiliter petit, peculiaribus litteris ad Proregem missis. Ità Giurba *tom. 1. cons. 218. n. 2.* & Iuristæ, Pontius *de imp. matr. causa 31. q. 2. §. 11.* & Theologi communiter. *par. 1 tr. 3. res. 1. & p 3 tr. 5. res. 78 §. In res. 1.* Qui omnes addunt, quod si interueniat forma vt infra, Proreges possunt illa à Parlamento extorquere per vim & metum; quia debitorum solutio non exigit plenum voluntarium debitorum. Idque non solùm sine onere restitutionis, sed (si regiæ necessitati aliter subueniri non potest,) etiam sine peccato quia metus iustè incussus iniustus esse non potest *p. 1. tr. 3. res. 25.* Id tamen non procedit cum Baronibus, etiam deficientibus populi viribus: quia Barones tenentur ad seruitiũ militare, sustinentque alia onera, vnde suaderi, mediisque suauioribus induci debent ad contribuendum. Ita Sotus *de iust. l. 3. qu. 6. art. 7. ibid. res. 16.*

Si concurrãt requisita in impositione gabellarum. Ideſt necessitas Regis. Qua non omnis sufficit in regno Siciliæ, ex concessione Regis Iacobi.

5 Forma autem requisita pro iustitia donatiuorum est illa eadem, quam Doctores requirunt in impositione gabellarũ, de qua nos diximus V. *Gabellas imponere.* Ita Molfesius *tom. 2. tr. 12. c. 12. num. 36. par. 1. tract 3. res. 1.* Præcipuè verò adesse debet necessitas ex parte Regis, & Reipublicæ, quam nos loco cit. explicauimus, & sufficientia viriũ ex parte populi. *Ib. res. 2.* Et quidem non omnis necessitas sufficiens ad extorquenda donatiua in aliis Regnis, sufficit in Regno Siciliæ. Nam in eo adest priuilegiũ Regis Iacobi, vt non nisi in quatuor casibus teneatur donatiuum præbere, quorum vnus est inuasio ipsius Regni passiua, notabilis, siue grauis, quã Gloritius *resp. 1. p. 3. n. 34.* explicat de actuali proxima; infertque, non posse Regem tributum exigere pro ipsius inuasione remota, simulata, procurata, transitoria &c. Vnde non est audiendus Muta, explicãs casum prædictum de inuasione actiua, quam nimirum Rex ob iustam causam in aliud Regnum facere vellet; quia hoc est expresè contra mentem, & verba Serenissimi Regis. Et multò minus audiendus est Baua *in resolut. pro tracta.*

Rationabili.

sal folio 12. & 14. dicens, Regem nostrum manere in possessione recedendi à capitulis Regni promissis, & practicatis, quandocumque sibi libuerit. Nam si id verum esset, ad quid concessiones istæ valerent? Ecquis amplius cum Rege pactum iniret? Maneat igitur, in aliquibus casibus Regem ab aliis Regnis tributa iustè exigere posse, à Regno autem Siciliæ non item: idque ex iure municipali *p.1.tract.3.resolut.15.* Quod rationabiliter nostro Regno concessum est, quia seipsum sponte, & voluntariè obtulit Serenissimo Regi Petro, & non fuit, vt Regni aliqua Hispaniarum laboribus, & sumptibus ab inimicis fidei in libertatem vindicatum, quæ proindè, vt notauit Vasquez *de rest.cap* 6. §. 3. *dub.* 1. *num.*9. maiorem tenentur Regibus gratiam rependere. *Ibid. resolut.*31.

Sed an de necessitate credendum sit Regi? Et libitum ei sit determinare summã sibi soluendam? Et si assignata nõ sufficiat, ma rẽ exigere? Aduertãt Parlamẽtarij an vires Regni sufficiant.

6 Porrò de necessitatibus Regis ipsi credendum esse à Parlamentariis, asserunt Doctores, vtpotè Principi in facto proprio, in quo semper præsumitur iustitia causæ, nisi moraliter constaret oppositum, vt aduertit Socinus *l b.*2. *cons.* 164. *vol* 5 *par* 1. *tract.*3. *res.* 11. Sed Decius *cons.* 176. *num* 13. & alij apud Ferrer. *ad const. hac nostra enid.*2. *num* 42. vltra Regis assertionem alia adminicula requirunt, quia agitur de præiudicio, & interesse totius populi *p.*3. *tract.*5. *res.* 78. § *In res* 11. Regis quoque arbitrium esse ait Vasquez *vbi supra* § 1. *dub.*1. *num* 7. quando inter Regem, & Regnum non adest pactum, determinate summam sibi à Regno soluendam pro sui sustentatione, & Regni defensione. *par.*1. *tr* 3 *resol* 12. Et si stipendium assignatum ex pacto, propter multa, quæ pro temporum diuersitate contingere possunt, non sufficiat, potest noua tributa exigere, & Parlamentarij præbere. Si tamen vires Regni sufficiunt. Nam *hoc opus, hic labor est, ibid resolutione* 23. Quare videant Parlamentarij circa donatiua extraordinaria, an vniuersitates tale onus sustinere possint, & sciant, se quam primùm de hac re coram Deo rationem esse reddituros. Nam Theologis, à quibus de iustitia donatiui consilium petunt, de sufficientia ciuitatum non constat. Quod si constet, dicant etiam ipsi quod sentiunt absque timore. *Ibid. res.*3. § *Vnde ex his.* Nam ob id ait, & benè Merquez *in suo gubern. lib* 1. *cap.* 16. ad ventilandam iustitiam donatiui consulendos esse Theologos doctos, & pios, qui spe omni temporali omninò destituti sint; proponendumque illis, Regem ab eis non nisi iustum scire velle. Immò, & optimum esse, quòd Reges fauerent Theologis, qui contra ipsos consilium præbuerunt. *Ibid. resolutione* 32.

Theologos doctos, & pios.

Nõ faciant prorogationẽ donatiui ante finẽ ex nunc pro tunc.

7 Videant præterea Parlamentarij circa donatiua etiam ad tempus imposita, quæ aduertit Capiblancus *de off. bar. pragm.*10. *num.*6. Attendantque arbitria, quæ proponuntur; nam in practica non seruantur, vt apparuit in Parlamento Ducis Offunæ *par.*1 *tract.* 3. *res.* 5. in fine. Et si donatiuum adhuc duraret per multos annos, non faciant prorogationem ex nunc pro tunc ad alios annos. Nam iniustè id facerent, quia interim possent aliquæ causæ suboriri, quæ donatiuum iniustum redderent, vt notauit Valenzuela *cons.*99 *punct.*3. *n.* 52 *Ibid resolut.* 24. Denique exponant Regni necessitates, & virium in sufficientiã, etiamsi alij contrarium sentiant; nam forsitan sua vota mutabunt, vt multoties accidisse, testatur Aponte. Proponant præterea petitionem aliquam pro Regni vtilitate Regi faciendam; declarent, si pecunia donatiui diligenter, & fideliter à commissariis exigatur, si pecuniæ destinatæ in Parlamẽto ad aliquod beneficium Regni, fuerint in illum finem expensæ, necne, & alia similia, quæ iustitia, & charitas dictabit, etiam si illi caput Parlamenti non proposuerit. *Ibid resolut.*9. Non damnarem tamen Parlamentarios, si donatiuum Regni præberẽt ex opinione probabiliiustum Nam id regulariter omnibus in varietate opinionũ permittitur, etiam iudici. Et alioqui multis scrupulis implicarentur Parlamentarij, si probabiliores opiniones inuestigare tenerentur, Ità Nauarrus *de rest. lib.* 3. *cap.*1. *num.*268.

Declarent quo pacto Regni interesse administrentur.

*num.*268. Et vbi secundum probabilem opinionem, etiam probabiliori relicta, concluſum eſſet, alij Parlamentarij ſubſcribere poſſent. *Ibid. reſ.*20. An verò in tali caſu populi poſſint donatiuum, & gabellam fraudare, dictum eſt V. *Gabellas fraudare.*

Et exteros in regnicolas difficilè admittant.

8 Quoniam verò in Parlamentis agitur etiam de amittendo aliquo extero in regnicolam, aduertant Parlamentarij, vt illos ſolos admittant, à quibus Regnum, & Eccleſiæ multum iuuaminis ſperant, quod quia vt plurimum fefellit experientiam, doctiſſimi Iuriſconſulti Hiſpani cum multis Theologis docent, in magnam vtilitatem Regni cedere, ſi non exteris, ſed nationalibus beneficia conferantur, quode i me expertum fatetur Rex Catholicus apud Suritem *tom.*6. *lib.*10. *cap.*99. Et faciunt textus in *l. Eccleſia C. de Epiſc. & Cler. c. bene & lib.*2. *§ fin. de poſtul. prælat.* & tota diſtinctio 71 decreti. Ratio autem eſt, quia naturales in Eccleſiarum regimine maiorem diligentiam adhibent, magiſque in illis reſident, quàm exteri, qui facilè inueniunt occaſionem recedendi, & commutandi plerumque beneficia impoſitis penſionibus cum damno Eccleſiarum. Et præterea incolæ animabuntur ad informandos bonis moribus filios, & litteris imbuendos, ſi cognouerint beneficia ſolis incolis conferri poſſe, & ex illis doctiores, probatioreſque præferri *par.*1. *tract.*3. *reſolutione* 6.

PAROCHVS.

Parochus tenetur parochianis quãdo tenentur Sacrũ audire, celebrare.

1 PRima obligatio Parochi eſt celebrandi per ſe; & in neceſſitate per alium, in Dominicis, & feſtis, in quibus populus tenetur Miſſam audire Syluius *in* 3. *par. q.* 83. *art.*3. *quæſt.*17. *par.* 2. *tract.*14 *reſol.*26 Et quia in die Natiuitatis populus non tenetur audire tres Miſſas, Parochus non tenetur ea die ter celebrare; præſertim quò nemo tenetur vti ſuo priuilegio Bellettus *in §, isqui cler. part.*2. *§.*28. *num.*2. contra Henriquez *lib.*9 *cap.*30 *num.*6 *par.*4. *tract.*4. *reſol.*236. Nec vnquam tenetur Sacrificium applicare pro populo, quantum eſt ex vi beneficij parochialis, vt dictum eſt V. *Miſſa, num.*3. Quamuis nec applicare alicui poſſit pro eleemoſyna manuali, vt determinauit Sacra Cõgregatio *die* 1. *Sept.*1629. apud Barboſam. *part.*4. *tract.*4. *reſolut.*232. † Aat in *reſolut.* 26. *ſup. cit.* docuerat poſſe, ſecluſa conſuetudine. † Secunda obligatio Parochi ex Tridentino eſt, prædicandi populo per ſe, vel per alium, (ſi impeditus fuerit,) verbum Dei, vbi aliqui putant, ceſſante impedimento legitimo, non ſatisfacere prædicando per alium, & reuera, quamuis ſatisfaciat iuri diuino, quia fidelibus verbum Dei non ſubtrahitur, & qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur; Tridentino tamen ſatisfacere non videtur vt docet Bonacina *tom.*2. *diſp.*5. *q. vnic. punct.*2. *num.*29. Nihilominus ad ſolamen parochorum dicendum eſt cum Trullench *in de cal.to* 1. *l.*3. *c.*1. *dub.*4. *n.*12. quod ſic etiam Tridentino ſatisfaciant, cuius mens talis eſſe videtur, *par.*6. *tr.*7. *reſol.*13.

Non tamen applicare ſacrificiũ.

Itẽ tenetur omnino cõcionari per ſe, ſi non eſt impeditus.

Et per ſe miniſtrare Sacramẽta Alios non faciet fructus ſuos.

2 Tertiò tenetur Parochus miniſtrare parochianis ſuis Sacramẽta, quæ exæquitate poteſt, per ſeipſum; & hæc eſt reſidentia, quam requirit Tridentinũ *ſeſſ.*7. *c.*3. & 23. *cap.*1. non enim ſolùm requirit habitationem cum miniſterio alieno, quæ eſt reſidẽtia materialis, ſed reſidentiam cum effectu, ſeu formalem, vt docet Sancius *diſp.*47. Qui exiſtimat. Parochũ Sacramenta miniſtrantem per ſubſtitutũ, non ſolùm peccare mortaliter, ſed etiam teneri ad reſtitutionem fructuũ. Sed in hoc diſſidet Garſias *de benef. tr.*1. *par.*3. *c.*2. *n.*53. tum quia pœnæ reſtringi debent; tum quia ſi malè miniſtrans per ſe, nõ tenetur ad reſtitutionẽ, nec teneri ad illã debet miniſtrans per alium. Quibus tamen reſpondet Sancius, reſtitutionẽ fructuum non eſſe pœnam, cum incurratur ante ſententiam iudicis, ſed potius non lucrationẽ, ſeu impletionem conuentionis, qua collati ſunt ei fructus, ſi Sacramenta miniſtret

per se: sicut agricolæ promittitur merces pro colendo agro, vnde quo tempore eorum vterque suam operam non adhibet, lucrari non potest. Cum eo autē, qui malè ministrat per se, esse disparem rationem: nam is implet mentem Concilij quoad substantiam, ille non item. Et quamuis hæc sententia Sancij non satis deducatur ex Concilio, deducitur tamen ex iure naturali contractus, quo Parochus se obligat ad officium pro fructibus, qui contractus reducitur ad innominatum *do vt facias. par. 3. tr. 4. res. 156.*

Et ideo eius domus debet esse pro pè parochiā

3 Notandum ex declaratione Sacræ Congregationis, domum Parochi esse debere propriè Parochiam. Riccius *par. 4. decis. 41. ibid.* in fine.

An parochus teneatur audire Confessiones suorū, quotie. voluerint?

4 Sacramentum Pœnitentiæ Parochus secundum Bonacinam *de sacr. disput. 5. quæst. 7. punct. 4. num. 23.* tenetur parochianis ministrare non solùm quādo illi iure diuino, aut humano confiteri tenentur, sed etiam quoties voluerint, siue ex deuotione, siue ad vitanda peccata &c. Sed alij hanc sententiam limitant, Et Vasquez *in 3. p. tom. 4. quæst. 93. art. 3. dub. 6. num. 3.* quoad confessiones vtiles pœnitentibus, non autem quoad frequentatas propter scrupulos. Nugnus *in add. ad 3. p. tom. 2. quæst. 8. art. 4. dub. 3.* putat, non peccare mortaliter, si semel, aut iterum denegat confessionem rationabiliter petenti. Posseuinus *de off. Curati. cap. 5. quæst 7.* asserit, quando Confessio petitur ex deuotione, non esse mortale illam negare, si is, qui petit, habeat alium, cum quo possit confiteri, & de facto confiteatur; si verò non habet, esse mortale: Verùm post Richardum, Syluestrum, & alios, Reginaldus *tom. 1. lib 1. cap 8. numero 81.* absolutè existimat, teneri solùm, quando vrget præceptum confessionis; quia extra hos casus non tenetur Confessiones parochianorum audire ex charitate, sicut nec aliorum, nec ex iustitia ratione officij: nam huic satisfacit, si onera à iure vel à superiore sibi imposita compleat; inter quæst, vt ministret Sacramentum Pœnitentiæ, quando subditi confiteri tenentur, non aliàs. Vnde sicut pater carnalis satisfacit suo muneri præbendo filiis necessaria, quamuis deneget abundantiora, ita & parochus, qui est pater spiritualis, quoad alimenta spiritualia. Omnes istæ sententiæ sunt probabiles *part. 2. tr. 16. res. 2.*

Et hoc Sacramentū cum Sacramentis Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis ministrare per se infectis peste eū periculo mortis?

5 In sententia Nugni *in 3 p. to. 2. quæst. 33. art. diff 2.* Parochus tenetur tempore pestis ministrare Pœnitentiam, Eucharistiam, & Extremam Vnctionem infirmis cum periculo mortis. Sed quoad extremam Vnctionem, quæ non est Sacramentum necessitatis, contrarium dicendum est cum Villalobos *tom. 1 tr. 10. diff 6. num. 7. par. 3. tract. 4. res. 174. & par. 5 tract 3. res. 93.* Idque, vt ait Hurtadus *de Sacr. Extr. Vnct. diff. 12.* non solum si infirmus Sacramentum aliud; nimirum Confessionis aut Communionis, suscepisset, sed etiam si nullum suscipere potuisset: quia ex vna parte ille saluari potest per contritionem, & ex alia non est certum, quod hoc Sacramentum deleat mortalia quoad culpam. Limitat Granado *in 3. p. contr. 8. disp 8. num. 6.* nisi Parochus certò sciret, ægrotum esse in statu peccati mortalis, & probabiliter sibi persuaderet tali remedio liberandum esse: nam huic certæ necessitati subuenire teneretur cum periculo vitæ corporalis. Quod etiam docet Præpositus *in 3. p. q. vn. Sacr. Extr. Vnct. dub 6. num. 47.* in casu quo quis cum peccato mortali, de quo habuerat solum attritionem, in amentiam incidisset, tunc enim putat, Parochum teneri cum vitæ periculo; si ille infectus sit peste; hoc Sacramentum illi ministrare; nisi esset persona valde necessaria, & ex cuius morte timeretur magnum animarum detrimentum in quo casu ei videtur neque posse, quia præferre debet bonum spirituale communitatis bono peculiari vnius tantùm *par 5. tr. 3. res. 83.*

Quod vltimū nego.

Et idem dicebat Gregorius XIII. de aliis.

6 Et idem dicendum putat Molfesius *to. 1. tr. 4. c. 3. n. 75.* de Sacramento Eucharistiæ. Vide V. *Communionis, n. 73.*

7 Filliucius verò *tom. 1. tract. 3. cap. 5. numero 99* excusat Parochum in aliquo casu

casu etiam ab administratione Sacramenti Pœnitentiæ, vt quando esset certus moraliter, infirmum non habere conscientiam peccati mortalis, & periculum vitæ magnum esset *par.5 tr.3.res. 93.* post initium. Sed Gregorius XIII. *anno 1572 die 10. Decembr.* in quadam Epistola ad S. Carolum Borromæum definivit, Parochos tempore pestis teneri quidem in Parochia residere, & si non resideant, agendum contra eos iuxta decretum Tridentini *sess. 23. cap. 1.* Sacramentum verò Pœnitentiæ, & Eucharistiæ ministrare debere per alios in bonum parochianorum sanorum, qui nollent conversari cum Parochis euntibus ad infirmos peste. Et ita etiam docet Marchinus *de bello diu. part. 3. cap. 2. numero 4.* contra Mancinum *pract. visit. infir. pract. 8. dub. 18. part. 5. tractat. 3. resol. 53.*

8 Parochus secundùm Barbosam non debet sine lumine Extremam Vnctionem deferre, aut ferre oleum in cubiculum, vt expeditior inveniatur. Vide V. *Extremæ Vnctionis, n. 24.*

Item ante- 9 Posita probabili sententia, quod impedimentum Catechismi per Tri-*patrinos, &* dentinum non sit sublatum, docet San-*catechismi, &* chez *de matr. tom. 2. lib. 7. disp. 10. numero Baptismi?* 13. Parochum teneri notare in libro patrinorum, an illi patrini sint solius Catechismi, eo quod puer in domo fuerit baptizatus. Nam patrinus Baptismi contrahit impedimentum dirimens, Catechismi verò tantum impediens, & Parochus aliter faciens defraudaret mentem Concilii, & præberet ansam dissoluendi matrimonia valida. At Guttierez *de matr. cap. 84. numer. 7.* non videtur imponendum Parochis: hoc onus sub mortali *part. 3 tractat. 4. res. 260. §. Sed quia.*

Parochus excommunicatus non toleratus validè assistit matrimonio, 10 Parochus excommunicatus non toleratus secundùm Avilam *par. 2. cap. 6. disput 3 dub. 1. concl. 5.* invalidè assistit matrimonio, quia hæc assistentia est actus illius vt personæ publicæ & ratione publici officii, qui ab excommunicato non tolerato invalidè efficiuntur, vt tradit Sylvest. V. *Excommunicatio 3. numero 2.* & exemplificatur in Tabellione excommunicato, qui si non est toleratus, invalidè intervenit in contractibus. Sed contrarium tenendum est cum Cornejo *in 3 p. tr. 5 disp. 10. §. 1. dub. 5.* quia talis assistentia non est actus Ordinis, cum non sit minister huius Sacramenti, nec iurisdictionis, vt probat Sanchez *de matr. lib. 3. disp 10* sed solum est necessaria, vt auctoritatem præbeat matrimonio. Ita Pontius *lib. 5. cap. 17. § vn. num. 9.* Et respondet ad argumenta Avilæ *part. 5. tract. 9. res. 78. & part. 11. tract. 3. res. 32.*

11 Ipse tamen *ibid. num. 11.* existimat, *An etiam* in tali casu Parochum peccare, quia *licitè.* communicat cum fidelibus, non quidem in Sacramento, sed in Sacris, qualis est communicatio in divinis officiis & missa. Nec excusare necessitatem, quia hoc Sacramentum non est necessitatis. Sed si Parochus non sit ab Episcopo, vel alio iudice competente prohibitus matrimonio assistere, existimo cum Hurtado *disputat. 15. de matr. diff. 8. numero 27.* nullo pacto peccare, quia communicat cum contrahentibus ob illorum vtilitatem, imò necessitatem; quia sine illo, vel eius licentia nequeunt contrahere *p. 5. tr 9. res. 79.* & sed mox in *resol. 83.* in fine, id solum admittit in necessitate gravissima, quando concubinarius in articulo mortis vellet concubinam in vxorem accipere, vel ob temporale commodum filiorum, vel ob animæ suæ remedium. *Et part. 3. tract 4. resolutione 233.* docuerat, extra hunc casum peccare venialiter.

12 Validè item & licitè præberet Pa- *Et an va-* rochus excommunicatus non toleratus *lidè ac lici-* licentiam simplici Sacerdoti, vt matri- *tè licentiam alte-* monio assistat; quia collatio talis li- *ri præbeat* centiæ non est iurisdictionis, sed de- *matrimo-* signatio quædam spectatoris matrimo- *nio assisten-* nii, vt possit testificari per auctoritatem concessam à Tridentino, non ab *di.* ipso Parocho: vnde non est actus potestatis Parochi vt Parochus est, sed auctoritatis annexæ officio Parochi à Tridentino. Ita Hurtado *disputat. 5. de matr. diff. 8. numero 27.* contra Co-

nunch *de sacr. disp. 27. dub. 1. num. 25.* putantem, talem collationem esse invalidam, & contra Pontium *ad ipsum* putantem esse illicitam *par 5. tract. 9. res. 80.* & antea *inp. 3. tr. 4. res. 233 in fine.* Reliqua ad Parochum pertinentia circa matrimonium, vide *V. Matrimonium quoad Parochum.*

Parochus an possit exponere ad audiendas Confessiones suorũ subditorũ Sacerdotẽ non approbatum?

13 Parochus ex cap. *omnis utriusque sexus* habet potestatem exponendi ad Confessiones suorum subditorum simplicem Sacerdotem, quam facultatem non esse revocatam *in sess. 23. cap. 15.* Tridentini, docuit cum multis Ledesma *tom. 1. de sacr. Pœnit. cap. 12. concl. 5.* quia Tridentinum solùm abrogare intendit privilegia Bullæ, & consuetudines audiendi confessiones sine approbatione Episcopi, non autem ius commune. Sed contra hanc sententiam stat declaratio Cardinalium, quam refert & sequitur Petrus Fay *in add. ad 3 part. quæst. 8 art. 5. disputat 1.* tamquam valde conformem ipsi Concilio, vtpote quod duos tantum ponit titulos excipiendi Confessiones, scilicet approbationem Episcopi, & beneficium parochiale, vt abusum quorundam Parochorum amoveret, qui otio diditi, exponebant Confessionibus quoscumque Sacerdotes etiam non idoneos, remittens hanc facultatem Episcopis, in quibus maior esse solet prudentia & circumspectio, *parte 3. tractat. 4. resolutione 110.* initio & 140. per totam.

14 His tamen non obstantibus, Cruz *in Bull. Cruc. disput. 1. cap. 2. dub. 10. l. 11.* & Henriquez *lib. 6. c. 6. n. 2.* censent in aliquibus casibus approbare posse Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad Episcopum, vt si in Hebdomada Sancta, aut Iubilæo pœnitentium numero supplere non posset. Cuius sententiæ rationes vide apud Cruz *p. 5. tr. 12. res. 48.* ex errore 47. Sed hæc sententia admitti non debet *p. 10. t. 16. res. 75.*

15 Et probabile est, Parochum vnius diœcesis exponere posse ad audiendas Confessiones suorum subditorum Parochum alterius diœcesis non approbatum ab Episcopo suæ diœcesis. Nam Concilium exigit tamquam diversos titulos beneficium parochiale, & approbationem Episcopi, atque sufficere alterutrum. Ita Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 3. dub. 4 n. 2.* & alii contra Beiam *par. 1 c. 16 p. 3. tr. 4. res. 146. § Notandum & 160 per totam.* Et eodem pacto approbare potest simplicem Sacerdotem approbatũ ab aliquo Ordinario alterius diœcesis, secluia prohibitione proprii Ordinarii, quia talis Sacerdos semel approbatus est capax iurisdictionis delegatæ, & Parochus delegare potest, vt poterat ante Tridentinum, auctoritatem absolvendi suos Sacerdoti cuiuscumque diœcesis, nisi quod post Tridentinum debet esse approbatus ab Ordinario, sine tamen determinatione: vnde sufficit approbatio cuiuscumque. Ita Trullench. *in Cruc. lib 1 § 7. dub 3. n. 55. p. 5. tr. 12. resol. 48. sup. cit.* ✠ citans se in *p. 3. tr. 4. res. 110.* vbi tamen in praxi negativam sententiã sequendam dixit ✠.

Aut approbatum alterius diœcesis

16 Præceptum Confessionis annualis implendum est in propria Parochia, proprius autem Parochus dicitur ille, in cuius Parochia quis habitat, secundùm Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 93. art. 2. dub. 4. n. 6.* vel in cuius Parochia reperitur ob negotium. Si verò quis in hunc finem iret in aliud Oppidum, vt confiteretur illius Parocho, non posse illi sine commissione propria confiteri. Sed etiam in hoc casu posse, ait Pontius *lib. 5 cap. 9. n. 6.* quia in eo non adest fraus illicita, nec dolus malus, sed vtitur quis iure suo *p. 9. tr. 6. res. 28.*

Parochus proprius quis dicatur: cui facienda est confessio præceptoi

17 Parochi secundùm Homobonum *part. 3. tract. 15. c. 9. quæst. 31 res. 1.* & alios non possunt ab Episcopo ad novum examen vocari: quia ratione perpetui tituli habent approbationem à iure, qua sine nova, & iusta causa privari non possint ab Ordinario. Sed contrarium tenendum est cum Barbosa *de pot. Parochi, cap. 2. n. 10.* non solùm si de aliquo Parocho esset fama publica defectus scientiæ: sed etiam generaliter omnes Parochos, quamuis nulla præcedat infamia. Et ratio est, quia Parochi iure aut exceptione non magis iuvari possunt, quam cæ-

Parochi possunt ab Episcopo ad examen vocari.

cæteri Confessarii: sed Episcopus potest ad secundum examen vocare omnes Confessarios tàm Sæculares quàm Regulares, vt experiatur, an illorum scientia sit extenuata, & boni mores mutati: ergo idem potest cum Parochis. Deinde ex Tridentino *sess. 21. c. 8.* Episcopus habet ius visitandi beneficia curata, & prospicere, an cura animarum rectè exerceatur, ergo habet ius examinandi Curatos: quia recta administratio Sacramentorum, præsertim Pœnitentiæ, & animarum cura, requirit scientiam, quā proinde Episcopus per examen potest in illis investigare. Ita Sanctius *select. disp. 50. p. 4. tr. 4. res 59.*

Parochus an dare possit aliquando licentiã Religioso prædicandi in sua Ecclesia?

18 Parochus dare potest bis, aut ter licentiam Regulari docto, gravi & noto, alias non approbato in illa diœcesi, ad prædicandum in sua Ecclesia, maximè si sit in itinere. Ita Portellius V. *Prædicatores, num. 2. part. 4. tract. 4. resol. 21. §. Notandum.*

PATER.

De Patre quoad Testamentum, vide *verb. Testamentum.*

Pater an possit castrare filiũ consentiẽtem?

1 PAter secundùm Salonium *in 2. 2. tom 1. qu. 65. art. 1. contr. 2.* castrare potest filium consentientem, si absit periculum vitæ, vt voce & cantu Ecclesiæ deserviat. Sed illum impugnat Tannerus in 2. 2 *disp. 4 quæst. 8 dub. 1. num. 101.* propter pericula & incommoda, quæ hinc sequi solent, & quia cantus pueri non est tanti momenti, vt ob illum frustretur finis à natura adeò intentus, qualis est generatio, cum id neque ad vitandum periculum animæ in Sacris Canonibus permittatur *part. 3. tract. 5. res 38.* Quia enim homo non est dominus suorum membrorum, non potest aliquod membrum sibi, vel filio abscindere, nisi id requireret salus, & conservatio totius corporis aliàs perituri, vt docet D. Thomas *2. 2. quæst. 65. art. 1.* & DD. communiter, nec tanti momenti est excellentia vocis, aut honor & sustentatio apud Principes, vt pro ea debeat membrum abscindi, vt vult Pasqualigus *dec. 498.* Præsertim quod eunuchi venere plurimum torquentur, & maximo salutis periculo sunt obnoxii *p. 6. t. 8 res. 36.* & obiter in *t. 6. res. 35 §. Sed quia.*

Et illum vendere, permutare &c. constitutus in gravi necessitate.

2 Pater in gravi sua necessitate constitutus potest filios vendere, permutare, aut quocumque alio contractu alienare, iure naturæ, & Cæsareo. Deveniẽte verò deinde patre ad pinguem fortunam cogi potest, vt filium, quem ita vẽdidit, redimat. Quod tamẽ intelligitur, dum filii sub patria sunt potestate: Factis enim filii sui iuris, vel coniugatis, vel Clericis, licèt ob id non egrederentur patriam potestatem non tamen possent à patre vendi. Nunquam verò filius de iure Cæsareo vendi potest à matre: quia filius de eodem iure non est sub matris potestate, vt affirmat Gloss. *leg. 2. C. de patr. qui filios suos distraxerunt* & Arius Pinelus *ad rub. C. de bon. mater. part. 2. nu. 23.* Licèt secus sit de iure naturæ. Dubium est, vtrum si occurrat æqualis Patri necessitas cum nimia paupertate, & egestate, aut etiam maior, vt si Pater in servitutem sit red gendus, aut occidendus, aut mutilandus, nisi filium vendat, fas sit Patri filium vendere. Glossa citata, quam Covarr. *3 var. res c. 14. n. 4.* & alii sequuntur negat, quoniã, inquiunt, lex 2 citata, solùm concessit facultatem in casu nimiæ paupertatis, & egestatis. Placet tamen magis sententia Pinelli *loc. cit. n. 25.* contrarium affirmantis *p. 7. res 8.*

Pater possit cogere filiũ impuberem ad intrandũ Monasterium causa educationis?

3 Pater potest cogere filiam impuberem intrare Monasterium, vt ibi educetur, sicut cogere potest puerum vt eat ad scholam, vel artificium, & pueri tenentur illi obedire, quia in illa ætate nõ tam sua, quam patris voluntate regendi sunt, vt ait Suarez *de Relig. tom. 3. lib 5. c. 2. n. 15.* & in speciali parentes habent ius offerendi filios impuberes Religioni fine eorum consensu, cap *addidistis, 20. qu. 1.* Ita Portellius *add ad V. Clausura Monialium, num. 4.* & alii contra Megalium *t. 2. res. 157. n. 5 p. 2. t. 15. res. 56.* & *part. 4. tra. 4. resol. 42.*

Respondeo, impuberẽ, posse.

4 An

Puberem, non item.

4 At verò puberem cogere non potest sine peccato mortali, etiam ad manendum in Monasterio cum habitu sæculari vsque ad occasionem nubendi; quia vt benè notat Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 5. c. 9. dub. 4.* fœminæ maioris ætatis in his, quæ ad statum animæ pertinent, sui iuris sunt, & ideò non possunt compelli ad tam arctam custodiam, & rigidam clausuram. Nisi id ad aliquod breve tẽpus censeretur moraliter necessarium ad illarum custodiam & decentiam. Et in hoc omnes conveniunt. *part. 2. tr. 5. res. 56. §. Quid ego*, in fine.

Subpœna excommunicationis.

5 Quoniam verò Tridentinum *sess. 25. c. 18* excommunicationem iniungit cuicumque personæ, quæ mulierem cogeret Monasterium intrare, habitum suscipere, aut profiteri, dissident Doctores, an pater cogens filiam puberem ingredi Monasterium, non in ordine ad monachandum, excommunicationẽ incurrat? Nam Suarez *vbi sup.* putat non incurrere, & Concilium loqui de illo tantùm ingressu, qui à parentibus per se ordinatur ad habitus susceptionem. Rodriquez *in sum. tom. 2. c. 8. num. 9.* ait, loqui etiam de ingressu coacto cum animo, vt postea habitum suscipiat sine suasionibus Monialium, sive alia via, quamuis exterius aliam causam sibi fingat. Sed ego cum Barbosa *de pot. Episc. p. 3. alleg. 104. n. 5.* & aliis existimo, incurri etiam si vis incutiatur ad ingressum cum animo solius custodiæ, aut educationis: quia Concilium disiunctivè loquitur (*ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiẽdum habitum, &c.*) in disiunctivis verò sufficit veritas alterutrius partis. Et bene Concilium anathemati subiecit cogentes ad ingressum, quia puellæ semel ingressæ, ob verecundiam fœmineam, vel preces Monialium habitum inuite suscipiunt. Voluit verò Concilium non solùm directam coactionem, sed etiam in directam vt si pater malè tractat filias in victu, vestitu, verbis, &c. Non autem infligit excommunicationem incutientibus metum solum reverentialem, aut adhibentibus preces importunas, anteponendo conveniẽtiã, difficile matrimonium &c. qualis est praxis Ecclesiæ, vt ait Portellius *add. v. Moniales, num. 11.* quia hæc non est vera coactio. Et ideò Sacra Congregatio apud Villalabos *p. 1. tr. 17. dub. 31. n. 11.* declaravit, non incurrere censuram patrem, qui familiam reliquit hæredem cum pacto, vt Monasterium ingrediatur, & si renuerit, tori hæreditati succedat Monasterium, subtractis pro filia necessariis alimentis; quia hæc nõ est inductio per vim, sed per modum concupiscentiæ. *p. 2. t. 15. res. 56.*

Pater tenetur dare filiis alimẽta, & dotem.

6 ✠ Tenetur autem pater dare filiis alimenta ✠. Et Fagundez *in dec. tom. 1. lib. 4. c. 4. n. 5* ait, quod filius Magnatis, cui pater non vult alimenta præbere secundum statum, possit sine mortali ducere vxorem divitem, & nobilem, licèt genere aliquanto inferiorem, inuito parente. Regulariter verò peccare mortaliter, etiam si ducat æquè nobilem, quia non obedit patri in re gravi: ego autem in hoc contrariam sententiam doceo cum Trullench *in decal. tom. 1. l. 4. c. 1. n. 13.* quam etiam docuimus *verb. Matrimonium. n. 11. p. 6. tr. 7. res. 21.* Et cum eodem *c. 4. dub. 2. n. 22.* existimo, patrem teneri dare filiis spuriis, non solum alimenta, sed etiam dotem, *p. 11 tr. 4. res. 25.* si sit Clericus, & stante constitutione Pii V. licèt quoad dotem, in cuius solutione maius patri incommodum, & proximo scandalum emergit, probabilis sit negativa sententia. Molina *de iust. tom. 2. disp. 124. num. 22.* Præsertim, quod dos inserviat ad alendam familiam filiæ, ad quod pater non tenetur. *Ibid. res. 28. & p. 10 tr. 15 res. 19.* in fine. Et nihilominus potest instituere heredem vxorem filii spuri, vel maritum filiæ spuriæ. *Ib. §. Nota tamen.*

Etiam spuriis.

Non tamẽ cogere ad ieiunium, sed suadere, &c.

7 Pater non tenetur cogere filios ad ieiunandum tempore præcepti, ita vt si non ieiunent, debeat e domo eiicere, vt docuit Ledesma *to. 1. tr. 27. c. concl. 6.* quia hoc nimis durum esset, sed tenetur lege charitatis curare, vt ieiunium servent, & non servantes corrigere. Ita Vegha *to. 1. c. 14. cas. 27.* qui addit debere illis negare cœnam, quamuis obiecerint, id illos facere ex avaritia *p. 1. t. 9. res. 18.*

8 Pater

Pater non debet constitui Curator filii minoris in causa hæresis.

8 Pater communicare potest cum filio excommunicato non tolerato. Vide V. *Excommunicationis, n.* 4.

9 Pater non debet ab Inquisitoribus constitui curator filii minoris processati contra Gomez *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 64. *p.* 4. *tr.* 6. *res.* 31. §. *Nota etiam.*

Et cohabitans cum filio Clerico exẽptus est ab onere hospitandi milites.

10 Pater cohabitans cum filio Clerico, gaudet eius privilegio *l.* 1. *c. de Episc. & Cler.* de non hospitando milites, ita vt nec teneatur contribuere in pecunia, quia privilegium alicui concessum extenditur ad eius socios. Ita Riccius *parte* 3. *resolutione* 28. *num.* 1. *& 2. part.* 4. *tract.* 1. *res.* 32.

An sisit dives, & exponat filiũ hospitali, teneatur ad expẽsas.

11 An pater dives exponens filium hospitali ex iusta causa, teneatur hospitali restituere expensas. Vide V. *Restituere, n.* 30. circa medium.

Peccat pater filium castrando.

Pater irritare potest vota filiorum impubetum. Vide V. *Voti relaxatio.* Et pater non potest castrare filium propter vocem sine peccato mortali Diana & alii *parte* 9. *tr.* 8. *res.* 45. §. Deinde.

PATRIMONIVM.

Quid de bonis patrimonialibus Clerici censendũ?

1 BOna patrimonialia Clerici, ad quorum titulum ordinatus est, inter Ecclesiastica bona computantur, gaudentque privilegio fori, non quia Ecclesiastica sint, sed quia sunt bona personæ Ecclesiasticæ. Vide Gratianum *discept. forens. cap.* 159. *n.* 27. Menochium *de recuperand. possess. rem.* 15. *n.* 21. Cevallos *Commun. quæst.* 527. & Cenedo *pract. qu. l.* 1. *quæst.* 11. *à n.* 5. *p.* 9 *tr.* 8. *res* 23. *vers. Et tandem.*

An patrimoniũ clerici fundetur in censu redimibili.

2 Patrimonium Clerici fundari posse in censu redimibili negat Vgolinus *de potest. Episc. cap.* 26. §. 10. *n.* 2. *&* §. 12. *num.* 3. cum Bonacina *de Sacram. disp.* 8. *quæst.* 1. *unica punct.* 5 *n.* 32. Quia venditor potest illum remidere, quo casu fit res mobilis, quæ non sufficit ad patrimonium. Sed optimè Azor *tom.* 2. *lib.* 3 *cap.* 14. *quæst.* 7. Castro Palaus *tom.* 4. *tractat.* 17. *disp. unica punct.* 11. *numero* 9. & alii asserunt censum redimibilem sufficere ad matrimonium; quia annui census inter immobilia computantur, Clementina, *Exiui. §. Cumque annui redditus, de verb. signif. p.* 9 *tr.* 8. *res.* 25.

An sit supputandum inter bona legitima.

3 Patrimonium Clerici, illi à patre donatum, vt possit ordinari, supputandum esse inter bona legitima affirmant Bonacina *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 19 *punct.* 1. §. 1. *num.* 14. Covarruuias, *in cap. Raynaldus de testam* §. 5. *num.* 7. & alii: repugnat enim æquitati naturali, inter filios non servari æqualitatem. Negant verò viginti quinque Doctores, quos allegat Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 19. *nu.* 69. Quia bona prædicta filio concessa sunt pro alimentis necessariis: at ea, quæ sic conceduntur, vtpotè concessa ex causa necessaria, non computantur in legitimam, vt tradunt Surdus *de Alim. tit.* 8. *quæst* 57. *num.* 2. *& tit.* 9 *quæst.* 34. *in princ.* Molina *de iust. tract.* 2. *disp.* 303. & alii. Ego tamen puto negativam sententiam esse communiorem; affirmativam verò probabiliorem, cui magis adhæreo *p.* 9. *tr.* 8. *res* 24.

PATRINVS.

Patrinus necessarius est in Baptismo solemni.

✠ INter solemnitates in Baptismo, & Confirmatione requisitas est interventus patrini, de quo aliqua dicenda sunt ✠.

Non autem in privato.

1 Et quidem quoad patrinum Baptismi putat primò Zambranus *de cas. mort. cap.* 1. *de Sacr. Bapt. dub.* 18. *n.* 17. illũ esse necessarium tam in Baptismo solemni, quàm in privato, vt fit domi tempore necessitatis: quia, ait ipse, patrinus non tam pertinet ad solemnitatem Baptismi, quàm ad institutionem baptizati, eiusque spiritualem regenerationem. Et præterea, cum nullus contingat Baptismus ita privatus, saltem in pueris, vt non sit, qui illum teneat, credendum est, Ecclesiam in quocumque Baptismo patrinum exigere. Sed ego puto cum Henriquez *lib.* 2. *cap* 18. nullum esse præceptum de adhibendo patrino in casu necessitatis; quia id non est credendum

de Ecclesia in eo casu, quo patrinus idoneus inveniri non potest *p. 3. tract. 4. resp. 18. & part. 5. tract. 3. resp. 7.* Qui à parentibus, vel à baptizante debet designari. *p 9 tr. 8. resp. 50.*

Patrinus non potest esse non baptizatus.

2 ✠ Patrinus Baptismi debet esse baptizatus ✠. Potest esse cuiusuis ætatis, dummodo sit capax peccati mortalis: *part 10. tr 16. resp. 19 §. Notandum.* Et non est improbanda consuetudo aliquorum locorum, in quibus Catholici tenent filios hæreticorum. Possunt maritus, & vxor simul esse patrini, sed non debent. *part. 9 tract. 8. resp 51. Nota secundò.* Baptizante illos ministro hæretico in Nomine SS. Trinitatis. Ita Layman *lib. 5. tract 2 cap. 89. num. 6.* contra Azorium *part. 1. lib. 8 cap 11. quæst. 9. part 3. tractat 4. resp. 18.* in fine. ✠ Item non debet esse pater, aut mater Baptizandi, & non admittitur vnus vel vna. Parochus potest puniri, & peccat mortaliter, si duos mares, vel duas fœminas admitteret *resp. 6 cit. in princ.* In confirmatione vnus tantum esse debet vir pro viro, & fœmina pro fœmina. *Ib. resp. 90.* Non potest esse Monachus ex c. *Monachi de consecr dist. 4.* vbi Coninch *de Sacr. quæst. 67 art. 7. n. 56.* putat, id non prohiberi Religiosis mendicantibus, sed solis Monachis solitariis. Layman *c 9. nu. 3.* prohiberi putat omnibus Religiosis sicut illis prohibetur in Synodo Panormitana *part. 2 num. 3.* Cæterum quilibet Religiosus ad Episcopatum, vel Cardinalatum assumptus soluitur ab hac prohibitione, & esse potest patrinus, sicut D. Gregorius, dum erat Cardinalis, factus est Compater Mauritii Imperatoris: quia in his cessat periculum incontinentiæ ex nimia familiaritate, quæ est causa finalis talis prohibitionis. Ita de Cardinalibus Sanchez *in sum. tom 1 lib 6. c. 6. num. 24* & de Episcopis Rodriquez *qq. reg. tom 2. quæst 85 art. 3 parte 3. resol. 21. §. Quartò, & part. 5. tract 2. resol 67.*

Parochus non debet admittere duos ex vtraque specie, Pater, aut mater baptizãdi.

Aut Monachus.

Nisi sit Episcopus, vel Cardinalis.

Patrinus illegitimus non contrahit cognationem.

3 ✠ Patrinus Baptismi contrahit cognationem spiritualem cum baptizato, quæ dicitur paternitas. & cũ matre, & patre baptizati, & dicitur compaternitas ✠. Sed hanc cognationem non cõtrahit illegitimus susceptor. *p 3 tr. 4 resp. 21. §. Secundò.* Vnde bene ait Zambranus *vbi sup. n. 8.* contra Sanchez *de matr. tom. 3 l. 9. disp. 36 num. 7.* & aliis, patrem baptizantem, vel tenentem filium in periculo mortis, etiam astantibus aliis, & ex malitia, non contrahere cum vxore cognationem, ac proinde non impediri à petẽdo debitum, quod etiam dicendum de matre respectu viri, quamuis peccatum grave committerent; & puniendi forẽt: quia talis pœna non reperitur in iure. Quod etiam docet novissimè Granado *in 3 p. contr. 4 tract. 2. disp. 5 n. 5. part. 3 resp. 3 & part. 5. tract. 3 resp. 25.* Tenentes filios hæreticorum non contrahunt cognationem spiritualem. *part. 9 tract 7 resol. 51. §. Nota tertiò.* Quando baptismus est dubius, dubia quoque est cognatio inde resultans *Dicast. de sacr. to 3. tr. 10. disp 27. n. 260* si pro valore baptismi vtrimq; sint rationes probabiles, poteris vtramlibet sequi, ibid. si vxor & maritus sint patrini alienæ prolis, nõ peccant vel ad summũ venialiter Suarez & alii *p 11. tract 8. resp. 57.*

Contrahit tamen extraneus in Baptismo privato puer eũ tenens animo contrahendi.

4 Ait verò Sanchez *de matrim. tom. 2. l. 7. disp 62 n. 15.* extraneum, qui baptizandum teneret in Baptismo privato, etiamsi eo fine teneat, vt evadat patrinus, non contrahere cognationem. Nam cũ patrinus pertineat ad solemnitatem & cæremoniam ab Ecclesia institutam in Baptismo solenni, non potest contrahere & esse verè patrinus, qui tenet in Baptismo minus solemni: quia non potest mutare institutionem Ecclesiæ. Secus verò de baptizante: quia sicut is verè baptizat eo modo, quo instituit Ecclesia, sic verè cõtrahit cognationẽ. Sed ego cũ Zambrano *vbi sup. n 4.* & aliis existimo, tenentẽ cũ tali proposito contrahere cognationẽ. *p 5 tr 3. resp. 7.* ✠ & pro probabili tenui hanc opinionem *in p 3. t. 4. resp. 18* & recitavit. *ib. resp 2.* in fine ✠.

Quid verò si quis tenet filium Petri, existimans se filium Pauli.

5 At verò probabilis mihi videtur opinio Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp 58. num. 7.* quòd, qui per errorem levat de fonte filium Petri, existimans se levare filium Pauli, non contraxit cognationem: quia ad hanc contrahendam requi-

requiritur scientia, vt colligit Abbas ibi *num.* 4 ex c *de cognat. spirit.* vbi deciditur. coniugem, quæ per ignorantiam levavit filium mariti, non arceri à debiti petitione. Sed Pontius *lb.7.c.39.n.9.* contrarium docet: quia talis error est circa accidentalia. Nec esse paritatem de vxore tenente filium mariti, quia de hac est expressa iuris decisio, & præterea, quia contingit matrimonio contracto, vnde non mirum, si hinc cognatio non oriatur. *p.3.t.4.res.16.*

Aut tenet pueruṁ nomine alterius?

6 Qui tenet baptizandum nomine alterius, non contrahit cognationem, quia non est patrinus, sed fungitur loco patrini. Ita Sanchez *de matr. tom.3.lib.7. disp.59 num.2.* contra Sotum *in 4.dist.42 quæst 1.art.2.* Et, qui tenet per procuratorem, probabilius est contrahere, vt tenet Pontius *lib 7 c.39 n.10.* sed probabile quoque est non contrahere, vt tenet Sanchez *vbi sup num.4.* Adverte autem ad contrahendam cognationem requiri contactum physicum. Ita Sanchez *ibid. part.2.tr.4.res.2.& p.10 tract.8.res.29. §. Nota.*

Vel per alium?

De patrino Confirmationis.

7 ✠ Et hæc omnia, quæ dicta sunt de patrino Baptismi, applica patrino Confirmationis ✠. Vnde non tangens confirmatum, non contrahit cognationem. Villalobos *tom.1.tract 14 diff 9.n.9.* contra Sotum *in 4.dist.42.quæst.1. art.2. part.3.tractat.4.res.2.§. Notandum.* Debet autem patrinus Confirmationis, esse alius à patrino Baptismi, nisi necessitas cogat, vt ait Ricardus *in 4. dist.7 art.7. quæst.2.* Si verò secluſa necessitate idem teneat in Baptismo & Confirmatione, Bartholomæus ab Angelo *dial 3. §.45.* tenet, non peccare mortaliter *part.3. tr. 4.res.21.§ Tertiò.* Debet etiam esse confirmatus: secus secundum Sylvium *in 3. part.quæst.72.art.10.* peccabit mortaliter: sed oppositum est probabile. Non tamen contrahet cognationem, ex cap. *in baptismate. de consecr. dist.4.* quia ibi id fieri non posse determinatur, & regula iuris statum est, invalidè fieri, id quod in iure dicitur fieri non posse. Ita Coninch *de Sacr quæst.72.art.10.n 94.* & alii contra Molfesium *tom.1.tr 5.c.2.num.43. par. 3 tract.4 res 21.§. Secundò, & res.26.* Cæterum patrinus Confirmationis non tenetur instruere confirmatum, quia hæc obligatio non reperitur in iure, sicut de patrino Baptismi. Ita Coninch. *vbi sup p. 3.tractat.4 resol.21.*

PAVPER.

Pauper quis? Et quotuplex?

1 ✠ PAuper secundum Varronem *l.4.de ling.Lat.* à parua pecunia, secundum alios à parvolare dictus est. Significat eum, qui parum habet, & multis indiget. Et quidem si indiget necessariis ad naturæ conservationem simpliciter, dicitur extremè indigens: si verò indiget necessariis decentiæ status & conditioni, indigere graviter. Si tandē aliquam necessitatem patitur, ita tamē, vt succurrentem inveniat, vt sunt mendicantes, egere communiter. Vide *verb. Eleemosyna*, vbi etiam invenies, qualiter pauperibus subveniendum sit ✠.

Pauper potest retinere debitum pro extrema sua necessitate.

2 Pauper in extrema indigentia constitutus, non tenetur solvere creditori, quod debet, sed potest illud sibi retinere ad succurrendum propriæ necessitati, ac etiam patris, matris, fratris, vxoris, & filiorum. Vide *verb. Debitor.*

Patris & matris, fratris, vxoris, & filiorum.

Nec tenetur postea ditior factus restituere.

3 Item, si ante extremam necessitatem pauper accepisset commodatum, conductum, vel precarium, & illud in extrema necessitate consumpsisset, ditior postea factus, nō teneretur illud restituere, quia non teneretur ratione rei, cū nec in se sit, nec in pretio, nō ratione acceptionis, quia iure consumpsit: nec ratione contractus, quia hi contractus non obligant re pereunte, nisi culpa petierint. Ita Lesius *lib.3 cap.16 dub.1. nu. 5 part.c.tract.8.res.10* Immò si ante necessitatem rem quis furatus esset, quam postea in extrema necessitate consumpsisset, non teneretur (adveniente commoditate) restituere. Nam rem alterius licitè quis in necessitate consumit, nec obest, quod furatus sit ante necessitatem: nam hoc non tollit ius naturæ, quo

Quod etiā dic si in tali necessitate consumpsisset rem furatam ante.

omnia fiunt communia. Ita Palaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 2. *punct.* 10. *num.* 16. & alii contra Sotum *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 1. *part.* 6. *tract.* 7. *ref.* 8. Quod à fortiori procedit, si rem pauper furatur in ipsa extrema necessitate. Nam tunc non tenetur restituere ratione rei, quæ iam est consumpta: nec acceptionis, quæ non fuit iniqua. Et dives pauperem extremè indigentem tenetur subvenire liberaliter, & non cum onere restitutionis, secundum aliquos Ergo, &c. Ita Villalobos *tom.* 1 *tr.* 22. *diff.* 2. *n.* 12. contra Lessium *l.* 2. *c.* 16. *dub.* 1. *n.* 8. cuius opinio, vt illec censet, est etiam probabilis, *p.* 5. *t.* 8. *ref.* 9.

Vel in ipsa necessitate.

Potest verò pauper in extrema necessitate furari à diuite, quòd illi dare, etiam vi. Et probabile est furari posse etiã in necessitate graui.

4 Et verò pauper in extrema necessitate positus, à divite, vel alio subripere potest id, quod ille sibi dare tenetur, non solùm occultè, sed etiam vi: & si resistat, cum debito moderamine illum occidere. Ita Lessius *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 69. *p.* 5. *is tenetur t.* 8. *ref.* 23. *initio.*

5 In gravi verò necessitate Granado *in* 2. 2. *controv.* 3. *tract.* 11. *disp.* 7. *num.* 4 putat pauperum furari non posse, tum quia in cap. *si quis, de furtis*, imponitur de pœna accipienti res alienas tempore necessitatis, quod saltem procedit de necessitate gravi, tum etiam quia valdè probabile est, divites non teneri graviter indigentibus subvenire, de necessariis ad statum, superflua verò an habeant, pauperi difficile constare potest. Et tandem, quia, cum possint multi gravẽ necessitatem pati, quibus æquè à divite succurrendum esset, nec posset omnibus, vnde liberum ei foret, huic vel illi succurrere, iniuriam ei faceret alius occultè surripiens. Addit tamẽ hic Doctor, quòd si quis superflua status habet, & nõ occurrit hic & nũc alius pauper, cui subveniat; tenetur huic subvenire: & si non subveniat, potest ille surripere. Sed contraria sententia Palai *tom.* 1. *tra.* 6. *disput.* 2. *punct.* 10. *num.* 5. & aliorum est absolutè probabilis, quod pauper in valde gravi necessitate morbi, famis, nuditatis, &c. possit aliena surripere: quia dives tenetur subvenire constitutis in gravi necessitate, & sic est irrationabiliter invitus, & ab eo furentur, dum potest.

Posse autem, satis constabit pauperi; si suã necessitatem sciat, & potentiam divitis, ignoretue an alii eiusdẽ necessitatis secũ concurrant. Immò etiam si sciat, cum dives non potens omnibus simul, teneatur omnibus diviſum succurrere, probabile est, pauperem posse accipiendo prævenire; quia sic videtur vti iure à natura sibi concesso *p.* 4. *tr.* 17 *ref.* 29. & *p.* 5. *tr.* 8. *ref.* 23. Et probabile putat Lessius *lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 5 *n.* 43. quod pauper astans ante ostium divitis expectans eleemosynam, si alteri pauperi venienti dicat, iam esse datam, non tenetur ad restitutionem. *p.* 5. *tr.* 8 *ref.* 21. in fine.

In extrema verò potest etiã contra dives implorare officium iudicis.

6 Potius verò in extrema necessitate, secundum Villalobos *tom.* 1. *tract.* 22. *diff.* 2. a. 10 implorare potest contra divites officium iudicis, qui divites cogat ad subveniendum illi: sicut implorare potest vt sinatur transire per publicam viam & sumere de flumine aquas: quia res in necesitate sunt communes, sicut via & aqua fluminis. Et quamuis dives non teneatur ex iustitia, sed tantum ex charitate, & ideò probabilis sit opinio Iuristarum, quòd pauper non habeat actionem contra ipsum: certum tamẽ est, quod implorare potest iudicem, & hic obligare illum debet ad subveniendum in bonum commune, & restatur sic practicari in bene ordinatis rebus publicis tempore famis & pestis. Immò Lorca *in* 2. 2 *sect.* 3 *disp.* 39. *mem.* 4. *num.* 47. docet, iudicem non solùm in extrema necessitate, sed etiam quoties adest præceptum iuris divini, aut humani, de subveniendo, debere divites cogere; quia bonum commune exigit, vt non solùm extremæ, sed etiam aliæ necessitates sublevẽtur *p.* 5. *tr.* 8. *ref.* 4.

7 Nota etiam, pauperes & miserabiles personas posse laicos in quacumque causa coram iudice Ecclesiastico convenire. Vide V. *Iudex Ecclesiasticus, n.* 7.

An possint è civitatibus expelli pauperes peregrini.

8 Becanus *in* 2. 1. *c.* 21. *dub.* 9. *num.* 23. putat, excludi posse à civitatibus pauperes peregrinos, aut quia non potest subveniri domesticis & extraneis; vel ne inferant morbos, corruptelas, hæreses &c. vel ne otio computrescant cũ sint sani & apti.

apti laboribus. Id verò negat Syl. *in 2.2. quæst. 32. art. 9 quæst. 3.* Vide Tannerum *tom. 3 disp. 2. quæst. 5. dub 3.* & Sotum *in Apologia in causa pauper p. 5. t. 8. resolutione 30.*

Pauperem qui nihil dare potest, probabile est acquirere Iubilæũ.

9 Pauper lucratur Iubilæum, etiamsi det vnum obolum. Ita Bossius *de iubil. sect. 4. cas. 11. num. 4. 5. 6* qui addit sufficere quod curet eleemosynam pro se dari a bono. Et si nullam dare potest, probabile est posse illum lucrari absque commutatione eleemosynæ in aliud opus pium, quia hoc videtur esse mens Summi Pontificis. Ita Faustus *de Iubil. lib. 4. q. 55.* Licet probabilis etiam sit contraria sententia Sanctarelli *de Iubil. c. 7. dub. 1. parte 5 tractat. 12. resolutione 15.*

Pauper fictus tenetur restituere eleemosynas.

10 Simulata paupertate eleemosynam recipiens, secundum Fabrum *in 4. dist. 15. quæst. 1. disp. 50. c. 4. num. 110.* tenetur ad restitutionem: quia qui decipitur circa conditionem propter quam donat, non donat omnino liberaliter: qui verò dat eleemosynam pauperi, dat propter paupertatem, tamquam propter rationem motiuam huius eleemosynæ in particulari datæ huic, quamuis ratio motiua generalis dandi eleemosynam pauperi sit amor Dei. Idque procedere, siue eleemosyna magna sit, siue parua, dummodo non sit contemnibilis: quia quod est alienum, siue magnum, siue paruum, restitui debet. Sed quoad ostiatim mendicantes, qui paruas, & quotidianas eleemosynas recipiunt, contrariũ teneo cum Granado *in 2.2. contr. 3. tr. 11. disp. 7. n. 4.* quia in his non habetur ratio paupertatis, sed absolutè. Secus verò in eleemosynis magnis, qua acquireret v. g. fingens se Episcopum ab hæreticis expulsum, vel captiuũ: nam hæ eleemosynæ fiunt sub conditione, saltẽ tacita, quòd sit pauper *part. 3. tr. 8 res. 21.* Restitui autem debet secundum Granadum *ibid. disp. 6. n. 5.* donanti, qui censetur velle dare huic, qui si non est pauper, dependenter ab eius voluntate distribuidebet. Secundum Villalobos *diff. 19. n. 4.* restitui debet pauperibus, quia dans censetur à se abdicasse dominium, & dedisse pauperi vt pauperi. Vasquez verò *opusc. de rest. cap. 3. dub. vlt. num. 24.* vtramque opinionem putat probabilẽ, & tutè sequi posse. *p. 5 tract 8. res. 22.* Nota verò, quòd pauper mendicans causa otiositatis, vel cupiditatis, non peccat mortaliter, si maneat intra limites paupertatis. Ita Barbosa *aphor. lit. P. v. Pauper part. 5 tract. 8. res. 21. 5 Nota etiam.*

PAVPERTAS RELIGIOSA.

Circa paupertatẽ Religiosam, præsertim circa donationes, multa statuuntur in Bulla Clem. VIII.

PRodiit olim Bulla Clementis VIII. de largitione munerum vtriusque sexus Regularibus interdicta, in qua Religiosis prohibetur largitio, cum sæcularibus: tum inter seipsos, nisi paruorum quorundam de esculentis, poculentis, eaque benemeritis tantum, ob deuotionem, vel alias causas à capitulo generali probandas, cum licentia Superioris in scriptis, deque cõsensu maioris partis conuentus. Prohibentur item dispendiosæ benefactorũ receptiones, & lautæ comestationes, etiã Ordinario loci, aut Protectori exhibẽdæ †. In tẽtio autẽ Pontificis in ea edenda fuit, cũ Monasteriorum facultatibus prospicere, ne disparentur: tum à Religiosis ambitionis radicem euellere, ne per munerum largitiones viam sibi ad dignitates & officia aperiri et. Ita Sousa *in hanc Bull. fund. 5. num. 34.* contra Filliucium, qui *t. 2 tract. 34. cap. 1. quæst. 6.* cum aliis duas alias causas finales addit nimirum vt religiosa disciplina integre cõseruetur, & labefactata restituatur, & vt votũ paupertatis integrum seruaretur *part. 1. tra. 6. res. 12.* Hæc autem Bulla hic Panormi recepta fuit apud Moniales, vt testatus est D. Vicarius Delaziba, generaliter verò recepta non fuit, vt docet Megala *cons. 32. num. 17. part. 1. tract. 6. res. 1.* * Verum quod nouissimè Vrbanus VIII. illam innouauit irritans, damnansque quotannis mense Ianuario publicè legi vna cum declarationibus ab ipso editis, nimirum quòd munera à prædictis largiri possint causa gratitudinis conciliationis, aut conseruationis beneuolentiæ erga conuentũ,

Quam nouissimè declarauit, & confirmauit Vrban. VIII.

aut Religionem, & quauis de causa respiciente de sui natura actum virtutis: modestè tamen & discretè, & cum licentia Superioris, & consensu maioris partis Conuentus, vbi talis consensus ex cõstitutione, aut consuetudine postulatur, (quo sensu intelligendam esse Bullam prædictam, vbi ad esculentorum largitionem talem consensum requirit,) & quando concurrit ambitionis suspicio; qua cessante, nec requiri licentiam Superioris scriptam, sed sufficere vocalẽ. Comessationes autem & conuiuia in excipiendis benefactoribus, Protectore, & ordinario lautè, eatenus prohiberi, quatenus decentiæ status Regularis aduersentur, &c.

Verũ ea nõ cõdidit nouum ius.

Et quãtita tẽ muneriũ reliquit determinãdam à Superiore.

Qui potest illã determinare spectatis circumstãtijs.

Et circa annuos cõcessos Religiosis absque limitatione.

2 Cæterùm, Bulla prædicta non cõdidit nouum ius, sed restituit, & reformauit antiquum & introduxit non solùm nouam formam in approbandis causis talium largitionum, * quas iam declarauit SS. Vrbanũ *, vt scilicet determinarentur in capitulo generali. Circa verò quantitatem nihil præscripsit. Vnde de illa potest conuentus, eiusque Superior cognoscere. Ita Valerus V. *Munera, n. 49. ibid. ref. 3.* Et aliqui dicunt, concedere posse vsque ad summam decem aureorũ. Sed cum nulla in hoc limitatio reperiatur de iure, melius dicimus cum Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 7. c. 19 n. 42.* determinari debere plus minus, spectatis personis, causa, spes, & similibus circumstantijs. *ibid. ref. 4.* Et circa fructus annuos ad Religiosi vsum concessos, si quos sibi parcè viuendo reseruauit, probabile est, concedere posse absque vlla restrictione; quia hæc donatio non præiudicat Monasterio, sed ventri, genio, & decenti vsui ipsius Religiosi; quia si sciat ea, quæ sibi detrahit parentibus, & amicis largiri posse, accipiet etiam occasionem parcè viuendi. Ita Valerus V. *Munera, num. 93. ibid. resolut. 19.* Et quam licentiam dare potest Prælatus suis subditis circa hoc, dare etiam potest Monialibus Abbatissa, si non est constitutio, vel præceptum superioris in contrarium. Ita Sanchez *vbi sup. n. 44. ibid. ref. 22.* Et in specie concedere potest licentia n præbendi aliquid supra stipendiũ Confessario cũ patientia, charitate, & assiduitate assistendi, ac ministris cũ diligentia famulantibus. Ita Faustus *lib. 8. c. 227. n. 7. Ibid. ref. 17* Item ad dandam eleemosynã: item pro sumptibus festi, musicæ, & concione. *Ibid. resolut. 11.* Item loci Ordinario causa benedictionis, habitus susceptionis, aut professionis secundum Valerum *n. 81. Ibid ref. 14.* Et generaliter in remuneratione ex dictamine gratitudinis, * vt declarauit SS. D. Vrbanus †, & docuit Valerus *n. 97. Ibid. ref. 15.* Qui bene addit, in remunerationem pro beneficio accepto dari posse aliquid plus: quia sic postulat lex gratitudinis, secundũ D. Thomam *2. 2. quæst. 106. art. 6* Puto autem cũ Nauarro *de red. quæst. 1. n. 91.* dari posse super sesquitertium, vt est 4. respectu 3. *Ibid. ref. 6.* Et tandem dari etiam aliquid potest ei, à quo speratur beneficium. Et ratio horum omnium est, quia huiusmodi donationes non sunt propriè donationes, sed nomine tenus: nec in illis præiudicatur Monasterio *Ibid ref. 5.* Vbi verò Bulla permittit dari leuiora de esculentis, & poculentis, aut ad deuotionem pertinentibus, extendi etiam debet ad alia similia; quia in exceptionibus comprehenduntur tacitè casus similes. Ita Lessius *lib. 2 c. 8. dub. 8 numero 104. Ibidem resol. 7.*

Porrò Bulla non prohibet dare aliquid in gratitudinem.

Quod regulariter procedit etiã in Abbatissa.

3 Cæterum hæc Bulla prohibet solùm largitiones de rebus iam Monasterio acquisitis, non autem de acquisibilibus, quia hæc non dicuntur adhuc bona Monasterij. Vnde Religiosus, aut Monialis cum licentia Prælati efficere potest pro consanguineo, vel amico picturam: corporalia, vel alia opera magni valoris gratis, & de Superioris licentia facere etiam posset sumptibus Monasterij, si sint modici. Ita Valerus V. *Munera, 75* Ratio autem est; quia in hoc casu Monasterium non habuit vnquam ius in opus illud quod nondum erat, nec in pretium, quod remissum est priusquam debeatur *part. 1. tr. 6. ref. 6. & part. 7. tr. 11. ref 17.* Item ob eandem rationem potest cum licentia celebrare aliquot Missas gratis ad intentionem amici, etiam acci-

Nec dispositi debonitis nondũ acquisitis Monasterio.

Exquo multa corollaria inferũtur.

accipientis stipendium, non tamen dare eleemosynam acceptam pro Missis concessis sibi à Superiore infra annum. Et quamuis Valerus *num.* 75. hanc sententiam probabiliorem appellans, videatur oppositam existimare probabilem: ego tamen dubito; quia est dispar ratio. *lib. resol.* 19. Item potest non acceptare aliquod donum, rogans, vt illud d turamico, vel consanguineo, nam neque in hoc casu dat aliquid sibi, aut Monasterio præacquisitum, neque obstat *l.* 1 *ff. de calumn.* nam vtitur verbo *iusserit*, loquens de re acquisita: in nostro enim casu Religiosus non iubet, sed rogat eum, qui potest non dare si velit. Ita Fagundez *p.* 2. *lib.* 8. *c.* 6 *n.* 18. *ibid. resol.* 8. Idem docet Sousa *in hanc Bullam* §. 2. *num* 73. si Monialis v. g. dispenset absque licentia pecuniam a parentibus, aut consanguineis sibi traditam vt pro libito dispenset, apud ipsos dominium reseruantibus. Sed hæc opinio, si loquatur de vsu absoluto pecuniæ est nimis laxa, & contra perfectionem paupertatis religiosæ. Secus, si loquatur quod eleemosynas, &c. *ibid. resol.* 10. Nam tunc ex vna parte consumit in vsus licitos, & ex alia, cum non acquirat dominium, sed illud maneat penes cõsanguineum, non est cur Superioris licentia requiratur. Ita Sanchez *in sum tom.* 2 *dis.* 84. *dub.* 3 *ibid. resol.* 29. *& part.* 2 *tract.* 2 *res.* 65. §. *Nota etiam* Et denique in hac Bulla non comprehenduntur parrus intellectus vt Conciones, Lectiones, &c. & sic declarauit ipsemet Clemens, quare Religiosus potest eos pro libito dare; & si in aliam Religionem transeat, secum deferre, vt testatur Valerus, *num.* 106. à pio quodam Religioso obseruatum. *part.* 1 *tractatu* 6. *resolutione* 15. Circa alia verò datur paruitas materiæ Et sic si Religiosus sine licentia munus duorum aureorum de Monasterij bonis præberet, peccaret quidẽ peccato furti; sed pœnas Bullæ non incurreret, vt docuit Filliucius *tom.* 2. *tract.* 34 *c.* 3. *quæst.* 9. *num.* 65. & declarauit viuæ vocis oraculo ipse Clemens: fortasse quia summa duorum aureorum in iure parua censetur. *Ibid. res.* 5. Quod etiam procedit, si Religiosus dãdo munera, nec bona Monasterij dissiparet, nec ambitionis intuitũ haberet: nam tunc cessaret finis Bullæ; & cessante fine legis, etiãin particulari, cessat lex, saltem in conscientia. Ita Granado *in p.* 2 *contr.* 7 *tract.* 3 *part.* 2 *dis.* 15. *sect.* 3. *num.* 18. contra Faustum *lib.* 8. *quæst.* 20. *ibid. resol.* 18. *&* 33.

Nec item disponit circa partus intellectus.

Et in reliquis admittit paruitatem materiæ.

4 Licentia scripta, quam requirit hæc Bulla, non est necessaria in singulis donationibus, secundum Valerum *nu.* 86. quia id non exprimit sed sufficit vna generalis. *part.* 1. *tract.* 6 *res.* 21. Imò, si non timetur ambitio, possunt inter se Religiosi parua munera præbere cum licentia verbali, quia Bulla requirit licentiã scriptam, quando timetur ambitio, vt docet Valerus *num.* 83. *ibid res.* 20. * & declarauit nouissimè Vrbanus VIII. *. Et si munera non sint notabilia, sufficit etiam tacita *ibid.* Cultelli autem, sudarium & similia, valoris decem aut duodecim realium Ledesmæ *in add tom.* 2 *c.* 4. *dub.* 6. non sunt notabilia, etiam quoad Religiosos alterius Conuentus eiusdem Religionis *ibidem resol.* 39. Quod contra Lessium *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 9. *numero.* 79. procedit, si Religiosus velit mutuo, vel commodo *ibid res* 37. Et dare res sibi ad vsum concessas Religioso eiusdem Monasterij, quando est securus de conseruatione, & restitutione: quia in hoc non præiudicatus dominio Monasterij. Et sic Llamas *part.* 3 *c.* 9. §. 12. permittit sine licentia expressa commodo dari libros cuiuscumque valoris, tunicam, caligas, calceos, & etiam cucullam *part.* 2. *tract.* 11. *res.* 20 Et Ledesma *dub.* 2. permittit dare mutuò pecuniam, quia in mutuo remanet penes Monasterium dominiũ ad æquiualens. Et probabiliter id extendit ad mutuum cum sæcularibus, si sint personæ sæcularis *part.* 1. *tract.* 6. *res.* 37. Et *dub.* 2 ad communicationem item cum sæcularibus: quia in mutuo & commutatione ius non perditur, sed commutatur *ibid. resol.* 38. *& part* 7. *tractatu.* 11. *res.* 21. Neque verò ad operandum de licentia tacita Superioris, opus est certitudine de tali licentia, sed sufficit habere probabilitatem, vt docet Sanchez *in sum.*

Licẽtiã an tẽscriptam requirit, vbi adest ambitionis suspicio.

Nam si non adest, sufficit vocalis.

Et quãdoque etiam tacita.

Vt in minimis.

In mutuo

Communicatione.

Et quando cunq; probabiliter præsumi pot est. Spectata Superioris benignitate, benevolentia, &c.

Et probabiliter etiã in danda pitãtia carnium, ouorum, &c.

sum. tom. 2. lib. 7. c. 19. num. 13. Quæ in praxi haberi potest spectata benignitate Superioris, eiusque erga Religiosum benevolentia, in commodo Monasterij, qualitate Religiosi, &c. Ita Faustus *lib. 8. quæst. 162 ibid. resp. 31. à §. Sed circa.* In particulari autem præter supradicta, probabile est, præsumi licentiã in largienda socio ratione, seu pitantia carnium, ouorum, & aliorum, quæ limitate concedũtur, si non adsit præceptum in contrarium, nam licèt in hoc Religiosus gerat actum dominij: hoc tamen dominium, sicut & vsus, residet penes ipsum; quia in his, quæ vnico actu consumuntur, vsus à dominio non separatur, vt ait Ioan. XXII. *in Extrauag. ad conditorem.* Accedit quoque paruitas materiæ, & modicum vel nullum Monasterio consequens detrimentum. Ob quæ hanc sententiam docet Cenedo *de paup. relig dub. 17. numero 9. & dub. 32. numero 15.* Quamquam contraria sententia Salonis *in 2. 2. tomo 1 quæst. 61 tractat. de mo. quæst. 1. artic. 2. concl. 1.* sit probibilior. *ibid. resolut. 28.* Immò Peregrinus *de Relig. tomo 2. cap. quæst. 2. §. 6.* docet, Religiosos dare posse absquè licentia expressa comestibilia cuiuscunque valoris, etiam extrangis; dummodo illa acceperint cũ licentia: quia in hoc casu licentia præsumitur. Quodan sit probabile alij videant. *ibid. resolutione 39.* in fine. Porrò licentia tacita sufficit etiam tunc, cũ postulari potest expressa. & ob verecundiam, vel aliam difficultatem non postulatur. Et licet Superiori displiceat modus dandi occultè sine licentia expressa, & propterea quoad modum dandi inuitus sit, non proinde Religiosus hoc modo donans peccat mortaliter, dummodo superior secundum substantiam non sit inuitus. Ita Tannerus *in 2. 2. disp. 6 quæst. 3. dub. 4. n. 165 Ibid. resp. 31.* licèt dissentiat Crousers *in reg. S. Franc. c. 7. lect. 14. par. 6. tr. 6 resol. 58.* Quando verò requiritur licentia expressa, & Religiosi dans, & accipiens sunt eiusdem Conuentus, sufficit licentia in alterutro; quia dans, & accipiens sunt correlatiui. Secus, si secus. Ita Ioann Franc. Suarez V.

Etiamsi in his casibus postulari posset expressa.

Quæ sufficit in alterutro, si sint ambi Religiosi eiusdẽ domus.

de voto paup. contra Suar. *c. 19. n. 71. part. 3. tract. 3. res. 65. §. Nota quartò.*

5 Prohibet etiam Bulla, recipere sæculares in Monasteria, nisi occasione transitus, aut deuotionis. Et tu excipe etiam occasionem recreationis, cum Sousa *§. 7. numero 91* quia ea non intendit vitare hospitalitatem, sed magnos sumptus in illa de rebus Monasterij *par. 1. tract. 6. resolutione 14.* Et hæc quoad Bullam. Sed præterea.

Sæculares recipi possũt à Religiosis etiam modestæ recreationis causa.

6 Quæres primò. An Religiosus egeat Superioris licentia, non solum ad donandum, sed etiam ad acquirendum? Respondeo affirmatiuè. Et quidẽ Cruz *lib. 1. cap. 3. dub. 3. concl. 1 & 3.* putat esibilia à Religioso accipi posse cum sola licentia tacita, Nummos verò non ita, etiamsi adsit intentio petendi licentiam cum volet expendere, contrarium tamẽ esse probabile. Ego verò existimo, in esibilibus magni valoris non ita facile præsumi licentiam, ac proinde cautè procedendum esse. Quoad nummos vero, si illos Religiosus reciperet, nouum interim Superiorem expectans, vel ad illum scribens pro licentia, solùm venialiter peccaturum. Consultius tamen esse, quòd interim deferat illorum dominium apud dantem *part. 1. tract. 6 res. 41. & 42.* In quo casu secundum Sanchez *vbi sup. num. 51* potest ab illo petere; vt nummos vel apud amicum deponat, vel etiam sibi det, vsuro postea in necessitatibus cum licentia. *Ibid. resolutione 43.* sed etiam in depositum accipere non potest sine licentia. Potest tamen accipere in domum cum intentione petendi licentiã, & restituendi si negatur. *par. 10 tract. 15 resol. 40.* Sufficit etiam in accipiendo licentia quoad substantiam, etiam si modus superiori displiceat, de donatione diximus *numero 4.* Et Monialis, quæ Abbatissæ visitanti cubicula res aliquas occultaret ob verecundiam, non peccaret mortaliter. Ita Tannerus *in 2. 2. disput. 6. quæst. 3 dub. 4. num. 165. Ibidem res. 31. §. Hinc.* Quod etiam procedere puto cum Religioso; qui accepta à pœnitentibus pecunia, inscio Superiore, libros emit: quos tamen palam

Religiosi egẽt licentia etiã in acquirẽdo. Et sint notabilia expressa.

Potest nihilominus Religiosus cũ licẽtia tacita

ta acceptis pecuniis ab amicis tenere libros, & habere illos expositos.

palam tenet, & Superioris nutui expositos. Nam quæ Religiosus sic tenet, sunt in potestate Prælati, ita Perez *in reg. D. Benedicti. capite 33. dub. 5. numero 125. Ibidem resolut. 26. & par. 3. tract. 2. resol. 75. & par. 7. tr. 11. ref. 19.*

Et cum licentia possidere pecuniã, & annuos reditus.

7 Quæres secundò. An liceat Religiosis in particulari habere post Tridentinum annuos redditus? Respondeo multos negare; quia illud *Sess. 25. cap. 2.* id illis vetuit verbis præceptiuis, quæ non solùm declarant ius antiquum, sed condunt nouum, & sic declarasse Sacram Congregationem Interpretum.

In vsus pios cũ licentia conuertendos.

Sed Sanchez *in sum. tomo 2. lib. 7. capite 22, numero* 11. probabiliter & cutè docet, licere, vt illos insumant in vsus licitos de licentia Superioris reuocabili, quia hæc eadem Bulla Clement. VIII. distinguit inter bona communitatis, & particularium Religiosorum. Concilium verò declarare ius antiquum, in quo id Religiosis prohibetur in ordine ad vsus superfluos, & prophanos. Declarationem verò non esse authenticam. Vel etiam non obstare; quia multi eas non decimas, sed doctrinales appellant, vt alibi diximus *parte 1. tract. 6. resolut. 31.* Ex quibus patet primò, non esse damnandam illarum Religionum consuetudinem, quæ certos redditus pro victu, & vestitu Religiosis assignant, vt si quid desit, ipsi sibi procurent, si verò superfit, de Superiorum licentia honestis vsibus applicent. Et excusandos esse aliquos Religiosos, si eo, quia sunt Prælati, aut Magistri Ordinis, aut regula relaxata est, & à veteri consuetudine sic interpretata, aut ipsi Religioni multa bona suis laboribus, & industria comparauerunt, amplissimos redditus habeant, participandos fortasse à pauperioribus. *Ibid. §. Ex his.* Immò placet sententia Bannez *in 2. 2. quæst. 62. art 5.* docentis, quod tales Religiosi habentes licentiam expendendi dictos redditus ad suum arbitrium, si expendant in vsus turpes, non peccent mortaliter, nec accipientes teneantur ad restitutionem *par. 3. tr. 2. ref. 65. §. Notatertiò, & ref. 98. & par. 7. tr. 9. ref. 15. & tr. 11 ref. 22.* Patet secundò, legatum particulari Religioso relictum, etiam cum conditione, vt nihil acquiratur Monasterio, licitum esse intelligendum tamen, vt ab illo in vsus honestos, & de licentia Superioris conuertatur, & si in hoc casu Superior non permittat acceptari, eo ipso quod negat, legatum resolui. Vnde, si legetur sub conditione, vt illud Religiosus habeat independenter à voluntate Prælati, inualidum esse. Ita Molfesius *tom. 1. tr. 7. cap. 20. n. 50. par. 3. tr. 2. ref. 34.* Patet tertiò, Religiosum inuentum mortuum in cella cum marsupio denariorum, non esse iudicandum proprietarium, & priuandũ Ecclesiastica sepultura; iuxta *l. cap. super quodam, de statu Mon.* Et sic docet Rodriquez *in com. ref. 128. num. 10.* quia iure non priuant officio altaris Monachum inuentum cum pecunia, nisi admonitus non resipiscat. Et præterea is posset se purgare, dicendo, ve. quòd habuit licentiam Prælati localis, quam is negare non potest, cum possit oblitus esse, aut Superioris maioris secretò, cuius oppositum difficilè cõstabit. Vel quod sit pecunia amici deposita apud ipsum, vel data ad distribuendum in eleemosynam, quod secundum Suarez *de Religio. to. 3 l. 8 cap. 11. n. 45.* non est illicitum. *part. 1. tr. 4. ref. 23.*

Vnde Religiosus ex improuiso mortuus & repertus in cella cum marsupio denariorũ, non debet priuari ecclesiastica sepultura.

Vt in multis Religionibus seruatur.

Etiam amplissimos.

8 Quæres tertiò, An si quis de Religioso pecuniam ad ipsius vsum liberè prout voluerit dispensandam, reseruans sibi dominium talis pecuniæ, an Religiosus illa vtendo frangat votum paupertatis? Negat Caramuel *in Regulam D. Benedicti disp 60. resolut. 7. numero 883.* quia secundum ipsum vsus, & dominium realiter distinguuntur, potest hoc retineri, & ille alienari. Ergo Religiosus vtens tali pecunia, non peccat. Sed eius sententia mihi non placet, nam vt optimè obseruat Lugo *de iust. & iure tom. 1. disp. 2. sect. 3. n. 50.* Votum paupertatis religiosæ non solum obligat ex intentione vouentium ad carentiam dominij, vel iuris alicuius ciuilis, sed etiam ad non habendum vsum facti harum rerum temporalium, nisi ex voluntate Prælati. Alioquin nunquam Religio-

Religiosus nõ potest retinere vsũ pecuniæ, existente apud alterũ dominio illius.

sus peccaret contra votum paupertatis accipiendo aliquid ab externis, quia nũquam potest acquirere aliquod ius, sed solum facti, cuius solus est capax; ergo ipse vsus facti potest esse materia sufficiens contra votum. Ratio verò à priori est, quia votum obligat semper iuxta intentionem vouentis, illi autem, qui in Religione emittunt hoc votum, non solum intendunt à se abdicare omne ius, sed etiam imitari statum pauperum, ita vt careant iis rebus, quibus indigent ad vitam humanam, nec iis vtantur, nisi ex arbitrio Prælati *par. 7. tr. 11 res. 18.*

Religiosi electi, & extra Religionẽ defuncti bona pertinent ad Cameram Apostolicam ex motu propr. Greg XIII.

9 Quæres quartò. An iustè electus à Religione, si aliquid acquirat, Monasterio acquirat; Affirmat Lopez de Texeda *in controu. Theol. moral. tom 1. l. 2. tr. 1. contr. 10. dub. 1. num. 11.* Cuius quidem sententia (licèt contraria sit probabilior) stando in iure communi, mihi placet, sed hodie sustineri non potest, vt obseruat Lugo *de iust. tom 1. disp. 3 sect. 11. num 240.* & alij, quia per motum proprium Gregorij XIII. bona religiosi electi post ipsius mortem pertinent ad Cameram Apostolicam. Notat tamen, & optimè idem Lugo supradictum motum Greg XIII. non obstare, si ille Religiosus electus recipiatur in alia Religione, quia solùm procedit, quando Religiosus obiit extra Religionem, qui autem ad aliam transit non moritur extra Religionem *par. 7. tract. 12. resol. 4.*

Secus si in alia Religione moriatur.

Religiosi electi expendẽtes bona in vsus illicitos.

10 Quæres quintò. An Religiosi electi, si expendant bona in vsus illicitos, teneantur accipientes ea restituere? Affirmatiuè respondet Lopez de Texeda *citatus num. 17.* Et id quidem satis probabiliter. Sed negatiuam sententiam esse etiam probabilem existimo cũ Sanctarello *tract. de Apostasia c. 6. dub. 2. num. 11.* & aliis. Non enim est par ratio inter Religiosum inter claustra viuentem & inter Religiosum electum; cum enim religiosi electi habeant commoditatem, & administrationem bonorũ independenter à Prælato Religionis, possunt de illis disponere, ac si essent sæculares, ac veri domini, & quamuis peccent expendendo bona in casus illicito,

Peccãt, & accipiẽtes non tenentur ad restitutionem.

& accipientes excusantur à restitutione, præsertim cum tales electi non sint perfectè vinculo voti paupertatis obstricti, sed solùm secundum quid, vt docent Angles *in Florib. par 2. vbi de voto quæ. vnic. ar. 2. diffic. 8. par. 7. tr. 17. res. 5.*

11 Quæres tandem. An Religiosus factus Episcopus, vel Cardinalis fiat dominus Ecclesiasticorum redditnum? Respondeo. Vide V. *Cardinalis, n. 54.* & V. *Episcopus Religiosus, num. 2.*

PECCATVM.

Peccatum quid? Quotuplex Et quodnã mortale, aut veniale ex genere?

1 ✠ PEccatum definitur ab Augustino, dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam. Quæ definitio propriè competit peccato mortali: nam veniale non est contra legem, sed præter, non enim est contra finem legis, i. deest charitatem. Atque hæc est differentia propria inter mortale & veniale, quòd mortale ex genere suo lædit charitatem Dei, vel proximi; veniale non item. In specie verò, quod est cõtra præcepta Dei Ecclesiæ, aut maiorum; contra votum, aut conscientiam dictantem esse mortale; item cõtra virtutes theologicas, & aliquas morales, vt Religionem, iustitiam, temperantiã in rebus venereis, &c. mortale est. Verbum autem otiosum, risus immoderatus, mendacium de re indifferenti, &c. veniale. Peccatum contra innocentiam maius esse peccato contra pœnitentiam tenet Scotus. Contrarium sentire videtur D. Thomas *par. 1 o. tr. 13 res. 40.* in fine. Quando transgressio legis sit peccatum mortale, vel veniale, dictum est V. *Lex, quomodo obliget.*

Mortale ex genere sit veniale, aut nulla culpa. Defectu deliberationis.

2 Porrò, quod ex suo genere mortale est, fieri potest per accidens veniale, & quandoque etiam nulla culpa. Et primo quidem ex defectu deliberationis.* Ex quo capite excusantur plerumque mulierculæ maledicentes filiis, vel ancillis, & rustici ac muliones sibi vel iumentis malum imprecantes, vt ait Azorius *tom. 3. lib 13. c. 10. p. 3. tr. 6. res. 13.*

Ad

Ad hoc caput spectat ebrietas, quæ secundum Vasquez *tom. 2. disp. 217. c. 3. num. 11.* excusat ab omni peccato in his, quæ in sana mente iniuriosa quidem ac proinde peccata forent, non tamen alicui detrimento, item in blasphemia, infidelitate, periurio, & hæc omnia etiam si præuideantur. Sed in hoc vltimo dissentit Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 16. n. 44.* quia sic sunt voluntaria in causa *par. 3. tr. 6. res. 52.* † Huc etiam pertinet ignorantia, de qua sub eius nomine. Secundò, ratione dispensationis iustæ, de qua Verbo *Dispensatio.* Tertiò ex necessitate in qua licitum est furari, vt dictum est V. *Pauper*, & iniquum inuasorem occidere, vt dictum est V. *Occidere inuasorem.* Et huc pertinet metus, de quo V. *Metus excusans à peccato.* Quartò demiqi ex leuitate materiæ, de qua Verbo *Materia leuis.* Probabilius vero est neminem ex defectu rationis peccare posse venialiter, qui non etiam possit mortaliter. *par. 10. tr. 15. res. 25.*

Aut sciētia per dispēsationem. Necessitatem, Et leuitatē materiæ.

Venale fit mortale ex circūstantiis.

3 Veniale similiter ex genere, fieri potest per accidens mortale ratione circumstantiarum: vnde V. *Lex num. 34.* diximus, superiorem posse quandoque prohibere, aut præcipere sub mortali rem leuis alioqui momenti. Item ratione conscientiæ erroneæ, de qua sub eius nomine.* Nunquam vero ex numero venialium consurgit mortale: vnde, si per impossibile, quis omnia venialia peccata committeret, non excederet culpam leuem. Ex quo bene infertur cum Granado *in 1. 2. contr. 6 tract. 2. disp. 2. sect. 7.* volentem vnico actu committere omnia venialia, peccare solùm venialiter. Licèt ratione periculi, quo se exponere vellet peccandi mortaliter, probabiliter doceat Sanch. *vbi sup. c. 5 n. 4.* peccare mortaliter, sicuti (ait Sylvester V. *Religio 1. q. 12.*) peccaret mortaliter Religiosus, qui omnia regula statuta ad perfectionem pertinentia, & ad mortale non obligantia, transgredi vellet. Sed his rationibus respondet Granado. *par. 3. tr 6. res. 24.*

Au cōscie tia erronea Non autem per numerum.

Nā voluntas cōmittēdi omnia venialia, per se nō est mortalis.

Peccatum mortale per se remittitur per Baptismū. & Pœnitētiā

4 † Peccatum mortale per se remittitur per Baptismum, & Pœnitentiam, quæ proinde sacramenta mortuorum dicuntur: per accidens verò aliquando etiam per Eucharistiam, & reliqua Sacramenta. Veniale autem remittitur ex opere operato etiam per aquam benedictam. Vide V. *Aqua benedicta.*

Veniale etiā per aquā lustralem.

5 Et hæc dicta sint pro generali peccatorum mortalis & venialis distinctione, nam speciale iudicium pro casibus particularibus, inuenies passim in singulis materiis. Quomodo peccata sint confitenda, dictum est V. *Confessionis materia, & modus*, quæ nam circumstantiæ explicari debeant, quæ non diximus V. *Circumstantia.* Quibus nunc adde, quod

Peccato quomodo cōfitenda?

6 Syluius verbo *oratio*, docet, eum qui orando in peccatum concupiscentiæ, aut delectationis morosæ incideret, teneri confiteri non solùm concupiscentiam & delectationem, sed præterea circumstantiam orationis, quam putat superaddere actui mortalem malitiam sacrilegij contra virtutem Religionis, quæ grauiter offenditur ex hoc, quòd dum quis Deum alloquitur, sermonem interrumpens, conuertat se ad creaturam, atque ab eo se auertat tanquam à fine vltimo, & fiat ei inimicus. Suarez etiam *de Relig. to 2. lib. 3 c. 4 n. 13* timendum id esse inquit; quia videtur grauis Dei irreuerentia. Sed ego teneo, talem circumstantiam orationis non superaddere malitiam mortalem concupiscentiæ, &c. nam minus est, orando consentire concupiscentiæ ex fragilitate, quā orare cum proposito actuali peccandi mortaliter: sed in hoc casu non committitur peccatum mortale, vt docet Sanchez *in opus. tom. 1. lib. 7 cap. 2. dub. 9. n. 3* & alij. Adde quod qui absque aliqua Intentione orat, grauem Deo irreuerentiam affert, & tamen hunc non est certum peccare mortaliter: ergo, &c. Vide Trullench *in decal to. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 10. nu. 6. parte 6. tract. 7. res. 36.*

Et an explicandum sit an quis cōcupiuit orā do, psallendo, &c.

7 De obligatione regendi, corrigendi, & denunciandi peccata proximi. Vide V. *Detractio.* V. *Correctio.* & V. *Denunciare.*

PECCATO COOPERARI.

Cooperari peccato alterius, peccatū est.

1 † PEccato alterius cooperari, est species scandali actiui per se, ex suo genere peccatum mortale, sicut de reliquis scandali speciebus, dicemus infra V. *Scandalum*. Et quidem, si actio sit intrinsecè mala, eius cooperatio ex nulla quantumuis vrgenti causa, potest iustificari; vnde comœdias audientes, & sua pecunia, comœdos in eo officio fouentes, non excusantur à peccato scandali. Vide V *Comœdia. numero* 2. si verò sit indifferens, poterit quis ex aliqua graui causa illi cooperari, quamuis alioqui sciat fieri cum mala intentione, & cum peccato. Præsertim si concurrat vt causa remota.*

Excusatur tamen, qui currit vt causa remota. Præsertim ex necessitate. Vt si quis ad vitandū magnū incōmodum cōmodaret cubiculum amico fornicaturo. Seruus conducere cōcubinam in domum heri.

2 Ex quo vltimo capite, licitum est locare domum meretrici, vel vsurario: etiamsi nulla grauis causa concurrat, quia locatio domus nimis à peccato remota est, cùm non sit eius materia; vel occasio. Vide V. *Locare, à numero* 2.

3 Ratione NECESSITATIS licitum est commodare cubiculum petenti illud ad fornicandum, vt vitetur magnum incommodum: quia talis commodatio est de se indifferens, & sola abutētis voluntate ordinatur ad malum. Marulus *tom.* 1. *disp.* 2. *c.* 5. *dub.* 10. *corol.* 4 *num.* 295. *par.* 3 *tr.* 6 *ref.* 45.

4 Licitum esse secundò, ait Palaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 7 *punct.* 11. quod famulus conducat concubinam in domum heri, si adsit aliquod graue & proportionatum damnum; quia iam supponitur, quod inter herum & concubinam conuentum sit ad peccandum: conditio verò illa indifferens est. Layman verò *lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 13. *num.* 15 permittit famulo, quod fœminam per ianuam intromittat, facem præferat, lectum sternat, &c. non tamen quod à domo euocet, & per plateas conducat; quia hoc videtur vix fieri posse sine aliqua inductione ad peccatum, quamuis parata sit. Et Sanchez *in sum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 25. quamuis simplicem comitatum permittat, tamen illicitum esse inquit concursum physicum, ferendo, v. g. in sella, curru, &c. ratione solius famulatus, sed requiri aliquod seruorum damnum notabile *par.* 5. *tr.* 7. *res.* 29. At mihi & Merollæ *tomo* 1. *disp.* 2. *c.* 4. *dub.* 10. *concl.* 3. *num.* 280. excusandi videntur aurigæ, vulgò *sigitteri* ferentes concubinam eò, vbi sciunt peccaturam, ne lucrum amittant. *par.* 3. *tr.* 6. *res.* 11. & 46. in fine.* Sed *in res.* 36. *tr.* 5. §. *Ex dictis*, reprehendit Azorium permittentem famulo, conducere concubinam in domum heri.*

Vel eā aurigā, vulgo (Sigitteri) ad ferrēt

Tertiò, si seruus sustineat pedes, vel scalam domino ascendenti per fenestrā in domū meretricis.

5 Tertiò, si famulo immineret graue aliquod detrimentum, vtisi dominus sit illum expulsurus, & sic cogendus sit mendicare, vel penuriam pati; præcipuè cum non inueniat alium dominum, qui eadem obsequia non petat, vel si eum dominus esset continuè obiurgaturus, concrepaturus, debita mercede fraudaturus, & similia licitum ei esse, ait Palaus *tomo* 1 *tractat.* 6 *disp.* 6. *punct.* 11. *numero* 5. & 7. cooperari peccato domini proximè, dummodo actio sit indifferens, & ex prauo domini animo in malum finem ordinata, & in specie volenti ascendere per fenestram in domum concubinæ, pedes sustinere, scalam exponere: item dicere concubinæ, *Dominus meus dicit, vt illum hac nocte expectes, vel eum videas.* Item signare locum, vbi sit concubina, quia omnes hæ actiones sunt indifferentes *p.* 5. *tract.* 7. *res.* 28. & ex parte *in par.* 3. *tract.* 5. *Quæsit.* 36. §. *Item deducitur*. Immo eas omnes excusat Hurtadus *in* 2. 2. *disp.* 10. *diff.* 9. ratione solius vtilitatis *in add. ad tract* 7. *part.* 5. § *Primò* Item (sed sub dubitatione) licitum esse inquit Palaus, litteras scribere, & deferre ad concubinam, verba turpia continentes, ad euitandum aliquod graue damnum, quia hoc vtrumque non est intrinsecè malum, si absit à scribente & deferente malus finis, possunt enim talia verba scribi ad ponderandam illorum malitiam, sicut à Doctoribus scribi solent; item non ex proprio marte, sed alieno, non seriò,

Quid, si scribat, & deferat literas amatorias?

riò, sed irrisoriè: & eodē pacto deferri, ad ponderandam malitiam, & vt irrideantur, vel conferantur. Sed contrarium tenet Sanchez *vbi sup. num. 26.* existimans, talia verba esse intrinsecè mala *p. 5. tr. 7. res. 27.* Et ita omninò tenendum est *par. 3. tract. 5. res. 36. § Et dictis.* Secus si litteræ solùm dicant, vt concubina ad se veniat in nocte: quia hæc verba sunt indifferentia, *Ibid. tr. 6. resolut. 46. § Notandum.*

Rursus excusatur à necessitate, pingens amasio imaginem cōcubinæ.

6 Quartò excusatur à peccato scandali, qui, vrgente grauissima causa, pingit imaginem concubinæ amasio: quia hæc quoque actio de se indifferens est, bono vsui seruire potest Ita Palaus *pūct. 12. n. 6.* contra Azorium *to. 2. lib. 12. c. vlt. q. 9.* Grauissima causa non esset amissio lucri, sed metus mortis, vulneris, &c. *par. 5. tr. 7. res. 6.*

Non autē construens infideli idolum. Aut Iudæo Synagogæ.

7 Quintò Palaus *tract. 6. n. 7.* contra Coninch *in 2. 2. disp. 18. dub. 13. n. 213.* excusat pingentem, vel fabricantem idolum infideli metu mortis, &c si non postulatur fieri in contemptum Religionis, quia talis constructio non est intrinsecè mala, & artifex cooperatur illi in re petita, quæ est indifferens, non in intentione, quæ est mala. Idem potiori iure dicendum putat Mendoza *in 2. 2. disp. 76. sectio. 6. § 181.* de constructione Synagogæ Iudæorum, quia hæc illis permittitur. Quod verò ait D. Thomas *apud ipsum* exercentem artem, qua nemo potest bene vti vt construentem idola peccare, interpretatur Mendoza dictum de eo, qui absque necessitate se illi arti addicit, cum possit aliam exercere. Sed in hac re opinio Coninch videtur tenenda, quia, licèt constructio Idoli & Synagogæ, metaphysicè loquendo, possit à malo fine præscindere: moraliter tamen non potest: quia hic & nunc in finem iniqui cultus construuntur; & quidem construens, vt vendat Ethnico adoraturo, videtur ipse aliqualiter cooperare. *par. 5. tr. 7. res. 6.*

Quamuis aliqui excusent vēdentem idolum Gentili.

8 At verò non esse improbabile, putat Coninch *vbi sup. concl. 1. numero 12.* quod liceat ex metu mortis idolum Ethnico vt ludere, quemadmodum ex eadem causa licet dare Furi instrumenta, quibus alterius seras effringat, & gladium parato ad alium occidendum; talis enim venditio ex se, & prout proficiscitur à vendente, censetur fieri solùm vt medium euadendi præsens periculum, non in honorem, aut cultum falsæ Religionis. Et hanc sententiam absolutè tenent Valentia *to. 3. disp. 1. quæst. 10. punct. 6.* & Tannerus *tom. 3. disp. 1. q. 9. dub. 5. num. 144.* Sed Duuallius *in 2. 2. q. 7. tr. 9. concl. 1.* & alij communiter contrarium docent *par. 5. tr. 7. res. 46.*

Aut agnū Iudæo immolaturo.

9 Eodem pacto, vrgente necessitate licitum esse, ait Mendoza *vbi sup. sect. 5. § 69.* vendere agnum Iudæo immolaturo, siue paratus sit statim immolare, siue sciam postea suo tempore immolaturum. Quidquid in contrarium asserat Lorca *in 2. 2. q. 10 art. 9. n. 5. part. 5. tr. 7. res. 37.* in fine.

An etiam.

10 Vniuersaliter verò res, quæ communiter in malum finem emuntur, non licet vendere, nisi nobis constet, hic & nunc non peti in malum vsum. Vnde Pharmacopolæ passim venena vendere prohibentur. Liceret autem bona intentione confiteere, & vendere res indifferentes, etiam si sciam, emptorem aliquando abusurum: modo emptio ex circumstantiis non appareat in malum finem ordinari, vt si quis peteret gladium, dum actu mortem alteri minitatur. Si verò quis patente officina omnibus exhiberet, tunc posset indifferentia vendere, etiamsi quis ex aliquibus signis coniiceretur emere in malum finem. Nisi quod si posset absolutè, vel magna ex parte peccatum illius impedire absque magno incommodo, ad hoc teneretur. Quæ omnia docet Coninch *conclus. 2. numero 217. & deinceps.* Sicut etiam docet Sanchez *sum. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 13.* contra Reginaldum *tom. 2. lib. 25. cap. 15. numero 205.*

Sueos & ornamenta meretricis.

licitum esse, vendere meretrici sucos & ornamenta, quæ probabiliter creduntur emi ad scandalizandum aliquem innocentem, si adsit iusta causa. Id quod etiam docet Salas *de empt. dub. 47. numero 2.* Addens licere vendi alcas, taxil-

Chartas lusorias ius tè lusuro?

los, & chartas lusoria iniustè lusuro. *par. 2. tract. 8. resp. 41. par. 4. tr. 3. resp. 60. & par 5. tr 7. resp. 37. §. Vnde ex his.* Si verò adsint alii, qui hæc vendant, & à quibus malè vsurus emere possit, excusatur talis vendens etiam ex hoc capite. *p. 5. tr. 7. resp. 38.* in fine.

An possint ministrari indifferentia aliàs transgressuro præceptum.

11 Vnde Sanchez *numero 16.* excusat vniversaliter ministrantes indifferentia ei, qui alias transgressurus esset præceptum si non sint ita proximè ad peccatum ordinata, vt per se meritò censenda sint mala. Sed Suarez *de charit. disput. 10. sect. 3. num. 2.* & alii obstant, quia quod alius sit ministraturus, non tollit concursum alterius, qui ministrat, & sic non obstare quòd quis alias in die ieiunii sit cænaturus, quin tu pecces cænam ministrando. Vide V. *Ieiunium, à n. 39.* vbi etiam invenies, quid dicendum sit de famulis & tabernariis cœnam exhibentibus in die ieiunii.

Vt cœna non ieiunatura?

Quid de ministrante Sacerdoti celebranti.

12 Ministrans Sacerdoti celebranti in peccato mortali, cum alias possit celebrare in gratia, confitendo, vel contritionis actum eliciendo, non peccat. Ita Granado *in 3 part. contr 3. tractat. 5. disputat. vlt. numero 10.* Sed limitat Ochagavia *de Sacr. in gen. quæst. 24. numero 5.* si non possit commodè ministerium recusare, vt quia secus expelletur à domino accusabit scandalum, &c. Quod etiam procedit in ministrantibus Episcopo ordinanti *p. 5. tr. 7. resp. 4. §. Non desinam.*

Aut Episcopo ordinanti. In peccato? Excusat præterea regulariter necessitas Christianos captivos remigante?. Et necessaria in bello ministrantes contra Christianes.

13 Sextò excusantur à peccato & excommunicatione cap. *ita quorundam* ex metu mortis, & verberum, Christiani captivi in triremibus Turcarum propugnacula ædificantes, sarcinas, machinas, & arma necessaria ad bellum afferentes contra Christianos, nam licèt peccatum, ad quod materialiter cooperantur pernitiosum sit; tamen illorum cooperatio non est adeò propinqua, vt sine illa damnum non inferretur; alii enim non deessent. Non liceret tamen tormenta in Christianos dirigere & ignem applicare, seu damnum directè in personas illorum inferre. Immò nec licerent prædicta in casu, quo reseo devenissent, vt Christiani, ipsis reluctantibus, facili negotio vincerent: quia tunc generetur postponere propriam vitam bono communi Reipublicæ. Ita Sanchez *sum tomo 1. lib. 1. c. 7. n. 18.* & alii contra Toletum *lib. 1. c. 24. p. 3. tr. 5 resp. 36.*

Non tamè tormenta in illos diri gentes.

Ita damnũ inferentes bonis Christianorum vremando, furando, &c. Cum certa limitatione.

14 Addit Coninch *in 2. 2. disp. 31. dub 7. numero 104.* non licere talibus captiuis in terras Christianorum descendentibus, ex metu mortis damnum illis inferre in bonis externis, cremando, furãdo, & ad triremes asportando. Sed ego cum Palao *tomo 1. tract. 6 disp. 6. punct. 11. numero 12* existimo, licere: quia licitum est ad vitandam extremam necessitatem propriam vti rebus temporalibus alienis, & illas tradere minanti mortẽ, devastare, &c. Et in tali casu dominus rerum esset irrationabiliter invitus. Limito tamen cum Mendoza *in 2. 2. disp. 76. sect. 3. §. 114.* nisi Christiani essent in eadem necessitate sulphuris, domus, &c. *par 4. tr. 7. resp 30.*

Tertio excusat bonus finis. Suadentẽ minus malum ad vitandum maius.

15 Tertiò, excusantur alterius peccato cooperantes IN BONVM FINEM, vt ea scilicet cooperatio maius malum deviteť. Vnde volenti alias furari ab aliquo centum aureos licitum est cooperari ad furandos ab eodem 50 & in hoc dominus nec iniuriam patitur, invitus esse rationabiliter potest: quia suis bonis bene consulitur. Id quod non procedit in bonis vitæ & corporis, quorum nimirum alter non est dominus, quia in his non præsumitur consensus, cum nec possit consentire. Vnde non licet volenti occidere cooperari ad abscisionem membri occidendi Pontius *lib. 5. cap. 18. §. 5. num. 28. part 5 tract. 7. resp. 19. §. Immò quando,* & recitanter *in add. §. Nota quintò.*

Vsuras solvere nõ est peccatum.

16 Cum quo etiam *§. 7. numero 53.* teneo, solutionem vsurarum per se loquendo non esse peccatum scandali: nam iuramentum de ea tenet, cap. *debitores, de iureiur.* Et ratio est quia soluens vsuras non præbet peccandi materiam; sed patitur, quod alter recipiat. Nunquam enim soluere voluntariè *part. 5. tractat. 7 resol. 12.* Secus si quis pecuniam apud vsura-

vsurarium absque necessitate deponat. Vide V. *Depositum, n. 5.*

17 ✝ Magistratus etiam permittentes concubinas ad vitandum maius malum, non peccant. ✝ An etiam permittendo comœdias. Vide V. *Comœdia, n. 3.*

PECVNIA.

Pecunia inventa an, & quomodo restituenda.

1 Pecunia abscondita, & inventa: quæ propriè non sit thesaurus vero Domino, vel eius hæredibus, si compareant restituenda est: si verò non compareant, super hac fieri debet restitutio, sicut & super aliis bonis incertis. Rebellus *part. 1. l. 1. q. 15. sect. 2.* Diana *par. 9. tr. 5. res. 16.*

Potest retineri post sufficientē inquisitionem.

2 Pecunia inventa, cuius dominus ignoratur, erogari debet in pauperes, prosue vlus. Ita Lessius, Molina, Valentia. Sed ego satis probabiliter affero inventa, post sufficientem inquisitionem, posse retineri ab inventore, etiamsi dives sit *part. 9. tractat. 5. resol. 16. vers. Et quidem.*

PENSIO.

Pensionis causæ iustæ quæ sint?

1 Pensio temporalis imponi potest ob servitium aliquod Ecclesiæ præstandum ab ipso pensionario, in cuius stipendium illa portio fructuum à beneficio seiungitur. Vel iam præstitum ab ipso vel eius consanguineis. Spiritualis, vel ob causam lucrativam: quæ sit pia & honesta, vt quia pensionarius studiis vacat, hospitalitatem exercet & similia; vel ob onerosam, cum pensio sub onere conceditur resignanti, vel permutanti cum minori, vel cedenti liti & prætensioni. Absque autem causa iusta, adhuc eius obtentionem licitam esse in conscientia tenent Canonistæ. Negant Theologi & probabilius. Sed prior opinio non est improbabilis. *p. 10. tr. 14. res. 70.* Pensio tamen nulla vendi potest, inconsulto Summo Pontifice *p. 10 tr. 16. re. 24. §. Sed quid.*

Quid de cedente pensioni?

2 Bonac. de horis Canonicis *disput. 1. quæst. 2 par. 4. num. 11.* existimat, & merito eum, qui cessit pensioni quoad aliquam partem, non remanere exemptum ab obligatione recitandi officium Beatæ Virginis. Secùs si liberaliter cessit pensioni in totum. Idem dicendum videtur de pensionario, qui consentit pensionem redimi accepta nonnullorum quinque, aut trium, annorum anticipata solutione: militat enim eadem ratio.

Pensio non nunquam reservatur in capite, seu vita vnius.

3 Pensio aliquando reservatur in capite, seu vita vnius, sed ad commodum, & vtilitatem alterius: nam propter leges Hispanicas beneficia, & pensiones illius regni non possunt conferri, nisi naturalibus, ideò indicium est, vt pensio imponatur in capite alicuius Hispaniæ, penes quem verè resideat ius pensionis: sed tota vtilitas pertineat ad aliquem Italum, cui Papa specialiter intendit eam gratiam facere, & qui ea de causa constituatur tanquam procurator irrevocabilis ad illam exigendam: & quoniam hic vterque suo modo est pensionarius, ideſt, Hispanus ratione iuris, & Italus ratione commodi, & pensio completa accepta non subsistit nisi in vtroque simul, hinc est, quod tam spiret per mortem vnius, quàm alterius, vt pluribus rotæ decisionibus videri potest apud Garciam de beneficiis *parte 1 capite 5. numero 162.* in hoc igitur casu recitare officium B.V. pertinet ad illum, in cuius commodum assignata est pensio. Sic Bonac. Trullench, & Baldelli. Non desunt aliqui existimantes oppositum. Propterea observantur, quod huiusmodi pensiones constituantur in persona, in vita Clericali constituta, aliunde obligata ad divinum officium recitandum. Ita Filliucius *tomo 3 tractat. 31. capite 9. quæst. 13. numero 19.* qui citat Garciam, & Suarez. *parte 10. tractat. 16. resolutione 95.*

4 Pensionis redemptio maxime si collatio eius simul sit spiritualis & temporalis, irritāda est, si absq; authoritate Papæ fiat. Garzias *de beneficiis part. 1. cap. 5. & sic.*

& sic habet praxis Curiæ: contrarium tamen tenent Lessius *l.2 de iust. c.35. nu. 124. dub.22.* Suarez, Valentia cum aliis; quia per redemptionẽ nihil acquiritur, nisi de obligatio soluendi quotannis, quod non est aliquid spirituale. Suadenda nihilominus prima sententia, *p.11.t.5 res.5* quamuis vltima sit probabilis. *Ibid.*

PENSIONARIVS.

Pensionarii obligatio.

PEnsionarius tenetur sub mortali recitare officium parvum B. Virginis. *par.10.tr.16.res.94.* Et quando reservatur in commodum vnius, sed ad vtilitatem alterius, non hic, sed ille, tenetur ad officium. *p.10.tr.26.res.95.q.2.* Dummodo valor pensionis sit notabilis qualis requiritur in beneficio ad officium divinum. *Ib.q.4.* Et omittens officium tenetur ad restitutionem saltem tertiæ partis. *Ib.q.5.* Excusabitur autem ab officio paruo, si titulo beneficii recitet magnũ. *Ibid.§. Sed si quis.*

PERCVSSIO.

Percussio levis Clerici quid?

1 PErcussio levis Clerici erit, quæ respectu percussionum mortiferarum, nec est enormis, nec mediocris, & quæ non continet gravem iniuriam, licet levis sit physicè. Gravis percussio Clerici censebitur illa, quæ non est levis, neque enormis, de qua iudicabit Episcopus, vel Abbas, quibus conceditur in certis casibus absolutio. Enormis percussio clerici illa dicitur, quæ pervenit ad occisionem, mutilationem membri, effossionem oculi, aut si Clericus fiat inutilis ad munus suum, aut si vulnus notabile inferatur, quod eget remedio Chirurgiæ, aut aliorum medicinalium, vt sanetur. Item si laicus officialis authoritatiuè percutiat Clericum. Aut si quis iniiciat manum in Episcopum, Abbatem vel etiam in Priorem, qui est caput Monasterii, vel est in eius loco. Item ratione loci, nempe si vulneretur Clericus in oculo, vel in facie. Item ratione scandali. Item erit enormis ratione irreverentiæ, nempe si in conspectu Prælati, aut Iudicis percutiatur Clericus. Similiter siquis percutiatur in Ecclesia, Cæmeterio, dormitorio, vel in platea. Et eodem modo ex facti notorietate, præsertim si percutiatur Clericus in magno aliquo concursu, puta in foro, in magna festivitate, aut nũdinis, vel mercatu celebri. Vide Molinam *tractat.3. disp.37.* Palaum *tom.6.disp.2 punct.21.§.4. num.2.* & alios penes ipsos. *par.9.tract.4 res.45.*

Quid in dubio, an gravis, aut levis?

4 In dubio, an percusso Clerici sit gravis vel levis, iudicanda est gravis. Ita Molina *disp.57.num.3.* Sayrus *de censur.lib.3.cap.28 numero 8.* Suarez *disput. 22.sect.1.numero 88.* & alii: ne scilicet detur occasio lædendi statum Ecclesiasticum; sicque deciditur in Extravag. Ioann. XXII. Sed his non obstantibus, contrarium tenet Bordonus *in Consil. Regul. tom.1. resolut.38 numero 45.* Quia in dicta Extravag. *Prælectis* non continetur, ait, præceptum, sed consilium. Verum quia affirmativam sententiam tenent communiter Doctores, non audeo ab illis discedere *part.9.tr.4. res.46.*

3 Percussio Clerici superioris, præter malitiam contra Religionem, continet etiam malitiam impietatis. Sic Oviedo *in 1.2. D. Thom. tractat.6. contra 5. punct.3.§ 5. numero 47. & 48.* Quia superiores religiosi non solùm sunt Patres spirituales, sed etiam sunt loco Patrum carnalium in rebus temporalibus. *par.9. tractat.4. res.28.*

PEREGRINVS.

Peregrinus tenetur ad leges loci, in quo reperitur, absque distinctione secundum Angles in 4 quæst.4. ante dub.1. diff.2. tendit magis contra, tunc solùm tenetur, cùm perpetuum se mesire.

1 PEregrinus secundum Pontium *libro 5. cap.7.§.1. num.6.* tenetur legibus, & consuetudinibus loci, in quo reperitur, absque distinctione secundum Angles *in 4 quæst.4. ante dub.1. diff.2.* tendit magis contra, tunc solùm tenetur, cùm perpetuum *se mesire.*

Peregrinus non tenetur ad leges loci, in quo non intendit manere vltra

petuum sibi domicilium in eo loco decernit Lessius *lib. 4. cap. 2. dub. 8. n. 51.* teneri putat, vbicunque manet per aliquot dies Sanchez denique *de matrim. 10. 1 lib. 3 disp. 19 n. 9.* vbi habet intentionem manendi pro maiori anni parte. (Et si cum hac intentione accedens, mutatus postea decerneret brevi discedere, non ob id teneri, addit Sancius *in select disp. 54 n. 5. ref. 2.* in fine.) Ex quibus opinionibus prima est nimis rigida, sicut etiam tertia: secunda nimis laxa: tertia probabilior *p. 1. tr. 10. ref. 15.* Nisi, quòd in certis casibus teneatur peregrinus se conformare legibus & consuetudinibus loci, etiam vbi per modicum tempus reperitur. (*p. 1. tr. 9. ref. 2. §. Notandum est,*) vt in contractuum solemnitatibus, aut quando non observantia vergeret in damnum illius loci, &c. & proculdubio tenetur servare leges communes, quæ etiam obligant in loco domicilii *to 1. tr. 2. diff. 33. lb. to. 10. ref. 13.* in fine. Quāvis Sancius excuset peregrinantem ad loca sacra, etiam à ieiuniis iuris communis, vt dictum est V. *Ieiunium, n. 33.* Quid autem dicendum, si ieiunium servandū sit in loco diversorii, & etiam domicilii, vtrobique tamen de mandato Episcopi, & an idem dicendum de vagis. Vide V. *Lex. à n. 11.*

Præterquā in certis casibus.

Quod applica Panormitanis diver-sentibus in æstate ad Vrbem Mōtis Regalis.

2 Infertur ex dictis pro praxi, quod Panormitani, qui in æstate in Montis Regalis Civitatem se transferunt, animo redeundi infra paucos menses, non tenentur servare festa, ieiunia, & alias leges illius. Vrbis, ✠ præterquam in cōtractuum solemnitatibus, & quando id exigit bonum illius Civitatis. ✠ *p. 1. tra. 10. ref. 13.* propè finem.

An verò domicilii regibus teneantur.

3 An autem peregrini teneantur legibus domicilii, dictum est V. *Lex. à nu. 10.* Sanè nos V. *Absoluere num 9.* diximus eum, qui in aliam diœcesim se se appositè transferret, vt ibi à reservato suæ diœcesis absolvatur, non posse ibi absolui, &c. quod nunc invenimus declarasse Sacram Congregationem anno 1616. apud Zambellum V. *Casus reservati, num. 26.* Licè Bauny. novissimè contrarium teneat *part. 6. tract. 7, ref. 57.* Et idem declaravit Sacra Congregatio de illis, qui ex Italia v. g. in Galliam proficiscerentur, vt ibi contraherent matrimonium absque præsentia Parochi, vt dictum est V. *Impedimenta, n. 23.* Possunt verò peregrini frui privilegiis patriæ; etiam contra ius commune, vt dictum est V. *ieiunium, n. 34.*

Et privilegiis frui possint.

4 Peregrinus absque electione sepulturæ decedens, si commodè potest, transferri debet in sepulturam maiorum suorum: secus sepeliri in Parochia, in qua Sacramenta recepit, & diem clausit, non in Cathedrali, in qua divina officia audire debeat, vt ait Zarabella *cons. 40. numero 1.* quia sepultura magis accedit ad Sacramentorum, quàm ad Officiorum divinorum communionem. Molfesius *to. 2. ar. 13. c. 8. n. 30 p. 5. tr. 3. ref. 113.*

Peregrini vbi sepeliendi.

5 Peregrinus colloquens cum moniali exempta incurrit excommunicationem Episcopalem, si lata est. *part. 10. tract. 4. ref. 55.* in fine.

PERICVLVM.

Periculo peccandi se exponēs, & statim peccans, nō committit duo peccata.

1 ✠ PEriculum peccandi eadem obligatione vitare tenemur, qua & peccatum ipsum ✠ Vnde, si interpositionem periculi, & peccatum inde secutum non intercesserit mora notabilis, non peccavit se exponens duplex peccatum distinctum. Si verò intercesserit mora notabilis, sunt duo peccata eiusdem speciei, distinctè confitenda: ita Sanchez *sum. to. 1. lib. 1. cap. 8. num. 4 p. 1. tr. 7. ref. 44.*

An liceat ob aliquod ingens bonum ducere vxorē hæreticā?

2 Cæterùm, se exponere periculo peccandi non est ita intrinsecè malum, aut Pontius *Append. cap. 6.* vt aliqua iusta causa iustificari non possit. Licitum enim est, si talis causa adsit, sive in magnum bonum spirituale, sive temporale. Nec requiritur, vt causa sit semper involuntaria, aut ex necessitate proveniens; sed satis est, etiamsi sit voluntariè quæsita. Et ratio est: quia in tali casu non amatur periculum, sed illud ingens

gens bonum, ad quod sine eo periculo perveniri non potest. In specie verò ait Pontius, licitum esse ex magna aliqua, & eximia causa, argumenti videlicet, vel propagationis Fidei, tranquilli Ecclesiæ status, vel libertatis Catholicorum, quod Catholicus contrahat matrimonium cum hæretica, vel contra, etiámsi adsit probabile periculum perversionis. Et cum Vasquez *de restit. c. 3. §. 2. dub. 6. n. 23 & 24.* posse hominem medicamentum sumere ad assequendam salutē, quamuis probabile periculum sit effusionis seminis. *p. 3. tr. 4. res. 169.*

Et medicinam sumere cum periculo effusionis seminis.

3 Verum an hæc opinio Pontii sit probabilis, alii videant. Ait enim Suarez *de charit. disp. 9. sect. 2. num. 8.* nemini licere propter aliorum salutem exponere se mortali periculo peccandi mortaliter: idem est enim exponere se mortali periculo committendi peccatum ac illud committere, & sicut ait Salomon *Eccles. c. 3. Qui amat periculum, peribit in illo.* Præsertim si periculum sit in determinata materia, in qua quis se fragilem expertus est. Vnde cum Villalobos *to. 2. tract. 40. diff. 10 n. 5.* contra Palaum *tra. 1. tract. 1. disp. 2. punct. 9. §. 3. num. 11. & 13.* dicendum est, non licere chirurgi, verenda fœminæ curare cum periculo mali consensus, si expertus sit illam concupiscere, aut voluntariè pollui. Neque Confessario confessiones mulierum audire, si occasione peccatorum carnalium confessorum idem periculum expertus sit quáuis vterque firmiter proponat nō consentire. Quando verò periculum est in confuso (vt est in casu Pontii) non potest tradi regula certa, sed pensanda res erit pro ratione necessitatis & periculi. Sanè D. Thomas *2. 2. quæst. 10. art. 9. in fin. corporis*, posse inquit aliquem accedere ad infideles, & meretrices convertendos, cum periculo peccandi *p. 3. tr. 5. res. 5. & p. 7. tract. 11. res. 29.* Quod sine dubio verum est, quando adesset periculum solius pollutionis sine consensu. vide infra V. *Pollutio. n. 3.* De periculo pollutionis inter coniugatos, vide V. *Debitum coniugale*, V. *Tactus*, V. *Vxor*. Periculo mortis quando liceat, vel oportat exponi, vide V. *Vitam exponere.*

Itē chirurgo contrectare verenda fœminæ.

Et Confessario confessiones mulierum audire, ex quibus se in malos motus voluntarius experti sum incidisse?

PO E N A.

1 ✠ Pœna est delictorum debita cœrcitio, vel satisfactio à lege vel legis ministris imposita. In iure civili octo sunt pœnæ, scilicet damnum, vincula verbera, talio, ignominia, exilium, servitus, & mors. In iure canonico sunt tres censuræ, excommunicatio, suspensio & interdictum, & præterea irregularitas, depositio, inhabilitas, degradatio, intrusio, incarceratio, & verberatio. Est etiam pœna conventionalis, quam sibi imponunt contrahentes de communi consensu soluendam à violatore ✠, quæ an sit licita, vide Pereiram *de empt. & vend. cap. 29. n. 22. p. 1. tr. 8. resol. 29.* in fine.

Pœna quid & quotuplex?

2 Pœna, quæ non potest executioni mandari absque hominis actione, etiamsi ipso iure, vel ipso facto feratur, & etiamsi dicatur, *nulla spectata declaratione*, non incurritur ante condemnationem iudicis *part. 1. tr. 10 res. 23* tum quia vsu & consuetudine receptum est, vt nemo ante sententiam privet se re anteà obtenta, & si homines exequi deberent pœnam in semetipsos, nimis durum id esset, & talis lex non esset accommodata humanæ imbecillitati. Ita Molina *to. 1 tract. 2. disp. 95. num. 14.* & alii. Ex quibus infert, non incurri ante sententiam pœnas Pii V. contra Clericum sodomitam, Sixti V. contra Clericos non deferentes habitum, Clementis VIII. contra Religiosos munera largientes, & magistratus contra vendentes res comestibiles supra taxam: item Extravag. *Ambitiosæ*, contra alienantes bona Ecclesiastica absque solemnitatibus, & Pii V. contra Religiosos admittentes fœminas intra monasterii claustra, idem dic de pœnis privationis officii ipso facto, latis in Superiores Regularium ob contraventionem alicuius Bullæ, vt ait Valerius *v. pœna diff. 10. numero 4.* & de pœna

Et an in conscientia incurratur ante sententiam?

pœna confiscationis bonorum ipso facto incurrenda ab hæreticis vel aliis, vt ait Sanchez *in sum. t. 1. lib. 2. c. 20 n. 17. p. 2. tract. 17. ref. 67.* Vnde sequitur, quòd qui esset causa, nè quis ad pœnam pecuniariam iustè condemnaretur, non teneretur Fisco, cui applicanda erat, aliquid in conscientiam restituere. Vide *verb. Restituere, à n. 5.*

Et quid de priuatiua. 3 Circa pœnam inhabilitatis ad officia & dignitates, quæ in Bullis Pontificis sæpè Religiosis infligitur, Salonius & alii apud Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 39 n. 31.* dicunt incurri ante sententiam: quia est privata, non privans iure quæsito, sed solùm acquirendo, & assimilatur censuris. Sed ipse Sanchez *ibid. num. 32. & de matr. lib 9 disp. 30 n. 2.* etiam in hac requirit sententiam, & solas censuras ante sententiam incurri inquit, quæ sententia est probabilis, quamuis prima sit probabilior. *p. 1. tr. 10. ref 14. & p. 4. tr. 4. ref. 26.*

Pœnæ restringi debent. 4 Pœnæ restringi debent, vt diximus V. *Lex quomodo interpretanda.* Ex quo principio Lotherius *de re benef. lib. 3. qu. 32 num. 26.* docuit, in Bulla Greg. XIII. de datis & promissis in Rom. Curia, nomine gratiarum venire solùm gratias in materia contentiosa: non autem eas, quæ solo verbo perficiuntur, quales sunt Indulgentiæ, dispensationes, absolutiones & similes. Sed stylus Curiæ & Pœnitentiariæ in hoc sequitur contrariam expositionem Navarri & Bonacinæ *de cens. disp. 2. quæst. 3. punct. 31. n. 2.* & ideo ab ea non est recedendum *part. 6. tractat. 7. resol. 14.*

Pœnas delictorum pertinentium ad S. Officium Inquisitionis, vide V. *Inquisitorum iurisdictio quoad pœnas.*

POENITENS.

Pœnitens bona fide absolutus de reseruato à non habente auctoritatem secundùm Lugo rem. non absolutus.

QVoad obligationem confitendi, & modum confessionis, Vide V. *Confessionis necessitas, & modus.* quoad obligationem Pœnitentiæ, Vide V. *Pœnitentiam.* Hic solùm adverte tria.

1 Primum est, quòd si pœnitens habens casum reservatum, confiteatur Sacerdoti non habenti auctoritatem, sive nesciens se casum reservatum habere, sive bona fide existimans Sacerdotem absolvere posse, docet Præpositus, quod remanet absolutus, concedente in hoc casu facultatem Ecclesiæ ad tollenda multa pericula, quæ hinc sæpius emergerent. Sic ille *in 3. par. quæst. 9. dub. 1. n. 68* & Lugo *de sacr. pœn. disp. 20. sect. 1. numero 20.* ait, quòd si pœnitens in dubio de aliquo casu an sit reservatus, à Sacerdote non habente auctoritatem absolutus sit, certior dein factus reservationis, remanet absolutus, etiam si peccatum habuisset excommunicationem adnexã: nã si qui dubius de reservatione voti, dispensationem obtinuit ab Episcopo, certior postea factus, secundùm Sanch. remanet dispensatus: idem dici debet in hoc casu: quia, cum in dubio casus non censeatur reservatus, prima absolutio valida fuit, & (cum non fuerit data sub conditione de futuro, *si comperietur non esse reservatas, &c.* aut ad reincidentiam, quia sic dari non potest, nisi in casibus expressis in iure, qualis non est ista:) non est cur post absolutionem reservatio: aut censura redire debeat. *p. 6. tr. 6. ref. 40.*

In articulo mortis non tenetur elicere propositum explicitum non peccandi.

2 Secundum est, nos supra V. *Attritio. n 9* probabile existimasse, quod in pœnitente sufficiat propositum nõ peccandi de cætero, implicitum ipsa detestatione. Nunc hanc opinionem inuenimus docere Suarez *in 3. p. to. 4. disp. 4. sect. 4. n. 4.* quoad pœnitentiam in articulo mortis: tunc enim, cũ moraliter aut nullum aut minimum vitæ supersit spatiũ, non debemus esse de eo multum solliciti: satis namq; proponimus pro illo modico emendam, dum in detestandis anteactæ vitæ sceleribus occupamur. Et in praxi, dum aliquem ad mortem damnatum ad pœnitentiam exhortamur, solũ curamus de dolore præteritorum. Neque dicas eliciendum esse propositum conditionale, *si vixero*, tum quia actus conditionales de futuro per se non sunt necessarii ad salutem, tum etiam quia

tunc vita futura moraliter deperatur, & ideo nulla ratio ostendit talis actus necessitatem. Sed contra Suarez insurgit Tannerus *tom.4.disp.96.n.61.* tum quia dum homo viuit, semper peccare potest; tum etiam quia tale propositū pertinet ad compensationem iniuriæ iam illatæ. Adverte etiã in hac materia propositi, quod Lugo *disp.14. sect 5.* distinguit. Et quando dolor procedit ex motivo generali contra omnia peccata includere sufficiens propositū: quando verò procedit ex motivo particulari contra illa peccata, de quibus dolet tunc nõ includere sufficienter propositum vitandi omnia peccata: & ideo requiritur explicitum *p.6.tr.7.res.34.*

In aliquo casu tenetur prodere complicem Confessarius, potest eis negare aut differre absolutionē.

3 Tertium, quamuis V. *Confessarius, n.39.* dixerimus, non posse Confessarium cogere pœnitentem ad revelandum cõplicem, & nihilominus nõ peccare pœnitentem manifestantem illum Confessario, quia V. *Detractio.num.5.* diximus probabile esse opinione Caietani, quod revelare crimen proximi occultum vni vel alteri viro secreto, non sit illicitum; vt etiam modo probabilem existimamus cum Bauny *tract.4 quæst.15.dub.8.* & aliis, contra Lugo *disp.16.sect.7.num.395.* Nunc verò dicimus, dari posse casum, in quo Confessarius non debeat absolvere pœnitentem, nisi sibi complicem revelet, cum commissione denunciandi, & esset, quando ex occultatione complicis facinorosi multa damna imminerent bono communi, & pœnitens non posset per alium, quam per Confessarium revelare. Et ratio est, quia pœnitens id recusans, non esset aptus ad absolutionem recipiendam. Ita Lugo *sect.8.numero 432.* advertens *num.434.* quòd si pœnitens dicat velle per se ipsum vel per alium revelare, potest nihilominus confessarius differre absolutionem, donec revelatio in actum reducatur, sicut differre potest debitori, qui sæpius proposuit solvere, donec cum effectu solvat *part.6.tractat.7 res.2.* Extra hunc casum probabiliorem esse opinionem Lugo *sect.7.n.392.* quod non possit pœnitens revelare complicem Confessario, sed si cõmodè potest, tenentur quærere Confessarium, qui in suspicionem complicis venire non possit, aliàs illum diffamare, & peccare contra iustitiam, & teneri ad restitutionem, quam Lugo *num.418.* sic faciendam putat vt pœnitens extra confessionem dicat Cõfessario, se errorem fecisse in nominando complicem: & vt talis satisfactio sufficiat, semper tenebitur impedire, & resarcire omnia damna emergentia ex tali manifestatione iniusta *parte 6. tract.7. resolutione 9.*

Regulariter verò potest, suo onere se retractandi.

POENITENTIA.

Pœnitentia nomen virtutis.

1 ✠ POenitentia est nomen virtutis, qua dolemus de peccato prout est offensa Dei, & de hac dictum est sub V. *Attritio, & Contritio.* Est item nomen Sacramenti, quod describi potest, Sacramentum reconciliationis humanæ cum Deo, ex peccatis commissis post Baptismum virtute clavium. Et Sacramentum necessarium post baptismũ mortaliter peccanti, vt dictum est V. *Confessionis necessitas.* Materia huius Sacramenti est duplex: remota, quæ est peccatum, de quo suo loco, & proxima, quæ est Confessio, de qua etiam sub eius nomine, item contritio, de qua V. *Attritio & Contritio,* & satisfactio, de qua mox V. *Pœnitentia.* Minister est Sacerdos, de quo V. *Confessarius.*

Et Sacramenti.

POENITENTIAM Imponere.

Pœnitentia non est essentialiter secundum Bauny part.1. tr. Sacra. tractat.4.quæst.25. vbi docet, scrupulosè, sed sæpius in eadem hora ad confitendum accedit, non posse eandem pœnitentiam secundò imponi, quia diversa Sacramenta diversas exigunt partes.

1 SErmo est de pœnitentia, quæ est pars materialis Sacramenti Pœnitentiæ requisita ad eius integritatem ✠, *de necessitate* ✠.

Admittẽtes parvitatem materiæ.

Interio-

Nã scrupuloso sapius cõfitẽti imponi sapè potest eadem pœnitentia.

In quo tamen dissidet Bonacina *tom. 1. disp. 5 quæst. 1 sect. 3. punct. 2. num. 3.* quia potest in pœnitentiam iniungi opus aliàs debitum, vt dicemus *numero 3.* Lugo verò *disp. 16 sect. 4 num. 50.* ait, satisfactionem eo pacto pertinere ad integritatẽ Sacramenti, quo punitio rei ad integritatẽ iudicij, quod sicut non vitiatur ex hoc, quòd reus nullã pœnam subeat, si nulla dignus inuentus est; idẽ in casu nostro: & vlterius, sicut non peccat mortaliter iudex non imponens modicã pœnam pro modico delicto, ita nec Confessarius non imponens pœnitentiã leuem tali scrupuloso Confirmatur: nã Bonifacius VIII. vt refert glossa *in extr. Antiquorum, de pœn. & remiss.* reprehendebat Confessarios, quod tempore Iubilæi pœnitentias imponerent vltra opera Iubilæi. Et sanè si pœnitentia esset necessaria omnino ad Sacramenti integritatẽ, Sacerdos non imponens pœnitentiã mox implendam, sed implendam si conualuerit peccaret mortaliter, vtpotè qui exponeret Sacramentũ euidẽti periculo nè compleatur, quòd tamen non videtur dicendum *part 6 tract. 7 res. 6* Non ergo peccabit mortaliter Sacerdos, qui, secluso contemptu, nullam pœnitentiam imponet pro venialibus, aut mortalibus tam confessis. Quid contra asserat Reginaldus *tom 1. lib. 7. c. 2 num. 12. part. 6. tract. 6. res. 44.*

Et non est mortale nullam imponere, pro venialibus, aut mortalibus aliàs confessis.

Debet autem Confessarius imponere pœnitentiam proportionatam criminibus confessis, de quo terribilibus poenæ verbis admonetur à Tridentino *sess. 14. c. 8.* vnde nec excusatur ex eo, quod modicæ pœnitentiæ adiungat bona elicita vel elicienda, mala perpessa, vel subeunda ab ipso pœnitente, per illa verba, *Quid quid boni feceris, & mali sustinueris, &c.* sunt enim solum deprecatoria: videtur namque parum credibile, quòd per illa verba generalia omnia pœnitentis opera fiant sacramentalia, & tamen fierẽt in contraria opinione, nam etiã cessante indigentia post satisfactionem pro peccatis confessis, adhuo reliqua sunt pars Sacramenti. Et præterea, si per illa verba eleuarentur opera pœnitentis ad hoc vt fierent pars Sacramenti, eleuarẽtur quoque merita B. Virginis & Sanctorũ, quorum ibi fit mentio. Et hæc omnia docet Lugo *num. 56.* quamuis contrarium doceat nouissimè Bauny *quæst. 11.* cui ego *part. 3. tract. 4. res. 97.* probabiliter adhæsi *part. 9. tract. 7. res. 5. part. 9. tract. 8. res. 54.* & nunc etiam adhæreo, addoque pœnitentiam iniungi posse leuiorem spe indulgentiæ lucrandæ *part. 10. tract. 16 res. 1.* Causat verò pœnitentia argumentum gratiæ, secundum Cruz. *part. 2. quæst. 1. dub. 4. concl. 2 part 3. tract. 4. res. 7.* contra Lugo *nu. 32.* † & si debitè iniungantur, & impleantur, totum debitum temporalis pœnæ remittit, vt ait Hurtadus *de sacr. disp 14. diff. 15.* contra Sotum *lect. 1. de satisf. part. 3. tract. 13. resolutione 28.* in fine.

Debet verò esse proportionata delictis.

Nec iusti sufficiat deprecatio, Quid quid boni feceris, &c.

Eius effectus.

2 Officium mortuorum, vel aliud opus, Animabus Purgatorij applicandum, secundum Sanctum *select. disp. 16. n. 1* & alios, non licet imponere confitenti, quia pœnitentia est pars Sacramenti Confessionis instituti ad remissionem culpæ & pœnæ ipsius pœnitentis, quare iniungere ipsi pœnitentiam Animabus applicandam, est veluti nullam pœnitentiam iniungere, cum ipse nihilominus remaneat pœnam suam in Purgatorio soluturus. Addit Cruz *tom. 2. §. 6. n. 11.* in tali casu teneri pœnitentem pœnitentiam implere, si acceptauit, non tamen applicare Animabus, cùm id imprudenter Cõfessarius iusserit. Sed Turrianus *de Pœnit. disp. 37 dub 4.* tenet, talem pœnitentiam iniungi posse, & apud viros doctissimos sibi cognitos de facto solere. Card. de Lugo *part. 9. tr. 7. resol. 57.* nam pars, quæ applicari præcipitur Animabus, est pars satisfactionis respõdens operi pœnali pœnitentis, quæ dicitur ex opere operantis, & pro hac satisfactione non est institutum, vt soli pœnitenti respondeat, sed ab ipso applicari potest ad libitum suum, & Confessarij. Satisfactio verò, quæ respondet operi pœnitẽtis ex opere operato, nõ potest alteri applicari; quia datur recipiẽti Sacramentum, vtpotè effectus Sacramẽti ex institutione Christi. Vtraque opi-

Probabile est, non debere iniũgi in pœnitentia aliquod opus pro Animabus Purgatorij.

Probabile etiã iniungi posse.

nio est probabilis *part.3.tractat. 4. resolutione 54. in Addit. Secund. resolutione 11.*

Secùs si init. p. 11. tr. 5 res. 54.

Et quid si poenitens non impleat opus aliàs præceptum.

3 Opus aliàs præceptum imponi potest in pœnitentiam; quia est satisfactorium, ac proinde eleuari potest per Sacramentum, vt sit satisfactio sacramentalis. Imò Thomas à Iesu *trib. conf. tom. 2. c. 2.* docet, quandoque expedire, vt saltem pars pœnitentiæ imponatur adimplenda per opus præceptum, considerata pœnitentis infirmitate, non debere tamẽ regulariter fieri. Nugnus verò *add. ad 3. part. qu. 15. art. 1. diff 2. concl. 2.* tribus argumentis probat talem pœnitentiam non licere. An verò pœnitentia simpliciter imposita, impleri possit à pœnitẽte per opus aliàs præceptum dicemus infra *num. 18. part. 3. t. 4 res 84. & p. 4. t. 4. res. 241. § Notandum secundò.*

Et priuatio Communionis.

4 Confessarius secundùm Sancium *select. disput. 33 & disp 30. numero 5.* non potest imponere pœnitentiam de non suscipienda Eucharistia; & id faciens aduerfatur Tridentino & declarationi Cardinalium, explicatque varios textus decernentes, delinquentibus denegandam esse Eucharistiam in pœnam delicti, resoluitque, ex iis non benè inferri, quòd talis pœnitentia imponi possit. Quòd si imponatur, pœnitentem non teneri obedire, quia talis pœnitentia est supra iurisdictionem Confessarij. Ratio autem est, ait ipse, quia cessatio operis boni nullius entitatis est, & nullius pœnalitatis materialis requisitæ ad Sacramentum, & consequenter nec meriti, nec satisfactionis. Posse tamen imponi in pœnitentiam sumptionem Eucharistiæ, qui est actus virtutis Religionis. Sed pœnitentem non teneri acceptare; quia est opus necessario implendum in statu gratiæ, quæ cum sit insensibilis, non cadit sub præcepto. Sed ego libenter adhæreo opinioni Salazar *de freq. Comm. c. 14 § 1.* quòd Confessarius possit in pœnitentiam priuare pœnitentem Communione. *part. 3. tractat. 4. resol. 145.* Et quamuis hæc requirat dispositionem internam, cadere tamen sub præcepto Confessarij, qui potest

Et communio ipsa.

præcipere opus internum, quod sufficienter fit sensibile per exteriorem impositionem Confessarij, & acceptationem pœnitentis. Ita Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 38 sect. 6. part. 4. tract. 4. resolutione 24. § Nota quintò, & parte 10. tract. 13. resolutione 47.*

Ità iniungi potest ad arbitrium pœnitentis

5 Pœnitentia ex Turriano *de Pœnit. disp. 35 dub. 1.* & aliis non potest imponi facienda ad arbitrium pœnitentis, & per modum consilij, *si hoc, & illud feceris, seruiat tibi in satisfactionem*, quia pœnitentia, dum est libera non prouenit à potestate ligandi, & ideo non est pars Sacramenti. Deinde pœnitentia imponenda est per modum sententiæ, ergo non per modum consilij. Sed tenendum cum Mercero *in supplem. part. 3. quæst. 15. dub. 2. numero 5.* & aliis, posse, quia talis pœnitentia virtute clauium sit sacramentalis. Et Confessarius hoc pacto ligat & soluit. Ligat, quatenus imponit pœnitentiam necessario faciendam, vt acquiratur in Sacramento remissio pœnæ. Soluit, quia eam implenti cõmutat pœnam Purgatorij in aliam faciliorem. Adde, id quandoque expedire ob pœnitentis fragilitatem *part 3. tr. 4 res. 82. & p. 4. tr 4. res. 241. Nota tertiò.* Quod si pœnitentia imponenda sit leuis, secundũ Merollam *tom. 2. disp. 4 c. 3. dub. 25. n. 183* contra Sancium *select. disp. 15 num. 14. &* 15. non potest à Confessario imponi sub culpa graui *part. 5. tract. 5 res. 51.* Potest tamen grauis sub culpa leui *p. 3. tr. 6. res. 91. § Hinc.*

Et impleda per alium.

6 Confessarius imponere potest pœnitentiam implendam per alium, si adsit iusta causa. Et in tali casu effectum suum ex opere operato sortitur in eo, pro quo opus, impletur. Ratio autem est; quia ex vna parte vnus potest satisfacere pro pœna temporali, alteri post Confessionẽ relicta, (& talis satisfactio erit pars Sacramenti; quia, cum fiat precibus & instantia pœnitentis, est opus personale ipsius.) Ex alia verò, obligatio implendi pœnitentiã oritur ex voluntate Confessarij: ergo si Confessarius vult, id sufficit. Debet tamen hoc facere à principio, cum pœnitentiam impo-

imponit. Ita Suarez *tomo 4. disputatione 18. sect. 9.* contra Vasquez *tomo 4 quæstione 94. articulo 2. dub. 1. numero 9. par. 4. tr. 4. resolutione 241. §. Notà quartò*, & antea *par. 3 tomo 4. resolutione 82. §. Notandum.*

Quæ verò imponi debeat homicidæ

7 Homicidæ voluntario hanc pœnitentiam censet Comitolus *lib. 4 quæst. 11. num. 8* imponendam. Quòd scilicet ad interfecti propinquos supplex accedēs, veniam postulet, illisque illata damna restituat, pro salute occisi singulis hebdomadis vnum saltem sacrificium per annum fieri curet, si possit, per idem tempus eleemosynam largiatur, & Litanias, aut B. Virginis Coronam quotidie flexis genibus recitet, & vnam saltem Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam flexis & nudis genibus per totam vitam pronuntiet: ac per annum octauo quoque die confiteatur, & singulis mensibus communicet. Vide etim Homobonum *de cas. reser. part. 2. cas 3. p. 5. t. 4. res. 43.*

Et quando iniungēda sit pœnitentia?

8 Pœnitentia imponi potest ante, & post absolutionem, vt patet ex c. *fin. de cens. in 6* Licet consuetudo obtinuerit, vt ante absolutionem imponatur, quòd melius est. Sed hæc consuetudo nullam obligationem induxit. Ita Ochagauia *de sacr. tr. vlt. de Pœnit. quæst. 10. num 7.* quidquid in contrarium afferat Nugnus *in 3 part tom. 2. quæst 18 art. 4. diff. 2. part. 3. tract. 4. resol. 136. in fine & part. 5. tract. 3 res. 36* & quando imponuntur Litaniæ pro pœnitentia intelligitur vsque ad Pater post preces, & non vltra *part. 9 tract. 7. resol. 46.*

Impositio Litaniarū intelligitur sine precibus.

PŒNITENTIAM Acceptare.

Pœnitēs tenetur acceptare pœnitentiā Confessarij, (Quamuis aliqui id negent.)

9 Pœnitens tenetur iniunctam a Confessario pœnitentiam acceptare, quia Confessarius habet potestatem ligandi: quam non haberet, si pœnitens posset pœnitentiam respuere. Ita præter antiquos Comitolus *lib. 5. quæst. 15.* & alij recentiores, ex quibus Vasquez *in 3 part tomo 4 quæst. 94 artic. 2. dub. 1. numero 3.* putat, hanc sententiam esse de fide. Sed Reginaldus *tom. 1. lib. 7. c. 2. numero 15* docet, pœnitentem posse respuere aliquam pœnitentiam, quantumuis paruam, sed non omnem. Et Ruys *in 4. contr. 94* Faber *in 4. dist. 9. quæst. 1. disp 35. c. 10. n 26.* & alij, quod si pœnitētia sit solùm satisfactoria & non præseruatiua, potest illam omnem non acceptare, dummodo habeat intentionē satisfaciendi, aut in hac vita per Indulgentias, aut in Purgatorio, quia nullum adest præceptum de acceptanda pœnitentia, & alioqui pœnitens non tenetur in hac vita satisfacere pro pœna temporali. Ad argumentum respondent: Confessarium habere potestatem ligandi, atque soluendi si pœnitens velit, minimè verò nolentem. Aduertit tamen Faber, non facilè absoluendum esse pœnitentem, qui nollet tantillulam saltem pœnitentiā acceptare, quia cum difficile sit inuenire pœnitentem ritè dispositum, qui paruissimam pœnitentiam respuat, talis non videtur rite dispositus. Quod si ex alio capite de eius dispositione cōstaret, absolui debere, quia nō peccat, non acceptando, *part. 3 tract 4 ris. 51.* & recitanter olim *parte 2 tractat. 15. resolutione 52.* Sancius verò, qui tenet nostram sententiam, ait tamen, pœnitentē non teneri acceptare pœnitentiam sumendi Eucharistiam: Sed hoc supra falsum esse diximus *num. 4.* Quod autē attinet ad pœnitentiam medicinalem pro vitandis peccatis futuris, Suarez *de relig. tom 1. lib. 3. c. 8. nu. 7.* ait, teneri pœnitētem acceptare aliquam pœnitentiam pro extirpanda consuetudine peierandi v. g. vel blasphemandi. Trullench *in decal. tomo 1. lib 2 c. 1 dub. 20. n. 10.* negat. Dicendum est cum Palao *tom. 3. tract. 14. disp 1 punct. 9 numero 7.* quod si Confessarius iniungit aliquod remedium absolutè, pœnitens acceptare debeat; si verò iniungat sub reincidentia, non teneri ex vi præcepti illud impleri, quia Confessarius non est iudex nec medicus peccatorū cōmitti: ēdorū: sed eatenus teneri, quatenus obligatur adhibere sufficientia

Præsertim præseruatiua.

cientia præseruatiua pro non peccando, & propterea vti posse aliis remediis, omisso remedio Confessarij *part. 6. tract. 7. resolutione 49. §. Notandum, & tract. 6. resolutione 30. §. Quoad secundam.* Aduerte hic cum Sancta, *in sum. tom. 1. lib. 3. c. 8. numero 8.* non expedire, quod Confessarius cogat pœnitentem blasphemare solitum, ad iurandum subire aliquam pœnitentiam in reincidentia, quia tãs-gressionis periculo eum exponit. *Ibid. §. Non desinam.* Et cum eodem *ibidem lib. 2. cap. 32. numero 35.* contra Suarez *loc. cit.* non esse necessariam absolutionem blasphemo, aut periuro consuetudinario, habenti dolorem & propositum sufficiens, quamuis sæpè admonitus non resipuerit; quia hæc peccata, quæ non pendent ex occasione extrinseca, sed ex mera fragilitate peccatoris, satis præcauentur per dolorem & propositum *RR. cit. 30. & 49.*

Et iãsi sit præseruatiua. Nam cõmutari potest in aliam præseruatiuam.

POENITENTIAM Commutare.

Pœnitẽtia commutari potest ab eodem Confessario.

10 POenitentiam semel impositam potest idem Confessarius, qui imposuit, commutare. Non tamen tenetur, nisi adsit periculum omissionis, cordis angustia, vel afflictio in pœnitẽte. Sanctius *select. disput. 14. num. 17. part. 3. tract. 4. resol. 53. §. Notandum est.* Et commutare potest extra confessionem, non solum infra mediam horam ab absolutione; sed etiam infra hebdomadam. Henriquez *de pœnit. cap. 21. §. fin.* contra Megalam *in 1. part. lib. 6. cap. 5. quæst. 3.* (& Lugo *disput. 25 sect. 6. num. 112.* putat commutare posse post quodlibet tempus *part. 6. res. 40.*) Nec vlla requiritur commutationis causa; quia sicut in eius arbitrio fuit, illam imponere, ita in eodem debet esse, illam commutare, quælibet enim res iisdem causis dissolnitur, ex quibus nascitur. Valerus V. *Iudex differ. 23. num. 5. part. 2. tract. 15. res. 53. §. Sed contrariam, & part. 3 tract. 4. resolut. 53. §* Sed circa præsentem, At verò Zerola *cap. 25. quæst. 12.* limitat supradicta, nisi pœnitentia imposita sit præseruatiua, quam putat nullo pacto commutari debere. Sed hic auctor intelligendus est de commutatione in nõ præseruatiuam; nam vnam præseruatiuã in aliam item præseruatiuam commutari posse, probabilissimũ est: & sæpe se practicasse, testatur Valerus *vbi sup. par. 3. tr. 4. res. 137.* Limitanda verò est cum Sancio *in select disp. 14. num. 8.* vt si iniunxit eleemosynam, non possit illam commutare ita, vt pœnitens eam applicet sibi tanquam pauperi; nam, si eam largiri non potest, non est opus commutatione, sed ad summum declaratione: si verò potest, etiam cum aliquo incommodo, debet omnino elargiri; nam applicando sibi nullum opus bonum efficit, eleemosynæ succedaneum. *parte 5. tract. 8. resolutione 37 in fine.*

Cõmutari etiã potest ab alio Cõfessario.

11 Potest etiam pœnitentia imposita commutari ab alio Confessario, quia sicut super eadem peccata repeti potest absolutio, ita etiam iudicium & sententia. Syluester V. *Confessio 6. numero 4.* & plurimi ex Neotericis contra Nugnum *in 3 part. tom. 2. quæst. 13 dub. 4.* Cuius rationes in oppositum non obstant. Nam hic secundus Confessarius non exercet iurisdictionem in priorem Confessarium; sed in pœnitentem: vnde non sequitur, quòd in patrem habeat imperium. Neque verò reuocat sententiam prioris, sed suam profert; non per modum appellationis, quæ præiudicet priori sententiæ, sed per modum iudicij æqualis præcedenti. Sed hic aduerte, quòd est disparitas inter primum & secundum Confessarium: nam hic non potest pœnitentiam ab alio impositam commutare sine iusta causa. (Valerius *vt sup.*) Nec extrà Confessionem Sacramentalem, sicut ille. Et ratio est; quia tam solutio, quàm ligatio pœnitentis est actus clauium, qui requirit necessario Sacramentum. Vnde sicut hic Confessarius non potest absque Sacramento soluere, ita neque ligare. Bonacina *de Sacr. disp. 4. quæst. 5. sect. 3. punct. .... numero 7.* & alij communiter

Sed cũ iusta causa.

Et sine vlla causa.

Et in Confessione.

contra

contra Valentiam *tomo 4. disp. 7. part. 14. punct. 4. part. 1 tractat. 15. ref. 53. Sed pro coronide. & p. 3. t. 4. ref. 53 §. Sed circa.*

Nō tamen eorundem peccatorū.

12 Imò Suarez *tom. 4. dis. 38. sect. 10. nu. 8* & alij tenent, secundum Confessarium non posse commutare pœnitentiā ab alio impositam, non audita cōfessione eorundem peccatorū, pro quibus fuit imposita; quia omnis actus iudicialis supponere debet cognitionem causæ, circa quam versatur. Sed contrariam sententiam tenendam existimo cum Valero V. *Iurisdictio, diff. 1. numero. 7.* quā communis Confessariorum approbat vsus; quia id nimis magnum onus esset pœnitentibus & cōfessariis, qui ex præsenti pœnitentium dispositione de tota simul illorum causa iudicium ferre possunt. *parte 2. tractat. 15 resolutione 53 §. At his non obstantibus, p. 3. tr. 4. resol. 53. §. Sed circa.*

Et probabile est, hūc commutare posse pœnitentiā reseruatorū, quæ nō potest absoluere.

13 Sed hic consurgit aliud dubium. Anscilicet secundus Confessarius commutare possit pœnitentiam impositam pro reseruatis, si ipse non habet iurisdictionem absoluendi reseruata; Negatiuè respondet Suarez *vbi supra.* Affirmatiuè Vasquez *in 3. part. tomo 4. quæst. 94. art. 2. dub 3. numero 9.* Cuius sententia est probabilis & tuta in praxi; nam sicut per absolutionem peccata non remanet amplius reseruata, ita nec pœnitentia pro illis imposita. *part. 2. tractatu, 15 resolut. 53 §. Sed graue, & part. 3. tract. 4. resolut 53. §. Sed circa.* Imò contra Suarez *vbi sup. numero 16.* etiam simplex Sacerdos ex iusta causa mutare potest pœnitentiam peccatorum mortalium alias confessorum. Sancius *p. 3. t. 4. ref. 53. §. Notandum est.*

Imò id etiā posse simplicem Sacerdotem.

Quid de ipsa pœnitente?

Probabilius est, non posse sibi cōmutare, etiam in meliorem.

14 An verò pœnitens ipse propria auctoritate possit sibi pœnitentiam commutare saltem in melius? Probabilior opinio negat; quia pœnitens non potest exercere actum iurisdictionis in seipsū. Ità Sanchez *sum. tom. 1. lib. 4. c. 11. numero 36.* (In qua sententia, si pœnitentiam impositam culpabiliter obliuiscereetur, teneretur hoc peccatum confiteri: & si iudicaret Confessarium recordari posse abillo sciscitari, præsertim si esset grauis non tamen confessionem repetere. Coninch *de Sacr. disp. 10 dub. 9. num. 85.* & alij contra Ricchardum *in 4. dist. 17. art. 2. quæst 8. ad 4 part. 4. tract. 4. ref. 241. §. Notandum est.*) Sed probabilis quoque est sententia Cælestini *tr. 1. c. 24. n. 8.* & aliorū *p. 11. tr. 7. ref. 3.* (quidquid neget Turrianus *select p. 2 d 31. dub. 62.*) quòd pœnitens commutare sibi possit pœnitentiam in opus euidenter melius: Nā, si id proposuisset Confessario, vtique contentus fuisset: vnde sic faciēs, vtitur Epricheia. Accedit, quod vouens commutare sibi potest votum in euidenter melius. Neque enim faceret disparitas Henriquez *lib. 5. c. 10. num. 5* quod obligatio voti originem habeat à vouente, pœnitentiæ verò à Confessario. Nam vndecumque procedat, ea non soluitur, sed exuperanter impletur *par. 2. tr. 15. ref. 53. §. Et hæc dicta part. 3. tr. 4. ref. 53. & part. 5. tr. 14. ref. 73. & part. 10. tr. 16. ref. 55. §. Sed obiter.* sed non potest adimpleri mentaliter. *Ibid. §. Sed ex his. parte 9. tract. 9. resolutione 53.*

Sed probabile etiam posse.

POENITENTIAM
Implere.

15 † Pœnitens tenetur implere pœnitentiam impositam & acceptatam secundum substantiam. Et quidem si sit grauis, [& imposita sub præcepto, non sub consilio] sub mortali*. Eius tamen obligatio secundùm Bonacinam *de Sacr. disp. 5. quæst. 5. sect. 3. punct. 4. num. 8.* cessat non solùm per Indulgentias, de qua re dictum est V. *Indulgentia, nu. 6.* sed etiam per alia opera satisfactoria. Quæ opinio si loquatur de pœnitentia non præseruatiua, est probabilis Sed nihilominus tenetur pœnitens eam implere, quia alia opera non habent virtutem ex opere operato, sicut pœnitentia sacramentalis, & ideo non potest illi constare de æqualitate. Lauorius *de Indulg. part. 1. ca. 5. num. 49. part. 3. tract. 4 ref. 106.* Pœnitētia leuis, siue imposita sit pro venialibus, siue pro mortalibus,

Pœnitētia grauis acceptata implēda est sub mortali.

Si sit grauis.

talibus, non obligat sub mortali, quia quamuis eam omittens integritatē Sacramenti non seruet, id tamen est in re valde extrinseca & secundaria; vnde ex hac parte Sacramentum non integrare, leue reputatur. Suarez *in 3 p. tom. 4. disp. 38. sect. 7 n. 5.* & DD. communiter *part. 5. tract. 5. resolut. 51.* & olim *part. 3. tract. 4 resolutione 102.*

16 Id quod potiori iure dicendum est procedere, si omittatur leuis pœnitentiæ pars. Vnde ait Sancius *select. disp. 14 nu 14* quod si quis habuisset pœnitentiam audiendi Sacrum, vel Officium, & omitteret partem, quam DD. dicūt excusare in aliis obligationibus ex paruitate, satisfaceret. At verò si omitteret quatuor v.g. *Aue Maria* ex tertia parte Rosarij impositi, videtur non satisfacere; quia vt ait Sancius *disp. 15. num 7.* Rosarium est quid indiuiduum, & si aliquid deficiat non est Rosarium. Sed ego existimo in tali casu pœnitentem non peccare mortaliter saltem ex præsumpta voluntate Confessarij, qui rationabiliter credendus est, non imponere talem pœnitentiam cum tam graui onere. *p. 3. tr. 4. res. 136.* propè finem, & *p. 5. t. 5. res. 13. §. Notandum est.*

Et imposita pro mortalibus nunquā aliàs confessis.

17 Quod si pœnitentia imposita sit pro venialibus, vel pro mortalibus aliàs confessis, illam totam omittere, licet grauem, non est peccatum mortale, sed veniale, quia vt ait Layman *lib. 5 tract. 9. c. 15. num. 7.* durum videtur obligationem satisfaciendi pro culpa leui, effici posse grauem per se (per accidens enim ratione alicuius periculi, non est durū.) Ac etiam durum est, quòd homo, peccata iam semel confessa, & pro quibus pœnitentiam impleuit, libera iterum voluntate confitens, contrahat nouam obligationem satisfaciendi sub culpa mortali. Laymam contra Nugnum *in 3. part. tom. 2 q. 13. art 2 diff 2 concl. 4* & alios *part. 3. tr. 4. res. 102. § Notandum est, & res. 130.* & nouissimè *part 6. tr 6 res. 44. §. Notandum.*

Pœnitētia regulariter non debet

18 Potest Confessarius imponere pœnitentiam implendam per opus alias præceptum, vt diximus supra *num. 3.* Sed regulariter non debet, vnde nisi ità exprimat, vel ex eius verbis, aut circumstantiis, colligatur, non est ita interpretandus. Et sic, si Confessarius imponeret vnum ieiunium v.g. non satisfaceret pœnitens per ieiunium vigiliæ. Secus verò, si præcipiat, vt in diebus festis duæ Missæ audiantur, intelligitur velle inludere Missam de præcepto. Ita Fay. *in add. ad 3 p q 15. art 1 disp. 2. concl. 1. par. 3. tract. 84.* Quod etiam procedit, si Confessarius imponeret Missam per mensem diebus singulis audiendam, satisfaceret enim pœnitens, si in festo vnam Missam audiret, quam audire tenetur ex præcepto; nam non videtur Confessarius tantum onus imponere voluisse, vt duas Missas in eodem die audiri velit. Ita Mercerus *de Sacr. quæst. 83. art. 4 not 4 par. 3. tr. 6. res 86 §. Ex quibus, & part. 5 tract. 14 res. 61.* Docet similiter Ochagauia *de Sacr. tract. 4 quæst. 14 n. 4.* quòd qui obtinuit dispensationem aliquam cum onere confitendi singulis mensibus, eo mense, quo vult satisfacere præcepto annuæ Confessionis, ad vnam tantum Confessionem tenetur; quia est credendū, Pontificē velle minus onus imponere. Quod etiam docet Sanchez *de matr. tom. 3. lib 8. disp. 34. num. 37.* de Confessione mentruæ ex voto, & pœnitentia Confessarij *p. t 14 res 3 §. Nota.*

impleri per opus alias debitum.

Nisi colligatur hāc esse Cōfessarij intētionē.

Vt in hoc exemplo.

19 Quoad tempus implendi pœnitentiam, Aduerte, quòd si Confessarius nō præscribit faciendam tali tempore, differri potest per annū Fernandez *part. 1. docum. 4. num. 5. ex c. omnis de pœn. part 2. tract. 15. res. 33. part. 9. tr. 6 res. 57* in fine, & *part. 5 tract. 1. res. 1. §. Non definam. & part. 10. tract. 12. res. 42.* Cum verò præscribit, datur paruitas materiæ. Nam, si impleatur post diem octauum, eo quia est grauis, & antea commodè impleri non potest Hurtadus *de Sacr. Pœnit. disp. 14. diff. 1.* putat non esse mortale *p. 5. tract. 5. res. 15 part. 9. tract. 6. res. 57 §. Nota, etiam.* Imò, Thomas a Iesu *tribunal. tract. 3. c. 2. dub. 6* absolutè docet, non esse mortale, nō implere pœnitentiam tempore præscripto sine causa, & si ex iusta causa differatur, nec esse veniale *p. 3. tr. 4. res. 92.*

Si pœnitētia nō præscribitur tali tēpore implenda, impleri potest infra annum.

Si præscribatur tempus, nō potest differri nisi per octo dies.

20 Ex-

Quid de Cõfessione præscripta singulis mensibus.

20 Ex quibus ait Sancius *select. disp. 13. numero 9.* quod pœnitens, qui pœnitentiam accepisset confitendi singulis mensibus, posset ex iusta causa Confessionem differre per tres, aut quatuor dies Immò, si infra hebdomadam expectaretur Iubilæum, aut solemnis aliquis dies, in quo pœnitens ægre ferret iterum confiteri, differre posset Confessionem proximè præteriti mensis in illum diẽ: quia terminus ille dictum non est sumẽdus mathematicè, sed moraliter. Vnde & posse per totidem dies ex eadem causa anticipari. Sed nõ posse anticipari per tres hebdomadas, quia Cõfessarius vult facere experientiam emendationis per mensem: quæ minus certa est infra hebdomadam *part. 3. tract. 4 resolutione* 100. Si verò si Confessarius iniunxit duas Missas secundum Turrianum *select. part. 2 disp. 16 dub. 7.* non satisfacit pœnitens, duas simul Missas ab vno loco audiens; nam ex communi sensu Confessorum & pœnitentium Confessarius in tali casu intelligitur velle imponere onus audiendi duas Missas distinctis temporibus. At Mercerus *de sacr. quæst. 83. art. 4. dub. 4.* si nil aliud Confessarius aduertat, contrariũ docet, & probabiliter *part. 5. tract. 14. res. 52. in fin & 71.*

Et an dua Missæ de pœnitentia audiri simul possint à duplici Sacerdote?

Et quid si pœnitentia tempore præscripto non impleatur.

21 Si verò quis pœnitentiam tempore præscripto non impleret, siue culpabiliter, siue non, teneretur proximo tẽpore, quo commodè poterit, implere, quia Confessarius, etiam dum determinat tempus, non tam temporis, quàm satisfactionis & medicinæ rationẽ habet. Toletus *lib. 3 cap. 12 num. 11.* & alij. Dia *part. 9. tract. 4. res. 52.* Contrarium tenet Henriquez *lib. 5. c. 22. nu. 7.* quæ sententia vera esse potest in casu, quo ex circumstantiis colligi posset, Confessarij intentionem fuisse, extra illud tempus nolle obligare [*part. 5 tract. 13. resol. 37*] vt esset v.g. si Confessarius imponeret ieiuniũ in honorẽ alicuius festi peculiaris. Secus, si imponeret ieiuniũ singulis sabbatis, nam tunc omissa deberẽt resarciri. Fagundez *pr. 2. lib. 9 c. 4. n. 5 par. 3 tract. 4 res. 92. §. Notandum.* Sicut etiam ait Ochagauia *de sacr. tract. 4. quæst. 14. num. 4.* si imponeretur Confessio singulis mensibus. Sed in hoc contraria sentẽtia Sanchez *de matr. tract 3. lib. 8 disp. 33 n. 37* non est minus probabilis. *parte 5. tr. 14 resolut. 37.*

An Pœnitẽtia implẽda sit etiã quoad modum?

22 Quod attinet ad modum, pœnitentia eo modo impleri debet, quo præcipitur. Vnde qui habuit pœnitentiam recitandi Septem Psalmos flexis genibus, tenetur flexis genibus recitare; quia Confessarius intendit illam afflictionẽ corporis, quæ videtur res grauis; aliqui enim potius recitarent bis suo modo, quã semel flexis genibus. Sed Vega *to. 2. c. 64. cas. 6.* putat satisfieri etiãsi alio modo, loco, & die, ab his, quibus iniuncti fuerunt, recitentur: quia principalis intentio Confessarij tendit ad substantiã pœnitentiæ, non ad circumstantias. *par. 3 tr. 4. res. 55.* Aduerte autem cum Sanchez *opusc tomo 2. lib. 7. c. 2. dub. 19. num. 5.* quòd habens pœnitentiam recitandi certo die tertiam partem Rosarij, satisfacit recitando interruptè, & dimidiatè; quia quamuis si longa mora intercedit, non dicatur physice eadem oratio, est tamen moraliter eadem propter intentionem. Id quod verum est etiam in voto, & recitatione Horæ Canonicæ, vt dictum est suis locis *p. 3. tr. 4 res. 17.*

23 Pœnitentiam Sacramentalem implens peccato mortali, non peccat mortaliter; quia in non ponit obicem effectui essentiali Sacramenti, sed eius integritati Hurtadus *disp. 14 de Sacrã. diff. 14* Qui tamen docet, pœnitentiam impletam in peccato mortali nõ esse satisfactoriam: quia ad satisfaciendũ ex opere operato virtute Sacramenti, illud opus pœnale videtur assumptum, quod est satisfactoriũ ex opere operantis Henriquez verò *lib. 5. cap. 20. n. 7.* & alij tenent, habere suum effectum, recedente postea fictione. Id quod impugnat Hurtadus, quia habere effectum recedente fictione est proprium Baptismi, vel etiã Pœnitentiæ informis, quia hæc duo Sacramenta sunt media necessaria ad remissionem culpæ, quæ ratio non militat in pœnitentia sacramentali. Verùm ego existimo æquè probabilem esse sententiam

Et ne essario in gravitia?

tiam Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 9. art. 2. dub. 5. num.* 10. quod pœnitentia sic impleta habeat suum effectum ex opere operato etiam stante fictione: quia status peccati mortalis non est obex remissioni pœnæ temporalis faciendæ per pœnitentiam Sacramentalem, cùm ab ea non causetur per infusionem gratiæ, aut per modum meriti de condigno, quibus status peccati mortalis est obex; sed per impetrationem à Deo, à quo peccator multa impetrare potest & solet. *part. 3. tractat. 4. resolut. 70. & 85. part. 4. tract. 4. resolut. 241. & part. 5. tractat. 13. resol. 38.* Lugo *disput. 25. sect. 3. numero* 32. putat, remissionem pœnæ temporalis procedere à pœnitentia sublato obice, nullum tamen, nec veniale quidem peccatum esse, pœnitentiam implere in mortali, quia ponere obicem effectui remissionis pœnæ nullam arguit culpam, alioqui esset peccatum veniale audire Missam, vel adesse benedictioni Pontificis in mortali. Sed cõtraria sententia Laymann. *lib. 5 tract. 6. cap. 13 num.* 5. & communis, & dicit, implere pœnitentiam in mortali esse veniale. *part. 6. tract. 6. resolut. 45.*

Et cũ intentione satisfaciendi oneri iniũcto.

24 Pœnitentia secundùm Vasquez *in opusc. de benef. cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 7. nu.* 117. non implerur sufficienter cum intentione expressa non satisfaciendi per illum actum oneri iniuncto; & esse disparitatem cum præceptis, & legibus, de quibus dicemus *verb. Præceptum, num. 1.* quia satisfactio est pars sacramenti: Sacramenta autem requirunt in adulto voluntatẽ & intentionem recipiendi; nec habent valorem in subiecto dissentiente. Sed placet opinio contraria Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1 cap.* 13 *n.* 17. quia nec omnis pars Sacramenti requirit intentionem, vnde dolor haberi potest absque memoria præcedente recipiendi Sacramentum. Et pœnitentia postea non impletur à pœnitente tamquã à ministro operante nomine Christi, sed solùm ex obligatione & præcepto Confessarij, & sic est eadem ratio cum præceptis & legibus. *part. 6. tract 6. resolut. 43.* & olim *part. 2. tractat. 12. resolut. 37. §. Et idem.* Nunc verò placet requiri intentionem saltem virtualem. *part. 10. tractat. 16. resolut. 25.* Potest etiam pœnitentia impleri per alium, annuente Confessario, vt dictum est *num. 6.* Si verò iniuncta sit eleemosyna, non potest pœnitens sine auctoritate Confessarij quidem, sibi tanquam pauper applicare, vt dictum est *n.* 10.

POLLVTIO.

Pollutio quid? Quotuplex

1. POllutio describi solet, seminis emissio sine copula. Alia est voluntaria, alia inuoluntaria. Illa est, quæ fit homine consentiente, & dicitur mollities, quæ est peccatum mortale contra naturam, vnde est intrinsecè mala, nec legitimari potest aliquo iusto fine. Inuoluntaria, quæ in somnis aut vigilia contingit præter intentionem. Quæ tamen vtraque esse potest voluntaria in causa. Et quidem primò, si ipsa pollutio procuretur adhibendo media in hunc finem. 2 Quod ego puto cum Rebello *part. 2. lib. 3 quæst. 19. sect. 3.* illicitum esse, etiamsi fiat ad expellendum semen corruptum; non solum fricationibus, sed etiam medicamentis. Sanchez verò *de matrim. tom. 3. lib. 9. disputat. 17 num.* 18 putat, licere medicamentis, & antea docuerat, licere etiam fricationibus, ad vitanda accidentia venenosa, & detrimentum salutis, quod ex semine corrupto timetur; dummodo constet sat cẽ probabiliter, semen esse corruptũ, & absit periculum consensus in delectationem aut pollutionem: eo quia semen corruptum non est verum semen. Nec obstare, quòd cum corrupto pars aliqua veri seminis pelleretur; quia hoc est per accidens, & cum detur opera rei licitæ, non curandum. Ab hac tamen sententia retractauit se postea *in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 6. nu. 22. part. 2. tractat. 16. resolut. 54. & part. 3. tractat 5. resolut. 85.* 3 Miror quod Mantique *in part. 2. suarum quæst. 71.* contrariam sententiam auctori attribuat, cum clarè illam respuat

Et an procurari possit ad vitandũ aliquod salutis detrimentũ.

Tenet

Tenet tamen novissimè Chilinus *verb. Pollutio, n. 8.*

Alia pollutionis species.

2 Secundò, pollutio potest esse voluntaria in causa, & sic peccaminosa, quando quis non removet causam pollutionis, & quanta est obligatio removendi causam, tanta est malitia pollutionis etiam nõ intenta. Scito ergo causam pollutionis nocturnæ, vel etiam diurnæ, involuntariæ dupliciter esse, vnam per se, aliam per accidens. Illa est, quæ ad pollutionem concurrit in eodem genere luxuriæ: hæc, quæ concurrit in diverso genere, puta ebrietatis, gulæ, &c. Rursus, quæ concurrit per se, alia concurrit leviter, qualis est actus venereus venialis, (si actus venereus venialis datur,) alia graviter, quale est omne peccatum mortale in genere luxuriæ ✠ His positis:

An expertus se pollui, sed non consentire teneatur non comedere cibos calidos?

Non equitare?

Non accũbere tali modo?

Non audire Confessiones mulierum?

Non superponere unũ femur alteri?

Non contrectare verenda infirmi?

3 Non peccat, qui dat operam rei illicitæ, ex qua per accidens sequitur pollutio; nec tenetur quis à licitò opere abstinere, quamuis pollutionem prævideat secuturam, dummodo absit periculum consensus. Et sic non tenetur quis abstinere à cibis calidis, ab equitatione, à tali modo accumbendi, quibus expertus est pollui, non tamen consentire. Item nec Confessarius à fœminarum Confessionibus, ex quibus eodem modo passus est pollutionem, absque periculo consensus, (nam si adest periculum consensus, tenetur abstinere. Vide *verb. Periculum, numero 3.*) Et ratio est: quia omnes hæ actiones per accidens influunt in pollutionem. Idem dic, si vir vel fœmina ob superpositionem vnius fœmoris in aliud, motum sensualem sentit. Quæ omnia docet Sanctius *in select. disput. 21. numero 12.* Ex quibus patet, licitum esse chirurgo, contrectare verenda infirmi ad curandum, quamuis expertus sit pollutionem pati, si absit periculum consensus, vt ait Vasquez *in part. 2. tom. 1 disput. 115. numero 9.* Et pollutionem præviſam ex tactibus licitis iuxta patriæ consuetudinem, sed non intentam, non esse peccatum, si absque consensus periculo fiant ad inurbanitatem vitandam, vt ait

Non agere.

Sanctez *de matrim. tom. 3. lib. 9. disputat. 45. numero 8.* Nec peccare mulierem, quæ in choreis publicis permittit se tangi tactibus licitis ab aliquo, à quo scit impudicè tangi, vt ait Filliuccius *tom. 2. tractat. 30. cap. 10. numero 198. part. 2. tractat. 36. resolutione 54. & part. 3. tractat. 5. resolutione 22.* Addit etiam Sancius *vbi sup. numero 18.* non teneri lectum deserere, qui gustum carnis cum membri erectione præsentit. Alii tamen dicunt, teneri deserere, si sentit delectationem veneream, etiam sine membri erectione, *resolutione 54. cit. §. Tertiò.* Et certè non est licitum, amere, vel applicare medicinam provocativam effusionis seminis; etiamsi habeat alium effectum, & pollutio non intendatur, quidquid dicat Turrianus *in select. cent. 2 cens. dub. 74 part. 4. tractat. 4 resol. 159* ✠. Sed hoc videtur discordare cum supradictis ✠.

Aut parũ tactus licitos?

Lectum deserere.

Certas medicinas nõ sumere?

4 Si verò opus est illicitum, sed non in genere luxuriæ, quia non concurrit graviter ad pollutionem sequens inde pollutio prævisa, sed non intenta, non est peccatum mortale. Quare peccans mortaliter in nimio cibo, aut potu, non tenetur explicare in Confessione pollutionem inde sequentem præter intentionem. Ita *vbi supra num. 9. part. 1. tract. 7. resolutione 65. & part 2 tractat. 15. resol. 31 §. Verautem.* Idem dic si opus illicitum sit in genere luxuriæ, sed leve, qualis esset levis tactus manus, visus, verba, aut lectio aliquantulum libidinosa: pollutio enim exinde prævisa, sed non intenta, est solùm peccatum veniale. Ita Tanerus *in parte 2. disput. 4. quæst. 8. dub. 6. numero 123. part 1 tractat. 7. resolut. 61. §. Notandum.* Huic doctrinæ repugnat, quod in genere luxuriæ non datur opus ex levitate materiæ veniale, vt dictum est *verb. Luxuria, num. 3.* ✠ Ex quo patet, solùm venialiter peccasse mulierem quæ inter confabulandum cum viro sibi in matrimonium iungendo, dicebat illi verba amatoria, scilicet *cor meum, anima mea, bonum meum*, quæ Hispane appellantur *Requiebros*, ob vanitatem, & ad conciliandum sibi vanũ

Pollutio prævisa & non intenta non est mortalis, si procedat ab opere illicito non in genere luxuriæ.

Aut in genere luxuriæ, sed veniali.

Verbis libidinosis, &c.

amorem: ex quibus deinde incurrebat in pollutionem, absque tamen periculo consensus, & scandalo: quia hæc verba secundum Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 9. disp. 46. n. 37.* & alios, sunt solum peccatū veniale *p. 2. tr. 13. res. 31.*

Secus si à mortali.

5 Secus verò, si opus illicitum sit mortale in genere luxuriæ: nam hoc per se graviter concurrit in pollutionem, & sic non solum est peccatum mortale in sua specie, sed etiam in specie mollitiei: quia pollutio prævisa, quam quis non intenta, ex tali opere, est mortalis, & seorsim explicanda in Confessione. Talis est pollutio orta ex aspectibus, tactibus, & cogitationibus mortalibus. Ita Sanchez *ibid disputat. 45 num. 30* Bonacina *de matr. q. 4. punct. 10. num 9.* & alii *part. 2. tractat. 15. resolut 31.* Verum Sancius *in select disputat. 21. numero 13. & 15 & disput. 23 numero 29.* putat, neque peccata mortalia in genere luxuriæ concurrere graviter & efficaciter in pollutionem nocturnam, nisi appositа fuissent ea intentione, quia si tales cogitationes, tactu, &c. non influunt in pollutionem præsentes, quomodo credi possunt influitur, quando sunt absentes? Igitur pollutionem prævisam & non intentam ex opere mortali in genere luxuriæ, non esse peccatum mortale, in Cōfessione manifestandum *p. 1 tract. 7. resolut. 65. §. Sed plus. & part. 5 tractat. 13. resol. 4.*

An pollutio cœpta in somnis reprimenda sit in vigilia?

6 Petes hic primò. An pollutio incepta in somnis, reprimenda sit in vigilia sub mortali? Respondet affirmative Toletus *lib. 5. cap. 13 num. 1.* quia in vigilia habet homo perfectam deliberationem & libertatem. Contrarium tenet Sā *verb. Luxuria n. 10.* quia pollutio cœpit sine peccato & involuntariè; effusio verò in vigilia est effectus naturalis illius causæ inculpabilis. Quæ opinio procedit, quando talis certus esset, quòd non sit adhibiturus consensum, vt ait Fagundez *pr. 3. lib 3. cap. 6. n. 11. part. 3. tractat. 5. resol. 21.*

Et an liceat, gaudere, vel opta

7 Petes secundò. An liceat optare pollutionem in somnis, aut de illa habita gaudere, ob sanitatem, vel alium bonum finem? Negativè respondet Sotus *in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 7.* quia pollutio est intrinsecè mala, sicut fornicatio, adulterium, & similia, quæ propter nullum finem desiderari possunt in somnis. Sed ego cum Sancio *disp. 21 nu. 35.* contrariam sententiam probabiliorem puto, quia pollutio sola via naturali consequens, non est ex se peccatum mortale. Nec valet argumentum: pollutio non potest procurari, ergo neque desiderari, aut placere. Nam bene possum desiderare mortem Regi, Rempublicam cum ruina multorum administranti, vel de ea eveniente gaudere: & tamen non possum licitè procurare. *part. 3. tractat. 5. resolutione 21. §. Notandum, & resolutione 87. & part 5. tractat 13. resolutione 99. §. Nota etiam.* Advertit tamen Pontius *lib. 10 cap 16. §. 2. num. 12* gaudentem de pollutione nocturna ob sanitatem, non gaudere de pollutione, sed de sanitate secura *part. 5. ibid.* Vide *part. 7. tract. 11. resol. 31.*

repollutiōnē in somnis ad bonum finē?

POLLVTIO ECCLESIÆ.

Ecclesia polluitur per homicidium, aut seminis, vel sanguinis effusionem in ea.

1 ECclesia polluitur per homicidiū, aut copiosum & lethalem sanguinis humani ✠ aut seminis effusionē in ea. Abbas in cap. *proposuit num. 3. de consecr. Eccl.* & alii communiter contra Castrum *de leg. pen. lib. 1 cap 7 art 2 part 6 tractat 6. resolut. 25. §. Notandum.* Debet autem effusio esse publica: & quamvis sufficere publicam quomodocumque docent Fagundez *prec 1. lib. 3. cap 14 numero 34.* probabile tamen putat, requiri sententiam iudicis, sicut ad vitandum excommunicatum: &c. quia pollutio Ecclesiæ est quædam pœna Ecclesiastica ad instar censuræ, vnde Paludanus *in 4 dist 18 quæst 8 art. 4.* eam similem facit interdicto locali *part 6. tr 6. res. 27. p. 11. tr 2. res. 59.*

Magnam,

Publicam.

Non è naribus.

2 Debet verò sanguinis copia non profluere è naribus per percussionem pugni aut alapæ, quāuis mortiferā: quia nasus

nasus est organum admittendum sanguinem nimium facilè, vtait cum aliis Marchinus *de Sacr. ord. tract. 3 p. 3. c. 11. nu 11. p. 11 tr. 5. res. 44.* contra Sylvium *in 3 p. q. 8. art. 3 part 6 tr. 6. res. 24.* Item proffluere debet ab homine viuo; nam homo mortuus non est homo vnivocè, sed analogicè & minus principaliter: pœnæ autem restringi debent, vt verba analoga sumantur pro principaliori analogato. Ita Henriquez *lib 9. cap. 27. num 5.* contra Durandum, Bacconum, & Sà *in verb. Ecclesia, num. 13. ibid. resol. 25.* Dicunt autem Doctores communiter cum Sà *loc. cit.* sufficere ad polluendam Ecclesiam, quòd in ea vulnus ad magnam sanguinis effusionem sufficiens instigatur, licet ipsa effusio per accidens non sequatur in Ecclesia, sed extra illam *par. 6. tractat. 6. resolutione 47. & p 11 tr. 2. resol. 58* Ex quo infert Fagundez *vbi suprà n. 13* sufficere etiam, quòd in Ecclesia fiat percussio morti sufficiens etiamsi mors deinde sequatur extra Ecclesiam, vt si quis sacculis arenæ in Ecclesia acriter contusus, moriatur extra Ecclesiam. Sed Præpositus *in 3 part quæst. 83. art. 3. dub 1. num. 152.* requirit, vt ipsa mors sequatur in Ecclesia, nam aliàs homicidium non dicetur contingere in Ecclesia. Et Regnaldus *tom. 1. lib 29 sect. 5. numero 18.* docuit, non violari Ecclesiam, si quis vino consecrando venenum immiscat, ex quo Sacerdos postea extra Ecclesiam moriatur. *part 6. tractat 6. resolut. 16.* Et nescio qua ratione Præpositus docet postea, vulnus in Ecclesiam, inflictum sufficere ad polluendam Ecclesiam etiãsi sanguinis copia extra illam mittatur: est enim eadem ratio, ac de homicidio. Et revera canones semper dicunt, Ecclesiam violari per sanguinis effusionẽ secutam in ipsa, & pœnæ restringi debent: ex quo dici posset, non pollui, si sanguis extra Ecclesiam diffluat. Sed non audeo recedere à contraria sententia, quæ est communis. *p 6 tr. 6. res. 47.*

3 Quomodo Ecclesia polluta reconciliari debeat, diximus *verb. Ecclesia, nu. 3.* Probabilissimum autem est, quidquid contra sentiat Lugo *in 3 part. tom. 2. disput. 20. sect. 4 numero 9.* quòd si Sacerdos bona fide celebret in Ecclesia polluta, remaneat reconciliata, propter præsentiam Corporis Christi, vt docet novissimè Perficus *l. 1 dub. 6. n. 61. p. 11. s. 2. re. 59.* Imo Sà *n. 19.* idem dicendum putat, si Sacerdos celebret mala fide: quamuis id neget Laym. *li 5. tr. 5. c. 5 n. 13.* Certè talis Sacerdos non fieret irregularis, contra Hostien. *in cap fin. de consecr. Eccl.* quia sic determinatur in cap *is qui, de sentent. excomm. in 6.* Imò existimo, nec suspensionem incurrere, quia cap *Episcoporum de priv. in 6* loquitur de celebrante in locis interdictis, Ecclesia autem polluta non est propriè interdicta. Sic Sà *nu. 21.* contra Naldum *verb. Ecclesiam, n. 15. p. 6. tr. 6. res. 28.*

4 Pollutio, vel Fornicatio occulta in Ecclesia non est sacrilegium: & id satis probabiliter, cum illum docuerint duo lumina Theologiæ Scholasticæ, & moralis Vasquez, & Pontius: & alii. Nõ negotamen cõtrariam esse probabiliorem, tutiorem, & communiorem. *part. 1. tract. 7. resolut. 19 & part. 7. tract. 11. res. 31. p. 11 tr. 2. res. 19.* Si Ecclesia polluretur post canonem inceptum, sacerdos deberet perficere sacrum; secus si ante canonem, idem faciendum si ingrederetur aliquis nominatim declaratus excõmunicatus *p. 11. tr. 8 res. 23.* licitè etiã celebratur in Ecclesia polluta, ad communicãdũ moribundum, siq; Ecclesia sit parochialis in ea licet Baptizare etiam si polluta sit. *Ibid.*

De homine viuo.

Et sufficit instigari vulnus in Ecclesia, licèt sanguis extra illam profluat.

Quod consequenter dicendum foret de percussione mortifera, etiãsi mors foris contingat.

Quod tamen aliqui negant.

Ecclesia polluta per Missam in ea celebratam reconciliatur.

Et mala fide celebrãs non fieret irregularis.

Aut suspensus.

Pollutio, vel Fornicatio occulta in Ecclesia non est sacrilegiũ.

PRÆCEDENTIA.

COadiutor Canonici cum futura successione non potest sedere in loco coadiuti, vt testatur Gonzales *in reg 8. Cancell gloss. 1. §. 9. numero 102.* decisum fuisse. Sed si Canonici omnes sunt in vno & eodem ordine, sedere debet post omnes illos, ante portionarios. Et ita intelligendi sunt Moneta *de opt. canon. cap 4 quæst 8. num. 141.* & alii. Nam si Canonici sunt distincti in diversis ordinibus, Coadiutor præbẽdæ presbyte-

Quis locus debeatur Coadiutori Canonici?

byteralis sedere debet ante Canonicos præbendæ diaconalis, &c. Et ita docet Gavantus *in Ench. verb. Coadiutor Episcopi, n. 24 p. 4. tr. 4. ref. 88.*

PRÆCEPTVM.

Vide *verb. Lex.*

Præceptū requirit solum actum imperatū, non autem intentionem adimplendi.

✠ TRademus hic aliqua de præceptis in communi, & deinde pauca de præceptis Decalogi, & aliis in particulari. ✠

1 Præceptum in primis obligat solùm ad actum, quem præcipit: vnde sufficit talem actum efficere, nec oportet fieri ex intentione formali vel virtuali implendi præceptum per illum. Vide *verb. Hora Canonica. num. 59.* Quæ doctrina procedit etiam in votis, & iuramentis, & in pœnitentia Sacramentali, vt dictum *verb. Pœnitentiam. numero 24.* Non tamen in obligationibus ex iustitia: nam his non satisfit sine illarum cognitione. Vnde si quid alicui debeas, & id ignorans tantundem illi des, non deobligaris: quia illa cēnsetur donatio, non solutio. Non dedisses cum intentione conditionali satisfaciendi alicui obligationi, si debuisses. Vide etiam Sanchez *in summ. lib. 1. cap. 15. numero 11.* & nos *verb. Debitor resolut. 77. cit. §. Verùm.*

Et quandoque per vnicum actū satisfieri potest pluribus præceptis.

2 In obligationibus item iustitiæ non potest quis vnico actu pluribus satisfacere, quod tamen potest in obligationibus aliarum virtutum, vnica enim Officii recitatione satisfit beneficio & Ordini Sacro, vnico ieiunio obligationi quatuor Temporum, & Vigiliæ coincidentium, &c. Id tamen ex intentione legislatoris dependet, quæ an novum & distinctum actum requirat, ex circumstantiis colliges: quando enim secunda obligatio supervenit, regulariter intelligitur distinctum actum requirere. Vide Sanchez *cap 14.* Quando autem pœnitentia imposita impleri possit per opus aliàs præceptum. Vide *verb. Pœnitentiam, num. 18. part. 3. tractat. 6. resolutione 86.*

Quando etiam violatur in re levi, regulariter est solùm veniale.

Probabile est, duabus præcepti partibus eodē actu satisfieri posse, v. g. audiēdo in vno altari Missam ab introitu, vsq; ad elevationem, in altero aliā ab elevatione vsq; ad finem, impleri præceptum de audiendā Missā: quia talis moraliter & humano modo ponit rem præceptā. Azor. Bonac. Hurt. Dicastillo, pars negativa tamē est probabilior, *p. 1. l. 1. re. 3.*

Etiamsi adsit contemptus.

3 Diximus *verb. Lex, n. 34.* Prælatos, seu legem humanam non posse obligare ad levia sub mortali, vnde contravenire legi & præcepto in re levi, regulariter est solum veniale. At verò si cōtraveniatur ex contemptu Suarez *de leg. l. 3. c. 28 n. 24.* putat, esse mortale: nam eadē potestas est, quæ contemnitur, sive res sit gravis, sive levis. Sed ego cum Caietano, *verb Contemptus, vers. Adverte hīc,* quoad legem & legislatorem humanum contrariū teneo quia contemni possunt non absolutè, sed quatenus sunt in materia levi. Quòd si contemnas Prælatum eiusque legem quatenus indoctū, imprudentem, &c. vel ex aliquo affectu erga illum, id potiori iure procedit: quia tunc non contemnis Prælatum vt Prælatum. Imò Lessius *lib. 2. cap. 46. dub. 6. numero 46* putat, etiam contemptum legis divinæ in re levi. esse veniale. Sed illum optimè impugnat Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 5, cap. 5 n. 11. pars 3 tract. 6. resol. 72.*

Citrà legē divinum.

Si concurrant plura præcepta incompossibilia, impleri debet magis.

4 Quando concurrunt duo præcepta, quæ simul impleri non possunt, tunc magis implendum est, & præferendum minori. Vnde si quis manè communicavit, & post meridiem incidit in grave periculum mortis, tenetur iterum communicare, quia præceptum communicandi in articulo mortis est divinum, ac proinde præponderat præcepto Ecclesiæ de non communicando bis in eodem die. Ita Sanchez *lib. 1 cap. 10. num. 17. part. 3. tractat. 3. resolutione 33. §. Restat, & part. 6. tractat. 6. resolut. 18.* Sed hæc opinio secundùm Pontium *lib. 5. cap. 18. §. 2. num. 7.* procedit, quando vtrumque præceptum primario refertur ad procurandam

Cæteris paribus.

randam salutem propriam: minus enim, quòd respicit primario salutem propriam, præferendum esse maiori respicienti primario salutem alterius. Vide *verb. Scandalum numero 26. part. 5. tractat. 7. resol. 21.*

Si autem difficile sit cognoscere magis, impleri potest quodcumque.

5 In casu verò, quo dubium esset, vtrum ex præceptis concurrentibus esset grauius, impleri posset alterutrum ad libitum operantis, quia prudentia ita dictat, posito quod vnum solum impleri possit, & non constet de excellentia alterius. Verum nolim te in hac ambiguitate grauitas materiæ decipiat: nam contingere potest, vt magis obliget præceptum de materia levi, quam de graviss imo rei illa levis sit intrinsecè mala. Nec enim succurrendum esset proximo in extrema necessitate constituto cum prolatione mendacii levis, quamuis ratione materiæ præceptum succurrendi extremè indigenti grauius sit, quam non dicendi mendacium leve. Advertè etiam, quòd si in tali casu iudices excessum vnius præcepti supra alium esse valdè levem, implere potes id, quod iudicas minus: quia in hoc etiam datur parvitas materiæ. Ita Granadus *in 1.2 controvers. 2. tr. 12. disp. 6. n 8 p. 4. tr. 3 res 70.*

Sicuti si parvus videatur alterutrius excessus.

De præceptis Decalogi.

6 ✠ Quoad præcepta Decalogi, qua obligatione memoriter tenenda sint, vide *verb. Fides, num. 5.* quod peccatum sit illa ignorare. Vide *verb Ignorantia, n. 13.* De præceptis Decalogi sparsis in locis aliqua dicta sunt, vt de secundo, & octavo *verb. Iuramentum*, de tertio *verb. Festum servare. & verb. Missam audire.* ✠ Hic solùm nota circa observantiam festorum, nos *verb. Festum, num. 13.* docuisse, quòd puellæ suentes, & laborantes in diebus festis ad vitandum otium, non peccant, quod novissimè docet Ghilinus *verb. Festum, numero 2. lit. I.* nunc verò sententiam suspendimus: quia vt ait Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 3. cap. 2. dub. 18. numero 13.* otiositas vitari potest, eliciendo aliud opus licitum. Cæterùm Auctor casuum conscientiæ discussorum Bononiæ *casu 2.* probabile admodum putat, excusari puellas in diebus festis se occupantes in recamarijs: nam hæc ars, vel est liberalis, vel non omninò servilis, cum mulieres nobiles eam exerceant; & assimilatur picturæ, quam multi admittunt in festis exerceri posse. Sed & de hoc tu iudica. *part. 6. tract. 6. resolut. 15.* ✠ De quinto diximus *verb. Occidere*, de sexto *verb. Luxuria*, de septimo *verb. Furtum.* & de duobus vltimis *verb. Desiderium pravum.* Primum verò præceptum Decalogi, quo actus Religionis præcipuntur, supponit præcepta virtutũ Theologicarum, Fidei, Spei, & Charitatis. Et quidem quod attinet ad Fidem, dictum est *verb. Fides*, de Spe, & Charitate, pauca supersunt. ✠ Et primò.

Præceptum Spei per se duobus temporibus obligat.

7 Præceptum Spei est positivum, & non obligat pro omni tempore, sed pro aliquo. Et quidem Suarez *de Spe disput. 2. sect. 1. numero 3.* putat, nullum esse tempus determinatum, in quo obliget hoc præceptum, sed non esse multum differendum arbitrio prudentis. Becanus verò *in 2. 2. tom. 3. cap. 17. numero 2.* tribus temporibus obligare, quando nimirum quis orat, quando pœnitentiam agit, & quando insurgit gravis tentatio desperationis. Hoc tamen impugnat Mendoza *in 2. 2. disputat. 118. sect. 2. §. 21.* quia in his casibus non viget directè præceptum Spei, sed illa imperatur è lege orationis, aut pœnitentiæ; quia orans & pœnitens debet habere spem impetrandi. Bannez *in 2. 2 quæst. 21. art. 1 dub. 2.* putat, obligare, cùm primum rationis vsus elucet, quo etiam tempore obligare præceptum Fidei, & Charitatis erga Deum: quæ proinde omittentem tria peccata committere, id quod durum & parum probabile iudicavit Becanus. Vnde placet opinio Mendozæ *vbi sup. §. 19* præceptum Spei duobus temporibus obligare directè, & per se. Primum est, cùm quis adultus primò recipit aliquod Sacramentum, sive illud sit Baptismus, sive sit Pœnitentia post Baptismum in infantia susceptum: nam tunc est opportuna occasio implendi hoc præceptum, & sperandi vitam æternam. Secundum est, cùm imminet mors, nam tunc tenemur sperare gloriã,

Scilicet cũ primò adultus recipit aliquod Sacramentum.

Et in periculo mortis.

cum illi simus vicinores. *part.5.tra.14. resol.106.*

An huic præcepto omnes satisfaciant?

8 Adverte hic primò, docere Castrũ Palaum *tom.1.tractat.5.disput.vnic.punct. 4.num.4.* quòd regulariter huic præcepto omnes satisfaciunt, sive cùm de peccatis dolent sive cùm proponunt non peccare de cætero, nam ad hos actus plerumque excitantur ob spem vitæ æternæ. Advertit secundò Granadus *in 2.2. controvers.2.tractat.4.disput.1.n.3.* spem impletivam huius præcepti debere esse supernaturalem: quod quia homo cognoscere certò non potest, excusari ab obligatione huius præcepti, si sibi proponat obiectum supernaturale spei, & conetur circa illud actum elicere: nam tunc si actus non esset supernaturalis, id imputandum foret ignorantiæ, non malitiæ. Addit præterea, satisfieri huic præcepto, sperando ex motivo nõ solùm spei, sed etiam charitatis: quia virtus charitatis sperare potest, quidquid sperat virtus spei, & excellentius præstat id, ad quod est necessarius actus spei. *p.5.tr.14.res.106.§.Non reticeam, & §.Advertis.*

Et omninò requiratur actus super naturalis?

Et an sufficiat sperare ex motivo charitatis.

De præcepto Charitatis.

9 ✠ Præceptum Charitatis præcipit amorem Dei, & proximi, & proximum quidem amamus, quando illi in spiritualibus & temporalibus subvenimus, de quibus dictum est *verb. Correctio, verb. Eleemosyna, & verb. Scandalum* Deum verò præter actus præceptorum, qui aliquando sunt effectus amoris Dei, tenemur aliquando diligere actu elicito voluntatis, in ipsum tendendo tanquam in summum bonum. Sed difficultas est in determinando tempore, quo teneamur Deum per se diligere. ✠ Nam.

Quo tenemur aliquando Deum actu elicito diligere.

10 Sancius *in select.disputat.1. numero* 21. putat satis esse, si in tota vita semel diligamus, sicut etiam Vasquez *in part. 2 tom.4.quæstione 86 artic.2.dub.6. numero* 11. putat sufficere, si diligamus in fine vitæ. Contrà verò, alii assignant multa tempora; nimirum quando suscipitur Baptismus, quando obligat præceptum contritionis, quando insigne Dei beneficium obtinemus, vel est causa subeundi martyrii, quando resistendum est blasphemantibus, aut Dei honorem & nomen contemnentibus, quando tenemur diligere proximum, & singulis diebus festis Missam audire. Sed primos impugnat Palaus *tom.1.tractat.6.disput.1.punct.4.num.4.& 5.* secundo Sylvius *in 1.2.quæst.44 art.6.quæst.3.* ex eo, quia quando diligendus est proximus, acceptum est beneficium, resistendum est blasphemantibus, &c. non est necessarius actus amoris Dei. In Baptismo, contritione & martyrio non est necessarius per se, sed per accidens, & tanquam præparatio, seu dispositio. In festis autem satis est audire Sacrum, & ab operibus servilibus abstinere. Igitur his omissis, probabile est, teneri nos primò Deum diligere in articulo mortis: nam lege charitatis propriæ tenemur vitare omnia discrimina damnationis, & æternæ vitæ securitatem quærere, prout possumus, idque satis obtinemus per actum amoris Dei quem elicere possumus mediante eius gratia, quæ semper est prompta. Finge enim casum, quod non fueris ritè baptizatus, aut absolutus & bona fide absque contritione ad Sacramentum accesseris. Certè damnaberis, nisi hoc vnicum remedium adhibeas amoris Dei. Igitur hoc præceptum ratione huius periculi, in articulo mortis obligat per accidens, & præterea per se: quia nobis impositum est, dum intramus hanc vitam, & dum ab ea recedimus. Ita Mendoza *in 1.2. disputatione* 174. *sect.6. paragraph.29.*

Nimirum in articulo mortis.

Vade probabile est secundò, teneri nos diligere Deum super omnia paulò post vsum rationis quando quisiam advertit, & secum reputat rationes amandi Deum, cogitando de eius bonitate, & beneficiis. Non ita tamen, vt statim peccemus, si habita Dei notitia sufficiente, eum non diligamus, hoc enim nimis grave esset: sed quòd, secluſa omni ignorantia & inadvertentia, non possumus sine gravi peccato hanc dilectionem multum (id est vltra annum, secundum Coninck *disputat.14. dub.3. num.*

Paulò post vsum rationis.

num.50.)differre. Neque verò scrupulis agitari quis debet, vtrum huic præcepto satisfecerit; quia quandiu probabiliter, & positivè non meminit se omisisse, persuadere sibi potest, vel satisfecisse, vel inculpatè omisisse, & sic non peccasse. Ita Mendoza *in 2.2. disput.174. sect.5.§.24.* Adde, quod si certò sciat, se huic præcepto non satisfecisse, sequi potest opinionem Castri Palai *tom.1. tractat.6 disp 1 punct 4.n.2.* & aliorum, quod scilicet hoc præceptum non obligat post vsum rationis, quæ opinio est probabilior.

Quamuis in hoc oppositū probabilius. Et aliquādo etiam in decursu vitæ.

Præter initium rationis, & finem vitæ, obligat hoc præceptum etiam in decursu: quam obligationem putat Mendoza *in 2.2. disput.74. sect.6 § 26.* adesse per singulos annos, immò satis remisse nobiscum agi, quòd sæpius non petatur, quam obligationem infert Lorca *in 2.2 sect.3 disput.58 numero 8.* ex determinatione Ecclesiæ circa præceptum pœnitentiæ, quod est eiusdem rationis. Sed hæc obligatio annualis est valdè dura. Et Coninch *dub.2. n.53.* putat, hoc præceptum non esse differendum ad tres, vel quatuor annos. Quæ sufficiant circa obligationem amoris Dei per se.

Præsertim quando vrget tentatio odii Dei.

Per accidens verò obligari possumus ad amandum Deum, primò si tentationem gravem aliter vitare non possumus: secundò, quando administraturus Sacramentum est in peccato mortali, & confiteri non potest. Quando verò vrget tentatio odii Dei, tenemur Deū diligere per se. Ita Mendoza *vbi sup. p.5. tr.14. res.105.*

De Præceptis Ecclesiæ.

11 ✠ Præcepta Ecclesiæ quinque sunt: in diebus Dominicis, & festis Sacrū audire; diebus Veneris, & Sabbathi à carnibus abstinere, nec non in Quadragesima, vigiliis, & quatuor anni temporibus ieiunare, semel in anno confiteri, communicari in Paschate, Decimas solvere. Et de primo quidem dictū est *verb. Missam audire*, de secundo *verb. Ieiunia*, de tertio *verb. Confessionis Necessitas*, de quarto *verb. Communionis necessitas*, & de quinto *verb. Decimas soluere.* ✠

12 Duo hic adverte. Primum præcepta Ecclesiæ secundum Sotum *in 4. d. 12. quæst.1. artic.11.* non ligare pueros ante annos duodecim, & secundum Henriquez *lib.8. cap.42. num.4.* non ligare statim post vsum rationis. Sed tenendum est cum Sanchez *in summ. tom. 1. lib.1. cap.12. numero 6* pueros post vsum rationis, qui contingere solet post septennium completum, teneri observare præcepta Ecclesiæ. Et si post septennium de vsu rationis dubium sit, adhuc obligati: quia regulariter eo tempore haberi solet, & sic adest præsumptio iuris, & allegauti contrarium incumbit onus probandi. Verùm omnes Doctores præter Sancium dicunt, pueros non teneri statim post septennium ad præceptum Communionis, vt dictum est *verb. Communionis, n.3. part.3 tract.6. resol.87. part.4 tract.3. resolut.52.* Vide infrà *verb. Puer.*

Quæ obligant pueros statim post vsum rationis.

13 Secundum est, præcepta Ecclesiæ, & generaliter omnia præcepta humana, non præcipere, aut prohibere actus internos, sed solum externos. Vnde qui in die Veneris delectaretur sensibili delectatione de esu carnium mente concepto, perinde ac si reipsa comederet, non peccaret mortaliter. Ita Vasquez *in part.2 disput.110. cap.1.* & alii contra Medinam *C de restit. quæst.21. part.3. tract. 5 resolut.5.* Et probabile est, satisfacere præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur invalidè, vt diximus *verb. Confessionis necessitas.*

Et obligāt solùm ad actus externos.

PRÆLATI REGVLARIS Obligatio.

Prælatus Regularis hodie non tenetur emittere professionem fidei. Vel ad id cogere prodi motos ad

1 PRælatus Regularis ex Constitutione Pii IV. tenetur emittere professionem fidei. Et hæc quidem cō stitutio, secundum Rodriquez *in Comp. qq. Regul. resol.67. num.1.* obligat: non ita secundum Tamburinū: quia non fuit vsu recepta, vel eā vsus contrarius abrogavit. Et ita ego teneo. Vnde nec damnandi sunt Prælati Regulares admitten-

 cathedrā.

ses suos subditos ad lecturam Philosophiæ, aut Theologiæ, non præmissa fidei professione, iuxta citatæ Bullæ tenorem *part. 1. tractat. 3 resolutione* 78. Itē ex Bulla Sixti V. in receptione novitiorum tenetur exigere informationes de vita & moribus, &c. Quas tamen si omitteret sciens, novitium carere defectibus in Bulla recensitis, non incurreret pœnas illius, quia Bulla ligat recipientes criminosos. Ita Rodriq. *qq. Regul. to 3. quæst. 54. art. 4. part. 3. tr. 2. resol.* 83. Et quoad peccatum Vecchius *disput. 6. dub. 1. n.* 66. Idem excusat, non solum si id sciat, sed etiamsi probabiliter coniectet. *ibid. resol.* 82.

Excusatur interdū à sua præsentia in Choro.

2 Prælatus Regularis tenetur habere curam, vt Chorus ficut par est, frequentetur. Ad suam verò præsentiam non tenetur peculiari præcepto, sed solum ob circumstantiam officii, qua teneatur aliis facem præferre. Ad hæc quoque circumstantia magis eum excusat, propter multas & graves occupationes, quas secum trahit. Ita Torre *in 2. 2. tom. 1. controv. 10. disputat. 1. num. 8. part. 2. tractat. 12. resolutione* 38. Curare item tenetur, ait Filliuccius *tom. 1. tractat. 5. cap. 4. numero* 104. vt in suis Ecclesiis vna saltem Missa celebretur. Sed Victoria *in summa num.* 94. excusat à mortali, si aliquo die nulla celebretur. *p. 2. tr. 14. resol. 76. in fine.*

An verò teneatur curare, vel toties in suis Ecclesiis celebretur?

3 Putavit Fagundez *pr. 2. lib. 4. cap. 3. num.* 8. Prælatum Regularem in omni peccato mortali teneri in Confessione explicare circumstantiam muneris: quia notabiliter aggravat: omne enim peccatum mortale repugnantiā notabilem habet cum hoc, quòd est alios ad perfectionem hortari, ad quod ipse tenetur. Sed, si peccatum non est publicum & scandalosum, contrarium teneo cum Coninch *de Sacram. 3. disp. 3. dub. 4. nu.* 18. Et Sanchez *de matr. to. 2. lib. 7. disp. 27. nu.* 33. putat sufficere, quòd in peccatis carnis dicat: *Fregi votum castitatis toties pa. 1. tr. 7. resol. 6.*

Non tenetur in peccatis occultis confiteri circumstantiam muneris.

Tenetur tamen occulta peccata subditorum inquirere ad corrigendum.

4 Prælatus Regularis ex D. Thoma *2. 2. quæst. 33. art. 2. ad. 4.* tenetur occulta peccata subditorum inquirere ad fraterne corrigendum. Nam cum facile illis esset a conspectu Prælatorum cavere, & alios ne deferant, blandimentis allicere, impune peccarent: & sic vigor disciplinæ regularis dissolveretur. (Quod ita ab ipso cavendum est, ait Villalobos *tom. 2 tractat. 4. diff. 2 num. 5.* vt si ex venialibus subditorum regularis observantia graviter minuatur, teneatur sub mortali corrigere etiam illa: quamvis contrarium doceat Rodriquez *de Ord. iudici art. cap 9 num. 7 part. 3. tract. 2. resolutione* 38.) Sed caveant nihilominus Prælati ab extrema sollicitudine in occultorum scrutinio suamque obligationem prudentiæ moderamine temperēt, nec detractores hoc prætextu foveant: nam hoc esset pernicio sus. Vnde D. Benedictus in Regula *cap. 64.* advertit, vt superior *non sit turbulentus, & anxius, non sit nimius, non sit zelotypus, & nimis suspitiosus, &c.* Ita Lorca *in 2. 2 quæst. 33 art. 6. disputat. 45 sect 3. num.* 11. & alii. *part. 3. tractat. 2. resolut. 12. & part. 7. tractat. 3. resol. 8.*

Et corrigere ex iustitia.

5 Idem Lorca *ibidem art. 5. sect. 3. distinct. 42 num. 4.* inquirens, an Prælatus teneatur subditos peccantes corrigere ex iustitia, respondet Caietanum *in com. art. 2.* subtiliter affirmare, at se non videre quo modo correctio fraterna, quæ à quocumque fiat, est opus charitatis, possit ad iustitiam revocari, cum Prælatus teneatur subditis non solùm iustitiam, sed etiam charitatem exhibere: quare solùm videri peccare contra charitatem, gravius quidem, quam cæteri. Quod etiam docet de Magistratibus sæcularibus. Hæc opinio est probabilis, sed prima Caietani, probabilior, eamque docet novissimè Mendoza *1. 2. tom. 2. disputat. 102. sect 4. §. 40.* quia & Magistratus sæcularis pro exercendo munere recipiunt pecuniam, & Prælati Regulares iurisdictionem, stipendium & alia commoda temporalia. Vnde vtriq; tenentur damna ex emissa correctione secuta resarcire. *part. 1. tract. 7. resol. 57 & p. 5. tract. 14. resol. 96. & part. 7. tractat. 3. resolut. 9. 10.*

7 ✠ Prælati Regulares locales tenē-

tus.

Prælati locales tenẽtur curare vt legãtur in loco publico constitutiones de celebratione Missarum & de obseruãtia Bullarũ sanctæ Inquisitionis & de largitione munerũ iuxta tuis tẽporibus, sed quid si legi faciãt post mensẽ v.g.

tur bis in anno curare, vt legantur in publico refectorio decreta Vrbani VIII. de celebratione Missarum, & semel eiusdem Constitutio de obseruantia Bullarum pertinentium ad S. Officium. Illa quidem Feria secunda post 1. Dominicam Aduentus, & Feria 6 post Octauã Corporis Christi; hæc verò feria sexta post Octauam Assumpt. B. Virginis, & nouissime ex decreto Sanctiss. D. Vrbani VIII. Constit. Clement. VIII. de largitione munerum vna cum dicto decreto in mense Ianuarij sub pœna priuationis Officij ipso facto & vocis actiuæ ac passiuæ † Sed Peyrinus *in priuil. tom. 3. cap. 12. num. 4* loquens de primis, ait præfixionem talium dierum non poni ad finiendam obligationem, sed ne dilatetur executio, vnde transacto termino non cessare obligationem. Et cum pœna priuationis non sit ad canonizandum diem præfixum, sed solùm ad inducendam obligationem dictæ lectionis, ne scilicet abirent in obliuionem, qui ex ignauia, seu negligentia, vel obliuione dictas Constitutiones die præfixo legi non curauit, non incurrisse dictas pœnas, si alio tempore, v.gr. post mensem, legi faciat, facturus legere in termino, si meminisset, aut sciuisset. At ego huius dubij resolutionem ad Sacram Congregationem remitto *part 5. tr. 14. resolutione 15.*

Cõsulatur Sacra Cõgregatio. Sanè Portellius excusat omnes cõtrauentores Bullarũ ignoranter. Etiã in foro externo, si de ignorãtia præbeant iuramentum.

8 Scio, Portellium *respon. Regul. part. 1 casu 27. num. 3.* excusare generaliter omnes Prælatos à pœnis impositis in aliquibus Bullis contra præsumentes eas violare, etiam in foro externo, si ignoranter & bona fide non exequantur, & bonam fidem probari per iuramentum eam attestantis, quamuis adsit præsumptio iuris in contrarium, quod ex officio scire teneantur. Quod vltimum tenet etiam Afflictus *de iure protim. §. 2. nu. 9.* quamuis ex Bartolo *in l. si cui iuramentum ignorantiæ*, non elidat præsumptionem scientiæ in contrarium existentem *part. 5. tr. 14. resol. 24.*

9 Prælatus Regularis in ferenda excommunicatione tenetur ordinem monitionum præmittere. Vide infrà *num.* 49. & tenetur residere in propriis Monasteriis maxime tempore pestis, & hæresis, Mitanda, & alij. *part 9. tr 7. resolutione 53.*

PRÆLATI REGVLARIS
Iurisdictio in præcipiendo.

Prælatus nõ potest præcipere aliquid supra regulã. Vt acceptatione Episcopatus.

10 * DE iurisdictione Prælati Regularis in Tertiarias. Vide *verb. Tertiaria.* Prælatus ea solum præcipere suis subditis potest, quæ de iure diuino, Canonico, aut Regula seruare tenentur. * Vnde nec ipsemet Generalis præcipere potest suo Religioso, vt Episcopatum acceptet: nam Episcopatus nõ est secundum Regulam, sed potius ab ea eximit, & contra rationem videtur, quod Prælatus possit id subdito præcipere, per quod ab eius obedientia liberatur. Adde, quod Religiosus factus Episcopus propter statum maioris perfectionis maiorem subit obligationem, & è contrario propter maiorem libertatẽ, honorem, potentiam, & c. maiori periculo exponitur, denique Episcopatus non ordinatur ad bonum peculiare Religionis, vel ipsius subditi, nec Generali Religionis incumbit, communi Ecclesiæ necessitati prospicere. Quand Autem D. Thomas *in 2. 2 quæst. 85. art. 2. ad 3.* dicit, votum emittentem teneri obedire superiori Prælato obliganti acceptare Episcopatum, loquitur de Papa. Potest autem Superior Regularis præcipere acceptationem beneficij curati inferioris, quia cum hoc beneficio Regularis remanet ei subditus, nec tantam subit mutationẽ. Ita Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 10. cap. 10. n. 22.* contra Riccardum *quodl. 3. quæst. 21.* & alios *part. 6. tractat. 9. resolut. 33.* Aduertit etiam Sancius *disput. 30 num. 5.* non posse Prælatum præcipere subditis alias Communiones ab iis quæ præcipiuntur in regula. Et non expedire quod priuet eos aliquando Cõmunione in mortificationẽ, quia maius bonum est Eucharistiæ susceptio, quàm mortificatio ex eius priuatione. Quæ

Quid de Cõmunionibus, quæ nõ habentur in regula?

an sint probabiliora, alij videant. *part.* 3. *tract* 4. *resol.* 115. *in fine*, & §. *Sed ex his*, ante medium.

An Generalis possit euocare ad se causas inceptas coram inferiori Prælato?

11 Docet præterea Zambellus *verb. Prælatus, num* 34 Prælatum maiorem non posse ad se auocare causas pendentes in iudicio Prælati inferioris, præcipiendo sibi, vt reum & acta iudicialia sibi remittat, stante decreto Trident. *sess.* 24. *cap.* 10 nisi de sufficienti grauamine interposita fuisset appellatio. Et ego quidem consulo Generalibus Religionum, vt hanc sententiam in praxi fœlè semper sequantur. Verùm existimo cum Suarez *de Relig. to.* 4. *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 22. posse id facere: quia Prælatus inferior ratione voti obedientiæ subiicitur in omnibus voluntati Superioris: vnde non potest velle prosequi aliquam causam, nisi de consensu ipsius, alias iniustè vellet: quare ob huiusmodi dependentiam & subordinationem, in potestate Generali est, quod inferior prosequatur causam coram se pendentē: & reuocando, vtitur iure suo. Concilium verò, quoad Regulares nihil innouat, vt docet ex Sacr. Congregat. Nouarius *de iure Pont. concl.* 54. *n.* 12. *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 35. An Prælatus Regularis præcipere possit leuia sub mortali, & grauia sub veniali, vide *verb Lex. n.* 34. & 35. Aduerte hic ex Sancio *disput.* 23. quod Prælatus non potest punire subditum, quando non obedit, quia non tenetur. Putatque, non teneri, quoties probabiliter existimat præceptum non esse licitum, aut excedere iurisdictionē præcipientis. Sed de hoc vide *verb. Opinio, num.* 10. *& verb. Subditus, part.* 2. *tr.* 13. *resol.* 10. *in fine.*

Et punire nō obedientē ex opinione probabili?

Sanè nō potest prohibere subditis susceptionē Cruciatæ. Sine iusta causa.

12 Prælatus Regularis prohibens suis subditis susceptionem Cruciatæ, peccat mortaliter. Ita Acosta *in Bull. quæst.* 106. Qui addit, posse contra illum Commissarium Cruciatæ procedere auctoritate Apostolica. Et Religiosum sumentem Bullam petita, & non obtenta licentia, non peccare; quia Prælatus nō potest talem licentiam iustè negare.

Potest tamē limitare.

Quæ omnia procedunt, si non adest iusta causa. Aduertit etiam Villalobos *to.* 1. *tractat.* 27. *elauſ.* 12. *num.* 26. 27. 29. posse Prælatos concedere Bullam limitatè, quoad Indulgentias tantum v.g. Et Religiosum ex Reformatis, & Capuccinis posse sine scrupulo rogare amicum, vel pœnitentem, vt sibi Bullam suscipiat. *part.* 1. *tr.* 11. *resolut.* 99.

PRÆLATI REGVLARIS *Iurisdictio dispensandi.*

Prælatus Regularis (nisi id sibi concessum fuerit viuæ vocis oraculo) potest dispēsare cū suis subditis in irregularitate orta ex defectu lenitatis. Ex homicidio casuali, etiā publico. Ex homicidio iusto Et secūdū aliquos etiam voluntario.

13 PRælatus Regularis habet priuilegium dispensandi cum suis subditis super omni irregularitate, excepta bigamia, & homicidio voluntario. Ita Lezana. Vnde, si hoc priuilegium non fuit concessum viuæ vocis oraculo, dispensare potest in primis in irregularitate orta ex defectu lenitatis, vt notat Lezana *in summ. qq. Reg. cap.* 18 *nu.* 43 *part.* 4 *tractat.* 2. *resolut.* 69 §. *Quidego & part.* 7. *tr* 2. *resolut.* 5. Secundò in irregularitate homicidij casualis, etiam publici, in qua non potest Episcopus. Ita Vecchius *disputat.* 9. *dub.* 18. *num.* 6 *part.* 4. *tractat.* 2. *resol.* 72. §. *Notandum.* Tertiò, in irregularitate orta ex homicidio iusto; quod contingit in bello iusto, quia homicidium iustum non venit nomine homicidij voluntarij. Ita Cornejo *part.* 4. *tr.* 1. *resol.* 70. Item in homicidio voluntario occulto. *part.* 10. *tractat.* 13. *resol.* 35.

14 Quartò, ait Miranda *tom.* 2. *quæst.* 8. *art.* 10. *concl.* 2. dispensare etiam posse super irregularitate homicidij voluntarij, ex quodam priuilegio Martini V. & aliis relatis in Comp. Societatis, quam facultatem Vecchius *disp.* 9. *dub.* 16 *num.* 2 extendit etiam ad Nouitios Affert etiam Rodriquez in Bullar. fol. 117. insigne priuilegium Pauli III. concessum Religiosis D. Benedicti Vallisoleti, vt singulis annis Feria 2. post primam Dominicam Quadragesimæ dispensent cum suis subditis super omni irregularitate ex quauis causa contracta, non distinguens de delicto publico, vel occulto, de homicidio casuali, & voluntario nec excipiens bigamiam, &c. obseruat-

que

que Rodriquez, omnes Religiones per communicationem vti posse hoc priuilegio vt iacet, & sine vlla restrictione: quia vbi lex non distinguit, neque nos debemus distinguere. Sed an omnia supradicta sint probabilia, nec ne, alij iudicent. Negant enim Peyrinus *prin. tom. 1. const. 2. Iunij 11. §. 29. num. 103.* & 104 Molina *de iust. tom. 4. tract. 3. disput 70. num. 11.* & alij, circa homicidium voluntarium etiam occultum, quia Tridentinum *sess 14. cap 7.* prohibet in hoc ad Sacros Ordines dispensari, & Pius IV. reuocauit omnia Regularium priuilegia, quatenus a Tridentini dispositione dissentiunt. *part. 3 tractat. 2 resol. 45.* Aduerte autem, quòd, quidquid sit de dictis priuilegiis, etiam Rodriquez *qq. Regul. tom. 2. quæst. 35. art. 4.* concedit, Prælatum Regularem dispensare non posse in irregularitate orta ex abortu fœtus animati, quia tale homicidium est minis qualificatum: quamuis alter Rodriquez *in Comp. resolut. 4 num. 15.* contrarium probabile esse affirmat. *part 4. tractat. 2. resolut. 87.* Obserua hic quod Texeda *tom. 2 lib. 3 tractat 3. num. 188.* existimat, Episcopum dispensare posse in irregularitate sua ex homicidio voluntario omninò occulto, ita vt solus homicida ipsum sciat, quia id poterat de iure cõmuni, & Concilium id prohibens conuenienter interpretatur de homicidio occulto in ordine ad iudicium, non de omninò occulto: quia vitari debet quoad posse correctio iuris communis. Sed DD communiter contrarium docent, & talis est praxis Curiæ Romanæ *part. 6. tract. 6. resol 5.*

Non tamen ex abortu fœtus animati.

Quid de Episcopo?

15 Quod verò attinet ad bigamiam, potest Prælatus dispensare in similitudinaria, non autem in vera, & interpretatiua, quia hæc in priuilegiis semper intelligitur excipi, nec aliquod Regularium priuilegium illam exprimit. Ita Bononia *de elect part 2. cap 4. dub 71 n. 2.* & alij. At Aurla *part 7. disput. 8. dub. 4. conc. 8.* & alij affirmant, non solùm quoad Prælatos, sed etiam quoad simplices Confessarios Ordinum, ex priuilegio Sixti V. Sed hoc priuilegium non esse ita clarum, ait Tamburinus *tom. 2. disput. 17. quæst. 3. num. 2.* Ideò Rodriquez *Compend. resol. 16 num. 14.* adducit supra citatum Pauli III. Et Portellius *add. verb. dispensare, num 5.* notat in Compendio Societatis *verb. dispensare § 5 & 6.* haberi, quòd ipsius Generalis dispensare possit cum subditis bigamis ex concessione Sixti IV. facta Carthusiensibus. *par. 4. tract 2. resol. 63.*

Itẽ dispensare potest in bigamia similitudinaria.

Et secundũ aliquos et iã in vera, & interpretatiua.

16 Potest nihilominus Prælatus Regularis dispensare cum suis subditis illegitimis ad dignitates & prælaturas, non secùm in Capitulo, vt vult Rodriq. *re solutione 42. nnm. 40.* ex Bull. Gregorij XIV. Sed etiam extra, ex priuilegio eiusdem, concesso Clericis Regularibus ministrantibus infirmis, vbi habetur; non solum Generales Ordinum & Prouinciales, sed etiam Priores locales de licentia Generalis posse cum illegitimis ad dignitates Ordinis extra Capitulum dispensare. Ita Peyrinus *vbi supr. num. 96 part. 5. tract. 2. resol. 101.* & *part. 10. tr. 9. resol. vnic à num. 54.*

Itẽ cum illegitimis ad dignitates & Prælaturas.

17 Item de iure communi Prælatus Regularis, habens iurisdictionem quasi Episcopalem, dispensare potest cum suis subditis in irregularitate ex defectu corporis, nisi defectus tantus sit, vt pariat scandalum. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 22. diff 9 num. 21* Et in particulari dispensare potest, si subditus careat pede & ambulet pede ligneo, vt Villalobos *ibid.* contra Cornejum *in 3. part. tr. 5. disp. 12. dub vn quæst. vlt.* Item, si careat oculo dextro, Ita Vecchius *disput 9. dub 20. num. 3.* Immò etiam sinistro, si dexter sit ita perspicax, vt sint notabili conuersione sacrum Canonem possit inspicere, ad quod etiam inseruire potest Missalis accommodatio. Ita Laymann *lib. 2. tr. 5 part. 5 cap 7. num. 2.* Item, si ob manum tremulam, chiragram, &c. non esset omninò habilis ad exercendas omnes cœremonias in celebratione consuetas, dummodo absit scandalũ, & periculum, præsertim, & effusionis Sacri cruoris Ita Vecchius *dub. 12. n. 6. p. tract. 2. resol. 75.*

Et in irregularitate ex defectu corporis secluso scandalo.

Vt si ambus let pede ligneo.

Careat oculo dextro.

Habeat manum tremulam.

18 Aduerte autem, quòd ad Prælatum

Et ad ipsũ spectat cognoscere, an defectus corporis subditi inducat irregularitatem.

tum Regularem spectat cognoscere, an defectus corporis, quos habent subditi, inducant irregularitatem, vel ne; quia hoc magis spectat ad iurisdictionem Episcopalem, quam Prælati habent, quam ad Ordinis caracterem, quo carent. Ita contra Barbosam *de pot. Episc. p. 2 alleg. 42. num. vlt.* & alios Suarez *de cens. disput. 51. sect. 3. num. 16.* Qui tamen aduertit, liberum esse Episcopo ordinaturo, tale Prælatorum iudicium admittere, aut respuere *part. 4. tractat. 2. resolutione 73.*

Et tãdẽ dispẽsare potest in omni irregularitate prouenięte ex delicto occulto.

19 Habent etiam dicti Prælati, iurisdictione quasi Episcopali gaudentes, facultatem dispensandi super omni irregularitate proueniente ex delicto occulto, quã habent Episcopi vigore Trinitini *sess. 24. cap. 6.* Ita Henriquez *lib. 6. cap. 16. §. 8.* contra Nauarrũ *lib 1 tit. 18. leg. 7. num. 50. part. 4. tract 4. resolutione 211. in fine.* Vbi quamuis Sanchez *summ. tom. 1. lib 1. cap. 10. numero 49.* teneat non comprehendi irregularitatem ex mutilatione: quia non solùm est ex delicto, sed etiam ex significatione, tamen Barbosa *de pot. Episcop part. 2. alleg. 39. num. 49* & DD. communiter existimant comprehendi *part. 4. tract. 2. resol. 71. & part. 7 tract. 2. resolut. 4* Et in quibus possunt absoluere, & dispensare suos subditos, vel Episcopo subiicere, vt ab illo absoluantur, & dispensentur, possunt ipsi etiam se eidem Episcopo subiicere, si absolutione, aut dispensatione indigeant, vt rectè obseruat Trullench *in Decalog. tom 1. lib. 1. cap. 3. dub 4. num. 6.* & alij *part 7. tract 2. resolut. 6. paragrapho, Vnde ex his.*

Et secundũ aliquos etiã in infamia iuris prouenięte ex delicto publico.

20 Docet etiam Peyrinus *in priu. Minim. tom. 3. cap. 2. sup. Constit. Sixti IV. num. 1.* Prælatos Minimorum dispensare posse super infamia iuris, etiam ex delicto publico, virtute priuilegij Eugenij IV. quia putat, infamiam iuris ex occulto delicto non contrahi. At Portellius *verb. Dispensare, num. 6.* & alij communiter id negant *part 5. tractat 14. resolut. 91.* An Prælatus Regularis dispensare possit cum suis subditis ordinandis in interstitiis, sicut etiam iis concedere dimissorias, inquire suprà *verb. Ordinis subiectum.*

An dispẽsare possit in interstitiis?

21 Quamus Prælatus Regularis non possit aliquid de Breuiario Romano mutare, vt patet ex Bulla Pij V. potest tamen dispensare ex iusta causa, vt semel, vel iterum aliud officium recitetur in Choro abeo, quod Breuiarium pro illa die præscribit. Ita Portellius *verb. Hora Canonica, num. 7.* Sed aliqui dicunt, Sacram Congregationem contrarium decreuisse, quod an verum sit, nescio. Loquimur autem de Prælatis Religionum addictarum Breuiario Romano. *part. 2. tr. 12. resol. 36.*

Et vt semel aut iterũ aliud officiũ recitetur à prascripto in Breuiario?

22 Prælatus Regularis ex Portellio *verb Parentum fratres, num. 2.* dispensare potest cum subdito ad manendum cum habitu extra claustra, causa subueniendi parentibus extremè, vel etiam grauiter indigentibus *part. 3. tractat. 2. resolutione 90.* Et potest dispensare, & commutare omnia vota suorum non reseruata Imò etiam irritare. Vide *verb. Voti Relaxatio.*

Et ad manẽdũ cum habitu extra Clausira?

PRÆLATI REGVLARIS *Iurisdictio in absoluendo.*

Prælati locales an possint audire cõfessiones sæculariũ tanquã Parochi sine approbatione Episcopi? Contraria placita.

23 PRælati locales Regulares, vt sunt Priores, Guardiani, Præpositi, Rectores, &c. secundum Henriquez *lib. 6. cap. 6. n. 2. gl. lit. F.* Bossium *de Iubil. sect. 3 cas 2. § 2. n. 53.* & alios, possunt sæcularium Confessiones audire, etiamsi ab Ordinario non sint approbati; quia cum habeant curam animarum, & largo modo beneficium parochiale, sintque plerisque sæcularibus habentibus beneficia, tam litteris quàm moribus digniores, satis excipi videntur à Tridentino nomine habentis beneficium parochiale. Addit proinde Bossius, Prælatum huiusmodi esse eligibilem per Iubilæum, vel Bullam, quemadmodum est eligibilis Canonicus Pœnitentiarius, quia eo ipso, quòd in Pœnitentiarium eligitur, intelligitur approbari ad audiendas Confessiones, etiamsi non sit ab Episcopo

scopo specialiter approbatus, & aliquando nec electus, vt contingit, cùm eligitur à Capitulo, & plerumque contra Episcopi voluntatem. Nec enim est maior ratio de hoc, quàm de illo: imò minor, quia hic non est ordinarius, nec Parochus, sicut ille. Sed Suarez *in 3. part. tom. 4. disputat. 28 numero 2.* & alij contrarium docent, quia Concilium loquens de omnibus Religiosis ait, eos non posse sæcularium Confessiones audire absque approbatione Episcopali, & non excipit Prælatos. *part. 2. tractat. 16. resolutione 44. & part. 5. tractat. 12. res. 51. & part. 10. tract. 14. resolutione 6.*

Generales, & Prouinciales habent facultatẽ absoluẽdi suos subditos, quã habẽt Episcopi per Tridẽtinum.

24. Suos tamen subditos Prælati maiores habentes potestatem ferè Episcopalem, absoluere possunt ab omnibus peccatis & censuris, quæ absolui possunt ab Episcopis virtute Tridentini *sess. 24. cap. 6.* Ita Henriquez *lib. 6. cap. 16. numero 1.* contra Amandarium *add. ad recop. leg. part. 4. tractat. 4. resol. 211. & part. 7. tract. 2. resol. 5.*

Et sic absoluere possũt à suspẽsione propter susceptos ordines ante ætatem, &c.

25 Vnde absoluere possunt à suspensione propter susceptos Ordines ante ætatem legitimam, &c. Portellius *verb. Ordines sacri, num. 14.* contra Sarpum *lib. 5. cap. 2. num 13. & 14.* quia quamuis Tridentinum *sess. 23. cap 12.* reuocet priuilegia Regularium suscipiendi Ordines ante ætatem; non tamen eos excludit ab hac facultate, vel reuocat alia priuilegia, quibus sibi competit, suspensionem ex tali capite contractam absoluere. Et quamuis hoc priuilegium reuocatum expressè fuerit à Sixto V. reualidatum tamen postea fuit per Pontifices subsequentes, qui confirmarunt omnia priuilegia Regularium ex certa scientia, quæ forma reualidat etiam aliàs irrita, vt docet Bononia *de elect. part. 2. cap. 4. dub. 76. num. 6.* & alij communiter *par. 3. tr. 2. resol. 85.*

An absolvere possint ab hæresi, & aliis casibus Bullæ Cœnæ.

26 Prælatus Regularis non potest absoluere suos subditos ab hæresi occulta, & aliis casibus Bullæ Cœnæ, licèt Bauny, nouissimè contrarium doceat *part. 5. tractat. 4. quæst. 32. part. 6. tractat. 7. resol. 63.* Vide *verb. Absoluere ab hæresi, numero Summæ Diana.*

27. Neque ab excommunicatione ex simoniain ordine vel beneficio *part. 10. tr. 15. resolut. 8.* Quos casus reseruare sibi possit Religiosorum Prælatus, dictum est *verb. Casus Reseruati. à num. 4.* Potest autem reseruare sibi casus monialium sibi subiectarum extra capitulum. *part. 10. tract. 13. resolutione 52. in fine.*

PRÆLATI REGVLARIS
Iurisdictio in alienando.

Prælatus Regularis nõ potest alienare bona Ecclesiæ sine cõsensu Capituli, si sint magni valoris.

27 * IN alienatione bonorum Ecclesiæ Prælatus inter alias solemnitates à Sacris Canonibus requisitas tenetur adhibere consensum Capituli, *cap. sine exceptione 12. quæst. 2.*† nam quia, quod commune est, negligi solet, visum est Pontificibus, hoc negotium cõmittere pluribus, vt accuratius expediant. Ita Velagut. *de reb. Eccles. malè alien. lib. 1. part. 1. cap. 1. n. 1.* Et quidem hoc ius quod habet Capitulum, non potest renunciare; quia respicit bonum publicum. Ita Tamburinus *tom. 1. disp. 16 quæst. 15. nu. 3.* ex cap. *si diligenti, de foro comp.* & aliis iuribus. Vnde, si Capitulum Monasterij ius alienandi tribus, vel quatuor committeret, alienatio inde facta foret nulla, vtpotè contra formam iuris. Et, præsertim si id faceret ex ignorantia, posset ius suum repetere. Idque etiamsi accessisset decretum Capituli Generalis, quia Capitulum Generale non potest contra ius commune aliquid determinare, cap. *quod super his, de maior. & obed.* & Miranda *tom. 2. quæst. 25. artic. 5. part. 3. tract. 2. resolutione 87.*

Probabile tamen est, excipiẽdas esse Reliquias Sanctorum.

28 Aduerte hic probabile esse, quòd Prælatus possit sine requisitis solemnitatibus alienare reliquias Sanctorum, vt docet Bonacina *de alien. disputat. 2. quæst. vnic. punct. 2. num. 31.* Nam in Extrauag. *Ambitiosæ* sermo solùm est de bonis temporalibus pretio æstimabilibus, & Reliquiæ non sunt pretio æstimabiles. Sed ipse Bonacina contrarium sentit *part. 4. tr. 4, resol. 223 § Notandũ.* Probabi-

Et trãslationes bonorũ tẽporalium

 licet. r

liũ de vna in aliã Ecclesiam. Vel in his, quæ Ecclesia nondũ possidet.

le etiam est, Prælatum sine prædicta solemnitate permutare posse bona temporalia de vna in aliam Ecclesiam. Tri-uisanus *part. 2. decis. 16. Ibid. §. Nota secundò* Et sanè facere potest permutationem, remissionem, & concordiam de rebus, quas Ecclesia nondum possidet: quia in decreto prohibetur alienatio bonorum, quæ habet Ecclesia. Ita Palaus *tom. 2. disput. vnic. punct. 15. §. 3. num. 2. Ibid. §. Nota tertiò.*

Potest etiã alienare vota oblata, quæ nõ sint magni valoris.

29 Item alienare potest vota alicui imagini oblata, nisi sint aurea vel argentea magni valoris. Ita Bonacina apud Nouarium *summ. Bull tit. de alien. num. 22. Ibid. §. Nota quartò.* Valor autem rei non alienabilis a Prælato sine debitis solemnitatibus, secundum Palaum *tom. 3. disput. vnic. punct. 19. §. 1. num. 2.* est 100 aureorum. Sed Sacra Congregatio apud Homobonum *vol. 2 part. 6 resol. 98.* declarauit pretiosum in hac re illud censeri, quòd valorem 25. aureorum excedit *Ibid.* initio.

Qui ex declaratione Sacr. Cõgr. debet excedere 25. aureos.

Vt verò pecuniã accipiat ad mutuũ vel cãbiũ cũ solutione lucri cessãtis, requiritur licẽtia Sac. Cõgregat. Nisi excuset consuetudo legitima, aut necessitas.

30 Nota etiam, quòd Prælatus Regularis, etiam de consensu Capituli, in consulta Sacra Congregatione, pecuniam ad cambium, vel mutuum cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis, accipere non potest. Ita ex decreto Sacræ Congregationis sub die 21. Maij 1624. Homobonus *vol. 2 part. 6. resol. 97.* Limita Lezana *in summ. cap. 10. num. 4.* nisi excusaret consuetudo legitimè præscripta *Ibid. §. Nota quintò.* Et limitanda est omninò in casu necessitatis, in qua non potest commodè adiri Papa, aut Sacra Congregatio. Nam tunc potest sumi pecunia ad cambium, & possunt oppignorari vasa, & lampades, & candelabra argentea absque licentia Papæ. Et secundum communem DD. contra Peregrinum *in comp. verb. Alienatio, dub. 9.* sine licentia Episcopi, quia in hoc Regulares non sunt Episcopo subiecti *part. 3. tract. 13. resol. 6. §. Sed hæc.*

In decreto de non alienãdo, &c. nõ cõprehẽdũtur Theatini quoad immobilia.

Nota præterea, declarasse Sacram Congregationem, in decreto de non alienandis rebus Regularium non comprehendi Religionem Theatinorum, quoad bona immobilia. Sed illa alienare posse de consensu duarum partium vocalium & licentia Generalis. Circa quã declarationem videtur dicendũ. Theatinos, inconsulta Sacra Congregatione, non posse alienare mobilia pretiosa, quia Sacra Congregatio illos excipit solum quoad immobilia, & exclusio vnius est inclusio alterius, *l. cum Prætor. ff. de iud.* Et ita tenet Peregrinus *ibid. initio schol.* Sed Nouarius *summ. bull. num. 39.* contrarium docet. Quod probari potest quia ex Palao *tom. 1. tractat. 12. disput. vn. punct. 15. num. 13.* ideò mobilia pretiosa alienari prohibentur; quia non computantur inter immobilia; ergo dum hæc alienari possunt, poterunt etiam & illa. Ad argumentum dici potest, tunc exclusionem vnius esse inclusionem alterius quando non militat eadem ratio in vtroque; at in nostro casu militat eadem ratio. Sed hanc difficultatem, his non obstantibus, Sacræ Congregationi remitto *p. 3. tractat. 13. resol. §. Sed ex his.*

An neque quoad mobilia pretiosa.

Aduerte etiam, docere Megalium *in Ft an' post. Prompt. verb. Alienatio, num. 15.* ratione consuetudinis, vidente & non contradicente Religione, posse Præpositum de consensu solo vocalium alienationem facere; quia videtur ita à Generali, & tota Religione concessum. Sed hoc non placet. Nam nec P. Generalis præsumitur à se talem iurisdictionem abdicasse, nec abdicare potest; nam Pontifex & Sacra Congregatio non aliam habuerũt intentionem dictis decretis, quam tollere à superioribus localibus, & aliis infrà Generalem & Capitulum, facultatem alienandi; vnde si Generalis talem facultatem illis generaliter committeret, decretis contraueniret. Adde; quod non potest dare, nisi singulis vicibus causa cognita, &c. Igitur quoties non vrget necessitas, non potest id fieri sine Generalis licentia. Secus si necessitas vrgeat, vt diximus. *Ibid. §. Sed circa.*

Prælatus Regularis alienare non potest sine licentia Generalis.

PRÆ-

PRÆLATI REGVLARIS
Iurisdictio in reliquis.

An Prælatus possit dare licentiã manẽdi extra claustra pro necessitate Parentum? Sine habitu?

41 PRælatus Regularis potest dare licentiam subdito in necessitate extrema, vel graui manendi extra claustra ad subueniendum parentibus vt dictum est *verb. Clausura, num. 6.* Et si ipse renueret, tunc exire posset licentia petita & obtenta. Sed contrarium docet nouissimè *part. 10 tract. 11. resol. 30.* Potest etiam Prælatus secundum Fagundez *in dec. tom. 1 lib. 4. cap. 2. num. 28.* dare licentiam dimittendi habitum, si necessitati parentum cum habitu subuenire non potest; nam dimissio habitus in hoc casu est medium necessarium, sicut egressio è Monasterio *part. 6 tr. 7 res. 19.*

Reducere onera Missarũ ante Tridẽtinũ relicta, vel nondum acceptata?

42 Quam iurisdictionem moderandi Missarum onera habuerint per Tridentinum Generales Ordinum diximus *verb. Missarum reductio.* Vbi etiam adnotauimus, huic iurisdictioni derogatum esse per decreta Sacræ Congreg. *de celebr. Miss.* Nunc verò inuenimus Marchinum *de Sacram. Ord. tract. 5 part. 2. cap. 19. nu. 31* docere quòd per dicta decreta non censetur reuocatum priuilegium moderandi Missas & anniuersaria à testatoribus ante Tridentinum relicta, sed solùm relicta post illud; & citat Synodum Florent. *sub die 18. Maij 1627. § de Miss. celebr* per illa verba decreti, *aut post Concilium imposita.* Item nec moderandi opera post Tridentinum relicta, sed nondum acceptata: nam decretũ loquitur de oneribus impositis, non est autẽ impositum, nisi post acceptationem. Ita ille de consilio virorum doctorum; sed sub censura Ecclesiæ; *part. 6. tractat. 6. resol. 10. & cap 20 num. 7.* notat, post publicationem dictorum decretorum SS. D. N. Vrbanum VIII. concessisse Conuẽtui Minimorum Genuensi, vt legata Missarum perpetua & oneri adnexo imparia pro rati one Romanorum scutorum quinquaginta pro qualibet Missa quotidiana reducerentur: decernens, per celebrationem Missarum sic reductarum salutem animarum eorum, quorũ intentione Missæ fundatæ fuerunt, suffragari, perinde ac si illæ cum effectu celebrarentur. Quo priuilegio omnes Cõuentus cuiuscunque Religionis participantis frui posse *ib. d. resol. 11.*

Et cõcedere Monali Cõfessariũ extraordinariũ vltra tertiam vicem?

43 Prælatus Regularis iuxta decretum Tridentini *sess. 25. cap. 10.* tenetur offerre Monialibus sibi subditis Confessariũ extraordinarium bis, aut ter in anno. Et secundum Bordonum *in cons. reg. resol. 5. quæst. 11. n. 11.* potest concedere pluries: quia nullibi id sibi prohibitum inuenitur, & quod non est expressè prohibitum, censetur concessum. Et contra Gauantum *verb. Monialium cura spiritualis*, etiam Moniali particulari: nam decretum contrarium Sacræ Congregat. quod ipse adducit, procedit de vna designatione pro p uribus vicibus. Insuper notat, post Constitut. Gregor. XV. *Iusti tutabili*, non posse Prælatos Regulares deputare suis Monialibus Confessarios ordinarios, vel extraordinarios, nisi prius approbati sint ab Episcopo. Ipsas verò Moniales tempore Iubilæi eligere posse Confessorem approbatum, etiamsi approbatus non sit quoad Moniales, quia non sunt deterioris conditionis quam cæteri; & talis Confessor habet approbationem ab Episcopo, & iurisdictionem à Papa delegatam per electionem, & sic omnia requisita. Sed de hoc diximus *verb. Iubilæum in. 20 part. 6. tract. 8. resol. 18.* Potest transferre Clericum ad statum laicalem, & non è contra Decr. Clem. VIII. *part. 9. tr. 7 resol. 74.*

Possunt reposuare casus appositos in Decr. Clemẽtis VIII.

44 Singuli Superiores Regulares possunt absque consensu Capituli casus appositos in Decr. Clem. VIII. in toto, vel in parte reseruare, vt patet in dicto Decr. & ita practicatur; *part. 8. tract.... resolut. 69.*

Nõ possunt mitti ad ordinandum subditi ad deceptionẽ. Pro nimio rigore post. tractat.

45 Non possunt Prælati Regularis mittere subditos ad ordinandum ab alieno Episcopo extra Diœcesim, excepto si hoc bona fide faceret, vel ob tigi dum examen, aliter faciens incidit in pœnã Decr. Clem. VIII. etiamsi missus ordines non recipiat Diana, & alij *p. 9.* sunt.

tractat. 8. resol. 53. Possunt concedere licentiam laicis concionandi in eorum Oratoriis, petita Episcopi licentia. Baldell. *part. 9 tract. 7. resolutione 68.*

Subditus nõ potest eximi à iurisdictione superiorum ordinariorum.

46 Generalis non potest eximere subditum ab obedientia Superiorum Prouincialium, vel locorum. Lezana *part. 9. tractat. 9. resolutione 38.* Possunt tamen expellere Religiosos incorrigibiles, & criminosos non obstante Decr. Vrbani VIII. & etiam ex Societate Iesu per alios titulos. Pellizz. *part. 9. tractat. 9. resolutione 58.*

PRÆLATI REGVLARIS.

Priuilegia.

Prælatus Regularis potest sibi eligere Cõfessarium extra Religionem.

47 PRælati Regulares habentes iurisdictionem ordinariam in vtroque foro, vt sunt Generales, Prouinciales, & Priores, seu Guardiani, eligere sibi possunt Confessarium extra Religionem, ex priuilegio Gregorij IX. inserto in corpore iuris, cap. *Ne pro dilatione, de pœn. & remiss.* quod proinde reputatur ius commune, & non derogatur in clausuli generalibus nomine priuilegij: vnde dicendum contra Peregrinum *comm. Const. Cler. Regul. const. 5 par. 1. cap. 9. litt. C. § 1.* hoc priuilegium non esse reuocatum in Religione Theatinorum in illa Constitutione Capituli Generalis determinante, vt nemo peccata extero Sacerdoti confiteatur, non obstante quocunque priuilegio, cui totius Religionis nomine renuntiatur: sedly *nemo* comprehendere tantum subditos, sicut ly *quilibet* eiusdem Constitutionis, vbi dicitur, quod quilibet Confessario deputato confiteatur. Aduerte autem, quòd hoc priuilegium quidam concedunt tantum Generalibus, non autem Prælatis inferioribus. Ita Reginaldus *tomo 1. lib. 1. cap. 4 sect. 2. numero 36.* Si tamen gaudent Priores, & Præpositi, gaudet etiam sede vacante, vel alio modo absente Priore, eius Vicarius. Ita Leone *tomo 2. recoll. 6 numero 36.* contra Suarez *in 3 p. tomo 4. disput. 27. sect. 2. numero 8. part. 3. tract 2. ref. 1. & par. 4. tr. 4. ref. 1.* Minimè tamen co præsente, vt vult Pasqualigus *decis. 103. num. 2.* quia tunc nec potest dici Prælatus exemptus nec actu subrogatus Prælato exempto. *par. 6. tr. 8. res. 15.* Hanc autem facultatem eligendi sibi Confessarium extra Ordinem, Prælatus concedere potest suis subditis, secluſa constitutione Religionis in contrarium, quia qui habet potestatem ordinariam, potest illam delegare, vt habetur cap. *quibus, de officio ordinarij.* Prælati autem Regulares sunt ordinarij suorum subditorum, & habent potestatem ordinariam, vt notat Suarez *de Relig. tomo 4. lib. 10. capite 5. numero 3.* Neque dicas, Sixtus IV. concessit Religiosis itinerantibus, vt cum licentia suorum superiorum extraneum Confessarium sibi eligant: quæ concessio nihil valeret si superior posset illis concederet talem facultatem, etiamsi non itinerantur. Nam respondeo, Pontifices quandoque concedere Regularibus per priuilegia minus, quàm illis competat de iure communi, vt obseruat Llamas *in Meth. par. 1 cap. 5. § 5.* Aduerte autem, quòd Capitulum Generale Prædicatorum renunciauit huic iuri Prælatorum, decreuitque, solum Magistrum Ordinis talem facultatem (absente Confessario domus) concedere posse. Non tamen derogauit Religio Clericorum Regularium, vbi decreuit, omnes teneri confiteri Confessario domus, non obstãte quocunque priuilegio, &c. Nam hæc constitutio solum derogat Iubilæi Bullæ cruciatæ & aliis indultis eligendi Confessarium inuito superiore, non tamen iuri Prælatorum, qui talem licentiam matura deliberatione præuia concedentes, Religiosos relaxati non sinunt. At Peregrinus *in comm. vbi sup. § 2.* in hoc contrarium tenet *p. 3. tr. 2. ref. 2. & par. 4. tr. 4. ref. 2.*

Et ad hoc eligendi sibi Confessarium extra Ordinem, Prælatus concedere potest suis subditis, secluſa constitutione Religionis in contrarium, quia qui habet potestatem ordinariam, potest illam delegare, vt habetur cap. quibus, de officio ordinarij; Prælati autem Regulares sunt ordinarij suorum subditorum, & habent potestatem ordinariam, vt notat Suarez *de Relig. tomo 4. lib. 10. capite 5. numero 3.*

48 Siue autem Prælatus, siue de eius licentia subditus, velit cum Confessario extraneo confiteri, non est necesse, vt eligat approbatum ab Ordinario, sed sacerdotem satis est, quod eligat idoneum. Ita Portellius V. *Confessor erga Regulares, approbati. numero.*

In quo casu vtera[que] potest eligere idoneũ non

numero 4. & alii communiter: quia hoc eis licebat ante Tridentinum, quod quoad Regulares *Sess.* 25. *capite* 15. nihil in hoc innovavit. Quam opinionem Sanctius *in select. disputat.* 41. *numero* 11. bene extenderet ad Religiosos Equites, si non adesset in contrarium consuetudo: nam dicti Equites sunt verè Religiosi *part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 30. Immò ego puto, quod quando Religiosi eligunt Confessarium virtute Iubilæi, vel Cruciatæ, eligere possunt approbatum tantum à suo superiore. Nam vbi dicunt, eligendum esse approbatum ab Ordinario, intelligi debent iuxta dispositionem Tridentini, requirentis approbationem Episcopi pro sæcularibus, non pro Regularibus. Nec obstat in primis paritas Clerici sæcularis, cuius confessiones non potest audire, nisi approbatus: vt decrevit Tridentinum, etiam si confessurus sit Sacerdos. Nam quamuis plerique Sacerdotes sæculares sint Religiosis sanctiores: communiter tamen perfectiores reputantur Religiosi, vnde rectè Concilium disposuit id de illis, & non de istis. Nec item obstat, quod Episcopus non possit eligere Confessarium non approbatum, vt docuit Suarez ex Tridentino. Nam & hoc multi negant, vt diximus V. *Episcopi, numero* 49. Et præterea assignatur disparitas, quia Tridentinum ibi loquitur de sæcularibus, inter quos enumerantur Episcopi, non autem Religiosi. Contraria verò consuetudo, quam adducit Peregrinus *in add. noviss. quæst.* 4. non extat. *parte* 3. *tractat.* 2. *resolutione* 2. *in fine, &* 3. § *Quoad, & in add. resolutione* 4. *& parte* 4. *tractat.* 4. *resolutione* 3. Vnum hic adnotare oportet, nimirum non statim, ac Superior concedit licentiam Religioso itineranti eligendi sibi Confessarium extra Ordinem, absoluti posse per illum à reservatis: quia in generali concessione non veniunt ea, quæ specialiter reterentur, non essent concedenda. Superior autem non ita facile concederet hanc facultatem pro reservatis: quia non expedit, sæculares peccata gravia Religiosorum audire. Ita San Iuan. *quæst.* 9. *art.* 1. *dub.* 3. & alii communiter. Quod si talis Religiosus habeat reservata, & debeat propter scandalum, vel aliam necessitatem celebrare: vide quæ diximus V. *Celebrare Missam, n.* 38. *part.* 3. *in add. resol.* 4. § *Notandum.*

At verò, non eo ipso, quod Prælatus dat licentiam eligendi Confessarium, intelligitur dare licentiam pro reservatis.

49 Prælati Regularium secundum Peyrinum *de Relig. tomo* 1. *Constit.* 1. *Iulii II.* §. 19. *numero* 44. benedicere possunt Paramenta suarum Ecclesiarum, & etiam exterarum, ex privilegio Innocentii VIII. concesso Sanctinæ de Padoua, vt habetur in Compendio Societatis *tit. Benedicere.* § 2. Sed Gavantus *comm. in Rubr. Miss. tomo* 1. *part.* 4. *tit.* 19. *numero* 21. affert Decretum Sacræ Congregationis Rituum sub die 24. Augusti 1609. prohibens illis benedicere Paramenta Ecclesiarum sibi non subiectarum. Et quamuis Tamburinus *tom.* 1. *disputat.* 22. *quæst.* 2. *numero* 2. putet, hoc Decretum procedere secluſa consuetudine & vsu dictorum privilegiorum. Gavantus *in nova edit. vbi sup. numero* 22. iterum asserit Sacram Congregationem sub die 18. Augusti 1626. abrogasse dictam consuetudinem. *p.* 3 *tit.* 2. *resol.* 40.

An Prælati Regularium possint benedicere Paramenta aliena Ecclesiæ.

50 Prælatus Regularis secundum Novarium *tit. de pollutione Ecclesiar. num.* 7. habet privilegium Leon. X. reconciliandi Ecclesias pollutas, quamuis sint consecratæ *part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 91. §. *Notandum,* & novissimè Marchinus *de Sacram. Ord. part.* 3. *tractat.* 3. *cap.* 11. *numero* 14. testatur, sed hanc sententiam in praxi secutum esse. Procedit tamen quando abest Episcopus morte, renunciatione, depositione, aut etiam distantia per duas dietas legales, vt vult Henriquez *lib.* 9. *de Missa, cap.* 21. *numer.* 8. sive, vt probabilius Perucus *de off. Sacerd. l.* 1. *dub.* 13. *num.* 174. vulgares. Porrò dieta legalis continet milliaria 20 *l.* 3. *de v sign.* vulgaris verò metienda est secundum consuetudinem regionis, & credo quod in Sicilia contineat iter milliariũ 30. Possunt item Regulares ex privilegio secundum Laymann *l.* 5. *tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 12. benedicere solemniter

Et reconciliare Ecclesiam pollutam?

suas Ecclesias & Cœmeteria, si Episcopi nolint, aut negligant. *p. 6. tr. 6. res. 22.*

Prælatus Regul. potest exhumare cadavera, & in alium locum eiusdē Ecclesiæ suæ transferre.

51 Prælatus Regularis ex privilegio Leonis X. potest exhumare cadavera in suis Ecclesiis sepulta: & in alia loca earundem Ecclesiarum de partium cōsensu transferre. Vide *verb. Regular. n. 14.*

Et ferre censuram sine scripto.

52 Prælati Regulares ex privilegio Leonis X ferre possunt censuram sine scripto, & solo verbo, vt habetur in Cōp. Min *verb. Excommunicatio, §. 7.* Quod procedit, quando Prælatus fert censurā contra Religiosum particularem. Secus, quando fert statutum pro omnibus Fratribus Provinciæ, vel Conventus. Ita Villalobos *in Manuali, cap. 12. n. 7.* Quāvis Portell. *verb. Excommunic. n 1.* dicat in secundo casu Prælatum excusari posse ignorantia, inadvertentia, & consuetudine præscripta. *p. 5. tr. 9. res. 73.* Qua excusari existimo Prælatum, qui ferret censuram absque trina monitione. Nam de cætero non adest circa hoc aliquod privilegium. Quamuis Coraccio *in 3 p. tr. 5. disp. 1. dub. 2.* doceat, Prælatum in præceptis eorum, quæ continentur in Regula, excommunicare posse, vna, vel altera monitione præmissa. *part. 3. tract. 9 res. 20.*

Sed non sine trina monitione

An Generales possint legere, & dare licentiam legendi libros prohibitos?

53 Generales Religionum ante Bullas Gregorii XV. & Vrbani VIII. habebant privilegium legendi libros prohibitos, & hanc facultatem suis subditis concedendi. Vide *verb. Hæreticorum libri.*

Et Conventus ad loca saniora transferre cum solo consensu Capituli?

54 Generales Religionum de consensu Capituli generalis mutare possunt Conventus de locis non sanis ad saniores, sine licentia Episcopi, idque vigore privilegii concessi à Sixto V. Generali S. Benedicti. Quod etiam concesserat Sixtus IV. Nec obstat Tridentinum. Ipsum enim requirit licentiam Episcopi in nova fundatione, non in translatione. Ita Miranda *tom. 1 quæst. 33. art. 2. p. 3. tractat. 2. resol. 136.* Non potest tamen promulgare Iubilæum pro suis subditis ante promulgationem Episcopi *par. 10. tr. 14. resolut. 33.*

PRÆLATI REGVLARIS *Duratio.*

Prælati Regulares manuales removeri possunt à Prælatura ad arbitrium illorū à quibus p o noti sunt. Nisi adsit processus criminis contra ipsos.

✠ PRælati Regulares durant iuxta cuiusque Religionis statuta. Duo hic solùm notanda veniunt. ✠

55 Primum est, Prælatos manuales, quorum Prælatura non est electiva, vt sunt Priores, Guardiani, &c. amoveri posse ab officio ad superiorum arbitrium. Et si removeantur, non posse legitimè conqueri: nam tales Prælaturæ censentur manuales. Ita Riccius *tom. 4 resol. 51. num. 4* & alii. Quæ doctrina non procedit in casu, quo contra aliquem Prælatum penderet processus criminis. Nam tunc non posset amoveri, nisi per sententiam diffinitivam. Si enim moveretur, iam id non imputaretur arbitrariæ Superioris potestati, sed pœnæ imputati delicti. Ita Lavorius *tit. 14. cap. 25. num. 23* & alii *part. 3 tractat. 2. resolutione 117.*

An expediat Generalis Ordinū esse perpetuos? Varia placita.

5 Secundum Suarez *de Relig. tom. 4. tractat. 8. lib. 2. cap. 7. num. 5* & alios mordicus defendere, quod expediat Generales Religionum esse perpetuos. Eo præcipuè argumento, quòd temporanei certo quodam modo dependent à subditis, absque iis exigi possunt, & deprimi, ex quo non parum decrescit eorum auctoritas. Sed hanc sententiam non esse ita certam ait ex Societate Layman *qq. can. cap. 17. q. 235.* Antonuccius *lib. 1 de Simon. priv. cap. 6.* affirmat esse rem vtrinque disputabilem. Et Tamburinus *disp. 23. quæst. 3. n. 4.* vtrumque bene fieri, si vtriusque incommoda propria vitentur. *p. 3. tr. 2. res. 124.*

PRÆLATI REGVLARIS *Territorium, & requisita.*

Prælati Regularis territorium regularis ter est totus mundus.

57 TErritorium Prælatorum Regularium, etiam localium, erga suos subditos est totus mundus: quia eorum

rum iurisdictio non respicit locum, sed personam, ac proinde non loco, sed persona terminatur, & cum vsus suæ iurisdictionis non sit alligatus certo territorio, sequitur, quod ea vti possint in alieno, ex l. *cui iurisdictio, ff. de iurisdict. omn. iud.* sicut de arbitrio determinatur *in l. si cum dies, ff. de arbitr. §. arbiter.* Vnde possunt eos vbique ligare censuris, & contra illos procedere (& capere sine auxilio brachii sæcularis, vel Episcopi, vt ait Corneio *in 3 part. tract 5. disput. 6 dub. 2.*) Sic Vgolinus *c. 27. tab. 1. §. 1. n. 6.* advertens, id non procedere cum Prælatis habentibus iurisdictionem cum territorio *p. 5. tr. 9. res 34. §. Notandum*, circa medium.

58 Filius Turcæ, vel alterius infidelis, baptizatus ab infantia, si fiat Religiosus, potest esse Prælatus, absque dispensatione: quia tales non sunt neophiti, vt dictum est *verb. Irregularitas, num. 14.* Bulla autem Pauli IV. id Minoribus prohibens, secundum Avilam *parte 7. disput. 4 dub. 4. concl. 1.* abiit in dissuetudinem, secundum Sorbum apud Peyrinum *tom 2. quæst. 2 cap. 5. §. 6 numero 85.* fuit derogata per aliam Bullam Pii V. Sanchez *in sum tom. 1. lib 2. cap 27. numero 3* inquit, non debere extendi ad alios Ordines, & Peyrinus *l. c.* observat, in Ordine Minimorum filios infidelium esse posse Prælatos, ex speciali confessione Gregorii XIII. *parte 6. tractat 7. resolutione 1.*

Prælatus esse potest filius infidelis baptizatus ab infantia.

PRÆSCRIPTIO.

Præscriptio quid? A quo introducta? Et quare?

1 PRæscriptio, seu vsucapio, est adeptio dominii per continuationem possessionis tempore à lege præfinito. *lib. 3 ff. de vsurp. & vsucap.* introducta est à iure civili, ne dominium aliquarum rerum ferè semper incertum esse *l. 1. ff. de vsucap.* & lites determinabiles. *l. vlt. l. ff. pro suo.* vtque in rebus suis curandis homines essent diligentiores, cap. *vigilanti, de præscript.* Ius autem canonicum præscriptionem cum mala fide non admittit. Sed cum bona fide admittit, dum secundum illam disponit *causa 16 qu. 3 per diu. can.* & *c. sanctorum, de præscr.* Vnde res aliena bona fide præscripta, retineri potest in conscientia, etiamsi superveniat mala fides: quia translatum est eius dominium in præscribentem, ab Imperatore, vel alio habente ad id potestatem, sicut in delictis, ita & in aliis casibus, bonum publicum concernentibus, contra Regnerum *de iniust. quar. leg. Rom. lib. 1. cap. 11.* & Arnisæum *de iur. maiest. lib. 1. cap. 2. num. 5.* Idque etiamsi dominus non fuerit negligens notabiliter: quia præscriptio non est solùm introducta in pœnam negligentiæ contra Adrianum, & Medinam, Valboa *in c. vigilanti. de præscript n. 38 p. 6. tr. 7. res. 12.*

Etiamsi rei dominus non fuerit negligens culpabiliter?

2 Porrò tempus ad præscribendum legitimum in diversis diversum est. Contra supremos Principes sola centennalis præscriptio admittitur. Alexand. *consil. 84 numero 2.* Sicut contra Rempublicam superiorem non agnoscentem Socin. *cons. 86. numero 18.* Solam etiam centennalem contra Ecclesias admisit Iustinianus *in l. 23 vt inter divinum. de sacros. Eccles.* sed postea loco illius substituit quadragennalem in auth *consistutio, coll 8.* quæ tamen restrictio non procedit contra Ecclesiam Romanam: vnde Irnerius authenticarum ordinator in auth. *quas actiones*, apposuit clausulam: *sola Ecclesia Romana gaudente centum annorum spatio vel privilegio*, fortasse, quia ex nova generaliter loquens de Ecclesiis, non trahitur ad casum Ecclesiæ Romanæ anteriori lege specialiter provisum, iuxta gloss. *in l. sciendum. ff. qui sati sd. cogant.* Iure autem Pontificio expresè statutum est, adversus alias Ecclesias quadraginta annis præscribi, cap. *de quarta*, cap. *illud* & cap. *quia, de præscript.* adversus Romanam non nisi centum, cap. *ad audientiam*, cap. *cum nobis*, & cap. *si diligenti in fine eodem.* Et merito, ait Gudelinus *de iure novis. lib. 6. c. 13* quia hæc omnium Ecclesiarum est caput, & in ea est apex Summi Pontificatus. *p. 6. tr. 7. res. 8.*

Tempus ad præscribendum sufficiens cõtra supremos Principes, est centum annorum. Sicut etiã contra Respublicas. Et contra Ecclesiam Romanã.

Quanto

Quanto tempore præscribatur consuetudo. Vide V. *Vsus, à n.* 12.

PRETIVM.

Pretium naturale, Legale. Et arbitrarium.

1 ✠ PRetium rerum duplex est naturale, & legale. Illud iudicatur à mercatoribus & viris prudentibus: hoc taxatur à lege. ✠ Aliqui apud Reginaldum *lib.* 25 *c.* 16. *sect.* 4 *n.* 186. addunt tertium arbitrarium, quo existimant vendi posse gemmas, lapillos, canes, falcones, picturas, & similia, ad meram curiositatem vel voluptatem pertinentia, quæ cum nec à lege, nec à communi hominum æstimatione appretiari soleant, nec sint in republica necessaria, tanti valere debere, quanti, secluſa fraude, & emptorum ignorantia vendi possunt. Sed DD. communiter cum Lesio *l.* 2. *c.* 21. *dub.* 3. *n.* 16 hoc pretium arbitrarium non admittunt, & res supradictas vendi debere iudicio & æstimatione prudentis mercatoris, spectatis circumstantiis. Quis enim prudenter iudicabit, rem tanti valere, eò quòd venditor tantum velit? *p.* 1. *tr.* 8. *res.* 56. *& p.* 2. *tr.* 17. *res.* 1. §. *Ad septimum.*

Naturale habet latitudinem, iudicandã à prudentibus mercatoribus.

2 Et verò, pretium naturale habet latitudinem, in qua numerantur tres gradus: vnde datur pretium infimum, medium, & supremum, D. Thomas 2. 2. *qu.* 77. *art.* 1. *ad* 5. & DD. communiter. Quanta autem sit hæc latitudo, non cõstat inter DD. Colus *de vind. c.* 8. *num.* 5. & 6. existimat, in summa centum scutorum non extendi vltra quatuor, vel octo libras: aliàs enim venditorem capere posse octo, vel decem scutos pro centenario absque vsura, sub prætextu, quòd illud sit rigorosum, sed iustum pretium, quod est absurdum. Filliucius *tom.* 2. *tr.* 35 *c.* 3. *num.* 57. & alii censent, hanc latitudinem non servare proportionem in æqualibus valoribus, & in valore centum aureorum latitudinem esse 10. à 95. ad 105. in valore autem decem aureorum 3. à 9. ad 11. *part.* 2. *tract.* 5. *res.* 112.

Et subhastationibus magnam.

3 Cæterùm in subhastationibus maiorem admodum esse ait Salonius, quam in vsu fori, pretii naturalis latitudinem, *in* 2. 2. *qu.* 77. *ar.* 1. *controv.* 5. nam rem, quæ in communi æstimatione valet centum, vendi posse 150. & emi 50. Imò Malderus duplo pluris vendi posse, permittit *in* 2. 2. *tr.* 5. *cap.* 1. *dub.* 2. & Bonacina *de contr. disp.* 3. *quæst.* 2. *punct.* 4. *num.* 2. toto eo pretio, quod extorqueri potest sine fraude, nam cum nec ignorantia, nec ius, nec fraus, emptorem, vel venditorem cogit ad sic emendum, vel vendendum, illud censetur iustum pretium, quod vltimò offertur etiam duplo maius. *par.* 1. *tr.* 8. *resol.* 55. *par.* 9. *tract.* 8. *res.* 12. Quod etiam docet Gordonus *to.* 1. *lib.* 4. *qu.* 5. *c.* 8. *n.* 38. vbi multas fraudes enumerat, quæ in subhastationibus contingere, & emptionem vitiare possunt, nimirum ex parte venditoris si vitium rei venalis sciens taceat, vel occultet: si aliquos subornet, vt pretium augeant, vel subtrahat ab augendo, vt pluris ab ignoto, aut minoris emat ab amico, vel etiamsi in eundem finem rem hastæ tunc consulto subiiciat, cùm pauci adsunt emptores. Ex parte verò emptoris, si impediat, ne alius pretium augeat, vel ipse per invidiam augeat, vt alter carius emat. *part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 12. Non tamen peccaret, aut ad restitutionem teneretur, si rogaret amicos ne plus offerrent, vt ipse infimo, sed iusto emeret pretio: nam hoc non esset fraus, sed industria non illicita. *part.* 1. *tract.* 8. *resolut.* 76. Ex quibus cogita, an adiudicationes, in hoc Regno fieri solitæ, pretio dimidiato sint licitæ, secluſa fraude, nam bona, quæ adiudicantur, venduntur sub hasta, voce præconis, &c. *parte* 4. *tract.* 4. *resolutione* 12. §. *Ex his* ✠. Sed obstat pragmatica Regis Alphonsi, quam dicunt, de pingue valente, in qua valoris diminutio in adiudicationibus taxatur. ✠

Secluſa fraude.

Quid de adiudicationibus Regni Siciliæ.

Idem de mercibus vltroneis.

4 Ex modo etiam vendendi vltroneo res emi potest multò minus, & secundum Caietanum, tertio minus, secundum Salas, & alios apud ipsum *de empt. dub.* 25. *numero quarto* dimidio. *par* 1 *tract.* 8

tractat.8.resolutione 23.& resolution 78. §. Difficultas.

Et pretiũ naturale creſcit, & decreſcit ex multis capitibus.

5 Portò pretium naturale cum ſua latitudine creſcit, & decreſcit pro varietate temporum, multitudine & paucitate emptorum, abundantia, & penuria rerum, copia & inopia pecuniæ, &c. Vide V. *Emere*, & V. *Vendere, reſolut.23. cit.*

Legale conſiſtit in indiviſibili. Et rectè imponitur.

6 Pretium verò LEGALE conſiſtit in indiviſibili. Quamquam hoc pretium legale diſpliceat Navarro, qui *cap.23. num.88.* victualium pretia rariſsimè taxati debere exiſtimat, tum quia datur occaſio peccandi: aut vendendo res falſificatas pretio taxato, aut ſinceras ſupra taxam: tum quia taxa frumenti tempore careſtiæ tollitur, & tempore abũdantiæ non eſt neceſſaria. Sed contra Navarrum merito inſurgit Salonius *vbi ſup contr 2.numero 8.* & alii multi cum Bobadilla *tom.2.lib.3.cap.4. numero 63.* nam nimium profectò excreſceret rerum valor, ſi taxandus relinqueretur ad mercatorum libidinem, qui ad proprium intereſſe reſpiciunt, & inconvenientibus Navarri Magiſtratus, quorum in hac re iudicium erit minus corruptum, occurrere poſſunt. Vnde

Comeſtibilibus neceſſariis.

praxis eſt in tota ferè Italia, teſte Megala *in 2.2.lib.2 cap.6.quæſt.3. numero 89.* taxandi pretia victualium, præſertim neceſſariorum & communium, vt ſunt panis, vinum, carnes, piſces, fructus, & ſimilia, quæ fuit etiam conſuetudo Romanorum, vt videre eſt in eorum legibus *part.2.tract.17.reſ 1.§.Sed his, & p.3. tr.6.reſ.60.*

Sed an tempore ſterilitatis augeri debeat, Aut tollie

7 Verum tamen eſt, quòd, vt ait Navarrus, tempore pecuniæ alicuius rei venalis taxa à magiſtratibus tolli debet, & valor relinqui vendentium arbitrio, vt ipſi ſpe lucri abundantiam faciant. Niſi dicas cum Bobadilla *numero 65.* melius fore, quòd in eo caſu taxam augerent *reſ 60 cit.* in fine. Alii verò dicunt, in tali caſu taxam non eſſe immutandam: quia annus ſteriliratis compenſatur cum anno abundantiæ. Ita Cruz *part.1 pr 7.quæſt.3.dub.3.concl.1.* vbi aſſerit, hanc ſententiam eſſe communem in ſchola D. Thomæ, & inter Regios Hiſpaniarum Conſiliarios. *part.2.tractat.17. reſolut.1 § Advltimum.* ✠ Sed hæc opinio procedit in locis, in quibus taxa impoſita eſt in perpetuum, habito reſpectu promiſcuè ad annos ſterilitatis & fertilitatis: non vbi imponitur ſingulis annis. Num verò ſi in hoc caſu taxa non relaxatur, obſervari debeat in conſcientia Vide V. *Vendere* ✠

Et an aliquòd magiſtratus permittat aliquibus qui privilegiari poſſint vendere vinum ſuis civibus, vendant ſuis prædiis.

8 Advertit etiam, non eſſe illicitum, aliquòd magiſtratus permittat aliquibus venditionem alicuius rei modicum ſupra taxam, intuitu boni communis, vt *ſint, vt* permittit Senatus Panormitanus ſuis *liis pluris* civibus, vendere vinum recollectum in ſuis prædiis, vt vulgò dicunt, *à cannatella*, vt ſpe talis lucri ſuas vineas diligentius colant in bonum Civitatis. Qui tamen non poſſunt eo modo vendere vinum emptum, aliàs peccant, & tenentur ad reſtitutionem. *part.1.tractat.8.reſolut 88.* Quoniam verò dicti cives privilegio abutentes, vendebant dictum vinum pretio immoderato. Senatus Illuſtriſsimus providere volens, moderatus eſt privilegium ſtatuens pretiũ certum in relatitudinem pretii naturalis, vt dicemus V. *Privilegium, n 6 p.2. tr.17. reſ.1.* An verò vendi etiam poſſint ſupra taxam res notabiliter aliis meliores in ſua ſpecie, &c. Vide V *Vendere.*

9 In venditionibus ſub haſta non datur exceſſus pretii. Ita Lugo *de iuſt.tom.1. diſp.26 ſect.4.n 45.* Eſcobar, Trullench, & alii. *p 9.tr 8 reſ.57.*

PRINCEPS
Quoad Eccleſiaſticos.

Princeps.

1 ✠ PRincipes laici libertatem Eccleſiaſticam multis modis violare poſſunt, vt dictum eſt V. *Immunitas Eccleſiaſtica.* Hic attingemus aliquos actus Eccleſiæ præiudiciales, quos Principes efficiunt per ſeipſos ordinatione particulari, ſupponendo ex loco citato, Eccleſiaſticos ab eorum iuriſdictione in perſona & bonis exemptos eſſe ✠ ex quo

Non potest conuocare Episcopos sub prætextu boni cõmunis.

2 Primò non potest Princeps conuocare Episcopos ob bonum commune, etiam Ecclesiarum, nisi rogando eos tamquam proceres, vt super negotiis communibus consultum veniant. Quod autem Principes dicantur quarumdam Ecclesiarum Patroni, significat esse illarum advocatos, non dominos: & debere in illarum necessitate curare apud legitimũ iudicem de remedio. Azorius *p. 1 l. 5. c. 4 q vlt.* & Bonacina *to 3. disp. 1. q. 16. sect. 1 punct. 5. n. 13. p. 3. tr. 1. ref. 17.*

Aut eos cogere ad residendum.

3 Secundò, nec potest cogere Episcopos, vt resideant, sed solum monere Sũmum Pontificem vt curet Ecclesiasticã disciplinam ab Episcopis seruari. Azorius *p. 2 l. 11. p. 5 tr. ... ref. 42.*

Aut detinere pro gubernaculo temporali.

4 Tertiò reprobandus est Bobadilla, dum *tom. 1. lib 2. c. 18. n. 99.* docet, detinere eos posse pro gubernatione alicuius Regni, ita vt hi percipiant fructus, & excusentur à residentia. Ait tamen Selua *de benef. par 4 qu 6* Principes id facere ex privilegio Papæ. Sed Garsias *tom. 1. par. 3. cap. 2. tract. 30* putat hoc privilegium, si verè existit, revocatum esse per Tridentinum. Et si non est revocatum, intelligi debet concessum in casu, quo sæcularis administratio non possit commodè exerceri per alios, nam secus nec ipse Papa concedere potest, quòd Episcopi extrà communem necessitatem fructus percipiant, & non resideant, cum residentia sit de iure divino, vt probat Lessius *lib. 2. cap 34. dub. 29. num. 153. part. 3. tract 1. ref. 5.* In casu autem, quo Episcopi vel alii Ecclesiastici officia sæcularia administrant, si in officio delinquant, non possunt à Principe puniri, vt dictum est V. *Iudex laicus, n. 5.*

Item non potest inhibere iudicibus Ecclesiasticis ne aliquem excommunicent, nisi ostensa ei causa.

5 Quartò reprobanda venit opinio Corsetti *de pot. reg. par 4. num 8.* quod Princeps inhibere possit Episcopis, & eorum vicariis, ne quemquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causam ostendant. Hoc enim est cõtra Concilium Tridentinum *sess 25. c. 3. part. 4. tr. 1. ref 9. & 98 §. Ex his.* Vnde Ballus benè reprobat pragmaticam Siculam nuncupatam *la Catalana*, in qua habetur, quòd Episcopi non procedant ad censuras contra officiales regios, Rege vel Prorege inconsulto. Nam imò Episcopi excommunicare possent ipsos Reges, & Imperatores, nisi haberent à Summo Pontifice super hoc privilegium, vt ait Layman *lib 4 tract 6. c. 10. n. 4* quod tamen privilegium non debet ad eorum ministros extendi, vt notat Portocarrero *in alleg. pro iurisd. Inquis. p. 3 tract. 1. ref. 9.*

Nec quamcumque ex causa expellere Ecclesiasticos à Regno.

6 Quintò omninò refellendus est Bobabilla *c. 10. n. 66.* vbi docet, Principem expellere posse à Regno Episcopos, & Ecclesiasticos sub prætextu perturbationis reipublicæ, inobedientiæ, &c. non per modum iurisdictionis contentiosæ sed œconomicæ, eo pacto quo dominus expellit famulum Clericum inobedientem, & domus perturbatorem. Nam Clerici & Ecclesiastici habent de iure divino habitare posse vbique terrarum, ad Ecclesiastica munera exercenda, dicente illis Domino in personam Apostolorum: *Euntes in mundum vniversum prædicate, &c.* (& nullo prætextu eripi posse è statu Ecclesiasticos, confessus est Rex noster in quodam consulto dato apud Portocarrerum *in alleg. pro iurisd. Inquisit. part. 3. tractat. 1. resolutione 27. in fine.*) Nec exemplum Bobadillæ est ad rem: quia famulus est assumptus ad cohabitandum à domino, non ita Ecclesiastici à Principe, vt dictum est: vnde, stando in gubernatione œconomica, Ecclesiastici in republica se habent potius vt vxor in domo, quæ ratione vinculi maritalis habet ius cohabitandi cum viro, & non potest ab eo iustè expelli *part. 1 tract. 2 resol. 18. & par. 4 tract. 1. resolut 81.* Et multò minus mitti potest ad summum Pontificem cum Epistolis continentibus excessum & causam Episcopus seditiosus, vt ait Gutellius *ad l. Feder. cap 22. not. 25. numero 5.* Nam si DD. ægrè concedunt iudici laico, vt capiat Clericum inventum in flagranti delicto, & suspectum de fuga, vt præsentet Prælato, vt dictum est. V. *Iudex laicus, numero 16* quomodo concedi potest, vt capiatur Episcopus, & transmittatur ad Papam? *part. 5. tractat 1. ref.*

Aut mittere Episcopum sediciosum ad Summum Pontificem cum processu criminis.

resolut.5. Quid ergò agendum, inquies, cum Episcopo & Ecclesiasticis seditiosis, & reipublicæ pacem turbantibus? Respondeo, recurrendum ad superiores Ecclesiasticos, vt monuit Fridericus Imper. *in tit.1.§ si clericus, de pace tenenda, in vsib.feud.resolutione 81.cit.§. Et præterea,* circa medium. Nec aliud permitti in cap. *filiis vel nepotibus 16. quæst 6.* Cutellius adducit, quàm quòd Princeps roget summum Pontificem pro animadversione, vt ait Anguianus *de leg.tom.1. lib.2.contr.17 numero 93.* & si plus concedere videatur, iam revocatum esse ab Innocentio III. in cap. *qualiter & quando,* vt docet novissimè Villasante *in cap. decernimus de iud. par.1 tract.2. resolut.15. part.3 tractat.1 resolut.15.part.4 resol 80. tractat.1 & part 5 tractat.1. resolutione 13.* § *Respondeo,* in fine. Instabis: Quid si Summus Pontifex, vel alius Ecclesiasticus iudex adiri non potest, & periculum sit in mora? Respondeo: In tali casu faciat Princeps, quod recta ratio faciendum esse dictabit pro impediendis damnis reipublicæ, minimo, quantum fieri potest, Ecclesiastici decoris dispendio, vt ait Molina *to.1.tractat.2. disp. 31.concl.4.* Sed hi casus sunt metaphysici: quia Ecclesiastici non habent tantam in republica potestatem. Sicut metaphysicus etiam est casus, quem ponit Victoria *in relect. de pot. Papæ,* quòd si Papa mandata aliqua faceret in destructionem Ecclesiæ, posset ei Princeps vi & facto resistere. Quamquam aliqua ex parte modum excessisse videatur. Sed circa prædicta vide etiam Suarez *contra Reg. Angliæ l.4.c.34.* & Valenzuelam *in defens. cens. Pauli V. p.4 n.101. p.1 tr.2.res7.* & 18. in fine, & *p.5.tr.1.res 5.* §. *Verùm.*

Aut privare Clericos bonis ab eo obtentis.

7 Pereira, in tali casu Ecclesiasticos seditiosos non solùm expelli, sed etiam privari posse inquit per Principem bonis ab eo obtentis *p.2.c.48.n.3.* & 4. Quod solùm admitti potest, stante privilegio Papæ: nam alioquin bona Clericis cõcessa, efficiuntur statim Ecclesiastica, & à laicali iurisdictione immunia, vt docẽt DD. communiter cum Layman *l.4.tr.9. c.6.n.8.* Et gratis ipse dicit, concedi cum hac conditione *p.4.tr.1.res.4.*

8 Quæ omnia à fortiori procedunt de Ecclesiasticis exemptis, & immediatè subiectis summo Pontifici: quia hi habent commune privilegium exemptionis à potestate laicali, vt Ecclesiastici, & præterea aliud vt non cognoscant superiores ordinarios, quod alioquin retorquerentur in eorum odium, contra *l. quod favore, C. de legib.* Megal. *in 3.p.l.3.c. 1.n.37* contra Pereiram *p.2.c.22.n.18 p. 4 tr.1.res 73.*

Et hæc præsertim, si Ecclesiastici sint immediatè subiecti Summo Pontifici.

9 Sextò, in casu, quo iudex aliquis Ecclesiasticus quempiam aggravaret, posset quidem Princeps (ait Megala *cap.19.num.6.*) vel eius ministri, litteras hortatorias ad illum mittere, vt ab aliqua mala determinatione desistat: quia verba hortatoria non inferunt necessitatem. Non posset verò in illis vti verbis deprecatoriis: quia preces Principum æquiparantur mandato *part.1.tract. 2.resolut.55.* Et multò minus posset ipse ad recognoscendam & arcendam violentiam se intromittere, sub prætextu quod ex iure naturæ licet vim vi repellere, *lib vi vim, ff. de iust & iure.* & quod in cap. *Regum 23 quæst.5.* dicitur, munus Regis esse, oppressos tueri. Nam vis & oppressio repelli vi potest, primò quando est evidens, & non debet videri processus, & fieri actus iudiciales, quia vis repellitur facto: Secundò, quando infertur à privato, non quando à proprio iudice: nam tunc recurri potest ad iudicem superiorem, & si ipse est supremus, ferri debet oppressio patienter, sicut quando laico vis infertur à Principe, in quo casu Ecclesiasticus iudex non se intromittit, & tamen maior ei inest potestas, quàm laico, quia Prælatus potest iudicare de peccatis omnium ovium suarum, cap. *novit. de iud.* cap. *ex tenore. de foro comp.* & cap *si quis. de potentibus 24. quæst.3* & munus innocentes tuendi plus ad Ecclesiasticos spectat, quàm ad laicos, vt colligi potest ex multis decretis 87. *decreti.* Ratio autem est: quia ex vna parte, si liceret recognoscere acta & pro-

Item non potest iudex Ecclesiasticus vim vi repellere contra laicum.

cessum iudicis Ecclesiastici ad examinandam violentiam, iam tunc liceret exercere iurisdictionem in ipsum, etiam citra violentiam, nam ipsa examinatio processus est actus iurisdictionis (sive iudicialiter, sive extraiudicialiter fiat: nam non debet per vnam viam concedi, quod per alteram denegatur) & non fit ad repellendam violentiam, de qua scilicet nondum constat, & quæ in facto superioris præsumi non debet. Ex altera verò: vt vis ad vim reprimendam sit licita, debet servari moderamen, id est illa vis adhiberi debet ex qua minus damnum & incommodum sequi potest, quod in tali casu non servatur, nam oppressus potest cum minori damno recurrere ad Ecclesiasticum superiorem, item si vis et inferatur spoliando illum possessione, habet remedium *capite 1 de rest spol. & lib. 1 ff de vi & vi arm.* si autem in possessione turbatur, habet etiam remedium § *retinenda*, § *fin. interdicto, instit. de interd.* Et tandem, si omninò oporteret oppressionem pati, minus malum foret sua oppressio, quam sit perturbatio in iudiciis, & violatio iurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ sunt contra bonum commune. Neque valet adducere consuetudinem, etiam antiquissimam, & mistam laicorum, & clericorum: nam omnem consuetudinem contra Ecclesiasticam immunitatem reprobabimus V. *Consuetudo numero 2.* & reprobabimus iterum. V. *Vsus*, Secus, si esset constans fama & traditio æquè antiqua, immemorialis, & integrè probata; quod præcesserit privilegium. Sed hoc in Hispania circa tribunal *de la sutrca, Cevallos gloss 8.* mordicus sustinet non adesse. Et hæc omnia docent Castrus Palaus *tomo 2. disput vn punct. 12. numero 5.* Barbosa *de iur. Eccles. libro 1. capite 39. §. 2. numero 185.* & alii, contra Sotomaiorem *tom. 7. de tertiis cap. 11. numero 108.* Et à fortiori procederent, si pro facto iudicis Ecclesiastici esset opinio probabilis, vt notat Baldellus *tom. 1. lib. 5. disp. 40. numero 13.* quia iudex potest iudicare secundùm opinionem probabilem, etiam contra probabiliorem, secundùm Sanchim. *parte 1. tractat. 1. resolutione 14 part. 3. tractat. 1. resolutione 53. & part. 5. tractat. 1. resolut. 13.*

Nisi haberet ad id privilegiũ.

Præsertim, si talis iudex secundum probabilem opinionẽ iudicavisset.

10 Septimò, non potest Princeps detinere in Cancellaria Bullas Apostolicas, vt examinentur de subreptione, & de eius mandato exequantur, & sic faciens incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ, vt patet ex can. 15. ibi, *et. iam prætextu violentiæ, seu vt aiunt, ad nos informandos.* Nam iurisdictio examinandi rescripta Papalia est spiritualis ex obiecto, & pertinet ad iudices Ecclesiasticos Legatos, Nuntios, Patriarchas, Archiepiscopos: ad quos recurrat, cuius interest, in dubio subreptionis, & si per impossibile, ad Ecclesiasticum iudicem non pateret accessus, aut ipse nollet litterarum nullitatem declarare, & executio traheret damnum aliquod grave, tunc Princeps secundum Bonacinam *in Bull. Cœn. disp. 1. quæst. 14. punct. 2. numero 10.* posset executionem impedire, & libellos supplices ad Summum Pontificem mittere: nam de reliquo, non posse Principes se intromittere in iudicandis, aut disponendis rebus Ecclesiasticis, clamant iura cap. *benè quidem dist. 96.* & cap. *decernimus, de iud.* & in specie, quod non possint recognoscere & examinare sententias & censuras, sed debeant statim eas acceptare, & pro executione Episcopo brachiũ exhibere, tradidit Tridentinum *sess. 5. cap. 2. de Reg.* Et hæc procedunt de iure, contra Sotomaiorem *numero 148.* Palaus autem *punct. 9. numero 5.* & alii tenent, nostrum Regem habere privilegium Papale, quod litteræ Pontificiæ in suis Regnis non executioni demandentur, nisi prius Regi exhibeantur, vt videat an aliquid contineant, quod regiæ Maiestati, aut Reipublicæ noceat, quod tamen privilegium, vt *procedit* benè advertit Rao *in resp. ad dub. circa pro Bullis immun. Eccles.* non est concessum *generaliter* pro legibus generalibus, vt sunt Bullæ *buc.* & extravagantes: sed tantùm pro rescriptis privatis inter partes, aut emanatis ad instantiam alicuius. Nam alioquin regimen vniversalis Ecclesiæ dependeret ab arbitrio Principis

Item non detinere in Cancellaria, & recognoscere Bullas Apostolicas.

Nisi similiter habeat privilegiũ. Quod vbi habeant effectum absque regio exequatur, adest non.

sæcu-

sæcularis. Adde, quòd multi negant hoc Priuilegium & praxim nostrorum regnorum iustificant ob tolerantiam summi Pontificis Sed contra hos esset Blondus *de cens. disp. 5. art. 26. num. 3* & omnes expositores Bullæ Cœnæ *part 1. tract. 2. res. 13. part. 4. tractat. 1. res. 9. & part. 5. tra. 1. resolutione 12.* Vide *Verb. Consuetudo, num 3.*

Et requiritur etiã ad collectãdos ecclesiasticos.

11 Octauò, non potest Princeps collectare Ecclesiasticos, vt dictum est V. *Gabellas imponere*, nec conferre beneficia Ecclesiastica, vt diximus V. *Consuetudo num. 3.* absque priuilegio Summi Pontificis. Quod tamen priuilegium si adest, quomodòcumque concessum sit, potest à Summo Pontifice ad libitum abrogari, & secundum aliquos de facto abrogatur singulis annis per Bullam Cœnæ. Vide V. *Immunitas ecclesiastica à num. 11.* vbi *num. 7.* inuenies, Principes non posse reuocare priuilegia Ecclesiis concessa per semetipsos.

Et cõferenda beneficia.

Denig. nõ potest prohibere fundationem Ecclesiarũ. Aut legitimare clericum filium Clerici.

12 Nonò. Princeps non potest prohibere ne ecclesiæ in suo statu absque sua licentia ædificentur. Vide *Verb. Ecclesia, numero 1.*

13 Decimò, Princeps non potest legitimare filium Clerici Clericum etiam ipsum. Nam esto Princeps possit concedere Clericis priuilegium, *c. Nouit de iud.* tamen hoc non est solum priuilegium, sed etiam præiudicium, exercendo alienam iurisdictionem. Pontius *lib. 11 c. 6 n. 9* contra Couarruuiam *2. p. de spons. c. 8. §. num. 19.* Imò aliqui id docent etiam de laico filio illegitimo Clerici, quod Petrus de Greg *in singular. lib. 10. c. 4.* testatur decisum in Senatu Parisiense *part. 1. tr. 2 res 112* Adde quòd laicus legitimatus à Principe in sæculo, si fiat ecclesiasticus non manet dispensatus ad Ordines, & Prælaturas. Vide V. *Rex numero 4* An Princeps concedere possit, vt quis ludo domum exponat, vide V. *Ludus. num 5.* & quæ tradit. *part. 7 tr. 1* per totum.

14 Vndecimo Principi non competit electio Episcoporum Nam etsi in hoc se aliquando intermiserint. *part. 10. tract. 2. resolut. 1* tamen reclamarunt Pontifices & Concilia. *Ibid. res. 6.* Modo Reges Hispaniarum & Galliarum, aliique ex priuilegio Summi Pontificis nominant, & Papæ præsentant *lib. res 7.*

PRINCEPS
Quoad Repressalias.

Princeps cõcedere potest repressalias.

15 * Repressaliæ dicuntur compensatio damni illati inter ciues diuersæ reipublicæ de donis etiam innocentium †. Secundùm Lorcam *in 1. 2. quæst. 40. art 4. sect. 3. disp. 52. in append. numero 15.* illicitæ sunt, & à Principe permitti non possunt, quia vtroque iure damnantur, auth. *vt non fiant pignorationes coll. 5* & cap. *& si pignorationes de iniur. in 6.* & innocentes pro peccato aliorum non possunt iuste puniti Sed contraria sententia Granado *in 2. 2. contr. 3 tract. 13 disp. 4 sect 8. numero 73.* & aliorum communiter, est probabilior, quotiescumque damnũ illatũ est graue, & certũ & superiores illius reipublicæ requisiti de iustitia, aut recusant, aut negligũt: dummodo nõ plus damni inferatur, quam ab inimicis illatum sit, & parcatur Ecclesiasticis. Quia ob similem causam licitum est bellum quod licèt causam grauiorem requirat, grauiora nihilominus mala secum trahit. Ad argumenta Lorcæ respondetur, iura illa procedere, quando non concurrunt conditiones recensitæ, innocentes verò vt pars Reipublicæ infensæ non esse innocentes, sed culpabiles, & concurrere ad nostrum damnum, quatenus censentur quid vnum cum conciuibus infestis. Ex quo notauit Budæus *in annot. ad l. aut facta. § sunt es, ff. de pœn.* represalium vsum prodiisse ab antiquis. *par 4. tract. 4. resol. 72.*

Si adsint certæ conditioni.

* *

PRINCEPS
Quoad alia.

Princeps nō recipit suā potestatem immediatè à Deo.

15 ALiqui ex Iurisconsultis cum Ceuallos putant, Principes recipere suam potestatem immediatè à Deo. Alij id negant *par.1.tr.2.ref.126.* & Iustinianus *§ sed quod Principi.instit de iur. nat.gen. & ciu.* fatetur eam accepisse à populo ex *l.regia* ✠

Nō potest cōdemnare reum de mandato.

16 Non potest Princeps condemnare reum de mandato absque processu, terminis, & aliis, quæ sunt de substantia iuris, etiamsi delicti certam notitiā habeat; quia sententia, vt potè actio publica non ex priuata, sed ex publica notitia, quæ habetur per allegata & probata, ferri debet, & de iure naturæ est, vt nemo inauditus damnetur Clem. *pastoralis, §. cæterum, de sent. & re iud* Vnde nec ministri talem sententiam exequi possunt. Et licèt Malderus *in 1.2 tract.6. c.1. dub 14.* id permittat in aliquo casu raro, quando delictum esset omninò publicū aut Principi cum aliquot testibus euidens, & iuris ordo seruari non posset absque periculo mali communis, hæc tamen conditiones non concurrunt, quando Proceres condemnant de mandato: vt videant ipsi quid faciunt. *par.3.tr 5 ref 98 & in add secund.ref 29.*

Potest autē punire etiam legatos Principum, si atrocia commiserint?

17 Porrò Princeps etiam legatos & eorum famulos punire potest, si atrocia in suo territorio commiserint: quia etiam hospes & peregrinus eius subditus est, in cuius territorio versatur, *l 3.ff. de off prat* vnde aliqui inter quos Pesoldus *in differt polit.de leg capite 5. numero* 19. putant, id sancitum esse in *l.non alias, 24.ff.de iud.* & in *l.concessit 2. eod.* Nam delictum legati & eius famuli non debet esse impunitum, ait Contzen *libr. 7 capite 36 § 5.* nec est ratio, quare puniri debeat à proprio Principe, cum læsus non debeat cogi ad accusandum in locis remotissimis cum maximis periculis & expensis, & multò minus, si proditionem, aut seditionem moliatur sit: quia tunc præsumitur de hoc habuisse ab eo mandatum. Vnde multa extant pro nobis huius rei exempla. Nam Phileas Tarentinorum legatus virgis Romæ cæsus, & è saxo eiectus est, auctore Liuio *libro* 15. Legati Persarum iugulati fuere ab Alexandro, teste Iustino *lib.7* Seuerus apud Herodian. *lib 6.* verbales iniurias in legatis Parthorum puniuit exilio Orator Galliarum Mediolani propter homicidium capite plexus est, apud Cochier *de leg c 42.* vbi multa alia congerit. Sanè ius legationis sanctum est & inuiolatum ex iure gentium, vt ait Binnez *in 2.2 quæst. 57. art.3.* & legati diuino & humano præsidio vallantur, vt ait Tullius *orat. 3 in Ver.* vnde in signum securitatis olim portabant sagmina & herbas. vt patet ex *l.8.§ 1. de rer diuis.* Sed quousque legati iura legationis non excedunt: nam alioqui, si iura gentium prim. fregerint, fide, quæ de iure gentium ipsis deberetur indigni fiunt. reatus enim omnem dignitatem excludit *lib 1.C vbi Senatores vel clarissimi.* Sed hæc non procedunt cum legatis & Nuntiis Sedis Apostolicæ, propter exemptionem status Ecclesiastici, qui etiam fruuntur eorum familiari laici, vt dictum est V. *Immunitas Ecclesiastica, n. 1.par.6.tr.8.ref.1.*

Et ex vrgētissima causa duellum permittere tissima causa Duellum n 4.

18 Posse Principem ex vrgentissima causa duellum permittere, diximus V. *sa permittere duellum in 2.2. disput. 170 sect. 11.§. 173.* vbi aliquot casus enumerat, in quibus non procedere inquit Tridentinum & Bullas Pontificum, quia intelligi debent de permissione duelli illicita. *par.6 tractat. 6.resolutione 20.*

Quid de venis auri, argenti, &c.

19 Denique non potest Princeps permittere suis subditis libertatem conscientiæ inconsulto summo Pontifice, præsertim perpetuum, ob magna præiudicia contra religionem. Quod si id faciat, ea licentia inualida est, & non præiudicat rationibus Pontificis *par. 10. tr. .. Per totum*

20 Venæ auri, argenti, & aliorum metallorum magnæ æstimationis, quia ab authore naturæ videntur in commune,

mune, & publicum bonum ordinatæ, applicantur Principi tām iure gentium, quam per leges particulares regnorum, Lapidicinæ verò, carbonariæ, & similes pertinent ad Dominum fundi, in quo reperiuntur, neque possunt à Principe vindicari; quia auri fodinæ, & aliæ venæ metallicæ maioris sunt æstimationis quàm vt sint propriæ alicuius vilis agri, magisque decent Principem, quam plebeium quempiam. Ita Caspensis *in Curs. Theolog. Moral. tom. 2. tract. 18. disp. 7. sect. 2. num. 5.* Sylvius *in 2. 2. D. Tho. quæst. 66. art 5. concl. 8.* & alij *par. 5. tractat. 5. resolutione 17.*

Quid de Thesauro inuento in domo?

21 Thesaurus si in domo tua, vel in fundo tuo à te esset inuentus arte magica, tunc fisco Principis applicandus erit: quia tunc à te aufertur tanquam ab indigno, per *l. 1. circa princ. ff. de iure fisc.* Si autem ab alio, tunc medium pertinebit tibi. Villalobos *in Summ. tom. 2. tractat. 20 diffic. 20. numero 7.* Megala, *in 1. 2. lib. 2. cap. 4 quæst. 2 numero 14.* Lessius, *lib. 2. capite 5. dub. 17. numero 65.* & alij. Licet Bocerus *tractat. de Regalibus cap. 3. num. 180.* doceat ex thesauro ab alio in alieno fundo, vel domo arte magica inuento, nil fisco inferendum esse: quia id nulla lege cautum censet; tum, quia thesaurus in alieno prædio data opera inuentus, simpliciter, & sine distinctione ad dominum prædij pertinere totus dicitur *in l. vn. C. de thesaur. lib. 10. part. 9. tractat. 5 resolutione 512.*

Nō possunt subditis inconsulto Pontifice concedere libertatem conscientiæ.

22 Principes sæculares inconsulto Pontifice non possunt suis subditis concedere libertatem conscientiæ, quia cum in huiusmodi pactis tractatur non solum de rebus temporalibus, sed de Religione, rebusque spiritualibus, ac simul ex consequenti derogetur communibus iuribus, & legibus Ecclesiæ, ad quæ tuenda Principes ipsi, velut Ecclesiæ protectores obligantur, necessarium videtur, vt ea inconsulto Pontifice ad quem huiusmodi causæ pertinent, non ineantur: cuius est statuere, & iudicare, quid præsenti Ecclesiæ statuit expediens sit. Altera causa est, vt pacta eiusmodi firmius fistant, ne forte, si postea noui aliud eueniat, scandala in Ecclesia subsequantur. Vide alia circa hoc ipsum *par. 10. tractat. 3 resolut. 1. vsque ad 5.*

PRIVILEGIVM.

Priuilegiū quid:

1 † PRiuilegium, quasi *priuata lex*, dicitur, specialis gratia alicui concessa. Multiplex est. Et præcipuè diuiditur in personale & reale. illud immediate conceditur personæ & sequitur personam, hoc immediatè rei, quæ aliquando est locus, & tunc extra illum non operatur. Nisi saltem persona habeat præsentiam legalem. * Quo pacto ait Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 3. disp. 18. num. 7.* priuilegio ciuitatis frui posse, qui habent in ea domicilium, quamuis absint ad aliquod breue tempus, quia in iure habentur pro præsentibus. Et sic Mediolanensem alibi hospitem, primis diebus Quadragesimæ, (& Castellanum in sabbatis addit Palacius *in 4 dist. 15. disp. 8. post 6. concl.*) carnibus vesci posse *par. 3 tr 5. res. 120.*

Et quotuplex.

An priuilegio ciuitatis frui possint ciues absentes?

2 Priuilegium habendi oratorium domesticum, probabile est esse personale: vnde qui illud habet, seruatis seruandis, posse illud erigere, quocumque domicilium transfert, & illa verba rescripti, quod possit erigere in domo ciuitatis Panormi v. g. non esse dispositiua, sed demonstratiua & nihil operari; auctore Crauera *cons. 87. num. 11. par. 4. tr. 4. resol 108.* & opinionem tenet nouissime Zambellus *v. Missam, n. 46.* contra Merollam *to. 3. disp. 6. c. 8. dub. 22. n. 126. par. 6. tr. 8 res. 11 § Notandum.* Nomine autem familiæ in tali priuilegio, quacoram celebrari potest, venit maritus, vxor, filij, filiæ, nurus cohabitans, serui & ancillæ commensales *res. 208. cit. in fine.*

Et habēs priuilegiū exigendi in domo oratoriū. possint illud erigere, quocūque trās ferāt domicilium?

3 In dubio, num priuilegium sit reale, an personale, Sanchez *lib. 8. disput. 27. n. 4.* vult reputari debere personale: quia

An in dubio priuilegiū censeri debeat reale aut personale?

quia concurrente præsumptione generalicum speciali, præualere debet speciali, & præsumptio personalis est specialior. Sed cum Pontio *lib.8.c.18.§ 1. nu. 7.* dicendum est, quòd cum priuilegium reale sit magis extensum quam personale, si priuilegium est omnino fauorabile, & nulli præiudicet, debere extendi, & censeri reale, secus restringi, & censeri personale. Si autem dubium vinci non possit, & ex parte habentis priuilegium stet possessio illius vt realis, vt tale censeri debet. Vide etiam Palaum *tom.1.tr.3.disp.4.punct.2.§.n.6.& 8.par. 4.tr.3.ref.51.*

Reuocatiõ, an non? Reuocatio Oraculorũ non comprehendit oracula explicantia priuilegiũ concessum per breue. Quid de oraculis ante Pium V. & Greg. III.

4 In dubio, num aliquod priuilegium sit reuocatum, non præsumitur reuocatum. Parisius *lib.2.cons.61.n.vlt.ibid* in fine. Porrò Summus Pontifex reuocare potest quæcumque priuilegia à sancta Sede concessa, etiam Principibus, Principes verò non ita de concessis ab ipsis Ecclesiæ & Ecclesiasticis, vt dictũ V. *Immunitas Ecclesiastica n.7 11.& seq.*

5 Summi Pontifices Gregorius XV. & Vrbanus VIII. reuocauerunt de facto quæcumque priuilegia concessa viuæ vocis oraculo inter quæ non debent numerari oracula declarantia & explicantia priuilegia, aut decreta Religiosorum, sit Lezana *tom.1.c.3.numero 21.* Vbi putat Bullam Vrbani reuocare ea etiam priuilegia, quæ suum effectum sortita fuerant, quia non explicat oppositum, vt Bulla Gregorij. Contrarium tamen non esse improbabile. Peyrinus verò *tom.3.in const.18.Vrbani VIII.numero 1. in schol.* putat oracula concessa ante Pium V. immò ante Gregorium XIII non derogari: quia vterque hic Pontifex illa in suis constitutionibus innouauit, ille cum clausula, *ac si eorum tenores de verbo ad verbum, &c.* hic ex certa scientia; quæ clausulæ, cum habeant vim nouæ concessionis, illa oracula iam non amplius oracula sunt, sed concessiones per breue. Item non reuocari oracula Indulgentiarum, quia Indulgentiæ non sunt priuilegia nec oracula communicantia aliquod priuilegium concessum per breue. Quæ omnia limitat, nisi stylus Romanæ Curiæ aliter seruet. *par.5. tr.14.ref.17.*

De Oratoribus indulgẽtiarum: Et iis, per quæ communicatur priuilegiũ concessum per breue.

De reuocatione ne, seu moderatione priuilegij Panormita norũ vendendi vinum è vineis territorij (à cannatella.)

6 Priuilegium populi Panormitani, vendendi vinum ex vineis territorij supra taxam communem, vulgò *à cannatella.* Illustrissimus Senatus prudenti consilio moderatus est statuens certum incrementum, quod venditores supra taxam recipere possint. Sic enim & vinearum dominis consuluit: vt eas diligenter colerent, & emptoribus; vt vinum bonum non immoderato, quòd antea petebatur, sed iusto pretio intra limites pretii naturalis emerent. Et hoc non fuit tollere priuilegium, sed explicare; nam qui habet priuilegium vendendi supra taxam, non potest excedere pretium naturale, vt ait Turrianus in 2.2.*tom 2 disp 52 dub.5.num.2.* hoc enim nemo concedere potest, ait D. Thomas *q.77.art.1.* Immò, quia ciues hoc priuilegio abutebantur, cœperat esse iniquum, & cessare, iuxta *l. ex facto. de vulg. & pupill.* qui enim priuilegio abutitur, meretur illud amittere, cap *tuarum, de priu.* & aliis iuribus apud Barbosam *in collect. tom.2.lib.5.tit.33 c 11.num 25.* An verò tempore magnæ sterilitatis tale incrementum augendum sit, pendet ex illa quæstione. An taxa augeri debeat tempore sterilitatis, de qua dictum est V. *Pretium.7 par.2 tr 17 ref.1.*

Et priuilegio Cardinalium circa oratorium palatij.

7 De priuilegiis Cardinalium dictũ est V. *Cardinales*, Et *num.14.* peculiariter diximus: eos posse celebrare, & celebrari facere ante auxoram, & post meridiem. Circa quod Eminentissimus Brancatius *in pecul dissertat. manuscript.* multa congessit. Et primò censuit. Missam terminari posse per duas horas cum quadrante ante solis natalem. Secundò priuilegium celebrandi in oratorio palatij Cardinalis esse mutuum, scilicet personale, & locale, ipsumque oratorium esse propriam familiæ parochiam, in qua capellanos ad commoditatem familiæ, non solùm vnum, sed olures in eodem die sacrum facere posse, vt in oratoriis Societatis ex simili priuilegio. Idque etiam in absentia Cardinalis, nõ solùm ægroti, vel occupati, sed extrà

extrà Vrbem existentis, dum palatium retinet, & in illud est reuersurus, sicut DD. in simili dicunt in ordine ad priuilegium immunitatis. Sed in hoc casu priuilegium temporis nemini suffragari, & se non permissurum, vt in suo oratorio eo absente celebraretur. Tertiò, in dictis capellis etiam exteros Sacerdotes, & non in Cardinalium seruitium, celebrare posse. Denique, Sacrificio festiuo in dictis capellis interessētes, quocumque die, & omnes personas satisfacere posse præcepto, quia non extat cōtraria prohibitio, sicut pro oratoriis priuatis, immò extat tacita concessio Sūmorū Pontificum, qui cum omnes fuerint Cardinales, & ita seruari cognouerint, nunquam prohibuerunt. Quin sacra Congregatio ita declarauit in fauorem oratoriorum Episcopalium, & priuilegia Episcoporum sunt Cardinalibus cōmunia, præsertim sex, de quibus Gloss. *in c. fin. de priuil. in 6.* vt Iacobat. *de conc. li. 1. fol. 36 p. 6. tr. 8. res. 40.*

Nō gaudēt nōn incumbendo ad scholas.

8 Scholares, seu studentes adscripti in matricula, & ad lectiones publicas non incumbentes, nec scholas visitantes non gaudent priuilegiis scholaribus concessis. Lutius, & alij *p. 8. t. 7. resol. 72.*

9 Priuilegio suo, ideſt, quod particulari personæ, non Cōmunitati, aut statui Priuilegiato, est concessum, nemo tenetur vti, ita Escobar *in Theolog. Mor. tract. 1. Exam. 11. c. 11. num. 97* & Suar. Merolla, *tom. 3. disp. 7 cap. 8. dub 12. n. 132.* & Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 2. sect. 2. n. 154.* Quia alioquin gratia fieret onerosa, & libera facultas in obligationem verteretur *part 9. tract. 1. res. 19. vers. Sed his non obstantibus.*

Priuilegiū ad recitandas horas Canon. extēditur ad socium.

10 Priuilegium obtentum ad recitandum horas Canonicas extra cursum ordinarium extenditur ad socium, cum quo quis voluerit recitare. Ita Suarez, Portel. Henriquez, Castro Palao. *tom. 1. tr. 3. disp. 4. part. 12 nu. 2.* Faustus, Bonacina, & Merola. Quia licet recitate priuatim cum socio non fit absolutè necessarium, est tamen communiter in Ecclesia vsitatum ac magis conforme Clero Ecclesiastico. Ergo credibilius est priuilegium dari ad illum etiam recitandi modū. Præterea priuilegium illud videtur concessum ad alleuiandos labores priuilegiati, sed parum vtile fuisset leuamē, nisi ex vi eiusdē priuilegij daretur facultas recitandi cū socio, si simul potest suæ obligationi satisfacere. Deinde priuilegiū concessum Religioso ingrediēdi monasteria monialiū extenditur ad socium, quia consuetudo, & decentia religiosa hoc postulant. Præterea priuilegiū concessum Sacerdoti, vt possit celebrare Missam tempore interdicti extenditur ad ministrum inseruientē, nisi minister ille causam dederit interdicto, seu ad perpetrandū delictū huius occasione interdictū positum fuit, auxiliū, consilium, vel fauorem dedisset: tunc enim eo priuilegio non gauderet; nec posset Missæ inseruire.

Non extenditur de persona ad personam ob identitatē,

11 Priuilegium concessum ab homine non extenditur de persona ad personā ob identitatem, secus quando concedūtur à iure; seu quæ inserta sunt in corpore iuris, hæc enim cū habeant rationem iuris Communis extendi possunt sicuti aliæ leges extenduntur: nā priuilegium exemptionis concessum decurionibus habentibus duodecim filios, vt habetur *in l. si quis Decurio, 24. C. de decur. lib. 10.* ob identitatem rationis extēditur ad omnes alios patres, qui decuriones non sunt, & etiam ad matres, & alia huiusce modi, quod declarant latissimè Iuristæ *in l. 1. ff de leg* & Bernard. *sæpissimè in suis topicis. &c.* Etiam in casibus a iure æquiparatis, vt priuilegium comedēdi oua in quadragesima extenditur ad lacticinia, & è contra, quia hæc sunt à iure æquiparata, eo quod vtrumque trahit sementinam originem à carnibus, vt dicitur *in Can. denique d. 1 part. 10. tract. 13. res. 4.*

PRIVILEGIVM CANONIS.

Cōiugatus nō gaudet,

12 CLericum coniugatum non gaudere priuilegio Canonis, *Si quis suadente.* si nulli inseruiat Ecclesiæ,

docent Toletus, *lib 1 cap. 3. nu. 8.* Sanchez *de Matrim. lib 7 disp. 46. num 2.* Laym*an lib. . tractat. 5 part 2. c. 5. numero 3.* & alij. Quia hæc conditio addita est à S. Consil. Trident *sess. 23 cap 6. de Reformat.* Sed opinioni affirmatiuæ alij adhærent, & mihi placet, putant enim, dictam conditionem esse additam a Tridentino ratione priuilegij fori, de quo ibi est sermo, & proinde quod illius dispositio minimè extendenda sit ad hoc priuilegium Canonis. Ita Auila *de Censur part. 2. cap. 5. dub. 11. concl. 2.* Megala *in 3. part. Iustit Confess. lib. 4 quæst. 5 n. 37.* & probabilem putat Leone *tr. de Censur. recollect. 5. numero 4 parte 9. tractat. 4. resolutione 6.*

Clerici in minoribus gaudent.

13 Clerici in minoribus constituti gaudent priuilegio Canonis, licet conditionibus Tridentini, *sess. 23. cap. 6. de reforma.* careant. Ita Fragosus *de Republ. Christiana, tom 2. lib. 1 disp 2. § 1 num. 22.* & Castrus Palaus, *tom. 6. disput 3. punct. 23. num. 3.* Quia iure communi Clerico in Ordinibus Minoribus constituto cõcessum erat priuilegiũ Canonis, ramen si alicuius Ecclesiæ seruitio addictus non fuerit, neque in aliqua schola ex licentia Episcopi versaretur, at Tridentinum solùm restrinxit priuilegium fori: ergo, &c. Huic ego adhæreo sententiæ, stante etiam declaratione Sacræ Congregationis *p. 9. tr. 4. res. 5.*

Gaudet ordinatus per saltum.

14 Priuilegio Canonis gaudet etiam Clericus ordinatus per saltum: & idem dicendum est de ordinato, vel ab alieno Episcopo absque dimissoriis, vel cum dimissoriis falsis: nam tales veré recipiunt Ordinem, etsi maneant suspensi ab illius exequutione. Ita Marchinus *de Sacram. Ordin tr. 2 par. 1. cap 15. diffic. 11 par. 9. tr. 4 res. 5. vers. sic. Nota etiam.*

Nõ gaudet Equites D. Iacobi, &c.

15 Equites Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c non gaudere priuilegio Canonis docet Leone *de Censur. recollect. 5 num 25.* Ex Molina *tom. 4. de iust. disp. 50. num 5 ad finem.* cui adde Castrum Palaum *tom. 6. disp. 3 punct. 23. §. 1. numero 16.* Quia contra illos stat consuetudo. Sed ego ab affirmatiua sententia nõ recedo; & ita præter alios alibi à me citatos, nunc tenet Fragosus *de Repub. Christ. t. 1. lib. 1. disp. 2. § 2. num. 44.* & Lezana, *in sum. tom. 2. ca. 5. num. 38.* Vbi extendit hoc priuilegium etiam ad Equites Nouirios. *p. 9. tr. 4. res. 7.*

An Domestici alicuius Religionis &c.

16 Domestici alicuius Religionis mox habitum recepturi gaudet etiam priuilegio Canonis. Ita Alphonsus de Leone, *tract de Censur. recollect. 5. num 25.* & Bordonus *in cons. reg. tom. 1. res. 54. nu. 11.* Nam supradicti sunt personæ Ecclesiasticæ, & experiuntur modum viuendi Religionis. Contrarium tenet Pasqualigus *in Decis. canon centur. 1. decis 96.* Sed immerito *p. 9. tr. 8 res. 45. vers. Sed hic obiter.*

Quid de Laicis, &c.

17 Non solùm conuersi, Laici, Oblati, seu Donati, qui veram Professionem emittunt; sed etiam ij, qui se, & sua Monasterio tradiderunt, & in ipso viuunt, Habitu aliqualiter mutato, gaudent priuilegio Canonis. Ita Lezana *in summ. tom. 2. cap. 18. nu. 6.* Rodriguez, *to. 3. quæst. 21. art. 4* & Fragosus *de Repub. Christ. to. 2. lib 1. disp. 2. § 1 num. 46.* Quia sunt personæ Ecclesiasticæ *part. 9. tract. 8. resolutione 12. vers. Notandum est.*

Quid de Eremitis?

18 Eremitas siue habitent in communi, siue seorsim seruientes alicui Ecclesiæ cũ habitu Religioso, & sub obedientia Episcopi, vel alterius Prælati, gaudere priuilegio Canonis, negat Castrus Palaus *tom. 6 disp. 3. punct. 1. c. §. 1 n. 14.* Citans Molinam, Suarez, Layman, & alios. Quia non firmum, & stabilem viuendi modum habent, cum pro libito possint ab eo recedere. Affirmant verò Leone *tract. de censur. recoll. n. .* & Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 8 nu. 34* Quia sunt personæ specialiter Deo dicatæ, & denotæ *parte 9. tract. 4 resolut. 11.*

19 Constitutus in sacris, cum quo dispensatum sit ad contrahendum matrimonium, gaudet dicto priuilegio Canonis, ant quam contrahat, licet Habitum Clericalem dimiserit ad contrahẽdum: quia nondum assumpsit statum contrarium Clericatui, ideoque priuilegiis Clericalibus debet gaudere Squillante *de priuileg. Cleric. cap. 6, num. 20 parte 9. tract. 4. resolut. 40.*

20 Pri-

20 Priuilegium Canonis amittit Clericus per hæresim manifestam. Ita Villalobos *in sum. tom 1. tract. 17 diff 22 num. 7.* Portell. *in dub. Reg. verb. Manus violenta n. 4.* & alij *par. 9 tract. 4 resolut. 12. vers. Sed quid dicendum.*

Amittit per hæresim.

21 Clericus realiter degradatus amittit priuilegium Canonis: quia ex ca. *Degradamus, in fin. de pœnit, in 6.* Clericus per realem degradationem omni priuilegio Clericali priuatur. Ita tenet Nauarr. *in cap. 27. num. 8. vers. Nona,* Toletus *lib 1. cap. 34 num 1 vers. Sextus,* & alij. Licet contrarium asserat Matta. *de iurisd. part. 2 cent. 2. cas. in num. 1.* Quia semper retinet Ordines, & remanet Character, ratione cuius, si die festo celebraret, cõficeret verũ corpus Christi. *p. 9. tr. 4. r. 29.*

21 A priuilegio Canonis excluduntur Clerici Ioculatores, Goliardæ, aut Bufones, si per annum huic ignominioso officio vacauerint, argum. cap. vnic. *de vita, & honest. Cleric. num. 6.* Ita Suarez *de censur. disp. 22 sect. 1. num 14.* Layman *lib. 1. tract. 5 part. 2. cap. .... nu. 5.* Molina *tract. 3. disp. 54. num. 6.* & alij. Excluduntur etiam Carnificij Macellarij, Tabernarij, modò coniugati sint, vel Habitum Clericalem dimiserint, & ter ab Episcopo admoniti, non desiterint. Ita Doctores citati penes Fragosum *de Repub. Christ. tom. 3. lib 1 disp 2. §. 1. num. 28.* & Palaum *tom. 6 disp 3 punct. 23 §. 1. nu. 8.* & 9 Item Clericus enormitatibus se immiscens, & incorrigibilis declaratus. Sic docent Castr. Palaus *sup. n. 11.* & Fragos. nõ tamen priuilegium fori, quia hoc est de iure diuino *n. 26.* Minimè verò per censuram aliquam, vel irregularitatem, aut depositionem verbalem, Ita Graffius *part. 1. lib. 2. cap. 46.* Squillante *de priuil. Cleric. cap. 6. n. 13.* & alij *p. 9. t. 4. res. 13.*

Amittunt priuilegiũ clerici Ioculatores, bufones, &c.

23 Clericus per aggressionem iniustam personæ, vel rei alienæ amittit priuilegium Canonis. Ita cum Nauarro, Molina, Bonacina, & aliis, tenent Castr. Palaus *tom. 7. disp. 3. punct. 23. §. 3. num. 3.* & Fragosus *de Repub. Christ. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 31 parte 9. tractat. 4 resolutione 14.*

24 Amittit etiam dictum Canonis priuilegium Clericus, qui inueniatur turpiter agere, vel loqui cum vxore, matre, sorore, vel filia alicuius, vt habetur cap. *Si verò de senten. excomm.* Imò & cum sponsa de futuro affirmant Sanch. 2 *lib. 1. disp. 1. num 6.* Layman *lib 1. tract. 5 par 2. cap. 5 num. 8* & alij Negant. verò Madius *tr. de Sacris Ordin. capit 17. numero 2.* Couarruuias *de spons. part. 1 cap. 1. num. 11. ad fin.* & probabile id censet Fragosus. Sed ego non recederem ab affirmatiua sententia. *parte 9 tractat. 4. resolutione. 32.*

Iuuentus turpiter loqui, aut agere cũ vxore, matre, sorore, &c. amittit.

25 Clericum turpiter agentẽ cũ filia alicuius illegitima amittere priuilegiũ Canonis, affirmant Garcias *in Summ. Mor. tract. 1 diff 3. dub. 1 punct. 4. numero 35.* & Ragucius *tit. de excomm. quæst. 66. num. 6. in vase Eccles. discipl.* Sed ego puto contrarium dicendum est, non solùm de filia illegitima, sed etiam de adoptiua, vt rectè obseruant Coninch. *de Sacram disp. 14. dub. 15. num. 196.* & Turrianus *de Censur. lib. 3. disp. 29 dub. 2. p. 9. t. 4. res. 33.*

26 Clericus sollicitans fœminam ad turpia non amittit priuilegium Canonis. nisi ita vehementer molestus sit & importunus, vt solis verbis repelli nequeat. Suar. *de Censur. disp. 22. sect 1. num. 33.* & Aulla *part. 2. cap 5 disp. 3. dub. 13 cas. 18.* post plures quos ibi refert. Licet affirmatiue respondeat Rodriquez *in Summ. tom. 1. cap. 194* Et hæc opinio est valde notanda, licet contraria sit communis *part. 9. tract. 4. resolut 38.*

Itẽ sollicitans fœminam.

PRODIGVS.

1 PRodigus obligatur ex contractu iuramento facto incommodum alterius, dummodo is, in cuius fauorem factum est iuramentum velit sibi impieri, quod iuratum est, secus autem si careat ea voluntate, vel non acceptauit, vel reuocauit acceptationem Hurtad. tamẽ dicti cõtractus non transeunt ad hæredes. & possunt à superiore reuocari,

Prodigus obligatur.

cari, quando non sunt in præiudicium tertij, nec tales contractus possunt retineri etiamsi sint iurati. *part. 8. tra. 7. res. 21* & sic minores 25. annorum absque consensu curatoris non obligantur. *Ibidem resolutione 20.*

PROFESSIO.

Professio quid?

1 * PRofessio Religiosa (de qua hic agimus) est solemnis promissio Deo voluntariè facta à nouitio post annum probationis in legitima ætate constituto, de tribus votis in aliqua Religione approbata, recepta ab habente potestatem incorporãdi Religioni. Sic noster Bordonus *in tract. de prof. relig. cap. 1. quæst. 2.*

Est promissio voluntaria. Nam metus, &c. iã irritat professionẽ. Vn de statuit Tridenti nũ. puellas monachãdas examinari omninò debere de libertate Ab Episcopo.

2 Dictum est *voluntariè*, nam professio metu facta non tenet †. Non solum si metus sit grauis, sed ex declaratione sacræ Congregationis apud Rodriquez *in comp. res. 101 num. 78.* & Rota Romana apud Pontium *lib 4. cap. 11 num 15. & 16.* etiam reuerentialis *part. 3. tract. 2. res. 92.* Et quia huic metui obnoxiæ præcipuè sunt puellæ, Tridentinum in *sess. 25. cap. 17.* ad hoc vitandum statuit, vt ante professionem, & (si sint puberes) ante etiam habitus susceptionem examinentur de libertate. Si verò in habitus susceptione sint impuberes, examinentur solum ante professionem, secundùm Suarez *tom 3. lib 5. cap. 1. num. 9.* frustra existimantes examinari in ætate tãtenera. Immò id vsu fieri consueuit etiam cum puberibus, vt obseruat Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 84.* quamuis Vechius *disp. 52. dub. 9. num. 16.* adducat declarationem Sacræ congregationis, quod impuberes non possint admitti, ne ad habitum quidem. Hoc tamen examen non potest omitti absque mortali, tam ex parte profitentis, quam acceptantis, & debet fieri ab Episcopo, etiamsi Monasterium sit exemptum, vt declarauit Sacra Congregatio, & notat Piaseius *p. 2. c. 3. art. 7. n. 8. p. 3. t. 2. res. 47.*

3 In dubio, an metus in cussus fuerit, & an fuerit iustus, & ad irritandam professionem, sufficiens; sicut in dubio, an Religiosus habuerit animum se obligandi ratione metus, præsumendum est in fauorem professionis, quæ cum sit certa, non debet priuari sua possessione ob excusationem dubiam. Vechius *disp. 13. dub. 12. num. 22. part. 4. tract. 3. res. 55.*

In dubio an te an professio sit inualida propter metũ iudicandũ in fauorem ipsius.

In dubio autẽ, an Religiosus suam professionem ratificauerit, infra quinquennium præsumitur non ratificasse, post quinquennium ratificasse, quia Tridẽtinum *cap. 19.* infra quinquennium permittit talem audiri, & non potest. Quod etiam procedit pro foro conscientiæ, vt ait Merolla *tom 1. disp. 3. c. 3. num 283. par. 4 tract 3. resolut. 49.*

In dubio, an Religiosus ratificauerit, infra quinquennium præsumitur non ratificasse, post quinquennium.

4 Sed hic aduerte primò, quòd secundum Bonacinam *de claus. quæst. 2 punct. 10. diff. 4. n. 5.* hæc dispositio Concilij in toto externo habet locum, etiamsi quis infra quinquennium non reclamauerit ex ignorantia, vel impotentia; quia non distinguitur, & Religio cum gaudeat priuilegio minoris, debet iuuari à possessione, sicut pro omni causa restitutionis in integrum inter duos minores statuitur in l. *si minor, ff. de minor.* Sed Sanchez *de matr. tom 2. lib 7. disp 37. à nu. 22.* benè negat. Immò Suarez *tom. 3. lib. 7. c. 3 n. 14.* benè ait, talem audiri posse post quinquennium, etiamsi habitum temerè dimissum reassumpserit, non obstante Concilio ibi. *si habitum ponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcumq; causam admittatur? art. 3. tr. 2. res. 53.*

Dispositio autem Tridentini de, nõ audiendo Religiosum vltra quinquennũ, nõ procedit cũ eo, qui in quinquennio ignorauit nullitatem aut impedimentũ fuit?

5 Cæterum, si metus toto quinquennio duraret, professum audiri posse post quinquennium, tradit Villalobos *tom 1. tract. 35. diff. 25 n. 8* quamquam Valerius pro parte negatiua afferat responsionem Greg. XIII. V. *regularis diff. 2. n. 3.* & Rodriquez *vbi sup. num 71.* dicat impetrandum esse in hoc casu rescriptum, vt restituatur ad quinquennium, *parte 3. tr. 2. resolut. 62.*

Aut metus semper duranit.

6 Aduerte secundò, dictam Concilij dispositionem habere locum etiam in professione nulla, ratione Conuentus non assignati iuxta decretũ Clemẽ. VIII. non obstante decreto D. N. Vrbani

Procedit autem, etiamsi nullitas prætendatur ob novitiatū aut professionē in loco assignato. Quæ secundū aliquos non est invalida.

bani anni 1631. Hanc enim nullitatem debere iudicari iuxta dispositiones canonicas, præsertim Concilii Tridentini, testatur in quadam Epistola apud Peyrinum *in constit. 17. Vrbani VIII. schol. n. 1.* Cardinalis S. Onuphrii de mente D. Papæ. Et notat Peyrinus, professionem factam in locis non designatis non esse nullam ex parte emittentis, sed ex parte Religionis, & si loca novitiatus a tempore Clem. VIII. vel Pauli V. continuata fuerint, habere locum præscriptionem, etiam si nulla reperiatur authentica. Bononia verò *de elect. p. 2. c. 1 dub. 56. num. 3.* probat, tales professiones nec respectu Religionis esse invalidas, quia dicta Bulla Clementis non fuit vsu recepta *p. 5. tr. 14. resol. 16.*

Annus novitiatus debet computari à momento ad momentū.

7 Dictum prætereà est in descriptione professionis *facta à novitio post annum probationis.* De novitio & novitiatu vide V. *Novitiatus*, & V. *Novitius.* Annus verò Novitiatus licèt secundùm Enriquez, & alios non debeat esse integer, mathematicè à puncto ad punctum, sed minui posse aliquot horis, quia de minis non curat Prætor, & quod parum distat nihil distare videtur. Contrarium tamen tenendum est cum Suarez *vbi sub. lib. 5. c. 13.* & si annus sit bissextilis, & habitum quis susceperit die 24. Februarii, vtrum que vigesimum quartum diē, qui duplex est in anno bissextili expectandum esse, quia in iure commutatur pro vno *l. 3. §. minorem ff. de minor. & lib. cum bissex. de verb. signif.* Molina *tom. 2. disp. 373. §. atque vt. p. 3. tr. 2. res. 57. & p. 5. tr. 5. res. 18.*

Non tamē interrumpitur, si per aliquot dies Novitius moretur extra Monasterium de licentia superioris.

8 Qui quidem annus probationis non est dicendus interrumpi, it aut professio postea facta sit nulla, si Novitius ex licentia superioris per aliquot dies in domo paterna moratus sit, vt probat Franciscus Bordonus *in tr. de Professione Regulari c. 4. q. 14.* ea nixus ratione, quam docet Abbas *in cap. ex rescripto de iureiur. n. 5.* Quod qui cum habitu manet extrà monasterium de licentia superioris, dicitur extare in Monasterio. Nec audiendus prorsus Ioannes Antonius Novarrus *in sum Bull. p. 2. tit. de Novit recip. in monast. dis. n. 2. & seqq.* qui contrarium tenet *p. 7. t. 11. res 38.*

Sed si infrà annū mors appropinquet, novitius profiteri potest. Et in tali casu, moriē te ipso, monasterium succedit in bonis.

9 Sed si novitius infra annum in mortis periculo constituatur, potest ad professionem admitti, ex privilegio Prædicatoribus concesso à Pio V. ann. 1570. apud Rodriquez *qq. reg. tom. 3. quæst. 15. ar. 16* quamuis sà V. *religio num. 56.* dicat hoc privilegium fuisse abrogatum à Gregor. XIII. Professio autem sic facta, non solùm affert novitio spiritualem cōsolationem indulgentiæ, sed integrū & plenarium fortitur iuris effectum, ita vt si professus convalescat, non debeat iterum profiteri & si decedat, succedat in eius bonis monasterium, contra Rodriquez *in comp. r. 101. n. 40.* neque in hoc Papa prætudicat hæredibus, quia non facit monasterium succedere in bonis novitii, sed illud succedit in bonis professi de iure, ipse autem Pontifex solum dat facultatem profitendi ante tempus legale. Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 16.* Zanardus *part. 2. cap. 17.* & alii, & probabile esse putat Lezana *cap. 25. num. 30. p. p.* quamuis cautè procedendum putet, eo quod oppositum à sacra Congregatione decisum feratur, licet non authenticè *part. 3. tract. 2. res. 17. & par. 5. tr. 3. res. 139. & part. 7. tract. 12. res 3.* vbi probat quouis anni Novitiatus tempore hanc professionem in mortis periculo emitti posse.

Verùm nō potest ante annum profiteri, qui post votum Religionis vxorem duxit, & postea intrās ante consummatiōnem,

10 Profiteri etiam posse infra annum putat Navarrus *cap. 16. num. 27.* coniugatum cum voto Religionis, qui ante consummationem habet bimestre ad transeundum ad Religionem, ex cap. 7. *de conversi coniug.* quòd ipse datum putat ad profitendum, quia cum in *cap. 14. eod.* supponatur, per transitum ad Religionem dissolui matrimonium, transire ad Religionem in iure perinde videtur esse ac profiteri. Sed communis sententia apud Præpositum *in 3 par. quæst. 5. dub. 6. n. 47.* tenet talem intra bimestre teneri solùm ingredi Religionem, professurū postea suo tempore *par. 4. tr. 4. res. 133. §. Sed hic obiter.*

Professio facta mul-

11 Licèt autem invalidè profiteatur regulariter novitius infra annum pro-

to post annum probationis, est valida.

bationis, validè tamen profitetur multo post. Nam licèt Tridentinum *sess.25 c.16.* dicat novitiũ post annũ probationis vel ad profitendum admitti, vel dimitti debere, non proinde annullat, professionem postea factam, nec circũstantiam illam temporis requirit vt formam. Palaus *tr.3 disp.2.punct.9.n.8.p.3.tr.2.resp.128.*

Et potest esse licitae etiamsi novitius sit habilis.

12 Et quidem Prælatus potest professionem alicuius differre, non solum si sit inhabilis, & speretur brevi, v.g. infra semestre, profectus, cum Concilium secundum Riccium *tom.4 resp.254* & alios loquatur de habilibus. *resp.128.cit.* sed etiam si sit habilis, & alia causa iusta id exigat, vt ait Marchinus *in resp. pronovit. D. Iacobi Alcantara, &c.* & practicatum testatur in Religione Minorum ex consilio DD. Salmaticensium cum quodam, cuius professionem distulerunt ad annum ætatis eius vigesimum, quia erat necessarius ad disponendum de certa hæreditate, *ibid. § Notandum. & p.5.tr.1. resp.18. § Nec valet dicere.*

In ætate requisita ad professionẽ non datur parvamateria.

13 ✠ Dictum est vlterius, *in legitima ætate constituto.* Legitima ætas ex Tridentino cap.15 est initium anni 17. ✠ Et non datur in eo parvitas materiæ. Vnde testatur Villalobos *tom.2.tra 35.diff.20.* DD. Salmaticenses declarasse nullam quandam professionem emissam sex horis ante finem anni 16. quod etiam determinavit Rota *p.1.decis 175.n.7. p.3. tractat.2.resp.57. §. Sed quares, & par.5.tr.5. resp.18.*

Qui professionẽ recipere possit iure?

Aut commissionẽ

14 Dictum est vltimò, *recepta ad habente potestatẽ incorporandi,* quam de iure habet Prælatus; & potest committere cuicumque etiam laico: & in hoc etiam ratihabitio locum habet, vt quæcumque persona nomine Prælati professionẽ recipiat, ipso postea ratihabente, fiat valida. Villalobos *vbi sup.n.5.* Et procedit pro vtroque foro *p.3.tr.2.resp.70.* Professio autem facta contra prohibitionem Generalis vel Episcopi, non est invalida, sed illicita. *p.10. tr.12. resp.56.*

De professione surdi, muti, & cæci.

15 Adverte hic primò ex Sanchez *in sum. tom.2. lib.5. c.3 num.2.* professionem surdi & muti simul, qui eius obligationem percipere posset signis, validam esse, sicut & matrimonium. & cap. *significatio de Regul.* Secus, si esset etiam cœcus, vel esset cœcus & surdus: nisi antequam talis esset, professionis naturam caluisset. *p.5 tr.6 resp.34.*

Et laborantis morbo Gallico vel contagioso.

16 Adverte secundò, professionem laborantis morbo Gallico, vel alia infirmitate contagiosa, de iure communi validam esse, cap. *sicut nobis,* & c. *sicut tenor. de regul.* & Rota *decis.306.n.2.* Sed si is in novitiatu & professione talem morbum celaret, expellendi posse in pœnã, etiam in iis Religionibus in quibus non adest de hac re peculiare statutum, vt adest in Religione Capuccinorum, & Discalceatorum S. Augustini. (Si his & aliis non obstat Constitutio aliqua Pontificia, præsertim decretum Vrbani VIII. *de professis, non expellendis,* quòd videatur.) Quia quando fraus dat locum contractui, tunc vel contractus est irritus, vel irritabilis Lessius *lib.2.c.41 dub.7.n.* 62. & alii, contra Sanch. *vbi sup. c.4. nu.* 58. In hoc autem casu talis electus non maneret obligatus ad Religionem in genere, vel aliud, nisi id expresserit in professione, in quo casu obligaretur tãquam ex voto simplici. Vechius *disp.23. dub.15.n.8. part.4 tract.4. resp.188.* Adverte denique professionem Equitum Hierosolymitanorum ante cinguli susceptionem invalidam esse. *part.10. tractat.10. resp.vn*

Profitens acquirit Indulgentiam plenariam.

17 ✠ Professionis effectus multi sunt, de quibus vide Bordonum *de prof. relig. cap.4* Inter alios profitens lucratur indulgentiam plenariam instar Iubilæi. ✠ Quam licet existimem non acquirere nisi totiens, quotiens postea professionem mente ratificat, quia hoc non est opus adeo difficile, ac prima professio, vt docet Sanchez *lib.5.num.5* Tamen contrariam opinionem refert, & non improbat Sà V. *religio, n.7.* & docet Layman *lib.4.tra.5.cap.10.num.2.* & probari potest, quia idipsum exhibere se totaliter Deo, quod fit in professione, reperitur in ratificatione. & licet non cum tanta difficultate, tamen fieri potest conatu maiori. *p.4. tract.4 resp.80.*

18 Se-

Soluitur ab omnibus votis antea emissis.

18 Secundò per professionem extinguuntur omnia vota, tam in sæculo, quam in novitiatu emissa etiam reservata, vt patet ex cap *scripturæ, de voto*, & docent DD. communiter contra Paludanum in 4 *dist* 38. *quæst* 4. *artic* 1. *concluſ.* 5. & procedit etiam in iuramentis piis. Sanchez *vbi ſup. num.* 50. *part* 3. *tractat.* 6. *reſ.* 65.

Et ſi eſt illegitimus, legitimatur quoad Ordines.

19 Tertiò professio tollit irregularitatem ex defectu natalium pro ſuſcipiendis Ordinibus (& exercendis ſuſceptis. Sanctarell *part* 1. *quæſt.* 39. *num* 8 *part.* 4. *tract.* 2 *reſ.* 66. in fine.) & irregularitatem contractam ex vſu Ordinum, vt ſi illegitimus in sæculo abſque diſpenſatione Ordines ſuſcepiſſet, & exercuiſſet. Vechius *diſp.* 13. *dub* 6. *num* 3. Sed is non remanet diſpenſatus ad prælaturas, cap. 1. *de filiis presbyt.* Sanchez *numero* 16 & alii communiter, contra Villalobos *tom.* 1. *tractat.* 13. *diff.* 60. *numero* 10 qui contrarium probat ex privilegio Eugenii IV. conceſſo Congregationi *S.* Ioannis Evangeliſtæ in Luſitania. Verum tamen eſt, quòd Prælati Regulares poſſunt cum eis diſpenſare in capitulo generali, aut prouinciali, ex priuil Greg. XIV *part.* 4 *tr.* 2 *reſ.* 65.

Non tamẽ ad Prælaturas.

Verùm ejectus in irregularitatẽ reincidit Præſertim ſi à Societate.

Dubitat tamen Lezana, an dictũ priuilegium ut conceſſum viuæ vocis oraculo. Aduerte verò, quod ſi eſſet diſpenſatus in sæculo ad omnia & qualiacumque beneficia, poſſet deinde eligi ad prælaturas. Item electus ad prælaturam aſſerente eius illegitimitatem, ex potente diſpenſare cenſeri diſpenſatum. Non tamen ad aliam maiorem. 10 *tr.* 13 *reſ.* 39.

20 Verum, ejectus à societate, reincidit in irregularitatem prædictam, quia ſolutus à Religionis vinculis, non debet eius priuilegiis gaudere. Turrianus *de cenſ. lib.* 9 *diſp.* 71. *dub.* 2. contra Sanchez *numero* 14. & idem dic, ſi quis habitum dimitteret probata nullitate professionis, quia cauſa nulla nullum habet effectum Riccius *tomo* 1. *reſolutione* 11. contra Peyrinum *tomo* 2. *quæſt.* 2. *c.* 5. §. 9. *num.* 149. Ejectos verò, aliarum Religionum probabile eſt non reincidere, quia ſicut remanent aſtricti vinculo Religionis eo modo, quo explicat Sanctarellus *de apoſt. cap.* 6. *dub.* 1. *nu.* 1. ita æquum eſt, manere ſuffragatos fauoribus ſemel obtentis, & irrevocabilibus. Verum omnes electi cuiuſcumque Ordinis, ex declaratione ſacræ Congreg. manent ſuſpenſi ab exercitio Ordinum in perpetuum, ſublata Ordinariis locorũ cum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, aut moderandi *p.* 4. *tr.* 2. *re* 66.

21 ✝ Denique professio eſt quædam mors civilis, qua homo moritur mundo ✝. Vnde Sanchez *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 3. & alii volunt, patre emittente professionem, deberi ſtatim filiis legitimam, ſicut monaſterium ſtatim ei ſuccedit: nam alias hoc deberet illis præſtare alimenta, etiam ſupra vires hæreditatis, vſque ad mortem patris, quæ, cum ſucceſſio facta fuerit a die professionis, fruſtra etiam expectatur. Contrarium tenet Palaus *tom.* 3 *tr.* 13 *punct.* 14 *numero* 13 & probat ex multis. Præſertim, quia alioqui, ſi pater haberet maioratus & fideicommiſſa, ſubſtitutus ei ſuccederet à die professionis, quod ipſe negaverat. Professum igitur habere ſucceſſionem, & monaſterium ſubminiſtrare debere filiis professorum viventium alimenta, ſi aliunde non habeant. Sed non ſupra vires hæreditatis quia non obligatur naturaliter, vt pater: ſed ſolùm ratione bonorum acceptorum. Idemque à fortiori dicendum de filiis professis relinquentibus patres *p.* 6 *tr.* 7 *reſ.* 35.

An profitẽte patre, dãdaſit ſtatim legitimam filiis?

Et è contra.

22 Quæres. An ſi quis abſque cauſa neget Novitio professionẽ peccet mortaliter? Negativam ſententiam poſt Sanchez: & alios docet noviſsimè Caramuel *in Regul. D Bened. diſp.* 40. *concl.* 20. *num.* 472. & probat, quia annus probationis æquè conceditur Novitio, & Monaſterio: atqui Novitius poteſt deſerere ordinem ſibi convenientem, & aptum, & hoc ſine conſcientiæ ſcrupulo: ergo Ordo poterit ſine ſcrupulo dimittere novitium ſibi convenientem, & aptum: quia alias communitas eſſet potioris conditionis, quam particularis, quod eſt abſurdum: cum illa ſemper debeat eſſe con-

conditionis melioris. Sed me citato mordicus affirmativam sententiam tuetur Lugo *de iust & iur. tom 1. disput. 9. sect. 3. in Appen numero 54.* vbi latè probat ex obligatione charitatis, & iustitiæ non posse Regulares expellere Novitium à Religione, absque iusta causa. Et ad principale fundamentum negativæ sententiæ respondet, quod licet Novitius possit absque gravi peccato ex levitate discedere, non tamen posse ex levitate dimitti absque causa: neque hoc est contra æqualitatem huius quasi contractus: quia Religio posset absque causa maximam notam Novitio inurere eum dimittendo: Novitius autem non potest eundo talem moram Religioni inurere: non enim imputatur dedecori Religioni, quod aliqui Novitii retrocedant: sed ipsismet Novitiis, qui perseverare non potuerunt. *part. 7. tract. 11. resolut. 26.*

PROMISSIO.

Promissio quid?

1 ✠ PRomissio, est datio fidei deliberata, vera, & spontanea, de re licita & possibili. Promissio metu extorta non parit obligationem, vt dictum est V. *Metus, numero 4.* Et promissio de re illicita similiter ✠. Vnde promissio prodigæ, de dando v. g. meretrici centum aureos, non obligat, nisi ad quantitatem, in qua nulla esset prodigalitas, etiamsi sit iurata, vt diximus V. *Iuramentum, num. 12. tr. 4. res. 27.* Et aliqui dicunt, omnem promissionem quæ fiat meretrici, secluso iuramento, esse invalidam, & non obligare, etiam post actum turpem: quia vsus corporis, qui redditur, est intrinsecè malus. Vide V. *Meretrix, num. 2. ibid.* in fine, *& par. 2. t. 16 res. 38.*

An prodiga obliget?

Et an obliget in conscientia?

2 ✠ Promissio si fiat Deo, obligat etiam interna. Si autem hominibus probabile in primis est non obligare antequam acceptetur ✠. Accepta verò legitimè dicitur, quando is, quis, cui aliquid promittitur, vel significat se acceptare: vel præsens tacet: nam in favorabilibus, qui tacet consentire videtur. Cruz *part. 1 pr 7. a. 1. dub. 1. concl. 1. part. 3. tr. 5. res. 116. in fine.* Qui autem promissionem legitimè acceptatam non servat, peccat mortaliter, ait Vasquez *in 1. p. disp. 85. cap. 6. numero 4.* quia lædit iustitiam legalem, quæ ad bonum convictum & societatem humanam disponit servanda esse promissa: & talis promissio est verè pactum, quod qui non servat, potest excommunicari, c. 1. *de pactis.* Sed quamuis hoc verum sit, si ex non servata promissione detrimentum aliquod eveniat tertio, à privatione rei promissæ distinctum, hoc tamen secluso, probabilis est opinio Metati *tom 2. de iust. & iure disp. 19 sect. 10.* quod acceptatam promissionem non servans, peccet solùm venialiter: quia non servare fidem in promissis, non est contra iustitiam, sed contra fidelitatem: estque solùm mendacium, quod si non est pernicioſum, non est mortiferum. *p. 2. tract. 17. res. 9 & p. 4. tr. 4. res. 122.*

Præsertim si sit ficta?

Ex quo à fortiori sequitur, probabilem & in praxi tutam esse sententiam Sanchez *de matr. tom 1. lib 1. disp. 9. num. 5.* quòd promissio ficta, secluso damno emergente, &c. non obliget in conscientia, quia promissio est quædam veluti lex, quam sibi promittens imponit: lex autem non obligat, si legislator nō vult. Sed Vasquez & Pontius, ille *disp. 6 de matr. cap. 3.* hic *lib. 2. cap. 4.* mordicus docent, promissionem externam alteri insinuatam inducere naturalē obligationem servandi promissum, quam non potest tollere fallax voluntas. Vnde dicemus V. *Stuprum. num. 3.* deflorantem virginem sub ficta promissione coniugii, teneri illam ducere, etiamsi sit vilioris conditionis. *par. 3. tr. 4. res. 205.* Ait etiam Turrianus *in select. part. 1. disput. 29. dub. 6.* non posse Regem absque iusta causa revocare promissionem futuræ successionis in Proregem v. g. Sed ego existimo, Regem in tali promissione nolle se obligare in conscientia, & ideo contrarium tenendum esse. Quamuis ex maiestate Principis esset, & ideo in praxi consulendus

sulendus sit promissa servare. *p.5.tr.14.re.* 74. Quid autem dicendum, si fictæ promissioni accedat iuramentum, diximus V. *Iuramentum, n.10.*

Aut non acceptata?

4 Cæterùm, licetius civile irritet promissionem non acceptatam: nihilominus Molina *de iust. tom.2.tr.2 disp 261. num.16* contra Sanchez *disp.7. num.24.* probabiliter putat, in conscientia obligare, ratione iuris naturalis, ex quo infert contra Laymann *lib.3.tract.4.cap.1.*

Nec manifestata?

num.9 quòd in causis piis inducat statim obligationem, etiam in foro externo, quia ius canonicum nihil circa hoc statuit, & solemnitates iuris civilis in contractibus piis non requiruntur *part.* 3.*tr.5.res.107.* Et probabilis etiam est opinio Soti *lib.4.quæst.5 art.1.ad.1.* quòd etiam promissio interna statum ac facta est, obligationem inducat in conscientia, etiamsi sit de re prophana. Ex quo infert Mendoza *lib.1.de pact.cap.4.num.8* quòd si cui constet, aliquid sibi promissum esse, quod in iudicio postulare non potest, possit occultè sibi compensare. Vide etiam Sanctarellum *par.1.q.66.nu.* 49 *p.5.tr 5.res.116.*

An promittens eleemosynã certo pauperi, possit eam alteri præberi?

5 Promittentes eleemosynam cuidam pauperi, secundùm Sanchez *in sum. tom.1.lib.4.cap.49.numero 6.* dare potest alteri pauperiori, cæteris paribus, non tamen applicare sibi, licet pauperi: quia eleemosyna est omninò ad alterum. *par.* 5.*tractat.8.resolutione 37.* Ad quid teneatur promittens rem indeterminatam in numero, pondere, mensura, Vide *verb. Votio obligatio.*

PROREX.

Prorex in nominatione officialium tenetur nominare dignores.

✠ PRæterea, quæ dicta sunt *verb. Princeps; & alibi* de Principe in genere, hic de Prorege nonnulla dicenda sunt in particulari. ✠ Et primò.

1 Prorex tenetur nominare Regi dignores pro electione officialium faciendam: nam communis opinio cum Anguiano *de leg.lib.2.controv.8. numero 30. & 33.* tenet, ipsosmet Reges teneri ad officia etiam sæcularia, quemadmodum ab beneficia eligere dignores, vt probatur ex text. *in auth. vt iud. sine quoque suffrag. & eos autem, coll.2. Auth. de defens. civitat. in princip. vers interim, & l ascribenda, C. de decur. lib.10.* sive enim officia conferantur vt onera, committi debent melioribus, iuxta cap. *licet ergo, & cap. vnico, vt Eccles. benef.* sive conferantur vt bona, & honores, ex iustitia distributiva dispensari debent iuxta cuiusque dignitatem, præferendo meliores & dignores: quamquam hæc iniuria cum non sit contra iustitiam commutativam, ad restitutionem non obliget, obligat tamen in priori casu, quia iustitia commutativa versatur etiam inter Principem & Rempublicam, cui vtilior minister adhiberi debet, & non est paritas de œconomo, qui potest eligere ad opera domini sui minus dignos: quia huic commissum est, quærere solùm sufficientes. Rex verò constituitur à Republica cum pacto, vt in eius ministerium eligat dignores. Vide Villalobos *tom.2.tract.8.diff 6.num.6.part.9.tr.7 resol.7.*

Et dato, quòd Reges possint ad officia sæcularia eligere minus dignos, & probabilis sit opinio contraria Vasquez (vt *verb. Election.1.* probabilem illam admisimus) adhuc tamen Proreges tenentur in propositione nominare dignissimos: nam talis præsumitur Regis voluntas, qui si velit minus dignum eligere, id ex suo arbitratu, non ex Prorege instinctu facere volet. Quapropter Proreges omittendo in tali nominatione dignores, peccabunt, etiam si semel id faciant. Et sic docet Hurtado *de Incarnat. disput.12.sect.15. subsect.3. §.* 250. & 251. & Aponte *de pot proreg. de elect. iffic tit.5. §. 1 numero 6.* Et à fortiori procedit in nominatione Episcoporum, Abbatum, &c. (✠ sed vide *verb. Beneficium num.11.* Quòd autem Proreges non possint pro tali nominatione pecuniam accipere, docet Fernandez de Mendoza *dub.3.de tractis.part.6 tract.6. resol.2.*

2 Secundò, Proreges non possunt

Non potest aggratiare ad libitum delinquentes.

pro suo arbitrio aggratiare delinquentes, etiam accusatore cedente, sed attendere debent qualitatem delicti, & cæteras circumstantias concurrentes: & tũc rarissimè, ob iustas, & evidentes causas, & miserabiles casus: excusante minori ætate, senectute, in deliberatione, meritis ipsius delinquentis, vel suorum, aut pro eo intercedentis, & similibus, de quibus vide Tassonum *in pragm. de Antifato vers.* 12 *observ.* 1 *à n.* 125. Regulariter verò peccabunt mortaliter, etiamsi semel pœnam remittant facinoroso, vt homicidæ ex industria: sicario, assassino, & similibus: sicut etiam, si delicta levia passim condonarent, quia ex hoc cives in delinquendo audaciores fierent cum detrimento Reipublicæ: cuius bono conducit, delicta puniri. *l. si ita vulneratus, ff. ad legem Aquil. & alibi.* Et sic docet D. Thomas *in* 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 4. & expositores *ibidem* contra Mastrillum *de magistr. tom.* 2. *lib.* 5. *cap* 15. *num* 147. In eo autem casu, quo licitè delinquentibus pœnas remittunt, non possunt pecunias pro eis accipere: quia id sibi in Regnis Hispaniarum expressè prohibetur ordinationibus regiis, vt ait Valentia *tom* 4 *disput.* 5. *quæst.* 21 *punct.* 4. quas non solum de iure, per ea, quæ ex multis notat Mastrill. *numero* 167. sed etiam ex novis litteris datis Toletan. 1596. & executoriatis Panormi 27. *Aug. eiusdem anni* sub regimine Excellentiss. Matchion. Hieracen. servare tenentur. Et ita tenet citatus Mendoza *cap.* 3. qui *cap.* 4. addit, Proreges peccare, condonando reis pœnam ad petitionem famulorum recipientium pecuniam si ipsi id sciunt. Quòd tamen limitatur, si cesset scandalum, & pecunia sit moderata, & recepta propter diligentias & labores in impetrando gratiam insumptos, nam diligentia istorum & labor est pretio æstimabilis, & ideò vendi potest. Cautè tamen est procedendum: nam rarò adsunt circumstantiæ requisitæ, & Prorex non excusabitur propterea, quòd nihil pecuniæ ad ipsum deveniat, si in famulos talia perpetrantes connivear, vt ait Mastrill. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 50. Possunt etiam ipsi Proreges pro tali remissione in casibus licitis pecuniam accipere, fisco tamen regio, vel pio alicui operi applicandam. *part.* 6. *tr.* 6. *res.* 1.

Et accipere pro tali aggratiatione pecunias.

3 Tertiò, non possunt Proreges homines facinorosos in carceribus existentes super regiis triremibus depositare in necessitate, donec eorum causæ expediantur, & quamquam contrarium docuerit ex multis A ponte *depos. pror. de reg. impost.* 4. §. 1. *n.* 51. & aliquãdo in praxi seruatum fuerit, posteà tamẽ regiis litteris prohibitũ fuit, amplius in praxim deduci, vt obseruat Mastrillus *de mag.* to. 2. *lib.* 5 *c.* 6. *n.* 166. Et ratio est, quia huiusmodi reis per hanc dispositionem denegantur saltem indirectè defensiones, aut propter eorum absentiam vel impotentiam retardantur, quod rectam iustitiæ administrationem minimè decet. De iis verò, qui semel remo ascripti sunt, ait Cutellius *in cod. l. sic ad l. Iac Reg. cap* 31. *not.* 38. *num* 3. in magna necessitate compelli posse perseverare, mercedẽ statis temporibus eis soluendo, nam qui operas locare consueverunt, in bonum publicum rectè coguntur perseverare. Egò verò hanc opinionem practicari permittentem, quando tempus arbitrio boni viri non esset adeò longum, & nullum dictorum remigum vxoribus & filiis ex ipsorum absentia in honore, aut vita damnum probabiliter timeri posset *part.* 6. *tr.* 6. *res.* 5.

Aut reos in carcere detentos super triremes depositare.

4 Quartò, Proreges non possunt vendere officia iustitiæ administrativa, inter quæ etiam numerari debent officia vulgò dicta, *Maestro di Campo, Sergente maggiore, Capitano d'Infanteria, Capitano di Cavalli, Capitano d'Armi del valle*, & similia. Nam esto, quod hæc officia ex se sint vendibilia, de qua re *verb. Vendere, num.* 21. auctoritas tamen illa vendendi solum stat penes Regem, qui est ipsorum dominus, & à quo in capitulis Regni officiorum venditio ipsis interficitur, vt notat Mastrill. *lib.* 1. *cap.* 10. *numero* 12. Vnde Proreges vendentes sine expressa licentia, venderent rem alienã inuito domino, ac propterea peccarent

Aut vendere officia administrativa iustitiæ.

carent mortaliter, & tenerentur ad restitutionem. Nec obstat in contrarium consuetudo: quia reclamat contra illam Rex per Capitula Regni, & litteras particulares. Posset nihilominus Prorex vendere illa officia, quæ iustitiæ administrationem adnexam non habent, si hactenus ab aliis Proregibus de Regis licentia, aut approbata consuetudine, vendi consueverunt. Sic Pater Fernand. de Mendoza *in tractat. de hac quæst. ad Comit de Lemos dub. 1. part. 6. tractat. 6. resolut. 3.*

Concedere tractas frumentorum pro annis sterilibus.

5 Quintò, Proreges non possunt concedere tractas frumentorum, & c. personis privilegiatis ad extrahendam singulis annis tantam frumenti copiam, pro anno sterili non extractam: quia tractarum concessio est talis naturæ, vt in tantum liceat, in quantum Regnum remanet sufficienter provisum, aliàs Regni abundantia in eius detrimentum converteretur: vnde pro anno sterilitatis non intelliguntur concessæ, nec proinde reficipossunt in annis sequentibus, nisi in principali concessione apposita sit clausula refectionis. Sic Mastrill. *de mag. tom. 2. lib. 5. cap. 9 n. 56. part. 6. tra. 6. ref. 4.*

Aut illas vendere.

6 In concessione autem tractarum, huiusmodi Proreges, secundùm Mendozam *vbi sup.* possunt pecuniam accipere: quia Rex, qui est earum dominus, dat quidem Proregi facultatem concedendi, non tamen vendendi dictas tractas, quare venderet rem alienam inuito domino, vt diximus de officiis, cum macula culpæ mortalis, & onere restitutionis. *part. 6. tractat. 6. ref. 4. §. Quod alterum.*

Potest tamen prohibere tractas ad Romanã Curiam, quãdo est in Regno penuria.

7 Denique Aponte notat *de pot. pror. tit. 5. de tractat. numero 8.* non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Proreges, prohibentes tractas ad Romanam Curiam, quando Regnum non est sufficienter provisum, quia prima charitas incipit à seipso. Limitat hanc opinionem Genuen. *in pract. Eccles. tricen. 21. quæst. 618. numero 2.* in casu, quo Summus Pontifex, & eius ministri indigerent. Sed hic casus est metaphysicus. *p. 3. tract. 6. resolutione 32. §. Notandum.*

PVER.

Puer quãdo incipit discurrere?

1 ✠ PVer ante vsum rationis, sicut non habet consensum, ita nec præcepti capax esse potest. Contingere autem solet vsus rationis completo septennio, & ideò lex in septennio præsumit adesse, quamuis multoties acceleretur, aut protrahatur. Pueri ergo in ordine ad præcepta naturalia & diuina tunc primùm obligantur, cùm primo rationis lumen acquirunt: vnde tunc tenentur ad Confessionem & Communionem in articulo mortis, vt dictum est *verb. Commun. numero* 11. & *verb. Confessionis, numero* 1. an teneantur etiam actus fidei, spei, & charitatis statim elicere, vide *verb. Præceptum, à num.* 10. Ad leges autem humanas etiamsi discurrant, non obligantur ante septennium, vt dictum est *ibid. numero* 12. & ad præceptum communionis Paschalis probabile est non obligari, ante annos duodecim, vt dictum est *verb Commun. numero* 3. ✠ Quod etiam de præcepto audiendi Missam docet Marchantius *tractat. 4. cap. 6 quæst.* 2. quia nimirum ante illam ætatem sacra mysteria nondum plene apprehendunt, nec obligationem attentionemque requisitam intelligunt, vnde dum Sacro intersunt, huc illuc inspicere, confabulari & corridere eos videmus: nec proinde condemnamus ad mortale: nec credenda est Ecclesia, eos plusquam veniali culpæ obnoxios facere. Sed ego teneo cum Coninch *quæst. 83 artic. 6 n. 286.* & aliis, hoc præceptum ligare statim post vsum rationis *p. 1. tr. 13 ref. 77.*

Et obligari ad præcepta diuina?

Et humanat

2 Quando nam pueri incipiant ligari censuris, vide *verb. Censura, numero* 10. Quando comprehenduntur in reservatis, vide *verb. Casus, numero* 10. Quando Confirmationem recipere debeant, vide *verb. Confirmat. numero* 8. Quando Vnctionem extremam vide

verb. Extrema Vnctionis, num. 16. Quando sponsalia celebrare, vide *verb. Sponsalia, numero 2.*

PVGNA, SEV BELLVM: An licitum, & quæ in eo licita.

Belli iustum est, si intervenial iusta causa.

1 ✠ MAteriam de bello quam Auctor in sextæ partis novissimè editæ tractatu quarto discutit, huc commoditatis ergò reiecimus. ✠ Bellum ergo iustum est, (quidquid pseudo-Patriarchiæ Germanorum Lutherus & Roterodamus effutiant,) si concurrat iusta causa ex iis, quas infra referemus, & legitima potestas. (✠ Quot enim bella in sacris litteris est inuenire, à Deo sive laudata, sive imperata? ✠) Ius autem indicendi bellum penes illos residet, qui in causis civilibus & criminalibus superiorem non recognoscunt (quales sunt Papa, Imperator, Reges, Respublicæ, & aliqui Potentatus, qui licet feudatarii sint, causas tamen & lites in suo terminant dominio absque appellatione, ✠ quales sunt Duces Florentinus, Parmensis & similes. ✠ Posse etiam Civitates, & Magnates superiorem agnoscentes, ius indicendi bellum per præscriptionem acquirere, docet Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disputatione 100.* Sicut etiam ex necessitate, in casu nimirum, quo oppidani vnius Civitatis v. gr. abalterius Civitatis incolis sub eodem Rege iniurias passi essent, & Rex requisitus, iniuriarum compensationem præcipere, vel negligeret, vel non auderet; quod cum Coninch *disput. 31. de bello dub. 3. numero 61.* tunc solùm admitto, cum novæ adhuc iniuriæ & calamitates timentur; quia nimirum vnicuique licet vim vi repellere, minimè verò in solam vindictam aut restaurationem damni perpessi, vt docuit Lorca *in 2. 2. quæstione 40 artic. 1. sect. 3. disp. 50. num. 12.* nam aliàs quilibet privatus, aut saltem paterfamilias, quoties propter negligentiam aut corruptionem iudicum ius suum, saltem clarum, obtinere non potest, posset bello & armis illud repetere, quod est absurdum. Ecclesiastici autem, qui temporale Reipublicæ alicuius dominium habent, possunt movere bellum etiam ipsi. Papa verò non solùm vt dominus temporalis Romæ, & aliarum vrbium Ecclesiasticæ ditionis, sed etiam vt supremus Ecclesiæ pastor potest in finem supernaturalem bellum movere, vel aliis movendi facultatem concedere, si causa aliqua id exigat, vt dictum est *verb. Papa, par. 6. tr. 4. resol.*

Et legitima potestas, quam habet Papa, Imperator, Reges, Respublica.

Principes feudatarii Imperii, Et Respublica. Et possunt habere alii per præscriptionem, aut necessitatem.

2 Num verò dari possit bellum vtrinque iustum? nam iudex secundùm falsò allegata & probata iustè quem morti reum facere, & reus executioni sententiæ iustè resistere potest. Dominus iustè servum detinere, & hic iustè fugere, &c. Posse, ait Alciatus *in parad. lib. 2 cap. vlt.* Dicendum tamen cum communi, materialiter loquendo, iustitiam vtrique parti favere non posse. (✠ Est enim indivisibilis,) ac proinde non potest duobus contradicentibus opem ferre. ✠) Posse verò formaliter, ratione ignorantiæ invincibilis, ita vt apud vnam partem iustitia reuera sit, apud aliam præsumatur. Ita Villalobos *tom. 2. tractat. 5. diff. 5. n. 1. part. 6. tractat. 4. resolut. 24.* Is verò, qui cum tali ignorantia bellum intulit, cognita postea iniustitia, tenetur ad restitutionem damnorum titulo solùm rei acceptæ: vnde id solùm tenetur restituere, quod adversariorum erat, & apud ipsum in specie permanet, aut ex quo ditior factus est. Lorca *disputat. 55. numero 4. ibidem resolutione 30.* Si verò scienter bellum iniustum intulisset, ipse & eius consiliarii tenerentur omnes ad integram restitutionem damnorum in solidum, & in defectu aliorum singuli: quia vnusquisque est causa totalis, *ibid. resolut. 31.*

Bellum vtrinque iustum materialiter dari non potest.

Formaliter potest. Quanimirum potest aliquis bellì iniustitiam invincibiliter ignorare.

Quam si deinde cognoscat, tenebitur ad damnorum rei acceptæ.

3 Debent quoque Principes, secundum aliquos, rectam in bello intentionem habere, proponere nimirum sibi tanquam finem bonorum commune, pacem,

Princeps debet in bello rectam intentionem adhibere.

Et nõ indicere bellum subditis suis noxiũ magis, quam proficuũ.

pacem, &c. vt patet ex cap. *quid culpatur* 23. *quæst* 1. Sed hæc intentio nõ ad iustitiam, sed ad honestatem belli pertinet: nam si iudex secundum leges reum punit animo vindictæ, non peccat contra iustitiam; sed solùm contra charitatem: vnde non tenetur ad restitutionem. Et ita tenet Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputat.* 5. *punct.* 1. *numero* 4. & alij *part.* 6. *tractat.* 4. *resolutione* 4. Tenetur verò ad restitutionem secundum Molina *disputat.* 102. suis subditis, quoties cum maximo ipsorum incommodo & detrimento bellum alioqui iustum suscipit; hoc enim bellum non vndique iustum est: quia Princeps tenetur ex iustitia non solùm habere iustam causam bellandi erga inimicos, sed etiam erga subditos, insumendo nimirum bellum, cuius sumptus tolerabiles, & emolumentum periculis, expensis & calamitatibus ferendis præponderet. Vnde rectè adnotat Coninch *dub.* 4 *num.* 73. illicitè moueri bellum, si minima spes victoriæ subsit. Imò Caietanus *in* 2. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. requirit moralem victoriæ certitudinem, licèt Palaus *punct.* 3. *n.* 17. dicat sufficere certitudinem probabilem. Et Suarez *disputat.* 31. *de char. sect.* 4. *in fine*, spem damnis, quæ timentur maiorem. Cæterum Lorca *disputatione* 53 *sect.* 1. *numero* 8 docet, Principem, qui omnibus pensatis imprudenter bellum iniret, moraliter certum, quòd plus damni, quàm emolumenti suis subditis eueniet, non teneri ad restitutionem; quia non peccat contra iustitiam, sed contra charitatem, *part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 7.

Et belli dispẽdia æqualiter omnibus imponere debet.

4 Dispendia autem belli, & oppressiones populi ex eo manantes, debet ex æquo Princeps in vassallos distribuere; nam, cum bellum sumptum sit in bonum commune, communibus quoque incommodis est sustinendum. Atque ita si vna pars Prouinciæ milites hospitando, &c. præ aliis grauata fuerit, tenetur Princeps ea grauamina compensare. Coninch *disput. dub.* 7. *numero* 98. Nisi (ait Lazmann *lib* 2. *tractat.* 3. *cap.* 12. *numero* 18.) consuetudo loci obtineat, vt hospites militibus seruitia, habitationem nimirum, paleas, &c. gratis dent; nam hic excessus grauaminis esset per accidens. Quod si milites ex necessitate grauissima innocentes expolient absque eius culpa, tenetur dama resarcire, in quantum inde locupletior factus est. Si autem culpa ipsius interueniat, vt si stipendia soluere iniustè distulisset, obligatus erit restituere omnia damna, titulo retentionis iniustæ (*part.* 6. *tractat.* 4. *resolutione* 26. §. *Quo iuncto* § *Excipitur.*) non solùm ipsi militi, si ob culpabilem retentionem stipendij sua vilius vendere coactus sit, aut in morbum incidit, membrum amisit, &c. & extraneis non hostibus, vel vasallis si quos præ inedia spoliarunt, vt diximus: sed etiam Reipublicæ, si milites ob defectum solutionis rebellantes, aut victoriam amittere, aut bellum diutius cum magnis expensis, & incommodis protrahere eam cogerint, quia ipse est vera causa omnium horum damnorum. Palaus *tom.* 1. *tractat.* 6. *disputatione* 5. *punct.* 5. *numero* 2. Quæ quidem aduertit Laymann in bello offensiuo contingere non posse absque Principis culpa, qui prius cogitare debet an sumptibus sustinendis, & militibus in officio sua auctoritate detinendis sufficiẽs futurus sit. Posse verò contingere in bello necessario, præsertim defensiuo, si nimirum contra infidelium, aut hæreticorum incursus aggrediatur; quo casu tum ipsos milites, tum populos aliqua incommoda tolerare necesse ad vitanda maiora mala, præsertim, quòd Duces quandoque non possunt militibus prædas seueris suppliciis prohibere, quia statim secessionem ad aduersarios meditantur. Atte ẽdas quoque locorum consuetudines: nam alicubi panum maiori pretio accipere milites coguntur in stipendij partem; alibi ad tres, vel quatuor menses solutio eis differtur, ad secessionem fortasse impediendam. Et si dimissio fiat, aliquid ipsis detrahitur ob prædas contra Ducis voluntatem deuectas; etiam innocentibus. Ex quibus Confessarius non statim

Et stipẽdia militibus ex iustitia soluere stipendijs superuenientibus restitutionis omnium damnorum cuius emergẽtiũ. Si culpatè id faciat.

Præsert. in bello offensiuo, & voluntario.

tim debet hæc tamquam iniusta damnare, tum ob necessitatis rationem, quia pecunia non suppetit, partim ob consuetudinem, in quam milites ipsi scientes, & militiæ nomen dantes, consentiunt. *ibid. resolutione 29.*

Quare si post inceptum bellū, offertur satisfactio.

5 Aduertit autem Duuallius *in 2.2. quæst. 16 artic 4* quòd si Principi post bellum inceptum ex iusta causa, offertur satisfactio, & nondum vltima pugna inita est, teneatur eam acceptare, & ab vlteriori pugna abstinere, nec sanguinem humanum profusioni, & subditos periculis, & incommodis exponere, quia res ex vtraque parte sunt adhuc in integro, & euentus belli in incertitudine positi. Et certè si satisfactio oblata fuisset ante bellum inceptum, debuisset a bello cessare. Secus verò, si victoriam quasi manibus teneat; quia tunc inimici non sunt in statu satisfaciendi, sed satisspatiendi. Et sic intelligendos Caietanum, & Bannez dum docent, Principem post bellum inceptum non teneri acceptare satisfactionem. Sed in hac re Suarez, Molina, Valentia, & Coninch, quos citat, & sequitur Palaus *numero 4.* tenent, Principem non posse iustam satisfactionem respuere; quia bellum ex necessitate suscipiendum est, quæ oblata satisfactione, iam cessat. Aduertit autem Becanus *in 2. 2. quæst. 9 cap. 25. numero 4.* nomine iustæ satisfactionis Principem exigere posse non solùm ius iustè prætensum, sed etiam expensas & molestias belli, nec non quidquid in posterum necessarium fuerit, ad securè, pacificeque viuendum, quia hic præcipuus belli scopus. Verùm placet distinctio Lorcæ *disputat. 57. numero 12.* quòd si agatur de sola recuperatione, oblata rei possessione & compensatione sumptuum, à bello cessandum sit, quia nihil aliud ex iustitia peti poterat: si verò agitur de vindicatione iniuriæ, tunc Princeps possit satisfactionem respuere, quia belli pœnam iustè infligere potest, & eam remittere, non iustitiæ, sed misericordiæ est. Sanè actor in iudicio potest exequi pœnam iustam, & oblatam compensationem contemnere. *part. 6. tractat. 4 resolut. 8.*

Restituēdo quidquid prætēditur, tenetur à bello desistere.

Secus, si agatur de vindicta, & suppetant necessaria, spereturque augmentum boni communis.

6 Licita autem sunt in primis in bello stratagemata & insidiæ, vt docent communiter DD. cum Coninch *disput. 31. de bello dub. 7. num. 109.* Nec enim per se mala, & ad victoriam sæpè necessaria vel vtilia. Excipe tamen casum, quo fides de non adhibendis insidiis data esset. Hæc enim seruari debet, & omne promissum implendum, vt ait D. Thō. *in 2.2 quæst. 40. art. 3.* nisi coactum sit, aut in graue damnum boni communis Reipublicæ, aut Religionis cessurum, quo casu etiam iuratum impleri non debet, item nisi hostis fidem suam ex toto, vel ex parte fregisset. Sic Palaus *tom. 1. tractatu 6. disputat. 5. punct. 4.* Item nisi circumstantiæ & conditiones mutentur, addit Duual. *in 2.2 quæst. 16. artic. 8.* si mutatio talis sit, vt si fuisset præuisa, promissio secundum prudentis arbitrium non fuisset secuta. Vide etiam Laymann. *lib. 2 tractat. 3 cap. 12. numero 10. part. 6. tractat. 4. resolutione 10.*

In bello licita sunt stratagemata.

Citra infidelitatem.

7 Præterea in bello iusto licitum est hostes occidere, vel in seruitutem redigere, bona eorum deprædari, deuastare & quidquid ab obtinendam victoriam necessarium est. Sed

Homicidia Hostium seruitus, ac de prædatio, &c

8 Petes primò: Num liceat in bello iusto occidere innocentes? Infantes nimirum, mulieres, monachos, conuersos, Presbyteros, rusticos, colonos, legatos, peregrinos, exteros, & mercatores? Respondeo, per se non licere, quia innocenti nulla pœna iustè imponitur; licere autem per accidens; quatenus aliquid fieri per se licet ad assequendam victoriam, ex quo innocentibus etiam damnum infertur: quia tunc, cum præter intentionem contingat, nec teneatur quis à consecutione iuris proprij propter incommodum innocentiū desistere, tale damnum non censetur voluntarium inferenti. Itaque licitum est in bello oppugnare vrbem immittendo iacula, euertendo subiecto igne sulphureo sutres, &c. licet verisimile sit aliquos innocentes ex hoc morrem incursuros: Obseruat tamen Palaus *tom. 1. tractat 6. disputat 5 punct. 4. num. 9.* hæc

Et quidem per accidens etiam innocentes via cum nocentibus occidi possunt.

ita

ita intelligenda, vt semper finis belli habeat necessitatem, vel vtilitatē huic malo præponderantem; quia non licet quærere proprium commodum cum grauissimo aliorum detrimento, ex quo bene obseruat Lorca *in 2. 2. sect. 3. disputat. 53 num. 3.* illicite inferri in bello ea damna, quæ ad finem belli non conducunt, & Villalobos *tom. 2. tract. 5. diff. 12. n. 10.* non posse obrui licitè oppidum, in quo plures innocentes, pauci nocentes reperiuntur, quia plus mali exinde resultaret, quàm boni, *ibid. resol. 11.*

Eorumque bona diripi & deuastari.

9 Petes secundò: Num liceat in bello iusto innocentium bona diripere, & deuastare? Respondeo eodē modo, directè non posse, indirectè & per accidens posse, præsertim, si timeatur per illa iuuandum inimicum ad iniustè oppugnandum. In quo casu etiam rebus Ecclesiasticis noceri posse ait Regnaldus *tom. 2. lib. 21. cap 8. numero 113.* ex quadam consuetudine; Sicut etiam, ait, si Ecclesiastici se miscerent bellis ciuilibus, iuuarentque hostes; nam tunc haberentur loco hostium: & si Ecclesia more castri munita esset ad inferendam vim, & oppugnandos hostes, expugnari & incendi posse; quia id prohiberur in cap. *Sanctorum Patrum 10 quæst. 1.* secus si in castellata sit in defensionē Ecclesiasticorum, vel laicorum innocentium, quamuis tunc auferri possint arma, & tormenta bellica, ne inimicis inseruiant. Verum cum Ecclesiastici corpus in Republica à laicis distinctum constituant per peculiarem mancipationem, qua Deo sunt consecrati, non debent, nec possunt pro laicorum culpa absque irreligione, & Dei reuerentia suis bonis spoliari. Et Syluester *verb. Bellum, in fine*, docuit, omnia bona, quorumcumque sint, in Ecclesiam reposita vt custodiantur, hoc immunitatis priuilegio potiri, quod piè dictum existimat Palaus *tom. 1. tractat. 6. disputat. 3. punct. 4. numero 18.* quanto magis, si bona sint Ecclesiasticorum? Et quid si sint ipsius Ecclesiæ, vt sacra suppellex, & bona immobilia fabricæ, & ministrorum seruitio destinata, quæ speciali ratione sunt ipsius Dei? Reuertendo autem ad laicos innocentes, certum est restitui debere eis post bellum, bona rapta & vastata, a raptoribus quidem & prædatoribus, si supersunt, aut ex eis facti sunt ditiores, ab iisdem verò etiam si in bello consumpta sunt. vt ait Palaus *num. 11.* quia innocentes non tenebantur offenso dare bona sua, vt suum recuperaret (cum non supponeretur fim pliciter pauper) sed tantū mutuare: vel saltem à nocentibus, qui huiusmodi dānorū causa fuerunt, vt ait Becanus *in 2 2. c. 25. quæst. 12. nu. 7.* vbi obiciat, inter pacta cum hostibus de damnis restituendis, paciscendum esse, vt restituatur innocentibus, quod eorum causa iniustè ab iis ablatum est *p. 1. 6. tract. 4. resolut. 12.*

Excepta Ecclesia.

Bonis Ecclesiasticorum.

Vel in Ecclesiam deuectis.

Et bona innocentiū restituposteà eis debent.

10 Petes tertiò. An liceat in bello iusto innocentes in seruitutem redigere? Respondeo: Palaus *num. 13.* & alij affirmāt: quia sunt partes Reipublicæ nocentis, quæ eorum libertatis dominiū habet, potestque de ea disponere, vt ipsimet possunt, & eorum partes in necessitate, & secluſa lege positiua, eorum creditores, quibus aliter soluendo non esset: nam libertas cōputatur inter bona fortunæ. Oppositum docuit Lorca *in 2. 2. sect. 3. disputat. 54 numero 20.* quia nullis seruitus nulla ratione iustificari potest, nisi in casu, quo bellum esset diuturnum, ad frangendas vires inimicorum, qua ratione iustificari seruitutem fœminarum & infantium Turcarum apud Christianos, nam ob rationem dictam occidi possent, vt videtur permitti in 20. Deuter. vbi ideò in obsidione prohiberur arborum fructiferarum succisso, quia non possunt obsessorū pugnantium augere numerum, si ergo in tali casu viuri seruentur, sola libertate priuari benignè cum eis agit. Mendoza verò *vol. 2. disputat. 184. sect. 11. §. 107.* quāuis Turcarum innocentium seruitutem in praxi licitam esse existimet propter auctoritatem multorum DD. ex qua hæc opinio probabilis redditur speculatiuè tamē loquendo, talē seruitutem

Qui etiam per accidēs serui fieri possunt.

tutem illicitam existimat, quia partes totius metaphorici, quibus est distincta voluntas, non possunt puniri ob delictum compartitum. Et ius Reipublicæ in libertatem ciuium non habet locum citra necessitatem extremam, vnde nec victori succedere potest, nisi pro extrema necessitate, Christianæ autem Reipublicæ securitati satis consulitur, capiendo Turcas, & cautè custodiendo, ne ad suos reuerti possint, absque eo, quod vendantur, & bona acquirendi contractus ineundi iure, ac (vno verbo) libertate, priuentur. Summa veritatis hæc est: Turcæ & Saraceni, quicunque sint, Christianorum mancipia iustè fiunt, Christiani verò Turcarum serui fiunt de facto, non de iure, quia eorum in nos bellum iniustum est. Christiani Christianorum ob consuetudinem communi consensu approbatam serui non fiunt. Et in genere innocentes non possunt fieri serui per se, possunt verò per accidens, quando timentur hostibus subsidium præstituri *part. 6. tract. 4. resolutione 13.*

Ex Turcis. Ex Christianis verò minimè.

Seruitamè effecti fugere possūt ad suos quinciūque illi sint.

11 Peres quartò: An serui bello iusto effecti fugere possint ad suos? Respondeo, Nauarrus negat *cap. 17 num. 103.* quod probare videtur iura cap. *si quis seruum, 17. q. 1 æst 4.* ex Conc. Gangr. & latet sub Martino I. in quibus grauis pœna decernitur suadenti fugam mancipio. & *in l. 1. C. de seru. fugit.* dicitur: *Fugitiuus seruus furtum sui facit domino.* Accedit quoque ratio desumpta ex legitima possessione & iusto dominio, quibus dominus iniustè spoliaretur & ex similitudine iust. exilij, quòd exul frāgere non potest sine peccato. Ex quibus *in l. 1. C. de seru. fugit.* grauis pœna decernitur seruo, qui in fuga deprehensus fuerit. Contrarium tamen teneo cum Lessio *lib. 2. cap. 5. dub. 5. num. 24.* & aliis, quotiescunque seruus fidem non dedit, aut iuramentum adhibuit non fugiendi, non solum de Christianis Turcarum mancipiis, quos *verb. Furtum,* & fugere & bona eorum surripere & secū adducere licitè posse docuimus, & docet nouissimè Solorzanus *de Ind. iure lib. 2. cap. 10. numero 24.* sed etiam de aliis quibuscunque, etiamsi benignè tractētur, dummodo non fugiant animo vagandi, sed reuertendi ad propria. Id quod probatur generali consuetudine, secundum quam serui fugitiui, vbi ad suos peruenerint, non compelluntur redire ad dominum: & robotatur leg. Impers. *nihil interest ff. de captiu. & postlim. reuers. & in 5 item ea, Inst. de rerum diuis.* Verum tamen est, quòd si seruus a domino in fuga deprehensus fuerit, tenetur ei obedire, & ad locum seruitutis voluntariè redire, sicut incarceratus fugiens a lictoribus comprehensus; neuter enim domino, aut lictori resistere vi potest, cum adhuc in eorum possessione reperiantur, nec dum plenā libertatem adepti sint *part 6. tractat. 4. resolutione 14. & obiter olim part. 3. tract 5. resolut. 96. in fine.*

Etiamsi benignè tractentur.

12 Peres quintò: An in bello iusto inter Christianos, capti ab inimicis, si non serui fieri, at saltem vsque ad certi pretij solutionem retineri possint? Respondeo cum Valasco *tom. 1. consil. 30 numero 4.* & 5. affirmatiuè quidquid contra illum insurgat, Ægydius *in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure part. 1. cap. 1. numero 7.* idque in pœnam iniusti belli, & iniusti periculi, cui victorem exposuerunt, a quo proinde sicut vita priuari, ita quoque pecunia mulctari possunt, & quamdiu non soluunt, in vinculis detineri, vt detineri solent mandato iudicis ære alieno grauati. Et sic consuetudine seruari in Flandria, Gallia, Italia, Germania, aliisque Christianorum regionibus se audiuisse refert Valascus apud quem ait Rebuffus, pretium huius redemptionis regulariter acquiri capientibus, & taxandum esse iuxta diuitias, & qualitatem personæ. *part. 6. tr. 7 resol. 16.*

Christiani verò possūt capiui vsq; ad solutionem certi pretij.

13 Peres sextò, An in bello iusto liceat in pœnam violatæ fidei obsides innocentes occidere? Respondeo cum Villalobos *tom. 2 tractatu 5 diff. 11. n. 16.* non licere, sed solum detineri posse capiuos. Filliuccium verò contrarium docentem *tom. 1. tr. 19. c. 9. n. 91* nō esse audiendum.

Obsides innocētes ob violatā hostiū fidem nō licet occidere.

diendum *part.6.tractat.4. resolut. 29.*† verùm alibi in sententiam Filliuccij propensior visus est, vide *verb. Occidere, num. 33.*†

Nec alios innocētes ob motū rebellionis.

14 Petes sextò; An liceat inimicos in bello iusto post reportatam victoriam interimere ob securitatem; Respondeo, aliquos affirmare tam de nocentibus, quàm de innocentibus. At Lorcæ hæc opinio rigida videtur, cum nemo puniri possit ob dilictum nondum commissum, præsertim cum rebellio aliter præcaueri possit. Solùm ergo de nocentibus dicendum esse, quòd si morte alias digni sint, consultius sit illos occidere, quam saluare, quia sic & iustitiæ, & securitati simul prospicitur. Ita ille. *disput.54.num.8.part.6.tractat.4. resol.11. §. Sed hic obiter.*

Princeps victor in bello iusto potest omnia damna. Expēsas belli, aliquid in pœnam iniuriæ illatæ. Et quidquid pacē stabilire potest. Etiam extruendoarces in terris inimicorum, &c.

15 Petes septimò: Quasnam satisfactiones petere potest Princeps victor in bello iusto? Respondet Duuall. *in 2.2. tractat. de char. art. 4.* petere posse omnia ablata & vastata, expensas belli, ac etiam aliquid in pœnam iniuriæ illatæ, vt tributum, vel retractationem contumeliarum: & quidquid ad pacis in posterum stabiliendæ necessarium visum fuerit; vt (addit Coninch *disput. 31. dub. 7. num. 109.* priuare victos etiam innocentes suis bonis, aut etiam aliquos libertate, si non sunt Christiani, quatenus hoc ad dictum finem necessarium est; item extruere in eorum terris munitiones, ac præsidia imponere: & denique cum iudicis erga victos personam obtineat, posse eos iuxta delicta, etiam morte, punire. In his tamen omnibus memorem esse debere Christianæ clementiæ, nec omnes, qui morte digni inueniuntur, si plures sint interimere, nisi in casu quo Christiana prudentia ad præcauendum maximum malum id suaderet *par. 6 tractat. 4. resol 22.*

Bona autē in bello capta, immobilia ad Principē, mobilia ad milites pertinent.

16 Petes octauò: Ad quemnam pertineant bona in bello iusto percepta? Respondeo, immobilia ad Principem, in satisfactionem iniuriæ, expensarum &c. vt dictum est; mobilia regulariter ad milites capientes pertinere. Quid faciendum sit de bonis furtiuis, quæ capiuntur in bello iusto ab inimicis dicemus *num. 33. p. 6. tr. 4 res. 23.*

Bellare die festo nō est illicitū.

17 Petes tandem: An liceat bellare in die festo? & quid de aliis temporibus? Respondeo, Alexand. III. in cap. *Treg. de treg. & pace.* prohibuisse bellum ab Aduentu vsque ad Octauam Paschæ sub grauibus pœnis, & commination excommunic, sed hoc præceptum non fuisse receptum, vt tradit Valentia *tom. 3 disput. 3. quæst. 10. punct. 5.* & alij. Quoad dies festos, docuimus etiam V. *Festum num. 6.* non esse peccatum in eis bellare, ne veniale quidem, si Missa audiatur. Nam bellare non est opus seruile, cùm etiam pertineat ad Principes. Nec bene ait Bannez, bellum distrahere à pietate, & deuotione, quibus in die festo vacandum est: nam potius abstrahit à peccatis, quibus milites in otio vacare vt plurimum solent, vt ait Molina *tom. 1. tractat. 2. disputat. 111.* Missa verò debet quidem audiri, si eius auditio præparationi ad bellum nec minimum nocet: si verò milites ne se accingant vt pugnent, vel Sacerdotes, ne militum Confessiones accipiant (opus tunc temporis magis necessarium) impediat, ab ea excusantur, vt docet Duual. *quæstion. 16. artic. vltimo part. 6. tractat. 4 resolutione 31.*

Si Missa audiatur, nec sine iusta causa omittatur.

PVGNA SEV BELLVM
Quoad Causas.

Belli causæ legitimæ sunt. Subditorū rebellium, vbiugatio. Recuperatio Ciuitatis, magni momenti. Grauis cōtumeliæ vltio. Vel auxilij iniquè hosti suppeditati Redemptio cōtumelioſa

18 CAusæ iustæ bellum indicendi multæ sunt, & numerantur à Palao *tom. 1. tract. 6, cap. 5. punct. 3. num. 3.* & aliis. Prima est, vt subditi rebelles ad obedientiam redigantur. Secunda, vt recuperetur prouincia, aut ciuitas Principi iure debita, & ad bonum commune multum conducens. Tertia ad vindicandam grauem contumeliam Principi, aut Reipublicæ illatam, cuius rei exemplum extat 2. Reg. 10. Quarta in vltionem auxilij inimico iniustè bellanti suppeditati, exemplum habes *ibid. cap. 8.* Quinta, vt repellantur ij, qui iustè

Detinentibus hostium negantium Violatiõ fœdus, Negatus trãsitus innoxius, &c.

iustè prohibent ne nocentes puniantur in bonum Reipublicæ, exemplum habes 20. Iud. Sexta, in pœnam violati fœderis non sine damno, iniuria, aut dedecore patientis, cuius belli exemplum extat 4 Reg. 3. Septima, ob denegata ea, quæ iure gentium debentur, vt transitus per alienam regionem sine mora & nocumento, *capite vltim. 23. quæstione 2.* Octaua causa est, vt auxilium iustum sociis afferatur, exemplum habes Gen. 14 Nona, si populi idololatræ sint, vel in hæresim, aut infidelitatem lapsi, alios secum trahant, & dissentionem in prouincia excitent, &c. Inepta quoque barbaries iusta causa est ad bellum mouendum ob vtilitatem ipsorum barbarorum, saltem propter illos, qui cum infantes, vel inermes sint, beneficio politiæ, & disciplinæ, quod ipsis exhibetur, non resistunt; ad quod satis iuris dat humanitas, & beneficentia homini debita, ita tamen, vt non redigantur in seruitutem despoticam, sed politicam. Ita Mendoza *volum. 2. disput. 169. sect. 3. §. 49.* Hanc autem facultatem habebit is, cui primo occurret & suppetet facultas, & auctoritas Summi Pontificis multum iuuabit, tanquam mandantis opus pietatis, *part. 6. tractat. 4. resolutione 3.*

Idololatria contagiosa, Et barbaries?

Petes, an iustũ sit bellũ in Rempublicam, quæ ciuem Principi eõ tumeliosũ cõcedere nõ vult puniẽdum?

19 Sed petes primò: An in quinta causa belli ex nuper assignatis, contineatur iniuria Principis, quia vassallum suum de eius consensu externo Principem iniuria afficientem, ab eo requisitus, reddere morte plectendum non vult, quamquam alias satisfactiones exhibeat: Respondeo Bannez probabiliter affirmare exemplo Iud. supicit. vbi Israelitæ bellum Beniamitis iustè indixerunt, eo quod Gabaonitas maximi sceleris reos tradere recusauerunt: atque: Principem læsum lædentis iudicem esse directum, ac proinde habere absolutè ius morte eum puniendi, nullamque aliam satisfactionem acceptandi; vnde si Princeps alius reddere nolit, bello cogi posse. Hanc quoque sententiam tenent Palaus *tom 1. tr. 6. disput. 5. punct. 3 numero 15.* & Molina *tomo 1. tractat. 2 disput. 103.* qui aduertit, Principem peccaturum contra charitatem, si recta ratione exigente, & vtriusque Reipublicæ bono, competentem in aliis rebus satisfactionem respueret. Verum Coninch *dub. 2. num. 19.* contrariũ tenet, & negat illud principium, quòd Princeps læsus sit per se iudex personæ lædentis. Ad exemplum verò Israelitarum dici potest, eos Beniamitas bello iustè impetiisse tanquam sibi subiectos, quia erant partes illius populi, quam omnes tribus constituebant *part. 6. tract. 4. resol. 6.*

Inviolantiũ legatos?

20 Petes secundò: An in sexta causa comprehendatur violatio legatorum? Respondeo affirmatiuè cum Coninch *numero 24.* & Theolog. communi. Et habemus exemplum in 2. Reg. 18. vbi Dauid Ammonitis bellum intulit ob violatos legatos; quod etiam fecerunt Romani bello Tarentino, Illyrico, Corinthio, & Mithridatico. Vnde violantes legatos læsæ maiestatis rei fiunt, Cabedo *parte 2. decis. 16. numero 2. parte 6. tractat. 8. resolutione 2. §. Atque ex his.* Verum non est formalis legatorum violatio, si puniantur à Principe, in cuius territorio grauiter vltra terminos legationis deliquerunt. Vnde V. *Princeps num. 17.*

In negantiẽ transitum exercitui nõ tuto?

21 Petes tertiò: An in septima includatur negatio transitus exercitus armati ante necessariam cautionem? Respondeo negatiuè: nam transeuntes tenentur omnem securitatem facere non nocẽdi, vnde quia ab armatis ferè semper timeri potest, sæpe eis transitus iure negatur. Ita Coninch *numero 51. parte 4. tract. 4. resolutione 7 4. §. Nota, & part. 6. tract. 4. resolut. 5.*

In negantiẽ negotiationem. Hospitium. Vsum fluminum. Piscationẽ corallium, &c.

22 Petes quartò: Quid si Princeps interdicat exterius negotiationem & mercaturam, hospitium, vsum fluminũ, piscationem corallium, & margaritarum, quæ de iure gentium omnibus sunt communia? Esse iustam causam indicendi ei bellum, ait Victoria *relect. de Indis Insul. part. 2. init.* & hoc titulo iustificat debellationem Indorum, earumque regionum possessionem ab Hispanis

appre-

apprehensam. Verùm ego aliis de causis Indos ab Hispanis debellatos existimo, & contra Victoriam insurgunt Palaus *num* 4. & DD communiter ea ratione, quia nullo iure probari potest, deberi exteris commercium, & hæc omnia in tantum sunt communia, in quantum non prohibentur: nam si priuatus acquirit suæ hæreditatis dominium, cur non etiam Respublica acquirere potest dominium talium rerum, ita vt citra extremam vel grauem necessitatem, vel omnibus, vel aliquibus exteris interdicere possit: *pa. t. 4. tr. 4. resol. 74.*

In idololatras frãgetes iura naturæ cõtra Deum, & homines?

23 Petes quintò: Cùm nemo possit punire non subditos ob delicta in Deum commissa, cur dictum est in noua causa, debellari posse populum idololatram? Respondeo, reuera multos, inter quos Palaus *num. 7.* & Villalobos *tom. 2. tract. 5. diff. 4. num. 14.* contrarium docere, præsertim quòd Princeps laicus non punit hoc delictum in suis subditis. Sed Solorzanus *de ind. iure lib 2. cap. 14 num. 26.* tenet, tales licet puniri nõ possint ob violatum ius naturæ, quod debitum Deo cultum præscribit, puniri tamen posse, ob violatum illud, quo vnicuique proprium reddendum, & nemini faciendũ quod nobis factum displiceret, præcipitur, vt propter furta, latrocinia, adulteria, homicidia, falsa testimonia, incestus, stupra ab ipsis, aut commissa, aut permissa. Et Syluester *verb. Iudæus, num. 4.* & alij docent, bellum moueri posse ob solam idololatriam, præsertim si accedat auctoritas Summi Pontificis. Et quidquid sit de his opinionibus, de quibus nouissimè ad partes agit Fagundez *in decalog. tom. 1. lib 1. cap. 33. à num. 28* si infideles, præter idololatriam, effræna quoque tyrannide, humana carnis ingluuie, execrandis innocentium sacrificiis commaculantur, vt passim de Indis testatur Mendoza *volum. 1. disputat. 75 sect 1. § 22.* verius puto debellari posse, *part. 6. tractatu. 4 resolutione 16.* Aduerte hic Reginaldum *tomo. 1. lib. 21 cap 8. numero 94.* assignare septem casus, in quibus contra infideles bellare liceat. Primus est, si possident terras Christianorum, vt Turcæ: Secundus, si Christianos iniuria afficiunt, vt iidem afficiunt: Tertius, si Christianos à vera Religione abducũt: Quartus, si Euangelij prædicationem impediunt, de quo diximus *verb. Papa num. 3.* Quintus, quando à Christiano Principe eorum domino leges naturæ consentaneas recipere & obseruare renuunt: Sextus, si committunt peccata, non solùm contra Deum, sed etiam contra proximum. *Ibidem resolutione 17. & ad confirmationem:* Septimus, si subditi Principis Catholici incidant in hæresim; nam Deus olim filiis Israel præcepit, vt ciuitatem, quæ in tale crimen incideret, delerent, Deuteron. 13. & ob hanc causam filij Israel filiis Ruben & Gad voluerunt bellum mouere, Iosue 22. vt probant Patres relati *23. quæst. 4. c. displicet: & sequent.* Et ratio est, quia hæresis grauissima damna affert toti Reipublicæ. Seruandum tamen esse ordinem iuris, vt bellum eis non inferatur, nisi prius ab Ecclesia hæretici declarentur, cap. *cum secundum leges, de hær. in 6.* Becanus verò *in 2. 2. cap. 25. quæst. 5.* tunc hæreticos bello puniri posse, inquit, quando à fide deficientes, alios quoque in eandem hæresim traherent, exemplo Moysis, qui partem populi vitulum adorantem bello adorsus, triginta eorum millia trucidauit. Et si conentur trahere vicinos alterius Regni, inuadi posse à Rege istorum in defensionem, & iniuriarum vindictam *ibidem resolutione 19.*

Et hæreticos.

24 Petes sextò: An regiones infidelium iustè inuadantur & possideantur ob donationem Pontificia? Respondeo Gryphanius *de Insulis, cap 24. à numero 59.* negat & in donationem noui orbis ab Alexandro Sexto Regibus Hispaniarum factã impiè inuehitur, quasi in donationem rerum alienarum, quæ futti speciem sapit. *Gloss. in l. 1. Cod si ad uersus vendit.* Verùm prædictam donationẽ firmant Malfectius, Sepalueda, Borrellus, Paramus & alij, quos citat & sequitur Solorzanus *cap. 23. n. 68. & seq.*

Sanè Papa potest Principibus Christianis concedere terras infidelium, ob fidei propagationem.

ad argumenta Gryphanij respondens: Quia nimirum Summo Pontifici ius ineſt, finem Euangelicam propagandi, & deſtruendi idololatriam, vt diximus *verb. Papa, numero 3. part. 6. tractat. 4. reſol. 18.*

Quid ſi Princeps dubitet de iuſtitia belli?

25 Petes tandem: An Princeps arma mouere poſſit dubius de iuſtitia belli? Ad hanc quæſtionem reſpondet Syluius *in 2.2 quæſt. 40. art. 1. quæſt. 4. concluſ. 2. 3. & 4.* ſub diſtinctione. In cauſa iniuriæ, non poſſe, aut quia res tanti periculi non eſt exequenda ob cauſam dubiam. In cauſa poſſeſſionis non poſſidentem ſimiliter non poſſe bellum mouere: quia iura fauent poſſidenti: quinimmò ſi in tali caſu cum poſſeſſione vi ſpoliaret, hunc contra ipſum licitè inſurgere poſſe, quia iniuria affectus eſt. Poſſe tamen bellum mouere, ſi plus iuris habere videatur, & compenſationem petens admiſſus non fuerit, ſi quidem res ſit grauis, & digna bellorum periculis: nam poſſidens in dubio tenetur admittere legatos partis aduerſæ pro examinando dubio, etiam æquali. Si autem neuter poſſidet, & dubium eſt æquale, bellum moueri poſſe, non pro recuperatione totius, ſed tantùm partis, vel eius compenſatione; quia res in tali dubio, aut diuidi, aut ex æquo compenſari debet. Ita ille. Sed aduerte, quòd ſi Princeps poſſidens, magis incliner in eam partem, quòd res ſit aliena, non propterea ad reſtitutionem aliquam obligatur: quia talis propenſio non euacuat dubium, & ideò à poſſeſſione ſuperatur. Sic Granado *in 2.2. controuerſ. 3. tractat. 12. diſputat. 4. ſect. 3. §. 2. numero 24. part. 4. tractat. 3. reſolutione 50.*

PVGNA SEV BELLVM
Quoad Duces, & Officiales.

militum ob auaritiam.

Extorquere à populis pecuniã in redemptionem hoſpitij.

Prouidere militibus victualia noxia.

Exponere milites certa & non neceſſaria neci.

Stipendia ſubtrahere

tes, vt ſtipendia ſibi approprient; & ſi propter defectum militum arx amittatur, vel alia damna cõſequantur, tenentur ea omnia reparare. Item, ſi cum exercitu proceſſuri, qua tranſituri ſint non exponant, vt à pagis & ciuitatibus pecuniam accipiant ad redimendum hoſpitium, nam quamuis liberum eis ſit, hunc vel illum populum prægrauare, quando onus non poteſt æqualiter diuidi, non tamen poſſunt facere hanc electionem venalem, & pretium ſibi retinere, potius enim expediret, vt ij, qui exercitum hoſpitantur, per aliorum contributionem ſubleuarentur. Tertiò, ſi ob negligentiam, vel furtum parent militibus cibum & potum & alia huiuſmodi corrupta in excidium militum, &c. aut ſimulent ſe præparaſſe omnia neceſſaria de mandato Principis, & reuera præparent in minori quantitate, aut præparent ea doloſa, & falſa. Sic Molina *diſput. 116.* Nonnullos alios caſus enumerat Layman *lib. 2. tractat. 3. cap. 12. numero 18.* vt, ſi milites certæ interneciõi exponant abſque neceſſitate, ſi caſtra in locis paluſtribus & noxiis figant cum periculum morbi, aut contagionis, ſi in ſoluendis ſtipendiis vſurariis cambiis vtantur; ſi dimiſſis veteranis militibus inexpertos adſcribant minori ſtipendio: & denique, ſi ſtipendium militibus ſubtrahentes, permittant eos ne ceſſaria ſibi à ruſticis, & aliis innocentibus extorquere. *par. 6. tractat. 4. reſolut.*

Et diſcedendi licẽtiam concedere, aut denega re quando nõ expedit.

27. Et tu addo ſi faciles ſint in concedendo militibus, diſcedendi facultatem, quando vrget eorum neceſſitas, vt alij deinde ſumptus fiant in eiſdem, vel aliis perducendis; cùm vexatione populorum hoſpitantium, & diſpendio Principum: aut ſint multum difficiles, quando eorum miniſterio non multum indigent, & occaſionem præbeant, ne milites ad bellum in poſterum velint accedere. *Ibidem reſolutione 25. circa medium.*

Ducis peccata ſunt, minuere numerum

26 DVces grauiſſimè peccant, ſi plures milites, quàm reuera habeant repræſentent, ſuos quandoque famulos in milites & centuriones eligen-

27 Petes hic. Poſito, quod Duces nõ poſſunt imminuere numerum militum ad arcis cuſtodiam deſignatum, retentis ſibi ſtipendiis, quando arx timet inua-

Et milites ob auaritiã minuere ſe licitũ putare

etiam tempore pacis.

inuasionem, & illa subtractio eius expugnationem minatur; poterunt ne id facere tempore pacis, quando nullum periculum imminet? Respondeo, Duvallium *in* 2. 2. *tractat de char. quæst.* 16. *art.* 4. inclinare in eam partem, quòd possint, & probabile existimare, quod Rex tacitè consentiat: quia id consuetum est inter nobiles; & ipse videt, & tacet. Idemque dicendum existimat, de Ducibus, & Capitaneis, si tempore pacis centurias diminuant. Sed puto, Regem revera hæc nescire, & proinde non consentire. *p.* 6. *tr.* 4. *res.* 27. §. *Sed non desinam.*

Item permittere (il sacco) quãdo non licet.

Petes secundò; An liceat Duci permittere militibus Civitatis direptionem, vulgo *il sacco*? Respondeo, aliquando licere, quando nimirum ipsa obstinatius resistendo id meruit, aut iudicatur necessarium, vt milites spe prædæ ad expugnationem animentur, & aliæ civitates non tam obstinatè resistant. Est communis opinio, & sine vlla reprehensione communiter practicatur. Advertunt tamen Doctores, illicitum per accidens esse posse ob scelera, quæ in tali direptione à militibus committi solent, ob quæ saltem curandum est à Ducibus, ne talia delicta sequantur, prius quidem severè prohibendo, postea verò contravenientes irremissibiliter puniendo. Layman *vbi sup. numero* 13. & alii *parte* 6. *tractat.* 4 *resolut.* 21. Si autem bellum esset iniustum, Duces & Tribuni tenerentur ad omnia damna, quæ sui milites ipsis iubentibus intulissent *ibid. resolut.* 31.

Aut non cavere à sceleribus, quæ à militibus committi solent.

Quæ similia peccant etiam alii officiales.

28 Peccant quoque alii officiales in bello (ait Becanus *in* 2. *cap.* 25. *quæst.* 15 *numero* 3.) si comportantes ad exercitum victualia, per avaritiam corruptum, & noxium offerant cibum. Si pulveri tormentario extraneum admisceant ex quo ad victoriam reddatur inhabilis; si plus à militibus, quam præscriptum sit, exigant pro cibo, potu, armis, &c. & si in designandis hospitibus alicui ad plures domos schedulas præbeant, vt in vna se recipiat, ab aliis pretium sumat. Ad quæ multum attendere debent Confessarii officialium, ait Molina *vbi supra parte* 6. *tractat.* 4. *resolut.* 28.

An liceat Duci pugnanti in mari contra infideles, cum nõ est spes evadendi, ignem pulveri iniicere, ne in hostium potestatem deveniant?

29 Petes hic primò. An liceat Ducibus & militibus super naves militantibus contra infideles, vel hæreticos, quando aliter manus hostium fugere non possunt, ignem pulveri admovere, ne & ipsi, & naves in hostium potestatem deveniant? Respondeo, nos V. *Occidere, num.* 36. negativam sententiam docuisse, quæ est communis, & astruitur novissimè à Vvigers *de iustitia, tractat.* 2. *cap.* 2. *dub.* 18. *numero* 106. vbi id solùm permittit in casu, quo se milites in mare deiicerent cum spe aliqua salutis, licet cum periculo incendii. Et ratio est, quia nemo potest directè seipsum occidere. Verum Fagundez *in decal. tomo* 1 *lib.* 5 *cap.* 1. *numero* 14. alii apud ipsum affirmant, aiuntque in eo casu Ducem non intendere per se propriam necem, sed hostis debilitatem, ne præda capta insolentior fiat in eius Regem: opraturum alias se hostes incolumem occidisse. Ereandem rationem esse de eo, qui pulveri hostili arci subiecto ignem adhibet, certus se momento dissipandum. Et sanè certissimum est, in bello iusto, posse quem pro salute patriæ facinus aliquod aggredi, etiam si certissima inde mors ei eventura sit, vt docet Victoria *de hom. ad vit.* & exemplum habemus in Samsone, qui licet columnam Dei iussu divulserit, poterat etiam id facere sine illo, vt ait Sayrus *lib.* 7. *capite* 9. *numero* 9 *parte* 6. *tractat.* 4. *resol.* 48.

Et an Duces exercitus esse possint Episcopi?

30 Petes secundò. An liceat Episcopis esse Duces supremos in exercitu sive terrestri, sive maritimo? Respondeo, non licere: quia Clericis bellare interdictum est in iure, vt dicemus infra. *p.* Quando verò graves causæ concurrunt, & Clerici bellare possunt, non peccant Episcopi exercitum ducentes, ✠ præsertim si accedat Pontificis dispensatio. ✠ *p.* 6. *tract.* 4. *res.* 33.

PVGNA SEV BELLVM Quoad Milites.

Milites pugnare non possunt in bello iniusto.

31 MIlites alii sunt subditi Principis bellantis, alii non sunt. Et primi sunt non solum vassalli, sed etiam stipendiarii, qui continuis stipendiis sub eodem Principe tam belli, quam pacis tempore agunt. Neutri ex his bellare possunt in bello evidenter iniusto, sicut nec tortor exequi potest sententiam evidenter iniustam. Quousque tamen de iniustitia belli eis non constat, bellare possunt, nec iustitiam belli examinare tenentur, sicut nec tortor examinare tenetur sententiam iudicis: sed bellare possunt quamuis dubii: nam in dubiis præsumendum pro Principe, qui est in possessione sui iuris, quapropter dubium privari non potest. Et alioqui impossibile esset singulis militibus tribunal erigere, & ab vnoquoque sententiam expectare, communicando quoque eis consilia, quæ pleruque oportet tacere. Quæ omnia procedunt etiam in non subditis, vt docet Navarra *de restit. lib. 2. cap. 3. numero 278.* & alii post ipsum *part. 3. tractat 5. resolut. 96 part. 4. tractat 4. resolutione 32 & liberius in part. 6. tractat. 4. resolutione 9.* Quòd si postea comperiant bellum iniustum esse, tenentur à bello desistere, & restituere hostium spolia, si quæ habent, aut ex eis facti sunt ditiores. Non subditi vero secundum Reginaldum *tomo 2 lib. 21. cap. 8. numero 104.* tenentur restituere, non solum si iniustitia belli fiat e videns sed etiam dubia, dum Princeps non restituit *p. 6 tract. 4 res 31. §. Sed hic obiter.*

Ipsi tamen non tenentur belli iustitiam examinare.

Si autem in iniusto scienter pugnent, tenentur ad restitutionem.

32 Porrò milites pugnantes in bello iniusto scienter, clarum est ad restitutionem teneri. Dubium tamen est, an singuli teneantur ad totum damnum, an verò ad illud solum, quod per seipsos intulerunt? Et Caietanus *in 2. 2. quæst. 62. art. 7.* & alii tenent, singulos teneri in integrum: quia vnus sine alio non auderet, nec posset damnum inferre, vrbem nimiram invadere, &c. vnde omnes vicissim se adiuvant, & concurrunt ad totum damnum. Lorca *disput 53. numero 5.* probabiliter putat, teneri solum ad damnum illatum à seipsis. Vvigers verò *tractat. 3. cap. 2. dub. 5. numero 40.* distinguit, & opiniones conciliat hoc modo. Si milites invadunt vrbem iussu superioris, nil inter se de præda communicantes, sed superato loco prædas facere incipientes vnusquisque per se, absque vllo respectu vnius ad alterum, vnusquisque tenetur ad suam partem tantum. Si autem communi consilio, & mutua exhortatione, & veluti vna manus locum, aut domum deprædatur, vt sæpè contingit in invasione oppidorum minus firmorum, aut si exercitus sese absque superiorum mandato animat ad expoliationem vrbis, tunc singuli tenentur in integrum *par. 4. tra. 4. res 31. & olim p. 3. tr. 5. res. 86.*

Secundum aliquos singuli in integrum. Secundum alios tantum prorata.

33 ✠ Si autem bellum sit iustum, milites retinere possunt omnia mobilia, quæ rapuerunt, Ducibus permittentibus, si quidem sunt inimicorum. ✠ Advertè autem, quòd quando Dux interdicit militi spolia in bello iusto, tunc pensanda est causa talis prohibitionis, nam si prohibet ob commiserationem ipsorum, tenentur milites hosti restituere spolia nam iniustè abripiunt dum non accedit licentia Ducis tanquã sententiam iudici. Si verò prohibeat, ne miles spoliis onustus minus aptus sit ad victoriam, tunc contravenientes peccant solùm contra obedientiam, & ad restitutionem non tenentur. Mendoza *volum. 2. disputatio. 196. sect. 3. §. Non desinam §. 130 part 6 tract. 4, resolut. 26.* Furtiva autem stabilia ab hostibus possessa restituenda sunt veris dominis. Mobilia verò probabile putat Valentia *tom. 3 disput. 3 quæst. 16 punct. 3.* retineri posse. Quod, quamuis non procedere de iure naturæ, sed Cæsareo, doceat Molina *disputat. 18.* in omni tamen natione introductum est approbante consuetudine, vt ait Sà, V. *Bellum, numero 16.* ac proinde iustificatur iure gentium, quid-

Quid si bellum sit iustum, sed Dux prohibat militi prædam?

quidquid contra sentiat Duvallius *quæst.* 16. *artic.* 5. Duo tamen concurrere debent in dicta rapina, secundùm Mendozam *volum.* 2 *disput.* 196. *sect.* 12. §. 119. primum, vt hostis prædam ad castrum devexerit, & in tuto posuerit: alterum, vt inter apprehensionem & expugnationem vox intercedat. Si enim mane Turcæ certos Christianos expilent, & sero deprædentur ab aliis, hi non poterunt illorum Christianorum bona sibi appropriare. Non est verò necesse, quòd in castrum ab illis devectum sit, si horæ 24. elapsæ sint. Et quamuis antiqui Romani equos bellicos, & mulos onerarios ab hac consuetudine exceperint: hodie tamen consuetudo hanc quoque exceptionem antiquavit. Excipienda tamen sunt ea bona, quæ milites ab hostibus emptione, aut donatione acceperint: nam hæc restituere debent suis dominis. Possunt tamen à quocumque vili emi, vt solent, militum prædæ, quæ nunquam in potestatem domini perventuræ sunt, ea intentione vt domino comparenti restituantur. Quod norent Catholici Hollandi, qui ex præda Indica à nautis aliquid emunt. Ita Coninch. *dub.* 7. *n.* 126. *p.* 6. *tract.* 4. *res.* 23. §. *Sed difficultas.*

Aut præda apud hostes inuenta, sit furtiva?

Milites nõ possunt recipere ab hospitibus aliquid præter permissa.

34 Tenentur quoque milites ex iustitia restituere hospitibus, apud quos commorati sunt, aut transitum habuerunt, quidquid ab iis surripuerunt, aut præter lectum, lumen, ignem, paleas, & alia, quæ eis debentur ex mandato Principis, receperunt, etiamsi videantur sponte dedisse, nam revera dant ob timorem maioris mali. Item si æstu, aut favore plures hospitii schedulas impetrantes, pecuniam ab aliquibus receperunt: ne apud illos hospitarentur. Porrò si milites ob solutionis defectum in extrema, vel gravi necessitate positi sint, ita vt aut mori eos, aut militiam deserere, cum maximo totius communitatis damno, oporteat, tunc quidem ab hospitibus extorquere possunt merè necessaria, compensanda eis à Principe suo tempore, vt ait Coninch. *numero* 98. & alii.

Secluſa gravi necessitate.

Secluſa necesſitate iam dicta ob dilatam solutionem, non possunt hospites innocentes spoliare: quia eorum bona non sunt sibi oppignorata pro stipendio, vt ait Caietanus V. *Bellum prope finem.* Nec iuvat illos facultas, vel auctoritas Ducis, nisi id fiat in iustam nocentium, aut membrorum nocentis Reipublicæ pœnam, vt docuit Layman. *lib.* 2. *tr.* 3. *cap.* 12. *n.* 18 *part.* 6. *tr.* 4. *resol.* 26.

35 Tenentur denique milites stationem servare, & arcem commissam defendere, etiam cum vitæ periculo, dummodo spes prævalendi extincta non sit, alias tenentur ad damna resarcienda, & in iure imposita eis est pœna capitis ex *lib.* 3. ff. *Ad legem Iuliam*, vt docent Palaus *tom.* 1. *tract.* 6 *disput.* 5 *punct.* 5. *numero* 4. & alii. Eadem pœna punitur, vel ad tirones damnantur: si absque Ducis licentia castra deserant in aliorum conspectu *lib. omne.* §. *qui in facie* ff. *de reb. milit.* alias infames fiunt cap. *infames*, 6. *quæst.* 1. & in conscientia tenentur ab exercitu non recedere, nisi habita Principis facultate, qui tamen potest eos quandocunque sibi libuerit, dimittere, nam hoc pacto militiæ nomen dederunt, & tanto magis stare tenentur, quo plus imminet prælium, & eius Dux magis indiget, præsertim quòd suo exemplo multos alios traherent cum maximo exercitus & reipublicæ detrimento. Vide Laymam *vbi sup. libr.* §. *Et tandem*, & antea *in res.* 25.

Et tenẽtur servare arcem & stationem etiam cum periculo vitæ, adsit spes prævalẽdi. Nec à castris recedere absq; licentia.

36 Hic tandem addendum est, militiam Clericis interdictam esse in cap. *Clericum*, cap. *de his Clericis*, cap. *eos qui possunt.* 20. *quæst.* 3 cap. *Clerici*, cap. *quicunque Clericus*, cap. *quicunque ex Clericis*, cap. *Ex multa, de voto* & alibi, sub pœna interdicti ab vsu Ordinum, reclusionis in Monasterio, & si in bello decedant, privationis sacrificiorum: quæ satis indicant hæc iura obligare sub mortali. Imò aliqui ex recentioribus opinati sunt, militiam clericis interdictam esse iure naturali & divino, quia ex sua natura illis repugnat, tanquam Deo dicatis, eiusque ministris, qui pro aliorum salute proprium sanguinem fudit. Et

Clerici mẽ litare esse nẽ.

Divus

Diuus Bernardus *lib. 4. de consid. ad Eug.* colligit hanc prohibitionem ex verbis illis Matth. 26 *Mitte gladium tuum in vaginã* Nazianzenus verò *Orat. 2. de pace ex 2. ad Timoth. 2.* ibi, *Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus.* Sed revera ex his non colligitur, bellum Clericis ex natura rei, absolutè & intrinsecè repugnare; nam alioqui dispensatio Pontificis in hoc non valeret; sed quod regulariter, & secluſa vrgente causa, conuenientius sit, & rationi magis consentaneum, vt Clerici à militia abstineant *p. 6. tr. 4. res. 33.*

Nisi magna necessitas vrgeat.

37 Si ergo magna vrgeat causa, possunt Clerici bellare etiam per seipsos, vt nimirum in defensionem propriæ vitæ, proximi innocentis, præsertim reipublicæ vtilis, vt ait Caiet. *quæst. 40 art. 2.* item patriæ contra iniustos invasores *capite 2. de immun. Eccles.* item ad obtinendam victoriam Ecclesiæ, & Christianæ reipublicæ valdè proficuam. Regulariter tamen in bellis offensiuis talis necesitas non contingit, quia adhiberi possunt milites laici, ita Malderus *in 2. 2 quæst. 40. art. 2.* Et in his casibus Mendoza existimat, Clericos vulnerantes, & occidentes non fieri irregulares, *sect. 8 §. 139. part. 6. tract. 4. res. 35.* quod etiam docet Coninch *disp. 35. dub. 6 num 91.* Et ita tenendum est: quia talis occisio, aut vulneratio non est culpabilis. *part. 6. tr. 4 resol. 38.*

Quod non est intelligendum de minoribus.

38 Adverte etiam, in supra citatis iuribus bellum non prohiberi Clericis cõstitutis in minoribus, qui proinde in bello iusto pugnantes non peccant, nisi fortasse per accidens, quatenus se exponunt periculo irregularitatis, & inhabilitatis ad suum officium, vt ait Lorca *disp. 51 n. 10.* Et si sint beneficiati, non propterea peccabunt mortaliter, nisi beneficia postulent residentiam, aut eorum obligatio non impleatur: & sic practicatur in Germania à Canonicis nondum capitularibus certarum diœcesum. Si tamen eos contingat aliquem per seipsos occidere, debent beneficium resignare, aut dispensationem impetrare.

(Quod contra Lorcam *n. 14.* non procedit) si Clerici pugnaverint cum licentia Summi Pontificis: nam is censetur tollere irregularitatem, quia id connexum est licentiæ bellandi, quando conceditur Clericis, qui deputati sunt ad Ordinum exercitium, vnde non est paritas de laicis bellantibus in bello iusto, nam hi non sunt deputati ad idem ministerium, & ideo pugnare non est eis illicitum Molina apud Lorcam *ibid res 38 §. Ad secundum.* Idem dicendum de religiosis laicis, qui propria manu bellantes, solùm venialiter peccant: gravius tamen, quàm Clerici beneficiati. Duvall verò *quæstio. 16 art. 7* videtur maiorem culpam in Religiosis conversis, aut Acolythis præliantibus culpam agnoscere, aitque in hoc à suis Prælatis dispensare non posse, præcipuè propter scandalum, *p. 6. tr. 4. res. 34.*

Quid si sint beneficiati, peccabunt solum venialiter. dummodo beneficio seruiatur.

(Et si cùm licentia Papæ pugnet, non manet irregulares.)

Et idem dicendum de Religiosis nondum in sacris.

PVGNA, SEV BELLVM
Quoad Ecclesiasticos assistentes.

39 NOn est prohibitum Sacerdotibus Clericis, aut Religiosis bello interesse pro ministerio spirituali militum, necnon ad consolandos eos, & excitandos ad pugnam, modò non horrentur specialiter ad occisionem, aut mutilationem inimicorum, quia hæc non repugnant statui sacerdotali. Et Innocent. *in c. quod in dubiis*, loquitur de bello iniusto. Dubium tamen est, num habere debeant licentiam Prælatorum, & si sint Episcopi, Summi Pontificis. D. Thomas insinuat, requirit *q. 40 art. 2. ad 2.* quod probari potest ex *c. reprehensibile*, & cap. *quo ausu 23. quæst. 8.* Lorca verò *sup. numero 18.* existimat, hos Canones abrogatos esse per contrariam consuetudinem, & ego puto cum Coninch *disputat. 31 dub. 6. numero 90.* talem licentiam quoad Clericos sæculares non requiri, & iura citata non obstare: quia primum reprehendit Episcopos non solùm assistentes, sed pugnan-

Porro bello assistere ob ministeria spiritualia non interdicitur Sacerdotibus.

Etiam sine licentia Episcopi, aut Papæ.

pugnantes, vt cæteri milites; secundum verò reprehenditur accedentes ad Aulam Imperatoris, seu ad Comitatum absque Pontificis facultate. Stando autem in contraria sententia, sufficit consensus tacitus, & præsumptus, ait Lorca (qui omnino requiritur in Regularibus) præsertim si non sit facilis ad superiorem accessus. Præsumitur autem consensus quoties nullum ex ipsorum absentia detrimentum consequitur, nec vlla est ratio, quæ talem licentiam impedire debeat: nam præsentia Ecclesiasticorum multum confert ad Ecclesiæ, & boni communis defensionem, aut notabile augmentum. Ita Molina *tomo 1. tractat. 2. disputat. 180. part. 6. tractat. 4. resoluitur ne 30.* Vbi addit, Clericos sic assistentes, accipere & retinere posse quidquid de hostium bonis diripuerũt, ex præsumpta nimirum Ducis voluntate, qui id velle videtur, quoties non constat oppositum. Constito autem de contraria Ducis voluntate, restituere tenerentur, cui ipse vellet. *ibidem resolutione 37.* Quæ vera sunt, etiamsi Clerici assistant sine licentia, & secundum aliquos peccent contra prohibitionem Ecclesiæ, vel Prælati: quia non peccant contra iustitiam, vt ait Lorca *disp. 53. n. 7 ibid. res. 40.*

Religiosi tamen habere debẽt consensum Superiorũ saltem tacitum.

Et Clericis assistentes possunt prædas facere, & retinere sicut milites, si non sit prohibitio.

Etiam si assistant sine licentia.

40 Sive autem cum licentia, sive absque illa Clerici assistant bello iusto, exhortantes milites ad iustam pugnam, in qua homicidia & mutilationes sequantur, non fiunt irregulares: quia defectus lenitatis, aut est etiam cum licentia, aut nec sine illa, non enim dependet à licentia vel eius negatione, vt ait Mendoza *sect. 2. §. 135.* Suasio autem versari debet circa percussionem & occisionem nostrum in generali, non autem in particulari. Suarez *de censur. disputatione 46. section. 6. numero octavo par. 6. tr. 4. res. 39.* ✝ Sed etiam in particulari suaderi posse ad occidendum absque irregularitate diximus ex Auctore V. *irregularitas, numero 45.* & dicemus mox *num. seq.*

Nec irregulares fiunt, si bellũ sit iustum, & ipsi ad homicidia non hortentur in particulari.

41 Advertendum est etiam hic cum *Summa Diana.* Molina *tom 2. tractat. 2. disputat. 110. conclus. 2.* quod etiam in casibus, in quibus Clerici in bello iusto pugnantes læthaliter peccant, non sunt irregulares, non solùm si exhortentur ad pugnam, armaque, & subsidia præbeant, sed etiam si ipsi aliquos percutiant, & vulnerent. Quod aperte colligitur, ex capit. *petitio. de homicid.* Et multo magis locum habet in laicis. Ratio autem ea esse potest, quòd cum bello iusto Ecclesia, & Respublica defendantur, voluit Summus Pontifex eis favere, ac proinde non irretire irregularitate omnes in eo ad homicidium concurrentes percutiendo, hortando, consulendo, mandando, & cæt. quod esset irretire totum exercitũ, & homines à iusto bello cum magno Ecclesiæ, & reipublicæ incommodo retardare. Quinam fiant irregulares in bello iniusto, vide V. *Irregularitas, n. 45. p. 6. tr. 4. res. 38. §. Non nego.*

Imò etiam si læthaliter peccẽt, percutiendo per ipsos.

RATIHABITIO.

1 ✝ ESt regula iuris, *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari* ✝ Quam Crousers *in reg. D. Franc. cap. 7. lect. 22.* existimat procedere etiam in ratihabitione probabiliter præsumptâ à Confessario ad absolvenda reservata, ita quòd si aliqua non reservata absolvat potestate ordinaria vel aliter actuali, & aliquod reservatum ex probabiliter præsumptâ voluntate superioris, accedente postea ratihabitione auferatur à pœnitente obligatio præsentandi se superiori: nec enim necesse est, talem obligationem tolli per ipsam absolutionem; quia absoluuntur venialia, absque eo quòd tollatur obligatio illa confitendi, quæ nulla est: imò id etiam accidit in confessione mortalium aliàs Confessorum. Et cum absolutio sacramentalis sit etiam actus iudicialis, non ei repugnabit veritatem habere à futuro euentu, & validari posse videtur per ratihabitionem.

Ratihabitio de futuro non datur iurisdictionem Confessario in reservatis.

ficut dicitur Matth. 16. *Quodcunque solueris, erit solutum.*

Nos verò hanc opinionem refutauimus V. *Confessarius, numero 6.* vbi docuimus, solùm sufficere ratihabitionem de præsenti, vel de præteritò minimè verò de futuro, quia hoc Sacramentum nullo modo pendere potest à futuro eventu, & si ab initio non fuit validum, non potest deinde valorem accipere. Accedit, quòd Sacerdos non absoluit, nec absolvere potest nomine alterius hominis, sed immediatè nomine & auctoritate Dei: vnde nemo potest illam ratam habere: quia vt dicitur *in Reg. iur. 9. ratum habere quis non potest, quod ipsius nomine non est gestum.* Illa autem regula, quàm affert Crousers, procedit in ordine ad actus, qui licet à principio irriti possunt postea per iuris fictionem revalidari, quales non sunt Sacramentales, in quibus potius illa regula locum habet: *Quod ab initio non valet, tractu temporis non convalescit.* Sic Coninch *de Sacr. disp. 8. dub. 4. àn 34 part. 6. tract. 6. ref. 57.*

REDVCTIO MISSARVM.

Decreta de celebr. Missarum non restringũt facultatem moderandi anniversaria, & Officia defunctorum.

1 DE hac re dictum est V. *Missarum reductio.* Hic solùm circa Decreta Congregationis de celebratione Missarum, in quibus prohibetur, seu limitatur Episcopis & Generalibus Ordinum facultas moderandi onera Missarum, adverte primò, indicta prohibitione secundum Novarium *tit. de Miss. celebr. numero 8.* comprehendi etiam anniversaria, & officia defunctorum, & sic sacram Congregationem respondisse, testatur ex multis. Sed contra ipsum insurgit Merola *tom. 3 disputat 7. cap. 5. dub. 16. numero 389.* aitque Doctores ab ipso citatos & sacram Congregationem, non esse locutos de istis decretis Vrbani VIII. prohibentibus: sed de decreto Tridentini concedente Episcopis facultatem Missas moderandi, &c. Nam, cum dicta prohibitio loquatur solùm de Missis, non debet extendi ad anniversaria, & multo minus ad Officia defunctorum: est enim lex odiosa, quia corrigit ius commune, nimirum Tridentinum, & ideo strictè interpretanda *p. 6 tr. 7. ref. 40.*

De Missas antè Tridentinum relictas.

2 Aduerte secundò ex Marchino *Sacr. Ord. tractat. 3 parte 2. cap. 19. numero 31.* per dicta decreta non reuocari privilegium moderandi Missas ante Tridentinum relictas, quarum maximus est numerus, vt notatur in Synodo Florent. sub die 18. Maii 1627. *§. de celebr. Miss.* Nec onera Missarum post Tridentinum relicta, sed ob tenuitatem eleemosynæ nondum ac Ecclesia acceptata: nam loquitur de oneribus impositis, qualia non sunt nisi acceptata, & mens Sacræ Congreg. fuit, vt numerus Missarum relictus & acceptatus adimpleatur. Salvo tamen, ait ipse, meliori iudicio, & sub censura Ecclesiæ *p. 6. tr. 6. ref. 10.*

Vel nõdum acceptatas.

Et post illa concessum est Regularibus circa hæc onera privilegiũ.

3 Aduerte tertiò, non obstante reuocatione privilegiorum Regularium, Missarum onera moderandi, facta per dicta decreta, eundem Marchinum *cap. 20. numero 7.* afferre privilegium à Sanctiss. D. N. Vrbano VIII. post dictorum decretorum diuulgationem concessum Fratribus Minimis Conventus Ianuensis, vt legata Missarum perpetua, & oneri adnexo imparia, ad rationem quinquaginta scutorum monetæ Romanæ pro qualibet Missa quotidiana reducerentur, quo quidem priuilegio in pari causâ frui posse aduertit, non solùm alios eiusdem Religionis Conventus, sed etiam aliorum Ordinum communicant ũ. *Ibidem resolutione 11.* ✠ Est præterea alia concessio facta Minoribus Conventualis pridie nonas Augusti an. 1639. vt in Conventibus, in quibus Missarum reductio non erat facta, fieri posset in primo Capitulo, ad rationem sexaginta scutorum, *in addit. ad Peyrinũ Constitut. 27.* ✠

REGVLARES.

Regularium vocalium obligatio.

1 REgulares deputati ad votandum in Capitulis, quæ congregantur pro decernendis rebus importantibus Ordinis cum discussione & maturitate, non possunt sine causa non accedere, & si multoties absint arbitrio boni viri, peccabunt mortaliter, quia vocalatus est onus quod Religio illis imponit, & ipsi tenentur ex officio intervenire, non in favorem sui, sed Religionis: vnde hi iuri non possunt renuntiare. Et licet, vno non accedente, alii suppleant, nihilominus, quantum est ex illo, res non concluditur, vt debet. Adde, quod si id licebit vni, vtique licebit, & alteri, & sic omnibus. Paleotus *de sacro consist. part.* 5. *quæst.* 13. contra Peregrinum *in const. Theat part.* 3 *capite* 9. Quod Maderiaga generaliter docet de Cardinalibus, Senatoribus, Consiliariis, & decurionibus ciuitatum. Quos omnes vnà cum vocalibus Regularium bene excusat Ledesma *tomo* 2. *tractat.* 7 *cap.* 2. *concl.* 24. in casu quo rem in quam suo voto impedire non possunt, & iustum absque inquietudine proponere, &c. iuxta ea, quæ de parlamentaris diximus V. *Parlamentum, numero* 2. *part.* 3. *tractat.* 2. *resolutione* 6. An conuenire possint, *Da mihi votum, & dabo tibi*, &c. Vide V. *Simonia, numero* 11. An ad Prælaturas teneantur eligere digniores, diximus V. *Electio, num.* 2.

Magistri novitiorũ ætas.

2 ✝ Magister novitiorum debet esse annorum 35. ex decreto Clement VIII. *de recept. & educat. novit.* ✝ Sed id non esse extendendum ad magistrum professorum ait Maranta *in contr. iur. tract.* 2 *resp.* 25. & testatur de praxi. *part.* 6 *tr.* 6. *res.* 29.

3 Regulares non gaudent priuilegio Bullæ Cruciatæ in ordine ad confessionem. Vide V. *Bulla Cruciatæ, à numero* 28. Si quando verò comprehenduntur in Iubilæo, quem Confessarium eligere debeant. Vide V. *Iubilæum, à num.* 18.

Qualiter peccent habitum exuentes.

4 Regulares exuentes habitum Religionis propter æstum, ad commodius studendum, vel dormiendum, non peccant mortaliter, secluso præcepto regulæ, vel legitima consuetudine, quia id illis *in cap. vidua* 20. *quæst.* 2. *& in c. sanctæ monialis. d.* 23. non prohibetur sub mortali, cum illa verba, *constanter ea vtatur, qualibus semper vsura est*, non sint adeo rigorosa. Suarez *de relig. tomo* 4. *libr.* 1. *cap.* 5. *numero* 18. contra Graff. *tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *numero* 75. Quod Lezana *cap.* 13. *numero* 7. expressè docet de Fratribus Minoribus Conventualibus, & Obseruantibus, quos nec mortaliter peccare inquit, si lineis camisiis vtantur. Vnde non benè ait Nauarrus, Regularem, qui ad libertius fornicandum habitum dimitteret, ob hoc ipsum committere distinctum peccatum mortale *part.* 5. *tractat.* 14. *resolutione* 72. Et certum est, in tali casu Regularem non incurrere ex communicationem *cap. vt periculosa, ne Clerici, vel Monachi in* 6 vt benè Sanchez, & alii apud ipsum *in sum. tomo* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *numero* 57. *part.* 3. *tractat.* 2 *resolutione* 115. Id quod verum est etiam in casu, quo subditus ad superiorem recurrens timeret cum habitu in itinere deprehendi. Vide V. *Appellatio num.* 15.

Regularis non potest testari.

5 Regulares non possunt testari, nec de consensu superioris quidem, sicut nec filius familias de consensu patris. 1 Possunt tamen sic aliquid dare causa mortis: quia donatio causa mortis accedit ad naturam donationis inter vivos, quæ Religiosis, consentiente Prælato, non prohibetur. Quare Prælatus non potest dare licentiam subdito faciendi schedulam dispositionis de rebus suis, vt vim habeat testamenti, potest tamen dare, vt in schedula roget ipsum, vt sic disponat pro sua libera voluntate. Layman *lib* 3 *tract* 5. *cap.* 3 *numero* 4. contra Graff. *vbi supra numero* 58. Potest etiam Regulari aliquid relinqui cum facultate disponendi de eo inter consanguineos, non per

testamentum solemne, sed per electionem personarum, & sic non tanquam testator, sed tanquam personarum elector. Pacian. *cons.36, numero 103. part.5. tractat.3 resolutione 128.* Potest quoque Regularis declarare testamentum à seipso factum in sæculo, si adest dubium, vt ipse expositionem verbis conuenientem adhibeat, quia hoc non est testari, sed declarare qualiter testatum sit. Reginaldus *tom.2.lib.18.cap.27. numero 397. part.3.tractat.2 resolutione 75.* An Religioso aliquid relinqui possit, vt sibi impendat. Vide V. *Legatum numero 4.* An possit eligere sepulturam. Vide V. *Sepulturam, n 9.*

Non ludere.

6 Religiosis prohibitus est ludus aleatum & taxillorum in cap. *Episcopus, d. 35.* Vide V. *Ludus.* Item studium iuris ciuilis, in cap. 2 *ne Clerici vel Monachi.* Vide V. *Excommunicationes numero 1.* Et tenentur recitare horas Canonicas in Choro, & celebrare Missam solemnem singulis diebus. Vide V. *Hora Canonica, n 12.*

Non recurrere ad laica tribunalia pro grauamine.

7 Regularis à suo superiore vim patiens, non potest recurrere ad laica tribunalia pro vi tollenda, sub pœna excom. Bullæ Cœnæ *p.3.tr.1.ref.53.*

Filius Principis in aliquo casu tenetur vxorem ducere.

8 Religiosus filius Principis ad vitanda bella, & seditiones, tenetur vxorem ducere sub mortali. Reginaldus *to.2.l.31. cap.2 part.3 tract.4.resolut.289.§. Notandum.*

Quibus de causis Religiosus transire possit ad Religionem laxiorem.

9 Regularis cum licentia superioris ad laxiorem Religionem transire potest primò, ob infirmitatem, aut debilitatem, qua Religionis austeritates ferre non posset. D. Thom. *2.2.quæst. vlt. art.8* Secundò, si in Religione sit exosus, aut indignè tractetur. Lesius *lib. 2.capite 41. dub.13. numero 102.* Tertiò, si ob crimen diffamatus, domesticorum faciem præ pudore sustinere non possit. Sanchez *vbi supr. capite 7. numero 72.* Et tandem, si propter suam imperfectionem, & prauos habitus, Religionis onera tam ægrè sustineat, quàvis Regulam frequenter non transgrediatur, viuat nihilominus cum perpetua mœstitia, & pœnitentia professionis: tum quia talis mœstitia ponit illum in probabili periculo violandi obseruantiam, tum quia eadem mœstitia liberat nouitium ab obligatione professionis ex voto, vnde & sufficiens censeri debet professio adeundi laxiorem, qua speret se Deo tranquillius, & cum gaudio seruiturum. Vechius *disputat.15. dub.7, numero 4 part.3.tractat.2. resolutione 32.*

Et in tali casu ad quam pertinent eius bona.

10 Porrò bona Religiosi ad aliam Religionem se transferentis saltem quoad alimenta competunt posteriori, si quam percut etiam iura personalia, vt succedendi in legatis, &c. Rodriquez *in comp. resolut. 123.num.82.* contra Sanchez *lib 7.cap.32. num.8.part.3.tractat.2.resolut.114.* Scripta verò & libros à se compositos probabile est pertinere ad primam, vt ait Villalobos *tom.2.tr.35.diff.14.n.5.* & ad secundã, vt Valetus *v. Regularis diff.8.n.2.ibid. resolut.63.*

Regularis eiectus ad quid tenetur?

11 Regularis eiectus soluitur à voto obedientiæ Regularis, & solùm tenetur obedire Episcopo, sicut alii Clerici, nec ipsum tenetur post expulsionem adire, vt putavit Navarrus. Tenetur autem voto castitatis & paupertatis: & quidquid acquirit, acquirit monasterio. Quamuis Villalobos *diff.39.numero 10.* dicat, dare posse eleemosynas, & facere donationes ad vitam ipsius duraturas, &c. Sotus *lib. 7. quæst. 1. art.1.* solui omnino ab hoc voto, eo quia non aliter à monasterio. Ad ieiunia & alia Religionis gravamina, non teneri, ait Suarez *in enchir. lib.3.§. de voto obed.* & si non est in sacris, nec ad diuinum Officium. Et quamuis Conradus *part.1. quæst.285* existimet teneri ad se corrigendum, vt iterum in Religionem recipiatur, Azorius probabiliter hoc negat *tomo 1. lib.12. cap.17. quæst.1.* quia hanc obligationem nullus illi canon imponit *part.3 tractat.2 resolut.60.* Vnde nec ad aliam Religionem transire tenetur. Potest nihilominus secum aliquos Religio ipsum cogere vt iterum, non tamen ipse Religionem, vt eum recipiat etiam post emendationem, vt cõtra Molinam *tom.1 disputat.346. v. quid ad.*

ad votum, Sanctarellus *de Apost. cap. 5. dub. 2. num.* 18. Et disparitas est; quia Religio est innocens, & eiectus est reus. Manet tamen irregularis, & vt promoueri possit, dispensare cum eo debet ante eiectionem Prælatus, vel post eiectionem, si potest, Episcopus *part. 3. tract. 2. resolutione 116.* Ad quid teneatur Religiosus factus Episcopus, vel Cardinalis, vide V. *Cardinales Religiosi*, & V. *Episcopus Religiosus*, & si agatur de eius nullitate professionis, agi debet coram Episcopo ordinario, vel delegato, vna cum suo Prælato Religionis, aliter sententia erit nulla. Sanchez & alij, *parte* 8. *tractat. 7. resolutione 2.*

Causa nullitatis professionis agatur coram Episcopo ordinario vel delegato.

12. Regulares ex vsu in contrarium, tenentur ad ieiunia Ciuitatis ex voto. De synodalibus vide Riccium, sed non ex obligatione. Dia. *part 9. tractat. 7. resol. 14.* sic existentes in monasterio Mediolani non tenentur ad ieiunium Feriarum Ciuerum, secus autem si essent in domibus sæcularium. *Ibidem §. Nota etiam.*

Regulares tenẽtur ad ieiunia Ciuitatis.

13. Regulares vltra vota tenentur ad obseruantiam regulæ prout seruari solet à quadraginta annis, nam per consuetudinem 40. annorum obligatio regulæ præscribitur. *par. 10. tr. 15. res. 6.*

Qualiter teneantur ad regulam.

14. Ad ieiunia regulæ tenentur ante annum 21 *parte 10. tract. 16. resolut. 77. §.* Item ego. Interrogati à visitatore circa obseruantiam, tenentur sub mortali respondere. Datur tamen in hoc paruitas materiæ secluso iuramento. *Ibid. tract. 15. res. 32.*

Et ieiunia. Et respondendum in visitatione.

15. Regulares ordinis minorum non possunt equitare, aut curru vehi, nisi in prolixo itinere, vel impedito, aut ob negotium exigens celeritatem. Equitare autem per medium milliare esset parua materia. Et in hac re plures paruæ non vniuntur in vnam magnam. Aliqui censent eos biga boum vehi posse. Qui autem pedestres ire non possunt, non sunt apti ad prælaturam. Electi autem, si impotentia superueniat, non tenentur officium deponere *par. 10. tract. 12. res. 170.*

Minores qualiter prohibẽtur equitare, & curru vehi.

16. Regulares non tenentur cantare Missam, vt in Collegiatis. *parte 10. tract. 12. res. 40 in fine.*

17. Regulares colloquentes cum monialibus sine licentia, peccant mortaliter *par. 10. tr. 10. res. 16.* Dubium vero est, an etiam incurrant censuram Episcopi. *parte 10 tractat. 14. resolutione 53.* Peccat verò mortaliter, si loquatur cum moniali sorore alia die, quam fuerit præscripta *par 10. tract. 10. resolut. 50. §.* Sed si aliquis.

Et omnes qui cum monialibus.

18. Regularis non Franciscanus non prohibetur esse Vicarius Episcopi, de licentia sui prælati, etiam localis, si hanc facultatem superior sibi non reseruauit. Potest item esse arbiter, iudex, assessor, & delegatus Episcopi. Et absque superioris licentia acta tenerent *par. 10. tr. 15. res. 30.*

Minimè verò officium exercere in curia Episcopali.

REGVLARIVM Indulgentiæ.

Paulus V. reuocauit, & resor-

INdulgentiam, quam acquirunt Regulares professi, vide V. *Professio num 16.*

mauit omnes indulgentias Regularium.

1 Hic nota duo. Primum est, Paulũ V. in Bulla *Romanus Pontifex*, reuocasse omnes Regularium Indulgentias, easque statuisse ad certum numerum & formam ibi expositam. Quoniam verò mox per aliam Bullam confirmauit Minoribus omnia priuilegia, gratias, concessiones, & indulta concessa à Clemente VIII. etiam spiritualia, & prout iacent, & in his priuilegiis, seu spiritualibus indultis habentur expresse indulgentiæ, putauit Rodriquez *resolutione 47 numero 45.* eas omnes Indulgentias iterum reualidatas fuisse. Verùm non est credendum, Beatissimum Patrem tam cito mutasse sententiam. Vnde contrarium tenendum est cum Portell. *v. indulgentia num. 12.* Verùm tamen est, in ea Bulla reuocari solùm indulgentias concessas Religionibus pro ipsis Religiosis. Vnde non sunt censendæ reuocatæ Indulgentiæ concessæ sæcularibus

Pro seipsis.

Regularium Ecclesias visitantibus †, vel conciones eorum audientibus, vt infra* concessæ parentibus Fratrum Minorum viuis, vt eligant Confessariũ, per quem plenariè absoluantur, à pœna, & culpa, per Bullam Calisti III. & mortuis, vt liberentur à Purgatorio, si filius eorum Sacerdos vnam pro eis missam celebrauerit, per Bullam Clem. VIII. vt ait Portell. *numero 4. tractatu 4. resolutione 20.*

Nõ tamen pro sæcularibus.

2 Secundum est, Regulares Concionatores, concionantes in suis Ecclesiis feria 4. & 6. concedere posse suis auditoribus 56. annos, & 24. dies Indulgentiæ: aliis verò temporibus 18. annos & 120. dies; concionantes autem in Ecclesiis alienis, 18. annos, & 122. dies, ex priuilegiis diuersorum Pontificum concessi, Fratris Minoribus, & Prædicatoribus, quas debent concedere expressè nomine Sanctitatis Papæ, alias non acquirunt. Rodriquez *resolutione 112. num 20. & resolutione 77 numero 58. parte 4 tractat. 4. resolutione 22. §. Et tandem.*

REGVLARIVM PRIVILEGIA
In Ministrandis Sacramentis.

An Regulatis præsentatus, & iniustè repulsus possit Confessiones excipere?

3 Circa Baptismum, vide V. *Baptismi minister* Circa Pœnitentiam V. *Confessarius Regularis.* Solùm hic nota, nouissimè Ludouicum Cellotium *de hierarch. lib. 5. capite 24* mordicus sustinere primò; quòd regularis Sacerdos præsentatus, & iniustè ab Episcopo non admissus, potest Confessiones excipere, vt poterat ante Tridentinum: quia *Clem. dudum de sepult.* in qua id sibi conceditur, est inserta in corpore iuris. & Concilium eam expressè non reuocat. *par 6. tract 7 resolutione 60.* Secundò, Confessarium Regularem approbari non posse cum limitatione ad tempus, personas, &c. si est idoneus; nam Episcopus non dat illi auctoritatẽ, sed tantum cum examinat de idoneitate, & si idoneum iudicat, iurisdictionẽ dat illi Summus Pontifex, ipso iure *Ibid. resolut 61.* Tertiò, consequenter, semel ab Episcopo approbatum non posse iterum siue ab ipso, siue à successore, ad examen iterum vocari, vel licentia semel obtenta priuari. *Ibid. resolutione 62.* Denique, religiosum approbatum in vna Diœcesi, esse idoneum Confessarium in quacumque diœcesi de licentia Parochi, sicut (ait Bauny *part 1. tract. 4. quæst. 4.*) Sacerdos approbatus in vna diœcesi, eligi potest per Cruciatam in quacumque alia *Ibid. resolut. 59.* Verum nos circa primum (* quidquid dixerimus V. *Confessarius Regularis, numero 5.* *) cessemus priuilegium *Clement.* reuocatum esse per Tridentinum, quia eius intentio fuit, reformare has regularium facultates. Vel non reuocati: sed exigi ex parte Sacerdotis conditionem, vt non possit facultate Papali per dictum priuilegium gaudere, nisi & in quantum ab Episcopo approbatus fuerit. Adde etiam ex Lugo *de pœn. disput. 21. sect. 3 num. 52.* quod si supradicta opinio est probabilis, ad praxim tamen parum, aut nihil conducere potest, siquidem facultas *Clem.* multa requirit, præsertim quod Episcopus tot solùm Confessarios admittere teneatur, quot pœnitentium concurrentium numero sufficiunt; & si quis ei ex præsentatis à Prælato non satisfacit, exigere potest alium in locum illius, circa quas conditiones poterit pro libito cauillari, nec facilè vinci. *parte 6. tract. 7. resolut. 60 à §. Sed pace.* Circa secundum († quidquid etiam dixerim *Ibid. numero 6.**) dico etiam cum Lugo *num 57.* eas limitationes ab Episcopo validè apponi, siue iustæ sint; siue iniustæ; & Confessiones factas contra tales limitationes, defectu potestatis, nullas esse; licitè etiam apponi, si iusta causa interueniat: nec obstare, quòd Parocho annorum 25. concedatur approbatio ad curam animarum absque limitatione: nam in Parochis examen circa doctrinam & mores magis rigorosum præcedere debet & solet, quàm in Confessariis; & ideo clarius de illorum, quam de istorũ idonei-

An approbari possit cũ limitatione?

Semel approbatus, iterũ examinari?

Et an approbatus in vna diœcesi, sit idoneus vbique locorum.

Ad primũ negatur.

Affirmatur secundum.

idoneitate constaret. Quod si Episcopo plenè constaret. aliquem regularem idoneum esse pro facultate non limitata, tunc videretur non posse ei absque alia causa limitatam concedere. Sed nihilominus limitatio valida foret. *Ibidem resolutione 61.* Circa tertium, si licentia concessa sit ad beneplacitum ex causa licitè, & sine causa validè reuocari posse: concessam verò absolutè, ex iusta & rationabili causa reuocari etiam posse, secus nec licitè nec validè reuocari, vt diximus *ibidem numero 7.* Et ita etiam Lugo *numero 63. Ibidem resolutione 62.* Denique quoad vltimum licèt sententiam Cellotij tamquam probabilem ex multis admittat Præpositus *in 3. quæstione 8. dub. 4 numero 11.* stante tamen Constit. Vrbani VIII. quam *ibid. numero 9.* attulimus, non subsistere. *Ibidem resolutione 59.*

Et tertium

Et negatur quartum.

Regulares possunt ministrare Eucharistiam sæcularibus quocumq; tempore.

4 Circa Eucharistiam, Regulares habent priuilegium ministrandi eam sæcularibus in suis Ecclesiis quocumque tempore, secluso Paschate & articulo mortis. Et Paulus V. extendit illud etiam ad alias Ecclesias; vnde videntur ministrare posse in Oratoriis ædium priuatarum. Portell. *resp mor. par. 3. cas. 39. par. 4. tr. 4. resol. 14.* Verùm pro Paschate & articulo mortis sufficit licentia Parochi, certo præsumpta, & moraliter certa. Suarez *in 3. par. quæst. 82. art. 3. disp. 72. sect. 1. vers. hinc. par 3 tract. 2 resolutione 12. 3. Nota etiam.* Et nomine Paschæ in dicta limitatione non venit dies ipse Paschæ, sed Communio, quæ tempore paschali præscribitur ab Ecclesia vt nimirum parochiani semel saltem in anno, ideſt cùm pro Paschatæ reficiuntur, proprio Parocho se sisterent, eiusque superiori tamen agnoscerent. Quare si quis præceptum impleuisset in die Iouis sancti, vel implere vellet in crastino, vel intra tempus concessum, communicare posset in Ecclesia Regularium in ipso Paschæ die. Suarez *sect. 3.* quidquid contra asserat Trullench *par. 4. tr. 4. res* 81.

Excepto articulo mortis.

Et Paschate, ideſt cõmunione præcepta tẽpore Paschali.

5 Aduerte præterea, Regulares ministrare posse Communionem paschalem aduenis vagis, & peregrinis: quia in hoc nulli Parocho fit iniuria, non enim Parocho hospitij, quia non illi subiicitur, nec Parocho Patriæ, quia est absens, & hic censetur dare parochianis absentibus licentiam communicandi vbicumque voluerint. Decretum verò Eugenij IV. fauet illis, concedendo, vt possint in Parochia hospitij tamquam incolæ communicare, non tamen cogit. Nec satis constat, Ecclesiam Cathedralem, vel Matricem esse vniuersalem Parochiam totius diœcesis, vt Aduenas ad eam adeundam obligare debeamus. Sanchez *de matr. Dom. 1. lib. 3. disp. 73 num. 17.* contra Peregrinum *in prin. theat. par. 2. tit communicare, §. 2. par. 3 tract. 2 resolut. 12.* Item in Paschate, & in articulo mortis ministrare possunt seruis & domesticis intra Conuentum degentibus, iuxta priuilegium Pij IV. & aliorum Pontificum apud Portel. V. *Sacramenti administr. numero 6.* Et idem dic de famulo coniugato, qui dormit extra Conuentum, siquidem, moriatur in Conuentu: quia is dicitur continuus commensalis Et procedit etiam de Cõfessione, & extrema Vnctione. *Ibid. §. Notandum, & part. 5. tract. 3. resol. 52. item p. 11. tr. 7. res 28.* Olim ex priuilegio Sixti IV. poterant etiam ministrare sacrum Viaticum & Vnctionem extremam suis Tertiariis, quod tamen hodie est eis interdictum, vt constat ex litteris sacræ Congreg. ad Episcopum Mutinen *sub die 17. Iunij 1639. par. 6. tr. 8. res. 30.*

Quãtamẽ administrare possunt aduenis.

Peregrinis.

Et seruis domesticis.

6 Aduerte denique, satis probabiliter olim docuisse Rodriquez *tom. 1. quæst 56. art. 3.* Ioan. de la Cruz Henriq. Tambur. Ioan. de Soria, & alios, contra Suarez *de rel g. tomo 4. tractat. 10 lib. 9. cap. 3. numero 8.* Regulares ministrare posse laicis in Ecclesia propria Communionem ipsam paschalem, ex priuilegio Nicolai V. concesso Monasterio B. Mariæ de Guadalupe Ordinis D. Hieronymi *anno 1458.* quod Paulus III. viuæ vocis oraculo confirmauit: nam omnia huius Monasterij priuilegia Pius IV. ad reliqua eiusdem Ordinis

Et olim probabile fuit ministrare posse etiam aliis.

ri; Monasteria extendit, & sic iis vti possunt reliqui Ordines communicantes. Et ita in Lusitania in causa Fratrum Minorum cum quodam Parocho iudicatum fuit, apud Fagundez *pract.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *part* 2 *tractatu.* 14 *resolutione* 73. Quam sententiam nouissimè tenet Bauny *par.* 1. *tract.* 5. *quæst.* 19. quamuis suadeat Religiosis abeius praxi abstinere, *p.* 11 *tr.* 7. *res.* 4. Verùm Sacra Congregatio contrarium postea declarauit Eminentiss. Boncompagno Archiepisc. Neapolit. vt constat ex litteris Eminentiss. Verospi *sub die* 20. *Martij* 1638 *part.* 3. *tract.* 7. *resolut.* 38.

REGVLARIVM PRIVILEGIA
In prædicando.

Regulares concionari olim poterãt in suis Ecclesiis sine licentia Episcopi. Et in alienis, itẽ prædicãtes sine licentia, nõ poterant ab eopuniri.

7 REgulares olim ex communi Doctorum sententia poterant in Ecclesiis suorum ordinum prædicare absque licentia, ex Bulla Pij V. *etsi mendicantium*; nec illi, Episcopus id prohibere poterat, & id docuerat olim *par.* 2. *tractat.* 2. *resol.* 38. Vbi etiam cum Miranda *tom.* 1. *quæst* 50. *art.* 3. *concl.* 1. dicebat speculatiuè loquendo posse prædicare, Episcopo contradicente, saltem in hora, & tempore, quo non prædicaret Episcopus: id tamen non expedire propter scandalum: Addiderat Regularem prædicantem in sua, vel aliena Ecclesia sine licentia, non posse ab Episcopo puniri. *par.* 3. *tr.* 2. *res.* 11. at peccant mortaliter. Cac. *part.* 8. *tract.* 7. *resolutione* 11. Sed hodie stante constitutione *Inscrutabili, &c* Greg. XV. (& meritò aduertit Bordonus *in consil. Regul. res.* 7. *num* 21.)

Hodie tamẽ contrariũ tenendũ ex Cõstit. Gregor. XV.

Regulares prædicantes sine Episcopi licentia, & benedictione etiam in suis Ecclesiis, possunt ab Episcopo puniri etiam per censuras. Et quamuis Augustinus de Bellis *in alleg. Hispano idiomate conscripta* putet Vrban. VIII. derogasse Bullæ Greg. XV. tamen Nouarius *in sum. Bull. part.* 1. *tit. de exemptorum priu. n.* 51. facienus mentionem de dicta Bulla Vrbani VIII. relata à P. de Bellis, ait, non obstare, quin hodie Episcopi possint punire regulares, quia dicta Bulla videtur tantum localis lata pro ciuitate, & Diœcesi Giennensi *part.* 7. *tract.* 12. *resol.* 25.

Minimè obstãte Bulla Vrbani VIII.

8 Hæc autem licentia, & benedictio petenda est quocumque tempore, quamuis enim Bordonus *in consil. Regul. resolut.* 7. *quæst* 11. *numero* 5. asserat vsum iam obtinuisse apud Regulares prædicandi in propriis Ecclesiis absque alia Episcopi benedictione; quam solum petunt pro Quadragesima, & Aduentu, & non pro aliis festis intra annum: tamẽ valdè dubitandum an adsit talis vsus? nam quocumque tempore, quando Regulares volunt in suis Ecclesiis concionari, se præsentant coram Episcopis, & petunt benedictionem, iuxta Concil. Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 6. Imò Episcopus posset denegare benedictionem prædicandi Regulari nolenti coram ipso emittere professionem fidei. Ità Nouar. *in sum. Bull. p.* 2 *tit. de exempt. priuil. num.* 49. cum aliis *par.* 7. *tractat.* 12. *resol.* 24. *p.* 11. *tr.* 2. *res* 1.

Et hæc licẽtia, & benedictio quocumq; tempore petẽda

Nõ autem sol im pro Quadragesima & Aduentu.

Et denegãda nolenti emittere professionem fidei.

9 Concionatores Regulares semèl approbati ab Episcopo, concionari possunt in quacumque diœcesi, dummodo Episcopus loci, vel Parochus non contradicat, ex priuilegio Greg. XIII. concesso Societati. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 35. *diff.* 5. *cum.* 2. & Regulari docto, & pio, præsertim itineranti, concedere potest facultatem prædicandi in sua Ecclesia Parochus bis, aut ter. Portell. *n.* 2. *par.* 4 *tr.* 2. *res.* 111. §. *Notat. & par.* 4. *tr.* 4. *res.* 21. § *Not.*

Possũt prædicare in Parochus de licentia Parochi bis aut ter.

10 Quæres an vt Episcopus, possit etiam Vicarius Sede vacante punire Regulares prædicantes in Ecclesiis sine licentia, & benedictione, vel suspendere, & ordinare, ne aliquis Regularis amplius prædicet? Negatiuè respondent Gauantus *in Man. Episc. ver. Capitulum. Sede vacante numero* 51. *&* 52. & Bordonus *in cons. Regul. res.* 36. *numero* 24 quia succedit Episcopo in iurisdictione ordinaria, non delegata; & ideo vbi Concilium Trid. committit aliquid Episcopis vti delegatis Sedis Apostoli-

Vicarius Sede vacante non potest punire prædicãtes sine licentia

postolicæ, non potest Capitulum, seu Vicarius Sede vacante *par. 7. tr. 12. res. 26. & 27.*

REGVLARIVM PRIVILEGIA
In religuis.

Omnes ferè Regulares exempti sũt ab Episcopo.

11 † Regulares ferè omnes à iurisdictione Episcopi exempti sunt, præter aliquos casus à iure expressos, in quibus Episcopus contra eos procedere potest tamquam Sedis Apostolicæ delegatus*. An autem exempti sint à legibus synodalibus, dictum est, V. *lex, n. 8.*

Et possunt eligere conseruatorẽ. A quo defendãtur in iniurijs & violentijs.

12 Habent etiam priuilegium eligẽdi sibi conseruatorem, qui eos à manifestis iniurijs defendat, iuxta c. *fin. de offic. deleg.* & quidem per manifestam iniuriam Cruz & alij intelligunt quidquid est contra ius; & infer damnum monasterio, vnde & posse procedere contra debitores Religiosorum ex causa ciuili, etiam laicos. Contrarium tenet Fuschus *de visit. lib. 2. cap. 23. nu. 5.* quia conseruator non habet tribunal erectũ. † Adde quòd in Bulla Gregorij exprimitur quòd conseruator procedere possit, quando Regulares sunt rei, non quando sunt actores. Et licet sacra Cõgregatio declarauerit, remanere adhuc ei facultatem se ingerendi in manifestis iniurijs Religioni illatis, per manifestas iniurias non videntur intelligi posse retentiones, seu non solutiones debitorum, quæ sunt quid priuatiuum.* Certè si animalia Religiosorum in alienis agris pauperiem faciant, ad conseruatorem pertinet iudicare, non ad iudicem sæcularem. Ita Rodriquez *tom. 1 quæst. 65. art. 14. par. 3. tr. 1. ref. 20.* * Et idem de debitis ciuilibus domus Religiosæ, minimè verò particularium; quia hi habent suum Prælatum, cui omninò subditi sunt, & ab aliena iurisdictione penitus exempti. Dum tamen manent intra claustra. Ita Rodriquez *art. 13.* & Miranda *quæst. 47. art. 10. tom. 2.* apud quos, & Lezanam, ac Laurentium de Peyris, multa ad conseruatorem spectanti inuenies.*

Et coram quo conueniantur ob pauperiem factam ab eorum animalibus in agro alieno Et ob bita ciuilia cõmunitatis.

13 Regulares lectores, concionantes, studentes, Confessarij habent priuilegium, vt sibi commutetur obligatio Horarum à Prælato in certos Psalmos, & Pater noster, vt de lectoribus dictum est V. *Lectores n. 3 par. 3. tr. 2. res. 68. §. Non desinam.*

14 Quamuis corpora defunctorum exhumari, & de loco in locum transferri sine licentia Episcopi non possint, iuxta cap. *corpora Sanctorum, de consecr. d. 1. l. sinec dum, l. nemo humanum, C. de relig. & sumpt. fun.* quando nimirum tradita sunt sepulturæ perpetuæ. Id tamen possunt Regulares de consensu partium, intra limites propriæ Ecclesiæ, vt ait Villalobos *tom. 2. tract. 31. diff. 6. num. 4.* ex priuilegio Leonis X. & si non sunt sepulta in Capella propria, etiam sine consensu partium. *par. 3. tract. 2. res. 120.* regularis sexagenarius non tenetur ad ieiunia regulæ; iuuenis 21. annorum tenetur *parte 9. tractat. 6. resolutione 16.*

Regularis recitans in monasterio in comœdijs nõ incurrit censurã.

15 Regularis dimittens habitum per mediam horam, nec si in conuentu recitaret in Comœdijs non incurrit in excommunicationem *par. 9. tr. 7. res. 5.*

REGVLARIVM PRIVILEGIA,
Quoad vsum, & communicationem.

Priuilegia Regularium limitari, & tolli possũt à Generali, & generali Capitulo.

16 † Circa vsum, aduerre primò, Generales, & generale Capitulum posse vsum priuilegiorum limitare, & omninò tollere, etiam in Religionibus non habentibus ad id specialem facultatem Sedis Apostolicæ. Tamburinus *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 16. quæst. 9. n. 2.* Excipe, nisi aliquod priuilegium in corpore iuris insertum esset, nam eius reuocatio esset statutum contra ius cõmune, quod ipsi prohibetur, cap. *quod super his, de maior. & obed. p. 3. tr. 2. resol. 87 p. 11 tr. 2 ref 66.*

Non tamẽ derogãtur per nõ vsũ.

17 Nota secundò, Regulares vti posse suis priuilegijs, non obstante quod

* *Non Regularium Religiosorum studijs deditl declinare possũt onus diuini Officij. Et superiores trãsferre possunt cadauera intra suas Ecclesias.*

non sint in vsu ex peculiari priuilegio Eug. IV. concesso Congregat. S. Iustinæ Ordinis Benedictinorum. Portell. *verb priuilegium n.* 4. Adde, priuilegia Regularium ex alio priuilegio apud Cruz *lib.* 2 *cap.* 3 *dub.* 2 *concl.* 2 non abrogari per contrarium vsum, nisi excedat annum centesimum. *par.* 3 *tr.* 2 *res.* 88.

Nec refert si iuri canoni eo sint contraria. Nã si nẽ aduersentur Tridẽtino, clausula apponi solita, nihil operatur.

18 Nota tertiò, quòd quando in priuilegiis Regularium apponitur clausula, *dummodo sacris Canonibus, & Concilio Tridentino non aduersentur*, per sacros canones intelligi debent canones Tridentini, nam iis, qui in iure canonico continentur, multa priuilegia sunt expressè contraria. Quæ autem aduersantur Tridentino, iam derogata censentur, etiam pro foro conscientiæ, vt ait Miranda *tom.* 1 *q.* 39 *art.* 1. *concl. vn.* nam quamuis Pius V. confirmauerit Regularibus priuilegia contraria Tridentino, vnde Enriq *lib.* 7 *c.* 24 *in gloss. lit. K.* ait, ea etiam hodie pro foro conscientiæ practicari posse, attamen Greg. XIII. ea iterum reuocauit *p.* 11. *tr.* 2. *res.* 6. vnde contrarium dicendum est. Et in specie Regulares non possunt ordinari ante ætatem. Vasq. *in* 3. *par. to.* 3 *disp.* 246. *c.* 4. *n.* 43 contra Sa *v. relig. n.* 56 *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 59.

Dubiũ est, num certũ priuilegiũ Pij V. reuocetur per Bullam Cœnæ.

19 Dubium tamen est, an Priuilegiũ Pij V. quòd Regulares absolui possint à suo Prælato ab hæresi occulta, reuocatum sit per Bullam Cœnæ, de quo vide V *Absoluere n.* 73. Dubium item est, an Bulla Pij V. *Et si mendicantium*, in qua Regularibus amplissima priuilegia conceduntur, reuocata fuerit per Bullam *intacta* Greg. XIII. & Barbosa *de pot. Episc. par.* 3. *all.* 76 *n.* 29 affirmat. Peyrin. verò *tom.* 2. *in const.* 7. *Pij V.* § 1 *n.* 2. ait Bullam *Intacta*, nec promulgatam fuisse, nec vsu receptam. *par.* 3 *tr.* 1 *res.* 97.* reuocatam esse docuit Auctor *in res.* 59 *eiusd. tract.* vt retulimus mox *num.* 15 non esse reuocatam, *in res.* 58 vt retulimus *n.* 7.†

Et aliud eiusdẽ per Bullã Greg XIII.

Sed part. 11 *tr.* 2 *res.* 6. nihil hac de re certi definit, vbi Brunus *de priuil. Regul. p.* 1 *tr.* 8. *c.* 5 *prop.* 6. multa argumenta pro parte negatiua proponit. *tr.* 3 *res.* 5. docet ex praxi Romanâ Bullam omnino reuocatam, licet fateatur, non omnia priuilegia Mendicantium fuisse reuocata per Tridentinum, eo ipso, quod contrarium statuat, sed ea solùm, quibus additur clausula, non obstantibus.

Verùm priuilegia Societatis, & Cler. Regul nõ derogãtur, nisi id suis Patribus insinuetur.

20 Cæterùm priuilegia Societatis Iesu numquam derogata censentur, nisi derogatio ipsismet Patribus insinuetur, ex priuilegio Gregorij XIII. quo gaudet etiam Religio Clericorum Regularium *par.* 3 *tr.* 2. *res.* 63.

Omnia priuilegia Mẽdicantium communicãtur adinuicem. Etiã Iesuitarum.

21 Quoad COMMVNICATIONEM aduerte primò, quod Regulares Mendicantes communicant omnia priuilegia, etiam Societati concessa cum limitatione, nè alia Religiones communicent, ex ampliatione & extensione eorundem priuilegiorum facta per Pontifices successores. Et quamuis Gregorius XIII. concesserit Societati, nè aliquis eius alumnus aliquo priuilegio potiatur, nisi sibi à Præposito generali communicetur, ait nihilominus Cœlestinus *tract.* 8. *cap.* 15. dicta priuilegia ab aliis Religionibus absque tali limitatione participari, *par.* 3. *tr.* 2. *res.* 81. *& par.* 5. *tr.* 13. *res.* 40.

Exceptis priuilegiis circa Altaria.

21 Aduerte secundò, priuilegia perpetua Altarium circa Indulgentiam pro animabus, videri etiam in communicatione locum habere: quia omnis gratia Principis priuilegium appellari potest, Bald. *in pral. stud. num.* 38 & in fauorabilibus lata fieri debet iste prætario. Et sic tenet Portell. *v. priuilegij communicatio num.* 20. Sed ego contrarium teneo cum Merolla *tomo* 3 *disp.* 6. *cap.* 4. *dub.* 7 *num.* 64. tum quia in generali cõcessione non veniunt ea, quæ quis in specie non esset verisimiliter concessurus, reg. *in generali* 81 *de regul. iur.* tum quia per communicationẽ priuilegiorum non communicantur priuilegia exorbitantia, siue quæ ratiõ conceduntur, qualia sunt Altaria priuilegiata perpetua, vt patet ex vsu & stylo Curiæ apud Peyrinum *in declar. prin.* 8 *Paulit II.* Vnde ait Merolla, nec Ecclesias eiusdem Ordinis Altaria priuilegiata participare, quòd de omnibus Indulgentiis domus particularis, docet Portell. *vbi sup.* n. 6. *p.* 6. *tr.* 7. *res.* 9.

23 Ad-

Quid de Officiis propriis?

23 Aduerte tertiò. P. Bordonum *resol. 20. q. 22. n. 26.* docere, inter Religiones communicari etiam priuilegia circa Officia particularia, non quidem ea, quæ sunt de Sanctis Ordinis, sed alia de festis communibus. Vnde dicendū esset, alias Religiones recitare posse Officiū Corporis Christi, & Immaculatæ Conceptionis in feriis quintis, & Sabbatis, festo nouem Lectionum non impeditis, vt recitant ex priuilegio Fratres Minores. & similia. Sed tu cogita. *par. 6. tr. 8. res. 14.* Per communionem priuilegiorū concessam Fratribus, possunt alij semel absolui à Confessario eiusdem obseruātiæ, ab omnibus peccatis, & abirregularitatibus, exceptra mutilatione, & homicidio, non autem Iesuitæ. Suarez *par. 9. tr. 8. res. 55.*

Per cōmunicationem possunt absolui semel à casibus reseruatis.

RELIGIOSI MILITES.

Equites, S. Ioannis, S. Iacobi, & similes, sunt verè Religiosi.

1 Religiosi milites Equites S Ioannis (& secundum Riccium *tom. 4. resol. 177. num. 3.* etiam illi, qui portant signum T. seu mediam crucem albam, *par. 3 tr. 1 res. 51.*) S Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & Montesæ, sunt verè Religiosi, emitt nt enim promissionem trium votorum in manibus Prælatorum in Religionibus approbatis à Summo Pontifice, *par. 3 tr. 2. res. 30. par. 4 tr. 1. res. 86. p. 11. tr. 4 res. 13. & alibi passim.* Idem dic de Equitibus Sancti Stephani, & Sancti Lazari, *Ibid. & par. 3. tr. 1. res. 61.* Secus de Equitibus Aurei velleris, Sancti Michaelis, Annunciationis, Delabanda, aliisque aliorum Ordinum absque Sedis Apostolicæ auctoritate erectorum *par. 4 tr 1. resolutione 36 in fine.* Illi ergo omnes gaudent priuilegiis fori. (Vide V. *Immunitas Ecclesiastica, numero 23.*) canonis (Vide V. *Excommunic. numero 2.*) & Gabellarum [Vide V. *Gabell. numero 11.*]

Gaudent q; immunitate.

Et cōfiteri possut simplici Sacerdoti.

2 Consequenter etiam tales Religiosi confiteri possunt Sacerdoti idoneo, non approbato ab Episcopo, vt de Regularibus dictum est V. *Prælati; numero 45.* quia nimirum non comprehenduntur in Tridentino *sess. 23. cap. 15.* Et ita tenet Sancius *disp. 49. num. 10.* quamuis praxis sit in contrarium *par. 3. tract. 2. res. 30.* Item in Confessione explicare tenentur circumstantiam professionis: peccata enim illorum carnalia, sunt sacrilega, Mota *lib 2. cap 2 §. 23. numero 6. Ibid §. Ex his.* Et filij ipsorum ex copula fornicaria sunt sacrilegi. Et si ipsi dimittunt temerariè Crucem, peccant mortaliter, & contrahunt excommunicationem Clem. VIII. vnde & esse possunt apostatæ, sicut alij Religiosi habitum dimittentes, vt idem Mota *ibid. num 7. & c. 1. §. 6 numero 5. Ibidem § Secundò, & §. Tertiò.*

Tenentur explicare circumstantiā professionis.

Ipsorū filij ex fornicatione sunt sacrilegi.

Et si habitum dimittunt, incurrunt censuram.

3 Item non possunt ad aliam Religionem transire absque licentia Magni Magistri. Mota §. 6. *cit. Ibid. §. Quartò.* Qui etiam tenet, dictos Equites totum, quod ipsis superest de congrua sustentatione, teneri in vsus pios expendere, quia sunt adstricti voto paupertatis, & redditus Commendarum sunt Ecclesiastici. Sed ipse existimo cum Hurtado in *2. 2. disput. 160 sect 7. §. 119 & 120.* expendere posse ad libitum, ac si essent sæculares: quia paupertatem ipsorum sic interpretata est [Prælatis scientibus, & non contradicentibus) consuetudo: & redditus Commendarum dantur illis titulo laico: vnde nec sunt materiæ simoniæ, vt dicemus V. *Simonia, numero 4.* Nec obstat motus Pij Quintireuocans illis facultatem ita de dictis bonis disponendi: nam in primis solùm reuocat facultatem ex priuilegio, non ex consuetudine: deinde non fuit vsus receptus, nisi apud Commendatarios S. Ioannis, & tandem reuocatus fuit à Gregorio XIII. Sanchez *in sum. tom. lib 7 cap 8. num. 30.* qui benè addit, eos instituere posse maioratum ram de bonis patrimonialibus, quàm Cōmendarum *par. 1. tr 15 resolut 34. & par 3 tract 3. resol 129 & tr. 14 resolut 94.* Vnde meretrices, turpem à dictis Equitibus meretedem obtinentes, cum eis ludentes, ad restitutionem minimè tenentur.

Nō possunt ad aliā Religionem trāsire absque licētia M. Magistri.

Possunt tamen de bonis cōmendarum in quoscunq; vsus disponere.

Et maiorā tum instituere.

Et meretrices eorum non tenentur restituere turpem quæstum.

res.54.cit.§.Ex his. Quæ omnia confirmantur ex Bulla Clem. VIII. de largitione munerum, in qua aliis Religiosis munera præbere prohibitis, Equites expressè excipiuntur: vnde & corroboratur, quod initio diximus, eos verè esse Religiosos, alioqui enim excipi non debuissent *par.1.tr.6.res.23.*

Per professionem Religionis S. Ioānis dissoluitur matrimonium ratum.

4 Denique per professionem Equitum S. Ioannis dissoluitur matrimoniū ratum. DD. communiter contra Sotum *in 4 d.27.q.1.art.4.par.3.tr.2. res.30. § Quintò.* Vnde, vxore Monialium habitū assumente, vir, licèt iuuenis, potest habitum D. Ioannis assumere. Sic tenet, & de praxi testatur Pontius *lib 9.c.12. n.3.* contra Sanchez *l.7.disp.32 n.4 par.4 tr. 4.resol 73 § Non desinam.* Et qui votum Religionis emisisset absque alia expressione, satisfaceret, per ingressum huius Religionis, vt probabiliter Conedo *de paup.relig.dub.10.n.6.* & Pontius *de impend.causa 27 q.2.§.4.* id extendit ad Religionem S. Iacobi *par.2 tr.16. res.37.* Per professionem verò S. Iacobi, & aliarum Religionum militarium, matrimonium ratum non dissoluitur, non quod sit solemnis; sed quia Summus Pontifex præscribendo modum eius & formam, minuit solemnitatem Mota *l.2.c.2.§.19.n.18.par.3.tr.2.res.30.§.Quintò.*

Et impletur votum Religionis absque alia expressione emissum.

Et quicunque equites communicare possunt ense præcincti.

5 Nota hic, Religiosos equites ad confitendum, & communicandum pugione, & ense præcinctos non indecenter accedere, vt latè probat Sancius *disp. 45 n.3.* Vbi *n.6.* idem docet de omnibus laicis, quod tamen intelligendum foret, cessante scandalo, quòd raro deficit *par.3.tr.2.res 30.* in fine.

RELIQVIÆ.

Reliquiæ non approbatæ.

1 Reliquiæ non possunt adorationi & venerationi exponi absque approbatione. Quid tamen in hoc faciendum, vide V. *Episcopi iurisdictio in Reliquias.* Aduerte verò cum Palao *tom.2. tract.8.disp.1.punct.6. num.* 11. non esse illicitum, proponere adorationi Crucem ornatam variis reliquiis nō approbatis, tum quia sic vsus obtinuit, tum quia in tali casu non reliquiæ, sed crux adoranda proponitur, & si quis eas adorat, hoc erit per accidens, & pertinebit ad cultum priuatum, contra Bonac. *disp.3.de ador. quæst.1.punct.4.n.6.part.5. tr.5.res.35.§. Notandum.* Item reliquias approbatas exponere videndas & tangendas in die festo, animo colligendi eleemosynas, regulariter non est mortale. *p.10.tr.16 res.73.* Princeps in bello non potest reliquias capere & distrahere *Ibid.resolut.74.* An reliquiæ alienari possint sine solemnitatibus, vide V. *Prælati num.28.*

Exponi possunt in ornamentū Crucis adoranda.

RESERVATA.

Reseruata quamdiu durent.

DE reseruatione casuum dictum est V. *Casus reseruati.* Et de reseruatorum absolutione V. *Absoluere à reseruatis,* & aliquid V. *Pœnitens.*

1 Casus reseruati à quocumque prælato, de licentia Papæ absolui possunt, eo inconsulto. *p.10.tr.12.res.18.* Reseruata in bulla Cœnæ, vel Episcopo absolui non possunt à regularibus. *p.10.tr.13. res.12.* Casibus & censuris Episcopalibus subsunt Monales. Quæ si exemptæ sunt, non potest Episcopus reseruare sibi casus circa illarum clausuram. *Ib.res.52.*

2 Casus reseruati Episcopo per statutum, eo mortuo, adhuc permanent, at si reseruatio est personalis, eo mortuo, expirat, vt ex Piasecio retulimus V. *Casus, numero 12.* & sic tenet communis opinio. Et quidem reseruatio facta in mandatis visitationum tam Episcopi quàm Prælati Regularis, siue cum excommunicatione, siue sine, censetur personalis, & mortuo Episcopo, vel manus à munere amouente Prælato, expirat. Quod tamen intellige quoad crimina commissa post mortem Episcopi, &c. non quoad commissa tempore reseruationis. Fagundez *parte 2. libro 8. capite 1. numero 30. par.6.tr.6.res.41.*

2 Peccaret Prælatus Regularis, non

An absolui possint, licentia petita, & non obtenta?

non solùm contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, negando facultatem Confessario, absolvendi aliquod reservatum, si ex licentia negata timeretur grave aliquod subditi detrimentum, etiam ex eius fragilitate, aut dutitia. Lugo *de sacram. pœnit. disputatione* 20. *sect.* 10. §. 4 contra Suarez *tomo* 4. *disputatione* 30. *sect.* 4. *numero* 7. & 8. Et in tali casu Confessarius potest nihilominus pœnitentem pro illa vice absolvere, licentia petita, & non obtenta, vt diximus V. *Absolvere, numero* 12. sic declarante Paulo V. vt docet Texeda *tomo* 2. *libr* 3. *tractat.* 31 §. 4 *contr.* 20. *numero* 129. & alii. Vt autem Confessarius prudenter iudicet, facultatem concedendam esse, ait Suarez sufficere, quod nulla ratio suadeat esse negandam, & si aliqua ratio negandam suaderet, & nihilominus pœnitens nullo modo vellet superiorem adire, tunc negari non posset licitè: quia, cum reservatio instituta sit in medicinam, non debet nocere subiecto. Et quamuis in tali casu pœnitens non videatur ritè dispositus, quippè qui, nullo metu prohibente, nollet ad superiorem accedere, vrgente Confessionis præcepto: totum id nihilominus infirmitatis esset, & compassione dignum, vt illud iudicat praxis Prælatorum, & ipsius Summi Pontificis, qui propterea sæpè concedit per Iubilæa, & Bullas facultatem eligendi Confessarium pro quorumvis casuum reservatione. Sæpè etiam pœnitens nondum decrevit præceptum violare, sed vacillat & ideò à Prælato sustineri debet ne cadat. Et si decrevit, facultas illi salubris erit, quia sublata difficultate, facilius, & suavius ad dolorem, & propositum disponetur, ad quòd iuvare illum debet Confessarius, & sufficiet dolorem habere generalem de omnibus peccatis commissis. Quæ omnia docet Lugo *vbi supr. numero* 219. contra Fagundez *in decal. tomo* 1. *lib.* 1. *capite* 43. *numero* 15. An absolui possint reservata ex præsumpta superioris facultate cum ratihabitione de futuro, vide V. *Ratihabitio, n.* 10.

3 An ignorans, peccatum esse reservatum, reservationem incurrat, vide V. *Ignorantia numero* 8. An bona fide peccatum reservatum non habenti facultatem confitens, remaneat absolutus, vide V. *Pœnitens, numero* 1. Petes: Si quis confessus sit hæresim, v. gr. dubiam simplici Confessario, à quo propter dubium absolutus fuit, comperto deinde, quòd peccatum certè commiserit, remanetne absolutus? an debet pro absolutione superiorem adire? Respondet Lugo *de sacram. pœnit. disputat.* 20. *sect.* 2. *numero* 20 se satis probabile existimare, quod talis remaneat absolutus, nec aliam habeat obligationem, & argumentatur à simili, nam Sanchez *in sum. tom.* 1 *libro* 4. *cap.* 44. *numero* 10. dicit, quod si simplex Confessarius dispensavit in voto reservato dubio, dispensatio tenet, etiamsi postea votum comperiatur esse certum; sic exigente recta Ecclesiæ gubernatione. *p.* 6 *tr.* 6. *res.* 40. §. *Ad secundum.*

Et quid si dubiũ sit, an peccatũ reservatũ commissum sit?

4 Peresiterum: An pœnitens, qui data opera extra diœcesim pergeret, in qua aliquod crimen non esset reservatum, vt ab illo absolveretur per simplicem Sacerdotem, rectè absolvatur? Rectè respondet Bauny. *parte* 1. *tractat.* 4. *quæst.* 8. *dub.* 5. quia dum eò pergit, habet ius confitendi confessariis illius diœcesis, secundùm iura, & dispositionem illius Synodi. Contrarium tenet Zambellus V. *casus numero* 26. ex sacra Congreg. *die* 19. *Novemb.* 1616. *part.* 6. *tractat.* 7. *resolutione* 57.

Aut si quis accederet in diœcesim, vbinõ essent reservata?

RESIDENTIA.

1 REsidentiam Episcopi non esse de iure divino docuerunt Catarin. & Campegius, Alfonsus Salmeron, & Andreas Gerunda. Sed communis sententia Theologorum contrarium docet. Ita Franciscus Torrensis, Bartolomæus Carranza, & Iacobus Nadantè. Et stando in hac opinione non dispensat Papa in iure naturali præceptivo

An residentia Episcopi sit de iure divino.

per se spectato: sed in materia eius mutando illam, quatenus etiam pendet ex voluntate humana, qua mutatione facta, ipsum naturale præceptum cessat per se obligare, quia illa obligatio residendi non insurgit nisi mediante pacto, & vinculo inter Episcopum, & Ecclesiam: hoc autem pactum humana voluntate contrahitur, & ideò ex hac parte mutabile est, saltem per potestatem publicam. *C. inter corporalia, de transl. Episcopor* & ideò per eamdem relaxari potest, & consequenter etiam naturalis obligatio, quæ ex illo nascitur, potest, vel mutari, vel auferri. Potestas autem publica in hoc casu est Pontifex Summus, qui habet in illa Ecclesia excellentiorem potestatem. Quando autem Pontifex dispensat in residentia, ipse statuit, quomodo pro tali tempore illi Ecclesiæ providendum sit. Suarez *lib. 2. de Legibus capite 14. num. 22.* Basilius Pontius, Merola, & alii *p. 10. tract. 14. resol. 66.*

Potest abesse per tres menses.

2 Episcopus potest abesse à sua Diœcesi per tres menses cum causa, vel sine illa. Ita Arca Vitalis, & Paulus Squillante, quamuis contrarium senserit Viguerius. Transactis verò tribus mensibus, posse etiam per octo, vel decem dies abesse absque culpa mortali censet Arca Vitalis, quia est parua materia. At oppositum Pasqualigus *part 10. tract. 14. resol. 67.*

RESTITVERE QVIS TENEATVR.

Restituere quid sit?

1 ✠ Restituere, seu restitutio, est actus iustitiæ commutativæ, quo vnicuique redditur, quod ab eo ablatum est, vel acceptum. Ad restitutionem pertinentia ferè novem sunt, his carminibus comprehensa.

Et quæ in restitutione consideranda?

Quid, quis restituet, cui, quantum, quomo, quando,
Ordine, quove loco, qua causa excuset iniquum.

Primò igitur videbimus qui restituere teneatur: mox qui non teneatur, seu excusetur, & deinde quid restituendum sit, cui, quantum, & e suo ordine. Porrò restitutionis radices tres ferè sunt: iniusta actio, seu omnis actio contra iustitiam: res accepta, & contractus. Videamus ergo primò.

RESTITVERE QVIS TENEATVR *Ex iniusta actione.*

Fieri debet restitutio ex iniqua actione, puta.
Iniusto bello,
Furto,
Vsura,
Impedimento alterius boni.
Homicidio, stupro, &c.

1 Actiones iniustæ, ex quibus restituendi nascitur obligatio, hæ sunt. Bellum iniustum, de quo V. *Pugna:* furtum, seu acceptio iniusta rei alienæ inuito domino: iniqua item rei alienæ retentio: acceptio rei alienæ per contractum iniquum: impedimentum, seu obex, ne alius bona acquirat iustè: homicidium, stuprum, & omnis alia offensio in bonis vitæ & fortunæ, nam de restitutione famæ diximus V. *Detractio.* Aliqua hic dicenda sunt: primò, de impediente bonum alterius, mox de homicida, & stuprante: & tandem de cooperantibus iniquæ actioni. De furto enim, & iniusta retentione, dictum est V. *Furtum,* & de iniquo contractu dicemus infra.

Et quidem impediens bonum alterius, ad restitutionem tenetur, si adhibent vim, fraudem: Secus si preces, & blanditias.

2 Itaque circa impedientem alicui consecutionem alicuius rei, sit prima regula, ✠ Si quis impedit proximum à consecutione alicuius rei ad quam habebat ius, actione mala contra iustitiam, puta vi, fraude, mendaciis, dolo, tenetur ad restitutionem: si verò id faciat actione mala contra charitatem vel aliam virtutem, puta precibus, exhortationibus, pollicitationibus, etiam ex odio alterius, non tenetur. Ratio discriminis est, quia vi & fraude violatur libertas collatoris, in qua ius conditionale alterius situm erat: precibus & blanditiis nō itē. Lessius *l. 2. c. 11. dub. 10. n 123.* & alii communiter, contra Caietanum *in 2. 2 quæst. 62. art. 2. p. 3. ar. ... res. 54. & 11. 6. res. 33. & 34.*

Corollaria.

3 Ex quibus pro praxi inferes cum dictis

dictis DD. quod si quis impediat, ne avus instituat hæredem nepotem filium spurii (quod secluso intuitu filii spurii, facere posse, suppono cum Vasquez & aliis) vel ne quis instituat alium hæredem, vel legatarium, vel iam institutum revocari curet, item si impediat ne quis det pauperi eleemosynam, ne beneficium vel officium alteri conferat, qui dignus sit, vel dignior, vt conferat alteri digno, & similia: si id faciat vi aut dolo, tenetur ad restitutionem, si solis precibus & blanditiis, non item. Immò non quæcumque iniuria obligat ad restitutionem, sed illa solùm, quæ infertur in ipsa rei consecutione, proximè & immediatè. Nam si v.g. Ioannes præoccupans & aperiens litteras Petri, scribentis ad Paulum Romam, vacare beneficium in mense Pontificis, illum præveniat, & impetret sibi beneficium, non tenetur ad restitutionem, quia tantum iam commisit in aperitione litterarum, non in consecutione beneficii. Eadem que probabiliter dicendum putat Lessius *capite 2. dub. 5. numero 34.* de paupere, qui cum maneat ad ostium divitis expectando eleemosynam, advenienti alteri pauperi dicat, eleemosynam iam datam esse. *part. 5. tractat. 8. resolutione 21.* in fine. Secus, si dicat diviti, Petrum v.g. non esse pauperem *part 3. tractat. 6. resolutione 33. § Nonò.*) limitat tamen Sylvius *in 2. 2 quæst. 62. artic. 2 quæst. 15. conclus. 1.* supradictam doctrinam, vt procedat solùm in bonis ordinatis ad commodum publicum, qualia sunt beneficia, officia, &c. quæ nimirum in Ecclesiæ & Reipublicæ bonum sunt instituta, minimè verò in bonis ordinatis principaliter in bonum singulorum, vt sunt æraria publica, montes pietatis, piæ fundationes, &c. in his, n. quia singuli habent ius aliquod, ob quod sibi debeatur sua pars, impediens aliquem ab eius cõsecutione, etiam per preces & munera, tenetur ad restitutionem. *resolut 33. cit. §. Hinc.* vsque in finem:

In nunquam fa-

4 Secunda regula. Impediens fiscum vel alium à consecutione pœnæ pecuniariæ ex delicto, impediendo sententiam, etiam fraude & mendaciis, non tenetur ad restitutionem: quia pœna non debetur ante sententiam, quare qui sententiam impedit, impedit quidem ne ille acquisitus ius, non tamen violat ius acquisitum. Less. *cap. 12. dub 18. num. 134.* & alii communiter, contra Molinam *to. 1 tr. 2. disp. 95. n. 35. par. 3. tr. 6 res. 35.* & olim *part 1 tr. 10. res 23. §.* Ideò. Idque probabiliter procedere puto etiam in pœna conventionali, nam nisi aliud exprimatur, intentio contrahentium videtur esse, quòd non debeat solvi, nisi post sententiam. Et ita docet Sanchez *de matr to 1. lib. 1 disp 37. num. 4.* contra Regium *cas. 43 n. 14. par. 1. tr. 8. res. 29. & tr. 10. res. 23* in fine, *& p. 3 tr 6 res 35* in fine.

cienda est restitutio pœnæ pecuniaria, ex eo, quod quis ob eius acquisitionem fiscum, vel alium impedivit.

6 Ex qua regula pro praxi inferes cũ Lessio *vbi supr.* primò, Hæreticum, qui fraude & mendaciis se defendit, non teneri sua bona tribuere fisco, cui applicanda aliàs forent. Secundò, adulteram, quæ per fraudem similiter se defenderet, aut falsis testibus adulterum probaret virum, non teneri restituere viro dotem, quam ipso iure acquisivisset: quidquid asserat Layman *lib. 3 sect. 5. tract. 2. cap. 7. num. 4* sed solùm expensas, quas vir impendisset in lite. *resol. 35. cit. § Ex quibus. & § Secundò.* Vnde nec solvere ei tenetur pecuniam acquisitam ex adulterio. Grafius *tom. 1. lib. 5. cons. 2.* contra Molinam *to. 1 tr. 2 disp. 94. part. 2. tra. 17. res. 7.* ✠ Sed circa pœnam pecuniariam, vide infrà.

Corollaria.

7 Tertiò, testes falsos, impedientes sententiam, vel alios impedientes aliquam denunciationem legitimam, vel nè delinquens veniat ad manus iustitiæ, & occultantes aut fugere facientes officiales tempore syndicatus, non teneri ad restitutionem pœnæ supradictis imponendæ. Navarra *de rest. lib. 3 cap 5. n. 13. par. 3 tr. 6 res 35. à §. Septimò.* Et satis de impediente.

Homicidia tenetur ad restitutionem damnificationem.

8 ALIA iniusta actio obligationem restitutionis afferens est homicidium, mutilatio, stuprum, vel alio dam-

nificatio in bonis corporis, vel fortunæ. Nam homicida tenetur hæredibus occisi restituere id, quod dicemus infrà *verb. Restitui quid.* nimirum damnum temporale ex homicidio, vel etiam mutilatione aut deformatione secutum: minimè verò pro ipsa occisione, &c. & ad compensandam vitam occisi. nam *l. fin. ff. de his, qui effuderint, vel deiecerint, & Lex hac lege. ff. si quadrupes paup fec. dicatur.* dicitur, liberum corpus nullam æstimationem recipere, ac proinde damna corporis liberi non posse pretio compensari. Et idem dic de alapis & fustigationibus. Secus si occidatur servus vel animal, vel etiam deturbetur, ita vt minus valeat. Sicut etiamsi deturbetur mulier nubilis, ita vt ad matrimonium ampliori egeat dote: nam in his casibus teneris ad restitutionem, Lessius *cap. 9 dub. 23. numero 141.* & alii, quamuis in contraria sententia sint D. Thomas & Scotus *part. 3. tractat. 6. & solutione 53. §. Notandum est. & part. 5. tractat. 4. resolutione 54.* Advertè hic, quòd pro homicidio facto à servo, & damno illato ab animali tenetur dominus, si sit in culpa. Si verò culpam non habet, ante sententiam ad nihil tenetur: quia *l. si servus, ff. de nox. action* & cap. *si culpa, de iniur. & damno dato.* videntur pertinere solùm ad forum externum, vt docet Navarra *lib. 2 cap. 1. n. 38.* Et Malderus *in 2. 2. tr. 3. c. 2. dub. 5.* notat, dominum abscondere posse servuum, vel animal, ne ante sententiam capiatur. *par. 5. tr. 4. res. 52.*

Non tamè pro ipsa vita hominis liberi.

Pro alapis inflictis.

Et pro homicidio alieno.

Vel proprio inculpabili.

9 Nemo verò tenetur aliquid restituere pro homicidio involuntario & inculpabili, seu iusto. Vnde qui licitè inuasorem occidit iuxta dicta *verb. Occidere inuasorem*, sicut non fit irregularis, ita nec restitutioni obnoxius. Et generaliter ex homicidio casuali numquã obligationem restitutionis oriri, ait Lessius *dub 15.* nisi causa data sit efficax, & mors ex illa præcisè secuta sit. Vnde si in primis infligas vulnus non lethale, sive quod de solo curari aptum sit, sive quod patiens diligens sit, & medici adsint, mors autem sequatur ex negligentia medici, vel incuria infirmi, non teneri ad restitutionem. Secus si in eo loco non adsint medici, & læsus totam diligentiam adhibuit; nam in his circumstantiis vulnus fuit lethale. Item si des operam rei sive licitæ sive illicitæ, sed sufficientem cautionem adhibeas, ne aliquod inde proximo damnum sequatur, si deinde casu mors alicuius secuta sit, non tibi imputanda erit: quia prævia diligentia abstersit omne voluntarium à causa. Hinc clericos chirurgos & venatores, si post debitam diligentiam hominem casu interimant, ad nihil teneri: immò nec si interveniat culpa levissima, aut levis, sed solùm si lata, ait Lessius *part. 5. tractat. 4. resolutione 46.* Homicida in duello, tenetur ad restitutionem, si provocavit. Secus si ambo se provocaverunt: quia tunc adest pactum implicitum, quòd occisor ad nihil teneatur, & multò minus si provocatus fuit: quia volenti non fit iniuria. Rebellius *part. 1. lib. 3. quæst. 12. numero 8 & 9.* contra Peregrinum *de duello quæst. 19 num 4 part. 3. tractat. 6. resolut 53. in fine, & part. 5. tra. 4. resol. 50.*

10 Mutilans membrum servi sui, non videtur teneri ad restitutionem, vt docet Filliuc. *tom. 2. tractat 28 part 2. cap. seruus ad 4. numero 72.* Cum damnum illatum spectet solùm ad Dominum. Azor tamen probabiliorem censet affirmativam sententiam, & consequenter obligati Dominum ei dimittendum servũ liberum. Ego vtramque sententiam tamquam probabilem complector. *par. 8 tr. 7. res. 45.*

Mutilans membrum seruisui ad quid tenetur.

11 ✠ Stuprator ad restitutionem tenetur pro damno emergente puellæ, aut parentibus, si vim intulit. Secus si solùm *tare, puellã* pteces & blanditias. Aliquando verò tenetur etiam ducere in vxorem. Vide *verb. Stuprum.* Sunt & aliæ iniustæ actiones restitutionis onus trahentes, quas vide apud alios. Cæterum

Stuprator tenetur de si adhibuit vim.

12 Pro iniusta actione non solùm restituere tenetur causa principalis, sed etiam concausæ, quæ his versibus continentur

Pro iniusta actione tenentur

Iussio,

ad restitutionem etiam concausa.

Iussio, consilium, consensus palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Quorum etiam explicationem invenies apud alios. Hic aliqua solùm dicemus circa consulentem, participantem, & duos vltimos. ✠

Vt consulens.

13 Consulens igitur damnum alterius, tunc ad restitutionem tenetur, quando damnum secundùm substantiam omninò ex eius consilio secutum sit. Secus si iam determinatum fuerit secuturum, & consilium solùm concurrat ad modum, vel circumstantiam loci, temporis, &c. (vt si ascendenti per fenestram scalam teneas aliàs ascensurò vel in asportãdo furto suppetias feras, quod tamen sine te commissset, &c. vt ait Laymann. *lib. 2. sect. 5. tractat. 2. cap. 5. numero 2. part. 3. tractat. 5. resolut. 47. in fine,* & *resolut 84. §. Sed ex his.*) Quod si parato furari minus, consulueris furari plus, teneris ad restitutionem illius excessus. Lessius *cap. 13. dub. 2. numero 8. part. 3. tractat 5 resolutione 23. 47. & 84. §. Notandum est etiam.* Si autem determinato furari plus, consulas furari minus: vel parato furari à paupere consulans furari à divite, cum aliter ab iniquo proposito avertere non possis, ad nihil teneris. Vide *verb. Peccato cooperari, nu. 16. & verb. Scandalum n. 5.*

Si quidem consilium sit causa damni, secundùm tam substãtiam.

Vel aliquè excessum.

Aliqui verò, si ante damnum illatum cõsilium revocassent, liberant illum ab onere restituendi.

Porrò consulens damnum alterius, secundùm aliquos non soluitur ab onere restitutionis per solam revocationem consilii, sicut mandans per solam revocationem mandati, ante effectum secutum. Secundùm alios salvatur, sicut etiam ab irregularitate ob consilium homicidii, vt dictum est *verb. Irregularitas, num. 45. part. 2. tractat. 16 resolutione 15. & part. 3 tract. 5. resolut 83.* Et Faustus *in spec. disputat. 4. quæst 72.* & alii docent, quòd si consilii revocatio non prodest, consulens lege iustitiæ monere debeat damnificandum secreto modo, vt sibi caveat. Ego verò cum Salonio *in 2. 2. quæst. 62. art. 7. controvers. 6.* existimo, hanc obligationem esse solius charitatis. *part. 2. tractat. 16. resolutione 16* & absolutiùs *part. 5. tractat. 4. resolutione 64.*

Sicut enim in dubio, an damnũ ex suo consilio sit secutum.

14 In dubio, an damnum tertii ex suo consilio secutum sit, tenetur consulens restituere: quia possessio stat pro obligatione, consilium enim supponitur certum, & damnificatio similiter: vnde præsumptio est contra ipsum, & in foro externo ipsi incumbit probare, quod damnum non sit secutum ex suo consilio. Ita Merolla *tom. 1. disputat. 3. cap. 3. ceroll. 6. numero 41. & 44.* vbi tenet, teneri restituere totum damnum. Sed de hoc infrà *verb Restitui. num. 28.* Ego verò, si restituere nollet, non eum damnarem: quia Villalobos *tom. 1. tractat. 1. diff. 20. num. 9.* & alii probabiliter illum excusant. & Stroverdorff *in 2. 2 quæst. 62 art. 8. disput. 2.* in tali dubio excusat etiam mandantem. Et videtur favere D. Thom. *ibi art. 7.* dum ait: *Tunc solùm tenetur consulens, cùm probabiliter æstimari potest, quòd ab eo actio iniusta sit subsecuta.* Ratio autem est, quia odia restringi debent, & in dubiis melior est conditio possidentis. In opposita autem sententia Henriquez *lib. 14. cap. 16. num. 3.* ait sufficere, quod fur, vel homicida dicat, se non ob consilium ipsius furtum vel homicidium commisisse, vt ab onere restitutionis immunis sit. Sanchez verò *in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num 44.* id solùm admittit, quando talis reus esset aliàs fide dignus, vel aliæ coniecturæ concurrerent. *part. 3. tract 5. resolutione 84. & part. 4 tract. 3. resolut. 18.* Nomine consulentis venit etiam Parlamentarius, qui quandonam ob iniustum suffragium restituere teneatur, vide *verb. Parlamentum.*

Tenetur item participans, absque cuius cooperatione damnũ non inferretur.

15 ✠ Participans dicitur, quia iuvat alterius damnificationem, & tunc ad restitutionem tenetur, quando absque eius cooperatione damnum non fuisset secutum. Vnde, si homicidium, vel incendium non fieret, nisi altero homine, vel domum signante, signans sciens & liberè, tenetur ad restitutionem. ✠ Secus si timore mortis inductus, vt ait Rodriquez *in summ. to. 1. c 212. n. 16. part. 5. tr. 4. ref. 63.*

Vt falsi testes.

16 ✝ Similiter testes falsi, suo iniquo testimonio damnum alteri inferentes, tenentur ad restitutionem. ✝ Secus si falsum iuraverint ignoranter, aut inadvertenter, vel ex inculpabili (saltem mortiferè) obligatione, vt ait Caiet. *in* 2. 2. *quæst.* 74 *art* 4. Aut si absque eorum testimonio damnum iam sufficienter (vtpotè per sufficientem priorum testium numerum) illatum esset, vt ait Pitigianus *in pract. de test. cap.* 6 & nos simili suprà *numero* 12. *part.* 3. *tractat.* 5. *resol.* 105.

Item non obstans, & non manifestans, cũ teneretur ex iustitia.

17 Non obstans & non manifestans tunc ad restitutionem tenentur, cum damnificationem proximi ex iustitia impedire, aut manifestare tenentur. Tales sunt, secundum Navarr. *lib.* 3. *cap* 12. *numero* 224. famuli domestici in ordine

Vt famuli domestici in furtis ex trancorũ.

ad furtum extraneorum, quia eo ipso, quòd domestici fiunt, domum aliquo modo custodire, & ab iniuriis extraneorum defendere tenentur. In ordine verò ad furtum cõfamulorum, ille solus tenetur, cui penes custodia specialiter est commissa, secundum Laymann. *lib.* 3. *sect.* 5. *tractat.* 2. *cap.* 5. *numero* 7. *part.* 11. *tractat.* 6. *resolut.* 6. Alii verò, qui non ex iustitia, sed tantum ex charitate, impedire, vel manifestare proximi damnum tenentur, non tenentur in defectu ad restitutionem, etiamsi à fure aliquid accipiant, vt taceant, si id, quod accipiunt, non sit pars furti. Navarrus *cap.* 17. *num.* 21. Quod Navarra *numero* 132. benè limitat, nisi is, qui accipit, sua promissione expressa, vel tacita furem à furto aliàs cessaturum reddat animosiorem: nam in tali casu teneretur tamquam participans. *part* 3. *tractat.* 5. *resolut* 54. §. *Nota, notandum est, & tract.* 6. *resol* 38. *& part.* 4. *tract.* 4 *resol.* 64. §. *Nota etiam.*

Non tamẽ testes ob negatam testificationem, & fugam,

18 Ex quo eodem principio, contra Valentiam *tractat* 3 *disputat.* 5. *quæst.* 14. *punct.* 1. docet Tannerus *in* 2. 2. *disputat.* 4. *quæst.* 6. *dub.* 2. *numero* 79. testem quantumvis citatum & intimatum à iudice ad testificandum, ob solam negatam testificationem & fugam, non teneri restituere damnum parti secutum: quia non certò constat, talem ex officio sive ex iustitia, teneri ad procurandum bonum, vel impediendum damnum partis actricis. *part.* 3. *tract* 5. *resol.* 54. *in fine.* Et Raynaudus *de monit. part.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 74. idem contra Auilam *part* 2 *c.* 5. *disput.* 4. *dub.* 3. *concl.* 8. & alios communiter, dici posse putat de non revelantibus ex vi monitorii, non solum si ante promulgatum monitorium se malitiosè subducunt, sed etiam si post promulgationem non revelant, quamuis alioqui peccent contra obedientiam & charitatem. *part.* 5 *tract.* 13. *res.* 68.

19 Damnum verò secutum fisco, vel parti læsæ, ob non inflictam reo pœnam pecuniariam, non tenetur restituere, in primis, testis sive testimonium negans, vt diximus *num.* 18. sive falsum testimonium dicens in favorem rei: & multò minùs ipse reus, si legitimè interrogatus negat delictum, sive pœna arbitraria sit, sive taxata, vt benè Vasquez *in* 1. 2. *disp.* 175. *cap.* 12. licet probabile sit, ad taxam teneri, vt docet Laymann *cap.* 7. *num.* 4 *part* 3 *tractat.* 5. *resolut.* 52. *part.* 4. *tract.* 4. *resolut.* 65. Deinde nec custodes portarum aut sylvarum, &c. non manifestantes eos, qui merces, aut ligna asportant, &c. nec publici æstimatores vulgò *maestri di piazza*, non denunciantes eos, qui res cariùs vendunt, vel falsis vtuntur ponderibus aut mensuris, vt ait Lessius *lib.* 2. *cap* 13. *dub* 10 *num.* 73. contra Valerum *verb. restitutio diff.* 39 *part* 3. *tract.* 5 *resol.* 54. *& tract.* 6. *res.* 31. §. *Quartò & §. Quintò.* Denique nec iudex ad talem pœnam, prout de iure, non damnans, vt probabiliter Tannerus *num.* 18. contra Layman. *cap.* 5 *num* 7. & in specie de Inquisitore iniustè hæreticum non damnante, cuius bona confiscanda erãt, Moura *de sensal. sect.* 3 *c.* 1. *num.* 35. *part.* 4 *tractat.* 6 *resol.* 108 *part* 3. *tractat* 5 *res* 52. §. *Notandum, & tract.* 6. *resol.* 35. §. *Tertiò.* Et horum omnium ratio est, quia hi omnes in his casibus non delinquunt contra iustitiam commutativam, sed contra legalem: quia nimirum reus & testes verum

Et quoad pœnam pecuniariam fisco, vel parti solvendã, nec falsus testis tenetur.

Nec reus negans delictum.

Nec custodes portarum, aut sylvarum, Aut publici æstimatores, vulgò maestri di piazza, non denunciantes, &c.

Aut iudex non damnans ad illam, cum deberet.

rum dicere, custodes & alii denunciare, & iudex pœnam iustam infligere tenentur, vt Reipublicæ pax seruetur, damna impediantur, &c. minimè verò vt fiscus & is, cui pœna pecuniaria applicanda esset, huiusmodi pœnis dicētur, *RR citat.*

Quid si quis non impediat eos, qui suo nomine damnum sunt illaturi?

20 Petes: Quid si quis non impediat aliquos, quos scit suo nomine damnum alteri illaturos? Respondeo: Si impedire teneatur ex officio, teneri ad restitutionem, si non teneatur ex officio, tunc solū teneretur, quando damnificatores scirent, talem iniquum ipsorum propositū notū habere, & non contradicere, quod esset tacitè consentire. Rebell. *par. 1. lib. 2 qu. 14 sect. 3. n. 13* adverte autem, quod si filius aut seruus nomine patris aut domini nescientis damnum inferret, pater & dominus ad restitutionem minimè teneretur, etiamsi posteà ratum habeat: quia reuera non est causa damni. Lessius *dub. 3. n 13.* contra Paludanum *in. 4. d. 15. quæst. 2. art 3. p. 4 tr 4 res. 64.*

Et hæc sufficiāt de eo, qui obligatur ex iniusta actione. Nunc videamus:

RESTITVERE QVIS TENEATVR
Ex re accepta.

Ex re accepta restitui debent.

21 ✣ REs alterius, aut benè accepta est, aut malè, & vtraque restitui debet, cum discrimine, vt infrà *verb. Restitui, à num. 2.* Male accepta dicitur res, quæ accipitur per furtum & rapinam, vt innuimus supra, vel per cōtractum iniquum, de quo infrà. Hic tamen de restitutione rei benè acceptæ non quidem, quæ accipitur à domino per contractum iustum, nam de solutione istius diximus *verb. Debitor*; sed quæ aliter absque vlla culpa ad aliquem peruenit. Et quidem de re empta a latrone bona fide, vel mala, dictum est *verb. Emere, à n. 9* ✣

Res inuenta, si habēt dominum.

22 Res ergo inuentæ, si dominum habeant, restitui ei debent. Si autem non inueniatur, Salonius, & alii quamplurimi, dicunt restitui debere, pauperibus, ex vsu recepta consuetudine, fundata in dominorum voluntate rationabiliter præsumpta. Sotus verò *lib. 5. quæst 3. art. 3.* probabiliter retineri posse inquit ab inuentore: quia in iure perinde est, dominum ignorari, & rem nullius esse, *part. 2. tract. 17. resol. 5. & p. 11. tr. 1. res. 12.*

Et res possessa, si in dubio, an sint alienæ, inueniantur esse.

23 Possessor similiter bonæ fidei, dubitare incipiens, num res, quam possidet, sit sua, si post adhibitam diligentiam adhuc dubius manet, potest sibi illam retinere: quia in pari causa melior est conditio possidentis, vnde talis in foro externo non spoliaretur possessione. Merolla *tom 1. disputat. 3. cap. 3. coroll. 3. num. 11.* & alii communiter contra Adrianum *quodlib. 2. ad 2. conf. argum. 1. part. 4. tractat. 3. resolut. 25.* Immò potest rem illam vendere. Sed tunc debet hoc dubium emptori exponere, ne postea à domino comparente damnum patiatur. Vnde si non exponit, tenetur damna resarcire. Lessius *lib. 2. cap. 14. dub 4. num. 23.* & alii. Addit Sayrus *lib. 2. tract. 2. cap. 4. num. 29.* venditorem in tali casu debere esse paratum reddere pretium vero domino, si constiterit rem esse illius. Sicut restituere ei deberet rem, si esset apud se. Sed benè: hoc negat Sanchez *in decaleg lib. 2. c. 3. n. 187.* Quia possessor bonæ fidei, quando non habet rem apud se, tenetur solùm ad id, in quo factus est locupletior. *part. 2. tractat. 15. resol. 12.*

Secus veri non possunt.

Et vendi

24 Nota hic, quod durante inuestigatione si res vsu consumitur, vt pecunia & res comestibiles, possessor non potest ea vti: si verò non consumitur, vt equus, potest. Villalobos *tom. 1. tractat. 1. diff 20. numero 4.* Comparenti autem posteà domino, tenetur restituere rem, vt repetitur, vel id, in quo ditior factus est. Lessius *ibid part. 4 tr. 3. res. 25. à 5. Notandum*

Sed si vsu consumuntur, durante inuestigatione nō possunt vsui haberi.

25 Sed quid, si possessor bonæ fidei post adhibitam diligentiam incipiat magis inclinare in eam partem, quòd res sit aliena, quam sua? Teneri aliquid restituere, iuxta inclinationem & propensionem, ait Coninch *disputa. 14 dub. 10 num 93.* Sed ego cum Palao *to. 1. disputat. 3 punct. 2 num. 11.* & aliis, puto, ad

Etiāsi post adhibitam diligentiā dubium inclinet magis pro alio, quàm pro possessore.

nihil teneri, quia possessio præponderat omnibus contrariis rationibus non cõvincentibus *part.2.tr.15.resol.10. p.4.tr.3. resol.26.*

Quid, si quis in tali dubio negligat investigare?

26 Quòd si possessor bonæ fidei in tali dubio investigare negligat veritatem, ex quo deinde evadat impotens eam sciendi, Villalobos *num.2* ait, teneri restituere aliquid ei, cuius rem esse dubitat, vel pauperibus pro quantitate dubii aut spei inveniendi verum dominũ. Palaus verò, *num.9* probabile etiam putat, ad nihil teneri, licet negligentiæ peccatum commiserit, tum quia possidet, & possidere incepit bona fide; tum etiam, quia non satis constat, quod illa negligentia alicui damnum intulerit *p.4.tr.3.resol.19.*

Quid de venditore accipiente bona fide pecunias alienas, & cum propriis commiscente?

27 Venditorem accipientem bona fide pecuniam furtivam & cum propria commiscentem, probabile est, teneri comparenti domino restituere, vt docet Lesius *cap.20 dub.18.n.57.* ex l. *Marcellus, 5. Pomponius ff. de rei vindic.* & §. *si duorum, instit. de rer. divis.* vbi habetur, quod si duorum dominorum materiæ confusæ fuerint, vtrique competit vindicatio pro sua parte. Probabile etiam est, non teneri, vt docet Vasquez *de rest. cap.9.§.2.dub. vlt.* nam non tenetur ratione iniustæ acceptionis; cum bona fide acceperit, nec ratione rei acceptæ, cum pecuniam acceperit in pretium, & bona fide consumpserit, vel cum sua cõmiscendo suam effecerit: nec enim in aliquo factus est ditior *part.4.tr.4. resol. 67.* ✠ & olim *part.3.tr.4. resol.40.* quæ tamen diminuta est, & ante periodum. *Et ratio* integra sententia excidit, vt legenti patebit. ✠

Aut expendenti?

28 Falsam monetam ignoranter accipiens, & scienter expendens, tenetur ad restitutionem damnificato, ait Sylvest. *verb Falsarii, quæst.6.* Qui proinde tenere videtur, quod si expendat ignoranter, non tenetur. Sed secundum Navarram *lib.3.c.1.n.312.* tenetur etiam tũc; quia error meus non debet nocere alteri, sed omnis error suos tenere debet auctores. Vtraque sententia est probabilis *part.3.tract.3. resolut.3.* Beneficiarius omittens horas canonicas non potest altero die supplere, & tenetur ad restitutionem fructum. Pellizzar. *part.9. tract.9.resol.24.* sic etiam potest compensare cum eleemosynis factis omissionem officii propter restitutionem fructuum. *Ibidem resol.23.*

Non datur supplementũ de horis canonicis transacto die, Tenetur restituere.

RESTITVERE QVIS TENEATVR Ex iniquo contractu.

Ratione iniqui contractus.

ACceptio rei alienæ per contractũ iniustum obligat ad restitutionem tam quam speciem iniustæ acceptionis, & sic

Restituendum est id, quod acquiritur per contractum cum minore.

29 Contrahens cum pueris, servis, Religiosis, & aliis, qui non habent dominium, vel liberam rerum administrationem, quidquid acquirit, etiam per contractum onerosum, restituere. Advertere tamen, quòd pupillus habens sufficientem ætatem ad consensum (quæ in mare est decem, in fœmina novem annorum, cum dimidio) si contractum onerosum circa res, suas mobiles, non cum tutore, vel curatore cõtrahat, probabile est, teneri illi stare de iure naturæ, quamuis vti possit beneficio restitutionis in integrum iuris civilis, quia obligatio naturalis oritur ex consensu, *l. Stichum. § naturali ff. de solut.* Tannerus *in 2.2 disp.4 quæst.6.dub.11.n 310.* Vnde sequitur, eum qui aliquid à pupillo huiusmodi per contractum onerosum acquisivisset, posse sibi retinere, donec iuris civilis beneficio repetatur. Sed quia contraria sententia est etiam probabilis, pupillus absolvi deberet, si veram obligationi standi solvere nolit: (si iuramentum non adhibuit) sive solutum difficulter in iudicio repetibile, sibi palam vel occultè compensat. Laymann. *lib.3.sect.5.tr.4.cap.9.n 7.p.3.tr.5 ref.44.*

Etiam onerosum.

Beneficium verò restitutionis in integrum cõceditur Minori quadriennio post annum 25. Quomodo quadriennium illud computetur. Vide *part 11. tractat.3. resolut.28.* beneficium restitutionis tamen non competit fideiussoribus ex

lib.13.

l.13 ff. de minoribus. nec consortibus eiusdem litis, quia est priuilegium personale non reale. Nec competit Minori, si contractum iuramento firmauerit, quia iuramentum facit maiorem de minori, vt docetur communiter. An autem Minor hoc priuilegio vti possit contra Minorem sententia est vtrimque probabilis *p.11 tr.3 res.* 29.30.31. similiter est vtrimque probabile, an possit Minor in conscientia vti compensatione, qui sine magnis expensis non potest hoc beneficium impetrare *p.11 tr.4 res.*23.

Eleemosyna magna facta pauper tate extorta.

30 Qui facta paupertate eleemosynã quærit, secundùm Fabrum *in 4. d.* 15. *quæst.*1. *dispu tat.*50. *cap* 4. *numero* 120. tenetur restituere, quia donatio ratione erroris censenda est inuoluntaria. Quod quidem cum Granado *in 2.2. controu.* 3 *tractat.*11 *dispu t.* 7. *numero* 4. existimo non procedere in eleemosynis paruis & ordinariis, quæ dantur ostiatim mendicantibus, quia nimirum dantur absque vllo onere, vel conditione: conditio enim illa mente retenta, *si es pauper*, quam aliqui interuenire arbitrantur, in conscientia non obligat, nec datum facit conditionale *l. si repetendi. C. de condit. ob caus. dat.* Sed solum in eleemosynis magnis & extraordinariis, quæ darentur fingenti se Episcopum expulsum, vel captiuum, pro reditu, vel redemptione, *part.5 tractat.6 resolut.*21.† Item si diues pauperiem fingens, filios in hospitali alendos exponeret, sine causa. * Immò etiam, si cum causa, dicunt communiter DD. nam hospitalia instituta sunt pro alendis pauperum, non diuitum filiis. Et quamuis Aougna *in decr. part.*1. *d.*87. *cap* 9 *num.* 13. in contrariam sententiam inclinare videatur, eo quia hospitalia non sunt instituta ad mutuandum, sed ad succurrendum necessitatibus præsentibus propter Deum absque vllo onere: vnde absque onere sustentãt peregrinos ægrotantes, vel à latronibus spoliatos, etiamsi in patria sint ditissimi: nihilominus posteà tres classes miserorum distinguit, nimirum pauperum re & spe: pauperum re, sed spe diuitum; & diuitum re, qui tamen ob metum, vel aliam causam iustam filios alere prohibentur, & hos inquit ad restitutionem teneri, hospitalibus faciendam. *part.* 3. *tractat* 6. *resol.* 40.

Et expensa hospitalis, in alẽdo filio diuitis exposito.

Etiam cũ sa

31 Adultera supponens filium spurium pro legitimo, tenetur restituere damna legitimis filiis illata ex largitione alimentorum, &c. Immò DD. communiter cum Vasquez *de rest. c.5. §1. num.* 22. huic obligationi obnoxium faciunt etiã adulterum, quia ipse quoque talis damni causa fuit. Sed Sotus *lib.4. quæst.7. art.* 2. teneri quidem inquit ad alimenta, saltem à tertio anno, ad alia tamen damna, si non fuit causa suppositionis, nisi solùm permissiuè, non teneri; quia per hoc solum, quòd adulterium fecit, fuit causa remota, non proxima talis damni: non enim intendebat generare, sed suam solummodò explere libidinem. Quæ opinio est probabilis, & talis visa est Fausto *in spec. disput.*23. *quæst.*8. *num.* 8. ex eo, quia si adultera procurasset abortum, non ob id adulter diceretur causa illius, nisi illum suasisset, vel adiuuisset, ergo idem in suppositione. Sed prima opinio est probabilior *part.*2 *tractat* 17. *resolutione* 55.

Dos, & alia expẽsa facta filiæ spuriæ suppositæ ab adultera pro legitimæ.

32 Quia plerumque debitores ne molestentur in bonis, eorum donationem alteri faciunt palliatam, iura creditorum indemnitati prospicere volentia; concesserunt eis priuilegium petendæ rescissionis per annum à die quo talis donationis notitiam habeant, computãdum.* Quod si non petant, nihilominus donatarium, qui donationem fieri sibi cognouisset in fraudem, etiamsi non impulisset, ad restitutionem teneri, ait Laymann. *c.*17. §. 4. *n.*30. quia licet non sit causa efficiens damni creditorum quoad propositum, cum non sollicitauerit, est tamen quoad executionem, in quantum acceptauit. Sed æquè probabiliter docuit Lessius *lib.*2. *cap.*20. *dub.* 91. *num.*168. tunc solùm teneri, si donatarium impulisset, nam de reliquo non tenebatur respuere suum commodum, vt creditores ab æquali damno seruaret indemnes, sed potuit peccato alterius in suum commodum vti, sicut qui mutuũ accipit.

Minimè verò bona spõtè accepta à debitore in fraudẽ creditorũ.

accipit sub vsuris: donatio autem valida fuit, & transtulit dominium *part. 3. tra. 5. resol. 39.*

Quid si iudex in parte causa accipiat munera pro ferenda sententia

13 Circa contractum innominatum *Do vt facias*, restitui debet quidquid accipitur pro opere alias debito ex iustitia. Secus, si sit debitum ex charitate, vel alia virtute. Tanerus *in 2.2. disputat. 4. quæst. 6. dub. 10 num. 291.* Vbi benè aduertit contra Lessium *lib. 2. c. 14. dub. 9. num. 71.* hanc doctrinam procedere etiamsi quid accipiatur pro deponendo odio; nam hoc non caret difficultate & sensus mortificatione, vnde & est pretio æstimabile. *part. 3. tractat. 5. resolut. 55.* Et Fagundez *in dec. tom. 2. lib. 8. cap. 26. num. 40.* putat, aliquid accipi posse non solum ab electoribus ad maioratum, Cathedram, Capellam, &c sed *numero 34* etiam à iudice, quando sententiam profert in causa æquali, seclusa lege positiua in contrarium, nam tam illi, quam iste, præferre possunt pro suo arbitratu vtram libet partem; quare datur locus gratificationi, quæ est pretio æstimabilis, vtpote quæ coniuncta est cum iactura amicitiæ & gratia alterius partis. Verùm contrarium ego teneo, non solum quoad iudicem, vt diximus *verb. Iudex, num. 6.* sed etiam quoad electores: quia & ille tenetur ex iustitia ferre sententiam determinatè in fauorem vnius partis ratione muneris, & hi etiam, si sponte minus electionis acceptarunt, sponte se veluti ex contractu obligarũt ad deliberandum, & suum consensum determinandum in electione vnius ex concurrentibus, quare non possunt pro tali determinatione mercedem accipere Sayrus *lib. 10. tractat. 5. cap. 3. num. 8.* Aduerte autem iudices & ministros publicos non teneri restituere munera, ex mera liberalitate, vel gaudio & gratitudine ipsis collata; nisi lege aliqua positiua & ibi prohibita forent, in quo casu non tenerentur restituere ante sententiam. Molina *de iustitia tom. 1. disputat. 88 part. 6. tractat. 6 resolut. 59.*

Et electores pro electione ad Cathedram, Capellam, &c.

Circa contractus nominatos iniquos præter prædictos, scilicet cambium, mutuum, simoniam, emptionem, venditionem, &c vide sub suis nominibus. Solum hic nota, filios primogenitos & vxores non teneri ad debita patris & mariti defuncti, etiam illorum causa contracta, de bonis maioratus, vel dotis, vt dictum est *verb. Hæres, num. 2.*

RESTITVERE
Quis non teneatur.

NVnc videndum (*qua causa excuset iniquum*) ideſt quibus de causis à restitutione facienda possit quis excusari. Et

A restitutione faciẽda excusat. Remissio libera ipsius creditoris.

34 Prima causa est remissio libera ipsius creditoris potestatem habentis. Et sic si occisus ante mortem omnia interfectori condonet, hic ad nihil tenebitur Bannez *in 2.2. quæst. 62. art. 2. dub. 6.* Verum tamen est, quod si occisus habeat filios indigentes, non debet omnem occisori restitutionem remittere, & alicubi prohibentur testamentarij condonare debitoribus vltra quartá, vel quintam debitorum partem: sed si faciat, relaxatio in conscientia valebit, & aliqui dicunt, has leges non esse intelligendas de debitis, quæ non connumerantur inter bona creditorum, vtpotè quæ ab honestissimis visis, vt plurimum condonari solent. *part. 5 tract. 4. resol. 38.* Sanè ex homicidio viri nobilis nulla restituendi obligatio oritur, quia viri nobiles & diuites ex communi vsu videntur huic iuri renunciasse, solius iniuriæ memores. Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 1 cap. 4 dub. 11. n. 6 part. 5 tr. 4 resol. 61.* Famuli quoque recipientes pecuniam alluſoribus pro chartis, candelis, aqua frigida, &c non tenentur excessum pecuniæ restituere: quia illi censentur remittere, cum absit fraus, Sà *verb. Traditio, n. 1 part. 5 tr. 14. res. 19.* Et stuprator Virginis, qui illatorum damnorum ab ea remissionem obtinuit, ad nihil tenetur, nec requiritur remissio etiam parentum. Valerus *verb. restitutio diff. 11. n. 1 & 2 part. 2. tr. 16. resol. 48. §. Limitanda, circa med.*

Etiam præsumpta.

35 Se-

tem compensatio æquiualens.

35 Secundò excusat à restitutione æquiualens compensatio; hoc tamen intuitu facta, vt diximus *verb. Eleemosyna.* Porrò pœna capitis, quæ à iudice imponitur pro homicidio, nõ cõpensat damnũ illatum hæredibus, secundum Sanch. *vbi supr. dub. 2. num. 2.* quia non est actus iustitiæ commutatiuæ in satisfactionẽ partis, sed iustitiæ legalis in satisfactionẽ Reipublicæ, & terrorẽ aliorum. Quã opinionem procedere, ait Aragonius *in 2.2.q 62. art. 2.* quando bona damnati ad mortem transeunt ad hæredes, non successione hæreditaria, sed libera donatione. Ego verò cũ Becano in *2.2.q.10 concl. 2.* si hæredes nihil exigerent, nullũ onus imponerem, quia probabilem existimo cum Lessio *lib. 2. cap. 9. dub. 22. n. 139.* contrariam sententiam Bannez & si sententia Sanchez vera esset, hoc onus transire etiam ad Fiscum *part. 5 tr. 4. resolut. 60. §. Notandum.*

Quãdo ætiã inaduertentia.

36 Tertiò si restitutio fieri debeat ob amissũ depositum, vel commodatũ, & generaliter ex contractu probabile est excusare inaduertentiã, non solum si omissa sit diligentia maxima, sed etiam si cõmunis, ac proinde non teneri, nisi de dolo & lata culpa. Et ita tenet Sotus *lib. 4. q. 7. art. 2 part. 3 tr. 6. resol. 21. & par. 4 tr. 3. resolut. 30. §. Notandum.*

Et semper necessitas.

37 Quartò, ex quocunque capite facienda sit restitutio, excusat necessitas, non solum extrema, sed etiam grauis. Vnde absolui debet homicida, si nõ vult restituere ad vitandam grauem necessitatem: non enim tenetur cũ tanto dispẽdio, nisi hæredes occisi eandẽ necessitatem patiantur. Sanch. *vbi sup. dub. 7. n. 2.* contra Ledesmam *in 2.2. part 4. q 18. dub 2. art. 2. part. 5 tract. 4. resol. 62.* Qui itaque in extrema necessitate fuisset & consumpsisset, etiam qui arma surripuit, non tenetur restituere *part 10. tract. 14. Etiãsi quis resol. 34. & p. 11 tr. 1. res. 32.*

Etiãsi quis velit sibi retinere ea, quæ sunt necessaria, & frustra priuilegio cessionis bonorũ.

An verò veniens ad pinguiorem fortunã debeat restituere, & similia de paupere furante inuenies *verb. Pauper, à n. 2.*

38 Quintò, si quis vti velit beneficio cessionis bonorum, potest in conscientia retinere necessaria suo & familiæ vi-

Quinctian si multa debita iniustè & ex delicto notorio contraxisset, Lessius *l. 2. c. 10. dub. 2. n. 63.* cõtra Strouerdeiff *in 2. 2. disput. 10. membr. 2 cauf. 2.* Quòd si postea ad pinguiorem fortunam deueniat nec tunc ad restitutionem obligari, ait Danza *c. 3. decentum n. 11.* Sed Lessius, licèt hanc opinionem probabilem iudicare videatur, contrarium tamen determinat, cum cõmuni: quia ignominia, quam sustinuit, non satisfecit debitis, tanquam solutio, sed delicto, quod præsumitur in accipiendis mutuis cũ impotentia solutionis, tanquã pœna *par. 4 tr. 4. res. 78.*

Item in incertis cõpositio cum Summo Pontifice.

39 † Sextò, si dominus ignoretur, excusat compositio Summi Pontificis. Vide *verb. Bulla compositionis.*

Præscriptio Et acquisitio per luã aut sponsionem.

40 Septimò, excusatur à restitutione, qui rem alterius acquisiuit per aliquam viam dominium transferentem, vt per præscriptionem, aut ludũ, de quibus sub propriis nominibus. * Tum si quis pecuniã accepisset à dæmone *part. 10. tr. 15. resol. 48.* Species ludi est etiam sponsio super futuro euentu contingente, vulgò *scommessa.* Quæ iusta est, nõ solùm si neuter certitudinẽ habeat: sed etiamsi alter habeat, & protestatus se habere, alter nihilominus vult spondere, quia volẽti non fit iniuria Sanch. *cap 8 dub 13 n. 11.* contra Garziam *de control. part. 1. c. 18. part. 4. tr. 4 res. 86 & part. 7. tr 9 resol 61. 62 63.* Vide *verb. Sponsio.*

Quæ nõ debet fieri cũ inæqualitate.

41 Sed petes an concurrentibus multis v. g quatuor ad Cathedram spondere liceat æquale pretium cum singulis, quod non obtinebunt? Nam qui cũ his sponder, certus est se lucraturum cũ tribus, & amissurum solùm cum vno. Hanc sponsionem accidisse Salmanticæ testatur Ledesma apud Villalobos *tom. 2. tr. 28. diff 6. n 3.* & DD. cõmuniter condemnasse spondentẽ ad restitutionẽ, & ita tenendũ est: nam licèt talis sponsio sit licita cũ singulis, non est tamẽ cum omnibus, ob magnam inæqualitatẽ. † Nine Genuæ in frequentissimis sponsionibus quæ fiunt super extractionem Senatorũ, quia ex magno numero singulis vicibus soli quinque extrahuntur, sponsores ad compensandam inæqualitatem, sumunt à singu-

à singulis sex, vel septem, cum periculo soluendi centum.* Nihilominus contraria sententia Sanch. *dub.* 16. *n.* 2. non est improbabilis: quia (ait ipse) is cum omnibus dubius est de futuro euentu, & cum singulis perdere potest. *part.* 4. *tr.* 4. *resol.* 181.† Sed hoc argumentū transit à sensu distributiuo ad collectiuum: nam potest quidem lucrari à singulis, quia cum singulis distributiuè perdere potest, non tamen cum omnibus collectiuè: quia cum his non potest perdere æquale, sed solùm quadrantem.*

42 Non tenentur venatores, aut piscatores ad restitutionē, si venantur aut piscantur in locis locatis, & prohibitis, quando tamen non sint causa deuastationis pretij impositum loci venabilis, aut piscabilis, & dummodo venatio nō sit in loco circūspecto, nec clauso, quia nec tenetur ad restitutionem: Ianuarius & alij *par.* 9 *tr.* 9 *res.* 49. quod Ecclesiasticis sit prohibita venatio strepitosa, & damnosa, & scandalosa, in alio modo nō peccant mortaliter. Dicas til nec tenentur ad restitutionem: *par.* 9. *tr.* 9 *res* 50.

43 Reges, & Principes, & alij domini non tenentur resarcire damna illata viatoribus, & prædantibus, dummodo auctoritate Regia non declinent à suis territoriis tantum Boterus & alij *par.* 8. *res* 38.

RESTITVI
Quid debeat.

Restitui debet res aliena in specie si adest. Si autē non adest restituendus est valor.

1 † HActenus de obligato restituere, nam circa id, quod restitui debet, sit prima regula. Si quis habet apud se rem alterius quocunque modo, & potest absque periculo infamiæ, vel alterius gravis damni, tenetur illam eādem in specie restituere (nec satisfacit restituendum pretium duplum. *par.* 29 *tr.* 13. *res.* 44.] Si autem res non extat, distinguendum est. Nam, vel quis tenetur restituere ratione rei acceptæ, quā bona fide consumpsit, vel vendidit, vel tenetur ex furto, vel alias iniqua actione, aut retentione. Item res alterius aliquā do eundem habet valorem tempore acceptionis, & retentionis, venditionis, consumptionis, ac restitutionis; aliquā do diuersum. Itē valor rei, qui creuit vel decreuit debitori, creuisset etiā vel decreuisset creditori, vel non; aut etiam contra, licèt debitori non creuerit vel decreuerit, creuisset tamen, vel decreuisset creditori.* Variari autem potest valor tū intrinsecè, cum scilicet melior vel deterior efficitur, tum extrinsecè, per mutationē loci, temporis, vel aliarum circumstantiarum *par.* 2 *tr.* 17. *resol.* 51. initio. Quibus positis, sit.

A possessore quid in bona fide, si in aliquo sa ctus est ditior.

2 † Secunda regula. Possessor bonæ fidei, si rem alterius bona fide consumpsit, non tenetur restituere valorem, nisi in quantum factus est locupletior, v.g. si quis consumpsit bona fide vestem alterius, solùm tenetur ad pretium vestis, quam alioqui emisset.* Item si quis in alieno conuiuio cibos furtiuos comedisset, restituere teneretur quantum domi expensurus fuisset pro illo cibo. Sanchez *in sum. to.* 1. *l.* 2 *c.* 23. *n* 34. Immò probabile est, in his, quæ vnico actu consumuntur, non adesse onus restituendi, vt docuit Bannez *dub.* 3 *concl.* 4 nisi fur euasisset impotens ad restituendū; nam alias dominus rei non habet ius ad res ipsas iam consumptas, seu ad personam furis pro restitutione æqualium vel similium, vel pretij illarum: quod proinde cum recuperare possit à fure, potest ad illum remitti *par.* 3 *tr.* 5. *res.* 43.

3 Probabile quoque est, ementem, & vendentem eodem pretio rem furtiuā bona fide, non teneri restituere pretiū domino comparenti: quia totum actum est bona fide, & ipse in nihilo ditior factus est. Quod enim dicitur *l. si rem. ff. de pet. her.* pretium succedere loco rei, id non est verum in omnibus, sed solùm in vniuersalibus iudiciis hæreditare, fidecommisso, dote, &c. Lessius *l.* 2. *c.* 14. *dub.* 15 *n.* 79. contra Vasquez *in par* 2. *q.* 95. *art.* 3. *disp.* 122. *c* 1. *n* 4. *par.* 1. *tr.* 8 *res.* 68. & *par* 3 *tr.* 5. *res* 42.

4 Immò contra Lessium *n.* 134. probabile censeo cum Molina *to.* 3 *tr.* 2. *disp.* 721. *n.*

721.*n.*10.quòd si vendidisset plus nõ teneretur restituere excessum,quia non esset fructus rei,sed industriæ. Patet,quia si in tali casu fur rem redimeret à tertio possessore,& restituere absque læsione, &c.primus emptor, qui emit à fure & pluris revendidit, totum pretium retinere posset. Adde, quod si ipse fur rem furtivam à tali possessore vilius quam vendiderat,sed justè redimeret, secundum Molinam contra Sanchez *numer.* 28.non teneretur restituere domino illum excessum; sed satisfaceret reddendo rem suam non deterioratam, & fructus *part.3 tract.5.resol.41.* Adde etiam, quòd emptor bonæ fidei, etiam si postea cognoscat rem esse furtivam, potest nihilominus restituere illam latroni ad recuperandum pretium, ut dictum est V. *Emptor,n.* 12.

A possessore autem malæ fidei, etiamsi nihil ei remansisset.

5. Tertia regula. Possessor iniquus rei alienæ, quam apud se non habet, tenetur restituere valorem summum intrinsecum, quem habuit res aliquando apud se,& apud dominum habuisset, detractis expensis nec non fructus cum lucro cessante & damno emergente. † Si verò dominus eam rem non vendidisset summo valore,seu tempore, quo summum valorem habebat. Navarrus *cap.* 17.*num.*26. adhuc restituendum ei inquit summum valorem:quia fur,seu iniquus detentor, tenebatur eo tempore restituere cum illa melioratione, nec à tali obligatione unquam liberatus fuit. Sed contraria sententia est communis recentioribus, & probabilior. Unde ait Bonacina *de contr. disp.1. quæst.* 3.*punct.*11.*num.*9. eum valorem attendendum esse, quo dominus rem suam vendidisset, minimè verò eum, quem res habuit in receptione vel consumptione,sive valor intrinsecus sit,sive extrinsecus, quia iniquus possessor solùm tenetur servare dominum rei indemnem,id quòd sufficienter facit,restituendo pretium, quòd ille aliàs accepisset, quæ ratio licèt videatur parum firma, opinio tamen est probabilis *part.2.tract.* 17.*resolut.*51.*à §.Tertia opinio.part.*11.*tr.* 4.*res.*39.

Et quidem totus valor quem acquisivisset dominus rei.

6. Itaque,qui rapuisset pullum equinum,qui postea apud ipsum adolevisset, & pervenisset ad senium : aut furatus esset dolium vini tempore, quo valebat tribus unciis, sed detinuisset multum temporis,in quo scilicet, paulatim pretium crevisset ad quinque, & iterum decrevisset ad tres : in his casibus, si eo minus pulli & vini venditurus fuisset pullum tempore juventutis, & vinum tempore majoris pretii, tale ei pretium restitui debet. Si verò fuisset detenturus usque ad id tempus, ad quod dilata est restitutio, sufficit solvere pretium, quo valebat tempore acceptionis, vel tempore restitutionis, si non esset deterior,ut ait Angelus V.*Furtum, num.*44 præsertim si valor crevisset extrinsecus ex inopia emptorum, &c.ut ait Layman *lib.3.sect.5.tract.2.cap.4.n.6.p.4. tract.3.res.*63. (*Exempla.*)

7. Sed quid si dubium sit, an dominus vendidisset rem tempore valoris summi,medii,vel infimi? Restituendum ei esse summum, respondent passim DD.apud Lessium *cap.*12.*dub.*16.*num.* 109.quia eo pretio vendere poterat, & in dubiis favendum est innocenti. Sed ego id procedere existimo in foro externo:in interno autem satis esse, si restituatur ei medius : quia æqualiter ei contingere potuisset, vendere illam infimo,& summo pretio. Turrianus *in* 2. 2.*tom.*10.*dub.*2.*num.* 7.*part.*2.*tractat.* 17.*resolutione.*52.*part.*11.*tractat.*6.*resolutione* 6. *Quid, si de hoc dubium sit.*

8. † Fructus verò,alii sunt naturales, quos scilicet res parit natura sua : alii ex industria, quos nimirum res ex natura sua non est apta nata producere, & alii misti, qui nimirum proceduntex natura rei cooperante hominis industria. Exemplum primi generis est fructus arboris,ovium, &c. secundi, fructus pecuniæ per mercaturam, &c. tertii, fructus fundi alieni, in quo fur seminasset, &c. Et quidem iniquus possessor non tenetur restituere fructus meræ industriæ, sed solùm naturales, vel mistos, detractis expensis, &c. † Pretium locationis rei,quæ locari non solet *Item fructus naturales, & misti.*

ut pecuniæ in ostentationem, censeri debet inter fructus industriæ, unde fur, qui in hunc finem locaret alienam pecuniam, non teneretur restituere pretium. Et idem dicendum cum Maldero *in 2.2. tract. 1 dub. 10. cap. 1.* de pretio locationis animalis, cujus dominus dives esset, & aliàs non locaturus. Immò Navarrus *num. 25.* omnis locationis pretium computat absolutè inter fructus industriæ, licet Sanchez *numer. 132.* comparet inter mistos. *part. 2. tractat 17. resolutione 50. & part. 3. tract. 6. resol. 14. in fine.*

Et lucrum cessans, ac damnum emergens.

9.† Si autem dominus locaturus esset tunc pretium restituendum esset, non solùm, quod acceptum est, sed etiã quod dominus acquisivisset, licèt iniquus possessor non acquisierit: quia is tenetur ad lucrum cessans & damnum emergens, ad quod tenetur etiam debitor morosus, ut dictum est *verb Debitor, num. 1.* & quilibet damnificator ex iis, quos suprà *verb Restituere ex injusta actione* enumeravimus †

Ad quod etiam tenetur damnificator

Nã occisor, & mutilator tenetur ad expensas morbi, vel vulneris.

Non tamen sepulturæ.

10. Unde homicida & mutilator tenetur restituere impẽsas in curatione morbi vel vulneris, & omnia damna inde secuta, una cum lucro cessante, juxta dicenda infrà *à num. 24.* & ad damna tenetur etiam fiscus, si bona rei confiscantur. Nihil tamen restituendum est pro sumptibus sepulturæ, & si occisus erat mox moriturus, nihil omninò restituendum est hæredibus; quia nullum damnum resarcibile ei illatum est. Sanchez *cap. 22. à numer. 74. part. 3. tractat. 6. resolutione 53. & part. 5. tractat. 4. resolutione 53.* Item nihil restituendum est pro ipsa vita, vel deformitate hominis liberi, quia non potest pretio compensari, ut dictum est *verb. Restituere, numer. 8.* Quæ etiam ratio militat ad non ponendam obligationem justitiæ in homicida, ad restituenda bona cujusvis alterius ordinis, verb. grat. ad fundendas preces, vel offerenda sacrificia pro anima occisi, ut docuit Scotus *in 4. d. 15. quæst 3.* Quamvis Confessarius similem ei pœnitentiam injungere debeat pro satisfactione sacramentali, ut ait Laymann *lib. 3. sect. 5. tr. 3 part. 3. cap. 6. n. 2.* & nos *verb. Pœnitentia, num. 7. part. 5. tr. 4. resol. 55.*

Aut pro vita ipsa hominis liberi.

Nec damna secuta per accidens.

Familiaribus.

Amicis.

Cognatis.

11. Item non tenetur restituere damna secuta per accidens ex sua occisione. Unde non tenetur restituere familiaribus, amicis, & cognatis occisi beneficia, quæ ab illo gratis percipiebant: aut sustentare eos, quos ille liberaliter sustentabat: quia nec sunt illis hæc debita, nec homicidium commissum est cum intentione inferendi hæc damna. Aliàs enim teneretur restituere amicis occisi expensas, quas illis faciebat excipiendo convivio, & famulis beneficia, quæ ultra stipendium ab ipso superabant. Lessius *cap. 9. dub. 26. n. 154.* contra Azorium *part. 3 lib. 5. cap. 3 quæst. 11. part. 3. tract. 6. resol. 54 §. Notandum est, & p. 5. tract. 4. resol. 56.*

Innocenti, cui imputatum fuisset homicidium.

12. Imò nec tenetur restituere damnum solitum innocenti, cui inimicitiæ titulo impositum sit suum homicidium, etiamsi id prævidisset, quia hoc etiam damnum per accidens cum homicidio connexum est, ac proinde occisor non tenebatur ex justitia præcavere: sed tantùm ex charitate. Lessius *dub. 16. à numer. 210.* contra eundem *quæst. 10.* Ex quibus infert, vendentem catapultam occisuro, etiam cum intentione, ut ille inimicum suum occidat, non peccare contra justitiam, sed solùm contra charitatem; ac proinde non teneri ad restitutionem; quia intentio non facit actum esse contra justitiam, si ex natura sua non est. Ita *numer. 114.* addit, quòd si quis habeat jus ad aliquam actionem, ex qua plerumque damnum tertio sequitur tenetur quidem ex charitate, si absque æquali incommodo, potest ab ea abstinere: non tamen ex justitia, ita ut obligetur ad restitutionem damni secuti: quia qui utitur jure suo, nemini facit injuriam. *part. 5. tract. 4. resolutione 51.*

Aut etiam creditoribus occisi.

13. Sed an homicida teneatur restituere debita occisi suis creditoribus? Affirmat, & probabiliter, Molina *tom. 4. tract. 3. disputat. 83 num. 8.* quia debita ex justitia præferri debent emolumentis uxoris, filiorum,

filiorum, &c. quæ occisus restituere tenetur, mortuo enim viro, prius deducenda sunt debita, deinde emolumenta uxoris & filiorum. Negat Lessius *dub. 26 num. 151.* magis ex usu, ac etiam probabiliter; tum quia damnum creditorum cum homicidio debitoris per accidens quoque conjungitur, quia non ex natura sua, nec ut plurimum conjungi solet. Tum, quia jus creditorum non erat in personam, nisi quoad bona, quæ habebat, vel verisimiliter erat habiturus: quare cum bona actualia transeant ad hæredes, & occisor restituat eis lucra cessantia, ad eos quoque transire debet jus creditorum. Sanè absurdum esset omnes qui cum aliquo contrahunt, acquirere ius iustitiæ in eius inimicum, ne illum occidat. Et illis imputari debet, si non sint oculati in contrahendo cum cautione sufficiente. *part. 3. tractat. 6. resolutione 54. & part. 5. tractat. 4. resolutione 57.*

Et si non adfuit culpa, nihil restituendum est.

14. Ex homicidio porrò inculpabili nulla restitutio est facienda, ut diximus *verb. Restituere, num. 9.* Sive commissum sit in iustam defensionem, sive ex inadvertentia inculpabili. Si tamen aliqua venialis negligentia interveniisset, parva aliqua restitutio facienda foret, ut precum & sacrificiorum pro anima occisi, &c *part. 5. tr. 4. resol 44.*

RESTITVI
Cui, quantum, quomodo, quando deat.

Restitutio fieri debet illi, cui damnum illatum est.

15.† Restitutio in primis facienda est iis, quibus damnum illatum est. Et quidem si restitutio facienda est ex impedimento malitioso & fraudulento boni alicui, restitui debet illi, cui bonum impeditum est. Et contingere potest, ut iniquus impediens teneatur restituere duobus totam assem, si una actione impedivit bonum duorum. † Qui enim vi vel fraude efficeret, ut beneficium, vel officium non conferretur digno, sed indigno, teneretur restituere, non solùm Ecclesiæ, vel Reipublicæ damna, quæ patitur ex defectu boni ministri, sed etiam digno emolumentum beneficii, vel officii, quo illum privasset. *part. 3. tractat. 6. resolut. 30. §. Sextò.* Et mandatarius donationis faciendæ, vel manifestandæ, qui consignationem, vel manifestationem, usq; ad mortem donatoris malitiosè differret, teneretur rem donatam, non solùm donatario, sed etiam hæredibus restituere: illi quidem, quia voluntaria dilatione privasset eum emolumēto, quod esset, aliàs percepturus; his verò, quia cum mandatum donationi, per donatoris mortē expiraverit, rei dominium transiisset ad illos, Molina *tom. 2. tr. 2. disput. 263. num. 7. par. 6. tr. 7. resp. 4.* Si autem impediēs collationem officii, vel beneficii non adhibuisset fraudem, aut vim, non teneretur restituere digno, sed tantùm Ecclesiæ, vel Reipublicæ. *part. 3. ubi suprà § Tertiò.* Et Auctor cas Bonon. probabiliter etiam excusat mandatarium donationis à restitutione facienda hæredibus, quia Sà *verb. Donatio, n. 21.* dubitat, an mandatum donationis, cum sit gratiosum & favorabile, expiret morte mandantis. *ref. 4. mox citat.*

Aut donatio non insinuaretur à mandatario usque ad mortem donatoris.

16. Restitutio ex homicidio titulo expensarum in curatione, &c. debetur hæredibus sive necessariis, sive non: quia ad illas habebat ius occisus ante mortem, & in juribus debitorum realium defunctis succedunt hæredes etiam extranei. *part. 5. tr. 4. resol. 59.*

Homicida expensas infirmitatis tenetur restituere quibuscunque hæredibus.

17. Titulo autem alimentorum, quæ debebantur ab occiso, facienda solùm hæredibus necessariis, nimirum parentibus, filiis, & uxori. Becanus *in 2 2 q. 14 concl. 3.* Immò, si uxor æquè commodis posteà nuptiis posita esset, nec ullum passa detrimētum, nec illi aliquid restituēdū fore ait Filliucius *tom. 2. tr. 38. c. 2 n. 207.* † & novissimè Trull. *in decalog. l. 2. lib. 7. c. 8. num 3* & Vvigers *tr. 4. cap. 3. dub. 8. n. 23.* †) & idem de parentibus, si vel illos filius occisus non alebat, vel illis aliunde posteà profectum esset. Et Tannerus *tom. 3. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 122.* probabile putat: quòd si occisor de restitutione facienda non convenit cū occiso

Alimenta autem non nisi necessariis. Et si revera detrimentum passi sunt.

ante mortem, & necessarii ejus hæredes, alimentis non egent, nullam restitutionem facere tenetur ante sententiam, quamvis Sanch. restituendum his dicat, etiamsi sint divites *in opusc tom. 1. lib 1. c. 4. dub. 3. n. 9.* Quòd verò occisor non teneatur creditoribus, amicis, & familiaribus occisi, dictum est, *num. 11. part. 5. tract. 4. resol. 59.* & ex parte olim. *part. 3. tr. 6. resol. 22.*

Quibus restituendũ sit ratione rei benè, vel malè acceptæ?

18. Cui facienda sit restitutio rei benè acceptæ, constat ex dictis *verb. Restituere quis teneatur ex re accepta.* Rei autem malè acceptæ fieri debet verò domino, vel hæredibus, si mortuus sit, & si dominus nesciebat, pauperibus, & hic habet locum Bulla Compositionis. Vide *verb. Bulla Compositionis*, ubi invenies, an per Bullam hanc componi possit restitutio facienda à venditoribus utentibus falsis ponderibus & mensuris, & à Senatoribus civitatis fraudantibus pretia frumentorum, &c.

Ratione contractus iniqui, puta cũ Religioso, restitui debet.

19. Ratione contractus iniqui, quia acquisivisset per ludum v.gr. cum minore, puta Religioso, aut filiofamilias, satisfaceret restituendo eidem, secundum Villalobos *tom. 2. tract. 28 diff. 5. num. 11.* quia non tenetur ponere rem v. gr. conventus in meliori statu, quam ex quo ad ipsum pervenit, ut de eo, qui emisset à latrone, diximus *verb. Emere, num. 12.* Nisi quod si inde daretur minori occasio iterum ludendi, vel aliter peccandi, charitas obligaret ad non illi restituendum, sed conventui. *part. 3. tractat. 3. resolut. 98 §. Sed si aliquis.* † Verùm Clemens VIII. *in Bulla de largit. mun.* statuit accipientes munera à Religiosis in casibus prohibitis, teneri ea restituere conventui: quem novissimè Urbanus VIII declarat esse illum, de cujus munere data sunt, vel qui est proximior loco, in quo hujus peccati absolutio petitur.†

Eleemosyna ficta paupertate quæsita, iis, qui illam dederunt.

20. Restitutionem eleemosynarum à paupere ficto Sotus docet faciendam esse ipsismet dantibus, quia dominium earum remansit apud illos, *lib. 9. q. 7. art. 3.* & hanc opinionem sequitur Granado in eleemosynis magnis quas solùm esse restituendas nobiscum tenet, ut diximus *verb. Restituere, num. 30.* Sed Villalobos *tom. 1. tr. 22. diff. 9. n. 4.* tenet, faciendam esse pauperibus, quia talis præsumitur illorum intentio, & ita tenet Molina si eleemosynæ multæ & parvæ sint. *disput. 1. tractat. 2. disput. 210. num. 4.* tum quia domini difficile cognoscerentur, tum etiam, quia parvum illis emolumentum afferret, secus verò in eleemosynis magnis, immò absolutè sententiam Soti in rigore meliorem esse. Palaus verò *tom. 1. tract. 6. disp. 2 punct. 14. nu. 7.* cum utramque opinionem probabilem existimet, consequenter asserit, restitutionem & dantibus, & pauperibus fieri posse, *p. 5. tract. 8. resol. 22.*

Quantum restituendum sit.

21. † De quantitate restitutionis faciendæ magna ex parte dictum est cùm quid restituendum sit dixerimus. Hic inquirendum superest, quantum restituendum sit in dubiis de damno dato, & pro lucris incertis.†

Pro damno in seminibus, & plantis?

22. Itaque, damnificantem culpabiliter in seminibus & plantis, si quidem messis & recollectio erat proxima, omnes fructus restituere debere, ac si essent maturi, deductis expensis, ait Sayrus *lib. 10 tr. 4. c 1. nu. 6.* secus si à maturitate multum aberant. Alii alias afferunt distinctiones. Supra omnes placet Lessius, qui *lib. 2 c. 11. dub. 19.* absolutè asserit, satis esse restituere æstimationem temporis, quo damnum illatum est. *part. 3. tractat. 6. resolutione 6.*

Impedimento iniquo boni alieni?

23. Impediens per vim & fraudem ne aliquis, vel aliqui beneficium consequerentur, teneretur singulis, quanti spes illorum valebat; arbitrio boni viri. *part. 3. tract. 6. resol. 33. §. Quintò, & § Septimò.* Idem dic de impediente per fraudem, ne quis piscaretur, aut venaretur. *Ibid. §. Octavò.*

Et homicidio artificis?

24. Homicida personæ utilis, puta opificis, tenetur restituere hęredibus spẽ lucri, taxandam ex ætate, valetudine, solicitudine, & aliis circumstantiis personæ, loci, & temporis; detrahendo aliquid ratione incertitudinis, quia lucrum in spe, quia multifariam impediri potest, minus censetur quam lucrum in re.

Ita

Ita D. Thomas *in 2.2. quæst. 62. artic. 2. ad 1.* Et quidem ætatem existimo cum Becano. *Ibidem quæstione 8. conclus. 1.* mensurandam esse juxta dispositionem juris civilis *in l. compensationi, ff. de leg. falcid.* quod fingens hominis vitam futuram fore sexagenariam, compensationem fieri mandat per id tempus, quod dempta ætate occisi, ad sexagenarium supereſt. Aliqui verò hanc dispositionem non admittunt: nam ex ea inferri dicunt, quod occidens sexagenarium ad nullam restitutionem teneatur, cum ille alioqui potuerit esse validus, & adhuc multum victurus, quod est absurdum. Utrique autem Doctores conveniunt, quod mutilator solùm teneatur solvere annuatim lucrum cessans propter membrum abscissum, vel debilitatum, *part. 5. tractat. 4 resol. 53.*

25. Facta porrò taxatione lucri cessantis, detrahendum aliquid ab ea est pro victu & vestitu ipsius occisi. Et quāvis probabile sit, nihil detrahendum esse pro molestiæ, & laboris æstimatione, ut ait Lessius *cap. 9. dub. 19. num. 125.* sicut si impedias aliquem à labore unius diei, teneris restituere totum lucrum absque deductione laboris, quia opifex voluisset laborare & lucrari: & sæpè lucrum non est majus, quam æstimatio ipsa laboris, ut in artificiis, quæ multū laboris requirunt, & parum industriæ: probabile nihilominus est detrahi aliquid posse, etiam pro æstimatione laboris, arbitrio prudentis, ut ait Rebellius, *part. 1. lib. 3. quæst. 13. numer. 2. part. 3. tractat. 6. resolutione 53. & part. 5. tractat. 4. resolutione 53. §. Secundò.*

Præsertim casuali.

26. Reliqua summa non tota restituenda est, si homicidium fuit casuale, etiam cum lata culpa commissum; sed pars, arbitrio viri prudentis, secundum Sylvest. *verb. Restitutio 3. quæst. 2 part. 5. tract. 4 resol. 46. in fine,* & secundum Fernandez *part. 1. cap. 14. §. 1. num. 7.* dimidium. *Ibid. resolut. 46. in fine.* Contra verò, ex modo occidendi magis injurioso, nihil plus restituendum est. Azor. *part. 3. lib. 5. cap. 3. q. 3.* contra Sotum *lib. 4. q. 7 art. 3. ad 3. Ibidem res. 53. §. Notandum.*

27. Nota hic, quòd stante difficultate maxima in his casibus, decidendi, quænam restitutio ad æquitatem respondeat, sanum consilium esset, convenire inter se partes de aliqua summa, remittendo invicem, si quid plus debeatur, aut detur. *Ibid. §. Verùm, in fine.* *Notatu dignum.*

28. Dubium, an suum consilium furti, vel homicidii causa fuerit, probabile est ad nihil teneri, ut diximus *verb. Restituere, num. 14.* Sed stando in contraria sententia, sufficeret restituere partem damni pro quantitate dubii post peractam diligentiam remanentis. Molina *tom. 3. disput. 736. num. 6.* contra Merolam, qui *tom. 1. disputat. 3. cap. 3 coroll. 6. numer. 44.* tenet restituere debere integrum damnum, *part. 3. tract. 5. resol. 84. § Notandum, & part. 4. tract. 3. resol. 28. & §. Verùm.* *Ad quid teneatur dubius, num damnum alteri secutum sit ex suo consilio?*

29. Qui suo suffragio concluſit rem injustam, tenetur ad totum damnum. Vide *verb. Parlamentum, nu. 2.* Ad idem de militibus deprædantibus simul oppidum. Vide *verb. Pugna, num. 32.* Quantum & quibus restituendum sit pro omissione Horarum Canonic. Vide *verb. Hora Canonica sub quo onere recitanda.* *Vel suffragio?*

30. Circa modum, potens restituere totum simul, & restituere volens per partes, invito creditore, ob aliquod emolumentum sibi proveniens, qui alias vel nunquam restituet, vel non ita utiliter, secundum Navarrum *cap. 17 num. 65.* absolvi potest. Secundum Salonium *in 2. 2. q. 92 art. 8.* & alios, non potest, quia per consensum in retentionem iniquam illius resedit, perseverat in peccato, *part. 3. tract. 6. resol. 5.* *Restitutio ab eo, qui potest, debet fieri tota simul statim.*

31. In restituendo per alium magna diligentia adhiberi debet; nam si debitor ex delicto committat restitutionem Confessario, hoc non restituente, secundum Sylvium *in 2. 2. cit. artic. 6. quæst. 9.* non liberatur ab onere; quia, ut probat Rebell. *part. 1. lib. 2. quæst. 13. sect. 3.* creditor non debet damnum pati ob debitoris delictum. Sed probabilem censeo contrariam opinionem Cenedi *de paup. dub. 34. num. 8.* † quam tenet novissimè Ghilinus *verb. Restitutio, num. 14.* & pro- *Et si fiat per tertium, magna cautela adhiberi debet.*

babilem censet Trullench *in decal. tom. 2. lib. 7. cap. 15. dub. 11. numer. 11.* quia fur non tenetur restituere cum infamia, nec maiorem diligentiam adhibere potest, quam restituendo per Confessarium; in quem propterea modum creditor irrationabiliter non consentiret. *part. 2. tr. 17. res. 2 & part. 10. tr. 16. res. 97. §. Ad doctrinam.* Qua meliori via restituere possit testator. Vide *verb. Testator, n. 6.*

Et si quis potest per seipsum & vult restituere per testamentum, post mortem, non est absolvendus.

32. Verùm, ut dictum est, circa Tempus restituendum est, cum obligatus primum potest. Et moribundus, qui potest statim restituere, & vult restitutionem committere hæredibus, non est absolvendus. Tum quia talis voluntas est conditionalis, scilicet restituendi, si moritur. Tum etiam, quia hæredes testatoris voluntatem implere in his sæpè non curant: & quandoque etiam non possunt, obveniente aliis hæreditate, quam nominatis, vel suscitatis litibus, &c. Et idem dicendum de restitutione famæ, nec absolvendum esse sanum, qui cùm statim possit, vult illam differre; aut moribundum, qui cum possit per se, vult post mortem per Confessarium, nam neuter est benè dispositus. Et hæc est doctrina communis, ex qua refellenda omninò est opinio Poza *in pract. benè mor. in proœm. mand. 8. post §. 6. part. 5. tr. 3. resol. 104.*

Tam de re alterius quã de fama.

33. Si quis alienam gemmam abiiceret putans eam valere 100. aureos, cum valeat 1000. putat Card. Lugo restituendos 1000. Pontius tamen *in cursu Theologico disp. 52. q. 2. concl 2.* id negat, quia ex culpa levi gravis obligatio nasceretur, ut patet in eo, qui abiiceret gemmam 100. aureorum, quam putaret esse triobolarem, quod videtur absurdum, *p. 11. tr. 2. res. 34.*

34. Probabilius est, eum non teneri ad restitutionem damni temporalis, quod passum est monasterium, qui seduxit professum, sive vi aut fraude, illi egressum suadens ob commoditatem aliquam sæcularis vitæ, *p. 11. tractat. 3 res. 22.*

Sotus, Navarrus, Wigers & alii.

REVS
Delinquens, Captivus.

1. IN quibus delictis reus pertineat ad Judicem Ecclesiasticum, in quibus ad laicum, in quibus ad utrumque, in quibus gaudeat immunitate loci sacri, in quibus pertineat ad Inquisitores, dictum est sub *VV. Iudex, Crimina misti fori, Immunitas Ecclesiarum, Inquisitorum iurisdictio in qua delicta.* *Reus.*

2. Alienigena delinquens in territorio Episcopi extranei, evadit eius subditus, potestque ab illo excommunicari, dum manet in sua diœcesi, vel etiam in propria, si post citationem discessit, vel in ea citetur postea à proprio Episcopo ad requisitionem alterius (quod facere debere, notant Doctores *in cap. fin. de foro comp.* & ex Neotericis Hurtad. *de cens. disputat. 6. dub. 2. quæst. 3.*) & non respondeat. (An autem communicari possit extra territorium ab Episcopo proprio vide *verb. Censura, numer. 7.* & an citari, vide *verb. Episcopi, num. 50.*) *Puniri potest à iudice territorii, in quo deliquit.* *Etiam per censuras.* *Notabile.*

Adverte autem hic quod excommunicatio Episcopi per sententiam generalem non ligat, nisi eos, qui sunt eius subditi ratione personæ & domicilii, minimè verò eos, qui per transitum in sua diœcesi reperiuntur, vel nondum domicilium acquisierunt, & sententia referenda est ad tempus, quo pronunciatur: unde si feratur excommunicatio in non revelantes tale furtum, hæc excommunicatio non ligabit, nisi eos, qui tempore talis sententiæ erunt subditi ratione domicilii ipsius Episcopi, & scientes non revelabunt: minimè verò extraneum, si post datam sententiam in diœcesim perveniret, vel tempore sententiæ nondum acquisierat domicilium, ut probabiliter docuit Avila *part. 2. cap. 3. disputat. 2. dub. 3. concl 2.* contra Hurtad. *ubi supr. num. 39. part. 5. tr. 9. resol. 36.*

Et procedit etiam in Legatis.

3. Legatus Principis grave delictum committens in territorio legationis, evadit

evadit etiam subditus Principis, apud quem gerit legationem, potestque ab eo puniri, ut dictum est *verb. Princeps, num.* 17.

Reus potest se prodere iudici.

4. Reus occultus potest se prodere judici, iusto supplicio puniendus. Vide *verb. Occidere, numer.* 37. An in aliquo casu etiam teneatur. Vide *verb. Vitam exponere.*

An condemnari possit surdus, & mutus?

5. Mutus, & surdus, si habet intellectum, habilis reputatur ad delinquendum, & Farinacius *in pract. quæst.* 98. tradit modum, quo per nutus & signa possit interrogari, Baldus verò *in l.* 1. *num.* 27. *C. de Confess.* posse quidem damnari inquit, & convictum per legitimos testes, minimè verò confessum per nutus & signa: quia hæc non sunt clara: si tamen sciat scribere, cogi posse ad confessionem scriptam, & per eam puniri posse videri pœna ordinaria. Vide

Et cæcus?

etiam Plazam *in epit. delict. lib.* 1. *cap.* 32. *numero* 17. & Guazzinum *tom.* 2. *defens.* 32. *cap.* 29. *part.* 5. *tractat.* 6. *resolutione* 31. Cæcus verò, quia facilius excusatur, secundum Gizzarellum *decis.* 26. non potest torqueri, & ordinaria pœna mulctari. *Ibidem resolutione* 37.

Reus captivus potest fugere.

6. Reus captivus potest effringere carcerem, & fugere, † sive detineatur ad custodiam ante sive † post sententiam iustam mortis, vel triremium. Villalob. *tom.* 2. *tractat.* 16. *diff.* 11. *numer.* 14. & alii communiter contra Sylvestrum *part.* 3. *tractat.* 5. *resolutione* 102. *§. Notandum secundo.* Cumque iustè fugiat, nec aliquid ex fractione acquirat, non tenetur damnum fractionis compensare. Tannerus *in* 2. 2 *disput.* 4. *quæst.* 4. *dub.* 5. *numer.* 104. & alii contra Sotum *ibid. § Notandum quartò part.* 9. *tract.* 9.

Etiam cum læsione, & fractione carceris.

Testis non tenetur respondere. Et periculo, quod fugiant ceteri alii.

resolutione 43 Nec tenetur respondere, si certè sciat contra se non extare aliud, nisi dictum denunciatoris. *Ibid. in principio.* Idque etiam si per hoc causa sit, ut alii quoque captivi fugam non consuluerit. †Immò consequenter ad dicenda, etiamsi consuluerit: † quia non tenebatur postponere ius ad salvandam vitam, vel libertatem, pro vitando damno per accidens consequente. Sylvius *in* 2. 2. *quæst.* 69. *artic.* 4. *quæst.* 2. *ad* 4. *Ibid. §. Notandum est tertiò.* Non potest tamen fugere de manibus iustitiæ inferendo vim birruariis, sed in hoc datur parvitas materiæ, ut ait Sylvius, unde si solum à se illos excutiat, aut in terram sine læsione prosternat; vel custodes dormientes alliget, peccabit solùm venialiter. *Ibid. §. Notandum est tamen.* In quibus autem casibus reus fugere potest, potest quilibet illi fugam consulere. DD. communiter cum Valentia *tom.* 4. *disputat.* 5 *quæst.* 13. *punct.* 4. Ubi tamen negat, posse ei subministrari arma ad carcerem effringendum: hoc enim esset armare manus reo contra publicam potestatem, & impedire delictorum animadversionem contra bonum commune. Adde, quòd si liceret suppeditare arma captivo ad confringendas vectes, liceret quoque mittere famulum cum securi ad idem præstandum, quod est absurdum: quas rationes non militare in consilio, quod non est adeò efficax. Verùm Malderus *in* 2. 2. *tractat.* 6 *cap.* 3. *dub.* 7. & alii communiter, contrarium docent, & meritò: quia quicunque consulere potest finem, potest quoque media ad illum consequendum suppeditare, *part.* 3 *tr.* 5. *resol.* 102. An reus fugere possit à carcere dato pœnam, dicemus, *num.* 18.

Et hoc consuli ei potest.

Et ministrari possunt ei arma ad hoc faciendum.

7. An reo detento in carceribus S. Officii debeat dari Confessarius vide *verb. Inquisitorum, num.* 193. An criminosi captivi, depositari possint super triremes in necessitate remigum, vide *verb. Prorex, num.* 3.

R E V S
Indiciatus, Calumniatus.

REus indiciatus quando torqueri possit, vide *verb. Inquisitorum iurisdictio quoad torturam.*

Reus indiciatus non potest damnari

8. Porrò indiciatus ad torturam, *nari inde-* non potest damnari ad triremes, vel *finitus.* aliam pœnam, etiam extraordinariam, absque

absque termino defensionis, quia defensio competit reo de jure naturali & divino, (*Clem. Pastoralis de re iud.* & Theologi communiter cum Jurisperitis. Vide Pegueram *in praxi, cap.* 12 §. 6. *num.* 2.) in quo nec Summus Pontifex dispensare potest. *cap.* 1. *de causa possess. & proprie.* Immò Jurisconsulti communiter apud Farinac. *quæst.* 30. *num.* 35. tenent, non posse condemnari reum indefensum, etiamsi sit convictus, vel confessus, etiamsi defensionem non petat, (& quamvis nullus textus clarè dicat, defensionem dari debere ante torturam : communis nihilominus opinio apud Navarrum *cons.* 8. *de accus.* tenet dari debere *resolutione* 29 *ubi infrà.* §. *Ad quartum.*) Potest tamen Princeps reum indefensum damnare in certis casibus expressis, in quibus scit nullam ei defensionem competere, ut si delictum esset notorium, & timeretur populi tumultus. Sed extrà eos casus non potest. Rudolphinus *de Princ. pot. cap* 2. *num.* 92. Consistit porrò defensionis substantia in scientia eorum, quæ testes dixerunt, *cap. qualiter & quando, de accus. in* 6. ibi: *& exponenda sunt ei capitula, ut facultatem habeat se defendendi. part.* 3. *tractat.* 5. *resol.* 98. *& in addit. res.* 26.

Nec ad torturam quidem.

At si testes sint falsi, non potest illis falsum crimen obicere, ad infringendam fidem.

5. Reus Calumniatus, seu per falsos testes judicatus, de crimine, iisdem falsis testibus falsum crimen objiciens, non peccat contra justitiam : sed tam testes ab ipso inducti ad perjurium, quam ipse peccarent contra Religionem. Ledesma *tom.* 2. *tractat.* 8. *cap.* 35. *conclus.* 21. & Cruz *pract.* 8. *art.* 4. *dub.* 17. *concl.* 1. probabile putat, hunc modum defensionis non esse mortaliter, sed solùm venialiter malum, secluso perjurio. Sed Malderus *ubi suprà dub.* 3. & DD. communiter dicunt esse mortiferum: quia cum mendacium sit intrinsecè malum, reus non potest habere jus, per illud se defendendi, *part.* 3. *tractat.* 5. *resolutione* 4. † quæ tamen ratio non probat esse mortale.†

REUS
Interrogatus, Condemnatus.

Reus tenetur respondere iudici, quem iuridicè interrogaret.

10. † REus indiciatus, accusatus, vel diffamatus de delicto, post semiplenam probationem interrogari potest à judice, an crimen commiserit, & ipse tenetur illi verum dicere, etiam cõtra se; & confessarius potest illum ad hoc obligare absque periculo irregularitatis, si delictum sit capitale, ut dictum est *verb. Irregularitas, num.* 54. † Debet autem scire, quòd juridicè interrogatur: unde, ut obligetur respondere, debet ei notificari testium depositio. Aldrete *de relig. disc. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 7. & alii cum Miranda, quem vide *tom.* 2. *quæst.* 19 *art.* 13. *concl.* 1. Et ratio est, quia donec depositionem videat, non tenetur præjudicare suæ famæ, quam justè possidet. Et hæc opinio secundum hos DD. contra Josephum à S. Maria *in trib. relig. tractat.* 4. *cap.* 17. §. 3. procedit etiam in causis Regularium *part.* 3 *tract.* 5. *resolut* 91. Non tamen hæresis, ut dictum est *verb. Inquisitorum, num.* 199. Adde, probabilissimam esse Sancii *disputat.* 43 *num.* 29. & aliorum sententiam, quod si reus licèt juridicè interrogetur, non teneatur in conscientia delictum, ex quo ei capitis triremium, mutilationis, confiscationis, vel alicujus gravis dedecoris malum imminet, fateri, donec delictum plenè probatum sit, quia quilibet habet jus à natura se conservandi; idque etiam cum morte invasoris, vel alienæ rei dispendio, nec præceptum judicis obligat illum in conscientia, cum nec obligare possit ad testificandum contra parentes, & sanguine junctos. *l.* 4. *ff. de test.* sed solùm imponitur ad illum terrendum, & inducendum ad confessionem. Nec absurdum est (ait Pesantius *disp. unic. ad quæst.* 70.) quòd judex justè interroget, & reus justè neget: nam justè etiam judex reum carceribus mancipat, & dominus justè servum detinet apud se, & nihilominus uterque iustè fugere potest,

Sciat.

Sed probabile est non procedere in causa capitali, &c.

part. 2.

part. 2. tractat. 15. resolutione 27. & part. 10. tractat. 13. resolutione 13.

Præsertim, si non sit certus quod interrogatio sit juridica.

11. Sancius verò, stando in contraria sententia, quam docuimus, ait reum teneri respondere, etiamsi dubitet num. legitimè interrogetur, *num. 28.* quia ex quo superior in prælaturam assumitur, acquirit possessionem præcipiendi, qua spoliari non potest per jus dubium subditi; sed solùm per jus certum, vel probabilem opinionem, quod mandatum injustum sit: quod etiam de testibus docuit Pitigianus *in pract. cap. 9.* Sed ego cum Lessio *lib. 2 cap. 31. dub. 3. num. 10.* puto, hanc opinionem non procedere, quando reo, vel testi, ac etiam tertiæ personæ grave periculum imminet, nisi delictum vergat in perniciem publicam, alioqui enim majus periculum est, ne occidatur homo injustè v. gr. quam quod non obediatur superiori, & jura favent reo sicut possessori suæ famæ, qua proinde possessione spoliari non debet, nisi per certitudinem, quod juridicè interrogetur *part. 3. tract. 5. resolutione 106.*

Et si semel negavit delictum, non tenetur se retractare

12. Postquam verò reus juridicè interroga us negavit delictum, etiam in nostra sententia, non tenetur se retractare, nec ad hoc Confessarius debet eũ cogere. Immò contra Azorium, si reus est in bona fide, nec debet eum monere de obligatione confitendi ad novam interrogationem, sed satis est, quod illum in genere moneat cavere peccata Sanchez *in sum. t. 1. l. 3 c. 7. num 9. part. 2. tractat. 15. resolutione 26.* Quod adeò verum est, ut si reus negavisset delictum postquam convictus est (in quo casu secundum omnes veritatem manifestare tenetur. *Ibidem resolutione 27. in fine*) non teneatur se retractare, ad purgandum judicium & sententiam, neque enim timendum est, ne aliqua inde judicii, testibus, vel accusatori sequatur infamia, quasi injustè damnatus sit: nam notum est apud omnes, reos in constantiæ speciem negare solitos delicta, etiam in tormentis, neque hoc taciturnitas evacuat præsumptionẽ juris, quæ stat pro judice & testibus Reginaldus *tom. 2. lib. 4. cap. 7. sect. 6. num. 145.* contra Bannez. *in 2. 2. quæst. 69. art. 2. resolutione 26. cit.* propè finem *& part. 3. tractat. 5. resolutione 103.* Quod Sanchez *n. 11.* procedere putat, etiamsi reus ob metum tormentorum confessus sit falsum delictum, non enim teneri se retractare, nisi ex hoc damnum tertio secuturum foret. *resolutione 103 citat. in fine.*

Et si idem est, si confessus fuisset falsum delictum.

Etiam si postea convincatur, & condemnetur.

13. Reus enim ad vitandum gravia tormenta, potest sine mortali crimen etiam capitale sibi imponere, quia vita non est digna, quæ tanto dolore servari debeat: & posse etiam jurare æquivocando, docent DD. communiter cum Navarra *lib. 2 c. 4. nu. 21* Immò nec peccare venialiter, ait Sancius *disp. 46. num. 16. part. 3. tr. 5. resol. 7. probabile tamen est peccare mortaliter p. 11. tr. 1. res. 14.*

Quod ad vitãda gravia tormenta facere potest.

14. Convictus autem reus, vel confessus de crimine, non potest revelare complices nulla infamia laborantes, etiam interrogatus. Nec si correcti, vel corrigendi sint per fraternam monitionem. Alias peccabit mortaliter. Secus verò in crimine hæresis, & aliis ad S. Officium Inquisitionis pertinentibus; ut dictum est *verb. Denunciare*, & in quibuscunq; delictis contra bonum publicum, in quibus correctio fraterna non speratur profectura. Villalobos *tom. 1. tr. 14. diff. 10. num. 2. part. 3 tr. 5. resol. 99.*

Non tamẽ potest revelare complices nondum diffamatos.

15 Advertit hic cum Portell. *in add. ad Iuramentum, num. 16.* quod si quis crimen solum materialiter commisisset, v. gr. furtum in justam compensationem, homicidium in justam defensionem, &c. interrogatus à judice, negare posset æquivocando, quia mandatum judicis solùm tendit ad opus criminosum. *part. 3. resolut. 66.*

Et si delictum commisisset materialiter tãtum, negare posset æquivocando

16. Quod autem reus negans delictum, cum alias fateri teneretur, non teneatur restituere pœnam pecuniariam fisco, vel parti, diximus *verb. Restituere, num. 6.*

Reus dam. natus ad mortem non potest exequi seipsum

17 Reus Condemnatus ad mortem, tenetur ad destinatum locum ire, collum subjicere, manus apponere, & alia efficere, quæ ab alio commodè fieri non possunt: non tamen sibi mor-

tem inferre. Vide *verb. Occidere, num.* 35.

Secus de aliis pœnis.

18. Pœnam tamen verberationis, exilii, triremium, carceris, &c. secundum communem opinionem apud Azorium *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæst.* 6. tenetur reus exequi, si non sit appellationi locus, vel alio juris remedio. Palaus verò mitigat hanc sententiam *tom.* 1. *tractat.* 3. *disputat.* 2 *punct.* 4. *num.* 5. ita ut non procedat, si aer exilij sit insalubris, triremium, vel carceris duratio diuturna, vel alia pœna nimis molesta: inhumanum enim esse, obligare hominem, ut tam gravia tormenta exequatur in semetipsum: & si quæ lex pœnalis non obligat in conscientia, hanc illam esse, quæ pœnam ipsam, eamque gravem præcipit, & quam saris est, si reus subire cogatur absque eo quod cogatur sponte subire. *part.* 2. *tractat.* 27. *resolutione* 39. *part.* 3. *tr.* 5. *resol.* 102. § *Notandum secundo, & tr.* 6. *resol* 79.

Reus ductus ad suppliciũ obviam habens Cardinalem, liberari debet.

19. Ad quodcumque supplicium reus ducatur, si obviam habeat Cardinalem, liberandus est, quia hoc privilegio potiebantur olim apud Romanos Flamines, Diales, & Virgines Vestales, apud Gellium *lib* 10. *cap.* 15 quibus Cardinales non debent esse deteriores. Barbosa *de jur. Eccl. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 6 & alij cõtra Farinac. *in fragm p.* 1. *num.* 631. Hoc privilegio olim usum fuisse cum quodam, qui ducebatur ad furcam, Cardinalem Ximenium, testatur Gomezius *part.* 5. *tr.* 2 *resol.* 29.

An supplicii malefactoris præsignari possit Campana benedicta;

20. Petes hic: An liceat malefactoris supplicium campanæ benedictæ sono præsignari; Respondeo, in eum finem, ut audientes pro eius anima preces effundant, licere. Secus, Sylvium non licere, docuisse *verb. Campana*; nam hoc esset, rem sacram prophano usui adhibere: & in re à qua Ecclesia multum abhorret. Tolerari tamen utcunque posse, partim ob necessitatem, partim ob Episcopi conniventiam *part.* 6. *tractat.* 7. *resol* 37.

REX.

Rex non potest compellere Ecclesiasticos ad observantiam Tridentini

1. Rex non potest compellere Ecclesiasticos ad observantiã Tridentini: quia non habet in eos jurisdictionẽ, ut dictum latè est *verb. Immunitas Ecclesiastica, & verb. Statutum laicale.* Sunt autem Reges Tridentini executores & protectores in ordine tantùm ad laicos, & in subsidium Episcoporum. Vade si clerici aliquod decretum non observent id significent Episcopi; si non observent Episcopi, Archiepiscopis, & si opus est, Summo Pontifici. Hanc sententiam sustinent non solùm Theologi, sed etiam Iurisconsulti communiter cum Pereyra *part.* 1. *c.* 8. *n.* 11. contra Bobadillam *tractat.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18 *num.* 194 *part* 1. *tract.* 2. *resolut.* 102. *part.* 3. *tractat.* 2. *resolut.* 8. *in fine, & part.* 4. *tr.* 1. *resol.* 75.

Aut expellere Episcopos simoniacè electos.

2. Quod etiam ait Bobadilla *nu.* 56. Regem expellere posse ab Episcopatu Episcopum simoniacè electum, bene impugnat Megalius *in* 3. *part, lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 18. cum in hac re tam persona, quàm causa, sit extra limites suæ potestatis, unde si Reges id faciant, proculdubio incurrent in excommunicatio-Bullæ Cœnæ *part.* 4 *tr.* 1. *resol.* 76.

3. An Rex teneatur ad beneficia præsentare, & ad officia sæcularia eligere digniores, vide *verb. Beneficium, n.* 11. *verb. Electio, num.* 1. & *verb. Prorex, num.* 1. An revocare possit promissionem futuræ successionis in Proregem, vide *verb. Promissio, n.* 3.

Aut legitimare spurium pro dignitatibus Ecclesiasticis

4. Legitimatus in sæculo à Rege, vel alio magistratu sæculari, si Religionem ingreditur, non censetur legitimatus ad officia Ordinis, quia non est Regis tollere impedimenta canonica. Portell. *verb. Illegitimus, num.* 5. *part* 3. *tr.* 2. *resol.* 202. § *Nota.*

5. Rex potest interficere Reginam deprehensam in adulterio sine alia citatione aut processu. *part.* 10. *tr.* 15. *resol.* 34.

SA-

SACERDOS

†. VIde *verb. Celebrare. verb. Missã applicare, verb. Confessarius, verb. Communionis minister.* & VV. singulorum Sacramentorum *quoad ministrum.* Hic pauca adnotabimus ex sexta parte.†. Et primò quoad ritum sacrificii

Sacerdos consecrare potest particulas allatas post Offertorium

1. *Verb. Eucharistia, num.* 10. diximus, Sacerdotem consecrare posse particulas allatas post Oblationem, ante Præfationẽ. Nunc verò invenimus Marchinum *de sacr. Ord. tract.* 3. *part.* 2. *c.* 4. *n.*15 id extendere etiam ad allatas Post Præfationem; quia & est eadem ratio, & nulla est in contrarium prohibitio. *part* 6. *tractat* 6. *resol.* 7

Et sumere reliquias Hostiæ inventas post sumptam ablutionem.

2. *Verb. Communionis, num,* 41. & 44 diximus, Sacerdotem adinvenientem in patena reliquias Hostiæ sacræ post sumptionẽ ablutionis, posse illas sumere. non solùm ad Altare; sed secundum aliquos etiam in Sacristia priusquam sacras vestes deponat. Et hanc sententiam docere Fabris, *in manu. cap.* 11. *num.* 142. *part.* 6 *tract.* 6. *resol.* 17. Nunc verò Marchinum *part.* 3. *cap* 3. *num.* 19. id extendere invenimus ad casum, quò reliquiæ inventæ essent de Hostia consecrata ab alterọ Sacerdote, quia est eadem ratio, nec facilè discerni potest, an sint propriæ, vel alienæ. Et in die Parasceves Sacerdos post ablutionem consumit reliquias consecratas die præcedenti, si quæ in calice remanent juxta doctrinã jam dictam. Afferetque praxim aliquarum Religionum. Et *num.* 16. etiam laicis dari posse inquit fragmentum in linteolo communionis inventum, post communionem & aquam. Verum in utroque casu contrarium sentio. Quia in primo reliquiæ illæ præconsecratæ non pertinent ad idem sacrificium, nec earum sumptio ad eandem actionem sacrificandi. Vndesi inter communicandum laicos, fragmentum aliquod cadere contingat, non est sumendum à non jejuno, sed reponendum in sacrario.

Si sint de Hostia eiusdẽ sacrificii.

Quæ à fortiori procedũt in secundo casu. Immò Fagundez *pr.* 3. *lib.* 3. *c.* 5. *num.* 31. nec ante aquam permittit laico dari posse fragmentum, quia esset nova & distincta communio. *part.* 6. *tr.* 6. *res.* 3. Si autem Sacerdos post sacrificium, aut laicus post communionem, ire periculum mortis incideret, teneretur iterum cõmunicare per modum viatici, ut diximus *verb. Communionis n* 9 & tenet novissimè Megalius & Bresserus *lib.* 3. *de cõsecr. prob. cap* 8. *n* 100. & deduxerunt in praxim Patres Societatis domus professæ Panormi. *ann* 1638. *part.* 6. *tr.* 6 *res.* 18.

Et celebrare in Sabbatho Sancto.

3. *Verb Celebrare, num.* 26. diximus, liberum esse omnibus Sacerdotibus celebrare in Sabbatho sancto. Nunc addimus, Sacram Congregationem Rituũ apud Persicum *de off. Sacerd. l.* 1. *dub.* 7. n. 40. decrevisse, quòd Feria V. in Cœna Domini unicum sacrificium celebraretur, hoc tamen decretum in Sicilia & alibi non videri usu receptum, & contrariam praxim approbare Marchinum *ubi suprà cap* 8 *num.* 1 *part.* 6. *tractat.* 6. *resolutione* 19. §. *Non desinam.*

Sacerdos obligatus celebrare in certa Ecclesia ob institutionem capellaniæ, si aliud non exprimitur, tenetur applicare sacrificium pro testatore.

4. Secundò quoad obligationem celebrandi ex eleemosyna, tenet Marchinus *tractat.* 2. *part.* 2. *cap.* 27. *à num.* 5. quod si ex fundatione capellæ solùm constet, capellanum celebrare teneri ad tale Altare, vel in tali Ecclesia, non tenetur applicare sacrificiũ pro fundatore, sed potest applicare alteri danti stipẽ quia obligatio non debet imponi, ubi clarè non exprimitur. *l. quidquid astringenda, ff. de verb. oblig.* & cum lex non obliget, nisi sufficienter intimata, idem dici debet de contractu oneroso, qui est lex quædam privata. Et denique in dubiis melior est conditio possidentis suã libertatem. Sed hæc opinio meritò refellitur in cas. Bonon *cas.* 1. quia fundator censetur voluisse sibi omni meliori modo consulere, applicando sibi Missæ valorem, juxtà consuetudinem capellas instituentium, & hunc casum decidere videtur sacra Congregatio *in declar. decreti de celebr. Miss ad* 4 *dub. part.* 6. *tractat.* 6. *resol.* 13

5. Docet præterea Marchinus *tr.* 3.

Et non potest pro una Missa duas stipes accipere

par. 2. cap. 16. nu. 7. Sacerdotem accipere posse pro sacrificio duplex stipendium, applicando uni suam partem. Sed hæc sentent a repugnat decreto sacræ Congrega. ut diximus V. *Missa. n. 9.* & docet noviſſimè Perſicus *lib 2. dub. 9 nume. 102. par. 6. tr. 6 reſ. 8.* Et *nu. 17.* ait duplex stipendium accipi posse pro duplici diverſo Missæ valore, ut, si quis petat Missã ad impetrandam aliquam gratiam, & alter pro remissione pœnæ suorum peccatorum, applicando illi valorem impetratorum, isti satisfactorum; quia ex una parte isti fructus sunt distincti & inseparabiles, & de facto separantur, quando Missa offertur pro homine existente in peccato, cui Missa prodesse potest quoad satisfactionem, non quoad impetrationem, &c & consequenter Sacerdos potest se obligare ad applicationem unius & non alterius: ex altera verò, dans stipem non intendit Sacerdotem obligare ad utrumque fructum, cum præsertim quandoque sentiat, se non esse utriusque capacem. Et testatur de praxi virorum doctorum & piorum. Sed huic doctrinæ obstant in primis decreta sacræ Congregationis ut idemmet fatetur. Et nè quis dicat, habere posse locum, sic ubi decreta non sunt recepta, obstat secundò, quòd Sacerdos in tali casu excederet taxam Episcopi præscriptam, non in ordine ad applicationem fructus, sed ad laborem & sustentationem ipsius. Et tertiò, ut observat Graff. *de celebr. Miss. tom. 2. cons. 3.* qui petit Missam, intendit Sacerdotem obligare omni meliori modo, & ad id totum, quod sibi prodesse potest. Et ità tenet Possevinus *de off. cur. cap. 2. quæst. 7. num. 25.* Notat quoque Marchinus *cap. 17.* quòd, stante infinitate valoris sacrificii tam intensiva, quàm extensiva potest Sacerdos illud applicare duobus, uni quidem pro stipe, alteri ex gratitudine &c. quia æqualiter prodest multis & paucis. Nec sacram Congregationem obstare, quia hæc prohibet unico Sacrificio satisfieri duplici stipendio. Sed hac re vide V. *Missa num. 2. par. 6. tr. 6. reſ. 9.*

Applicando uni valorem medium, alteri juam partem.

Aut uni fructum impetrationis, alteri satisfactionis, &c.

6. V. *Missarum num 10.* diximus in dicto decreto prohiberi, nè Sacerdos eleemosynam accipiens pro celebranda Missa, alteri illam celebrandam committat, pretii parte sibi retenta. Iam verò Bordonus *in cons. reg. reſ. 25. n. 28* putat, in dicto decreto nec censura notari, sed sententiam contrariam, nec talem actum damnari, sed solùm prohiberi: idque nec verbis adeò rigorosis, ut denotent culpam mortalem, sicut postea, tùm in *§. Deinde sub attestatione divini judicii* Sacra Congreg. *mandat, & præcipit, ut tot omninò Missæ celebrentur, quot ad rationem tributi stipendii præscripta fuerint*; subdens *suæ obligationi non satisfaciant, quinimmò graviter peccent & ad restitutionem teneantur.* Quare, cùm aliunde res non sit illicita, qui contrafecerit, non fore reum peccati mortalis. Sed hanc sententiam non admitto *part. 6 tract. 8. resolutione 10.*

Nec Missam acceptam alteri celebrãdam committere, partepretii sibi retenta.

7. Petes hic: An Sacerdos obligatus ad celebrandum in Altari privilegiato, satisfaciat celebrando in alio Altari cum numismate, vel calculo privilegiato? Respondeo, Marchinum *capite 24. numero 8.* affirmare: nam licèt in tali casu mens dantis stipem non impleatur materialiter, impletur tamen formaliter, quia impletur quoad effectum per liberationem animæ, nec verò refert, quodnam ex æquipollentibus fiat *l. fin. §. fin. ff. mandati.* & licèt in Altari privilegiato esset major certitudo, Sacerdos non tenetur ad majorem certitudinem, dum tamen sequitur probabiliter certum. Et sanè tamen casum, quo Altare eligeretur non solum ob Indulgentiam, sed etiam ob cultum divinum illius loci. Cum qua limitatione hæc opinio est probabilis, ut eam censet Ruteus *de fructu sacr. Miss. lib. 3. disp. 3. quæst. 3. n. 10.* quamquam ratione majoris certitudinis, quæ est in Altari privilegiato, contrarium determinatum sit in casib. Bonon. *cas. 1. par. 6 tr. 6. reſ. 12.* & olim *par. 2 tr. 14. reſ. 19. & par. 4 tr. 4 reſ. 40.*

An obligatus celebrare in Altari privilegiato, satisfaciat celebrãdo in alio cum calculo benedicto?

8. Nota hic, quòd Sacerdos Missam novam celebrans, potest se in fine Missæ de Altari ad populũ vergere, & spõte factas obla-

Et Missam novam celebrans possit accipere ob-

lationes?

oblationes recipere, non tamen Ecclesiam circuire Sacra Congreg. apud Naldū V. *Missa n.10. par.2 tr.14 res.50.*

Et præmittere debeat Cōfessionem peccati dubii?

9. Nota etiam, quod licèt novissimè Marchin. *cap.1. n.17.* & Auct. cas. Bonon. doceant, non esse necessario confitenda peccata mortalia dubia dubio negativo: nos tamen hanc opinionem damnavimus V. *Confessionis. n.38.* & nunc iterum damnamus cum Lugo *de sacr. pœn. disp.16. sect.2. §.2. num.63.* ubi doctè, & solidè nostram sententiam probat, & ad contraria argumenta respondet. Vnde si Sacerdos ante Missam, aut laicus ante communionem, dubitat, utrum morosæ delectationi consenserit, tenetur Confessionem præmittere. *par.6. tr.6 res.32.*

Sacerdos non approbatus invalidè absolvit à mortalibus

10. Circa jurisdictionem absolvendi, Crousers *in reg. S. Franc. cap.7. lect.3.* docet contra communem, simplicem Sacerdotem illicitè quidem absolvere à mortalibus, sed non invalidè. Nam antiquitus, statim ac quis Presbyter ordinabatur, sola populi, vel alicujus pœnitentis electione ministrare poterat Pœnitentiæ Sacramentum, ut constat ex multis Canonibus, sive hanc potestatem Sacerdotes acciperent ex vi ordinationis, sive in ipsa ordinatione, dante eam illis Ecclesia, tanquam aliquid ex communi consuetudine adnexum. Nūc autem nullus Canon extat, qui absolutionem simplicis Sacerdotis declaret irritam, quia nullus tollit à Sacerdote potestatem ligandi & solvendi, quia hæc accipitur in Ordine, & ab homine tolli non potest, nec satis constat eam Canones tollere voluisse: quia quamvis dicant, *non possit absolvere, non valeat aliquis eligere,* & similia, interpretari possunt de absolutione & electione licita; nam de matrimoniis clandestinis in c. *Aliter legitimum 30. quæst.5.* dicebatur, *non esse conjugia, sed adulteria vel contubernia, vel stupra, vel fornicationes,* & nihilominus nemo ex his verbis unquam collegit, matrimonia clandestina esse irrita, donec id expresse statuerit Tridentinum. Si autem tolleretur potestas executionis, absolutio non irritatur, sed solùm prohibetur. Nec aliud ab eo tolli potest. In pœnitente autem olim erat facultas se submittendi in foro pœnitentiæ cuilibet Sacerdoti, quæ licèt nunc sit restricta, Canones tamen eam restringentes commodè interpretantur de electione Sacerdotis, qui possit absolvere licitè. Adde, quòd si simplex Sacerdos nullum mortale posset absolvere, omnia mortalia essent reservata: quia quamvis eorum, absolutio multis non Prælatis esset permissa, hoc nihil faceret: quandoquidem casus papales non desinant esse reservati per hoc, quòd ab Episcopis & Prælatis Regularibus ordinaria potestate possint absolvi. Ità Crousers; quæ etiam opinio tribuitur Armacano *lib.19. de quæst. Arm.* & non improbabilis visa fuit Durando *in 4 dist.19 quæst.2.*

Ego verò nec probabilem, nec tutam existimo, immò dignam majoris censuræ, quia certissimum est, ad valorem Sacramenti non sufficere solùm id, quod Sacerdoti in ordinatione tribuitur, dicente Tridentino *sess.14 c.7.* nullius momenti esse absolutionem, quam Sacerdos profert in eum, in quem ordinariam aut subdelegatam jurisdictionem non habet, quod ante in Florentino decisum fuerat; & novissimè declaravit Gregorius XV. *in declar.12. super Bullam inscrutabili;* apud Zambellum V. *Confessor quoad anctor. n.5.* Nec te turbet, quod in ordinatione tribuatur Sacerdoti potestas absolvendi per illa verba, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* &c. aut quod in aliis Sacramentis sufficiat in ministro potestas in ipsa ordinatione recepta. Nam hoc Sacramentum peculiare habet, exerceri per modum judicii: judiciū autem non exercetur nisi cum subditis, subditos verò Sacerdos non acquirit per ordinationem, sed per specialem traditionem Ecclesiæ, quæ & dare potest, & auferre, & non dare cuicumque Sacerdoti eo ipso, quòd ordinantur, constat ex juribus citatis, & consentanea ratione quia nimirū, nec congruum, nec hierarchico Ecclesiæ regimini expediens erat,

quòd omnis Sacerdos subditos omnes Christianos haberet. Simile quid contingit in matrimonio, cujus materia cum à Christo institutus fuerit contractus humanus, nec determinatum fuerit, qualis esse debeat, ipsius valor manet cùm dependentia à jure, & Ecclesia potest novas circumstantias ad illum exigere, & contractus aliter celebratos irritare, in quibus casibus nec Sacramentum integrum maneret. Adverte tamen, quòd Sacerdos simplex absolvens, nullam censuram, vel irregularitatem incurreret, ut observat Thesaur. *in pract. de pœn. part. 2. v. absol. sacram. cap. 2. part. 6. tr. 6. res. 52.*

Sed facultas ei concessa pro unica confessione, extenditur ad absolvenda oblita in eadem confessione.

11. Jurisdictio verò Sacerdotis, alia est ordinaria, alia delegata, & iterum, hæc aut expressa, aut tacita, seu præsumpta, præsumpta quidem ex ratihabitione de præsenti, aut de præterito, nam de futuro non sufficit, ut diximus, V. *Confessarius numero 6.* & iterum V. *Ratihabitio.* Si autem simplex Sacerdos facultate pro una tantùm vice delegata, Confessionem pœnitentis audiret, & absolveret, satis probabile est, posse deindè absolvere peccatum ejusdem pœnitentis in ea Confessione oblitum: nam hæc nova absolutio videtur pars illius judicii, ad quod delegatus fuerat, & veluti complementum illius. Et sic decisum fuit Bonon. *in discuss. cas. 2. part. 6. tr. 7. res. 46.*

Et concessa ad beneplacitum videtur non expirare per mortem Episc.

12. Petes: An facultas Confessarii cõcessa ad beneplacitum, expiret morte concedentis? Videtur respondendum affirmativè; quia voluntas morte finitur, *leg. 4. ff. locati, l. centesimis, §. final. ff. de ver. oblig. l. uxor. §. Scævola, ff. de legat. 3.* & cap. *si gratiosè, de rescript. in 6.* Et disparitas, de approbatione absoluta est, quia hæc ad sui conservationem non requirit actualem voluntatem sicut requirit approbatio ad beneplacitum; sed satis est, quòd non revocetur per actum contrarium. Sed, his non obstantibus, non esse improbabile, ait Palaus *tom 1. tract 3. disp. 4. punct. 16. §. 5. nu. 5.* approbationem ad beneplacitum, quemadmodum absolutam, non expirare morte concedentis, sed requirere revocationem per actum contrarium, quia verba *ad beneplacitum* idem significare videntur, quod, *donec revocavero*, seu *aliter ordinavero*. Et confirmatur à simili, quia ex doctrina Molinæ Jurisconsulti *de primog. Hisp. libro 1. cap. 15. numero 14.* constitutus à Principe judex ad beneplacitum, per mortem Principis non amittit officium. Potest etiam confirmari ex quodam principio Carrancæ *in alleg. pro ord. mend. ad Reg. part. 2.* quod Confessarius idoneus cum aliqua limitatione approbatus, potest se habere tanquam approbatum absolutè: existimat enim Episcopos, Sacerdotibus idoneis præsertim Regularibus, licentiam ad Confessiones nec licitè nec validè limitare. Sed de hac re diximus. v. *Confessarius Regularis, à n. 5. part. 6. tr. 6. res. 48.*

13. Sacerdos celebrans in Altari non consecrato, vel in calice &c. remanent omnia consecrata. *part. 9. tr. 7. res. 17.*

SACRAMENTVM.

Sacramentũ quid? Et quibus?

1.† SAcramentum est signum sensibile practicum rei sacræ sanctificantis hominem. Tribus perficitur, absolutè & generaliter loquendo materia, forma, & intentione ministri. Verùm alia, circa Eucharistiam, requirunt etiam intentionem in suscipiente, si sit adultus, ut Torus *in 4. d. 4* apud Hurtadum Complut. *de sacr. in gen. disputatione 4. diffic. 13.*

Quis Sacramentorum Auctor. Quæ materia, & forma?

2. Auctor Sacramentorum est Christus, unde non est in potestate Ecclesiæ eorum essentiam immutare. Materia Sacramenti est res; forma verba, dicente Augustino, *Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Aliquando res sunt etiam verba, prout habent significationem minus expressam, ut in matrimonio. Et quidem de materia & forma singulorum sacramentorum dictum est, cum de singulis sub propriis nominibus † Hic.

3. Nota

An Christus determinaverit ritum benedicendi Chrisma?

3. Nota primò, materiam Confirmationis Christum Dominum instituisse Chrisma benedictum, non quidem determinata benedictione, sed determinanda posteà ab Ecclesia, quæ proinde juxta temporum & locorum varietatem, variam instituere & præscribere potest, & de facto præscribit in Rituali: non ea tamen intentione, ut omnes cæremoniæ ibi præscriptæ sint essentiales, ita ut, si una omittatur, benedictio irritetur, cum periculo, ut multi deinde confirmentur, aut extremè inungantur invalidè, sed essentialis solùm sit olei & Balsami commistio cum Spiritus sancti invocatione, quocunque ritu fiat. Et sic tenet Præpositus *in 3 part. quæst. 72. art. 3. dub. 1. n 21.* (*part. 6. tract. 8. ref. 21.*) Qui etiam *de Sacr. Ordin. dub. 10. num. 109.* probabile existimat, Ordinum quoque materiam & formam non determinatè, sed generaliter Christum instituisse, monendo nimirum, ut Ordines conferrentur per aliquod signum sensibile ab Ecclesia determinandum, quo eorum potestas significaretur. Et ratio est, quia in conferendis Ordinibus Ecclesia Græca valde dissonat à Latina, quæ modum illius non propterea revocavit unquam in dubium. Posita ergo Ecclesiæ Latinæ determinatione & ritu, Ordines aliter collatos nullos esse; subsistere nihilominus posse, Ecclesia eo modo materiam & formam determinante. Neque huic doctrinæ repugnare Tridentinum *Sess. 21. cap. 2.* nam in tali mutatione Ecclesia non tolleret usum, aut substantiam Sacramenti, sed ejus materiam & formam concessa sibi potestate variè determinaret, sed hoc mihi non multum arridet. *part. 6. tr. 8. ref. 18.*

Et materiam & formam Ordinum?

An aquæ rosacea sit sufficiens materia Baptismi.

4. Nota secundò, novissimè Stephanum Bauny *tractat. 2 quæst 4.* approbare opinionem Puteani, quam attulimus V. *Baptismi num. 16.* quòd in necessitate conferri possit Baptismus cum aqua rosacea, aut simili sub conditione. Idemque docere de lacrymis & sudoribus. Oppositum tamen docere novissimè Lanfrancum *tomo 2. opusc. 1. cap. 4. à. num. 7.* An verò aqua rosacea sit apta materiæ Eucharistiæ, si ex ea & farina triticea fiat panis, aut immisceatur vino? Circa primum Cajetanus *in 3. part. quæstione 74. art. 7.* dubius hæsit: quia panis ex aqua rosacea non videtur diversæ speciei ab ordinario, cum aqua non sit pars panis essentialis, sed solum materia transiens. Sed jure contra ipsum insurgit Fagundez *in pr. 3. Eccle. lib. 2. cap. 1 num 14.* quia, esto panis rosaceus non differat specie physica ab elementari, differt tamen specie artificiali & usuali, quæ spectari debet in materia sacramentali, unde contrariam sententiam docuit D. Thomas *l. c. ad 3.* & Sotus *in 4. dist. quæst. 1. ar. 7.* sententiam Cajetani dicit non esse tutam, licèt Valentiam *tom. 4. disp. 6. q. 2. punct. 1.* dicat, non esse improbabilem. Quoad secundum dico, eam mistionem non fore invalidam, fore tamen illicitam; quia aqua non est de essentia sacramenti; usus tamen aquæ elementaris in tali mistione, præcipitur ab Ecclesia, & est materia gravis. D. Thomas *l. 1.* Imò Perficus *de Offic. Sacerd. lib. 1. c 2. dub. 7. n. 53.* contra Paludanum *in 4. d. 11. q. 1. ar. 6. concl. 3.* existimat aquam rosaceam, nec in casu necessitatis posse adhiberi. Et *numero 55.* asserit, mortale peccatum esse, miscere vino consecrando aquam elementarem calidam, quia esset novus ritus contra Ecclesiæ stylum. Aliqui verò nimis durum id censent. Et si in aliqua frigidissima regione esset consuetudo miscendi vino calidum, ne congeletur, absque ullo peccato fieret. *par. 6. tracta. 7. ref. 18.*

Componere valeat panè consecrandum?

Aut vino consecrando immiscere?

Et quid de usu calidæ?

5. Nota tertiò, materiam & formam Sacramentalem debere esse simul, aliàs formam non verificari. Quanta esse debeat hæc simultas, dictum est V. *Baptismi num. 26.* Multò magis simultas requiritur in proferendis verbis formæ, ea nimirum, quæ secundum regulas Logicæ necessaria est, ad hoc ut censeantur una propositio: ait Camachæus *in 3. part. quæst. 60. cap. 4* & Nignus *ibid. ar. 8.* qui hoc voluisse inquit dicere D. Thomas *in responsi. ad 3.* per illa verba

Materia, & forma Sacramenti debent esse simul.

Et verba formæ simul proferri.

verba, *Si non intercipiatur intentio proferentis.* Advertitque verba formæ facilius discontinuari per interpositionem aliorum verborum, quàm per interpositionem silentii, & facilius, si interruptio fiat inter syllabam & syllabam, quàm si inter terminum, & terminum, unde si quis dicat: *ego de bapt.* & ibi sistendo, vel alia verba miscendo, prosequitur *tizo in nomine* &c. licèt distantia non sit magna, sed mediocris, non conficere Sacramentum. Si verò sit aliqualis interruptio, qua sensus proferentis non interciperetur, fieret Sacramentum. Et ita confici Baptismum, ait Marchan. *tom. 1. cap. 2. q. 2 cas. 3.* Si dum Sacerdos inquit: *ego te baptizo*, puero se retrahente interponat: *Admovete propius puerum fonti:* & posteà subjungat, *in nomine Patris*, &c. licèt in hoc interveniat venialis irreverentia. *part. 5. tract. 5. resol. 41.* Quæ etiam intervenit, quotiescunque verba mutantur & alterantur, aut corruptè proferuntur, aut alia synonyma commutantur, aut contingit quid simile, manente eadem essentiali significatione, & secluso scandalo, ut ait Scotus *in 4. d. 14. quæst. 1. art. 3 Ibid. ref. 39.*

Cum intentione saltem virtuali. Ministri.

6. † Quoad intentionem, sciendum est eam triplicem esse posse actualem, virtualem, & habitualem. Prima est, quando quis actu cogitat & intendit agere quod agit: secunda cùm fuit quidē talis intentio, sed posteà absque retractione cessavit, manente adhuc opere, vel effectu ipsius intentionis, à qua ortum habuit, aut cum ea immediatè, vel mediatè connexum est: tertia, cùm quis aliquando habuit intentionem aliquid faciendi, quam nunquam retractavit, sed nec in se, nec in alio perseverat, quod habeat connexionem cum illa. † Conveniunt ergo Doctores in ministro Sacramenti nec intentionem actualem requiri, nec solam habitualem sufficere; sed sufficere, & omninò saltem requiri virtualem, modo, quo eam jam explicavimus cum Cabreta *de Sacr. quæst. 64. art. 8. disput. 1. § 5. num. 41.* licèt Reginaldus magis amplè, & Enriquez nimis laxè in hac re se habuerint. Ille enim *tomo 2. libr. 26. capite 3. numero 38.* docuit, sufficere in ministro intentionem virtualem in alia intentione, suapte natura, vel ex Ecclesiæ institutione implicitam, ut est, v. g. intentio celebrandi, quæ includitur in intentione induendi vestes sacerdotales, juxta morem Ecclesiæ; nam ob similem connexionem, ait ipse, intentio vovendi castitatem includitur in intentione suscipiendi subdiaconatum; quia ex institutione Ecclesiæ connexa sunt, & qui vult unum, censetur velle etiam aliud. Hic vero *lib. 1, cap. 10. num. 2*, putavit, ad conficienda Sacramenta quęcumque, non aliam intentionem esse necessariam ab ea, qua quis sacros Ordines recepit, ut Sacerdos fieret, & Christi minister evaderet, *part. 2. tract. 17. resolutione 32.*

Et aliquali suscipientis.

7. In suscipiente verò non requiritur consensus positivus, ait Cajetanus, sed sufficit quòd non resistat id quod expressisse videtur Innocent. III. *in c. majores, de Baptis.* ubi etiam supponitur sufficere consensus coactus ex metu, quod & habetur in Concil. Tolet. IV. *can. 55.* nam talis consensus est simpliciter liber, licèt involuntarius secundum quid. Sufficit etiam intentio generalis, quam habet omnis catholicè vivens ut conferantur sibi Sacramenta, quandocumque eis indiguerit & hunc consensum præsumit Ecclesia in moribundo, dum extremam ei, licèt non petitam, exhibet Unctionem. Et tandem sufficit intentio habitualis, ut supponitur in dicto *c. majores*, quia suscipiens non se habet ut agens in ordine ad Sacramentum, sicut minister, & ideò minor intentio sufficit in illo, quam in isto. Et hæc omnia docet Hurtadus *de sacr. in gen. disputat. 4. diff. 14. p. 5. tract. 13 resol 32.*

Effectus Sacramentorū omnium est Gratia habitualis.

8. † Effectus Sacramentorum duplex est, generalis omnium, & peculiaris uniuscujusque. Effectus generalis est in primis gratia sanctificans: omnia enim Sacramenta debitè accedentibus conferunt gratiam sanctificantem ex opere operato. Est autem duplex gratia sanctificans: prima, quæ datur peccatori, & expellit peccatum mortale; & secunda, quæ

Prima quidem regulariter Baptismi, & Pœnitentiæ tantũ. *Aliquando etiam aliorũ.*

quæ datur justo, ad augendam priorem gratiam. Et primam quidem gratiam regulariter conferunt soli Baptismus, & Pœnitentia, quæ proinde dicuntur Sacramenta mortuorum. Alia autem Sacramenta, quæ dicuntur vivorum, regulariter conferunt secundam. † Dixi *regulariter:* nam existimo cum Coninch *de sacram. quæstion. 62. art. 1. dub. 2.* contra Vasquez apud Hurtad. *disputat. 3. diff. 4.* aliquando conferre etiam primam, quando nimirum quis ea recipit in peccato, existimans se esse in gratia, cum sola attritione, ut de Eucharistia diximus V. *Communionis, numer. 18.* nam sic de divina clementia credere, pium est. Cujus sententiæ auctores aliqui dicunt, id Sacramentis vivorum competere ratione generis, qua Sacramenta sunt, per se; alii, ratione specifica talis sacramenti, secundario & per accidens, & in hoc sensu probabilem eam judicat Villalobos *tom. 2 tractat. 4. diff. 9. numer. 2.* nam, ait ipse, quemadmodum Sacramenta mortuorum, si suscipientem inveniunt vivum, conferunt ei per accidens secundam gratiam: ita probabile est, Sacramenta vivorum, quando inveniunt mortuum, conferre per accidens primam, *part. 5. tractat. 13. resolut. 31.* † Est item generalis effectus Sacramentorum, gratia virtutum, seu donorum, ut fidei, spei, charitatis, Pœnitentiæ, &c. Particularis Baptismo, Confirmationi, & Ordini est character: proprius singulorum, quædam auxilia ad obtinendum finem, in quem singula ab ipsorum Institutore sunt ordinata.

Sicut secunda regulariter aliorum. Aliquando etiam illorũ.

Et si fictè suscipiantur recedente fictione, omnia conferunt gratiam.

9. Requirunt autem præter intentionem, de qua supra, debitam dispositionem tam in ministro, quàm in suscipiente adulto. Et in hoc quidem, Baptismus & Pœnitentia requirunt fidem & attritionem saltem, alia statum gratiæ juxta dicta, cùm de subjecto singulorum Sacramentorum. Et si quis absque debita dispositione Sacramentum susciperet, non reciperet gratiam. † Reciperet tamen posteà, recedente fictione, seu accedente dispositione, si susceptio fuit valida (quod putamus contingere posse etiam in absolutione Sacramentali, ut diximus V. *Confessionis, n. 52*) idque in omnibus Sacramentis: nam in omnibus militat ratio, cur hoc privilegium communiter conceditur Baptismo; quia nimirum, licèt gratia posteà haberi possit per contritionem; facilius tamen & utilius est homini, illam acquirere virtute Sacramenti per solam attritionem. Sic Cajet. *in opusc. tom. 1 tr. 5 q. 5.* & alii *part. 3. tr. 4. res. 15. & part. 5. tr. 13. res. 30.*

Sacramenti minister ex officio debet esse in gratia.

10. In ministro autem omnia Sacramenta requirunt gratiam. Et quamvis Crousers novissimè *in reg. S. Franc. capite 7. lect. 21* conetur probare, ministerium Sacramenti in mortali, aut non esse sacrilegium, aut non lethale: hæc tamen opinio non est admittenda, utpotè contraria toti scholæ Thomistarum, ipsique D. Thomæ 3. *part. quæstion. 64. art. 6.* & rationi. Cum enim in Sacramentis dispensetur Christi sanguis, & minister gerat personam Christi; secluſa necessitate, de qua infra, & distributione Eucharistiæ, de qua V. *Communionis, numer. 67.* requirit in eo sanctitatem & conscientiam mundam, posito, quod sit ab Ecclesia ad tale ministerium deputatus. *part. 6. tract. 6. res. 53.*

Secluſa necessitate. *In qua absolutio impendi potest etiã à peccatore.*

11. Sed quid in necessitate? v. g. Parochus, dum existit in peccato mortali, vocatur ad ægrum morientem & oportet festinare, in illis angustiis non videtur moraliter disponi posse per Confessionem aut contritionem. Hic sanè si peccati non recordatur, excusatur à sacrilegio. Si autem recordatur, negat Marchantius *tractat. 2. capite 4. quæstione 2.* non posse conferi in quocumque brevissimo tempore, ac proindè posse cum peccato Confessionem audire. Nihilominus plerumque contingit, actum contritionis propriæ infirmitatis, & pravorum habituum vitio, non in quavis temporis brevitate elici posse, saltem moraliter. Et in hoc casu Lugo *de sacram. disputatione 8. sect. 9. numero 151.* & alii ab obligatione dispo-

sitionis talem ministrum excusant; quia necessitas proximi, in cujus subsidium Sacramenta sunt instituta, præponderat præcepto de ministrandis illis in gratia. Hæc enim ratione, cùm necessitas urget, multa fiunt circa personam Principis, quæ extra necessitatem irreverentiam maximam continerent, *part. 3. tractat. 13. resolutione 74.* (Et quod dictum est de peccato, diximus etiam de excommunicatione V. *Excommunicat. à numero 16.* Ministrare autem cum excommunicatione minori, etiam secluſa necessitate, non est peccatum, ut dictum est *ibid. numero 67.* Quid dicendum sit de interdicto, & suspensione, vide V. *Interdicti personalis*, & V. *Suspensio.* An autem quis petere possit Sacramenta à malo ministro, vide V. *Scandalum numero 9. 10. & 17.*) Ob eandem rationem diximus V. *Opinio probabilis, numero 7. & 8.* urgente necessitate, conferri posse Sacramentum cum materia dubia, & cum dubia potestate: quia in his casibus Sacramentum in favorem animarum cedit juri suo: possunt administrari Sacramenta cum jurisdictione probabili, relicta certa, *part. 9. tract. 7. resolutione 59.* & ut bono pœnitentis consulatur, & damnum evitetur in congrua necessitate. *ibid.* §. *Nota tamen.*

Excommunicatio.

Et ab eo peti.

Et adhiberi materia dubia, & dubia potestas.

Sacramenta possunt administrari cum jurisdictione probabili.

Numerus Sacramentorum.

12. † Sacramenta sunt septem: Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium, de quibus in particulari sigillatim sub propriis nominibus actum est. †

SACRILEGIVM.

Sacrilegium quid? Et cujus fori?

1. † Sacrilegium dicitur omne peccatum contra virtutem Religionis, quasi *sacri læsio*, seu violatio rei, loci, aut personæ sacræ, non tamen temporis, ut dictum est V. *Circumstantia, numero 106.* Estque delictum mixti fori, ut dictum est V. *Crimina mixti fori, num. 4.*

2. Est itaque sacrilegium omne peccatum contra votum. At quamvis de eadem re plura vota emissa sint, unum peccatum est ea, violare unico actui, idque probabiliter, etiamsi unum illorum sit simplex, aliud solemne. Sacrilegium etiam est nol. solùm copula, sed etiam tactus impudici, cum persona religiosa. Vide V. *Circumstantia, à numero 20.* Item violenta sanguinis effusio facta in Ecclesia, aut homicidium; vel etiam pollutio voluntaria, ut dictum est V. *Pollutio Ecclesiæ, numero 4.* Furtum rei sacræ de loco sacro, vel non sacræ de sacro, vel sacræ de non sacro. Vide V. *Circumstantia. Vbi.* Sacrilegium est simonia, fractio sigilli Sacramentalis, & Sacramenti susceptio, vel ministratio in mortali, juxta dicta, vel dicenda V. *Simonia*, V. *Sigillum* & V. *Sacramentum.*

SALARIVM.

Salarium. Non debetur famulo pro tempore infirmitatis.

1. † Salarium est merces laboris. Et debetur famulis, & operariis, quamdiu laboraverint, aut per ipsos non steterit, quin postquam conducti sunt, laboraverint. † In primis ergo dominus, non tenetur solvere salarium servo pro tempore infirmitatis. Immò potest ab eo exigere expensas; nisi sit pauper tantæ necessitatis, ut ex charitatis regula subministrare illi debeat medicinas, & alimenta. Filliuc. *tom. 2. tract. 28. part. 2. cap. 4. num. 84.* & alii, contra Speculatorem *in tit. de locat. §. postquam tamplenè, num 20. part. 1. tr. 8. resol 86.*

Debetur verò operariis conductis, etiamsi cum prompti essent, non laboraverint.

2. Secundò, si per conductorem stetit, etiam fortuito, ne conductus operam suam præstiterit, tenetur salarium ei solvere; non solùm in foro fori, ex *leg. si adde, §. cum quidam. ff. de locat.* sed etiam in foro conscientiæ; posito, quòd conductus aliam mercedem invenire, aut aliter cum fructu laborare non potuit. Secus si conductor maturè illum monuisset, & salarium ab alio acquirere,

vel

vel in re propria, laborare potuisset, nam tunc culpa sua non esset lucratus. Valerus V. *Locatio diff. 3. part. 3. tract. 6. resol. 14* idem dicit Guttierez de salario annuo, pacto inter advocatum, aut procuratorem, & partes. Vide V. *Advocatus, numero 5.*

Famulo fugienti infra annum, debetur rata salarii.

3. Famulus conductus per annum, & fugiens infrà annum, in foro fori amittit salarium, ut ait Bartolus. In foro conscientiæ debetur ei rata, etiamsi nolit redire; nisi tantumdem damni esset domino sua discessio. Valerus *diff. 4. part. 3. tr. 5. res. 15.*

Quid si convenerit cum domino de pretio infimo?

4. Ubi famulus convenit cum hero de pretio justo, licèt infimo, non potest sibi facere compensationem, ait Villalobos *tom. 2. tractat. 25. diff 13. numer. 6.* quia nulla ipsi irrogatur injuria (qua etiam ratione sartores convenientes de pretio justo, quamvis infimo, cum domino vestis, non possunt absque ipsius voluntate; saltem præsumpta, retinere sibi reliquias notabiles panni, vel serici, titulo modici pretii. *Vbi infrà & part. 4. tractat. 4. resolut. 176.*) Immò Valerus *diff. 9. numer. 2.* ait, id verum esse etiamsi convenerit de pretio minori injusto, si dominus ipso instante esset facilè soluturus justum. Et etiam si famulus postea præstaret illi servitia magna & extraordinaria; nam hæc non ponunt debitum legale, sed solius gratitudinis, in recipiente. Verùm contra hos auctores insurgit Rebellius *lib. 14. quæstion. 15 numer 9. part 3. tractat. 6. resol. 16.* Et Suarez *in 3. p. tom. 3. disp. 86. sect. 4.* pro certo supponit, quòd si famulus de pretio injusto convenisset paupertate coactus, posset sibi damnum resarcire. *part. 2. tr. 14. res. 7. §. Sed hæc.*

Aut injusto?

Et an filius petere possit salarium à patre mercatore, &c. pro opere à se in eo officio exhibito?

5. Filius in sententia Molinæ *tom. 1. tract. 2. disp. 234.* non potest à patre mercatore, caupone, &c. pro opera in illo officio à se impensa salarium petere, quia dum filius est in domo patris videtur obligatus ad operas obsequiales. Layman tutè & probabiliter tenet, posse *lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 8. num. 6.* quia illud lucrum, quatenus proveniens ex bonis patris & ex opera simul filii, videtur numeradum partim inter profectitia, partim inter adventitia. Si ergo pater totum sibi lucrum retineat, nec aliquid filio societatis veluti jure relinquat, tenetur illi salarium, quod extraneo deberet, præbere, saltem si exigat, quòd si hic metu reverentiali ab exigendo repellatur, posse clam sibi prospicere, computatis expensis sustentationis. *part. 4. tr. 4. res. 66.*

6 Commissarii agentes eodem tempore negotia duorum, non possunt integrum ab utroque salarium capere. Vide V. *Commissarii.*

SCANDALVM.

Scandalum quid?

1. Scandalum appellatur, dictum, aut factum, spiritualis ruinæ occasionem alteri præbens. Duplex est; activum & passivum, illud est positio laquei vel occasionis, seu ipsum dictum vel factum: hoc ruina ipsa ejus, qui peccat. Rursus, scandalum activum duplex est; unum per se, aliud per accidens. Scandalum per se contingit, cum quis opus illud elicit; vel dictum profert, ea intentione, ut proximus peccet; aut cùm opus ipsum, vel dictum ex natura sua, vel circumstantiis, tale est, ut sufficiat ad lapsum spiritualem alterius († vel etiam, cum quis proximum non inducit, sed illi ad peccatum dispositò cooperatur, ipsumque adjuvat ad peccandum, ut dictum est V. *Peccato cooperari.*†) Per accidens verò contingit, quando nec operis natura, nec operantis intentio, nec operis natura, aut circumstantia eò tendit, ut alter ruat; sed prava peccantis dispositione fit, ut occasionem peccandi inde hauriat, ubi non est.† Scandalum per se est ex suo genere peccatum mortale, aut contra præceptum correctionis fraternæ, aut contra generalem virtutem charitatis, qua tenentur proximum corporaliter, & spiritualiter diligere, & sic dirigere potius in viam salutis, quam ab ea seducere. † Scan-

Quotuplex?

dalū verò per accidens verbo tenus scā-
dalum est, nec absolutè scandalum appel-
latur, nisi quod est per se. Passivum item
duplex est: alterum quòd nascitur ex in-
firmitate, & dicitur pusillorum, seu in-
firmorum: alterum, quod ex malitia, &
E quomodo confitendum? dicitur Pharisæorum. Potest autem da-
ri scandalum activum sine passivo; quando nimirum occasio peccandi sufficiens datur, sed proximus non labitur: passivum sine activo, cùm absque sufficienti occasione proximus labitur: & activum, ac passivum simul, cùm data sufficienti occasione, proximus peccat, ex his primum, & tertium dicuntur scandalum datum, secundùm autem acceptum. *part. 5. tractat. 7. resolut. 1.* Quo pacto scandali peccatum explicari debeat in Confessione, vide V. *Circumstantia à numer. 98.* Certè, quamvis Lugo *de pœn. lib. 16 sect. 4. §. 2. num. 164.* neget explicari debere speciem peccati, ad quam proximus inducitur, & numerum personarum inductarum; nos non recedimus à sententia affirmativa quam *l.c.* docuimus, & docet novissimè Ghilinus *v. circumstantia numero 22. part. 6. resolutione 33.* Sed vide *part. 10. tract. 12. resol. 29.*

A peccato scandali excusat bonus finis. Virum dātem commoditatem uxori suspectæ de adulterio, ad eam in delicto comprehendendam.

2. Porrò is, qui occasionem præbet proximo labendi in peccatum, multis capitibus excusari potest. Primo ratione finis boni. Sic verò suspicanti adulterium uxoris, & hero latrocinium servi, licitum est, illos non solùm non impedire, sed etiam data commoditate observare cum testibus, ut in delicto comprehensi resipiscant, ait Sancius *in select. disputatione 35. numer. 12.* hoc enim non est formaliter cooperari peccato, sed illud permittere, ministrando materiam, ad impediendum gravius damnum. † quam opinionem novissimè docet etiam Ghilinus *v. Peccatum numer. 11.* †. licèt quoad punctum de danda occasione dissentiat Sanchez *de matr. tom. 3. lib. 10. disp. 12. num. 13. part. 3. tr. 4. res. 18 & part. 5. in addit. ad tr. 7. §. Nota tertiò.*

Suadentem minus malum ut avertat majus, non aliter avertibile.

3 Similiter, volenti committere majus malum, licitum est suadere, ut committat minus, dum aliter ab iniquo proposito revocari non potest. Id enim non est inducere absolutè, sed sub conditione, ut si paratus sit eligere majus, eligat minus. Barbosa *in collect. tom. 4. part. 1. decreti c. duo mala dist. 13. num. 11.* & alii contra Sà *v. peccatum num. 8.* cujus sententia est etiam probabilis, eo quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona; & tunc ex duobus malis minus est eligendum, quando alterutrum ex necessitate sustinendum est, non quando ex nostra malitia *parte 3. tractat. 5. resolutione 37.*

Vt fornicationem ad vitandum adulterium.

4. Et nostra sententia limitatur à Mendoza *in 2. 2. disputat 173. sect. 10. §. 110 & 119.* ut non procedat, quando quis paratus est solum ad majus malum, nec de minori aliquid cogitat: unde non esse licitum, hortari ad fornicandum eum, qui solùm paratus est adulterare, nam tunc consulens esset vera causa fornicationis. Solum igitur sic parato proponi posse minus malum, v. g. volenti committere crimen nefandum non licere suaderi, ut fornicetur potius; sed solum proponi, quòd aliqua fœmina est pulchra, aut quòd major delectatio sit in congressu cum fœmina, quàm cum viro; hæc enim propositio objecti non est causa per se fornicationis ut suasio, & alioqui est de se bona, & in bonum finem prolata. Sed mihi probabilis & tuta videtur absolutè sententia contraria Pontii *lib. 5. cap. 18. n. 5. numero 16.* quam in praxim deduxerunt Lot cum nefariis sodomitis; & decem illi viri, qui ad vitandum homicidium obtulerunt Ismaeli materiam furti *part. 5. tr. 5. resol. 18.* Ex his resolvi potest illud dubium: An paratum ad aliquod facinus, convivio recipere & multos haustus urgendo, ad ebrietatem provocare, liceat, ad illud malum vitandum? Ad quod Lessius *lib. 4. cap. 3. dub. 4. numer. 33.* affirmativè respondet: Vuigers *de temp. cap. 2. dub. 7. numer. 11.* negativè. Et prima quidem sententia probabilis est, licèt secunda sit probabilior. *part. 6. tr. 7. res. 43.*

(An inducere ad ebrietatem paratum patrare magnum facinus.)

5. Docet

Furtum divitis advitandum furtum à paupere;

5. Docet etiam ex dictis Mendoza §. 156. non esse licitum, hortari ad furandum à divite paratum furari à paupere, sed solùm posse ei proponi, quod furtum de rebus divitis sit minus peccatum, alias sic hortantem teneri ad restitutionem. Sed quoad onus restituti. onis contrarium tenendum est cum San. chez *de matrim. tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 12. *num.* 24. & 25. Qui tenet, talem suaderi posse, ut furetur ab aliquo divite indeterminatè: & Vasquez apud Palaum *tom.* 1. *tr.* 6 *disp.* 6. *punct* 6. *num.* 2. etiam determinatè à tali divite, qui non esset rationabiliter invictus respectu suadentis, posito quòd fur aliter à furto pauperis dehortari non posset. *part.* 3. *tr.* 5. *resol.* 37. §. *Sed hæc omnia, & par.* 5. *tract.* 7. *res.* 19. & *in addit. ad tr.* 7. § *Nota quintò.*

Redimentem vexationem non ante beneficium obtentum.

6. Ex hoc eodem capite excusat Mendoza §. 234. dignum, qui offert pecuniam electori, aliàs volenti eligere indignum, ad beneficium, &c. quia minus malum est eligere dignum cum pecunia, quàm indignum gratis, illud namque unum solum peccatum est simoniæ: hoc autem multiplex: primò, contra justitiam distributivam, vel etiam commutatiuam, unde elector maneret obligatus ad omnia damna; quæ cum plerumque difficile sit restituere: aliis electio secundò adversaretur charitati sui ipsius, ipsumque induceret in magnum discrimen salutis æternæ: tertio, esset contra charitatem Ecclesiæ, cui perniciosissima est indignorum electio. Secus verò, si sint plures justè eligibiles; quia tunc nulla esset vexatio. Quòd si essent duo æquè digni, inter quos non esset notabilis meritorum excessus, & alter illorum dedisset pecuniam electori, probabile esse, quod alter possit etiam offerre pecuniam; quia magnum damnum illi est, quod excedatur à competitore in affectu electoris, cum præsertim hic non poneretur in peccato per exhibitionem pecuniæ, sed supponeretur. Absolutè tamen contrariam sententiam tenendam esse; quia cùm elector possit alterutrum absque injustitia eligere, & contingere possit, quod ante acceptam pecuniam determinatus fuerit ad eligendum illum, nulla est vexatio redimenda. Posse tamen alium ostendere, se esse paratum ad dandam pecuniam si elector eam voluerit, *parte* 5. *tr.* 7. *resol.* 17. Ipse verò in hac re puto cum Lessio *lib.* 1. *c.* 35. *num* 106. & aliis esse simoniam, dare pretium electori pro beneficio nondum acquisito, quando nimirum dignus non habet jus in re, sed solùm ad rem, ex c. *de hoc c. sicut tuis*, &c. *Matthæus, de sim.* (*par.* 4. *tr.* 4. *res.* 152 *par.* 5. *tr.* 7 *resolut*, 17. *cit. tr.* 14. *resol* 1.) Et licèt Valentia dicat, vexationem beneficiis etiam ante jus acquisitum redimi posse in 2 *disp.* 6. *q.* 6 *punct* 3. recte illum impugnat Raphael de la Torre *in* 2, 2. *tom* 2 *q.* 100 *art.* 4 *disp.* 9 *p.* 5. *t* 14. *resolut.* 2 in fine. Secus ut idem ait post beneficii collationem, si quis, v, g impediretur iniquè possessionem adire: quia in hoc casu jam supponeretur tota spiritualitas beneficii. *resolut.* 152 *cit.* & *p.* 5. *to.* 14 *res* 3. Cum tertio autem molestatore, existimo redimi posse vexationem, dando illi pretium, sive adhibeat fraudem, & vim, sive subordinationem, & munera: hoc enim non est emere beneficium. Villalobos *tom.* 1. *tractat.* 37, *diff.* 10. *num* 3. contra Sotum *de iust. lib.* 9. *q.* 6. *art.* 1. *ad* 5. Quod Sanchez *in opus. tom.* 1. *lib.* 2. *c* 3. *dub* 30. *num* 5. probabiliter dici posse inquit, etiamsi subornans esset de numero electorum, qui proinde posset etiam prodesse, dummodo pecunia non detur ei pro suffragio, quamvis impugnet Sylvius *in* 2. 2. *q.* 100 *art.* 2. *concl.* 3. *ibid. res* 1,

Nisi cum tertio molestatore.

Excusat deinde Necessitas.

7. Excusat Secundo necessitas. Sic excusatur mulier, vestibus virorum se induens, causa occultandi se ab hostibus, vel propter defectuum vestium muliebrium secundùm Sylvium *q.* 169 *art.* 2. *ad* 3 *p.* 5. *t.* 7. *res* 32.

Tertio indifferentia.

8. † Tertio, si proximus inducitur ad actionem indifferentem, quæ benè & malè fieri potest (& multò magis si

si ad actionem per se licitam) inducens excusatur à peccato scandali, præsertim si justa causa suppetat eam actionem petendi. † Unde excusatur primò petens mutuum ab usurario, etiam non parato ad fœnerandum, si adest aliqua causa rationabilis, puta, aliquod opus pium, vel etiam ludus publicus, convivia, torneamenta, & similia, juxtà exigentiam proprii status, quæ sine dedecore omitti non possunt. Ita probabiliter Faustus *in spec. disp. 16. quæst 127. numer. 4. p. 1. titul 8. resolutione 31. p. 5. titul. 7. resolut. 8.* † & quoad non paratum *res. 8. cit. §. Nota etiam*, illud autem de torneamentis, &c. *in part. 1. cit.* probabilius existimavit; addiditque, probabilem esse opinionem Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 3. cap. 8 num. 23.* quod petere dictas pecunias ad vana & inutilia, non sit mortale. † Verùm advertit Pontius *lib. 3. c. 18. §. 7. num 47.* in tali casu mutuum non esse petendum expresè sub usuris, quia mutuum cum usuris non potest benè & malè præberi. Sed Sanchez *num. 26.* ait hoc non referre: nam dicens, *da mihi mutuum sub usuris*, directè intendit solùm mutuum, usuras verò solùm permissivè. Et hæc sententia est probabilis *res. 8. cit. §. Et tandem.* Eamque existimo cum Mendoza, *sect. 14. §. 176.* procedere, etiamsi usurarius usuras exigit ex vehementi passione avaritiæ: nam avaritia non est ex genere illarum passionum, quæ commovent animum excitatis humoribus, ut tristitia, ira, &c. & cùm sit appetitus diuturnus, illum non vincere, mera malitia est. *Ibid. § Sed quid.*

Petentem mutuum ab usurario.

Aut Sacramenta à malo ministro.

9. Secundò, docet Azorius *tom. 2. lib. 12. c. 17. quæst. 7.* extra necessitatem non esse licitum, petere Sacramenta à Sacerdote existente in peccato mortali, si non est obligatus, aut paratus ad illa ministranda. Esse autem licitum, si sit paratus, vel obligatus, aut contingat necessitas: nam hæc actio potest benè fieri, mundante prius Sacerdote conscientiam suam. Vide etiam Granadum *in 3. p. contr. 3. tractat. 5. disputat. ult. numer. 6. p. 5. tit. 7. res. 4. & p. 10. titul. 11. res. 63*

10. † Sed quid si Sacerdos sit excommunicatus? Respondeo si non est toleratus, & non urget extrema necessitas, non est inducendus ad ministerium Sacramenti. † Si autem sit toleratus, Vasquez *in opus. de char. quæst. 43. art. 8. dub. 4. numer. 42.* nec induci posse existimat sine necessitate, aut majori utilitate: quia existimat excommunicationem prohibere exercitium Sacramentorum etiam tolerato, aliàs existenti in gratia, & invitato ad ministerium. Sed Mendoza probabiliter docet, posse à tali peti Sacramentum, etiam absque ulla causa, quia potest justificari per contritionem, in quo casu excommunicatio illum non impediret ab usu activo Sacramentorum: nam per Concilium Constantien. excommunicatus toleratus invitatus, communicare potest cum fidelibus etiam in Sacramentis; cum enim cõcedatur his libere cum illo communicare, & illum invitare, etiam ad Sacra, utique invitando non peccabunt, nec ille peccabit consentiendo, quia Concilium indirectè favet etiam sibi. Ita ille *sect. 28. §. 249. p. 5. tract. 7. res. 4. §. Sed difficultas*: & iterum infrà *titul. 9. resolut. 133.* Existentem autem in periculo mortis, ait Ochagavia *in 5. p. q. 7. dub. 5. num. 42.* secluso subversionis periculo, non solum posse, sed etiam debere absolutionem petere à malo ministro, dum non est alius; etiamsi esset illum peccaturum in absolvendo, quia præceptum urget, & ille absolvere potest sine peccato *p. 5. tractat. 3. resolut. 58.* quæ doctrina procedit etiam in excommunicato non tolerato, *ibid. tractat. 9. resol. 83. §. Igitur, & P 10. T 11. resol. 64. §. Sed si quis.*

Aut etiam excommunicatio

11. Ex his tertiò inferri potest, an liceat inducere ad jurandum falsum eum, qui putat esse verum, aut si, cum possit benè & malè jurare, timeatur falsò juraturus; aut ad jurandum verum, quod ignorat. De quibus vide V. *Iuramentum à num. 5.*

Et an liceat deponere pe-

12. Quartò, Cajetanus apud Sanchez *in*

cuniam apud usurarium?

in sum. tom. ... lib. 1. c. 7. num. 3. excusat deponentem absque causa pecuniam apud usurarium tali pecunia fœneraturum: quia talis depositio non videtur causa usurarum. Sed ego cum Mendoza *sect. 14. §. 101.* existimo talem graviter peccaturum; quia daret occasionem proximo peccati gravis, non tamen obligarem ad restitutionem, ut Pontius *lib. 5. c. 18. §. 4. numer. 23.* quia non peccaret contra justitiam, *p. 5. tit. 7. resolut. 11.* Qui autem usuras solveret in casu, quo mutuum sub usuris licitè acciperet, non peccaret Vide V. *Peccatum, num. 16.*

Et offerre pecuniam ad redimendam vexationem, in Sacramentis?

13. Quintò, excusatur à peccato scandali offerens pecuniam Sacerdoti nolenti puerum moribundum sine pretio baptizare; nam is petit rem, quæ potest fieri sine peccato, & Sacerdos peccat ex mera malitia. Item ille non vult emere Sacramentum, sed allicere voluntatem iniqui ministri, ne infans pereat absque Baptismo. Immò existimo, talem peccare, si non offerat pecuniam; quia ex hoc sequeretur damnatio infantis, & si offerat, nullum incommodum sequitur, stante opinione probabili, quòd sit licitum. Mendoza *sect. 17. §. 121.* contra D. Thomam *in 4 distinct. 5. quæst. 2. art. 2. quæst. 3. ad 2.* & Sotum *distinct. 15. quæst. 2. ad 2.* Et idem dicendum est circa adultum moribundum pro Sacramentis Pœnitentiæ & Eucharistiæ, *p. 5. tit. 3. resol. 29. & tituli 4. resol. 16.* Immò Mendoza existimat idem dicendum in quacumque gravi necessitate, nam hæc excusat à vitando scandalo Pharisaico. Et sic practicari posse pro adimplendo præcepto annuo Confessionis, vel communionis, pro extrema Unctione in articulo mortis, quoties quis est in mortali, & eo die non est habiturus alium, qui illum absolvat; quia gravissimum malum est, ire cubitum cum peccato mortali. Item, si Sacerdos quem frequentia Sacramentorum & Sacrificio Missæ privaret, si quis aggreditur longum iter, Sacerdotibus cariturus, & quoties obligat præceptum audiendi Sacrum. Sed Suarez *de relig. tom. 1. lib. 4. cap. 12. numer. 13.* id admittit solum in extrema necessitate: & ipse Mendoza non vult harum opinionum primus auctor haberi, *resolut. 16. citat. §. Notandum.*

Petere à mago solutionem maleficii.

14. Sextò excusatur petens à mago solutionem maleficii, qui illud scit solvere licitè, quamvis sciat illicitè soliturum: hoc enim ex sua malitia veniet. Mendoza *sect. 16. §. 205.* contra Caietanum *in opusc. tom. 2. tract. 22. quæst. unica, part. 5. tract. 7. resol. 15.*

Rogare iudicis concubinam, ut se iudici interponat;

15. Septimò, Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 2. numer. 38.* docet, illicitum esse, rogare judicis concubinam, ut ipsum propitium reddat: nam hæc non potest judicem alloqui, quin periculo peccandi se exponat. Sed, si adsit justa causa, nec alia appareat via judicem propitiandi, contrarium teneo cum Mendoza, *sect. 11. §. 143.* nam & judex, & concubina possunt benè agere, quod ego peto, & ex malitia malè agunt, quod ego non intendo, nec vitare teneor cum gravi incommodo, *part. 3. titul 6. resol. 44. §. Ex his, part. 4. tract 4. resolut. 138. part. 5. tract. 7. resolut. 20. & in addit. ad tract. 7. §. Primò*, in fine.

Vendere vinum tabernario fraudulento;

Aut dare ei vendendum?

16. Et tandem, excusatur vendens vinum tabernario vendituro cum fraude, si non inveniatur alius, verbi gratia qui velit emere, &c. quia hæ fraudes procedunt ex mera malitia. Et procedit etiam contra Sanchez *ubi suprà num 37.* si vinum detur tabernario vendendum, pretio justo, & sine fraude, quamvis prævideatur, vendendum cum fraude, dummodo dominus accipiat pretium justum. Merolla *tom. 1. disp. 2. c. 4. coroll. 6. num 304. p 3 tit. 6. res. 44. p. 5. tom. 7. res. 59.* Verum Hurtadus *in 2. 2. disp. 10. diff. 7.* existimat, in utroque hoc casu intervenire injustitiam, in secundo quidem primariam cum onere restitutionis, non restituentem tabernario; in primo verò secundariam absque

absque onere, *p.5. in addit. ad tit.7.§. Nota quartò.*

Quartò excusatur præbens occasionem peccandi PARATO.

17. Quartum caput excusans à peccato scandali præbentem alteri peccandi materiam, est, si proximus supponitur ad peccandum paratus. Ex quo capite excusatur in primis pœnitens, petens absolutionem à malo ministro parato confessiones excipere. Et ratio est, quia supponit illum jam voluntate peccasse. Debet tamen habere intentionem petendi ab eo tale ministerium, quatenus ab eo præberi potest sine peccato. Ledesma, & alii. Si tamen nulla in hoc casu urgeret necessitas, petens non excusaretur à veniali. Sanchez *lib.3.cap.8.num.23.part.4.tit.4 ref 21.p.5.tit.7.ref.4.* & olim *p.3.t.4.ref.59.* & *p.7.t.12.ref.33.*

Vt petens sacramentum à malo ministro parato.

18. Secundò, quamvis probabilior sit sententia Vasquez *opusc. de scand. artic.8.numer.33.* quod petere mutuum sine ulla causa ab usurario parato, sit peccatum mortale; quia absque ulla necessitate vel utilitate offertur proximo occasio peccati gravis: probabile tamen est, esse solum veniale, ut docuit Mendoza *sect.14.§.176.* & 177. etiamsi avarus petat usuras ex vehementi passione avaritiæ ut supra diximus *n.8.p.5.t.7.ref.8.*

Mutuum à parato usurario.

19. Tertiò, quamvis similiter probabilius sit, non licere invitare ad cœnam paratum jejunium frangere: probabile tamen etiam est, licere; dummodo ipse intelligat invitare sub conditione, quòd velit cænare, ut dictum est V. *Ieiunium, num.38.* ubi habes, quid dicendum sit de cauponibus.

Offerre cænam parato ieiunium frangere, &c.

20. Ex hoc etiam capite excusantur cooperantes peccato alterius materiali, qui paratus est illud committere, & illis cessantibus, alios cooperatores inveniet, ut dictum est V. *peccato cooperari.*

FOEMINA tenetur abstinere ab eundo in tale templum, prospiciendo

21. Ab his autem, quæ soli agimus, & proximus ex infirmitate scandalizatur, tenemur aliquando abstinere, etiam si sint licita, v. gr. fœmina habet jus audiendi Sacrum in hoc, & illo templo; transeundi per hunc & illum vicum; prospiciendi per fenestram, &c. si timet, se in hoc vico, aut templo, aut sub hac fenestra, expectari ab aliquo, qui illam prospiciens, arripiet occasionem ruinæ, & potest commodè ire in aliud templum, transire per alium vicum, non exire ad fenestram, tenetur hoc facere: quia tenemur vitare peccatum proximi, quando possumus absque magno incommodo. Palaus *tom.1. tract.6.disput.6.punct.7.resolutione 31.§. Sed ego.* *per fenestram, &c.*

22. Si verò adesset magnum incommodum, fœmina non teneretur à talibus actibus abstinere; quia se habet valdè remotam & per accidens ad lapsum alterius: quod proindè est potius scandalum acceptum, quàm datum. Mendoza *sect.31.§.404. ibid.* Propter quod Granado *contr. 3.tit.13.disp.5. sect 5.num.31.* docet, non teneri mulierem ornamenta licita & suo statui convenientia in eundem finem respuere. Teneri tamen respuere ornatus valdè nimios sub mortali, non solùm si sciat se ab aliquo in specie concupiscendam, sed etiam si credat se fore alicui indeterminatè lapsus occasionem, quia talis ornatus est illicitus, & ad illum fœmina non habet jus. Nihilominus Laym. *lib.2.tit.3.c.13.numer.11. quæst.13.* Putat, nimium ornatum, seclusò malo fine, non excedere culpam venialem, quia secundùm se non est malus, nec prohibitus; & Mendoza *sect.24.§.299.* non esse peccatum scandali, si mulier vult se ornare & comere cum peccato veniali ostentationis inanis; quia scandalum in tali casu non procedit ab illa intentione, sed à substantia ornatus, à qua mulier non præcipitur abstinere, *p.5. titul.7. resol.31.* *Ad vitandū proximi lapsum.* *Si non sit illi magnum incommodum.* *Nam nec tenetur respuere in hūc finē ornamenta congrua suo statui.*

23. Similiter ait Mendoza *sect.28.§.319.* non teneri mulierem abstinere à choreis licitis ob dubium, ne aliquis illam sit concupitura. Si autem id sciat, aut probabiliter timeat, & sine incommodo possit teneri abstinere; præsertim si ille peccat ex subita passione *p.5. tit.7.ref.25.* *Vel à choreis licitis abstinere.*

24. Si

An propter scandalum aliorum teneatur quis licitam bonorum acquisitionem prætermittere.

24. Si proximus occasionem peccandi susceperus prævideatur, nobis justæ bonorum temporalium acquisitioni incumbentibus, Lorca in 2.2. *q.* 43. *artic.* 8. *num.* 11. debere, inquit, nos illam differre, quousque assignetur illi ratio justitiæ, & doceatur nos malè non agere: ar si reddita ratione, non vincitur, illius scandalum non debere nos ad magnæ utilitatis jacturam urgere, quidquid asserat Caietanus. Ex quibus Suarez *disp.* 10. *sect.* 3. *numer.* 10. observat, excusari Pontificem simulantem, aut connivantem, quando Princeps sæcularis bona temporalia Ecclesiæ usurpat, dum id sine maiori scandalo aut damno impedire non potest. Non tamen excusari Episcopos, &c. qui non habent dominium rerum, sed teneri sub mortali se opponere, & scandalum pharisaicum contemnere. *p.* 5. *t.* 7. *res.* 24.

Abstinere ab operibus bonis de consilio.

25. Ab operibus spiritualibus consilii, Sancius disp. 37. num. 10. ait non esse abstinendum ob scandalum ex malitia ob scandalū exinfirmitate abstinēdū esse semel, aut iterum, & in specie, ingressum Religionis eius, cuius cōservatio pōtinet aliquos in officio nè peccent, differendum esse ait Valentia *t.* 3. *disp.* 3. *quæst* 18. *punct.* 4. non tamen perpetuò ab eo abstinendum, nisi forte timeretur aliquod magnum scandalum totius communitatis v. gr. in fide, in quo casu bonum commune præferendum foret particulari nō necessario. Probationem Parentum in tali casu obligare solùm ad dilationem, non ad retrocessionem omnimodam, ait Malderus in 2.2. *q.* 43. *art.* 7. *p.* 5. *t.* 7. *res.* 23.

Aut de præcepto.

26. Cæterum, opera præcepta, ob aliorum scandalum nunquam omittenda esse docuit Vasquez *epusc. de scand art.* 8. *dub* 1. *num.* tum quia ita habetur in c. *cum ex iniuncto, de novi operis nunciatione* ibi: *Illa opera, quæ sine peccato mortali omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda: neque ea debent pro vitando scandalo committi quæ sine peccato mortali committi non possunt.* tum etiam, quia unusquisque tenetur vitare magis proprium, quàm alienum peccatum. Quod si dicas, præceptum de vitando scandalo esse naturale, ac proindè magis obligare, quàm præceptum Ecclesiasticum, v. g. audiendi Sacrum: Respondet, negando consequentiam: nam tunc præceptum naturale magis obligat, quam positivum, quando utrumque primariò refertur ad vitandum peccatum proprium: alioqui enim positivum relatum ad cavendum peccatum proprium magis obligare quàm naturale relatum ad cavendum alienum.

Sed Mendoza sectione 20. à §. 256 existimat, ad vitandum scandalum ex infirmitate omitti debere omne illud præceptum positivum, ex cuius omissione nullum aliud erga proximum sequitur inconveniens, quia Deus misericordiam vult & non sacrificium. Advertit tamen, occasiones scandali ex infirmitate accidere per aliquod breve tempus: unde si diu durent, videri habere plus malitiæ, quàm infirmitatis; & ideo non propterea prætermittendum esse opus præscriptum. Itaque fœminam, quæ prospecta occasionem daret concupiscentiæ, teneri à Sacro abstinere semel aut iterum; at verò, si aliter in concupiscendo sit diuturnus, non teneri abstinere à Sacro: sed potius ei interesse. *p.* 5. *t.* 7. *res.* 21. Ego verò ad vitandos scrupulos, dico cum Granado *num.* 28. nec semel fœminam in tali casu teneri à Sacro abstinere: quia quilibet habet jus faciendi bonum, præsertim obligatorium; quod proindè non tenetur prætermittere ad vitandam culpam alterius, quod etiam docet Vasquez *vbi sup.* & omnes DD. primæ sententiæ. *p.* 5. *t.* 7. *res.* 22.

SECRETUM.

SECRETUM servandum est de Jure naturæ.

1. † AGimus de secreto naturali, nam de Sacramentali infrà V. *Sigillum.* Dicitur autem secretum, quod paucis est notum. Et lege naturæ obligamur non revelare secretum proximi, nisi ob publicum bonum, ut in casu

hæresis, & similibus, juxta dicta V. *Denunciare, num.* 3. †. Vnde è contra, si secretum concernat bonum publicum, teneßur illud servare etiam cum periculo mortis ; quia naturalis ratio sic dictat, unde miles Hispanus à Gallis captus, ver. gra. non posset ex metu mortis revelare secretum sui exercitus, conducens ad conservationem ipsius. Si autem concernat bonum particulare, tunc qui sine fraude illud habuit, ad vitandum grave damnum, verb. grat. torturam, potest illud detegere : nam si non teneor servare secretum in damnum proximi, multò minus tenebor servare in damnum meum, & depositum non debet servari cum tanto incommodo. Fagundez *in decal. tomo.* 2. *libro* 8 *cap.* 6. *num* 21. & alii apud ipsum. *p.* 6. *tract.* 6. *resolu.* 10. An secretum proximi liceat committere uni, vel duobus taciturnis, Vide Verbo *Detractio.*

Et si concernat bonum publicum, etiam cum periculo vitæ.

Secus, si particulare.

2. Litteras alienas aperire invito domino, regulariter est mortale. Aliquando autem licet, ut jure belli, justæ defensionis contra inimicum insidias molientem, si sit suspicio, quòd aliquid contineant contra bonum publicum : & denique, si in aliqua Regione sit statutum, aut consuetudo, quod Prælatus aperiat litteras Religiosorum, Vide Peyrinum *tomo* 1. *quæst.* 2. *c.* 1. §. 13. *p.* 3. *t.* 6. *res.* 55.

Aperire litteras alienas regulariter est mortale.

3. Porrò litteras, & projectas potest quis colligere, & legere absque peccato, ut contra Rebellum *part.* 2. *tr* 9. *q.* 7. *numero* 9. tenet Layman *l.* 3. *sect.* 5. *tr.* 3. *p.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. qui benè advertit, talem teneri non revelare secretum in ipsis inventum, si in alicujus perniciem cederet. *Ibid.* §. *Sed difficultas.*

Non tamen colligè & legere lacerata, & projectas.

SEPVLTVRA, in loco sacro.

SEPVLTVRA *in loco sacro debetur*

1 † SEpultura in loco sacro conceditur omni Christiano decedenti [illegible]que excommunicatione, interdicto, aut crimine manifesto †

2. Infans baptizatus Baptismo dubio, ex quocumque capite oriatur dubium, rebaptizandus (si supervixisset) sub conditione, sepelri deberet in loco sacro. Homobonus *volumine* 2. *parte* 7. *resolutio.* 67. *part.* 4. *tr.* 3. *resolut* 69. Vnde in loco sacro sepeliri debet baptizatus in pelle secundina. *Ibidem & par.* 6. *tract.* 3. *resolution.* 112. aut in umbilico, per quem sugebat à matre alimentum, ut ait Marchantius *tractat. de bapt. c.* 1. *q.* 1. *cas.* 2. *p.* 5. *cit. resol.* 15.

Post Baptismum, etiam dubium.

3. Si quis moritur excommunicatus toleratus, secundùm Raynaudum *p.* 2. *c.* 3. *num.* 7. privari debet sepultura Ecclesiastica, posito quod sit publicus, quia in extravagan. *ad evitanda* nullus ipsi favor intenditur fieri : sepultura autem Ecclesiastica est magnum bonum, & in *c. Sacris, & Clemen.* 1. *de sepult.* excommunicatis omnibus interdicitur. Ego verò cum Suarez *de censur. disput.* 12. *sectio.* 4. *num.* 5. id verum puto solùm de non toleratis : nam dicta prohibitio non refertur ad mortuos, sed ad vivos sepelientes : ne cum excommunicato communicent, quod cum in ordine ad toleratum per dictam extravagantiam permissum sit, nihil obstat, quominus in loco sacro sepeliri possit, *p.* 5. *tr* 3 *res.* 140. *& tract.* 9. *resol* 97. *&* 98 §. *Non desinant.* Potest etiam excommunicatus defunctus ab habente potestatem absolvi, & in loco sacro sepeliri, si non est mortuus in claro peccato mortali, ait Fernandez *part.* 1. *documen. & ciume.* 5. Villalobos verò *tom.* 1. *tract.* 16. *diff.* 20. *num.* 10. requirit aliquod signum contritionis. *p.* 3. *tract.* 9. *resol.* 24. Quod si exhibeat interdictus, posse etiam post mortem absolvi in eundem finem, ait Bonacina *de censur. disput.* 3. *punct.* 5. *num.* 11. Sed hunc Cornejo non indigere absolutione, inquit *in* 3. *p. tr.* 5. *disp.* 2. §. 4. *q.* 2. nam eo ipso, quod discessit pœnitens, mansit absolutus à jure ; ad hunc enim effectum interdictum impositum fuerat cum clausula, *nisi pœnituerit. c. p. tr.* 10 *res.* 74.

Nisi quis sit excommunicatus denunciatus.

4. Qui autem excommunicatum denunciatum in loco sacro sepelirent, incurrerent excommunicationem *Clement* 1. *de se-*

Quem qui sepelirent in loco sacro,

excommunicationem incurrerent.

2. *de sepult.* ubi habetur: *Qui propriæte meritatis audacia in cœmeteriis excommunicatos publicè, aut nominatim sepelire præsumunt, &c. nullatenus absolvantur.* & Quibus verbis, licèt in rigore comprehendantur ii solùm qui propriis manibus cadaver sepeliunt, ut ait Caietanus *v excommunicatio cap.* 46. tamen ex consueto usu comprehenduntur etiam mandantes sepelire, juxta cap. *mulieres, § illis verò, de sent excom.* ibi *cum is committat vere, cujus auctoritate vel mandato delictum committi probatur*, & alioqui talis censura esset frustratoria. Ita Suarez. *dist* 12 *sect.* 4. *num.* 10 Et in particulari ait Megalius *in* 3. *p lib.* 2. *c* 6. *quæst.* 1. *num* 15. excommunicari hæredes, & consanguineos qui faciunt sepelire; item, Rectores & Clericos Ecclesiæ in qua sepelitur, quamvis propriis manibus non sepeliant; nam in c. *adhæc, de prov.* hospitalarii dicuntur sepelisse, nec est verisimile, eos sepelisse propriis manibus. Alii verè non comprehenduntur, dum solùm cooperantur remotè, aut negativè, non impediendo, &c. nisi favor tantus esset, ut jure dicerentur auctores. Vide etiam Fabium *in* 4. *dist.* 25. *quæst* 1. *disp.* 4. *num.* 188. ubi putat, excommunicari etiam comitantes, cantantes, deferentes crucem, fodientes sepulturam, & similes. *p.* 5. *t.* 9. *res.* 89.

Et nisi in peccato mortali manifesto decedat.

5. In publico peccato mortali decedentes, & ideò extra locum sacrum sepeliendos, ait Martantius *tr.* 5. *de morib, c.* 3. *q* 2. meretrices, concubinarios, usurarios, & qui flagranti delicto occiduntur; nisi quis attestetur, eos signa pœnitentiæ dedisse. At Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 76 *sect.* 5 § 21. ait, non esse peccatum sepelire quemlibet peccatorem publicum, & secluſa excommunicatione, etiam hæreticum, morientem absque signis doloris: quia potuit salvari per conversionem occultam &c. 2. *de usur. in* 6. sepultura sacra permitteitur usurario post restitutionem, nec exigitur pœnitencia externa *p.* 5. *t* 3. *resol.* 99. ‡ Sed Vide *V. Sigillum nostrum, 50.* ‡

Vt si laqueo suspensus, vel in puteum demersus inveniatur.

6. Qui reperiretur laqueo suspensus vel demersus in puteum, non deberet sepeliri in loco sacro, quia præsumere tur seipsum interemisse. At Villalobos *tom.* 2 *tract.* 31. *diff.* 3. *num.* 4. requirit alias conjecturas; nam esse potest quòd ab alio suspensus fuerit, vel demersus, cum præsertim semetipsum occidere naturæ adeò repugner. *p.* 5. *t.* 3. *res.* 100. Et sanè si puella in defensionem pudicitiæ ex ignorantia se mactasset, in loco sacro sepeliri deberet, ut diximus V. *Ignorantia n* 6. *p.* 7 *t* 7. *res.* 47.

Vel si non confessus in Pascha decedat sine Confessione aut dolore.

7. Privari quoque deberet sepultura secundum Villalobos *n* 5. decedens absque Confessione, & signo doloris, quem certò constaret non esse confessum & communicatum in Paschate. Advertit tamen, id non facilè sciri posse: quia potest contingere, ut confessus cum Religioso, prohibitus fuerit communicare. Quandonam usurarius publicus Ecclesiastica sepultura privandus sit, vide Vgolin. *de usur. c.* 24. §. 4. *p.* 8. *t.* 3. *res* 100.

Vel si Religiosus decedat proprietarius.

8. Privandus item foret Ecclesiastica sepultura Religiosus moriens proprietarius, cap *super quodam, de statu monach.* At non propterea proprietarius mori censendus est, quod inveniatur mortuus in cella cum marsupio denariorum Vide V. *Paupert. n.* 7. *vers. Pater. tertio* quando tamen non constat, non debet privari *p.* 9. *t* 8. *res.* 1. § *Notandum.*

Aut denique quis moriatur in duello.

9 Et tandem, stante Tridentino & Bullis Pontificum, privari debet sepultura Ecclesiastica, qui moritur in duello. Minimè verò, qui in duello vulneratus decedit postea extra locum duelli, ut contra Peregrinum Sancius & alii, & novissimè Mendoz. §. 178 *p.* 2 *tract* 6. *resol.* 52 *part* 4 *tract.* 4. *resolut* 192 §. *Verum & part* 5 *tractat.* 3. *resolut.* 99. § *Notandum, &* 141. & non incurrunt in censuram sepelientes mortuum in Duello, quando non est publicum, & notorium, sed solum apud aliquos, tamen res prius deduci debet ad Episcopum, vel ad eius Vicarium. Dian. *part.* 8. *tractat.* 11. *resol.* 34.

Publicus duellans non potest sepeliri in Ecclesia.

Etiam post duellum cū signis contritionis.

10. Si autem moriatur in ipso loco duelli, etiam post duellum, & cum signis contritionis, non potest sepeliri in loco sacro. Sic docet Sanc *disp. 36. n 9.* & determinatur in Rituali Romano Pauli V. *rubr. de exequ.* quod etiam determinatum fuerat *in c. 1. de torneam.* de iis, qui hoc modo moriuntur in torneamentis, quorum usus non est usu duelli detestabilior. Sed Portell. *in resp. p. 3. cas. 10. n 3* contendit, sepeliri posse, & interpretatur Concilium, quasi illud *in duello* idem significet, quod *in ipso conflictu*, quatenus qui sic moritur, decedat in claro peccato mortali, quod non contingit in eo, qui moritur post conflictū cum signis contritionis; leges enim pœnales ampliari non debent *p. 4, t. 4. resol. 192.*

Sepeliens mortuum in duello non est excommunicatus.

11. Quæres; An sepelientes mortuum in Duello sint excommunicati? Baunius *in Theolog. Moral. disp. 3. tract. 2. quæst 19.* negativè respondet, quia duello non nusquam locorum reperitur hæc excommunicatio. Cujus sententiam sequitur etiam Castrus Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 7. num. 21. p 7. t. 11. resol. 44.*

Quid de interdicto personali.

12. In interdicto personali speciali persona interdicta non potest gaudere sepultura Ecclesiastica, *cap. si civitas, de sentent. excommunic.* In generali similiter ait Fab. *in 4. d 23. quæst. 1. disp. 5 c. 2. num. 56* nam hoc interdum est denunciatum communicati, & alioqui interdicti possent quoque communicare in divinis officiis, & omnibus Sacramentis, quod est contra essentiam interdicti. Sed Suarez quem secutus est Cornejo *de interd. disp. 3. § 5 quæst. 2* contrarium tenet: nam extravag. *ad evitanda* requirit quòd persona sit nominatim denunciata, denunciatio autem communitatis est remota respectu cuiuslibet particularis *part. 5 tom 10. re. 66.*

An locali?

13 Petes: An in interdicto locali habentes privilegium assistendi divinis Officiis, censeantur habere privilegium sepulturæ? Et quid, si quis moriatur in festis Paschæ, Pentecostes, & similibus, in quibus licet unicuique sacris Officiis interesse? Cornejo § 4 *q* 1 negativè in utroque casu respondet: quia privari sepultura Ecclesiastica, & interdici à divinis Officiis, sunt duo distincti effectus interdicti, quorum neuter includitur, vel dependet ab alio, *c Episcop de privil. & c si sent. de sent. excom. in 6.* Sot *in 4 d 21 q. 3 a. 1. post 4. concl.* & alii utrumque affirmant, quia sepultura sacra prohibetur propter duo, id est propter divinum Officium adnexum, & propter dependentiam Ordine sacro ratione consecrationis Ecclesiæ: nec enim in loco sacro sine divino Officio, nec extra locum sacrum cum divino officio dari potest. Ergo, cui non interdicuntur divina Officia, nec sacra sepultura carere debet *p. 5 tr. 10. resolut. 67.*

Ambo opiniones probabiles.

14. Hospes Regularium si moriatur in monasterio an possint Regulares illum sepelire absque præsentia Parochi, in eorum Ecclesia vel Parochiali? ambo opiniones sunt probabiles, Dian. *p 9. t. 7. r. 62.* Sed si in monasterio Monialium obierit fœmina sæcularis, quæ vult sepeliri extra monasterium, functio pertinet ad confessarium monasterii; circa puellas educandas utraque opinio est probabilis. *Ibid. §. Sed hic obiter.* Novitius moriens in domo consanguineorum, non tenetur ad quartam funeralium, cum monasterium sit vera domus. *Ibid. in fine.*

Fœmina sæcularis potest sepeliri extra monasterium cum confessario ejusdē.

S E P V L T V R A M

Eligere.

Sepulturam eligere est restari.

1. † Sepulturam eligere potest, quicunque testari potest †. est enim electio sepulturæ quædam species testamenti, & cum agatur de præiudicio Ecclesiæ parochialis (nam sepulturam non eligens, sepeliri debet in Ecclesia Parochiali, ut dicemus infra) requirit duos, aut tres testes, sicut quælibet dispositio ad pias causas, ex *c. cum esses, de test.* Sic Lavorius *tit. 2. c. 11. n. 18.* qui addit, sufficere codicillum.

Et requirit duos testes.

lum invalidum, scripturam manu propria signatam, & testes singulares singularitate administrativa, & Molfesius *to. 2. t. 13. c. 8. n. 32* ait, sufficere dictum Confessarij, quod Lavorius testatur practicari in Curia Archiep. Neapolit. *p. 5. t. 3. ref. 106.*

Et demandari potest.

2 † Potest quoque electio sepulturæ alteri demandari. Sed tunc fieri debet eo vivente, ait Lapus *in c. 1. de sepult. in 6.* aliàs sepeliendus erit in Ecclesia parochiali, quia talis commissio expirat morte mandantis, & sic servari debet. apoli, testatur Genuen. *c. 61. n. 2.* Guttierez verò *de sacr. conf. p. 2. c. 4.* existimat fieri etiam posse post mortem *p. 5. t. 3. resol. 105.*

Impuberi eligere potest pater. Non tamen puberi. Nec frater, fratri, &c.

3. Sepulturam impuberum eligere potest eorum pater, ipsis tamen viventibus ait sacra Congregatio *in una Faglin. 27. Octobr. 1587 p. 5 to 3 resol. 107.* Nec pater filio puberi, nec avus nepoti, nec frater fratri, nec tutor pupillo, sepulturam eligere potest. Belett. *p. 1. de cler. debit. § 3. n. 18.* Nec amicus amico. Riccius *p. 1. ref. 567. n. 1.* nisi contraria existeret consuetudo Gratian. *l. 1. c. 94. ibid ref. 108.*

4. Novitij possunt sepulturam eligere secundùm Villalobos. Vide V. *Novitius n. 8* Non autem professi. Vide *n. 9*

Servis quis eligat.

5. Servi puberes possunt eligere sepulturam, impuberes secus. Sed quid si non eligit sepulturam; Tunc Dominus potest eligere; si neque is elegerit, sepeliendus est in sepultura Parochiæ, in qua Dominus domicilium habet. Pro servo impubere Dominus potest eligere sepulturam, & hæc omnia ex Vbaldo docet Lavorius *elucubr. var. tit. 2. c. 11. num. 46.* qui etiam *c. 16. nu. 19.* notat, quod Dominus tenetur facere expensas circa funus servi, *p. 7. t. 7. ref. 74.*

Clerici, & Religiosi suadentes promittere, quod qui sepelietur in jus Ecclesiis, &c. excommunicantur.

6. Porrò Religiosi vel Clerici suadentes alicui jurare, vovere, aut promittere, quod apud eorum Ecclesias sepelietur, vel mutabit sepulturam jam alibi electam, peccant mortaliter, & incurrunt excom. Bonif. VIII *apud comp.* V. *Sepelire § 6.* & nihilominùs talis in dictis Ecclesiis sepeliri non potest. Portell. V. *Sepult. num. 3.* Quæ tamen non procedunt, si suadeatur sepultura in Ecclesia aliena. Tolet. *tib. 1. c. 36. n. 5. p. 5. tr. 3. resol. 101.*

SEPVLTVRAM Non Eligens.

Morientes absque electione sepulturæ sibi sepeliri debent in sepulchro majorum suorum

1. IMpuberes sepulturam eligendi facultate carentes, si moriantur, antequam patres sibi illam elegerint, juxta dicta *num. 3.* sepeliri debent in sepultura majorum suorum. Sacra Congregatio Episcop. & Regul. in una Asculana 21. Octobr. 1616. *part. 5. tractat. 3, resolut. 107,* in fine. Idem puberibus dicendum est contra Lapum *allegat. 59.* si mortui fuerint absque electione sepulturæ. Villalobos *tom. 2. tractat. 31. different. 2. numero 4.* Sed quid, si majores in variis locis sepulti sint? Respondet Villalobos, si pater & avus sint in eodem loco, ibi sepeliendos; quia jus sepulturæ est sicut jus domicilii, & unusquisque consequitur domicilium patris, vel avi, horum præterea consanguinitas est major, & consequenter affectio. Si autem pater in uno loco, & reliqui majores in alio sepulti sint, his consepeliri debere, secundum Sylvestrum, qui id colligit ex quibusdam testibus. Et tandem, si omnes majores dispersi sint, sepeliendum in Parochia; quia non habet sepulturam majorum. *p. 5. tractat. 3. resolutione 108.* Vxor sepulturam non eligens sepeliri debet in sepulchro viri, & si plures viros habuit, in sepulchro ultimi, *cap. is, qui §. mulier, de sepult. in 6.* inque illud transferri debet, si in aliena Parochia moriatur. Molfes. *tom 2. tr. 13. c. 8. n. 22. ibid. §. Notandum.*

Et si non habent, in Parochia, Vxor sepeliri debet in sepulchro viri ultimi.

Canonicus in Cathedrali.

7. Canonicus Cathedralis non eligens sepulturam, sepeliri debet in Cathedrali, ait Bonacin *de contr. act. p. 3. q. 21. punct. 3. § 6. n. 10* quia hæc est ejus Parochia Iulius Clar. *tit. 2. cap. 11. num. 62.* tractat hanc quæstionem ad partes. Vide etiam Lapum *al. 53. n. 4. p. 5. t. 3. resp. 111.*

Novitius in Monasterio novitiatus.

8. Novitius, sepulturam non eligens, se eligi debet in monasterio novitiatus, ait Villalobos *num.* 13. stante consuetudine, quam Rodriquez ait esse conformem privilegiis Religionum Idque etiamsi moriatur in domo paterna cum habitu, & licentia Prælati; quamvis de jure sepeliri debet in sepulchro majorum, & in defectu in Parochia Nota etiam cum Portell. V. *Sepulturam num.* 2. quod Religiosi sepelire possunt in Ecclesia propria, laicos familiares morientes intra claustra *p.* 5. *tr.* 3. *resolut* 109. Circa Tertiarias, videantur declarationes Sacræ Congregationis apud Lavorium *tit.* 2. *c.* 11. *num.* 102 & 103. *p.* 6. *tr.* 8. *res.* 30. § *Circa.*

Et Religiosi professi in propriis Monasteriis.

9. Religiosi autem professi, quia sepulturæ electionem non habent, in propriis monasteriis sepeliri debent, *c. ult. de sepult. in* 6 & ad ea deferri, si extra claustra decedant, Parochis inconsultis. Sacra Congreg. apud Peyrin. *tom.* 2. *const.* 7. *Pii V. num.* 13. Si autem à monasterio valde remoto diem obirent, possent eligere sepulturam, & non eligentes deberent sepeliri in Parochia viciniori, instar peregrinorum Quod etiam procedere ait Sanchez, si adesset Monasterium Ordinis, in quo non residebat, & tunc Monasterium teneri Parochiæ solvere expensas. Et hæc omnia docet Barb. *de off. Par. c.* 26. *n.* 30. *p.* 5. *t.* 3. *r.* 110

Nisi loco valde remoto diem obirent.

Vbi sepeliendi sint peregrini sepulturam non eligentes. Vide V. *Pereg. num.* 4.

SERVUS.

Servitus quo iure introducta.

1. SErvitus, cum naturæ sit contraria jure gentium inducta est, jure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur, ut loquitur Iustinianus *lib.* 1. *Institut. Titul.* 2. § 2. *ad finem*, & Vlpianus *in leg. manumissiones ff. de Iust. & iur. p.* 7. *tr.* 7. *res.* 1.

Quid sit

2. Servitus autem; ut eam definit Iustinianus *libr.* 1. *Institut. titul.* 3 § 2. est constitutio juris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subjicitur. *Ibid. res* 2.

Servi, & mancipia unde dicti

3. Idem Iustinianus *cit.* § 3. docet servos ex eo appellatos, quod Imperatores, seu belli duces captivos vendere, ac per hoc servare, non occidere solent. Dicuntur autem mancipia, quia manu à victoribus capiuntur. *part.* 7. *tr.* 7. *resol.* 3.

Servi fiunt iure belli, exceptis Christianis captis à Christianis

4 Pluribus porrò modis quis efficitur servus. Primò, cum quis in bello justo capitur, jure namque gentium mancipium fit capientium morte in perpetuum servitutem commutata Excipitur tamen, quando Christiani à Christianis bello justo capiuntur; consuetudo quippe præscripta, atque adeò jus est inter Christianos, ut servituti non subjiciantur. *p.* 11 *tr.* 3 *r.* 1. Si tamen Christiani ab infidelibus bello justo ex parte fidelium caperentur, verè essent illorum mancipia: eo quod ius gentium omnibus sit commune, istaque esset mortis commutatio, quam infideles iustè Christianis ita captis, inferre possent, in perpetuam servitutem. Huic titulo annectere possumus, quod innocentes, qui partes sunt Reipublicæ, adversus quam justum bellum geritur, quales sunt infantes, & alii, capiuntur. Licet enim licite interfici non possint, jure tamen belli, ac gentium fiunt mancipia capientium. Christiani tamen, qui bellum justum jam Christianis gerunt, Christianos bello captos detinere possunt, non ut servos, sed ut ab illis redimendos detineantur, sint tuti, maximè si sint duces strenui, è quorum libertate ingentia damna, atque non vulgaria timeantur: & divites, ut pecuniam aliquam justam, & moderatam pro eorum libertate, & demissione accipiant. Ita Fagundez *de just. lib.* 2, *c.* 1. *n.* 4. *p.* 7. *t.* 7. *resol.* 5.

Ratione delicti.

5. Secundò potest quis in servitutem alterius redigi in pœnam delicti, sive condemnatione Iudicis, quia sicut potest quis juste puniri morte, ita etiam servitute, sive lege aliqua. Hinc Christiani deferentes arma, vel alia prohibita ad Saracenos, possunt ab aliis Chri-

Christianis eos capientibus, in servitutem redigi, ut constat *ex cap. ita quorundam, de Iudæis, & Saracenis.* Fœminæ item, quæ contraxerint cum initiatis ordinibus sacris, possunt à Principe servituti subjici, si illi admoniti à suis Prælatis non destiterint *ex cap. eos qui dist. 32.* Item in Concilio Toletano 9. *c cum multæ 15. quæst* 8. sancitum est, ut filii, qui ex nefario matrimonio cum initiatis ordinibus sacris fuerint susceptí, non solum excludantur omninò ab hæreditate parentum, sed etiam servi sint in perpetuum ejus Ecclesiæ, ad quam initiatus ille pertinuit.

Item libertus, qui in eum se graviter ingratum exhibuerit, qui sua sponte illum manumisit, in pœnam delicti redigitur in servitutem, *leg. si manumissus, C. de liber. & eor. liberis.* Præterea si raptor cum rapta ad Ecclesiam confugerit, constiterit que raptam violentiam pertulisse, raptor servituti subjiciatur, at se redimendi liberam habet facultatem. Si verò puella raptori consentiat, illaque patrem habeat, raptor patri similí satisfactione teneatur, *c. de raptoribus, 36. q. 1.* & hæc omnia docet Fagund *cit. n. 7. ibid. resp. 6.*

Titulo venditionis, & conditiones ad eam requisitæ.

6. Tertiò servitus contrahitur etiam venditione, qua quis ex libero fit ex sua voluntate servus, quod quilibet liber potest ex natura rei valide efficere, quia non minus est dominus suæ libertatis, ideft suarum operarum, quam honoris, & famæ, & pecuniæ: ut tamen licite fiat, requiritur 1. qua rationabilis causa, alias esset prodigus, & profusor libertatis, quæ præstantior est bonis fortunæ, honoris, & famæ. Vt tamen venditio libertatis valide fiat, plures conditiones requiruntur jure Cæsareo; *leg. 4. ff. quibus ad libertatem;* & jure Canellæ; *leg. 1. tit 21 part. 4.* Prima, ut quis non seipsum immediatè vendat, sed per alterum. Secundò. Vt qui patitur se vendi, sit maior viginti quinque annorum. Tertiò. Vt intendat esse particeps pretij, & quod re ipsa sit particeps illius. Quartò. Vt emptor credat illum esse servum. Quinto. Vt qui venditur, sciat se esse liberum ante venditionem. Sextò. Vt eum vendens sciat esse liberum. Concurrentibus igitur simul his sex conditionibus valida esset venditio, & usque adeo ille servus mentis efficitur, ut esto ei posteà pretium justum pro illo offeratur, non teneatur eum manumittere. Quod si quacunque de causa illum manumittat, manet ille non ingenuus, ut antea erat, sed libertinus, quacunque autem illarum sex conditione deficiente, (quamvis Trullench *in Decal. tom. 2. libr. 6. 7. c. 2. dub. 8. num. 6.* cum aliis dicant, sextam non esse necessariam:) venditio est nulla, conceditur que vendito proclamatio ad libertatem, quæ omnia procedunt solùm in illis locis, & personis, in quibus ius Cæsareum vim habet. Si quis enim emat servum, ubi ius Cæsareum non viget, vel aliquem, qui eidem juri non subiaceat, validus erit contractus, sine illis conditionibus. Ita Doctores communiter, & præcipue Caspensis *in Cursu Theolog. t. 2. tr. 18 disp. 5. sect. 1. n. 3. & 4. p. 7 t. 7. res. 7.*

7. Quæres an liceat emere eum, qui se egestatis causa vendit? nam ad gravem vel extremam inopiam redacto gratis, & liberaliter lege Charitatis cogimur subvenire. Affirmat Navarr. *in Man cap 23. nu. 65.* Sed certè distinguendum est: aut is, qui indiget, nihil hic, aut alibi habet, aut secus. Rursus, aut nihil nunc habet, aut revera habebit postea. Si igitur ita simpliciter indiget, ut nihil alibi habeat, nec posteà sit habiturus, liberaliter est eius egestas sublevanda, non pretio libertas emenda: Si autem alibi habeat, aut posteà habiturus, licet nobis, vel mutuum aliquid dare, vel ejus operas mercede conducere, vel pretio libertatem eius emendo redimere. Pari ratione cuique licet seipsum vendere causa egestatis, qua parens laborat; item ut Principem pretio redimat. Et hæc docet Azorius *p. 2. lib. 2. cap. 3. q. 2. ibid. §. Sed curiosa,* in fine.

Vendens seipsum egestatis causa, quando emi possit.

8. Quæres secundò an sit licita emptio mancipiorum fieri solita ab aliquibus.

Emptio mancipiorum in

Angola, &c. an licita.

quibus in Angola, Guinea, & viridi Promontorio? Affirmant Molina, Caspensis, & Facundez *in Decal. tom. 2. lib. 7. c. 12. n. 15.* At illam tanquam illicitam damnat Mercado *de contract. lib. 5. cap. 15.* & alii. Sed quando casus in facti contingentia occurrerit, ne deseras recognoscere Sanchez *in opusc. to. 1. lib. 1. c. 1. dub. 4. n. 10. & sequen.* cum Trullench *in Decalogum to. 2. lib. 12. dub. 8. n. 10. p. 7. t 7. res. 70.*

Servus quis efficitur conditione nativitatis.

9. Quartò efficitur quis servus ratione Nativitatis. Qui namque nascitur ex matre ancilla, sive Pater liber sit, sive non, sive nascatur ex matrimonio legitimo, sive ex copula fornicaria, est servus; quia partus sequitur ventrem *l. partum Cod. de rei vendicat. §. pen. Instit. de iure personarum*, & alibi. Si tamen mater, vel quando concepit, vel tempore partus, vel intermedio tempore libera sit, proles nascitur libera eo quod in favorem libertatis partus sequatur ventrem pro quocunque tempore liber fuerit, dum fœtus intra illum contineretur *§. Sed, & si quis, Instit. de Ingenuis.* Vbi tamen id in favorem libertatis constitutum non esset, natura rei potius postulat, ut solùm tempus partus spectetur, standumque esset juri, aut consuetudini ejus loci. Si item quoad alia esset alicubi aliud peculiare jus, aut consuetudo, nempè ut proles sequeretur patrem, vel ut ad illius servitutem necessarium esset utrumque parentem esse servum, vel aliud simile, standum esset illi juri, aut consuetudini, ut *ex c. licet de conjugio servorum*, colligitur, & docet eo loco Panormit. Sed omnia supradicta procedunt de jure civili: nam de jure naturæ contrarium dicendum esse putat Hurtad. *de just. disp. 1. difficult. 11.* quem ne deseras videre, & etiam Lugo *de iust. to. 1. d. 6. sect. 2. n. 15. & seq. p. 7. t 7. res. 9.*

Servi capti in bello justo possunt fugere, absque peccato.

10. Servos captos in bello ita justo, ut de justitia capientium, & injustitia adversariorum constet, lethaliter peccare, si fugiant dominum suum & teneri seipsos restituere, quamvis ad suos perverint, docet Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 37. concl. 1.* qui etiam addit; suadentem fugam homini bello justo capto, aut ad eam illum adjuvantem, teneri restituere domino valorem mancipii, & si quæ alia damna illi ulterius inde sequantur. Contrarium tamen tenendum cum Lessio *libro 2. cap. 5. dubio 5. numero 24.* ubi affirmat posse servos bello captos fugere ad suos, non tamen dominis persequentibus vi resistere, & probat hoc ex legibus civilibus, & multis rationibus. Vnde infertur licitum esse cooperari hujusmodi servo ad fugam; modo scandalum, & aliæ circumstantiæ indebitæ absint. Secundò, idem esse judicium de prole, quia non est deterioris conditionis suo parente. Tertiò, idem jus permanere, etiamsi decies quis vendatur, nam jure belli servus censetur, cujus primæva servitus sic est constituta, etiamsi decies venierit. Limitantur tamen supradicta, nisi capti bello justo promiserint se non fugituros, tunc enim tenentur fidem servare. Ita ex multis Sanchez *in opusc. to. 1. libro 1. cap. 1. dub. 6. n. 6.* qui etiam *dub. 7. num. 3.* notat servos bello justo captos, non solùm in patriam fugere posse, sed etiam alibi extra hostium confinia. Licèt contrarium doceat Fagundez *de justit. lib. 2. cap. 2. num. 11. part. 7. tr. 7. resolut. 10.* Limitatur secundò, ut servus non possit tuta conscientia fugere, cum commodè potest se pecunia redimere: Jus enim gentium solùm concedit, sive permittit, ut servus fugiat, quando aliter libertatem recuperare nequit. *ibid §. Nota.* in fine.

Nisi promiserint se non fugituros.

Vel pecunia se possint redimere.

Venditi tamen possunt etiam fugere.

11 Quæres, An si Dominus, qui servum cœpit in bello justo, eum alteri vendiderit, tuta conscientia talis servus possit fugere ab eo, qui illum emit? Respondeo. Poterit, quoniam emptor tacita ejusmodi conditione emisse intelligitur: nec eidem venditor plus juris in emptorem transtulit, quam ipse haberet. Et ita docet Azorius *to. 2. lib. 2. c. 34. q. 3.*

Non autem, qui ob sti-

12. Quæres secundò, An famulus non servus, qui ob stipendium, vel causa

pendium, vel alia de causa cum domino convenit, nisi adsit rationabilis causa.

causa ediscendi officium cum domino convenit certum annorum numerum peccet mortaliter si à Domino fugiat? Resp. cum P. Navarro *lib. 3. c. 1. numer.* 204. non peccare, si aliqua causa rationabilis adsit, ut si dominus asperæ sit conditionis, & cum malè tractat, aut nimis parcè cibaria præbet, ita ut vix ad eum sustentandũ sufficiant, vel si non eum bene doceat officium, vel si melior occasio illi sese offerat à servitute aliena, & utilior vivendi modus. Non enim tenetur cum notabili suo de novo emergente damno, stare contractu, neque dominus est rationabiliter læsus. At peccat mortaliter primò si ex fractione obligationis sequatur domino damnum notabile, vel quia non inveniat alium, vel quia in tali occasione recessit, ex quo notabiliter dominus damnificatur, in quo casu tenetur se domino restituere. Secundò aliqui putant etiam mortaliter peccare, si abeat absque ulla causa, quamvis nullum damnum domino sequatur. Existimo tamen cum Navarro non peccare mortaliter, sed tantum venialiter, quia violatio fidelitatis, cum abest injustitia, solùm est peccatum veniale. Et hæc omnia docet Trullench *in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 2. dubit. 6 numer 6. Ibid. §. Non deseram.*

Servus ex pœna delicti, quando possit fugere.

13. Servus verò, qui in pœnam delicti justè condemnatus est in servitutem, quam is communius, & probabilius est eum non posse licitè fugere; tamen non caret probabilitate, quòd possit fugere oblata occasione commoda, præsertim si servitus sit calamitosa: quia contrarium est durum & supra conditionem humanam. Ita Gaspar Hurtad. *de iust. disput. 1. diff. 21. p. 7. tit. 7. res.* 12.

Servi Turcarum, & Maurorum, possunt licitè fugere, & rapere quantum possunt domini.

14. Quod dictum est de reliquis servis, multò magis procedit in servis Turcarum, & Maurorum, qui non solùm possunt fugere, sed etiam ab illis auferre quidquid potuerint, sibique retinere, & expendere, etiam in quacunque maxima quantitate. Et ita docet Lessius *lib. 2. cap. 5. dub. 5. num.* 18. contra Filliucium *tom. 2. tract. 28. p. 2. c. 3. num. 56.* & Azorium *tomo 2. lib. 2. c. 34. q. 7. p. 7. tit. 7. res.* 21.

15. Variis porrò modis libertas acquiritur à servis. Primò per domini manumissionem, sive dominus gratis, sive ex pretio, & conventione servum manumittat. Secundò. Si dominus, vel alio eo sciente, nec contradicente, vel post factum approbante, infantem servum exponat; quod idem est, si ægrotum servum derelinquat, eique alimenta non præbeat: in quibus casibus non incidit servus in dominium illius, qui ejus derelicti, vel expositi curam suscipit. Tertiò. Si à domino Judæo, vel infideli circuncidatur. Quarto. Si servum suum aliquis hæredem instituat, vel tutorem filio suo relinquat: nam eo ipso censetur concedere ei libertatem. Quintò. Si vir solutus & nullo alio impedimento ligatus ancillam etiam solutam, quam posset in uxorem accipere, habuit ut concubinam usque ad mortem; tunc enim, si nihil de ancilla, & filiis ex ipsa habitis dixit, libri manent, *ex l. ultim. C. communia. de manumissio.* Ad quod privilegium duo requiruntur, nempè, quod non dimiserit ancillæ turpem usum ante mortem, & quod filii nati non sint ex concubitu damnato, sed ex soluto, & soluta, *p. 7. tract. 7. resolutione 16.* Sextò. Machadus *de perfect. confess. tom. 2. lib. 6. par. 7. tract. 13. documen. 9. num.* 4. refert nonnullos, asserere, servum sive masculum, sive fœminam solicitatum à Domino ad turpia, acquirere libertatem. Sed hoc non est ita certum, sicut certum est, illos posse fugere sine peccato; si autem post hanc fugam servus aliquid acquirat, domino acquirit, quia verè adhuc illius domini servus est, & cessantibus his causis ad eum reverti tenetur. Ita Megala *in par. 2. lib. 2. cap. 19. quæst. 3. num 33. ibidem. resol* 13. Septimò. Si persona libera matrimonium contrahat cum serva ignorans servitutem, domino, vel tradente, vel certè sciente, & non detegente servitutem, eo ipso serva persona fit libera *ex Authentic. de nat. cũ serva.*

Acquirunt libertatẽ per manumissionem, Expositionem, vel derelictionẽ.

Circumcisionem.

Institutionẽ hæreditatis, vel tutelæ.

Concubinatũ domini soluti cũ ancilla item soluta.

Sollicitationem ad turpia.

Matrimoniũ liberæ personæ cũ serva.

nuptiis §. Si verò ab initio, & est communis Doctorum. Idem est si dominus ancillam in uxorem tradat homini libero servitutis non ignaro, sed tamen dominus, dotis instrumentum ancillæ conficiat, *ex leg. unica. §. Sed & si quis homini.* Hurtadus *de iustit. disput. 1. difficult. 22. ibi resolut.*

Vel serva cui libera servitutis non ignara si à Domino fiat.

14. Octavò. Si servus adoptetur à domino, vel actis intervenientibus servum alium suum nominet, eo ipso, sine alia manumissione, liber confestim efficitur. Justinian. Imper. *in Institut. lib. 1. tit. de Adoption. § ult. ibid. resolutione* 15. Nonò. Servi Christianorum, qui in Tribunali S. Inquisitionis damnantur tanquam hæretici, remanent ipso facto liberi. Fagundez *de iustit. libro 2. cap. 6. numer. 13.* licèt asserat contrarium servari in Inquisitione Lusitana. Addit Castrus Palaus *tomo 1. tract. 4. disput. 5. punct. 26. numer. 18.* quod si servus infidelis dominum apostatantem à fide, bono zelo, inquisitoribus denunciaverit, etsi nullibi inveniatur concessa illi libertas; at certè danda illi est, præcipuè si spes subsit facilius ad fidem convertendum. *ibid. resolutione* 17. Decimò. Comparatur libertas per leges aliquorum locorum, prout teste Rebello, in Gallia servatur, ubi servi omnes liberi fiunt, ne pauperes indigenæ fame premantur, non invenidominos, quibus inserviant, si aliunde servi, & ancillæ exteræ asportarentur. Lugo *de iust. 10. 1. disput. 6. sect. 4. num. 39.* qui etiam ait extare Bullam Pii V. quæ incipit. *Dignum, & rationi congruum.* & Pauli III. quæ à Pio *ibid.* citatur, in quibus conceditur, & renovatur facultas conservatoribus Urbis Romæ, ut quoscumque captivos Christianos jam factos, ad dictos confugientes, & libertatem proclamantes liberare possint, eosque sic liberos factos, pro liberis hominibus, & Romanis civibus ubique terrarum habendos esse decernitur, quod tamen privilegium non putat extendi extra dominium temporale Pontificis, ita ut domini, ubi primum inveniunt servos suos extra illud Territorium, eos sibi in pristinam servitutem revocent, *ibid. resolut. 18. 11.* Servus infidelis Domini infidelis, vel hæretici, si convertatur ad fidem, manet ipso jure liber licèt posteà dominus convertatur ad fidem, quod si simul cum servo converteretur dominus ad fidem, non perderet dominium servi. Ita Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 1. c. 1. dub. 5. num. 4. ib. resol. 41.*

Damnationem Domini hæretici.

Leges aliquorum locorum.

Et Conservatores Vrbis Romæ.

16. Nota cum Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 24. num. 22.* deberi naturaliter, & in foro conscientiæ, libertatem ancillæ à Domino promissam: at quia tantùm est promissio, antequam manumittatur, non erit libera serva, ac proinde nec filii eo tempore nati; tenebitur tamen Dominus ratione damni emergentis, & fidei violatione, donare libertate illos filios. In hoc enim damnum illatum est matri, & proli, *p. 7. tr. 7. resol. 54.*

Conversione ad fidem libertas servis à Domino promissa, debetur illis in conscientia.

17. Nota secundò. Quòd licèt expediat, & sit opus pium concedere servis libertatem, cum omnia jura illi faveant; cùm tamen omnes ferè servi hodie stolidi, ac improbi sint, nec pia, nec utilis erit, nisi fortè servi sint boni, & industria sua facile alimenta quærere possint, aliter enim fiunt otiosi, & fures, ac in carceribus, & furcis vitam finiunt Sanchez *in opusc. to. 1. lib. 1. c 1. dub.* 10. *p. 7. t. 7. res. 25.*

Non tamen si non sit alia futura utilis.

18. Multis item modis possunt servi se redimere. Primò ex suo, quando dominus eis concedit aliquid, ut habeant tanquam suum. Secundò ex aliena pecunia, ut puta si rogatu ipsorum alius ipsos redimat, vel si ipsi servi ab aliquo pecuniam donatam accipiant ea conditione, ut se redimant. Tertiò si alius inter vivos, vel testamento spontè sua aliquid relinquat, hæredi suo, vel legatario libero ea conditione, ut servum Titii Stichum redimat. Cùm autem hoc modo servus redimitur, non datur ei pecunia, sed domino, à quo servus emitur, ut fiat liber. Quartò. Potest servus se redimere nummis ab alio acceptis ea conditione, ut eos illi posteà restituat manumissus, & liber effectus, *p. 7. t. 7. res. 43.*

Modi, quibus servi se redimunt.

19. Si

Servis interdum talis infertur à Dominis iniuria, ut adsit obligatio restituendi.

19. Si Domini violent jura servorum per injuriam notabilem, non solum peccant mortiferè, sed etiam ad restitutionem tenentur juxta injuriæ, aut damni momentum, & nocumentum. Leviores tamen injurias poterunt domini servis suis resarcire, remittendo aliquid illis de consueto labore, aut commerito supplicio, vel liberalius eos tractando quoad victum, & vestitum. Si tamen injuria sit atrox, interdum non resarciretur, nisi manumissione. Ita Fagundez *de iust. tomo 2. lib. 2. cap. 5. numer. 4.* & alii: licet Lugo *de iust tomo 1. disput. 3. sect. 2. numer. 19.* contrarium teneat quoad manumissionem, *p. 7. t. 7. res. 19.*

Occidens, vel mutilãs alienum servum ad quid teneatur.

20. Qui servum alienum occidit, aut ita percutit, ut illum ineptiorem ad serviendum, minorisve valoris reddat, ad binam restitutionem tenetur Domino, scilicet, & servo, secundum Molinam *de iustit. 1. tractat. 2. disp 38.* At Lugo item *de iust. to. 1. disp. 3. sect. 2. num. 20.* existimat non restituendum servo, nisi ex injuria sequatur illi aliud damnum circa victum, vestitum aut cætera necessaria ad vitam humanam. Utrumque igitur probabiliter sustineri potest, *p. 7. t. 7. res. 20.*

Servus non potest habere perfectum dominium rerum.

21. Servus propriè dictus, nimirum nam Christianus in bello captus, emptus, aut dominatus, non potest habere plenum, & absolutum alicujus rei dominium, cùm non habeat sui corporis. An possit habere imperfectum, & secundum quid? Megala, *p. 2. lib. 6. c. 19.*

Potest tamen imperfectum.

quæst. 2. num. 15. & negant: quia quidquid servi nostri ex qualibet causa acquirunt, nobis acquirunt, *l. acquiritur §. igitur, ff. de acquir. rer. dom. & l. id vestimentum, ff. de pecul* dicitur, servum non esse dominum vestimenti quotidiani; quia qui ab alio possidetur, nihil possidere valet. Ego verò cum Fausto *in spec. disput. 1. quæst. 19. numer. 4.* probabilius puto, quod servus habere possit imperfectum dominium aliquarum rerum, quas non teneatur tradere domino: & præcipuè in his casibus. Primò, si accedat consensus domini tacitus, vel expressus. Secundò, si aliquid sibi detur, cum conditione, ut nihil acquiratur domino. Tertiò, si aliquid sibi detur intuitu sui propter servitium factum ab ipso, *p. 7. tract. 7. resol. 31.* Quartò, si quid sibi detur in compensationem injuriæ. *ibidem resolutione 29.* Quintò, si aliquid sibi subtrahit de victu assignato, absque domini incommodo, *resolutione 32.* Sextò, si aliquid acquirit ex turpi corporis usu *resolutione 29.* Septimò, si cum hac pecunia aliquid lucratur, v. gr. per ludum, sive licitum, sive illicitum, *resolutione 30.* Immò, in his casibus puto, servum acquirere absolutum dominium, ita quod dominus non possit ea sibi auferre; & si auferat ipse possit occultè sibi compensare. *ibid. resolutione 33.* Adde, quod si servus tempus destinatum labori in ludo, vel alio negotio transegisset, non teneretur restituere lucrum ludi, vel negotii, sed solum damnum secutum ex operarum debitarum remissione. Rebell. *p. 1. lib. 2. quæst. 11. sect. 2.* Leges ergo, & jura in contrarium, in favorem servorum miserabilium mitigatas esse per consuetudinem, quia eos conspicimus sua pecunia se redimere, dicendum est, *p. 2. tractat. 17. resolutione 58. & p. 5. tract. 8. resolutione 26. & p. 7. res. 33.*

Servi validè contrahunt, & obligãtur.

22. Servi de jure naturali possunt contrahere & obligari, id est activam, & passivam obligationem habere; nam etsi servitus ea, quæ sunt juris civilis tollat, tamen ea, quæ sunt juris naturalis inviolata relinquit, ut *in l. quod attinet. ff. de reg. iur. & iuxta §. sed naturalia, instit. de iur. natur. gent. & civ.* Inde fit, ut in foro conscientiæ tam ipsi servi, quam illi, qui cum illis contrahunt, sive sint domini, sive extranei ad observationem contractus teneantur, *p. 7. t. 7. res. 24.*

Non tamen eleemosynam faciunt de bonis domini, nisi in aliquibus casibus.

23. Non possunt facere eleemosynam de bonis dominorum. Ratio est, quia non habent administrationem ullam bonorum domini. Excipiuntur tamen quinque casus. Primus, si sit extrema necessitas. Secundus, si detur modicum quid, & ratò, præsumitur enim

probabiliter consensus Domini. Tertius, quotiescumque adsit ejusdem consensus saltem interpretativus. Quartus, quando probabiliter speratur ratihabitio, quæ tunc maximè est, quando haberet servus administrationem bonorum. Quintus, quando de certa portione sibi assignata ad victum detraheretur aliquid per abstinentiam, modo id non cedat in præjudicium Domini; si nimirum per hoc redderetur inhabilis ad servitia. Et hæc omnia docet Filliuc. *tom. 2. tit. 28. c. 5. numer. 95. p. 7. tit. 7. resp. 34.*

Possunt validè contrahere Matrimonium.

24. Possunt non solùm validè, sed etiam licitè, absque ullo consensu domini, legitimo matrimonio copulari. Habetur in jure *cap. 1. de coniugio servorum*, ubi sic definitum est: Nec inter servos debent matrimonia ullatenus prohiberi? & si contradicentibus dominis, & invitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissolvenda, *ibid. resolutione 36.*

An verò vendi matrimonio copulati.

25. Quæres primò. An servi matrimonio copulati possint licitè vendi? Resp. distinguendo ex communi Doctorum sententia *in cap. 1. de coniug. servor.* Aut servus inivit matrimonium consensu Domini: aut eo inscio, vel repugnante. Si primum, non licèt vendere. Si secundum, Navarrus *in Man. cap. 22. numer. 34.* sentit, id facere licere domino absque peccato. Angelus tamen *in verb. matrim. 3. Imped. 4. numer. 5.* cum aliis negat id juris dominum habere. Sed utraque opinio facilè conciliari potest. Etenim si Dominus premeretur gravi necessitate, vel in patria, vel extra patriam, nec inveniret sufficiens pretium servi in loco, ubi est, vel in locis vicinis posset servum vendere emptori peregrino etiam in longinqua, & remota loca, secus autem minimè licet. Azorius *tom. 2. lib. 2. cap. 38. q. 6. ibid. resp. 17.*

Et uxor sequi maritum servum debeat?

26. Quæres secundò. An uxor servi debeat eum sequi in longinquam regionem ablegatum? Respondet Sotus *in 4. d. 35. quæst. 1. art. 1.* Si maritus servus posset commode uxorem eò ducere, id facere deberet, cui uxor parere jure conjugii cogeretur. Si uxor item maritum sequi commode posset, tametsi eam ille non deduceret? sequi deberet; Secus autem si id commode facere nequeat. *ibid. §. Quæres.*

Et cui magis obedire servus.

27. Quæres tertiò: An servus teneatur magis servire Domino, quam uxori? Respond. Si servus uxorem duxit: inscio domino, aut invito, magis debet præstare obsequium Domino; Secus si uxorem duxerit consensu domini. Hinc est, ut eodem tempore Dominus aliquid servo præcipiat, & uxor debitum petat: si servus utrumque præstare potest, ad utrumque tenetur, si nequeat, potius, conjugi parere, quam domino debet. Filliuc, *t. 2. tract. 28. p. 2. c. 3. n. 62. p. 7. t 7. resp. 38.*

Possunt dare mutuo, & quomodo.

28. Si dominus concessit servo administrationem peculii, potest dare mutuum, & accipere *l. si rogasti. §. si fugitivus ff. de reb. cred.* Sin minus, quandocumque servus mutuum det, is qui accipit, obligatur domino, non servo: dominus enim accipit jus ex contractu servi, *l. nec servus ff. de pecul.* Denique si servus mutuum accipiat, & quidem jussu, aut nomine domini, tunc dominus obligatur: sin minus, servus obligatur naturaliter, hoc est si servus fuerit adeptus libertatem cogitur reddere mutuum, *l. quod attinet ff. de reg. iur.* In casibus verò in quibus servus acquirit sibi dominium de aliquibus bonis, dicendum est posse dare mutuum, *p. 7. titul. 7. resol. 27.*

Non tamen profiteri in Religione.

29. Servus sine licentia Religionem ingressus, profiteri nequit, *cap. Qui verè 16. quæst. 1.* ubi Concilium Chalcedonense excommunicationis gladio Prælatum vulnerat, qui sine licentia Domini recipit servum in Monasterium; immò excommunicantur, qui servos suadent dominum contemnere causa Religionis, *cap. si quis servum 1. & 2. 17. quæst. 4. c. Generaliter distinct. 54.* Nec desunt Doctores tradentes, professionem servi, contradicente, vel ignorante domino, nullam & irritam esse, ea ratione, quia per confessionem

fessionem Religiosus totum se Religioni tradit: sed id nequit servus præstare, cum sit res alterius: nec Deus illam professionem, quæ est contra justitiam, acceptabit. Ita Paludanus *in 4. dist. 38. qu. 4.* Vel saltem Dominus non obstante professione, servum sibi repetere potest *argum. cap. Nulli. dist. 54.* Elapso triennio dominus si non repetat, juri suo renunciare præsumitur. *Auth. si servus, de Episcop. & cleric. c. si servus 2 dist. 54.* quod si servus longissimè à Domino distet, ita ut facilè invenire non potuerit, tunc enim elapso triennio jus habet illum repetendi. *cap. Si quis incognitus, 17. quæst. 2 versic. nisi sit tam longe, ut inveniri non possit.* Nec in his casibus potest dominus cogi servum relinquere Religioni, accepto pretio; quia jure sui dominii, quod in illum habet, privari non potest. Vide Sanchez *in summa tom. 2. lib. 5. c. 4. n. 42. & seqq. p. 7. t. 7. res. 60.*

Contradicente, vel ignorante Domino.

Servi in quibus teneatur obedire dominis.

30. Certum autem est non teneri, nec posse servos obedire Dominis in iis, quæ per se mala sunt, ut quæ sunt contra jus naturale, vel jus gentium, & in iis, quæ sunt contraria divinis præceptis. In iis verò, quæ Ecclesiæ, & legibus civilium Principum sunt contraria, considerandum est; an arctius obliget Ecclesiæ, vel Principis præceptum, quam Domini, & tunc etiam ipsi potius Ecclesiæ, quam Domino parendum est. Quod si Principis præceptum vel Ecclesiæ non ita arctè obliget, ut tollit anteponi præcepto domini, tunc potest servus tuta conscientia parere domino. Denique si res sit indifferens, nec bona, nec mala ex se, obediendum est Domino, & è fortiori multo magis, quando essent opera, bona, & conformia legibus. Ita Azorius *tom. 2. lib. 2. cap 38. q. 10. ibid. res. 48.*

An deferre amasiæ litteras domini?

31. Hinc inferas primò, An liceat servis deferre litteras amatorias ad concubinam domini, de quo Vide V. Peccato cooperari, *n. 5. & p 7. t. 7. res. 51.*

Defendere Dominũ cum periculo suæ vitæ?

32. Inferas secundò, teneri servos defendere vitam dominorum cum periculo vitæ: ita Machadus *de Pers. confess. tom. 2. lib. 6. part. 7. tractat. 13. docum. 1. num. 1.* Cui adhærent Trullench, & Filliucius, sed Molina *tom. 4. tractat. 3. disp. 13. num. 8.* putat dictas leges nimis rigidas esse, nec obligare servos ad defensionem vitæ domini cum periculo suæ. *ibid. resolut. 49.*

Non audire Missam, & laborare in diebus festivis, si grave sibi malum immineat à Domino.

33. Inferas tertiò: Posse servos licitè obedire Dominis, si præcipiant ne audiant Missam, vel ut laborent in diebus festivis, si sibi probabiliter, & graviter nocerent non obtemperantes domino; nisi forte domini in Ecclesiæ contemptũ juberent servos Missam omittere, tunc enim tenerentur eam audire. Ita Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 7. quæst. 1.* Licèt autem non desint Doctores excusantes servos à peccato si propter solam reprehensionem Domini absque alio timore gravis damni, violent aliquod Ecclesiæ præceptum: tamen existimo cum Trullench *tom. 1. lib. 3. cap. 1. dub. 9. num. 9.* solam duriusculam reprehensionem domini non excusare: quilibet enim tenetur præcepta adimplere per se loquendo, quoties ea potest adimplere, absque gravi incommodo *p. 7. t. 7. resol. 52.*

Nõ autem ob solam reprehensionem Domini.

Genua flectere cum Domino in templo Paganorum.

34. Inferas quartò: Servos Christianos in partibus infidelium, qui præstant domino suo, sustentando ejus brachium, etiam cum genua flectit, vel servam, quę gestat caudam dominæ suæ, & una cum illa genua flectit, non peccare, licèt id faciant in templo Paganorum; quia etiam extra templa idem obsequium præstant: quod autem idem faciant in templo, id se habet per accidens. Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 7. P. 7. T. 7. resolut. 55.*

Remigare in triremibus infidelium.

Sibi potius, quam Domino in casu necessitatis alimenta ministrare.

35. Inferas quintò: Christianos mancipia infidelium posse licite remigare in eorum triremibus, vel eis aliqua obsequia ministrare in bello, ut dictum est supra V. *Peccato cooperari. numer. 13. & 14. & ibid. resolut. 56.* Et cibos vetitos heris ministrare in die jejunii. V. *Jejunium n. 40.*

Nisi aliud necessitas requirat.

36. Quæres an servi in casu æqualis necessitatis possint alimenta sibi potius, quam Dominis ministrare? Resp. affirmativè, quidquid in contrarium sentiat Navarrus *in manu. c. 17. num. 60.* cui respondet Navarra *de Restit. lib. 4. c. 4. n. 28.*

Et ratio est, quia regulariter secundùm ordinem charitatis plus diligenda est proptia salus corporalis, quam proximi. Dico autem regulariter: nam si daretur casus, in quo salus, & vita domini esset Christiano populo, vel alicui Reip. necessaria. Et salus, & vita servi, minimè; tunc, secundùm eundem charitatis ordinem, teneretur servus non sibi sed domino alimenta ministrare. *part. 7. t. 6. res. 66.*

Non tenentur solvere gabellas Principibus infidelium.

37. Christiani mancipia infidelium nō tenentur in conscientia solvere eorum gabellas: nec obstat eis servitus; quia nomine tantum sunt servi, sed revera liberi sunt. *Ibid. res. 65.*

Servi possunt puniri à Domino, sed non pœnis atrocibus.

38. Certum est posse dominos punire servos, non autem pœna atroci. Pœna verò atrox in proposito, præter mortem, de quo cum est dubium esset mutilationis, vulnerum, flagellorum publicorum per vias publicas, aut in alio loco publico, & aliæ similes. Item pœna atrox esset, tam gravia verbera, percussiones, adustiones, aut similia alia; quæ filium aut servum exponerent vitæ periculo, aut notabili diminutioni illius, vel periculo amissionis membri, aut partis illius. Procedere ergo potest Pater, aut dominus in puniendo filio, vel mancipio, ad verbera, & ictus ex quibus non immineat detrimentum notabile, aut læsio, etiamsi verberibus, aut alia percussione excorietur aliquid, modo tamen delictum tanta pœna sit dignum. Hinc non auderem damnare dominos, qui adurerent mancipia adipe, aut cera accensis, quando id moderatè fieret, & sine periculo vitæ, aut notabilis læsionis mancipii; quando delictum esset tanta pœna dignum, aut mancipium adeò esset durum, & incorrigibile, ut necessaria illi judicaretur tanta pœna, ut corrigetur, & contineretur in officio. Semper tamen consulendum esset dominis, ut potius utantur pœnis mitioribus. Ita Molina *tom. 4. tract 3 disput. 2. num. 14. part. 7. q. 7. resol.* 21. Item Molina citatus affirmat posse etiam servos à dominis signari in facie, quando periculum est amissionis illorum, nisi ita signentur. Et hanc sententiam communem esse testatur. Machadus *to. 2. lib. 6. p. 6 tr. 12. docum. 2. n. 4.* Quamvis Joannes de Hevia *in curia Philip. tom. 2. lib. 1. cap. 7. n. 3.* contrarium teneat, *ibid. resol. 22.*

An cera, & adipe accensis.

An signari in facie?

An puniri in fuga?

39. Servi qui fugiunt ad suos, vel ad regna ubi fiunt liberi, si inveniantur à dominis, licite possunt puniri secundùm Lessium *lib. 2. cap. 15. de modo acquir. dom. dub. 5. num. 27.* non quod illi peccent fugiendo; Sed quod hoc privilegium de fuga videtur illis concessum cum hoc onere, in favorem dominorum. Alii tamen dicunt nullo pacto licitum esse dominis illos ob eam fugam punire: Si autem id faciunt ideò est, quia illis non constat de fuga ad suos, & quia præsumant eos fugere ad divagandum, *p. 7. t. 7. res. 40.*

Sunt irregulares.

40. Servi sunt irregulares: ita Villalobos *in summa tom. 1. tr. 24. diff. 36. n. 1. & 2.* Hinc Marchinus *de Sacram. ord. tract. 1. part. 10. cap. 3. num. 1* asserit, servum ordinatum, nesciente, aut contradicente domino, deponi; *cap. Servorum, de servis non ordinandis,* & alibi: quæ doctrina accipienda est cum hac distinctione: Si servus iste domino ignorante, vel contradicente, solis minoribus initietur, debet sicut prius, inservire: Si verò majores ordines receperit, jus retinet, ut dato pretio, vel simili servo, sit liber. Interim verò etiamsi esset factus sacerdos, debet servire in iis, quæ sacerdotalem statum non decent. Navarrus *Man. cap. 25. num. 103. §. 16.* Quod si Episcopus alterius servum scienter ordinaverit, absente, vel ignorante domino pretium reddere tenetur, *cap. si servus absente distinct. 54.* Item si servus sciente, vel non contradicente domino, ordines recipit, libertatem secundùm omnes consequitur. Vide Avilam *de cent. dis. 3 dub. ult part. 7. tract. 7. res. 53.*

Quid si susceperint ordines?

Confugientes ad Ecclesiam gaudent immunitate, & quando resilii tuâ di domino

41. Si servus confugiat ad Ecclesiam propter sævitiam Domini, postquam dominus ejus de immunitate sua Clericis juramentum præstiterit; ad servitium sui domini redire compellitur etiam invitus;

invitus: alioquin à Domino poterit occupari *c. inter alia § Si verò servus, de imm. Eccl. & l. præsenti. §. fi. C. de his qui ad eccl. conf.* quæ decisio procedit cum delictum servi parvum, aut nullum fuit, tunc. n. juramento præstito videtur sufficiens securitas servo dari, & periculum immoderatæ castigationis tolli. At si delictum grave sit, regulariter juramentum non sufficiet, sed securitatem aliam debet dare dominus; aliàs non obligabitur Prælatus servum tradere: sic tradit Glossa *in dicta lege præsenti, versic. aut propter delictum*, & pluribus firmat Farinac. *in append. de immun. cap. 4. num. 76.* Quod si Dominus hanc securitatem noluerit, vel non potuerit concedere, credo compellendum esse dominum ad vendendum servum, neque debere illi tradi. *§. final. inst. quibus alien. licet vel non.* Et dicta procedunt de servis fidelibus, *part. 7. tr. 7. res. 59.* quid autem dicendum de servis infidelibus, Vide Trullench. *in Decal. tom. 2. leg. 5. cap. 2. dub. 5. numer. 2.* & supra V. *Immunitas Ecclesiarum. numer. 12.*

Non tenetur in Paschate elicere actum contritionis, cum non habent copiam confessarii.

42. Christiani servi fidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarii, non tenentur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis, quia quando Ecclesia obligat ad aliquem actum externum, non tenemur ad internum, si externus actus haberi non potest; eo quod ad internum secundariò obligamur. Ita Suarez *dis. 15. de pœnit. sect. 6. numer. 13.* Quamvis oppositum sentiat, Henriq. *lib. 1. de pœnit. cap. 6. numer. 8. p. 7. tom. 7. resol. 62.*

Quando licitum exponere se ludo, cum periculo remanendi mancipium in Triremibus.

43. Quæres an licitum sit exponere se ludo cum periculo remanendi mancipium in Triremibus. Respondeo hoc esse admittendum à Principibus duabus conditionibus concurrentibus. Primò quod hoc efficiatur propter necessitatem publicam, ut quando armandæ essent triremes, & mancipia sufficientia, aliique remigantes non adessent. Secundò ut ad talem ludum non admittantur personæ; quæ grave detrimentum suæ familiæ afferent. Tertiò ut evitentur perjuria, blasphemiæ, &c. *Ibid. resol. 43.* Servi Clericorum gaudent foro. Vide *Immunitas Ecclesiastica n. 18. & p. 7 t. 7. res. 61.* Servi Religiosorum possunt implere præceptum cõmunionis paschalis in eorum Ecclesiis Vide V. *Regul. n. 6.* Possunt conservari cum hero excommunicato. Vide V. *excommunicationis, n. 39.* An possint in rebus illicitis ministrare Vide V. *Peccato cooperari n. 4. 5. & 11.* An possint revelare conservos furantes; Vide V. *Restituere. n. 17.* An possint condere Testamentum, esse Testes, emittere Votum Vide suis locis. An possint eum nummis domini quiescentibus negotiari, & lucrum suum facere servando dominum indemnem, dictum est V. *Negot. num. 4.*

SIGILLVM.

SIGILLVM *Quid? Quotuplex? Quare instituum? Et qualiter servandum?*

1. Sigillum est obligatio occultandi, quæ ab alio secretè detecta sunt. Est autem duplex, naturale & sacramentale: utriusque auctor Deus est, primi, ut auctor naturæ; secundi, ut auctor gratiæ. Finis primi est bonum proximi; secundi, reverentia Sacramenti, ejusque facilitas. Quare primũ aliquando frangere licet scilicet ob bonum publicum, quod præferri debet privato. Secundũ, nullo modo, nec si totus orbis, nec si tota fides Christiana periret, quia nunquam licet iniuriam facere Sacramento, *part. 5. tract. 11. resol. 1.* De sigillo naturali dictum est sub V. *Secretum*, nunc de Sacramentali.

SIGILLVM SACRAMENTALE Quid.

SIGILLVM *sacramentale obligat celare Confessionem.*

1. † Sigillum sacramentale est obligatio occultandi ea, quæ in Confessione, vel propter Confessionem cognita sunt. Dixi, *vel propter Confessionem*; nam non solus Confessarius ad sigillum,

sigillum, sed etiam omnis ad quem notitia Confessionis quoquo modo pertingit, ut dicemus †.

SIGILLVM SACRAMENTALE
Ad quos se extendat.

In primis Confessariũ. Etiã fictum.

1. IN primis ergo sacramentale sigillum servare tenetur Confessarius, non solùm verus, sed etiam fictus. Si enim laicus, fingens se Sacerdotem confessionem audiret, teneretur illam tacere sub sigillo non solum naturali, sed etiam sacramentali: nam eo ipso, quod pœnitens bona fide venit ad Confessionem animo efficiendi Sacramentum, revelatio Confessionis cedit in injuriam Sacramenti, Ochagavia *de sacr. tr. 3. de sigillo q. 2. n. 4.* & alii, contra Toletum *l. 2. cap. 16. num. 15. p. 5. t. 11. res. 15.* Immò id etiam procedere contra Ochagaviã *n. 8.* si laicus non se fingeret Sacerdotem, sed pœnitens ipsi bona fide confiteretur, existimans in absentia Sacerdotis absolvere posse: nam etiam tunc cognosceret peccata in confessione intentionaliter sacramentali Hurtadus *de sacram. disput. 12. diff. 3. ibid. resol. 13.*

Etiam laicũ.

Etiãsi adhibeatur in necessitate non tanquam Confessarius.

3. Contra vero, ait Sotus *in 4. d. 18. q. 4. art. 7.* & post illum recentiores communiter, si laicus audiat Confessionem ex aliqua necessitate: nam tunc non cognoscit peccatum ex confessione sacramentali, ne intentionaliter quidem. Quod à fortiori dicendum foret cum Maldero *de sigillo c. 23.* in casu, quo laicus assumeretur cum Sacerdote, ad majorem erubescentiam Confessionem auditurus. Sed Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 6. num. 5.* ait sigillum sacramentale obligare etiam in hoc casu, nam Confessio illa fit modo sacramentali, quod satis est ad obligationem sigilli, cum sigillum sit gratiæ pœnitentis, & gratiæ ampliandę. Stando autem in prima sententia, advertit Onuphrius *de sigillo sect 3. quæstion. 1. dub. 5.* laicum illum adeò stricto sigillo teneri ut nec judex illum possit interrogare, nec ipse ex metu mortis revelare *part. 5. t. 11. resol. 14.*

Aut audiat Confessionem publicam in naufragio, &c.

4. Ex quibus patet, in Confessione, quæ fit in naufragio, peste, & similibus casibus publicè, obligari ad sigillum tam Confessarium, quàm circunstantes, ut nec inter se loqui possint de peccatis auditis. Fagund *cap. 5. num. 1. p. 5. t. 11. resolut. 23.*

Et Confessarius quilibet, etiamsi audire incipiat Confessionem invitus.

5. Tenetur autem Confessarius sive verus, sive fictus, ad sacrum sigillum, etiamsi Confessionem audire incipiat invitus, si revera pœnitens peccata sua bona fide ei communicat; sive ille, qui propè confessionarium constitutus invitus audit confessionem Malderus *cap. 9. p. 5 t. 11. res. 34.* Item etiamsi pœnitens non afferat dolorem, & propositum sufficientem, ait Ochagavia *de sacr. tractat. 3. quæstion. 2. numer. 7.* Secus si nullum, nam in primo casu pœnitens habet animum se accusandi, ut Ecclesiæ aliquo modo satisfaciat. *part. 5. tract. 1. resolutione 26.*

Itẽ quicũque notitiã Confessionis haberet mediate, vel immediate.

6. Deinde, tenetur servare sacrum sigillum is, cui Sacerdos alterius Confessionem impiè revelaret, & qui ab hoc iniquè audiret, & sic successivè: quicunque enim habet notitiam ortam ex Confessione, sive licitam, sive illicitam, mediatam sive immediatam, tenetur sigillo † quia ubi semel peccatum afficitur obligatione sigilli ratione sacramenti, semper transit cum hoc onere. *T. part. 5. tract. 11. resol. 7.*

Etiam cum licentia pœnitentis.

7. Contra verò, ait Hurtad *de sacr. disp. 12. diff. 3.* si ex Confessarius revelaret Confessionem de licentia pœnitentis: nam in tali casu pœnitens cedit juri suo, & tollit à Confessario obligationem sigilli. Sed ego censeo cum Moscoso *tract. 7. cap. 15 num. 7.* obligari ad sigillum etiam hunc, & pœnitentem dare licentiam Confessario cum hoc onere, saltem interpretativè, *part. 5. tom. 11. resolutione 11.*

Adpetendum consilium.

8. Id quod etiam dicendum est in casu, quo Confessarius parum doctus de licentia pœnitentis consulit peritiorem circa aliquod dubium conscientiæ. In quo casu peculiare est, quòd consiliarius par-

participat actum clavium quoad scientiam supplens defectum Confessarii, ita ut eo ipso & Confessario consurgat integer minister ad tale munus sufficiens. Ita Suarez *sect. 4 num. 6.* contra Vasquez *in 3 part. tom. 4 disputat. 93. art. 4 dub. 2. numer. 10. part. 5. tractat. 11. resol. 11. §. Sed hæc,* ante medium. † hoc loco Auctor retractat opinionem, quæ probabilior visa sibi fuerat *in part. 2. tract. 15. resolut. 14.*

Vel auctoritatem in reservata.

9. Et eadem obligatione ligatur superior, à quo petitur facultas pro casu reservato, sive pœnitens illi confiteatur, sive Confessarius ante, vel post Confessionem, auctoritatem ab eo postulet, quia peccatum detegitur illi ut habenti claves, & Christus non videtur dedisse potestatem casus reservandi absque onere sigilli, aliàs Confessio fieret odiosa. Ubi etiam adverte, quod, cum Confessarius in tali casu non possit aliquo modo aperire superiori pœnitentem, cavere debet superior à nimia inquisitione, per quam venire possit in notitiam illius. Et hæc docet Præpositus *in 3 part. quæstion. 11. num. 23.* & alii multi, refragante Vasquez *ubi supr. num. 13. part. 5 tom. 11. resol. 12.*

In quo casu superior non potest investigare de pœnitente.

Et consiliarius tenetur sigillo, etiāsi illum consuluisset pœnitens.

10. Immò existimo cum Fagundez *c. 6. num. 23.* contra Suarez *ubi supra,* quòd si pœnitens, priusquam ad Confessionem accedat, consulat virum doctum de re pertinente, & in ordine ad confessionem, talis consiliarius teneatur ad sacrum sigillum; quia licèt talem notitiam non habeat ex confessione, vel per confessionem, habet tamen in ordine ad illam, & aliquo modo participat usum clavis scientiæ, dirigendo pœnitentem ad confitendum, & faciendo id, quod facere deberet Confessarius, si doctus esset. Unde rectè inquit Medin. *lib. 1. cap. 14. §. 36.* quòd talis consiliarius non posset talem notitiam manifestare Prælato præcipienti sub excommunicatione. *part. 5. tr. 11. res. 14.*

ITEM *tenetur, qui chartam peccatorum invenit.*

11. Teneretur præterea ad sacrum sigillum, quicunque inveniret chartam, in qua quis sua peccata scripsisset. Ratio est, quia aut scripta sunt ad virum doctum pro consilio, aut ad memoriam juvandam in confitendo. Et tunc aut confessa adhuc non sunt, aut jam confessa sunt. Et in primo quidem casu consiliarius assumitur tanquam persona necessaria ad confessionem: in secundo, schedula illa dici potest confessio inchoata: in tertio deinde peccata jam manent affecta sigillo confessionis, sicut si confessarius confessionem alicui revelasset. Ita Fagundez *cap. 5. num. 16.* contra Sotum *de secreto quæst. 3 dub. 3. n. 3. p. 3 t. 4. res. 12. & part. 5. tract. 11. res. 27.* Vide V. *Iudex num. 3.*

Aut confitentem audit.

12. Rutsus, immò potiori jure tenetur ad sacrum sigillum, qui sive casu, sive industria confitentem audiret; quia jam audit in confessione. Quod etiam procedit de eo, qui intelligit confitentem per nutus, & signa, vel surdastrum altius confitentem. Ita Onuphrius *de sigillo sect. 3 quæst. unic. dub. 3.* & alii communiter contra Sotum *in 4. d. 18. q. 14. art. 5. p. 5. tit. 11. res. 16.*

Etiam per nutus.

Et licèt non teneatur ipse pœnitens.

13. Ipse autem pœnitens non tenetur servare sacrum sigillum in non manifestanda pœnitentia, quia tota sigilli ratio ad favorem pœnitentis spectat: peccaret nihilominus mortaliter contra sigillum naturale, si proderet ea, ex quibus confessarii fama, vel honor notabiliter læderetur: præterquam in casibus, in quibus à jure exigitur, ut si à confessario ad malum solicitatur, &c. Tannerus *tom. 4. disputat. 6. quæstion. 9. dub. 6. num. 135.* contra Paludanum *in 4. dist. 21. quæst. 3. num. 61. part. 5. tr. 11. res. 9.*

Interpres cōfessionis.

14. At ex hoc non licet inferre quod interpretes non teneantur servare sacrum sigillum: quia, quamvis se teneat ex parte pœnitentis, qui eo mediante confitetur, nihilominus cognoscit peccatum pœnitentis ex confessione inchoativè sacramentali; nam medio ipso, & per ipsum confessio fit, & peccata clavibus subjiciuntur. Et alioqui si pœnitentes scirent, interpretem non teneri sacro sigillo, nunquam illud adhiberetur, quod multos re-

moveret, vel saltem retardaret à confessione ; quæ multotics expedit fieri per interpretem. Henriquez *lib.3.cap.19 num°. 9.* & alii quamplurimi , contra Sotum *quæstion.4.artic.5 part.5. tract.11. vers.48.*

SIGILLVM SACRAMENTALE ad qua se extendat.

Sub sigillo cadunt peccata.

VIdeamus nunc, quæ sint, quæ cadunt sub sigillo sacramentali †.

Et quæcumque ad explicanda peccata dicuntur à confitente.

15. Ad sigillum confessionis pertinent non solùm peccata mortalia, & venialia, nec non circumstantiæ , & ea omnia, quæ ad explicanda peccata sunt necessaria, sed etiam ea, quæ sunt utilia, immò & quæ nec utilia sunt ; dum à pœnitente ad ea explicanda dicuntur. Et in hoc tolerari debent à Confessariis, ut ad peccatorum manifestationem animentur, dum sciunt à Confessario servanda esse sub sigillo. Ita Malderus *de sigillo cap 18. part.3 tract.4 resolutione 111. §. Dices.* & *Vt Complices. part.5 tract.11. resolut. 15.* & 38. Hinc si pœnitens imprudens complicem revelaret, servandus esset sub sigillo, immò potiori jure, quia ex revelatione complicis cognoscitur sæpe numero peccatum pœnitentis. Malderus *ibidem*, & alii communiter *resolut. 111. cit.* & eadem est ratio de quacumque persona in Confessione detecta, sive ad declarandam aliquam circumstantiam , sive ex imprudentia. Reginald. *tom.1. lib. 3. cap. 4. numer.43. part.5 tract.11. resolut. 24.* in fine.

Et propositum peccandi.

16. Pertinent etiam ad sigillum peccata , quæ absolutionem non merentur , ut si quis confiteatur propositum, etiam non revocatum , prodendi Rempublicam , occidendi innocentem, &c. si pœnitens illud confiteatur cum animo se accusandi , & cum aliquali detestatione , quia tale propositum explicatur in Confessione tanquam objectum pravum voluntatis præsentis; unde non potest revelari sine injuria Sacramenti : & cum ex hac revelatione secutura foret infamia pœnitentis, Confessio fieret odiosa. Secus verò si tale propositum explicaretur animo inducendi ad id Confessarium, vel illudendi illum, aut irridendi Confessionem , vel tandem ut quædam historia : nam tunc non adesset animus confitendi. Fagundez *pr.2.lib.6.c.4.n.26.* & alii *part. 5.t.11. resol 25.*

Item pœnitentia.

17. Cadit etiam sub sigillo pœnitentia imposita; non enim potest Confessarius dicere in particulari , quam pœnitentiam imposuit pœnitenti , si illa sit signum culpæ mortalis certæ , aut dubiæ, aut peccatorum venialium specialium quoad numerum , vel speciem. Secus si pœnitentia sit ita levis , ut ex illa colligi nequeat, nisi quod pœnitens confessus sit venialia. Granado *in 2.2. contr.7 tract.11. disp.6. num.5.p.5. tract.11. res.31.*

Et defectus naturales pœnitentis.

18. Præterea occultandi veniunt sub sigillo à Confessario defectus naturales pœnitentis sibi ignominiosi, ut defectus naturalium, &c. si ab ipso dicantur, ut conducentes ad explicationem sui peccati , secus si dicantur incidenter, in quo etiam casu abstinere debet ab illorum manifestatione. Hurtadus *de sacr. disput.12. diff. 3* Immò Malderus *de sigillo, c.15.* etiam in tali casu putat tales defectus cadere sub sigillo, *p.2. 5. tr.11. resol.29.*

Non autem nisi pœnitens sic se explicet.

19. At verò dona & virtutes pœnitentis, quia quasi semper manifestantur ad explicationem peccati , nec ex earum manifestatione redditur odiosa Confessio, non cadunt sub sigillo. Malderus *cap.12.* quirectè notat, posse nihilominus pœnitentem obligare Confessarium ad hæc dona cælandi sub naturali sigillo, *p.5.t.11. res.30.*

Quæ autem communicantur extra confessionem, obligant solum ad sigillum naturale.

20. Quæcunque etiam alicui communicantur extra Confessionem, quamvis dicantur cum protestatione, quod taceri debeant sub sigillo Confessionis, non cadunt sub sigillo Confessionis, sed tantum sub naturali. Raynaud. *de monit. part.1. cap. 3. quæst. 4. p. 5. t.11. resolut.54.*

SIGIL-

SIGILLVM SACRAMENTALE
An certis locutionibus frangatur.

Sigillū frangitur, si Sacerdos dicat, se audisse grave peccatum in monasterio, vel civitate.

1. DUbium est de quibusdam modis loquendi generalibus, & remotis.† Et primò.

21. Frangeret sigillum Confessarius dicens, se audivisse in tali Monasterio peccatum grave; etiamsi non nominet pœnitentem, ut ait Villalob. *t. 1 tr. 9. diff. 73. numer. 5.* Et Hurt. *de pœnit. disp. 12. diff. 4.* idem docet de Confessario, qui infamaret civitatem alicujus generis peccati, quòd ex sola Confessione novit, quando ipsi cives in particulari, etiam pœnitentes; aliquo modo afficerentur infamia: quod facilè contingit, quando civitas non est ampla, & pœnitentes sunt aliquo modo suspecti. Et ratio est, quia tunc Confessio fit illis odiosa. Vide etiam Vasq. *in 3. p. t. 4. quæstion. 93 a. 4. dub. 3. p. 2. c. 15. resolut. 15. & p. 5 t. 11 res. 35*

Aut si superior Conventus dicat Provinciali, in ea domo facultatem in reservata sæpius peti.

22. Dubitat Turrianus *de pœn quæst. 11 art. 11. diff. 33. dub. 1.* an Superior localis, dicens Provinciali, vel Generali, in ea domo facultatem quo ad reservata sæpius postulari, frangat sigillum. Et concludit injustè agere. Nam si id facit, ut Provincialis habet aliquam notitiam in ordine ad gubernationem externam, est periculum ne ex illa notitia & ex aliis circunstantiis, vel cognoscatur peccatum aliquod subditi, vel siniſtra illius intentio. Si verò absque hoc fine id faciat, talis manifestatio est inutilis, & imprudens, contra bonam existimationem ejus communitatis. Ita ille, & benè quidem, *part. 5. tr. 11. res. 45.*

Item si Sacerdos dicat se audivisse Confessionem alicujus ad ipsum secretò accedentis.

23. † In particulari verò, si explicet pœnitentem, & dicat solùm in genere se audivisse peccata Petri, vel ejus Confessionem, regulariter non frangit sigillum †. Si tamen pœnitens ita secretò ei confessus esset, ut nollet id ab aliquo, v. g. à suo Confessario ordinario, sciri, ne ex hoc suspicetur subesse peccatum aliquod grave, tunc per talem locutionem frangeret sigillum, si non sacramentale, saltem naturale cui illum pœnitens se obligavit, sive expressè asserens ne id alicui dicat, sive tacitè, secretò ad ipsum accedens. Ita ex Navarro Reginaldus *t. 1. lib 3. c. 4. num. 54. p. 5. t. 11. res. 47.*

Aut se non absoluisse Paulum, ut g.

24. Frangeret quoque sigillum Confessarius, si diceret: *Non absolvi*, ver. gr. *Paulum.* Nam quamvis multæ adsint honestæ causæ retardantes absolutionem absque defectu pœnitentis; ex tali tamen Confessarii dicto absque additione causæ honestæ, colligitur, absolutionem non esse datam, ex defectu dispositionis, vel quia habuit casum reservatum, & sic modo quodam confuso datur intelligi status pœnitentis. Ita Granado *in 3. part. contr. 7. tractat. 11. disp. 6. num. 2.* & alii contra Henriquez *lib. 6. cap. 2. num. 5.* Item dicendum est cum Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 5. numer. 9* si Confessarius interrogatus, an Petrum absolverit, dicat *non absolvi, quia propter superveniens impedimentum Confessionem finivit*; nam talis responsio statim offendit audientium aures, & malam opinionem de statu pœnitentis ingenerat, nisi alioqui probatæ, ac notæ virtutis esset, & conscientiæ. Advertit tamen Suarez *in 3. part. tract. 4. disput. 33. sect. 6.* sic interroganti responderi posse, *non absolvi, quia nondum perfecit Confessionem.* Sed in hoc adhibenda est magna cautela, ne detur occasio credendi, quòd confessio sit longa propter peccata mortalia, vel extraordinaria venialia Granado *ubi supra.* Nota etiam hic, quod Confessarius dicens de peccatore publico, se non illum absoluisse, quia non videt pœnitentiam publicam de peccato, aut quia scandalo publico non satisfacit, frangit sigillum: quia non solum dat intelligere, quod non fecit pœnitentiam, non satisfecit, &c. quod est publicum; sed etiam quod confessus est illud peccatum sine vera pœnitentia, quod aliàs non constat, cum potuerit verè confiteri, cum proposito scilicet, & promissione,

Aut publicè peccatorem.

satisfaciendi, & posteà non satisfacere. Solùm ergo dicere posset : *Feci officium meum ; sentio cum Ecclesia Catholica, quòd impœnitentes absolvi non debeant,* Tamer. *tom. 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. numer.* 127 Ubi etiam contra Sà V. *Confessor*, asserit, nec dici posse, quod publicus peccator suum peccatum confessus sit. *part. 5. t. 11. resol. 42.*

Aut Petrum confessum esse venialia.

25. Si Confessarius diceret, Petrum venialia confessum esse, sigillum non frangeret : nam sine his non potest dari absolutio. Secus, ait Hurtadus *disput. 2. diff. 4.* si dicat, confessum esse plura venialia ; nam hoc est occultum. Sicut etiam (ait Mald. *cap. 12*) si dicat, confessum esse venialia gravia. *part. 5. tract. 11. res. 49.*

Et bonũ erit, si Sacerdos, neque dicat, aliquem esse nimis scrupulosum.

26. Frangere quoque sigillum, ait Granadus *disp. 3. n. 3.* Confessarium, si diceret pœnitentem suis minutissimis peccatis caput ejus obtundere : quia dicit aliquid ignominiosum pœnitenti, ex quo ipse erubesceret : nam scrupuli proprie procedunt ex ignorantia. Sed revera nomen *scrupulosus*, communiter denotat hominem timoratum. Benè ergò faceret Confessarius, si ab his quoque locutionibus abstineret. Sed secus non frangit sigillum. Coninc. *de sacr. dis. 9. dub. 1. n. 11. p. 5. t. 11. res. 50.* & noviss. *p. 10. t. 12. res. 34.*

SIGILLVM SACRAMENTALE
An aliquando aperire liceat.

Sigillum non potest aperiri.

27. IN nullo penitus casu sigillum sacramentale aperire licet invito pœnitente. Non ad tuendam vitam propriam, nec ad bonum sive temporale sive spirituale totius mundi. Quod enim Confessarius vitam potius debeat amittere, docent contra Gabiel. *in 4. dist. 21. quæst 1. art. 4.* DD. quos citat, & sequitur Turr. *de pœn. disp. 33. dub. 3.* & ratio est, quia reverentia debita sacramento præponderat omni bono, sive privato, sive publico. *part. 5. tract. 11. res. 1.* in fine, & 46.

Ad tuendam vitam.

28. Unde primò, si Sacerdos iter agens cum aliis, ab uno sociorum audiret in Confessione, sibi in ingressu sylvæ parari insidias, teneretur potius mori sylvam ingrediendo, quam fuga, aut retrocessione Confessionem suspectam reddere. Idque etiamsi esset in peccato mortali ; nam deberet sibi providere de actu contritionis, & ingredi, alioqui socii irruerent in pœnitentem, qui factum revelavit. Licèt enim talis retrocessio de se non foret manifestativa sigilli, esset tamen manifestativa ex circunstantiis : suppositò quòd nullo honesto titulo rem totam cooperire posset absque eo, quod Confessionis factæ suspicio oriri possit. *p. 5. t. 11. res. 46. §. Ex quibus.*

Et sic Sacerdos non potest retrocedere, propterea quod in Confessione audierit in ingressu sylvæ parari sibi insidias.

29. Secundò, si Sacerdos ex Confessione cognosceret, in vino, quod consecrare debet, immistum esse venenum, nec posset, aut sacrum omittere, aut vinum aliud petere sine suspicione revelatæ Confessionis, teneretur tale vinum sumere, & Deo se commendare, etiamsi esset in malo statu, & non posset confiteri. Sotus *in 4. distinct. 18. quæstion. 4. art. 5.* quia fractio sigilli, etiam indirecta, est per se, & intrinsecè mala ; unde nulla potest necessitate justificari. *ibid. §. Secundò.*

Nec communionem omittere sacri sanguinis, cui sciverit admistum esse venenum.

30. Quod si quis impiè Confessarium interroget sub juramento, an in Confessione peccatum aliquod audierit, respondet Sotus *ibidem* non posse negare, quia mentiri in nullo casu licèt ; sed debere objurgare interrogantem, quamvis judicem, quòd talia interroget. Ego verò existimo cum Graffio *p. 1. lib. 1. cap. 23. num. 3.* posse jurare, se illud nescire, subintelligendo, *tanquam homini subjecto.* Et si compellatur jurare, an audierit, idem jurare posse subintelligendo, *tanquam purum hominem.* Et tandem si impius urgeat, an audierit ut Deus, jurare etiam posse, se non audisse, subintelligendo *ad modum causæ principalis.* Et ratio est, quia cum his restrictionibus non jurat falsum, & amphibologia ex rationabili causa non est illicita, ut dictum est V.

Quid si Confessarius interrogetur sub juramento, num Petrus tale peccatum confessus sit?

Iura-

Iuramentum, à *num* 8. Immò Confessarius teneretur sic respondere, quando, silendo, vel respondendo in genere, generaretur suspicio, quod pœnitens peccatum illud commiserit. Ex quibus reprobanda est opinio Altisiodorens. *lib.* 4. *t.* 6. *c.* 3. *quæst.* 7. quod in tali casu Confessarius revelare possit Confessionem, ne sit perjurus, *part.* 3 *t.* 6 *resol.* 3 §. *Sextò*, & *part.* 5 *t.* 11. *resol.* 43.

Et quid si in tali casu crimen tale sit, ut maius pœnitenti præiudicium fieret ipso negante, quam affirmante?

31. Advertit tamen Granado *in* 3. *p. contr.* 7 *t.* 11. *disp.* 6. *num.* 4 quòd si peccatum sit tale, ut melius consulatur famæ pœnitentis, illud non negando, quàm negando, respondere potest his, aut similibus verbis; *Peccata sua confessus est, & ego illum absolvi*; vel *functus sum officio meo.* Nam si meretrix publica, v. g. confessa sit peccata carnalia; Confessarius absolutè negans se talia audisse, ingeret rudi populo suspicionem, quod non sit ritè confessa. Si etiamsi quærat sacrista, vel minister Missæ, an apponenda sit particula pro communione Petri, respondeat, id ab ipso Petro quærendum esse, *p.* 5. *t.* 11. *resol.* 43. §. *Non desinam.*

Darene debet testimonium confessionis ei, quē non absolvit?

32. Quando pœnitentes ferre debent testimonium suæ Confessionis, ut sunt multoties famuli Principum, filii familias, &c. si Confessarius quempiam non absolvit, ait Henricus *lib.* 3. *de pœn. c.* 22. *num.* 4. dare ei posse schedulam, vel non dare, prout ei libuerit: nam si non det, uti jure suo, non dando schedulam indignis: si verò det, magis favere sigillo; nam pœnitens absque schedula venire potest in suspicionem apud socios, dominum, patrem, &c. Sed Coninch *de sacr. disp.* 9. *dub.* 1. *num.* 14. docet, absolutè teneri dare: quia sic non mentitur; schedula enim non est de absolutione, quam non obtinuit, sed de Confessione, quam revera fecit, & aliàs aliquo modo franget sigillum, *p.* 5. *t.* 11. *res.* 22. & *p.* 11. *tract.* 5. *resolutione* 14.

Et confiteri peccatum aliter peccatum suum explicare non possit?

33. Petes: Quid, si Confessarius non possit aliter suum peccatum confiteri, nisi revelet peccatum in Confessione auditum: Respondeo, debere illud peccatum tacere. Nam materialis integritas non est de essentia Confessionis, sed solùm de præcepto, & quidem minori quàm sit præceptum servandi sigillum. Tannerus *de pen. disp.* 33. *dub.* 3. & alii contra Sotum *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 5. cujus sententiam in nullo prorsus casu sustinendam puto, *p.* 5. *t.* 11. *res.* 9.

Sigillum sæpe potest à Confessario cum licentia pœnitentis.

34. In uno ergo casu tantum licitum est Confessario revelare Confessionem, quando nimirum pœnitens dat ei licentiam D. Thomas *in* 4. *dist.* 21. *q.* 3 *artic.* 3. & alii. Quia licet sigillum imperatum fuerit in dignitatem sacramenti, principaliter tamen institutum est in favorem pœnitentis, ut Confessio facilis, & suavis esset: ergo, eo ipso quòd pœnitens cedit juri suo, nulla fit injuria sacramento: quemadmodum, si quis alicui aliquid sub juramento promitteret, remittente illo obligationem, nulla fieret Deo injuria in non servato juramento, *p.* 7. *t.* 11. *res.* 10.

Cum quando manifestare potest hæredibus defuncti restitutionem faciendam.

35. Et ideò Confessarius cum licentia pœnitentis defuncti manifestare potest hæredibus restitutionem faciendam. cap. *præterea*, *de off. de leg.* In quo casu ipsi credendum est; maximè si id vergat in bonum animæ ipsius pœnitentis, & hæredibus incumberet onus probandi, id non fuisse ex mente pœnitentis jam mortui: quia præsumptio stat pro Confessario. Onuphr. *de sigil. sect.* 2. *quæst.* 5. & alii apud ipsum, *p.* 5. *tract.* 11. *res.* 28.

Et quid si faciendæ sit ex delicto?

36. Sed si in tali casu restitutio facienda esset ex delicto, non posset dicere, ex delicto deberi, etiamsi pœnitens dixerit, ut obligationem restituendi hæredibus injungeret; sed solùm dicere deberet, quod ille voluit tantum solvi Francisco. Et melius esset suadere moribundo, ut secreto codicillo hæredibus id injungat; juxta dicenda V. *Testator*, *numer.* 6. Quod sic ex hoc Confessarii mandato oriatur delicti suspicio, Confessarius excusabitur. Et hoc solum fortè voluisse Graffium *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23. *numer.* 14. ait Malderus *de sigillo*, *cap. quarto*, dum ait dari casum, in quo ad frangendum sigillum sufficiat tacitus consensus pœnitentis. Debuisse tamen dicere, quod sufficit consensus in taci-

Debet autem licentia esse expressa.

tam revelationem, seu in actionem, ex qua sequitur revelatio, non autem tacitum consensum in revelationem, *part. 5. tract. 11. resolutione 32.* Nam non quæcumque licentia pœnitentis sufficit ad revelationem, sive tacitam, sive expressam, sive virtualem præsumptam, aut interpretativam. Sed requiritur formalis & expressa. Ita Fagundez *pr. 2. leg. 6. c 1. numer. 14.* Qui rectè notat, talem licentiam à pœnitente absque ulla causa revocari quandocumque posse, *p. 5. tract. 11. resolutione 10. §. Notandum.* Immò Aldrete *lib 2. cap. 19. §. 1. num. 6.* existimat, talem licentiam petendam esse in scriptis, ne detrimentum aliquod pati possit Confessarius. Quod tamen non approbat Suarez in *3. p. tomo 4. disp. 33. sect. 5. numer. 14.* Esset enim id valdè periculosum pœnitenti. Et alioqui in dubio de licentia Confessarii credendum est ipsi, non pœnitenti, *p. 4 t. 11. resolutione 41.*

Et formalis.

Et libera.

37. Pro foro autem conscientiæ debet esse etiam libera, & spontanea, non extorta vi, injuria, aut metu aliquo, etiam reverentiali, alioquin erit nulla, & revelatio foret fractio sigilli. Fagundez *ubi sup. numer. 21.* Quod cogitent Magistri Novitiorum, *p. 5. t. 11. res. 10. §. Nota etiam.*

Cum qua revelari potest etiam cõplex. Secluſa ipsius iniuria.

38 Cum libera pœnitentis licentia Confessarius non solum peccatum ipsius pœnitentis, sed etiam complicis absque complicis licentia revelare potest, si aliàs ipsi non fiat injuria. Et ratio est, quia sigillum obligat in favorem solius pœnitentis, nè Confessio fiat illi odiosa; ex revelatione autem complicis de licentia pœnitentis nulli fit odiosa confessio, nec etiam complici. Ergo. Ita Suarez, *disput. 34. sect. 3. numer. 7.* Quamvis opposita sententia Vasquez *in 3. p. tom. 4. quæst. 93. art. 4. dub. 5. num. 5.* sit etiam probabilis, *p. 5. t. 11. resol. 24.*

Et sine ea non potest revelari aliquid etiã alienũ. Etiãsi urgeat

39. Sine licentia pœnitentis non licet ejus Confessionem, vel aliquid in ea auditum, etiam alienum, revelare, quamvis casus sit talis, quòd pœnitens deberet consentire. Et sic si fateretur, esse quædam hæreticorum conventicula, & nec ipse revelare vellet, nec in revelationem Confessarii consentire, Confessarius revelare non posset. Verum est, quod talem non deberet absolvere, nisi promittat vel proponat se revelaturum prima opportunitate, dum malum revelandum talem dilationem patitur (aut, si non patitur, det sibi licentiam ad revelandum juxtà dicta V. *Pœnitens. num. 3.*) Absolvere etiam deberet, si haberet aliqualem probabilitatem, quòd sibi non incumberet revelare. Nec deberet consensum in tali casu extorquere sub prætextu, quod non absolvet; quia consensus extortus non est consensus, ut dictum est, *p. 5. t. 11. res. 33.* † intellige, cùm pœnitens probabiliter non obligatur, nam si obligaretur, metus de non absolvendo, justus esset, & consequenter non efficeret consensum invalidum.

maximum periculum. Licet in tali casu non debeat dari absolutio, nisi vel ab ipso fiat revelatio vel impetretur facultas illam faciendi.

40. Est autem obligatio sigilli adeò stricta, ut neque cum ipso pœnitente possit Confessarius extra Confessionem de peccatis confessis tractare, sine ejus licentia. Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 4. artic. 6.* Quamvis Granado in *3. part. controv. 7. tract. 11. disp. 8. numer. 3.* dicat, talem locutionem non esse contra sigillum strictè sumptum de non revelandis peccatis, sed tantum contra sigillum latè sumptum de non loquendo cum aliquo circa Confessionem. Sed ego teneo cum Soto, *p. 2. tract. 15. res. 12.* in fine, & *p. 5. t. 11. res. 6.*

41. Quid ergo faciendum à Confessario, qui errorem commisit in confessione, ex quo obligatur ad monendum illum? Respondeo, in tali casu petendam esse à pœnitente licentiam, dicendo, quòd cuperet loqui, de re ad Confessionem pertinente, & tunc de errore commisso commonefaciẽdum. Quod si licentiam præbere nolit, Confessarium debere sui erroris pœnitere, & contentum esse. Granadus *disput. 5. num. 4.* & DD communiter. Scio Nugnum *in add. ad 3 p. tract. 2. quæst. 11. artic. 4.* & alios docere, quod etiamsi pœnitens injustè hoc neget, Confessarius nihilominus

Sacerdos errorem in Cõfessione committens, non potest pœnitentẽ de illo monere, sine eius licentia extra eandẽ Confessionem

minus loqui possit, & defectum supplere: nam tunc non tam loquitur extra Confessionem, quàm complet Confessionem præteritam, & pœnitens est irrationabiliter invitus. Sed hanc opinionem meritò improbabilem censet Fagundez *lib. 6. cap. 4. numer. 33.* nam hoc esset pœnitenti peccata exprobrare, eumque invitum secundò sibi subjicere, ac sacrum tribunal reddere onerosum & odiosum, *p. 11. tract 15. res. 12. p. 3. t. 4. res. 87. p. 5. t. 11. resol. 18.* Quibus rationibus ulterius probari existimo. Confessarium nec in secunda Confessione pœnitentem de errore monere posse, quia prima Confessio jam terminata fuit, & quoad illam ejus auctoritas expiravit. Fagundez *numer. 36.* contra Præpositum in *3. p. quæst. 11. dub. 5. num. 41.* († Sed paulò ante *in resolutione 18.* propè finem obiter contrarium docuerat cum Granado.) † Ex quo sequitur, quod si Confessarius advertat, pœnitentem non impleviſſe pœnitentiam primæ Confessionis, non possit illum monere ut impleat in secunda, *p. 5. tract. 11. resol. 20.* Et tandem, Fagund. *num. 33.* non posse Confessarium monere pœnitentem de errore commisso in eadem Confessione, statim post absolutionem, sine licentia. Contrarium docuerat Henriq. *lib. 3. c. 2. p. 3. t. 4. resp. 87. §. Notandum, & p. 5. tract. 11. res. 19.*

Nec statim post absolutionem.

SIGILLVM SACRAMENTALE
An frangi possit in bonum finem.

Notitia Confessionis potest Confessarius uti solum in iis, quæ pœnitenti nullo modo præjudicant.

42. QUærimus hic, an notitia Confessionis possit Confessarius aliquando uti in aliquem bonum finem? Et ideò cum Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 2. disput. 16. num. 2.* solùm iis uti posse, justis de causis, quæ nullo modo pœnitenti præjudicant: vel illius honorem, aut personam lædere, rubore suffundere, vel à Confessione retrahere possunt, v. gr. scit Confessarius ex Confessione, paratu sibi insidias mortis, si exeat; potest non exire, vel sebenè custodire, &c. quia id in nullo lædit pœnitentem, nec illum retrahit à Confessione. Secus si ex hoc pœnitens subiret periculum, ut dictum est supra *num. 28.* Item, scit Confessarius, Petrum pœnitentem non esse verum Sacerdotem, sed fictum; potest deinceps, quæsito bono titulo, non illi, sed alteri confiteri, & similia, *part. 5. t. 11. resol. 2. §. Notandum.*

43. Tannerus *to. 4 disp. 6. quæst. 9. dub. 6. num. 140.* & alii dicunt, Confessarium notitia peccatorum in bonum finem absque ulla limitatione uti posse. Et sic primò si novit pœnitentem proditorem, posse monere vigiles ad diligentem custodiam civitatis. Secundò, dimittere famulum, quem ex sola Confessione novit furem, vel res suas melius custodire. Tertiò, si est prædicator, invehi in gravia peccata, quæ audivit in Confessione. Quartò, si est Episcopus, dimissorias, vel beneficium negare ei, quem ex Confessione novit indignum. Quintò, negare occultum suffragium indigno. Sextò, monere alium, cui malum paratur, ut tali loco & tempore sibi caveat. Septimò, Prælatum ex notitia Confessionis amovere posse pœnitentem indignum ab officio ad nutum amovibili: non admittere ad officia eum, qui putatur nociturus: negare licentiam è domo exeundi: erigere murum monasterii, & similia. Et probant quintum ac septimum dictum, ex quibus alia sequuntur: quia si Confessarius non audivisset Confessionē irrationabiliter conquererētur pœnitentes de negato suffragio, aut amoto officio ad nutum amovibili: ergo idem post Confessionem, ex qua Confessarius non debet fieri pejoris conditionis: alioqui enim scelerati, ne eis denegetur votum, vel officium, occasionem arriperent utendi indignis cautelis, non absque iniuria Sacramenti, faciendo scilicet Confessionem cum electoribus, & superioribus, illius indignitatis.

Secus in iis, quæ illi præjudicant.

Sed hæc opinio in his casibus, in quibus periculum est proditionis sigilli, vel

vel in quibus id esset confusioni, ac pudori pœnitenti, prorsus non est tenenda. Nam, ut air Fagund. *p.2. lib. 6. c.2. numer. 2.* potissima ratio, ob quam sacramentale sigillum tam inviolabiliter obligat nè ejus notitia ad notitiam fori externi deducatur, est, ne hoc divinum Sacramentum, quod in salutem animarum est institutum, reddatur formidabile; quapropter fugiendum est omne id, quod illud onerosum, ac odiosum reddere potest. At nihil magis odiosum reddere illud potest hominibus, quam si intelligant, posse privari à suis superioribus officiis, & ordinibus, aut mutari in alia loca, aut sibi negari suffragia ad communes honores, & commoda ex notitia Confessionis: abhorrerent enim ab ea, iis præsertim facienda, quod vel leviter suspicantur aliquando sibi prodesse, vel obesse posse, ut cum superioribus, cum Magistro Novitiorum, cum vocalibus, &c. Deinde, ex Confessione pœnitens non debet aliquod incommodum reportare. Neque permittit religio sacramenti, ut detur hominibus occasio amittendi spirituale solatium in suis miseriis, minus fidenter, & frequenter ad Confessionem accedendo. Et in specie de Prælatis, cum ad ipsos subditi accedere debeant pro reservatis, onus durissimum esset, si notitiam sacramentalem in gubernationem externam dirigere posse scirent. Quibus rationibus motus Claudius Aquaviva Præpositus Generalis Societatis, suo decreto prohibuit nè Confessarii supradictam opinionem ad praxim aliquando deducerent, vel Professores Theologiæ illam publicè, vel privatim docerent. Ad argumentum contrarium respondetur, pœnitentem non posse conqueri ante Confessionem de negato justè suffragio; posse tamen post Confessionem, si sciat ex notitia Confessionis sibi negatum esse. Nec ullam sceleratis ansam porrigi utendi pernicioſa cautela: quia si Prælatis alia via constiterit esse indignos, justè eos privare poterunt, *p.4. t.11. resol.3.* & ex parte olim *p.3, t.4. resol.76. & p.10. t.12. resol.34 & p.11. tr. 5. res.15.*

44. Ex his igitur primò, Prælatus pro nullo Religionis bono potest se dirigere in suo regimine, ex notitia confessionis: & sic non potest subditum ab officio etiam amovibili removere, aliò transmittere, clausuram melius custodire: ostium claudere, solitum egressum è domo negare, in mores subditi acrius invigilare. Item nec uti notitia complicis alicujus delicti, ut fiat vigilantior circa alios complices, & similia. Et hæc omnia prohibere voluit Clemens VIII. superioribus *in decreto de casuum reservatione, die 26. Maii 1594. §.6.* Quod obligare sub mortali pateat ex *§. ult.* Et obligare in omni eventu, constat ex materiæ gravitate, & fine Pontificis, qui fuit, consulere facultati, integritati, & puritati Confessionis, *p.3. t.4. resol.76. §. Ex quibus,* initio & fine, *& p. 5. tract.11 res.3. §. Et ideò, & p.10. tract. 12. resol.34* Et quamvis Mercerus putet *in 3. p. quæst.11. art.5 dub.2. concl 2.* dicto decreto non prohiberi, quin superiores Regulares notitia Confessionis utantur ad aliquod malum publicum avertendum, quod in Religionum domibus rarissimè contingit: quia hoc est juris divini, illud humani. attamen, an hæc sententia sit probabilis, ipse considera, *p.4. t.4 res.202.*

Nã Prælatus non potest uti notitia Confessionis in regimine.

Amovendo subditum ab officio, etiam manuali. Clausuram melius custodiendo. Et similia faciendo.

45. Deinde vocales Religionum, & Magistri Novitiorum non possunt negare suffragium illi, quem in Confessione sciunt esse indignum. Suar. *in 3. p. t. 4. disp.33. s. 7.* & alii contra Henriq. *lib.3.c.23.num.6.p.3.t.4.res.76. & p.5 t.11. res.4.*

Nec vocalis suffragiũ negare ei, qui ex Confessione sola noscitur esse indignus.

46. Tertiò, Magister Novitiorum, & Confessarius Monialium non potest in exercitiis spiritualibus coram illis concionari contra peccata in Confessione intellecta sine fractione sigilli: facilè enim orietur scandalum, & rubor in pœnitente. Mald. *de sigil.c.14.* Secus, si id faciat ita prudenter, ut impossibile sit detegi peccatorem. At tunc nihilominus peccarent mortaliter propter scandalum, & quia Confessionem redderet

Nec Confessarius monialium, aut Magister novitiorum concionari contra peccatũ auditũ in Confessione.

deret odiosam. Beia. *part.3.cas.15.p. 5. t. 11.res.36.*

Nec Confessarius dicere Prætoribus urbis ut cautius Civitatē custodiant.

47. Quarto, non potest Confessarius dicere Prætoribus Vrbis, aut Inquisitoribus, ut diligentius invigilent; facile enim coniicient, eum loqui ex notitia Confessionis, quod est contra sigillū Fagund. *p.3.l.6.c.3.n.9.p.3.t. 4.res.67 §. Ex quibus, ante medium.*

Aut famulū furem cognitum ex Cōfessione accusare, vel expellere.

48. Quintò, Confessarius sciens in Confessione furtum sibi factum, non potest furem accusare ex aliis indiciis extra Confessionem cognitis si hæc indicia absque notitia Confessionis supponamus non sufficere; nam tunc verè uteretur scientia orta ex Confessione, redderetque illam odiosam Præpositus *in 3. p.q.11. dub.3.n.25.p.5.t.11.resol.17.* Immò si talis fur cognitus, esset famulus Confessarij, nec posset illum dimittere; quia talis dimissio esset quædam correptio, extra Confessionem pudefaciens pœnitentem. Secus si cautius in actus eius invigilans, deprehenderet iterum furari; nam tunc alio prætextu, & occulte posset illum dimittere; si tamen adeò speciosum invenire posset prætextum, ut famulus suspicari non possit, se dimitti originaliter ex notitia Confessionis Mald. *de sigil c.14 p.5.t.11. res.37.* Sed in hoc quoque ultimo casu negandum videntur consequenter ad superius dicta *n.41.ex res.3.p.5 t.11.*

Vel negare absolutionem complici tacenti peccatum ab alio complice confessum.

49. Sextò non potest Confessarius uti cognitione habita in Confessione de complice ad negandam huic absolutionem, si in confitendo taceat illud peccatum. Vide V. *Confessarius quoad examen, à num. 39.* adde neque posse illum corrigere, etiam cum licentia pœnitentis; hoc enim non potest fieri absque injuria Sacramenti, cum ejus notitia ad finem adeò extrinsecum dirigatur. Nunnus *in addit. ad 3. part. quæst.11. articul 2. dub.1.* & Thomistæ communiter contra Suar. *in 3 p.to.4 disp. 34. sect. 4.n.4.* Cujus quidem opinio, posito quòd sit probabilis, nunquam tamen Confessarius interrogare posset pœnitentem de persona complicis in finem correctionis, neque se invitare ad correctionem faciendam, sed expectare deberet pœnitentem. Henriquez *lib. 2.cap. 9. num.10.p.3. tom.2. resolut.* 42. in fine, *& tom. 4. resolut.* 113. *& p. 5. tom 11 res.* 39. An verò pœnitens complicem revelare possit, & in aliquo casu etiam debeat. Vide V. *Pœnitens, num.3.*

Illumve cū licentia pœnitentis corrigere,

Nec tandem revelare aliquod peccatum confessū in bonū ipsius pœnitentis.

50. Tandem, Confessarius non potest uti notitia Confessionis in bonum ipsius pœnitentis, absque eius licentia, v. g. moritur publica meretrix, non potest Confessarius dicere, illam periisse contritam & publicè pœnitentem, vel quòd peccata sua publica confessa sit, aut quòd ipse eam à suis peccatis publicis absolvit, ut Parochus det illi sepulturam Ecclesiasticam. Neque etiamsi ille de licentia pœnitentis secretò id dicat: poterit Parochus illam in loco sacro sepelire, secundum Malderum *de sigillo c.12* Nisi publicè conversam esse sciat, sive Confessarius de eius licentia publicè id revelet, sive ipsa coram pluribus protestata sit tali peccato dolere: quia talis satisfactio debetur Ecclesiæ. *p.5.t.11. res.40. & 42. §. Notandum.*†. Contrarium in hoc docet Mendoza. Vide supra V. *Sepultura, numero 5.*†.

SIGILLVM SACRAMENTALE Frangens.

Sigillū frangens peccat peccato sacrilegii.

51. CConfessarius frangens sigillum Confessionis, duo peccata committit: unum sacrilegii contra virtutem Religionis, & reverentiam debitam Sacramento, aliud injustitiæ contra virtutem infusam justitiæ, non servando pactum virtuale, quod inter ipsum & pœnitentem intercedit de servando secreto in omni casu, absque ulla exceptione, Ochagavia de *Sacram. tractat, 3. quæst.1 numero 4.* & alii communiter. Ab his tamen peccatis excusare posset aliquando inadvertentia, quæ tamen difficile excusabit à veniali, cum ad fractionem quamcumque

Et injustitiæ

semper accedat aliqua negligentia, qua Confessarius non advertit id, quod ex officio deberet advertere. Onuphrius *de sigillo. sect. 5. quæst. 1. part. 5. t. 11. ref. 2.* Nunquam verò excusabitur Confessarius ex parvitate materiæ, quia quantumcunque parva sit materia, quæ revelatur, semper integra erit ratio irreverentiæ, & offensionis Dei: arcta enim obligatio servandi sigillum, non oritur ex eo, quòd peccata, quæ cælantur, sint magna; sed ex eo potius, quòd res maximi momenti sit, totum negotium Confessionis esse secretum Malderus *de sigil. c. 3.* Vide Henriq. contrariam sententiam rectè improbabilem judicavit. *p. t. 5. ref. 8.*

Et Confessarius in hoc delinquens incurrit pœnam depositionis.

52. Confessario revelanti Confessionem in foro externo duæ pœnæ imponuntur, *cap. si Sacerdos, de pœnit. dist. 6.* depositio, quæ secundùm Granadum *in 3. part. contro. 7. tract. 11. disp. 8. nu. 3* significat prohibitionem cujuscunque muneris Sacerdotalis, & perpetua peregrinatio ignominiosa, quæ *in cap. omnis utriusque sexus, de pœniten. & remiss.* immutata est in perpetuam reclusionem in Monasterio, *p. 4. tr. 8. resolu. 95. §. Notandum, & p. 5. tr. 1. ref. 31.* Et quidem Majolus *lib. 5. cap. 19. n. 16* in pœna depositionis putat includi irregularitatem, sed immeritò; quia depositio non imponitur ipso jure, sed post sententiam judicis, *p. 5. t. 11. ref. 53.* Impositæ etiam sunt hæ pœnæ solis Confessariis, non autem aliis revelantibus Confessionem, qui minoribus pœnis puniendi sunt, utpote qui in fractione sigilli non ita graviter peccant, sed tamen gravioribus, quam si solum secretum naturale fregissent. Ochagavia *de sacr. tract. 3. quæst 9. num. 11. resol. 51. cit. §. Nota tamen.*

Et perpetua peregrinationis.

Sed non in omni casu.

53. Notat tamen Granado *ubi supra*, supradictas pœnas non infligi Confessario ob quamcumque violationem sigilli, sed solùm ob revelationem peccati: nam de ea solùm agitur in jure, quia peccatum est præcipua materia sigilli: unde qui solùm revelaret aliquod ignominiosum in Confessione cognitum, quòd non sit peccatum, non incurreret istas pœnas, sicut nec, qui cum pœnitente loqueretur extra Confessionem de peccatis confessis sine licentia. *Ibid. §. Notat.* Sed in hoc ultimo casu existimo Confessarium puniendum esse supradictis pœnis, *part. 5. tr. 11. ref. 6. in fin. §. 1.* Id quod etiam docet Sotus *in 4. d. 18. q. 4. a. 5.* de Confessario revelante fornicationes publicas confessas à notissima meretrice. Quamvis Hurtadus velit, talem Confessarium non frangere sigillum strictè sumptum, sed latè: ac proinde non esse puniendum pœna ordinaria, sed extraordinaria *part. 5. tract. 11. ref. 6. §. Notandum.* Puniendus item esset pœna ordinaria Confessarius, qui diceret: *non absolvi Paulum*: vel interrogatus responderet, *Non absolvi, quia nondum Confessionem finivit ob superveniens impedimentum*, quibus locutionibus supra *num. 4.* diximus frangere sigillum. Et ratio est, quia *in c. Omnis*, sic habetur, *Caveat autem Sacerdos, ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo revelet peccatorem*, quod perinde est, ac dicere, *revelet statum peccatoris*, qui enim revelat Confessionem hujusmodi, revelat statum peccatoris in peccato: ergo pœnis ordinariis juris subjicitur. Fagund. *p. 2. lib. 6. cap. 7. n. 11.* & alii contra Diaz *in pract. crim. cap. 109. num. 2. p. 5. t. 11. ref. 42. §. Sed an.*

Hoc delictum quomodo probari possit.

54. Quæres primo: Quomodo constare possit de hoc delicto fractionis sigilli? Respondeo cum Onuphrio *de sigillo, sect. 5 quæst. 3.* Si Confessarius id fateatur, vel convincatur, ad quod propter naturam delicti sufficiunt plures testes non contestes. Si verò nec confessus sit, nec convictus, tùm ex diversis accidentius, & circumstantiis Confessarii, pœnitentis, vel etiam tertiæ personæ, si hæc accuset, rem totam definiendam. Nec enim certa regula in hoc tradi posse. Vnde minimè admittendum, quod ait Vivaldus *de sigillo num. 39.* Confessario neganti damnum esse juramentum; nunquam enim ad has angustias reduci debet; & cæteris paribus semper præsumendum est pro ipso,

ipso, etiam sine juramento. Onuphrius, quem in casu occurrenti vide, & vide etiam Fagundez *num.* 10. *par.* 5. *tractat.* 11. *resolut.* 52.

Et ad quod tribunal pertinet.

55. Quæres secundò: Ad quod Tribunal pertinet Confessarius frangens sigillum? Ad Inquisitores, an ad Ordinarium? Respondeo? Si non habet errorem in intellectu, ita. ut existimet, hoc esse liberum, nec aliter malè sentit de sacramento Confessionis, non pertinet ad Inquisitores, sed ad Ordinarium & sic denunciationes in aliis casibus in Tribunali sanctæ Inquisitionis, ad ordinarium remittuntur. Molfesius *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 13 *num.* 68. *p.* 4. *tom.* 8. *res.* 59.

SIMONIA.

Simonia quid?

1. Simonia est commutatio, aut studiosa voluntas, vel pactum commutandi rem spiritualem pro temporali. Nam simonia triplex est: mentalis, quæ in sola voluntate consistit: conventionalis ad pactum externum deducitur; & realis, quæ procedit ad ipsam permutationem. Est peccatum mortale contra virtutem Religionis, prohibitum jure divino, naturali, & humano, præter aliquam, de qua infra. † Nec admittere parvitatem materiæ censet Suarez *de relig. tomo* 1. *libr.* 4. *cap.* 3. *num.* 5. nam si materia sit res spiritualis, quæ venditur, hæc quantulacumque sit in suo genere, contemnitur, & conculcatur, si cum temporali pretio commutatur, & ex parte hujus actionis subtrahitur à donatione Dei gratuita. Si verò sit pretium, hoc quo minus est, eo res spiritualis, quæ cum eo commutatur vilius æstimatur. At Bonacina *de leg. disp.* 10. *q.* 2. *num.* 13. in affirmativam sententiam inclinavit; censuitque eam materiam, quæ excusat à mortali furti, excusare etiam à mortali simoniæ. † Quamquam deinde *in tract. peculiari, de simonia q.* 3 *n.* 13. sibi contrarius, sententiam. Suarez expresso docuerit. † Tenet tamen Merola *tom.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. *dub.* 7. *n* 16. & quantitatem remittit arbitrio boni viri. *p.* 5. *t.* 3. *res.* 2.

Quotuplex

Quale peccatum.

An admittat parvitatem materiæ.

2. †. Adverte autem primò, simoniacos, præter culpam sacrilegii, incurrere ipso jure in excommunicationem papalem, privationem beneficii vendiri, vel empti, & obligationem restituendi pecuniam acceptam & irregularitatem. *Extrav.* 1. & 2 *de simonia*, quæ latiùs explicabimus infra *à num.* 12. Sed irregularitas in simonia occulta probabiliter non incurritur, *p.* 10. *tom.* 15. *resolut.* 8. in fine. Omnes autem incurruntur per promissionem etiam non impletam; & ea completa probabile est pœnas retrotrahi ad tempus promissionis. *p.* 15. *t* 16. *res.* 15.

Quæ pœnæ simoniacis in[illegible]

Adverte secundò, nomine rei spiritualis venire quidquid à Deo, ut gratiæ auctore procedit, & in Deum ut gratiæ finem ordinatur. Hæc autem sunt in triplici differentia. Nam quædam sunt purè spiritualia, ut virtutes supernaturales, & potestates, & usus ipsarum quædam mista cum temporalibus, sed plus participiant de spiritualitate, ut sunt Sacramenta, sacramentalia, & beneficia: tertia, plus participiant de temporali, quam de spirituali, ut vasa sacra, templorum loca, cătorum officia, & similia. Pretium verò triplex est: nimirum pecuniæ, seu rei pecunia æstimabilis, linguæ, seu laudis, & obsequii, sive servitutis, †

Quanam sint res spirituales.

4. Adverte tertiò, nomine beneficij non venire Commendas Equitum Hierosolymitanorum: quia licet dentur solis professis, tamen dantur titulo laico, & pro temporali militiæ ministerio, professio verò est solùm conditio sine qua non Lezana *tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 26. & Theologi communiter, & ex Canonistis Quintinus *in Repet. ad c. de multa, de præb. num.* 8. & *à num.* 263. & decleravit Iulius II. anno 1505. & Pius II. anno 1460 *p.* 6. *tom.* 8. *resol.* 27. Item probabile est, non venire pensionem, quæ solet assignari seni renuncianti beneficium ob labores exhibi-

Et beneficia.

tos, aut Clerico pauperi in alimentum, & quæ conceditur in renunciatione, & commutatione beneficiorum, quæque datur personæ sæculari, ut Principi, militi, ad componendam litem dubiam super beneficio, vel filio Comitis etiam Clerico, pro servitiis, quæ pater Ecclesiæ præstitit; & generaliter nullam pensionem, dempta ea, quæ datur in titulum beneficij ob aliquod ministerium spirituale futurum coadjutori Episcopi, vel Parochi senis, quia omnes aliæ pensiones sunt merè temporales. Ita Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 2. c. 3. dub. 46. num. 19.* contra Enriquez *lib. 13. c. 13. num. 2.* & alios multos *p. 4. t. 4. res. 153* Item non venit Vicariatus Episcopi Ita Sanchez *dub. 113. num. 6.* contra Lopez *p. 1. c. 307 p. 4 to. 4. res. 107.* Veniunt tamen prælaturæ Regularium non amobiles, ut sunt Generalatus, Provincialatus, Guardianatus, Prioratus, &c. ut ait Bononia *de electio. p. 2. c. 1. dub. 58.* quamvis contra sentiat Peyrinus *de relig. subd. t. 1. q. ... c. 31. § 9. d. 21. p. 4. t. 4. res. 156.* †. Verum V. *Prælatum. 52.* Prioratum, & Guardianatum & similes prælaturas inter amobiles numeravimus cum Auctore.

Non est simonia si detur temporale pro spirituali non tanquam pretium illius. Sed in gratitudinem. &c.

5. Porrò non est simonia, si temporale detur, non tanquam pretium rei spiritualis, sed, vel ante ad excitandum per benevolentiam & debitum antidorale animum collatoris, vel posteà in gratitudinem. Et sic primò, ait Sanchez *dub. 28. num. 7. & 8.* si quis inserviet Episcopo ad impetrandum beneficium ex benevolentia & gratitudine, & Episcopus hoc titulo beneficium familiari suo conferat, etiamsi explicet, se illud dare ad exonerandum se ab obligatione antidorali, neuter est simoniacus: licet de Episcopo contrarium sentiat Abbas apud ipsum *p. 4. t. 4. res. 151. §. Et eidem.* & *p. 10. to 14. res. 5.* Secundo, ait Valentia *to. 3. disp. 6. q. 15. punct. 3.* non esse simoniam, resignare beneficium spe obtinendi aliud, sine qua non resignaretur, si non adsit intentio obligandi superiorem supra obligationem antidoralem. Etiamsi talis spes verbis, aut scripto exprimatur. sed de hoc infra *num. 8. p. 6. to. 7. resol. 32.* propè finem. Tertio, ait Turrianus *in select. p. 2. disp. 19. dub. 3.* non esse simoniam, si quis promittat Titio se daturum eleemosynam Cajo, vel Ecclesiæ, si sibi impetret beneficium; idque solùm ad excitandum ejus animum, ut fit, quando promittitur aliquid infideli, si convertatur ad fidem, aut fideli, si Religionē ingrediatur, *par. 5. t. 14. res. 75.* Quartò probabile esse, ait Malderus *in 2. 2. t. 5. c. 3. dub. 6.* nec usuram fore, nec simoniam, si quis daret mutuum collatori beneficij, animo eum provocandi ad propensionem in eum, *p. 1. t. 8. res. 61. §. Sed licet*, circa medium.

6. Item non est simonia dare aliquod temporale tanquam pretium rei temporalis ordinatæ ad spiritualem, aut illi connexæ, puta laboris, damni emergentis, lucri cessantis, &c.

Aut temporale pro temporali, licet ordinato ad spirituale, vel illi adnexo. Vt pro declarato cadens & consequenter.

Hinc primò Suarez *ubi sup. c. 18. n. 19.* excusat à labe simoniæ Responsorem casuum conscientiæ accipientem stipendium pro declarato casu, non quidem per modum exhortationis, sed per modum instructionis doctoralis, etiamsi petatur ad conscientiam pacandam, vel dirigendam, quia hoc est per accidens & consequenter. Ita ille, contra Sanchez *in opusc. to. 2. lib. 2. c. 3. dub. 57. & 8.* probabiliter *p. 5. t. 14 res. 4.*

Pro labore eundi, & redeundi ad collatorem beneficii. Pro damno emergente, &c.

7. Item *disp. 53. n. 17.* eum, qui pretium reciperet pro labore ineundo & redeundo ad collatorem beneficij, aut pro damno emergente. & lucro cessante, nisi sub hoc colore aliquid accipiat supra justum, in quo casu, ait Rodriquez *in summa tom. 4. c. 133, n. 19.* non fore peccatum simoniæ, sed injustitiæ, quod & vitari posse existimo, si illud plus detur liberaliter & gratis, ita ut in casu adsit contractus justæ emptionis, & liberæ donationis, *p. 2. t. 16. res. 37. §. Vnde.* Pro intercessione ad beneficium apud collatorem nihil sumi potest, aut dari citra simoniam. Pro intercessione autem mediata, quæ fiat apud intercessorem immediatum ipsius collatoris. Vasquez, quem citat, & sequitur

An etiam pro intercessione mediata, vel immediata ad dā-

dum beneficium.

quitur Sanchez *dub.* 26. *num.* 7. probabile putat, posse: quia illa intercessio remota est merè temporalis. Aliqui etiam apud Sanchez docent, simoniam illam, quæ committitur solvendo pretium intercessori immediato, esse solius juris humani, non divini, vel naturalis, quia hæc etiam intercessio est temporalis. Sed an utraque hæc opinio sit probabilis, alij videant, *part.* 4. *tract.* 5. *res.* 151.

Et an liceat pacisci de certa pecunia solvenda, vel exigenda si acquiratur beneficium, intervenìte impetratione ad acquirendam pecuniã à proviso?

8. Aliqui etiam dicunt, non esse simoniam, sponsionem, vulgò *Scommessa*, cum tertio, ut si spondens habeat beneficium, solvat tot aureos, v. g. secus, acquirat; si posteà tertius ad acquirendam pecuniam intercedat apud collatorem, & impetret prætensori colludenti beneficium. De qua re vide etiam Sanchez *l. c. p.* 4. *ibidem.* Item quibus titulis, nimirum gratitudinis, excitationis animi, laboris, &c. licitum est dare aliquid temporale. Cælestinus *in comp. tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. & alij dicunt, licere de eo pacisci, ita quod

Et generaliter pacisci de solvenda pecunia obtento beneficio eo titulo, quo dari potest?

prætensor, obtento beneficio, teneatur illud solvere, in gratitudinem, v. g. vel in pretium laboris, &c. non obtento autem, non teneatur; quam sententiam licèt speculativè loquendo probabilem judicaverim, *in p.* 2. *t.* 12. *resol.* 37. † *& p.* 3. *t.* 2. *resol.* 64. §. *Sed ex his*, in fine †, nunc tamen in praxi puto non esse amplectendam: quia non sunt compassibilia, obligari ad dandum ob gratitudinem, vel laborem, & non obligari, nisi obtento beneficio; cum etiamsi beneficium non obtineatur; & labor insumptus, & gratitudinis obligatio producta fuerit, ut ait Sylvius V. *Simonia* 2. *concl.* 2. Et idem aliqui dicunt, si resignans beneficium significet spem aliud obtinendi, ut supra diximus *n.* 5. *part.* 9. *tom* 7. *res.* 42. Potest nihilominus dari & promitti pretium temporale pro redimenda iniqua vexatione in Sacramentorum collatione, ut diximus V. *Scandalum*, *num.* 13. & etiam beneficiorum, *ut ibid. num.* 6.

Potest accipi pretium pro

9 Pro sepultura in loco honoratiori. Magrovicio *tom.* 2. *cap.* 4. *de iud. num.* 69. ait, non posse pretium sumi: nam sumeretur propter majorem loci sanctitatem, † v. g. propter majorem ad-

loco honoratiori sepultura.

Altare maius, in quo sit tabernaculum, vel sæpius, celebretur, propinquitatem †. & quamvis homo intendat pretium sumere ex motivo humano honoris, ille tamen honor est conjunctus sanctitati, ob quod pretio æstimare prohibetur, sicut honor & dignitas Episcopatus. Ego verò existimo cum Garzia *de benef. tom.* 1 *p.* 5 *c.* 9. *n.* 117. emi posse propter eam temporalitatem honoris apprehensi pretio æstimabilis, si-

Et pro impetratione habitus militaris.

cut emuntur vasa & vestes sacræ ratione materiæ, & pro hac sententia Garzias affert decisionem Rotæ Romanæ *p.* 2. *t.* 15. *resol.* 57. *& p.* 5. *t.* 3. *resol.* 103. Eodem pacto existimo aliquid accipi posse ab eo qui facit aliquem adscribere inter Equites D. Iacobi Alcantaræ, &c. nimirum pro temporali honore, qui in talis habitus susceptione magni æstimatur. Et si detur gratis & ex benevolentia multo magis; præterquam quod probabiliter dici potest, dictos Ordines non esse propriè Religiones. Et hanc sententiam contra Azorium, *tom.* 3 *lib.* 12. *c.* 26. *quæst.* 5. docet Vecchius *disp.* 1. *dub.* 3. *n.* 1. *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 64. *& p.* 6. *t.* 8. *res.* 17. §. *Notandum p.* 9. *tr.* 9. *res.* 35.

10. Petes primò An Cancellarius Episcopi ratione laboris sumere aliquid possit pro licentia audiendi Confessiones & concionandi? Respondeo negativè. nam sacra Congregatio apud Barbosam *in Trid. sess.* 21. *cap.* 1. *n.* 16. declaravit, Cancellarium Episcopi gratis omnino præstare debere approbationem ad audiendas Confessiones, licentiam administrandi Sacramenta, deserviendi beneficijs, sepeliendi cadavera in Ecclesia, celebrandi Missas, colligendi eleemosynas: mandata publicandi in Ecclesia eos, qui primam tonsuram susciperè, & ordinari voluerint. Pro litteris verò collationum, institutionum, seu provisionum beneficiorum vacantium per obitum, vel per resignationem, etiam ex causa permutationis, vel alias pro litteris dimisso-

Cancellarius Episcopi tenetur gratis dare facultatem concionandi, audiendi confessiones, & multas alias litteras.

Pro aliquibus aliis sinum, mere potest pretium à Congregatione taxatum

dimissorialibus, quæ conceduntur Clericis ad alias diœceses transituris, vel ab extero Episcopo ordinandis: pro approbatione tituli patrimonii, aut beneficii: pro licentia absentandi se ab Ecclesia, ut beneficio, vel erigendi Capellas: pro literis approbationis concurrentium ad parochiales in mensibus Papæ Romam transmittendis: pro approbatione juris patronatus ex fundatione, vel donatione; pro creationibus vicariorum in parochialibus: pro deputationibus œconomorum, dum vacant beneficia: pro executionibus litterarum Apostolicarum, gratiam, seu justitiam concernentium Pro his inquam scripturis; si nullum sibi salarium, vel stipēdium fuerit assignatum, posse congruam sui laboris mercedem accipere, quæ quoad litteras collationis, vel institutionis curatarum Ecclesiatum, vel deputationis Vicariorum in illis, unum aureum, quoad litteras dimissorias & testimoniales, decimam unius aurei partem, non excedat, *p. 5. tom. 13. resol. 70* Adverte hic, quod licet Concilium Tridentinum *sess 23. c. 15.* & Eminentissimi ejus Interpretes præcipiant Episcopis, approbationem ad audiendas Confessiones gratis dare, non tamen propterea approbationes per pecuniam obtentæ nullæ sunt. Fagundez *pr 2. lib. 7. c. 3. n 66. ibid.* § *Notandum, & t. 14. res. 41.* § *Sed non desinam.* Secus si aliquid accipiatur in Sicilia à Commissario Cruciatæ, vel ejus Notario, aut ab aliis, pro executione Indulgentiarum. Vide V. *Indulgentia, n. 10.* Pro dispensationibus matrimonialibus, Sanchez putat à delegato recipi aliquid posse ratione laboris. Sed contrarium declaravit sacra Congregatio. Vide V. *Dispensatio, n. 18* ubi *n. 17.* videbis etiam, quid de aliis dispensationibus sit dicendum.

COMMUTATIO *rerum spiritualium inter se est simonia.*

11. Petes secundò: An commutatio rerum spiritualium inter se sit simoniâ; Respondeo affirmativè *ex c. quæsitum, de rerum permut.* ubi prohibetur permutatio beneficiorum, Intellige, sine licentia secus si reservaretur consensus Episcopi, qui potest consentire etiamsi causa sit temporalis, *p. 10 t. 16. res. 16* Nomine autem beneficiorum veniunt etiam Prælaturæ Regularium, quæ ut diximus *nu. 4.* sunt beneficia. Vnde si vocales Religionum conveniant inter se. *Elige me in Provincialem, & ego eligam te in Priorem,* committent simoniam. Lopez *p. 1. c. 299.* Sanchez *dub. 44. n. 4.* negat Prælaturas Regularium esse beneficia in eo rigore, ut nomine beneficii in lege hac pœnali comprehendi censenda sint Villalobos *t. 1. tr. 27. diff. 24. n. 1.* sentit nobiscum, cum hac tamen limitatione, quod si offeratur sola spes, v. g. *Da mihi suffragium, & ego tibi de re alia providebo,* absque ullo pacto, & conventione non erit simonia. Quod etsi verum sit, erit nihilominus damnabilis oblatio, quia subornationis speciem refert. Adde, quod licet Prælaturæ Regularium non sint beneficia, sunt tamen res spirituales. Et omnis rerum spiritualium permutatio est simonia, ut si, v. g. Sacerdotes conveniant inter se, ut applicent sibi invicem Sacrificium, vel alter alterius audiat Confessionem, &c. nisi prædicta commutatio, ait Lopez, fieret ex benevolentia & gratitudine, absque ulla obligatione, *p. 4. t. 4. res. 150.* & olim *p. 3. t. 2. res. 125.*

Non tamen omnis simonia trahit pœnas legis.

12. Petes tertiò: An pœnæ, de quibus supra *n. 2.* incurrantur in omni simonia? Respondet Sotus. *l. 9. q. 8. ar 2 prope finem, & ar 1. ad 6.* V. *Porro*, pœnam restitutionis incurri solùm in simonia, in beneficio, ordine, & ingressu Religionis; excommunicationem verò in omni simonia. Ego verò cum Tannero *in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 4. num. 59.* & aliis, existimo, omnes pœnas simoniæ incurri in tribus casibus recensitis; aliis verò nullam pœnam à jure impositam esse, *Extrav. 1. & 2. de simon p. 11 tr. 5. r. 20* & sic pretium acceptum pro collatione Sacramentorum, probabile esse, ait Turrian *in cens. Theol. cent. quarta, dub. 59.* non debere ipso jure restitui, Vide multa circa hanc rem apud Tannerum. *num. 99 p. 4. t. 4. res. 57. & 167. §.*

Quoad

Quoad secundum. Ex quibus probabilis censenda est opinio Sanchez *dub.* 108. *n.* 3. contra Navarr. *in c. si quando, de rescript. except.* 4. *in fine,* quòd dictæ pœnæ non incurrantur in simonia, jure tantum humano prohibita, qualis est simonia in permutatione beneficiorum inter duos beneficiarios propria auctoritate facta, cum reservatione pensionis, & similes. nam *Extravag.* 2. sic præfatur: *Cum scelus simoniacæ pravitatis, tam divinorum, quàm sacrorum Canonum auctoritas abhorreat*, ex quo datur intelligi, quòd loquatur de simonia humano simul & divino jure prohibita: nam præfatio legis dat intellectum toti legi. *part.* 11. *tract.* 5. *res.* 20 Meritò autem excipit ab hac doctrina simoniam, quam dicunt confidentialem, licèt aliquando prohibitam jure tantùm humano. ut esset, si quis renunciaret beneficio cum pacto, ut sibi, vel alteri posteà reddatur, vel cum reservatione pensionis, non sibi, sed aliis solvendæ. Et tu excipe etiamsi quid detur Notario, vel Cancellario Episcopi, vel alteri pro executione Indulgentiarum, juxta dicta V. *Indulgentia n.* 10. nam licèt hæc simonia sit solùm juris humani, affert nihilominus pœnas Tridentini *sess.* 21. *cap.* 21. Vide Tannerum *num.* 95. *p. tom.* 4. *resolut.* 15 Sequitur etiam ex supra posita opinione Sanchez probabile esse, non incursurum pœnam simoniæ, si non habens adhuc jus in re ad beneficium redimat vexationem, dando pretium electori ne sibi præferatur indignus: nam licèt hic sit simoniacus, juxta dicta V. *Scandalum n.* 9 probabiliter tamen docet idem Sanchez *dub.* 3. *n.* 6. contra Torre *in* 2. 2. *to.* 2. *q.* 100. *art.* 4. *dist.* 9. esse simoniam solius juris humani, *p.* 5. *tr.* 14. *resol.* 1. Adverte etiam cum Thoma *art.* 6. *ad* 6. supradictas pœnas non incurri in simonia mentali tantum Vnde si Episcopus contulisset beneficium famulo tanquam pretium servitij ab ea exhibiti, animo impetrandi tale beneficium, etiam tanquam pretium, nullo existente pacto externo, nec implicito quidem, non teneretur talis famulus resignare, quidquid in contrarium asserat Sotus *lib.* 9. *quæst.* 8. *a* 1. *ad* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *resol.* 168. In reali vero parva ex parte pretij; Suarez ait incurri pœnas, quia non admittit parvitatem materiæ. Sed stando in contraria sententia, de qua supra *n.* 1. contrarium dicendum est, *p.* 5. *t.* 5. *res.* 2. in fine. Tandem si quis committeret simoniam, cum Pontifice sciente, non incurreret pœnas, *p.* 10. *to.* 16. *res.* 13.

13. Qui tertio procurante ignorans beneficium simoniacè acquirit, & si posteà refundat pecuniam. non perdit beneficium, quia ratificatio post collationem ius acquisitum non inficit meretur tamen privari per sententiam cognita causa *Lessius de iust. lib.* 2. 35. *d.* 25. *p.* 11. *tract.* 5. *res.* 16. *& fusius resolut. ultima.* Initiatus simoniacè primâ tonsura non incurrit pœnam ordinatorum simoniacè contra Layman *l.* 4. *tra* 10. *c. ult.* §. 7. docet Lessius *supra d.* 24. *n.* 133. quia tonsura proprie non est Ordo, & Verba pœnarum stricte explicanda *p.* 11. *tr.* 5. r. 17. Nota Authores multi & nominatim Ioannes de Soria, Hurt. *de contract. disp.* 3. *diff.* 7. Pontius Serras, Caspensis in *curs. Theol. tom.* 2. *tractat.* 19. *disput.* 3. *sect.* 1. & alii docent, non esse simoniam pacisci cum alio, de dando pretio & gratitudine, quia tunc manet in ejus potestate dare vel non dare, nec ad solutionem urgeri potest.

14 Petes denique: Cui restituendum est pretium pro simonia in Ordine, beneficio & ingressu Religionis? Ecclesiæ, cui facta est injuria, vel pauperibus, ait D. Thom. *ad* 4. *ex c. de hoc, & c. audivimus, de sim.* Sed ego teneo cum Sanchez *dub.* 114. *nn.* 11. quod ante judicis sententiam restituendum sit dati, qui non censetur à se abdicare dominium, nisi ut transferat in recipientem, & si hic non potest recipere, dominium remaneat penes ipsum, nec restituendum est Ecclesiæ ob legem pœnalem, quia hæc non obligat ante sententiam. At cum utraque sententia sit probabilis, potest quis tuta conscientia resti-

Restitutio autem, quæ in pœnam imponitur fieri potest, & danda & pauperibus.

restituere danti, Ecclesiæ, vel pauperibus, & si pauper est, retinere ipse. Ita Sanchez *ibid. n.* 12. & 13 qui bene excipit pretium datum simoniace pro gratia & justitia, quod ex Bulla Greg. XIII. restitui debet pauperibus, & datum ob ingressum Religionis, quod *ex c veniens, de simon* restituendum est danti, *p. 3. t. 4. res.* 167. §. *Sed licet*, prope finem. Quid porrò veniat in dicta Bulla nomine gratiarum, Vide V. *Pœna n.* 4.

SODOMIA.

Sodomiæ *definitio, Species,*

1. †. Sodomia, propriè loquendo, est actus libidinosus consummatus inter masculos in vase non naturali; large est etiam concubitus cum fœmina in vase præpostero, & coitus fœminarum inter sese. Est peccatum mortale gravissimum, & indignationis divinæ maximè provocativum. In aliquibus Regnis Hispaniarum sodomitæ puniuntur ab Inquisitoribus. Vide V. *Inquisitorum* 99. Clericus sodomita subjicitur multis pœnis per Bullam Pij V. Vide V. *Clericus sodomita.*

Gravitas.

Tribunal.

Pœna. Et circumstantia confitenda.

2. An sodomia inter consanguineos, vel affines, contrahat distinctam malitiam incestus, in Confessione aperiendam, vide V. *Circumstantia. num.* 18. ubi *n.* 17. invenies, an explicari debeat circumstantia sexus, & *p. 7. t. 12. resol.* 18.

3. Circumstantiam agentis vel patientis taceri posse docuimus, *Ibid. n.* 97. Air Lugo *de sacr. pœn. disp.* 16. *sect.* 5 § 1. *n.* 243 existimat omninò explicandam esse: nam diversa specie malitia est in agente, qui eo tactu impudico se polluit, ac in patiente, qui eodem tactu passivo solùm cooperatur pollutioni alterius, Sed nostram sententiam novissimè etiã docent Zambellus, Lupus, & Ghilinus V. *Circumstantia num.* 50. *p. 6. t. 6. res.* 36.

In casum reservatum sodomiæ Non incidit fœmina coitum gens se cum fœmina in vase naturali

4. Quoniam Episcopi solent sæpius reservare casum sodomiæ, ideò videndi varij casus, in quibus inciditur, vel non inciditur in sodomiam reservatam. Primò igitur si fœmina cum fœmina, ita congrediatur, ut altera earum masculi vicem gerat, & effusio seminis intra vas naturale sequatur dicendum est non incidere in casum reservatum, sodomiæ contra Lupum *de cas. reser. p. 2. cas.* 10. *n.* 14. quia licet non servetur sexus, servatur tamen vas. Secus dicendum, si fœmina intra vas præposterum alterius semen immitteret. Ita Mazuchellus *de cas. resol. disp. 2. c. 22. n. 6. p. 7. tr. 7. res.* 13. §. *Quarò primò.*

Nec patiens Si agens seminet extra vas.

5. Secundò. Licèt communiter affirment, patientes includi in casu reservato sodomiæ; tamen Bordonus *in consil. regul res.* 48. *q.* 5. *n.* 2. putat contrarium non esse improbabile, quod absolutè novissimè P. Alphonsus de Leone *de cens. recollect* 5. *n.* 73. Nota tamen; quod sententia affirmativa procedit, modo agens seminet intra vas, cum actio ipsi potissimum tribuatur, si ea perfecta non est peccatum non subiicitur reservationi, neque ex parte patientis, licèt etiam seminet, quia complementum peccati semper attenditur ex parte agentis uti, qui est nobilior patiente *Ibid* § *Quarò secundò.*

Nec ipse agens, si non seminet extra vas.

6. Tertiò, qui inchoat sodomiam in vase præpostero; sed postea emittit semen extra vas, non incidit in casum reservatum: quia hic actus non sodomia completa, & consummata, sed incœpta; reservatio autem includit tantùm delictum perfectum, & consummatum, non autem attentatum. Bordonus *in cõsil. reg. res.* 48. *num.* 17. Non nego tamen contrariam sententiam, quam tenet Fagundez *in Decal. to.* 2 *l.* 6. *c.* 9. *n.* 8 esse probabilem. *Ibid* §. *Quarto tertiò.*

Licet contrarium sit etiã probabile.

7. Quartò, impuberes non incidunt in casum reservatum sodomiæ, quamvis id affirmet Mazuchellus *de cas. reser. disp. 2. c. 22. n.* 12. quia impuberes ligantur quidem reservationibus adnexis iis peccatis, quæ non sunt carnalia, qualia sunt homicidium, blasphemiæ, &c. iis verò, quæ sunt adnexa peccatis carnalibus non ligatis cum regulariter loquendo non compleant. Sic docet Lupus *de cas. reser. p.* 1. *dist.* 4. *num.* 6. &

Nec impuberes.

num.6. & Bordonus *in consil. regul. res. 38. q. 11. n. 18. ibid. §. Quæro quartò.*

Nec exercens sodomiticam copulam cum fœmina.

8. Quintò, exercens copulam sodomiticam cum fœminis non incidit: quia in sodomia propriè peccatur non solùm contra vas, sed etiam contra sexum; masculus autem licèt non servet vas, servat tamen sexum. Ita Lupus *de cas. resol. p. 2. cas. 10. nu. 3.* contrarium docuit Fagundez *in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 9. nu. 7. ib. §. Quæro quintò.*

SPONSALIA.

SPONSALIA quid?

1. † Sponsalia dicuntur promissio mutua viri, & fœminæ futuri matrimonii inter personas legitimas contrahendi. Dictum est primo PROMISSIO, & tu subintellige *libera*, seu voluntaria, nam sponsalia metu gravi contracta, nulla sunt, & probabiliter etiamsi juramento firmata sint. Vide V. *Iuramentum, numer. 11.* & V. *Metus, nu. 4.* Et eadem est ratio de consensu ficto. Vide V. *Promissio, numer. 3.* & V. *Iuramentum. nu. 10.*

Et in qua ætate contrahi possint.

2. Quoniam verò voluntarium non est sine discursu, sponsalia non possunt contrahi ante usum rationis. † Ille autem rationis usus ad ea sufficit, qui satis est ad peccatum mortale, nam hic idem usus sufficit ad obligandum quem voto solemnis Ordinis sacri, & Religionis, quia similiter est status perpetuus. Graris autem omninò Bonacina notavit sponsalia contracturos habere debere futurorum prævisionem nam jura præscripserunt sponsalibus ætatem annorum septem (*l. in sponsalibus 2. ff. de sponsal. & cap. litteris, c. accessit, c. ad dissolvendum, de spons. impub.*) quæ futurorum prævisioni non est sufficiens. Sanchez *tom. 1. lib. 1. disput. 16. num. 16. p. 3. tract. 4. ref. 273.* Septennium autem requisitum à jure pertinet solùm ad forum externum: nam in conscientia sufficit usus rationis, etiamsi septennium multum præcedat, ut ait contra Ricard. Pontius *l. 12. c. 5. p. 3. tract. 4. ref. 274. §. Et hæc omnia.* In quo casu non solùm sponsalia forent valida, sed neque esset mortale illa contrahere. Quod etiam procederet si usus rationis deesset, & sponsalia non valerent, quia sponsalia non sunt Sacramentum, cui fiat injuria. In hoc nunquam casu non peccarent parentes († nam contrahentes rationis expertes qui peccarent. †) Pontius *ubi supra numer. 4.* contra Enriquez *l. 11. c. 13. numer. 13. c. autem 2. de despons. impub.* ait Pontius, prohiberi solum cohabitationem, vel contractum per verba de præsenti ante pubertatem, *p. 3. tract. 4. resol. 275.* Pro foro externo Coninch requirit septennium completum, ita ut saltem inceptus sit ultimus dies, & ego probabile puto sufficere, si completum sit moraliter, ut si deficerent duo, vel tres dies, ait Guttierez, aut octo, vel decem, ait Rebellius *p. 2. lib. 4. q. 5. concl. 2. nu. 2. p. 3. t. 4. ref. 274. p. 9. t. 7. ref. 73. & 74.*

REQUIRUNT consensum, saltē tacitum.

3. Sufficit porrò consensus contrahentium tacitus, quando nimirum parentes ipsis præsentibus, & tacentibus, contrahunt, *c. unico, de despons. impub. in 6.* Si verò alii hoc modo contrahant, censeo cum Sanchez *tom. 1. l. 1. disput. 22. num. 7.* ipsorum silentium non esse sufficiens signum consensus, quia *c. citat.* hoc de parentibus tanquam quid speciale statuitur, & illa regula, *qui tacet consentire videtur*, vera est in favorem, non in præjudicium tacentis. Nihilominus probabilissima est sententia Pontii *lib. 2. c. 14 n 7.* quòd præsumatur consensus etiam nunc, & multò magis, si ipsis præsentibus contrahant eorum tutores, ut docuit Coninch, aut parentes contrahant coram filiis emancipatis, vel spuriis. Vide etiam Layman *l. 5. t. 10. p. 1. c. 2. numer. 13. in fine, p. 3. tract. 4. resol. 270.* non sufficit autem si puella tacente, consentiat tutor, vel curator, *p. 10. t. 13. ref. 21.*

Et si contrahantur in absentia, debēt ratificari.

4. Quòd si parentes, vel tutores pro filiis & pupillis absentibus contraherent, tunc sponsalia eatenus vim haberent, quatenus accederet postea eorum ratihabitio expressa, vel tacita, sed

per signum aliquod sensibile manifestata: nec satis esset, quod scientes silerent, nam id *c. unico* disponit, quando sponsalia contrahuntur in eorum præsentia. Sanchez *num.* 16. Enriquez *l.* 11. *c.* 13. *nu.* 5. propter paritatem rationis extendit, *c. citatum* ad contractum in absentia. Coninch verò *num.* 39. tunc eorum taciturnitatem sufficere, inquit, quando tacerent coram parte, patribus, vel tutoribus referentibus; secus si referant alii, quorum non interest; quia bis non tenentur suam mentem significare sicut illis. Et utraque hæc sententia est probabilis, *p.* 2. *t.* 4. *res.* 271.

Consensus autem debet esse mutuus.

5. Deinde dictum est, sponsalia esse promissionem MUTUAM, nam Pontius *lib.* 12, *cap.* 4. *num.* 2 existimat, quod unus promittat: alter non repromittat, neuter remanet obligatus: sunt enim sponsalia contractus cujusdam commutationis, ita ut alter nec velit, nec possit velle se tradere, nisi sub conditione, quod alter in compensationem se rettribuat. Eo tamen ipso, quò alter alterius promissionem acceptat, utrumque manere obligatum; quia nemo potest promissionem acceptare, nisi sub conditione repromissionis. Sanchez verò *de matr. tom.* 1. *lib.* 3 *disput.* 5. *nu* 12. docuerat, posse quem acceptare promissionem absque repromissione, in quo casu solùm promittentem manere obligatum, donec alter ex nimia dilatione repromissionis & matrimonii, obligationem partis tacitè contemnere censeretur. Utraque opinio est probabilis, *p.* 3. *t.* 4. *res.* 244.

Et inter personas aptas ad contrahendum.

6. Denique dictum est INTER PERSONAS LEGITIMAS. nam qui matrimonium contrahere non possunt, nec sponsalia inter eos valent, ut inter consanguineos; v. gr. nisi apponatur conditio, *si Papa dispensaverit*, ait Pontius *lib* 3. *c.* 15. *numer.* 5. tunc enim rata interim esse debere, donec Pontifex dispensare noluerit: cum nec turpia sint, nec ulli legi contraria: & si Papa dispensaverit, obligare in conscientia. Ratio autem est: nam hoc modo valet institutio filii spurii, si Princeps eum legitimaverit; venditio rei feudalis, si dominus feudi voluerit; votum Episcopi transeundi ad Religionem, si Papa consentiat, & similia. Sanchez verò *lib.* 5. *disput.* 5. *quæst.* 3. *num.* 12. putat esse invalida, etiamsi accedat conditio, immò etiamsi accedat juramentum; ac proinde utrumque contrahentem in tali casu ante, & post dispensationem resilire posse. Nisi quòd si magnæ expensæ fuerint in impetratione dispensationis insumptæ, resiliens eas restituere teneatur. Utraque opinio est probabilis. Vide etiam Valerum V. *matrimonium, diff.* 7. *p.* 3. *tract.* 4. *resol.* 290. Potest contrahi inter non pares, dummodo non oriatur magnum scandalum, vel damnum. Sanchez, & alii *p.* 9. *tract.* 7. *res.* 71. unde filii nati ex concubitu fornicario vocantur naturales, & non spurii, Coninch, & alii *ib.* 70. & sic spurius dicitur, & illegitimus, qui nascitur ex parentibus utrisque impeditis petere, & reddere debitum, *ibid.* §. *Nec solet.*

Naturales, & non spurii.

7. Porrò ex sponsalibus oritur obligatio contrahendi matrimonium per verba de præsenti tempore præfixo, si autem nullum præfixum sit tempus, uterque tenetur alterutro petente, ait Sanchez *disp.* 28. *num.* 2 Pontius verò *c.* 6. *num.* 1. putat, talem obligationem adesse incipere à momento contractus, & statim implendam esse, si alter illorum non petat ex causa differri, *ex l. in omnibus obligationibus, ff. de reg. iur. p.* 3. *tract.* 4. *res.* 24.

Quæ per sponsalia obligantur ad contrahendum statim, aut cum alter requirit.

8. Sunt tamen multæ causæ, quibus obligatio contrahendi ex sponsalibus solvitur. Et quidem, si contracta sint ante pubertatem, adveniente pubertate dissolvi possunt, altero illorum resiliente, quia videntur celebrari sub hac tacita conditione, *nisi ad pubertatem deveniendo resiliant.* (Nec expectare debet alterius pubertatem, ut ait Naldus *num.* 1. nam frustra expectatur eventus, cujus nullus est effectus, *cap. cum contingit, de off. deleg.* Si autem factus puber, non reclamet statim (id est intra triduum, *l. fin. C. de err. adu.* (censebitur in foro

Sed obligatio contrahendi dissolvitur in impuberibus, si alteruter adveniente pubertate resiliat.

Etiamsi alter nondum factus sit puber.

in foro externo confirmare sponsalia, at in foro conscientiæ satis est, tempore statuto interius dissentire. Coninch *dub. 2. numer. 6. p. 4. cit. resol. 282.*) Quòd si juramento confirmata fuissent, Villalobos *tom. 1. t. 12. diff. 12. nu. 27.* & alii communiter, rectè dicunt dissolvi non posse, *ex cap. ex litteris, de spons.* (*p. 3. t. 4. resolut. 288.*) *p. 9. t. 7. res. 76.* At satis etiam probabiliter docent alii apud eundem, etiam stante juramento dissolvi posse: quia juramentum sequitur naturam actus, quem confirmat. *ibid. res. 246.* Si autem contracta sint post pubertatem, tunc primò dissolvuntur de communi consensu partium, nec remanet impedimentum publicæ honestatis, ut dictum est V. *Impedimenta, num. 17.*

In puberibus verò solvitur de consensu utriusque.

9. Secundò per ingressum Religionis. In quo casu Tolerus *lib. 7. cap. 21.* existimat, eo ipso, quod unus ingreditur, utrumque deobligatum manere. Rebell. *lib. 4. quæst 8. sect. 6.* putat dissolvi obligationem solius ingredientis, alterum verò manere obligatum, donec ille profiteatur. Denique Navarrus *c. 22. num 26.* neutrum deobligari existimat, nisi secuta professione: quia nullus Canon dicit, sponsalia dissolvi per solum Religionis ingressum, & alioqui dum sponsus est novitius, potest habitum deponere, & contrahere. Omnes hæ sententiæ sunt probabiles, *p. 3. tract. 4. res. 207*

Per ingressũ Religionis.

Per votũ castitatis, &c.

10. Tertiò, dissolvuntur per susceptionem Ordinis sacri, aut ipsius votum, & simpliciter ob votum castitatis. Pontius *cap. 12. num. 3.* licèt Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 46. num. 9.* probabiliter neget. Nec peccat sponsus, qui sacris se addicit, vel votum emittit Ordinis sacri, vel castitatis, quia sponsalia censentur contrahi sub conditione, nisi sponsi meliorem statum eligere velint Pontius *c. 11. num. 3.* contra Rebellium *lib. 4. q 8. sect. 5. p. 3 tract. 4. resol. 208.* Nec similiter peccat, qui Religionem ingreditur, nec facit contra *cap. commissum 16. de spons.* ut fusè probat idem *c. 10. n. 9. Ibidem resol. 207. §. Notandum.*

Per matrimonium ratum cum altero.

11. Quartò, dissolvuntur sponsalia per matrimonium ratum cum altero. Si enim alteruter contrahit per verba de præsenti cum alio, ille qui remanet, solutus manet ab obligatione sponsaliorum. Et probabile est, manere solutum etiam contrahentem, ut docet Sanchez *disp. 48. num. 3. ex c. 1. de sponsa duorum, c. sicut, c. si inter, c. veniens, c. is, qui fidem, de spons.* At Pontius; *c. 13. num. 4.* tenet, quod si alter sponsus expectet, sponsalia non extinguuntur, sed suspenduntur usque ad solutionem illius matrimonii, nam jura citata solum decernunt, quòd si sponsus contrahit matrimonium cum altera, debet manere cum illa, ex quo non sequitur, quòd obligatio sponsalium extinguatur. Sanè, qui post votum Religionis matrimonio copulatur, uxore defuncta, tenetur votum implere, *p. 3. tract. 4. res. 209.*

Vel per ulia sponsalia interveniente copula.

12. Quintò, dissolvi cum prima, ait Pontius *cap. 14. num. 4.* sponsalia, si sponsus contrahat sponsalia cum secunda, & cum ea copulam habeat: nam ubi prima haberet jus solùm ad lucrandum, secunda jus haberet ad damnum vitandum, unde huic potius, quam illi favendum esset. Et quamvis prima sponsalia essent priora, revocarentur tamen à secundis propter strictius vinculum resarciendæ injuriæ. Oppositum docuerat Sanchez *disput. 49. num. 5.* Sed utraque sententia est probabilis. In casu vero, quo prima sponsalia prævalent, si quæ causa illos irritat, non proinde servari debent secunda: nam si prius non tenebant, successu temporis convalescere non possunt, Pontius *ibid. num. 2.* contra Rebell. *sect. 8. conclus. 1. part. 3. t. 4. res. 210.*

Item per fornicationem alterutrius.

13. Sextò, si alteruter fornicatur, alter solutus manet ab obligatione sponsaliorum, non tamen ipse, *c. quemadmodum 23. de iureiur.* Item si sponsa se ab alio impudicè tangi permittat per oscula, amplexus, &c. sponsus manet etiam solutus. Minimè verò sponsa si id sponso contingat, quia non æquale utrique dedecus resultat ex tali alterius delicto, & jus efficit illos pares solùm in casu fornicationis. Sanchez

Tactus impudicos à sponsa voluntariè passos.

Non tamen è contra.

disp 55.nu.5. Nisi fortè, ait Coninch *disp. 23.dub.7.num.56.* oscula, & tactus sponsi cum altera adeò frequentes essent, ut meritò temeri possit, ne minus sponsam sit amaturus, aut fidem ei servaturus, *p.3.t.4.resol.283.* Sed quid, si uterque sponsus in fornicationem inciderit? In tali casu, ait Bonacina *quæst.1.punct.8.nu.6.* delictum unius compensari cum delicto alterius, & neutrum resilire posse. Sicut post adulterium utriusque conjugis neuter habet jus repudii. Hæc sententia est probabilis. Sed opinio Coninch *n.63.* quod solus sponsus resilire possit, magis arridet, quia, quia major est injuria sponsi, quam sponsæ altero fornicante. Nec valet paritas adulterii, quia separatio thori, quam sponsalium est difficilior, *p.3.t.4.resol.284.* Sed vide *p.10.t.11 res.28.*

Quid si uterque in fornicationem inciderit.

Item ob amissionem Oculi, Aurûs, Narium, Paralysis, Lepram, &c.

14. Septimò solvuntur sponsalia, si alter sponsus oculum, aurem, vel nasum amittat, morbo contagioso, paralysi, lepra, suspicione morbi Gallici, aut oris immedicabili graveolentia afficiatur, *c.quemadmodum, de iureiur.* Si autem alia notabilis deformitas sponsæ superniat, Guttierez *de matr.c.21.num.5* ait, non posse sponsum gaudere beneficio *text. cit.* cum viri pulchras plerumque uxores omittant; & ad deformes accedant. Sed si deformitas sit talis, ut à principio existens sponsum a sponsalibus divertisset, probabilissime, ait Sanchez *disp.37.num.4.* ipsum deobligare. Sed id nō procedit in casu deformitatis sponsi, nisi valde magna esset, ita ut spectantibus horrorem ingereret, aut cum turpitudine inhabilitas ad suum opificium, aut officium exercendum conjungeretur, nam in viro non multum consideratur pulchritudo. Coninch *dub.8.n.66 p.3 t.4.res.285.*

Item ob nimiam deformitatem sponsæ.

Vel horrendam turpitudinem sponso supervenientem.

Quid si alter ex sponsis patitur defectum occultum.

15. Ille autem ex sponsis, qui defectum patitur occultum, si est defectus perniciosus, ut morbus contagiosus, improbi mores, gravis infamia, & similes, non potest cum alio contrahere, nisi similem defectum pateretur, si verò defectus non sit perniciosus, sed solùm redderet nuptias minus appetibiles, ut deformitas, vel corruptio in ea, quæ existimat, fuerit pulchra, & virgo, tunc honestè vivere studens, contrahere potest, non quidem tales defectus dissimulando, sed non manifestando, & cum infamia conjuncti essent, ut defloratio, posset artificio cooperire sine mortali. Ex quibus colliges, patientem defectum occultum perniciosum, non posse alterum defectus ignarum cogere ad contrahendum; patientem verò non perniciosum, qui alterum ad sponsalia non induxit, probabile esse, quod possit cogere, probabilius quòd non possit. Vide Pont. *c.18.n.5. & 6.* & Coninch *dub.12.à n.81. p.3.t.4.res.287.*

16. Octavò, si sponsalia contracta sint nulla dotis promissione, prævia superveniente postea sponsæ paupertate, non tenetur sponsus eam ducere, etiam si sponsalia juramento firmaverit: quia promissio obligat rebus notabiliter non mutatis, *c.quemadmodum, de iureiur.* Est autem sponsæ paupertas mutatio notabilissima † idem dic de paupertate superveniente sponso ad eximendam sponsam, cum Bonacina *de matrim.punct.7.quæst.1.numer.11.* † Si autem ipse sponsus nova hæreditatis accessione statum notabiliter melioraret, non ob id ab obligatione sponsalium eximeretur, quia in conditionem propriam non cadit consensus. Coninch *dubit. 8.numer.69.* Si autem, nulla dotis promissione præmissa, dives juret, se aliquam ducturum, & nullam dotem assignare velle, aliqui dicunt, teneri eam ducere, alii dicunt non teneri; utrique probabiliter. Vide Sanch. *tom.1.lib.1.disp.60. p.3 t.4.res.286.*

Item si ob supervenientem tenetur alterutra sponsalia juramento firmaverit tem. pauperta-

17. † Sunt & aliæ causæ sponsalia dissolventes, quas vide apud Bonacinam *quæst.1.cit.à punct 5.* & alios. † Earum autem cognitio spectat ad judicem Ecclesiasticum, privativè quoad laicum. Sed si non agatur de valore sponsalium, etiam juramento firmatorum, cumulativè. Sanchez *disput.69.num 9 p.1.t. 2.res.131.*

CAVSA sponsalium pertinet ad forum Ecclesiasticum.

18. Itaque, si quis post contracta in pubertate sponsalia, absque causa implere

Quod sponsos cogere

potest ad contrahendum.

plere recusat, ait Pontius *cap.* 19. *num.* 8. monendum esse per judicem, & si adhuc negat, compellendum per censuras, juxta *cap. ex litteris, el.* 2. *de despon.* Advertit tamen Villalobos *tom.* 1. *tract.* 12. *diff.* 19 *numer.* 3. quòd si judex sit multum severus, matrimonium, tanquam ex metu gravi, erit invalidum; & aliquando malos effectus parturiet, unde si censura non censetur profutura, ab ea abstinendum est, *part* 3. *t.* 4. *resol.* 206. Si autem in contractu sponsalium apposita fuisset pœna conventionalis contra resilientem injustè, injustè resiliens teneretur eam solvere, ut probat Pontius *c.* 19. *n.* 9. quāvis probabile sit, non teneri, propter auctoritatem Sanchez *disp.* 30 & DD. communiter *ibid.* 211.

Sed an debeat.

An sponsis licitum sit se invicem tangere, & osculari. Vide V. *Tactus n.* 6.

Non peccat mortaliter contrahens cum animo ingrediendi religionem.

19. Qui se obstrinxit sponsalibus juratis, & postea contraxit cum animo ingrediendi Religionem ante consummationem non peccat mortaliter quia potest benè stare verum sacramentum absque ejus consummatione. Cajet. & alii, & hoc etiam procedit de sponsalibus juramento firmatis; & si sponsus post sponsalia emisit votum Castitatis non peccavit, quia votum fecit de meliori bono. Cou. & alii, *p.* 9. *t* 7. *res.* 25 sponsalia jurata facta intuitu pietatis ex mutuo consensu dissolvi non possunt, quia fuerunt, quasi votum Deo factum D. Thomas *p.* 9. *t.* 7. *res.* 76.

20. Quæres an ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis, manear impedimentum publicæ honestatis? asserit Layman, *lib.* 5. *tr* 10. *p* 4. *c.* 9 quia consensus iste nō est efficacior quoad dissolutionem quā mors, ex qua tamen hoc impedimentum remanet. Probabilius negant Caspensis, Præpositus, Busenbaum, propter declarationem quandam Cardinalium. an autem oriatur hoc impedimentum ex spōsalibus ficte contractis exteriùs tantum, sine consensu interno, utrimque probabiliter defenditur.

p. 11. *tr.* 5. *res.* 12.

SPONSIO.

Sponsio quid: & an licita per se.

1. Sponsio est quidam contractus valdè affinis ludo. Aliqui putant sponsionem esse turpe lucrum, non tamen restitutioni obnoxium, quod videtur colligi *ex l. solent. & seq ff. de alea luju.* Sic tenet Sylvest. V. *Ludus* 9. 6. Sed dicendum est, sponsiones per se esse licitas quia nullo iure prohibentur; immò videtur approbatæ jure legis, *si quis ita stipul. fuerit. ff de verb. oblig.* & legis *si pater, C. de inoffic. test.* In lege autem *solent*, citata, tantum reprobatur sponsio, quæ fit circa certamina corporis, causa odii vel æmulationis, vel libidinis, & non causa exercendi vires corporis. Immò omnes conveniunt sponsione acquisitum non esse obnoxium restitutioni. Dixi per se, quia sponsio per accidens potest esse illicita, ut ratione scandali, vel periculi alterius circumstantiæ contra rationem. Immò acquisitum sponsione potest etiam per accidens esse obnoxium restitutioni, ut si facta sit cum eo, qui non potest validè perdere, vel ratione alicujus fraudis non permissæ in sponsione, & ita docent communiter Doctores, *part.* 7. *t.* 9. *resol.* 61.

Per accidens autem potest esse illicita.

Conditio ad ejus validitatem requisita, ut quis non sit certus.

2. Ut autem sponsiones sint licitæ, debet uterque esse dubius de futuro eventu, aliter si unus esset certus, teneretur restituere, quia contractus non est æqualis. Sed nota, quod tunc quis dicitur esse certus, quando scit per scientiam, vel experientiam certam, vel etiam per divinam revelationem. Dixi experientiam certam, quia est experientia fallax, siquidem existimamus vidisse, & audivisse, quod revera nec vidimus, nec audivimus; atque ita ut quis sit dubius, & incertus in sponsionibus, opus est, quod non sit certus aliquo ex dictis modis, & ita nō excluditur, quod habeat aliquam suspicionem, aut credulitatem vel fidem humanam, quod ita sit, quod spondet. Immò: quamvis alicui videretur se esse certissimum, quod ita est super quod

sponder, si tamen adhuc fallitur, & juxta modum, quo illud scit, judicio hominum prudentum exponitur periculo lucrandi, & perdendi, peccabit quidem spõdendo propter conscientiam erroneam, at non tenebitur lucrum restituere, quia revera, contractus fuit æqualis, & expositus est periculo lucri, & jacturæ. Ita Machadus, *de perf confess. tom. 1. lib. 3. part. 5. docum. 3. numer. 4.* Quin etiam ut docet. Hurtad. *de contract. lib. disputat. 7. difficul. 9.* probabile est eum, qui certus de eventu, vel de veritate sive experientia sensuum sive scientia, sive divina revelatione, sive aliter sponsionem facit cum altero, eam certitudinem ignorante, non peccare, nec ad restitutionem lucri teneri: quia in ludo permissum est, ut in eo unusquisque suas partes agat *ibid. resol. 62.*

Si tamen certus luderet, non peccaret, nec teneretur restitutioni.

Sicut nec qui ludit cum pertinace, si tamen anteà contestatus sit se esse certum.

3. Qui contestatur se esse certum, & tamen colluſor contendit, & vult spondere, potest alter acceptare sponsionem, quia scilicet in hoc casu non adest fraus, & temeritati colluſoris imputetur. Hinc si quis notabiliter melius quam alius, & de hoc contestatus; alter temerarie vult ludere, potest vincere malè ludentem pertinacem, nec tenebitur ad restitutionem. Azorius *tom. 3. lib. 5. cap. 25. quæst. 4.* Idem dic, quando duo spondeant super rem consistentem in ingenio, ut ille recitet plures versus, & alter notabiliter excedit. Nec recedo ab hac sententia, quamvis negativam sententiam contra me teneat Lugo *de just tom. 2 disput. 31. sect. 6. num. 8. & seqq. part. 4 tract. 8. resol. 168. & p. 7. t. 9 resol. 62.*

Nec qui ludit cum tribus, cum quorum uno tantum perdet, & ab alius duobus lucrabitur.

4. Si concurrentibus tribus ad cathedram aliquis spondeat cum unoquoque eorum trium seorsim, quod non adepturus sit illam, puto cum Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 16. numer. 2.* validè id fieri; quia cum omnibus his tribus dubius est de futuro eventu, & sicut potest à quolibet lucrari, ita potest cum quolibet perdere. Non nego tamen contrariũ esse probabilius, ut tenet Trull. *in Decal. t. 2. lib. 7. c. 27. dub. 6. n. 1. p. 4. tr. 4. resol. 186. & p. 7. tract. 9. resol. 62.*

5. Quando quis vult spondere majorem summam, quam alter; potest collusor illam lucrari, quia volenti, & consentienti nulla fit injuria nec dolus. Vide supra V. Ludus *n. 11. p. 1. t. 8. resol. 66. & p. 7. t. 9. resol 64.*

Nec qui lucratur majorem summã, quam possit perdere.

6. Si Petrus spondeat cum Paulo, quod illum saltu, vel cursu superabit, si posteà Petrus non vult currere, vel saltare, tenetur solvere sponsionem, juxta communiorem sententiam, quam tenent Azorius *tom. 3. lib. 11. cap. 19. dub. 8.* Lugo tamen *de just. tom. 2. disputat. 31. sect. 7. numer. 88.* putat distinguendum: Nam hæc concertatio potest fieri vel per modum ludi, vel per modum meræ sponsionis. Differentia autem videtur esse inter ludum, & sponsionem: nam in contractu ludi, licet: ludo incepto, non possit ludens resilire, ante finitam illam saltem sortem, vel commissionem inceptam, nondum tamen incepto ludo, semper possunt non ludere, nec alium animum sese obligandi videntur habere: sponsio autem videtur solum consensu perfici, & ea facta, & acceptata, non potest unus resilire. Hoc supposito, provocatio ad ludum, vel saltum pœna, vel præmio addito, potest fieri, quando aliqui sese ad illud ludi genus provocant; sicut enim pila, sic cursu, vel saltu certare possunt, & tunc ante cœptum ludum; cursum, vel saltum non est obligatio incipiendi. Si verò fiat per modum sponsionis, & quasi concertando de veritate rei, & de eventu, tunc putat procedere doctrinam, & sententiam affirmativam supradictorum Doctorum *part. 6. tractat. 9. resol. 66.*

An possit quis à sponsione resilire? Videtur distinguendum.

7. Sponsiones omnes super vita, morte, vel electione Pontificis, & Cardinalium, hodie jure positivo Bullæ Gregor. XIV. quæ incipit, *Cogit nos*, prohibentur sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, reservata Summo Põtifici: immò irritæ redduntur, ac proinde lucrum eis sponsionibus acquisitum restituendum est in foro conscientiæ. Ita Hurtadus *de contr. disput. 8. diffic. 9. sb. resol.*

Sponsiones super electione Pontificis, & Cardinalium illicitæ.

ibid. ref. 67. Seclusis tamen dictis prohibitionibus, quæri non potest, an istæ sponsiones essent illicitæ ex eo, quod alter decertantium sit certus de electione Cardinalis ex testimonio alicujus qui plurimum valet apud Pontificem, cujus est Cardinales creare? Et respondeo non ob hoc esse illicitas, quia semper manet res dubia, & incerta, pendens ex voluntate libera, & mutabili Pontificis. Ita Faustus *in spec. confess. disputat.* 32. *quæst.* 52. *ibid.* § *Verum.* Idem dic, etiamsi Titius ex ipso Pontifice audierit Cajum creandum esse Cardinalem, poterit enim sponsione facta decertare Cajum futurum Cardinalem, & licitè lucrari, quamvis Azorius contrarium asserat, *tom.* 3. *lib.* 11. *cap.* 20. *dub.* 5. *ibid.* § *Sed quid?*

Qui certò scit, & postea dubitat potest spondere, & lucrari.

8. Si quis certò rem sciret, & posteà inciperet dubitare; posset adhuc spondere, quia saltem in sua æstimatione exponit se periculo amittendi, etiamsi alius ob suam nimiam pertinaciam verè amittat. Idem dic de eo, qui reputans id, pro quo spondet, esse omninò certum, spondet, & lucratur, quia res ita contigit, revera tamen posteà comperit, non fuisse ita certum, sed sese exposuisse periculo amittendi: talis enim etiamsi peccaverit spondendo ob conscientiam erroneam, tamen potest retinere id, quod lucratus est, quia revera res erat incerta, & se ipse exposuit periculo amittendi. † Ita Molina *de just. tom.* 2. *tractat.* 2. *disput.* 508. *in fine, p.* 7. *t.* 9. *resol.* 68.

Sponsiones cum conditione illicita.

9. Multæ sponsiones possunt habere conditiones illicitas, ver. gr. si duo certent de edendo, vel bibendo sponsione facta, quod alter alterum edendo, vel potando vincet: vel sponsionem faciat, quod Titium interficiet, vel quod hoc anno occidetur Princeps. Hujusmodi autem sponsiones sunt omninò damnatæ legibus civilibus. Licita tamen esset sponsio, quæ ita fieret, si Turca hoc anno occideret, dato tibi centum; quia nullum est peccatum expectare mortem inimici fidei. Sic docet Faustus *in spec. confess. disput.* 32. *quæstion.* 46.

Et quæ licita.

Item licita est sponsio super eventu futuro, ex quo damnum subsequetur, daturque occasio illud optandi: ut si duo spondeant, an Petrus intra tot dies morietur. Idem dicendum, quando duo spondent, quod Petrus faciet, vel non faciet tale peccatum, non enim peccant, nisi spondens opter, ut alter contrahat tale peccatum, vel ipsi opem ad contrahendum præstet. Sed non ideò tenetur ad restitutionem lucri: quando vero sponsio fieret circa peccatum committendum ab ipso spondente, certum videtur, quod si ego dicam, te commissurum, tu verò neges, sponsio erit licita, quia lucrum speratum magis te impediet à peccato committendo. E contra verò, quando tu affirmas te peccaturum, & ego nego, periculosa est, & fugienda talis sponsio, quæ te magis confirmat in proposito peccandi. Et quamvis Alcozer dicat, me non peccare acceptando sponsionem, ad quam tu me provocas circa peccatum tuum futurum, melius tamen Sanch. *in opuscul. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 32. *numer.* 4. contra illum sentit ipsam acceptationem fore illicitam. Qui tamen *numer.* 9. benè monet non esse obligationem restituendi lucrum, etiamsi peccatum, quod est materia sponsionis, sit contra justitiam, quia ego non do pro peccato cõmittendo; sed cõmitto futuro evẽtui fortuito. Et hæc omnia Sanch. citatus *p.* 7. *t.* 7. *r.* 69.

Sponsio danatis 100. *pro reddendis* 300. *an licita?*

10. Ad sponsionis contractum reducitur census vitalitius. Vide V. *contractus census numer.* 15. Item modus ille efficiendi dotem filiæ, quo Pater, nata filia, dat alicui mercatori centum aureos, cum pacto, quod si filia vivat anno decimo tertio, reddat trecentos aureos pro ejus dote, & si ante prædictum annum mortua fuerit, totum lucretur: qui quidem contractus non est usurarius, ut quidam existimant, sed licitus, quia potest admitti, & sustineri tanquam ludus de futuro eventu, in quo ut videmus sæpè, quis deponit parvam summam contra magnam brevi etiam perdendam, aut lucrandam. Sic docet Philiarchus *de officio sacerd. tom.* 2. *part.* 2. *Vel* 100. *pro* 200.

tar.2.p.7.t.7.resol.71. Item si quis accipiat a Cajo 100. eo pacto, ut teneatur reddere 200. si post annos duos redeat in Patriam, vel uxorem ducat, vel Presbyter fiat, &c. Sponsio erit licita. Azor. *tom.3.lib.11.c.21.dub.1.ibid. resolut.72.* Item si dem Cajo 100. eo pacto, ut si post annum vixero reddat 200. si moriar, nihil reddat; vel si vixerit reddat 100. si moriatur, reddat hæredibus 85. Idem Azor. *citatus dub.2.ibid.resol.73.*

SPVRIVS.

Qui naturales, & qui spurii.

1. FIlii nati ex fornicario concubitu sponsi, vel sponsæ de futuro sunt naturales, & non Spurii: ita Sanchez, & Coninch, quidquid in contrarium dicat Texeda: quia sponsalia de futuro impediunt, ne licitè contrahatur matrimonium, at celebratum non annullant, ac proinde dictus filius procedit ex habilibus ad validè contrahendum matrimonium: Adde, ex conjugatis potest filius illegitimus nasci: ut si Parentes impediti essent petere, nec obligati reddere, v. g. cum alter illorum professus est in Religione ex alterius consensu. Sic Azorius, & alii. *P.9.tr.7.resol.70.*

STATVTVM LAICALE.

STATUTUM *laicale ledit immunitatem Ecclesiæ.*

1.† PRincipes violare solent libertatem Ecclesiasticam, non solùm actuali judicio, ut dictum est V. *Princeps*, & V. *judex laicus*, sed etiam statuto. Ideo videndum quodnam statutum sit contrarium Ecclesiasticæ libertati †.

Primò, si tangit Ecclesiã.

2. Primò igitur est contra libertatem Ecclesiasticam statutum Principis, quoties tangit Ecclesiam (ut si prohibeat Ecclesias absque licentia Principis ædificari, ut dictum est V. *Ecclesia num.1.*) † aut

Vel causas Ecclesiasticas

causas merè Ecclesiasticas † aut prohibet, vel impedit personas Ecclesiasticas, uti rebus, aut facultatibus sibi à jure communi concessis, cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ 4. de priv. c. fin. de immun. Eccl. in 6.* Tusch *tom.5.concl.342. num.13.19. & 137.* & Rota Rom. *in una corrigien. 16. Febr.1589 in una Massafren.21.Iun.1591. & in una Crypaferi ata 16.Ian.1604 par. 1.t.2.resol.59.§. Sed his,* post medium, *p.4. tr.1.resol.55.p.5.t.1.resol.8.§ Sed his* paulò antè medium, & novissimè *p.6.tr.8. resolut.1.§. Sed his, & resol.4.à §. confirmantur.* Secundò, quando tolluntur, aut minuuntur privilegia Ecclesiæ & Clericis concessa à Deo, summis Pontificibus aut Principibus sæcularibus. Alex. *lib.1.cons.209.num.3.* & alii communiter. *p.1.tr.2.resol.62.* in fine, *p.4. tract. 1. resol. 55.§. Secundo.* & novissimè *p.9.tract.3.res. 2.* Tertiò, quando Clerici & Ecclesiastici efficiuntur timidiores Tusch. *num.39. resol 55. cit. §. Tertiò.* Quartò, quando Clerici efficerentur deterioris conditionis; quam laici, cap. *quanto. de priv.* & cap. *fin. de immunit.* Pechius *de ammortiz. cap.6.* & alii *ibid.§. Quartò, resolut.52 §. Deinde.* Quintò, omne statutum aptum Ecclesiæ & Ecclesiasticis ferre semper incommodum, quamvis indirectè, & quamvis non disponat super illis, super quæ Ecclesia haberet speciale privilegium, cap. *quanto citat. de privil.* Felin. *in cap. Ecclesia n.104.* & alii *res.55. cit.§. Quintò, & resol.52.cit §. Verum.* Et denique omne statutum directum ad Clericos & Ecclesiasticos, vel ad omnes in generali, etiam sub prætextu boni publici; quia hi de jure communi ab ipsorum potestate liberi sunt. Unde in statutis laicorum nunquam comprehenduntur, *p.4.t.1.resol.88.p.6.t.3.res.6.t.8.res.4. §. Verum & p.7.t.2.res.11.* Immò etiam si statutum esset Clericis favorabile, per hoc tamen quòd ipsos nominaret, foret invalidum. Surdus *vol.2.consil.301. num.13.* & alii, *p.4.t.1.res.14. & p.6.tractat.3. res.3.* in fine, *res.7.* Immò etiam si statutum non dirigatur ad Clericos, sed ad laicos contrahentes cum illis; quia Ecclesia habet liberam de jure facultatem, ut laici cum ipsa liberè & absque ullo onere contrahant, & commercium habeant. Aponte *in resp. super cens. Veneta,* & alii communiter. Unde statutum generale

nerale nunquam comprehendit laicos contrahentes cum Ecclesia & Ecclesiasticis, aliàs læderetur Ecclesiastica libertas, non verbis; sed mente, faciendo fraudem de persona ad personam. Abbas *in c. Ecclesia S. Mariæ, de const. n. 27. & 31. p. 4. t. 1. res. 52. p. 5 t. 1. res. 8. §. Dicendum, & p. 6. t. 8. res. 4. §. Vnde.*

Vt causas beneficiorum.

3. In primis ergò invalida, & contra immunitatem Ecclesiasticam forent omnia statuta disponentia de causis beneficiorum juramentorum, decimarum, matrimoniorum & similibus, quæ cum sint spirituales, pertinent ad Ecclesiasticos privativè. Unde rectè, ait Tamburinus *tom. 1. disputatione 5. quæstione 19. numero 21.* invalidum fore statutum Principis, quòd beneficia sui status solis civibus conferantur. Et licèt id in Gallia & aliquibus Hispaniarum Regnis practicetur, id tamen procedit ex consensu & privilegiis Summorum Pontificum. Barbosa *collect. tom. 1. libro 1. titul. 5. cap. 4 numero 7.* Quibus nihilominus ipse pro libito derogare potest. Vide V. *Papa, numero 4. part. 3. t 1. resolut. 26.* Idem dic de privilegio nostri Regis, ne quis possessionem apprehendat alicujus Ecclesiæ seu beneficii sine ipsius, vel ministrorum suorum licentia. Cessante enim privilegio, iniqua lex foret; cum Ecclesia habeat jus à Deo immittendi Clericos in possessionem beneficiorum. Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst 11. num. 59. p. 1. t. 2. res. 63*

Iuramentorum.

4. Rectè quoque ait Molin *de ritu nupt. lib. 1. comp. 19. num. 60.* invalidum fore statutum Principis irritans juramẽta, & oppositum est falsum, ut ait Marta *de jurisd. p. 4. cent. 1. cas. 72. num. 18.* contra Molinam *de just. tom. 1. tr. 2. disp. 147. n. 13. p. 1. t. 2. res. 74. & 114. & p. 5 t. 1 res. 8. §. Sed restat.* Quòd si tale statutum existit in Cathalunia, Molin. justificari dicit tanquam editum in Comitiis generalibus, ad quæ concurrunt etiam Ecclesiastici, *res 114. cit.* Nam de reliquo Princeps, non solùm non irritare, sed neque juramenti præstiti obligationem relaxare propriè potest, cum sit spiritualis, ut notat Ledesma *tom. 2. t. 11. c. 4. dub. 3.* licèt possit eam condonare & remittere, sicuti pars, secundum Sanch. *in sum. tom. 1. li. 3. c. 22. n. 15. p. 1. t. 2. res. 115.* Quòd si juramentum metu, aut injuria extortum sit, in materia merè laici, tunc poterit Princeps, & judex sæcularis cogere laicum ad condonandam obligationem; cumulativè cum Ecclesiastico, qui, si dubium esset de turpitudine juramentum recipientis, solus esset competens Molina *to. 2. t. 2. disp. 149. ibid. res. 116.* An verò Princeps non irritare juramenta, sed prohibere possit ne in contractibus apponantur? Ne hoc quidem posse, ajunt DD. quia sic impediretur indirectè jurisdictio Ecclesiastica. Vide infrà *num. 11.*

Decimarum.

5. Torres quoque *in 2. 2. q. 87. ar. 1. disp. 9. num. 17.* contra Turrianum *in sum. p. 1. c. 131. dub. 4. concl. 3.* invalidum esse, ait, statutum Caroli V. & Philippi II Regis Hispaniarum, quòd laici non solvant decimas, quæ solvi non consueverint; nisi ex privilegio Summi Pontificis latum sit: quia licèt consuetudo legitima servanda sit instar legis, præcipere tamẽ ne Clerici contra eam faciant, Ecclesiasticorum est, non sæcularium Principum, *part. 5. tr. 14 res. 42. §. Sed hic.* Vide plura V. *Iudex Ecclesiasticus n. 4.*

Et matrimonii.

6. Circa matrimonii substantiam statuta sæcularia nulla forent, sive sit Ecclesiastica de jure Canonico; reservante eam sibi Summo Pontifice, ut ait Sanch. *t 2. lib. 7. disp. 3. num. 2.* sive de jure divino, reddente eam sacram Christo per institutionem Sacramenti, ut ait († & melius †) Pontius *lib. 7. cap. 2 n. 3. p. 1. t. 2. res. 128. & p. 7. t. 1. res 23.* Et præcipuè inane esse statutum laicale, libertatem in contrahendo diminuens; quia matrimonia ab omni coactione libera esse debent, ex *l. Titia. ff. de verb. oblig.* & decreto Trid. *Sess. 24. c. 9.* Tale autem esset statutum ne filia nubat sine consensu parentum. Sanch. *de matr. tom. 1. lib. 4. disp. 25. num. 2.* contra Molinam *tom. 1. t. 2 disp. 176. à num. 24. (p. 1. t. 2. res. 75. & 105.)* aut ne fœmina nubat extraneo, Abbas *in c. 1. de spons.* contra Alex. *lib 2. cons. 25. n 2. p. 1. t. 2. resol 57.* aut affini, etiam post dispensationem Pontificis, *part. 5. t. 1. resol. 17. &*

omne statutum statuens impedimenta matrimonii. Pōtius *lib.2 c.1.& 2.* contra Cœlestinum *t.2 cap.31 num.1 part.5.t.1. resp.16.* Immo Pontius *numero 4* nec circa matrimonii accessoria disponere posse laicos existimat, si eo accessorio impediatur principale. Secus de accidentalib. & accessoriis non impedientibus principale, ut sunt dos, dotis fructus, donatio inter conjuges, & similia. Sed circa hanc materiam vide etiam Riccium *par. 3 decis. 178.* & Bellettum *part 1 de exempt. clér. à stat. laic. §.4 num. 43 p.1. t.2 resp.128.§. Ex his.*

SECUNDO *si interdicat Ecclesiæ, quæ sibi competūt de jure aut privilegio. Vt si præcipiat ei, bona recens quæsita infrà certum ter. pus ponere extra manum.*

7. Quatenus verò interdicit Ecclesiæ & Ecclesiasticis, quæ sibi de jure, vel privilegio competunt, invalidum & contra immunitatem esset statutum Principis: primò, si præciperet Ecclesiæ infrà incertum tempus bona stabilia sibi relicta vendere, quale olim edidit in Sicilia & Neapoli Rex Fridericus, † & hodie extat Venetiis †. nam omni jure licitum est Ecclesiis, bona immobilia possidere, & per hoc statutum fiunt deterioris condi. tionis, quàm laici, & ideo statutum Friderici revocavit Carolus II. apud Afflictum *l.3. const.26. num.12.* qui proindè *in Commentariis const. Regni Neap.* non eam illustravit Commentario, sed tanquam invalidam præteriit. Utinam ipsum imitatus esset Cutellius, nec suscitasset opinionem Pauli Servitę à Paulo V. damnatam, & communi DD. calculo reprobatam, *p.1 t.2 res.64 p.5.t.1.res 3. & p.6.tr.3 res.10 §. Ad exempla, res.11.* †. Adde quod lex prędicta pugnat ex diametro cū Bulla Pauli III. de rebus Ecclesiæ immobilibus non alienandis absque licentia Papæ †. Secundò, & multo magis, invalidum foret statutum, quod bona immobilia in Ecclesiam & Ecclesiasticos trāsferri non possint, & si prohiberet alienationem in extraneos, non comprehenderet Clericos, quamvis violaret libertatem eorum mentaliter, ut suprà dictū est, & judices Ecclesiastici cogere possent sic statuentes declarare, quod in illis legibus Clerici non comprehenduntur, ut ait Palud. *in 4 dist. 18. quæst. 3. art. 3. cas. 14* Gemin. *n.4.* & alii multi, *p.1. t.2. res.58 p.4.tr.1. res.13 & 70. p 5 t.1. res.3. & p. 6. t. 3. resol. 3.* Et præter rationes prædictas (præsertim quod Ecclesiastici fierent deterioris conditionis, quam quilibet ex sæculi fæce; unde exclamavit D. Hieronymus contra similem legem *in epist 2. ad Nepotianum: Sacerdotes idolorum, auriga & scorta hæreditates capiunt: solis Clericis & Monachis hoc lege prohibetur, part 7 t.3.* in fine) probatur ulterius conclusio, tum quia in cap. *fin. de immun. Eccles: in 6.* dicitur, esse contra Ecclesiasticam libertatem statutum prohibens vendi, donari, vel relinqui Ecclesiis; quia præsumitur conditum in derogationem illius; quæ præsumptio, cum sit juris & de jure, non admittit probationem in contrarium, cap. *his, qui fidem.* Felin. *in c. quanto n.3 de præsumpt.* & alii, *part. 6 t.3. resol. 4.* Tum etiam quia summi Pontifices statuta hujusmodi sæpè revocarunt, Innocent. III. cum Henrico Imp. Constantin. Gregor. IX. cum Rege Castellæ, Clemens IV. cum Rege Lusitaniæ, & alii nonnulli cum aliis; quibus adde Concilia Lateranen. sub Innoc. III. Constantien. sub Leone X. & Trident. *sess.25 c.20 Ibid. res.5.* Et ideò hanc sententiam docuit Bartol. *in l. filius familias §. Divinum 12.* Bald. *in l. fin. n.17 C. de sacros. Eccles.* Josan *in l. filius familias §. Divi in prima lect.1 n.7 vers. tu adverte,* notatque esse communem, propter textum *in cap. fin. de immun.* ut etiam ait Marian. Socin. *cons.76 n.30 lib.3.* & ex Theologis Comitolus, Duardus, Filliucius, Reginaldus & alii communiter, contra Molinam *t.1 tr.2 disp.140 n.18* (quem Surdus *cons. 307 n.56.* ut gratus fierer Principibus, aliquantum hallucinatum fuisse inquit, quamvis alioqui doctissimus fuerit) & alios paucos. *Ibidem resolutio. 6 & 10 §. Ad sextum.*

Aut prohibet in eam transferri.

Sed contra objicit Additionator anonymus impressionis Venetæ: primò, quia privati ex pacto & testamento convenire possunt pro ipsorum interesse, ne bona in Ecclesias alienentur, *l. fin. C. de pact. inter empt. & vend.* unde & id statuere poterit Princeps ob interesse Reipublicæ, quia à pacto ad statutū valet

Quidquid objiciunt Politici.

valet argumentum, *l. fin. C. de fidéjuſſ.* Secundò, quia valet ſtatutum, quod monaſterium ingrediens non ſuccedat, teſte Barthol. *in l. fin. n. 6. de pact.* Tertio, quia hoc ſtatutum non cadit ſuper bona Clericis acquiſita, ſed ſolum ſuper acquirenda. Quartò, quia eo nimia bonorum in Eccleſias translatione timeri poteſt, ne brevi tuendo imperio non ſufficiat. Et denique, quia multa talia ſtatuta ſubſiſtunt: ut in Portugallia, Venetiis, Barbantia & Germania *part. 6 t. 3 reſ. 1.* & Cutellius addit, id etiam interdictum fuiſſe Levitis, Sacerdotibus legis veteris, *parte 5 tract. 1 reſolut. 3. §. Ad id.*

Quibus facilè reſpondetur.

Sed facilè reſpondemus. Ad primum argumentum, à pactis ad ſtatutum valere, quando militat eadem ratio. Surdus *conſ. 2 num. 8 vol. 1.* & alii at non eſſe eandem rationem in caſu noſtro; nam in re propria quilibet eſt moderator & arbiter, *l. in mandata, C. mandati,* nec prohibetur aliquis diſponere, quod ejus bona in Eccleſiam non tranſeant. At Eccleſiæ conceſſum eſt privilegium, ut quilibet poſſit ei donare, *l. illud C. de ſacroſ. Eccleſ.* & relinquere, *l. 1 C. eod.* & vendere, ſicut & Clericis, *l. fin. eod.* quibus privilegiis contrarium ſtatui prohibetur *c. fin. de imm. Eccleſ. in 6.* Adde, quod pactum eſt voluntarium & procedit ſolùm de rebus paciſcentis: at ſtatutum eſt generale, & impedit efficacius donationem, ſaltem indirectè; & ideo argumentum à pacta ad ſtatutum non valere, ait Ripa *in l. filius familias n. 82 verſ. nam pactum, ff. de leg. 1 p. 6 t. 3. reſol 8.*

Ad ſecundum, reſpondemus contra Bartolum, ſtatutum excludès à ſucceſſione Religioſum, non valere, ut ait Pontius *lib. 3 cap. 8. num. 25.* & determinavit Rota *in una Aſſiſien. bonorum, die 31 Maii 1606.* Unde ſtatutum excludens à ſucceſſione ab inteſtato fœminas ſtantibus maſculis, ſic generaliter latum valet, & ligat fœminas, etiamſi fiant monachæ: nam tunc non ſequitur deterioratio conditionis. Socin. iun. *in conſil. 25 pro vera num. 11 vol. 3.* at ſtatutum latum ſpecifice, excludens mulieres religioſas, non valet ob contrariam rationem ſive de ingreſſa loquatur, ſive de ingreſſura. Abbas *in c. quod clericus nu. 40 de foro comp. part. 1 t 2. reſol. 125 & p. 6. tract. 3. reſ. 8. à §. Ad tertium.* Et conditiones illę in legatis, *ſi religionem non ingrediatur,* &c. non ſunt admittendæ, nec habent effectum ut dictum eſt V. *legatum nu. 2.* Immo quamvis Vaſquez *de reſt. c. 6 § 1 dub. 2 n. 35* non cenſeat adverſari immunitati legem 11 *tit. 10 lib. 5 recopil.* irritantem donationem bonorum omnium factam filio Clerico, eo quod in tributorum fraudem præſumitur fieri. Alii nihilominus dicunt, jus civile talem præſumptionem introducere non potuiſſe, & ego puto ſtante ſententia Vaſquez, præter donationem aliud quoque judicium ad talem præſumptionem requiri. Et nihilominus tunc admittere probationem in contrarium, quia, ut ait Flores de Mena *lib. 2 q. 21. §. 2 n. 73* non eſſe juris, & de jure, ſed ſolum juris; & ſic ſi in tributorum fraudem non fieret, valere, *p. 3 t. 2 reſ 3*

Ad tertium, privilegia quoeunque titulo Eccleſiæ conceſſa, competere ei non ſolum pro bonis acquiſitis, ſed etiam pro acquirendis, & canones in hac materia indiſtinctè loqui, ut videre eſt in *c. benè quidem 96 diſt. c. Eccleſia S. Mariæ de conſt.* & *c. fin. de rebus Eccleſ. non alien.* & quod talis diſtinctio non ſubſiſtat, expreſſe definiti in *c. 1 de imm. Eccl. in 6* & notaviſſe Card. Alban. *de immun. n. 12* ponderantem tex. *in c. ea enim 10 q. 2 ex l. jubemus §. 1 verſ. ea enim, C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 6 t 3 reſ. 9*

Ad quartum argumentum illud à Joanne Hus primùm, deinde à Paulo Servita eructatum, ingenium ſapere nimis politicum, & de divina providentia, & retributione nimium diffidens: *Quis enim abnuat*, ait Gretſerus lib. 3 conſil. 3. *Deum nequaquā pati, ut liberalitas laicorum in Eccleſias immenſam ſuā beneficentiam ſuperet, dum cultus ejus propagatur, & amplificatur? Neque enim fruſtrà ſe coli ſinit Deus.* Majori ſane pietati in ſuos Sacerdotes floruerunt Hebræi, & Gentiles. Nam Sacerdotes illorum, & Levitas aliis

tribubus multo ditiores fuisse, observat Becanus *annal. vet. Eccl. cap. 7. quæst. 6. numer. 3.* nam à singulis recipiebãt decimas omnium bonorum, unde novem illis remanentibus, undecim ad ipsos perveniebant: & Sacerdotes deinde accipiebant decimas decimarum à Levitis, & his accedebant primitiæ oblationes, primogenita: quæ omnia simul posita in magnum thesaurum excrescere necesse erat, *part. 5 tract. 1. resol. 3. §. Ad id vero.* Et quoad Gentiles, Aristoteles in sua republica sic bona Civitatis distribuit, ut quarta pars cultui sacro destinetur, & præterea Sacerdotibus tanquam privatis sua pars relinquatur. *lib. 7. polit. cap. 19 part. 6. t. 3. res 10. §. Sed non desinam.* Bona verò Ecclesiastica Christianorum non solum facta comparatione ad prædictos, sed etiam absolute considerata, & cum solo respectu ad eos, qui ex illis sustentari debent, sunt adeo exigua, ut observat Comitolus *apol. pro monit. Pauli V. c. 3. n. 6.* quod si in unum congregata singulis Ecclesiasticis, qui ex illis sustentari debent, æqualiter dividantur, oppidò quamplurimis victus, & vestitus defuturi essent, præterquam quod in tali calculo nulla justitiæ distributivæ forma servaretur. Ex quo factum est, quod in tot Congregationes Regularium proprietas sensim irrepserit; dum de bonis communitatis non possunt singuli congruentem sustentationem habere, & nihilominus, cum res ita se habeant exclamant nostri politici, Ecclesiam, & Ecclesiasticos nimium habere. Contra quos Concilium Parisiense sub Ludouico, Lothatio Imperatore celebratum: *Mira res,* inquit, *ambitio mundialis satis non habet, & Ecclesia Christi nimium habet.* Desinant porrò timere ne omnia bona communitatis in Ecclesiæ potestatem aliquando deveniant. Nam (ut bene Theologi Relig. Servorum *cap. 7.*) nunquam in Ecclesiam transferentur feuda, fideicommissa, aut bona necessaria sustentationi principatuum: quia hæc semper manebunt in familiis. Nec item transferentur omnia alia bona non vinculata, quia ex his multa possident avari, multa homines lubrici & perditæ vitæ, qui omnia consumunt vivendo luxuriosè, nec unquam Ecclesiæ recordantur. Experientia præterea docet Ecclesiarum bona nonnunquam ad laicos devolvi, sic ferente temporum vicissitudine & varietate. Ex quibus omnibus factum est, ut quamvis per septemdecim ferè sæcula Ecclesia bona legentur, & quidem quo antiquius, eo copiosius adhuc non omnia, immò nec adeò multa in eam transierint. *part. 5. tract. 1. resolut. 3. §. Sed deveniendo.* Quod si non in tanta securitate, Principes adhuc timent, recurrant pro remedio ad summum Pontificem, cui inest tales leges condendi potestas, ut observat Hostien. in *cap. cum laicis n. 10. de rebus Eccles. non alien. p. 6. t. 3. res. 10. §. 2. primò.*

Ad ultimum, quidquid sit de illis exemplis non quid factum est, sed quid fieri debeat spectandum esse leg. *sed licet ff. de offic. præs.* nec exempla nisi bona, sequi debere, Gell. *noct. Attic. cap. 19.* Cujusmodi est exemplum Caroli V. & Philippi II. Regis Hispaniarum, qui ad talem legem in suis Regnis condendam ab eorum Procuratoribus sæpius in comitiis sollicitati, nunquam eam condiderunt, aut se illam condere posse judicaverunt. Bonius *resp. ad consil. Pauli Servitæ p. 3. ad 10. arg.* ubi etiam respondet ad Germaniæ & simul Odoardi Regis Angliæ. Sanè Reges Portugalliæ ob talem legem fuere excommunicati, & Regnum interdicto suppositum, donec illam Dionysius revocaverit, præstito per suos Oratores juramento de parendo mandatis Ecclesiæ, ut videre est ex literis Nicolai IV. datis 10. *Kal. April.* 1290. Sunt tamen aliqui Doctores, qui asserunt, exinde in eo Regno adesse privilegium Papæ in favorem talis legis, quod alii negant adesse; & privilegium allegantibus incumbit illud in authentica forma demonstrare, cap. 1. *de fide instrum.* &c. porrò *de privil.* Rota *in Oscensi Canonic. die 1. Decemb. 1595.* & Peasantius *de immun. disp. 3. num. 2.* Observat quoq; Germovius *in assert. l. Eccl. c. 7.* in

80

to Regno stabilia Oratoriis, & Monasteriis titulo perpetuandi obligationes Missarum passim relinqui *p.6.t.1.re.11.* Quod autem, ait Cutellius de levitis & Sacerdotibus veteris legis, falsum est: nam ex Levit. *cap.25.* habetur, eos habuisse ædes urbanas quovis tempore redimibiles, & Jeremias in Anathoth Urbe sacerdotali agrum emit, ut observat Sancius *in Ezech.c.44. vers.28.nu.59.* immò notat Becanus, *in analog.vet.Eccles.c.7.q.6.n.3* civitates tredecim datas esse Sacerdotibus, reliquas Levitis. Quod si in aliquibus scripturis dicitur Levitas nihil possidere, id ideò dicitur, quia omnia habebant titulo eleemosynæ, non per sortem, ut alii. Nicolaus le Maistre *de sacro Patr. lib.1.c.10.p.5.t.1 ref.5 §. Ad id verò.*

Item si præcipiat, ab Ecclesia & Ecclesiasticis aliquid solvi pro immobilibus amortizandis.

Et omnia prædicta militat tertiò contra leges amortizationis, quibus præcipitur, ut in transferendis rebus immobilibus in Ecclesiam & Ecclesiasticos, impetrari debeat licentia Principis, & solvi certa pecunia. Contra quas invenitur ex Gallis Petrus Jacobus *in practic.titul. de succeff. Regni Franc.* & ex Hispanis Beltran. de Guevara *in propugnat. lib. Ecclesiast.assert.1.§.5.nu.22.* vbi ait, Philippum II similem legem Joannis II. abrogare, in nova recollectione loco illius apponi fecisse aliam legem de non condendis legibus contra libertatem Ecclesiasticam, & in Francia extant Constitutiones Henrici II. Caroli IX. Henrici III. & Henrici IV. vetantes ne Clerus bona recens quæsita extra manum suam ponat, aut pro illis amortizandis quicquam solvere compellantur. Vide Annæum Robert. *lib.2 rer.iudica. c.21 p.1. n.2.ref.102.p.3.tr.1.ref.4.p.4.tr.1.ref.57.& p.6.tr.3 ref.10.§. Ad exemplum.*

Item si prohiberet Laicis, ne Clericis molant, coquant, vendant, vel servitia exhibeant.

8. Quartò, ex hoc etiam capite invalidum foret statutum prohibens laicis, nè Clericis vendant; molant, aut coquant panem, &c. & aliqua servitia eis exhibeant, quæ ipsis debentur ut civibus, & novo etiam titulo ut Clericis: nam dum Clerici fiunt, non amittunt jura civium, sed ratione status majoris reverentiæ, & honoris digni fiunt. Guevara *ubi supra num.11. & 12.* & alii communiter contra Pereiram, *p.2. c.67.n.15. p.1.t.7.ref.54. & p.4 t.3.ref.15.*

Si disponere de numero Religiosorũ. Missarum. Candelarum Vestae culcitrũ in funere.

9. Quintò, etiam invalidum esset statutum circa funera, disponens de his, quæ spectant ad utilitatem Ecclesiæ, & Clericorum, ut de eleemosyna Missarũ, eleemosina Clericorum, numero candelarum, & Religiosorum comitantium cadaver: indirectè enim prohiberet liberam facultatem dandi eleemosynam Ecclesiæ & Clericis, Alterius *de cens.to 1.disp.16 l.5.c.6.* Idem dic de culcitris, quæ apponuntur super corpus defuncti; nam hæ remanent apud Ecclesiam pro ornamento parietum. Secus verò, si disponant de vestibus lugubribus, apparatu cubiculorum & similibus ad Ecclesiam non pertinentibus, ut ait Alter. *ibid.* Et idem docet Duardus *in c.cum. 15.q.19.n.7.* de extructione sepulturæ. At Grassus in hoc contrarium censet, *de eff. cler.eff.2.nu.483.q.1.t.2. ref.65.* † Adde, quòd statutum circa Missas, candelas, & sepulturam esset invalidum alio titulo, quia nimirũ disponeret de rebus sacris, pertinentibus ad cultũ divinum. † Sicut etiam pragmatica Sicula, quam citat & sequitur Burgius *de modo proc. ex abrupto cons.1.q.65.nu.29.* quod Clerici minores non gaudeant foro, nisi singulis Dominicis & festis diebus in Ecclesia horis congruis cum superpelliceo assistant: quia dirigitur ad Clericos, qui à potestate laicali exempti sunt. Guazzinus *defens. 20 c.9.n.35 p.4.t.1.ref.88.*

Vel aliquod onus imponeret Clericis, ut gaudeant.

Item si vetaret Clericis frui privilegio concesso alicui communitati.

10. Sextò, idem dic de statuto Principis, ne suis privilegiis potiantur ii, qui subditi nõ sunt, ut ait Durad *n.41.* cõtra Azorium. nam Clerici de jure communi frui possunt privilegiis communitatis, *c. constitutus, de rest in integr p.1.t.2.ref 60.* Unde ex vi statuti laicalis possunt cõvenire laicos pro jure congrui, nõ tamen ab eis conveniri. Surdus *tr.cons.2.n.14.* contra aliquos apud Giurbam *decis.25.n.10.* utrumq; affirmantes, & alios apud Riccium *p.3.decis.180.n.3.* utrumq; negantes. Idẽ ex vi statuti laicalis possunt laicos cogere ad compromittendũ, non tamen ipsi ad compromittẽdum compelli. Grassus *ubi sup.n.414.* contra Riccium *in collect.*

Aut prorogare iurisdictionem Ecclesiasticam.

AVT denique, si ferretur etiam pro Ecclesiastico.

Qui non tenetur coactivè ad leges laicorum etiam latas pro bono communi.

Tale esset statutum, quod auferantur arma inventa horis prohibitis etiam à Clericis.

Quòd non imprimantur libri etiam Clericorum sine licentia Principis.

Quod non extrahantur victualia à territorio, etiam à Clericis.

Vel quod in territorium non introducantur etiam ab ipsis.

decis. p. 1. decis. 177. p. 3. tract. 1. resol. 43. Idem dic de declaratione, ut Clericus aliquis vel aliqui, inter quos esset Clericus, non gaudeant privilegio universitati concessio, v. g. de franchigia quinquennali in civilibus, *p. 1 t. 2. resol. 59.*

11. Septimò, idem dic de statuto, ne laicus alienam jurisdictionem prorogare possit : nam id laicis in favorem judicis Ecclesiastici concessum est, non solum de jure canonico, *c. significasti. de foro cõp.* sed etiam civil. *l. si quis ex consensu. & l. Episcopale C. de Episcop. audient* Cochier *par. 2. c. 66. n. 5. & 10 p. 4. t. 1. r. 24.* in fine, *p. 5. t. 1. r. 8. & p. 6. t. 2. res. 7.* in fine, Unde statutũ prohibens adhiberi contractibus juramenta, irritũ est, quia nimirũ impedit prorogationẽ jurisdictionis Ecclesiasticæ, qua ratione juramenti exerceri potest in cõtractus civiles, etiam de re prophana, inter personas meré laicas. Villasante *in c. decernimus de iud. nu. 127.* ubi damnat similes leges existẽtes in Regnis Castellæ, & Portugalliæ, quãvis hæ permittant juramenta in conducti, ne redditus Ecclesiarũ, & Ecclesiastico um, ut notat cum aliis Hevia *in cur. Phil. p. p. 1. §. 5. n. 33.* Adde quod materia juramenti est sacra, & ex hoc capite extra limites jurisdictionis laicalis, ut dictum est *n. 4. p. 1 t. 2. res. 114 & p. 5. t. 2. res. 8. §. Adde.*

12. Denique contra immunitatem esset omne statutum Principis cõmuniter latum pro laicis, & Ecclesiasticis, etiamsi spectet ad bonum commune; quia necessitas & bonum publicum non dat jurisdictionem. Et quamvis Clerici teneantur servare leges civiles latas pro bono communi, id quidem verum est, quando non pugnant cum immunitate Ecclesiastica, *p. 4. t. 1. r. 52. §. Suppono, & p. 6. t. 3. r. 7* in fine. Et tunc non tenentur coactivè, quasi teneantur ex vi legis laicalis, & judex laicus eos ad illarũ observantiã possit astringere, sed solùm directivè, nimirum ex vi rationis naturalis; quæ dictat partẽ suæ comparti cõformari debere, *r. 52. cit. & p. 6. t. 8. r. 4. § Dicendum.* Adde, quod Caspens. *rom. 1. t. 13 de leg. disp. 4. s. 2.* putat, in tali casu Clericos non teneri ad tales leges sub mortali secluso scandalo, & citat Bonacinam & Salaz. Verùm alii contra sentiunt: quia si astringuntur illas servare, non est unde eorum obligatio minuatur. Vide Palaum *to. 1. tr. 3. disp. 1. punct. 24. §. 6. n. 2. p. 6. t. 8. res. 4.* in fine.

13. Ex his igitur primò invalidum, & Ecclesiasticæ immunitati contrarium foret statutum, quòd capiãtur arma cuicunque inventa horis prohibitis. Nisi Clericis capi præciperet ad vitandum malum, reddenda postea cessato periculo, juxta dicta V. *Iudex laicus, n. 17.* Palaus *to. 1. 3. disp. 1. punct. 14. §. 6. n. 9.* contra Pereiram *p. 2. c. 43. n. 2. p. 4. t. 1. res. 19.*

14. Secundò, idem dic de statuto prohibente indistinctè laicis, & Clericis impressionem librorum absque licentia Principis, qui nullam habet in Clericos potestatem, sicut habet Episcopus in hoc circa laicos in finem spiritualem ex Conciliis Lateran. *sess. 10.* Trident. *sess. 4.* Adde quod quandoque libri exempti sunt de jurisdictione laicorum, ratione materiæ sacræ, quales sunt expositiones Bullarum, Commentaria in sacram Scripturam, in D. Thomam, &c. Bariola *cons. 34. p. 4. t. 1. res. 60.*

15. Tertiò, idem dic de statuto laicali, prohibente extractionem frumenti, vini, leguminum, &c. extrà territorium, ut servetur abũdantia in civitate, hoc enim statutum si directum sit etiam in Clericos extrahentes prædicta de suis prædiis recollecta, lædit immunitatem. Si verò non nominat, non comprehendit, Azorius *p. 3. l. 5. c. 19. nu. 13.* & alii contra Menoch, *de 8. cons. 890.* & Bobadillam *to. 1. l. 2. c. 18. n. 117.* autè legendos, *p. 1. t. 2. res. 69. & p. 6. t. 8. res. 4.* Nec approbanda est consuetudo Sicula, quod Clerici extrahentes prædicta de suis prædiis extra Regnum, solvant gabellam, vulgò *li tratti*, & sic illam nominatim reprobat Ciarlinius *contro. foren. c. 13. n. 15. & 16. p. 5. t. 1. res. 27. § Sed adversus.* Et eadem est ratio de cõsuetudine hujus Urbis Panormi, si amplius ob servatur, ut in eam non possint introire vina extra territorium recollecta, etiam à Clericis, quæ quidem consuetudo, & lex nec respicit bonum publicum, sed peculiare, personarum habentium

bentium vineas, & prædia in territorio, Bellet. *p.1.t.6.§.3.n.3.p.1.t.2.r.70.& p.6 t.8.ref.4.* Quòd si contingat necessitas magna, ut carestia, quæ sublevari non possit, nisi concurrant Ecclesiastici, tunc quidem Ecclesiastici tenentur directivè dictis legibus prohibentibus extractionem annonæ, aut præcipientibus denunciationem & venditionem; non tamen ità, quod per laicos ad id cogi possint, sed per Ecclesiasticos, juxtà dicta V. *Iudex laicus, n.* 22. Et consulo Episcopis, ut in tali necessitate suis edictis Principum statuta corroborent, ut notat Surdus *cons.*310 *n.*39. ut fecit S. Carolus Borromæus, & pluries ordinavit sacra Congregatio, & signanter Nuntio Neapol. *die* 3. *Septemb.* 1591. & Episcopo Parmen. *ann.* 1599. *ref.* 4. *cit.* §. *Sed instabis* Quod autem de introductione victualium dictum est, procedit contra Lagunam *in alleg. artic.* 2. *numer.* 45. etiam si Clericus prædicta de suis prædiis recollecta in Civitatem introduceret, ut ibi carius venderet: nam hæc non est negotiatio Clericis interdicta. Vide V. *Negotiari, num.*3. *ibid* §. *Et tandem.* Ex quibus apparet primò, quàm malè auferatur à judice laico annona Clericorum, quæ contra ipsorũ leges extrahitur vel introducitur: hæc enim est verè pœna, licèt pecuniaria, & nascitur ex delicto ut patet ex *leg.* 1. *ff. si quadrupes*, ibi, *noxa autem est ipsum delictum, & §.1. Inst. de noxal. l. Quintus*, & seq. *ff. ad leg. Aquil.* Clerici autem exempti sunt à jurisdictione laicorum in persona & bonis, ut dictum est V. *Immunitas Ecclesiastica* (unde exempti sunt à *l. si te bonis, & l fin.15.cũ igitur, C. de iur. delib.* quibus indicitur onus solvendi creditoribus hæreditariis etiam suprà vires hæreditatis, hæredi hæreditatem adeuntibus absque confessione inventarii. Duar. *in cap.*15 *q* 15. *n.*8. *p.*1 *t.*2. *resol.*71.) Quod etiam procedit, si Clericus prædicta vendat supra taxam, corrupta, falsis ponderibus & mensuris &c. *p.*1. *tr.*2. *ref.*7. *& p.*6. *t.*8. *ref.*4. §. *Secundò.* Apparet secundò, quàm malè vexentur in tali casu Clericorum famuli coloni, vel alii ministri, qui de eorum mandato in civitatem introducunt, vel de ea extrahunt frumentum &c. ut docet Ciarlinius *lib.* 1. *c.*31. & Sperellus *decis.*12. *n.*61. *& decis.*24. *n.*7 qui testatur, ita passim respondere sacram congregationem immunitatis. Et ratio est, quia operarii, quando obediunt mandato conductoris in re, quæ de sui natura non sapit delictum, ad nihil tenentur. Gloss. *in l. in rem.* §. *Signum ff. de rei vendic.* quã teste Decio *in l. velle* omnes sequuntur. Et ministri in tali casu nullum habent jus in re; unde delictum non substantiatur in eis, sed in Clericis, quorum negotium geritur *ref.* 4 *cit.* §. *Ex supradictis.* Apparet tertiò, quàm malè cogantur venditores vini Clericorum præstare fidejussiones de solvendis pœnis latis contra vendentes falsis mensuris, supra taxam, &c. nam ex hoc Clerici non invenient venditores, nisi servent eos indemnes de omnibus pœnis, quæ ex tali venditione solvendæ forent, cum tamen ipsi ad tales pœnas minimè teneantur. Laderchius *cons.* 103. *num.*5. *&* 9. Mandell. *cons.*8. *n.*16. 17. *&* 18. & alii. Et custodes animalium Clericorum non tenentur banno, quod pro damno animalium tenentur; quia famuli & coloni religiosorum non alligantur statutis laicorum, sive specialiter sive generaliter de illis disponant. Duard. *q.* 26. *n.*6. & alii. Apparet quartò, lædi immunitatem, si cogantur venditores vini vendere in quarta domo ab Ecclesia distante, per hoc enim Clerici & Religiosi coguntur cõducere tabernam extra suas domos cum dispendio, & damno; fiunt que laicis deteriores, quia hi vendere possunt in propriis domibus: cum tamen jura proclament, magis Clericis favendum esse; quam laicis, *l. sunt personæ, ff. de relig. & sump. fun. p.*4. *tr.*1. *ref.*52. Apparet quintò, quòd si in aliqua Civitate adesset statutum, ut aliqui tantum vendant vinum &c. hoc statutum non impediret, quominus Clerici aperire possent tabernas, &c. etiam si pecuniam ex dicto monopolio Civitas insumeret in manutẽtione alicujus hospitalis, aut monasterii, vel in sublevatione necessitatis publicæ; nisi ut observat Azor *p.*3. *lib.*5. *cap.*19.

Nam ipsi his legibus non ligantur Unde in necessitate cogi debent à judice Ecclesiastico.

Ex vi autem statuti laicalis, iniustè auferuntur à Clericis victualia inventa contra pragmaticam. Vendita supra taxam. Cum falsis ponderibus, mensuris, &c.

Aut vexantur eorum ministri hæc peragentes.

Vel eoguntur præstare fidejussionem de solvendis pœnis, si in vini venditione fraudem commiserint.

Vel animalia Clericorum ab ipsis custodita paupertatem fecerint.

Aut vendere vinum ultra quartam domum ab Ecclesia.

CLERICI nõ cõprehenduntur in monopolijs Principum.

q 13. publica utilitas respiciat æquè primò Clericos & laicos, sicut esset reparatio aggerum, ne flumen innundet vicinos agros laicorum & Clericorum, nam ad hanc Clerici contribuere tenerentur cum requisitis, de quibus V. *Gabellas nu. 3. p. 5. tract. 1. res. 20.* Adde, non deesse Doctores, qui dicant ejusmodi monopolium seu zagatum etiam quoad laicos illicitum esse, & interdictum in quinto canone Bullæ Cœnæ, ut dictum est V. *Bulla Cœna, num. 4.*

Non in lege (sancimus) de insinuandis donationibus.

16. Quartò idem dic de *l. illud, C. de sacro. Eccle. & l. Sancimus, C. de donat.* ubi præcipitur, ut donationes suprà quingentos aureos, etiam factæ Ecclesiis, in actis curiæ insinuentur; unde hodie donationes Ecclesiæ insinuantur, ut ait Aponte *in resp. super cens. Ven.* ex Joan. Andrea & DD. communiter, *p. 4. tract. 1. res. 63.*

Vel statuto, quod concubinæ non teneantur de furto ex bonis concubinariorum.

17. Denique idem dic de lege seu statuto, quòd concubinæ non teneantur pro furtis factis ab ipsis de bonis concubinariorum, si extendatur ad concubinas Clericorum, quia denegaretur ipsis actio furti, quæ eis competit de jure communi. Valenzuela *in def. monit. Pauli V. p. 1. tr. 1. nu. 24.* & alii contra Pereiram *p. 2. c. 75. n 1. p. 4. t. 1. res. 11.*

Principes cauti sint in salva manu tenenda Ecclesiastica libertate.

Si tranquillè, & prosperè regnare cupiunt.

18. Postremò, monendi hoc loco veniunt Reges, & Principes, eorumq; Consiliarii, ut si Regna stabilire, & ab eis calamitates arcere desiderant, nihil statuant, quod Ecclesiasticæ libertati non sit consentaneum; sed si quod simile statutum in suis ditionibus extat, omninò abrogent & expungant: in dubiis verò eam semper amplectantur opinionem, quæ favet Ecclesiæ, aut saltem consulant sanctam Sedem, ut docet Bernardus Justus *in defens. libert. fol 27.* & Carolus Imperator apud Granadum *in c. memoriā dist. 19.* Sciantq; violantibus jurisdictionem Ecclesiæ Regnorum eversionem & amissionem imminere, ut fassus est Basilius Imperator. Unde notat Baron. *ad annum Christi 701. & alias*, olim Deum Regnum Hispaniæ tradidisse Mauris & Mahometanis, quia à sancta Sede Apostolica in jurisdictione defecerat, *(p. 1. t. 2. res. 66. & p. 5. t. 1. res. 23. à §. Et tandē) & ad annum 549.* Justinianum, dum Ecclesiasticis dogmatibus perscrutandis, plusquam Imperatorem decet, studiosè vacaret, universum pessundedisse Imperium. Hunc tamen ait Tannerus *(in 2. 2. disp. 1. q. 3 dub. 1. num. 30.* multa justè & legitimè de reb. Ecclesiasticis sanxisse, quæ tamen non sunt leges Ecclesiast. sed meræ executiones Canonum, *p. 1 tract. 2 res. 116.*

Et si aliquādo eam laudant, Episcopi se opponant.

19. Monendi quoque veniunt Episcopi & judices Ecclesiastici, si quando statutum editur contra libertatem Ecclesiasticam, præcipere magistratibus & legislatoribus, ut illud tollant, & ipsis recusantibus ipsis tollere, & invalidum declarare, & in dubiis cogere ad declarandum expressè, tali statuto Ecclesias & Ecclesiasticos minimè comprehendi. Vide Sayrum *de cens. lib. 3. c. 34. n. 17. p. 3. t. 1. res. 68.*

STATVTVM.
Papale.

STATVTA Papalia ut obligent omnes, sufficit promulgatio Romana.

1. DIximus V. *Lex num. 23.* legem Papalem, secundùm Uvigers non obligare in provinciis, antequam in eis publicetur: ex cujus sententiæ probabilitate multa infert Præpositus *in p. 2. q. 95. disp. 1. dub. 7.* præsertim quòd regulæ Cancellariæ, saltem extra Italiam non obligant, & quòd cultus disparitas apud Chinenses & Japonios in his conversionis initiis non sit impedimentum dirimens. Verùm ipse contrariam sententiam tenet, quam nos loco citato docuimus, & nunc confirmamus primò; quia dicta promulgatio in diœcesibus nec naturali, nec positivo jure requiritur, & *novell. 166.* Justiniani posita est pro legibus imperialibus non pro papalibus. Secundò, quia corpus Ecclesiæ benè dirigitur, si deliberationes promulgentur Romæ, quæ est caput illius: & quando Pontifices nolūt suas leges obligare, nisi in singulis diœcesib. publicentur, id solēt exprimere: unde quando non exprimūt, censen-

censetur velle obligare per solam promulgationem Rom. Porrò in materia immunitatis S. D. N. Vrb. VIII. in Bulla *Romanus Pont. die 5. Iun.* 1641. damnat præjudicia, quæ illi fiunt sub prætextu, quòd Bullæ Pontificiæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ *p.6 t.6.res.39.*

Vnde Episcopi post notitiam publicationis Romanæ cogere possunt subditos ad observantiã.

2. Episcopi ergo eo ipso, quòd lex aliqua publicata est Romæ, cogere possunt subditos ad observantiam. Sylvius autẽ, qui *inp.2 q.96.art.4.qu.11 concl.3.* contrariam sententiam probabilem admittit, consequenter asserit, Episcopos, si id illis Pontifex non præcipit, probabile esse, quòd non teneantur leges publicare, & observari curare: nisi fructum aliquem notabilem ex alicujus Bullæ observatione sperarent. Si autem Pontifex significet, se velle, ut lex absque alia promulgatione ubique servetur, tunc teneri procurare observantiam, non tamen eam promulgare, nisi lex dirigatur ad ipsos. *p.6.t.6.r.38.* Vide etiam V. *Lex*, n. 24

Quid de legibus Tridentini ubi receptum non est?

3. † Petes: quid dicendum de legibus Tridentini, ubi publicatum & receptum non est? Respondeo, ibi leges ejus pœnales non ligare incolas, vel alienigenas commorantes. An nec extraneos transeuntes vel apostatè euntes animo se exemptandi à dictis legibus, Vide V. *Impedimenta*, n. 23, & 24. Favorabiles verò, secundùm aliquos, favere etiam in iis locis †; nam Zypeus *in consul. can. lib. 4. cons. 1. de congr spir.* existimat, Episcopos dictorum locorum uti posse facultate ipsis tradita *in sess. 24. c. 6.* circa absolutiones & dispensationes in casibus papalibus occultis: & Duvallius *de sum. Pont. p. 3. q. 7.* testatur de praxi Episcoporum Galliæ. Verùm Sanchez & alii, quos citat & sequitur Barbosa *de pot. Epis p. 2 alleg. 39. n. 3.* contrarium docent, & Garzias *de benef. p. 7. c. 11. n. 2. 3.* adducit pro hac sententia declarationem sacræ Congregationis Interpretũ, *p. 6. t. 8. r. 27.*

S T V P R V M.

Stuprum.

1 † STuprum est puellæ virginis repugnantis defloratio per fractionem clausuri virginalis. Nec prima fornicatio masculi est stuprum, nec defloratio puellæ consentientis. Vide V. *Circumstantia, n. 8. 9. & 14.* †

Inducit obligationem nuptiarum, vel dotis si accessit dolus.

2. Ad stuprum consequitur in stupratore obligatio defloratam in uxorem accipiendi, vel eam pro suo statu decenter dotandi, non solùm si vi aut dolo defiorata sit; dicunt DD. communiter cum Navarro *c 16. n. 16.* sed etiam si importunis precibus & vehementibus blanditiis Sed probabile est, teneri solùm de vi & dolo; quia preces & blanditiæ non minuunt, sed augent potius voluntarium, nisi procedant à persona, cui puella reverentiam debeat. Nec obstat, quòd absque præcibus non consensisset: nam multa sponte fiunt per preces, quæ sine illis minimè fierent. Turrian. *in 2. 2. dist. 30. dub. 2. num. 15 p. 2. tract. 16. res. 48.*

Vis. Vehementes preces, &c.

Et si interveniisset promissio nuptiarum etiam ficta ad eas stuprator teneretur.

3. Si autem intervenerit promissio matrimonii, tunc omninò tenetur ducere, etiamsi promissio fuerit ficta: si tamen virgo fictionem ex ambiguitate, inconstantia, nimia exaggeratione, &c nõ potuit comprehendere, nisi ipse sit longè nobilior, vel opulentior, & puella id sciverit, & secundùm aliquos etiamsi ignoraverit. Sanch. *de matr. t. 1. lib. 1. disp. 10.* & alii communiter *p. 3. t. 6. r. 81.* Solus Præpositus fictum promissorem excusat à nuptiis, *in 3. part. q. 9. dub. 4 n. 46.* quia promissio ficta non parit obligationem, & damnum illatum reparari potest per pecuniam. Sed non est recedendum à communi sententia. *p. 5. tr. 14. re. 32.*

Nisi esset longè ditior. Vel nobilior.

4. Verum tamen est, quòd quibus causis dissolvuntur sponsalia, dissolvitur etiam obligatio talis promissionis, manente solùm obligatione compensationis pecunialis, quæ etiam cessaret, si vir deprehendisset non virginem Sanch. *ibid res. 81. cit.* Et generaliter, ex quocunque capite contracta sit, cessat quoque, si puella postea nuptiis æquè commodis potiatur, ita ut nihil detrimenti sustineat. (Less. *lib. 2. c 10. dub. 2. n. 11.* contra Rebell.) aut remissionem faciat. Valerus V. *Restitutio, diff. 11. n. 2.* & si sponte consensit, nulla ipsi aut parentibus est restitutio facienda pro gravata dote, aut aliis damnis inde secutis. Sotus *l. 4 q. 7. a. 1. ad 2. p. 2. t. 16. res* 84. § *Limitanda.* Probabile

Vel accederet aliqua causa ex iis, quibus solvuntur sponsalia. In quo casu maneret obligatio dotandi.

Quæ etiam cessare potest multis de causis.

babile etiam est, non teneri ducere, sed solũ Vide Sanc. & Less. *loc cit p.3 t.6 r.* 81 Quid agendum ab eo, qui voto Religionis astrictus virginem violaret sub vera promissione coniugii. Vide V. *Ingredi Religionem, n* 2.

SVBDITVS.

Subditus tenetur obedire

2 SVbditus tenetur obedire, etiam in dubio de potestate Prælati, secundum Sanch. *in sum t.2. lib 6 c 3 n.* 29 quia Prælatus est in possessione jurisdictionis qua spoliari non debet per solum dubium. Contrarium tenet Vasquez, & probabiliter *in* 1 2 *q* 19 *a* 6 *disp* 62 *c* 6 *in fine.* Siverò adsint opiniones pro utraq; parte Vide V *Opinio probabilis n* 10 *p* 4 *t* 3 *r.* 8

Etiam in dubio de potestate Prælati,

In dubio de honestate rei Præceptæ

2 Sanè non tenetur obedire in dubio, an impleta sit conditio, sub qua superior aliquid præcepit; quia præsumenda est non impleta Sanch *n* 16 Nec si de honestate rei præceptæ, vel de excessu jurisdictionis dubitat etiam ipse Prælatus, Palaus *t* 1. *disp* 3 *punct* 13 *n.* 13. contra Enriquez *lib* 12 *c* 6 *n* 5 *ingress. litT* Debet verò obedire, si ipse de honestate rei præceptæ dubitaret, non dubitante Prælato ut ait Sanchez *n* 3. contra Vasquez *n.* 51 Nisi tamen grave aliquod damnum in corpore, fama, aut rebus sibi, vel tertiæ personæ immineat: quia in dubiis favendum est reo, & subditus in tali casu esset in possessione, si non libertatis, saltem securitatis, seu iuris conservandi se, vel alterum à periculo. Nec in hoc, aut alio quocunque casu, quo obedire non tenetur, excommunicari potest: quia excommunicatio prærequirit culpam Sanchez *n* 27. *p* 4 *t* 3. *res* 9,

3 Probabile est, subditum unius Principis, requirere, & obtinere posse protectionem alterius proprio inconsulto. Sed probabilius non posse, nisi in certis casibus *p.* 3 *t* 7. per totum.

An subditus unius diœcesis possit ligari censura à proprio Episcopo, dum absens est: Vide V. *Censura, n.* 7. an ab Episcopo alieno, Vide V *Reus n* 1.

SVRDVS.

Surdus tanquam miserabilis declinat forum

1 SVrdus omnino, computatur inter personas miserabiles, & potest declinare forum Novarius *de lect.* 2 *q* 8. *n* 6. *p.* 5 *t.* 6 *res.* 30 & liber est à muneribus publicis, *l* 1 *C. qui morbo se excusant.* Secus si sit surdaster, aut tarde audiat, *l.* 2 § *minus audiens, de vac. mun.* Idem *n* 26 *Ib. res.* 33 Itaque surdus non potest esse executor testamenti, Angelus V. *Executor n.* 2 *Ib r.* 28. Nec eligi in Prælatum *cap constitutionem, de ver sign. in* 6. nec de iure civili gerere publicum officium, ut testatur Campanili *rubr.* 11 *c* 17 *nu* 37. *Ib. dub res.* 20 Non privari tamen jure eligendi alios, ait Bononia *p.* 2 *c* 4. *dub.* 89. *num* 13 quamvis tutius acturum, si huic iuri renunciet, cum facile decipi possit. *Ib. r.* 13 Potest nihilominus esse testis in his, quæ cadunt in sensum non impeditum. Farinac *q* 60 *Ib res* 32 & si sponte veniat, nec à Notario, vel alio fraudulenter inducatur, posse fideiubere, putat Richel *de contr disp.* 8 *thes* 1 *lb r.* 29

Et munera publica Non potest esse executor testamenti. Aut Prælatus. Potest tamen esse testis Et fideiussor,

2 Surdus non potest aliquid donare, quod illi bene prohiberi à iure civili *in l. qui id quod, § Mutus, v donare ff. de don.* tenet gloss. & sanch. *de matr. t* 1 *n lib* 1 *disp* 8 *num* 12 quia facilè decipi potest Azorius verò *to* 3 *lib* 11 *c* 3. *quæst ult* hoc procedere existimat, si surdus sit etiam mutus, & Megalius *in* 2, 2 *lib* 2 *c* 39. *q* 4 *nu* 135 ait eos solum contractus surdo prohiberi qui confici non possũt, nisi utroque loquente, & contractus verba intelligente; minimè verò eos, qui sine verbo celebrantur, ut emere, vendere locare conducere: immò posse etiam donare, eo pacto, quo testari potest & donare causa mortis, iuxta *l discretis C. qui testam fac poss.* Item posse hereditatem adire, *Ib. res* 12 Regulariter tamen non succedit in feudo, nisi servitium feudi talesit, ait Spino *in spec. test glo.* 9 *rubr. n* 4. ut à quolibet sanæ mentis præstari possit, ut in majoricatu: si tamẽ per signa exteriora perfectè intelligit, ut ait Molina 1

Item donare. Et aliquos contractus efficere.

de

de primogen. Hisp c. 13 *n.* 40. Vide Rosental *de feud c.* 3 *concluſ.* 8 & Intrigliolum *de feud cent.* 2 *art* 1. *à n* 554 *Ibid r.* 21 Advertit etiam Megala, Surdum celebrare poſſe quemlibet contractum per alios, & ſi non eſt omnino ſurdus, per ſeipſum *Ibid ref.* 21

Non poteſt ordinari

3. Omnino ſurdus eſt irregularis, & non poteſt ordinari: immò ordinatus ejici debet. Majolus *lib.* 1 *c* 25 *n* 1 *p.* 5 *t.* 6. *ref.* 22. Canonicus verò, ſurdus evadens, lucratur diſtributiones, nec Choro intereſſe tenetur. Moneta *p.* 2 *q* 6 *n.* 16 contra Sanchez *in opuſc tom.* 1 *l.* 2. *c* 2. *dub* 90 *n* 7. *Ibid ref.* 14 Tenetur tamen officium ſeorſim recitare, quia quod legit, & ſi non audit, intelligit. Si autem legitime impeditus, non poteſt recitare ſolus, excuſatur à recitando cum ſocio. Si verò ſit ſimul cæcus, tenebitur ſolum ad id quod memoriter tenet, ſi illud major pars. Bonartius *de hor. can lib* 2 *c.* 38 *n* 21. *Ibid ref.* 15 & *p* 10. *t.* 16 *ref.* 45 in fine,

Sed Canonicus ſurdus lucratur diſtributiones abſque obligatione Chori.

Tenetur tamen ad Horas

4 Surdus tenetur præcepto Miſſæ, annuæ Confeſſionis, & communionis, & in articulo mortis ungi debet etiam in aure, vt dictum V. *Extremæ unctionis.* Sed circa Confeſſionem advertat Confeſſarius, quæ illum monuimus V *Confeſſarius, n.* 10. An Sacerdos ſurdus poſſit Confeſſiones audire. Vide V. *Confeſſarius n* 8. De ſurdo qui ſimul eſt mutus. Vide V *Mutus*: An poſſit teſtari ad pias cauſas. Vide V. *Teſtamentum Privil. n* 7. § *Decimo.*

Et præcepta Eccleſiæ.

SVSPECTVS
De fide.

SUSPECTUS *de fide eſſe*

1 †. SVſpecti de fide ſunt illi omnes, quos enumeravimus V *Inquiſitorum Iuriſdictio in quæ delicta.* Et alij quidem ſuſpecti ſunt graviter, alii leviter; & primi abiurant de vehementi, ſecundi de levi. Vide V. *Abiurare.*

Qui fingens ſe infidelem permitteret

2. Hic nota duo † Primum, contra Paſqualigum *deciſ* 478 Chriſtianum qui infidelem ſe fingens, Baptiſmũ iterato ſuſciperet ad eleemoſynam impetrandam, cogendum eſſe abiurare; non obſtante, quòd dicat, ſe ob commodum temporale, non ob malam opinionem Sacramenti, id feciſſe, Quemadmodum abjurare coguntur polygami, & confeſſarii ſollicitantes, licèt negent opinionẽ Et ratio eſt, quia intentio, cum ſit occulta, præſumitur ex facto *p.* 6 *t.* 8 *ref* 9.

Se rebaptizari ad lucrandã magnam eleemoſynam:

3 Secundum, Auctorem caſuum Bonon. *deciſ* 3 docere, quòd ſi impius dicat *Puttana di Dio*, licèt poſteà ſubjungat *Bacco.* vel dicat, *al diſpetto di Dio*, omittens litteram O, erit nihilominus blaſphemus hæreticalis. quia in primo tribuit Deo per cõtumeliam aliquid ei repugnans: in ſecundo aufert ab eo, quod habet. Et quamvis in primo addiderit paulò poſt particulam *Bacco*, & in ſecundo omiſerit litteram O: adhuc tamen verba hæreticalem blaſphemiam continentia ſufficienter prolata cenſentur. Niſi primus particulam *Bacco* ad fugiendam blaſphemiam addere conſueviſſet. Sed revera; cum verba non ſint completa, non apparet, intentionem proferentis eſſe blaſphemare; quia intentio non niſi ex verbis colligi debet, *l. incivile. ff. de leg.* Ita Ricciullus *de perſ quæ in ſtatu rep. verſ l.* 1 *c.* 4 *n.* 18. Cui non aſſentior in eo, quòd docet deinde *in c* 6 *n.* 11 iurantẽ per membra honeſta Chriſti eſſe plaſphæmum, *& in c.* 11 *n* 7 proferentem contra eundem Sanctum uno & eodem impetu plures blaſphæmias, plura peccata committere Et ſic in utroque diſſentit ab eo Fagundez *in Decal. to.* 1 *lib* 2 *c* 3. *n.* 24 & 14 *p.* 6. *tr* 8. *ref.* 38.

Dicens porro (puttana di Dio bacco) aut (Al diſpetto di Dio) omittens literam O, non eſſet blaſphemus hæreticalis.

Nec iuraus per membra honeſta Chriſti blaſphemus

SVSPENSIO

SUSPENSIO *quid? Et quotuplex.*

1 † SVſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica privans uſu Eccleſiaſtici officii, aut beneficii, aut utriuſque. Suſpenſio ab officio alia privat uſu ipſius in totum, alia in partem. Et omnis ſuſpenſio vel eſt pœnalis, vel medicinalis: perpetua, vel ad tempus; à iure, vel ab homine, &c.

2 Suſpenſus ab officio non cenſetur

Suspensus ab offi. io non est suspensus à beneficio.

privari fructibus beneficij: nam potest illos percipere, temporalem beneficij administrationem gerendo, promptus quantum ei conceditur, officio satisfacere horas canonicas recitando, & ad alia Ecclesiastica munera vicarium substituendo: contra Gloss. *in c. latores, de Cler. excommun. ministr.* Sanchez *de matr. lib* 3. *disp.* 51. *n.* 12. qui contra Navarrum *c.* 27. *n.* 6 hanc sententiam procedere putat, etiam si suspensio ab officio sit perpetua, quamvis, si crimen grave sit, privatio quoq; beneficij accedere debeat, *c tuarū de purg. can p.* 5 *t.* 10 *r.* 1 Adde, quod suspenso ab officio conferri potest novum beneficiū, non solum valide, contra Avilam *p.* 3. *disp.* 2. *dub* 10 sed etiam licitè, cōtra Coninch *disp.* 15. *du.* 2. *n* 7 ex *c. vel non est compos* 14. *de temp. ord. nec autem ult de Cler excom.* non debet transferri ad Clericum suspensum; quia sumus in odiosis. Acugna *in decr p* 1. *disp* 61. *c* 3 *p.* 5 *t* 10. *ref* 2. Et è converso, suspensus à beneficio, non censetur suspensus ab officio, sed

Sed potest fructus percipere.

Et novum beneficium obtinere.

Nec suspensus à beneficio censetur suspensus ab officio.

potest, immò debet suo officio satisfacere, & jurisdictionem, vel administrationem competentem exercere. Abbas *in in c cum dilectus, n* 20 *de elect.* & DD. communiter, *ibid. ref* 3.

Suspensus ab officio privatur usu Ordinis, & iurisdictionis. Suspensus à beneficio privatur fructibus & temporali administratione. Non autem juribus beneficii. Confirmandi Eligendi. Et probabile est, non privari pensione.

3. Officium duo dicit, Ordinem, & jurisdictionem, unde suspensus simpliciter ab officio, ab utroque suspendi censetur. Gloss. *in cap. cum dilectus de consuet.* (contra Suarez *disp* 44 *sec.* 2. *n* 6. unde nō potest administrare Sacramenta, nisi in necessitate, & in eo casu, quo id facere posse excommunicatum, diximus V. *Excommunicationis, à n.* 16 *p* 5 *t.* 3. *res.* 81) Beneficij verò nomine in suspensione veniunt etiā duo, fructus, & temporalis administratio: nam jus conferendi, eligendi, confirmandi, &c pertinent ad officium cui ipsum beneficium adnexum est. Et cum auctor Canonis suspendere vult etiā à jure eligendi, solet id exprimere, ut *in c. cū in cunctis, § ult. de elect.* Fab *in* 4. *d.* 5. *q.* 1. *disp* 6. *c.* 1. *n.* 29. & alij contra Toletum *l.* 1. *c* 43. *p* 5. *t.* 10 *res.* 8. Probabile etiam est, nomine fructuum non venire pensionem collatam titulo clericali, ut tenet Alterius *to.* 2. *disp* 5. *c.* 1. *ad finem*, & venire. & docet Suarez *disp.* 27. *sect.* 1. *n.* 15. *p.* 5. *t.* 10. *res.* 25. Existimo autem cum Coninch. *n.* 14. contra Villalobos *t.* 1. *tr.* 18. *diff.* 4 *n* 6. collationem novi beneficij factam suspenso à beneficio, ex *Clement.* 2. *de vita, & hon. Cler.* & aliis juribus non esse ipso facto irritam, sed irritandam, *p.* 5 *t.* 9. *res.* 100. & *t.* 10. *resol*, 7. Nec improbabiliter docuisset Avilam *p.* 2. *c.* 1. *disp.* 6. *dub.* 1. *concl* 1. suspensum à beneficio, si præter officium, lucrari omnes fructus, & distributiones, *part.* 5, *tr.* 10. *c.* 3. prope finem.

4. Suspensio ab Ordine est suspensio partialis ab officio, & non includit jus eligendi, quod nimirum pertinet ad jurisdictionem, & stat sine Ordine, ut in monialibus, cap. *in indemnitatis, de elect. in* 6. contra Sylvest. *v. suspensio, n.* 5. *p* 5 *t.* 10. *res* 21. Si non est suspensio ab omni Ordine, sed ab aliquo, tunc quidem suspensus à majori, non censetur suspensus etiam à minori; quia qui prohibet majus, non intendit prohibere minus. Sed suspensus a minori, censetur indirectè suspensus etiam à majori exercendo, vel suspiciendo, propter decentiam. Suarez verò *disp.* 26. *sect.* 4. *n.* 8 probabile censet, non omnes actus superioris Ordinis impediri per suspensionem inferioris, sed illos solum, qui exercitum includunt inferioris suspensi, & sic suspensum à Diaconatu non posse celebrare, quia debet legere Evangelium, quod est actus Diaconi: posse tamen Confessiones audire, baptizare &c, præter contrariam rationem, *p.* 5. *t.* 10. *res* 5.

Suspensus ab Ordine solum ab Ordine non privatur iure eligendi. Et suspensus ab Ordine superioris, non censetur suspensus ab inferioris

5. Suspensus ab Ordine Episcopali, eos tantum Ordinis actus exercere prohibetur, qui Episcopo proprii sunt, & Sacerdoti de jure ordinario competere non possunt. Et si suspendatur ab usu Pontificalium, directe prohibetur solùm uti baculo & pallio: per accidens verò & consecutivè illorum actuum exercitio, qui sine baculo & pallio exerceri non debent, ut ordinatio, confirmatio Ecclesiæ, Altaris, aut Virginis. Minimè verò celebrare sine Pontificalibus, Confessiones audire, aut fo-

Et ideò suspensus ab Ordine Episcopali, non privatur actibus simplici Sacerdoti de iure ordinario competentibus. Quid si suspendatur

ren-

tur ab usu Pontificalium?

renſem jurisdictionem exercere. Layman *lib.1 t.5 p.3 c.1.n.64.5 t.10 ref.4.*

A collatione minorum Ordinum? Vel ab administratione Sacramentorum

6. Cæterùm, ſuſpenſus à collatione tantùm minorum Ordinum, non cenſetur ſuſpenſus à collatione majorũ, & ſecundùm Layman, ſuſpenſus ab officio confirmandi, non cenſetur ſuſpenſus à conſecrando vel ordinando; quia quamvis hæc illo majora ſint, non ſunt tamen connexa. Suſpenſus item ab audiendis Confeſſionibs, vel ab adminiſtratione Sacramentorum, non cenſetur prohibitus celebrare: quia celebratio Miſſæ non ſolet comprehendi ſub miniſterio Sacramentorum. Præpoſitus *in 3 p q.3 dub 2 n 18 p.5.t.10.ref.6.*

An valeat ſuſpenſio Diſiunctiva (ab officio, vel beneficio.)

7. Cauſæ ſuſpenſionis eædem ſunt, ac aliarum cenſurarum, & de iis diximus V *Cenſura*. Hic ſolum proponemus tria dubia, duo circa cauſam formalem, unum circa materialem. Primum dubium circa formam: An ſuſpenſio diſiunctiva, *ab officio, vel beneficio* teneat: Henriq. *l.13. c.22.n.4 in fine lit E*, & DD communiter apud Hurtadum *de ſuſp. diff. 4, n.11* reſpondent negativè: quia non eſt maior ratio, quòd reus ab uno potius, quam ab alio, ſuſpenſus maneat. Ipſe verò Hurtadus reſpondet affirmative: nam Confeſſarius poteſt imponere in pœnitentiam hoc vel illud; & judex damnare aliquem ut fetat aliquot verbera, vel ſolvat certã pecuniam Et nulla eſt ratio negandi in judice poteſtatem obligandi reum, ut accepter utramlibet ex his cenſuris *p.5 t.10.ref.13.*

Et lata ſub hac forma ſit ſuſpenſus.)

8 Secundum dubium: An ſuſpenſio lata ſub hac forma, *ſit ſuſpenſus*, ſit valida & à quo ſuſpendat? Bizozerus *de ſuſp. c. 1.n.13* refert opinionem aliquorũ, quod ſit invalida: quia imperitia judicis non debet obeſſe reo: & aliquorum, quòd ſit valida, & ſuſpendat ab eo, in quo reus deliquit. Ipſe verò tenet, & validam eſſe, & privare tum officio, tum beneficio quemadmodum dum dicitur, *ſit excommunicatus* intelligitur de excommunicatione majori. Vide Mercerum *in 3 p q 23.dub.1.* & Gordonum *to.2, lib.7. q. 14. c 2 nu.7 p 5 t.10.ref.14.*

9. Tertium dubium circa materiam:

Et an contra hi poſſit pro culpa aliena?

An ſuſpenſio contrahi poſſit pro culpa aliena? Negat Cajetanus V. *Suſpenſio*; quia nemo puniri debet ob culpam alterius, *c.2. de conſt. & c.2. de his. quæ fiunt à maiorpart c.C. de pœn.* Affirmavit vero D. Thomas *in 4. diſt 18 q.2. art 3. q. 2. ad 2.* quem ſequitur Cornejo *in 3.p. tract 5. diſput 3 dub. 2 q.1.* & ad argumentum Cajetani reſpondet, locum habere in ſuſpenſione unius particularis: non autem quando ſuſpenditur ſimul collegium: nam tunc ſufficit culpa plurium, vel ſuperioris, juxta *c ſi ſententia. de ſent ex com. in 6.* quia ſuſpenſio non privat bonis pertinentibus ad propriam animam *p.5.t.10.ref.27.*

SVSPENSIONES
Aliquot in particulari.

De ſuſpenſione Benedictinorum utentium habitu prohibito.

1. Monachi Benedictini præſcripto habitu non utentes, incurrunt ſuſpenſionem *Clement.1. § ſiquis autem, de ſtatu Monach* Excuſantur autem, tum ex inadvertentia, vel ignorantia hujus Bullæ; quia fertur in eos, qui habitum prohibitum *portare præſumpſerint* quæ verba important dolum, & temeritatem, tum ex parvitate materiæ, ſi deferant ad breve tempus. Immo Suarez *diſt.31 ſect.6.n.10.* non incurrere eos inquit, niſi habitum prohibitum pro ordinario deferant, *p.5.t.20.ref.44.*

Clericorum ſimiliter prohibitas veſtes ferentium.

2. Clericus utens veſtibus prohibitis, incurrit ſuſpenſionem *c. de vita, & hon. cler & Clem.2.eod* Cornejo *diſp 2. caſ. 13.* Excuſatur tamen ab Avila *p. 3. diſp. 5. dub 8* ſi utatur occultè, ut domi in ſtudio, vel ſub aliis veſtibus abſconditis, vel ſi occurrat: juſta cauſa, ut doctoratus nuptiæ, vel ſimile factum Et Enriquez *l.13.c.39. nu 3.* teſtatur, eſſe quorũndam Recentiorum opinionem, quod hæc ſuſpenſio uſu abrogata ſit, *part.5. tom.10. ref.5.*

Concubinariorum.

3 Clericus publicè concubinarius eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſecundùm Navarr, *c.29.n.67 per c.ult. de cohab cler & mulier c.ſiqui ſunt, d.81. q.8. & c. Sacerdos, diſt 50*

Sed Suarez *sect.* 4. *à n.* 10. ait cum Soto, hanc etiam suspensionem derogatam esse per non usum, additque, nec satis excitatis testibus colligi, suspensionem hanc esse latæ sententiæ, *p.* 5. *t.* 10 *res.* 49.

Suscipientium Ordines durante matrimonio.

4. Quomodo suspensio contrahatur per malam Ordinis susceptionem dictum V. *Ordinis subiectum, & ibid. n.* 48. Hic nota, quod si quis durante matrimonio sacros Ordines suscipere præsumeret, incurreret suspensionem Extravag. *Antiquæ*, Ioan XXII. à qua absolvi non posset, pro ministerio post mortem uxoris, vel pro ascensu ad alios altiores, aut pro capacitate officii, vel beneficii Ecclesiastici, nisi per Papam, aut in approbata Religione professu. per diœcesanum. †intellige de illis Religionibus, quæ non communicant in privilegiis Mendicantium†. Sed quia Bulla lata est contra præsumentes, non ligaret suscipientem ignoranter, aut bona fide Præpositus 3 *p. q.* 3. *dub.* 5. *n* 40 *p.* 5. *t.* 10, *r.* 59.

Et Episcopi ordinantis no subditum vel in aliena diœcesi sine licentia.

5. Incurreret etiam suspensionem Episcopus ordinans Clericum non subditum sine dimissoria, vel in aliena diœcesi sine licentia Vide V *Ordinis, n.* 42 Clericus sodomita non incurrit suspensionem. Vide V *Clericus sodomita.*

SVSPENSIONES Effectus.

Suspensus ab Ordine, si exerceat Ordinem suspensum fit irregularis.

1. PRæcipuus suspensionis effectus est, quod exercens actum, à quo est suspensus, si materia est gravis, peccat mortaliter, & si est actus Ordinis, incurrit irregularitatem Papalem *c* 1 *cum medicinalis, de sent. excom in* 6. *c* 1. *de sent. & re iud. in* 6. *c si quis Episcopus in consilio, & c si quis Episcopus damnatus* 11. *q* 3. quam non bene Maiolus extendit ad usum beneficii, vel iurisdictionis, ut ait Suar. *disp.* 26. *sect* 2. *n* 6. Qui *n.* 3. bene advertit suspensum, quoties excusatur à culpa, excusari etiam ab incurrenda irreg. *p.* 5. *to.* 10 *res.* 9.

Secus, si ad superiorem ascendat Vel superiorem exerceat.

2 Suspensus ad Ordine, si ad superiorem Ordinem ascendit, non fit irregularis: quia hoc non exercitium Ordinis. Vide V *Ordinis n.* 10. Idem dico cum Cornejo *tr.* 5 *disp.* 2. *q.* 5 si suspensus ab inferiori, exerceat actum superioris, quia non exercet Ordinem, à quo directè sed à quo indirectè, & per consecutionem suspensus est, *p.* 5. *t.* 10. *res.* 5. §. Verum, circa medium.

Vel Episcopus suspensus à Pontificalibus, celebret cum illis

3. Episcopus suspensus à Pontificalibus, celebrando in Pontificalibus, non fit irregularis: quia non est suspensus à substantia celebrationis, sed solum quoad solemnitatem accidentalem. Avila *p.* 7. *disp.* 9 *sect.* 2 *d. b.* 2 *p* 4 *t.* 2. *res.* 92. § *Notandum, & p.* 5 *t.* 19 *res* 4 § *Sed difficultas.*

Nec fiunt irregulares

4 Non incurrit irregularitatem si cõcionetur, etiam solemniter suspensus ab officio concionandi, quia concionari non est per se actus Ordinis. Tannerus *tom.* 4 *disp.* 6. *quæst.* 10. *dub.* 7 *n.* 137 contra Navarrum *c.* 27 *n.* 173. *p* 5 *t.* 10 *r.* 30. Eadem est ratio de susceptione sacramentorum ab eò, qui ab eorum susceptione suspensus erat Bonacina *de cens. disp.* 3. *pun.* 4. *n* 6. *p.* 5 *t.* 10. *res.* 26. Et Eadem de clerico suspenso ab officiis divinis, si illis assistebat tanquam laicus Filliucius *to.* 1 *ar.* 17 *c* 2 *num* 32. contra Sylvest. V *Suspensio, q* 5. *p* 5. *tr.* 10 *res* 12

Suspensus à concionando. Vel à susceptione sacramentorum, si contraveniant. Aut Clericus suspensus ab officiis, si illis assistat ut laicus.

5 Peres: An acta suspensi sint valida? Respondeo, actus iurisdictionis esse invalidos, nisi sit occultus, in quo casu supplet defectum Ecclesiæ, sed si non est denunciatus, invitatus ab aliis, valide & licitè iurisdictionem exercet, ut de excommunicato tolerato dictum est suo loco Larez *disp.* 26 *sect* 2 *n.* 2 Actus autem Ordinis sunt validi, etiam in denunciato, præter absolutionem sacramentalem, quæ est etiam actus iurisdictionis: quam si non est toleratus, invalidè exercet: unde, si est toleratus, valide etiã absolvit Victoria *de clav. n* 227. contra Sotũ *in* 4 *d* 22 *q* 1. *a* 5. *conc.* 2 *p.* 5 *t* 10 *r.* 52

Actus iurisdictionis prosuppler defectum Ecclesiæ, sed si non est denunciatus, invitatus ab aliis, valide & licitè iurisdictionem exercet, ut de excommunicato tolerato dictum est suo loco Larez disp. 26 sect 2 n.2 Actus autem Ordinis sunt validi, etiam in denunciato, præter absolutionem sacramentalem, quæ est etiam actus iurisdictionis: quam si non est toleratus, invalidè exercet: unde, si est toleratus, valide etiã absolvit Victoria de clav. n 227. contra Sotũ in 4 d 22 q 1. a 5. conc. 2 p. 5 t 10 r. 52 cedentes à suspenso dedè & licitè iurisdictionem exercet, ut de nunciato, excommunicato tolerato dictum est suo loco Larez disp. 26 sect 2 n.2 Actus autem Ordinis sunt validi, etiam in denunciato, præter absolutionem sacramentalem, quæ est etiam actus iurisdictionis: quam si non est toleratus, invalidè exercet: unde, si est toleratus, valide etiã absolvit Victoria de clav. n 227. contra Sotũ in 4 d 22 q 1. a 5. conc. 2 p. 5 t 10 r. 52 sunt irriti. Actus vero Ordinis, validi.

6 Alter effectus suspensionis communiter assignatur, quòd post denunciationem nemo possit cum suspenso cõmunicare in his, à quibus suspensus est Quod cum Navarro *c.* 27 *n* 163 eatenus verum puto, quatenus quis cooperaretur illi in delicto, ob quod fuit suspensus

Suspensum non tenemur vitare in actibus à quibus suspensus est

vel

Vnde secluso scandalo, & cooperatione possumus assistere sacro celebrato à suspenso

vel illum absque necessitate ad secum in divinis communicandum induceret, ut generaliter de maloministro diximus V. *Scandalum*. Si autem suspensus ab ingressu Ecclesiæ in Ecclesiam intret, nõ tenebor exire; immò si suspensus ab Ordine celebret, possum assistere, non tamen cooperando. Nam ex vi præcepti Ecclesiastici tenemur quidem vitare excommunicatum denunciatum non tamen suspensum: cujus ea potest esse ratio, quia suspensio non respicit perse cõmunionem cum fidelibus, sicut excommunicatio. Corneio *disp.* 2 *dub.* 1. Vide etiam Suarez *disp.* 14 *sect.* 3 *n.* 4 & Sayrum *l.* 4 *c.* 11 *n.* 6 *p.* 5 *to.* 10 *res.* 20.

Quibus actibus privet suspensio, dictum est V. *Suspensio* nam hoc ad naturã ipsius potius, quam ad effectũ pertinet

SVSPENSIONIS Cessatio.

Suspensio lata ad tempus. Aut sub tali cõditione Cessat, transacto tempore.

7. SVspensio lata est ad certum tempus, elapso tempore, cessat absque alia absolutione. Et contra Suarez *disp.* 29. *sect.* 2 *n.* 14 si lata est sub conditione, *quousque satisfeceris*, posita satisfactione, cessat similiter ex se, quod non contingit in excommunicatione; quia hæc non cessat sine certa forma, *ex Servetur* 7 *q.* 3. ibi *quousque Episcopo sic visum fuerit humaniorẽ circa eos ferre sententiam, & cà nobis*, ibi, *absolutionis etiam formam*. Suspẽsio verò (& sec undùm Anguianum *de leg. l.* 2. *contr* 3 *n.* 48 etiam interdictum) cessat posita voluntate, etiam tacita superioris, quæ resultat ex illis verbis *suspendo quousque satisfeceris* Adde, quod consuetudo, ita recepta est quoad suspensionem, non quoad excommunicationem: quamvis aliqui idem doceant de ea, *p.* 5. *t.* 10. *res* 24

Vel posita conditione.

Et latam ob contumaciam aliqui dicunt cessare cessante contumacia

8. Suspensio lata absolutè ob contumaciam, non cessat secundum Layman *lib.* 1. *t.* 6 *p.* 3 *cap.* 4. *num.* 2 per hoc, quod reus recedit à contumacia, & offert satisfactionem: quia non fuit lata sub tali conditione, nec ullus textus est in contrarium. Sed Megalius *in* 3 *p. lib.* 5. *cap* 2 *q.* 1 *num* 2 & 3. putat cessare: tum ex *c. ex literis, de const.* & can. *Presbyter* 1. *quæst* 5. tum quia non tolli absque absolutione per resipiscentiam, statuitur solum de excommunicatione, *c. cum desideres, de sent. excom.* Tum denique, quia in absolutione excommunicationis & interdicti, *e qua fronte*, statuitur præstandam esse cautionem juratoriam, nec ibi fit aliqua mentio suspensionis absolvendæ, quod signum est, eam per se evanescere, *p.* 5 *tr.* 10 *res.* 25

9 Tollitur etiam suspensio, seu magis suspenditur per appellationem juxta dicta V. *Appellatio* 7. 18

Omnis tamen cessat per appellationem

10 Quando autem exigit absolutionem, tunc absolvi potest ab eo, qui eam tulit, vel ejus superiore. Si verò est à iure, & est reservata Papæ, ab eo tantùm absolvi potest nisi delictum sit occultum, quo casu militat decretum Tridentini *sess.* 24. *cap* 6 concedentis facultatem Episcopo absolvendi dispensandi in omnibus occultis. Qui absolvere similiter potest publicam, si nemini reservata est, juxta textum *cap. nuper, de sent excom* propter paritatem rationis cum excommunicatione. Eam tamen non potest tollere Parochus, vel simplex Confessarius, quia requirit jurisdictionem in foro exteriori, & disparitas de excommunicatione est, quia hæc impedit absolutionem peccatorum. Hurtadus *de susp. diff.* 12. *numero* 31. Quamquam Præpositus *quæst* 3 *dub* 4 *numero* 31 etiam simplicem Confessarium posse eam absolvere doceat, si retinet rationem censuræ, *part* 5 *tom.* 10 *resolut.* 23.

Et si absolutionem Quamsi non est reservata.

Præbere potest Episcopus.

Et secundum aliquos etiam simplex Confessarius.

11. Cum Clericis suspensis ratione Ordinis malè suscepti, dispensare potest Episcopus, ut videre est. V. *Ordinis num* 12. & Confessarius per Cruciatam. Vide V. *Bulla Cruciatæ, num.* 42.

SVS

SVSPICIO.

SVSPICIO quid?

1 † SVspicio est assensus circa unam contradictionis partem, cum incertitudine, & magna cum formidine alterius partis. Differt ab opinione, quia fertur in partem deteriorem, cum opinio in utramque partem indiscriminatim feratur †.

In quo differat ab opinione?

Et an suspicari malum de proximo sit mortale?

2. Quando quis ex levibus indiciis temerè, & voluntariè malum de proximo suspicatur, secundum Sylvium *in 2. 2. quæst. 60. art. 3.* & alios peccat mortaliter, si malum sit grave, & persona honesta. Sed contrarium teneo cum Fabro *in 4. d. 15. q. 3. disp. 54. c. 1. n. 10.* quia nullum judicium citra certitudinem est mortale, per D. Thomam *in 22. cit p 3. t. 5. res. 31.*

3. Ex quibus delictis oriatur suspicio hæresis. Vide V. *Inquisitorum jurisdictio in quæ delicta*, & V. *Suspectus de fide.*

TACTVS.

TACTVS impudici inter solutos sunt mortiferi.

1 TActus inhonesti inter non conjuges, sicut & oscula, sunt peccata mortalia, nec in rebus venereis datur parva materia, ut dictum est V. *Luxuria, num. 3.* Si tamen fiant in Ecclesia, non erunt sacrilegi, ut dictum est V. *Circumstantia, num. 43.* At tactus manuum in choreis secundum consuetudinem non sunt illiciti: nec mulier negare eos tenetur, si ab aliquo mala intentione se tangi sciat, dum abest periculum sui consensus. Filliucius *tomo 2. tr. 30. c. 10. numero 198. p. 3. tract. 5. res. 22.* in fine. Sunt etiam liciti in aliquem bonum finem, etiam cum periculo pollutionis involuntariæ, ut dictum est V. *Pollutio, num. 3.*

Sed inter conjuges, seclusopericulo pollutionis, sit actus nimis mollis, & libidini dediti. Fagundez *tomo 2. tract 30. c. 10. n. 195.* Contra Panormitanum *in 4 dist. 31 q. 3. art. 1. concl. 6. p. 3. t. 4. res. 225.* Esset tamen mortiferum si vir membrum virile in os uxoris immitteret, contra Sanchez *de matr. t. 3. lib. 9. disp. 17. n. 5.* quem citavi *p. 2. t. 17. res. 37. §. Ad secundum*; quia hoc non esset simpliciter osculum pudendorum, sed quædam irrumatio diversæ speciei, cum periculo consummandi præpostere. Fagundez *in dec. tom. 2. lib. 6. c. 3 n. 19. p. 6. t. 7. res. 7. §. Quarendum.*

Secus de irrumatione.

3. Ponit etiam Sanchez *disp. 45. n. 35.* alium casum in quo non sit illicitum conjugibus se tangere libidinosè, cum periculo pollutionis vel cum ipsa pollutione non sit mortale: ut si id facerent ad excitandum, & conservandum amorem, & tunc præter intentionem sequeretur pollutio, aut si dum oscula & tactus fiunt is, quia illa non petiit, præter intentionem polluatur, vel polluatur ille, qui petiit, ut ad copulam se excitaret: nam uterque dat operam rei licitæ, quam non tenetur deserere ob periculum pollutionis, *p. 3. t. 4 res. 217 & 226.* Sed in contrarium stat Præpositus *in 3. p. q. 6. dub. 25. n. 186.* Nam, vel periculum in his casibus præverti potest per copulam legitimam, vel non potest: si potest, ille qui motum sentit tenetur illam petere sub mortali; quia nec nimis gravis est, nec statui matrimoniali extraordinaria. Si non potest, tenentur ab illis actibus abstinere etiam sub mortali, quia repugnat fini matrimonii. Im ille. Et revera in his materiis cautè procedendum est, *p. 6. t. 7. res. 65.*

Et quandocumque adest periculum pollutionis.

Nec fœmina non seminans in copula, potest postea se manibus provocare.

4. Si vir fœmina calidior, semine intra vas immisso, membrum extrahat, fœmina, quæ nondum complevit, non potest se ad semen emittendum provocare manibus sine mortali: quia in seminatione viri, quæ sola est necessaria, jam completus manet actus maritalis Rodriquez *in summa p. 3. c. 88. numero 4.* Sanchez verò *disp. 16. n. 12.* & alii, existimant posse, quia, quamvis semen mulieris ad generationem non sit necessarium,

rium, multum tamen confert; unde illa provocatio dici potest complementum copulæ maritalis: & alioqui fœminæ, quæ frequenter viris frigidiores sunt, in omni copula se exponerent evidentissimo periculo peccati mortalis, *p.2.t. 17.resol.38.* Adverte hic; quòd si vir copulam inceptam, ex morbo, vel alia causa interrumperet, sequens inde, sed non intenta pollutio, seclusopericulo consensus, non esset mortalis: quia sequeretur ex opere licito. Præpositus *qu. 74.art.10.dub.1.* Unde fornicans potest quandocumque ab actu retrocedere, etiam post semen emissum à meretrice, & cum periculoso seminandi extra vas. Vide Lessium *lib.4.cap.3.dub.7.n.54.* Adverte etiam, non esse licitum, sumere medicamentum ad convertendum semen in alium humorem, ut ejici licitè possit, quia repugnat ejus institutioni: licet Sanchez *disp.17.n.15. vel 16.edit. Veneta* dicat licere, *p.6.t.6.res.37.*

Potest autem homo ex iusta causa copulam interrumpere.

Etiam cum periculo pollutionis involuntaria.

5. Si conjux in absentia alterius conjugis tangit libidinosè verenda propria. Sanchez *disp.44.num.6.* & post ipsum Præpositus *quæst.6. dub.36. numer.188.* & Hurtadus *de matr.disp.10. diff.10.nu. 47.* censent, non peccare mortaliter, si non refert illos tactus ad actum illicitū, etiamsi sint commovenda & alteranda cum pollutionis periculo: quia quamvis illi tactus actu non referantur, ex sua tamen natura ordinantur ad actum conjugalem. Sed tu contrarium tene cum Sancio *disput.21 numer.62.* quia intrinsecè malum est, quod quis utatur proprio corpore ad explendam secum libidinem, *p.2.t.17.res.47.§. Ad tertium, p.3 tract.4.resol.215. & p.4.t.4.resol.137.*

Non tamen tangere libidinosè verenda propria in absentia conjugis.

SPONSIS *de futuro tactus non sunt illiciti.*

6. Inter sponsos de futuro tactus & oscula illicita esse, ait Hurtadus *nu. 48.* quia, cum nondum sit matrimonium, nihil est, quod illos excuset ab intemperantia. Quod si dicas, sponsalia tamquam inchoationem matrimonii, justificare tactus & oscula, quæ sunt quædam inchoatio copulæ conjugalis: Respondet quod inchoatio contractus non transfert dominium rei, & qui non habet dominium, non potest ea uti, nè inchoatè quidem. Sed, si tactus non sint nimium impudici, ut partium verendarum, & absit periculum pollutionis, puto non esse mortiferos, & Sanchez *disput. 46.nu. 50.* idem docet si prævideatur secutura pollutio, si ex alia parte concurrat justa causa, nimirum ad vitandam notam austeritatis & inurbanitatis. Et hæc à fortiori procedunt in colloquiis, & aspectibus. Immò Salas *inp.2. tract 2. quæst. 74.tract.13. disp.6 sect.26.num.177.* permittit aspectus pudendorum, quia aspectus non tantam connexionem habet cum copula, quantam tactus. Sed an hoc sit probabile ipse considera *p.2.t.17.res. 6 p.4.t 4.res.131.* Advertit tamen, hæc non procedere, quando sponsalia contracta sunt cum impedimento, & conditione, *si Papa dispensaverit:* nisi post obtentam dispensationem *res.131 cit.§. Notandum.* Quibus autem licita sunt oscula, & tactus, licitas quoque esse delectationes, & commotiones ex eorum cogitatione provenientes; quia sunt de objecto licito, quod apprehenditur tanquam præsens *res.6 cit. §. Nota etiam.*

Secluso periculo pollutionis.

Et multò minus colloquia, & aspectus.

Et delectationes ab illis provenientes.

7. Confricare verenda brutorum ex curiositate videndi semen, est mortale, ob periculum pollutionis, vel affectus alicujus inordinati, & propter violantem instituti naturæ de tali semine non sic emittendo. Bonac *de matr.quæst. 4.punct. 9.num.15.* Et licèt Sanchez *disp.46.num. 14.* contrarium docuerit, quia ex tali contactu non excitatur delectatio admodum vehemens, & bruti generationem impedire, sicut etiam illud necare, non est mortale: hæc tamen opinio in novissima suorum operum editione non reperitur, *p.2.t.17.res.37.*

Confricare verenda brutorum, est mortale.

TERTIARIÆ.

TERTIARIÆ *quoad reservata.*

1. Tertiariæ secundum Stratium *in op. de Tert.c. 9.* non comprehenduntur in reservatis Ordinarii, sed quoad ipsas reservare sibi potest aliquos casus Prælatus Regularis: quia hujus, non illius potestati subjiciuntur.

Probabile item esse, quod à Prælato Regulari absolvi possunt in foro animæ ab omnibus casibus, & censuris, seclusis casibus Bullæ Cœnæ: & obtinere commutationem votorum in quibus Episcopus dispensat cum suis subditis. Immò in Relig. Carmelitarum propter peculiare votum obedientiæ, quod Tertiariæ emittunt, posse earum vota à superiore irritari. Et denique probabile esse, quod gaudeant privilegio canonis, *si quis suadente*: quod ultimum negat Bordonus *in cons. Regul. res. 28. num. 19. p. 6. t. 8. res. 30* An gaudeant privilegio fori, & gabellarum. V. *Immunitas Ecclesiastica, n. 24.* & V. *Gabellas, n. 12.*

Vota.

Et privilegium canonis.

er

TESTAMENTVM.

TESTAMENTI natura.

2.† Testamentum est significatio voluntatis propriæ de eo quod quis de universo patrimonio fieri vult cum institutione hæredis. Qui testamentum condere possit, dicemus V. *Testari.* Quibus legandum sit, & an testamentum revocari possit, dicemus V. *Testator*, Et aliqua dicta sunt V. *Legatum* Nunc de aliquibus conditionibus testamenti.

Et requisita. Qua non omnia requiruntur in piis causis. In testatore peste correpto.

2. De jure ergo civili multæ conditiones requiruntur in testamento. Septem testes, nominatio hæredis habilis habilitas etiam testatoris, de qua V. *Testari*, integritas testamenti (nam decedente testatore ex parte intestato, testamentum inceptum nullum est, *l. si qui, ff. qui testam. fac. poss.*) & multæ aliæ, quas videre est apud Doctores passim. De jure autem Canonico pauciores sufficiunt: Nam in piis causis sufficiunt duo vel tres testes, *c. relatum de test.*† & in non piis, in terris Ecclesiæ duo testes & Parochus, *c. cum esses, eod. p. 5. t. 3 res. 119. §. Posset,*) quod per epikeiam probabiliter transferri potest ad casum, quo testator esset peste correptus, cum Maldero *in 2. 2. ar. 1. c. 11. dub. 5.* contra Alexandr. *cons. 78. n. 36. l. 2 p. 5. t. 3 res. 123.*

Milite.

3. Porrò, milites in castris ex privilegio juris civilis testari possunt cum paucioribus solemnitatibus. Et in primis sufficiunt illis duo testes. Deinde si decedant inter testandum, pars testamenti tenet, *leg. miles ita. ff. de milit. testam.* Tertiò, instituere possunt hæredem incapacem, ut deportatum, *leg. neque, §. & deportati, ff. eod.* quo privilegio gaudere etiam Cardinales Alban. *de Card. quæst. 4. §. secundò*, & alii docent. *p. 5 tr. 2. res. 51.* Et quoad legata pia, quicunque testator incompleto testamento decedat, si jam expressa sunt, valent, quia licet testator mutare potuerit, hanc tamen mutationem non significavit, & sic prævalet jus naturale, cui adde canonicum. Vide Malderum *in 2. 2. tract. 1 c. 11. dub. 8. p. 5. t. 3. res. 126.*

Et Cardinali. Et quidem ad pias causas, si quis, dum testatur, decedit, iam testamē. tum valet.

4. Item, si quis testetur ad pias causas, potest testamentum alteri committere, hoc modo: *Instituo hæredes bonorum meorum pauperes, quos Titius elegerit*: vel, *Lego centum aureos alicui puellæ in dotem si Titius voluerit.* Clarus & Doctores cōmuniter in *c. cum tibi, de testam.* Quibus addit aliam formam Laymann *lib. ... sect. 5 tr. 5 c. 2 nu. 6 & 7* videlicet *Committo omnia bona mea arbitrio & dispositioni Titii*, in quo casu Titium omnia bona in pias causas, distribuere debere, ipsumque solo nudoque nomine hæredem esse, *p. 5. t. 3 res. 127* De nominatione executoris dicemus V. *Testamenti executor.*

Sicut etiam testamentum alteri commissum.

5. Adverte hic, quod omnes solemnitates juris, sive Canonici, requiruntur tantùm pro foro externo: nam in foro conscientiæ hæres sive testamentarius sive ab intestato, tenetur præbere hæreditatem, vel solvere legatum cuicumque noverit intentionem testatoris esse, quod hæreditas vel legatum perveniat. Vide V. *Legatum, num. 10.* & ibi pertotum multa invenies huc spectantia. An quando instituitur in testamento capellania, eligi ad illam possit Clericus, Vide V. *Beneficium, num. 18. & 19.*

Iuris autem solemnitates requiruntur solùm pro foro externo.

TESTAMENTI EXECVTOR.

Executor testamenti multiplex.

1.† EXecutores ultimarum voluntatum alii sunt legitimi, & constituuntur à jure, alii testamentarii & constituuntur ab homine. Item, alii universales totius hæreditatis, alii particulares aliquorum legatorum. Et quidem testator nominare potest in executores eos omnes, qui non repelluntur à jure. Religiosi non possunt esse executores testamenti. † Potest tamen testator executorum nominationem alicui Religioso etiam ex Minoribus committere, qui posteà nominare eos poterit cum licentia. Vide Sanchez *in sum tom. 2. l. 6. c. 11. numer. 41. p. 5. tom. 3. res.* 127. in fine.

Is non potest esse Religiosus.

Servus potest.

2. Servi possunt esse exequutores Testamenti, quia ea quæ sunt nudi ministerii, & facti, quale est hoc munus, possunt per servum adimpleri. Item quia spiritualia, & pietatis opera, quale est hoc, cadunt in servum. Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 40. num. 13.* contra Sylvestrum V. *Testam. 2. quæst. 1. dist. 5. p. 7 t. 7. res.* 42.

Et nemo ad hoc munus cogi potest.

3. Nemo tamen cogi potest ad acceptandum officium executoris à testatore relictum. Etiam si sit consanguineus testatoris Sanchez *in opus. tom. 2. lib 4. c. 1. dub. 42. num. 4.* contra Padillam *in l. 1. ff. de legat. 2. num. 28.* Et quamdiu expresè vel tacitè eo modo, quo explicat Sanchez loco citato non acceptavit; potest illud non acceptare & renuntiare sine peccato, contra Spino *in spec gloss. 28. num. 18.* nam aliàs hoc officium, non esset voluntarium, contra communem, *p. 4. t 4 res. 162.*

Et si electus executor renunciet. Vel sit inhabilis.

4. Nolente autem executore testamentario officium acceptare, executor erit Episcopus. Ancharanus in *c. religiosus, de test. in 6 numero 2.* Ubi idem docet in casu, quo testator nominaret inhabilem (quales sunt surdus & mutus, ut ait Angelus V. *Executor, num. 2. p. 51. 6 res. 28*) aut nominatus obiret. Et sanè Episcopus est executor legatorum piorum, privativè quoad laicos, & post annum etiam prophanorum, ut dictum est V. *Legatum, numer. 12. & 13.* nam hæres & executor habent annum in foro externo ad solvenda legata. Sed tamen in foro conscientiæ statim tenentur, ut dictum est *ibid. numer. 11.* nec valet excusatio, quod differant solutionem ad vendendas interim res defuncti majori pretio: nisi hoc fiat ad modicum tempus, ut rebus melius venditis, copiosiores dentur eleemosynæ, *p. 4 tract. 4. res. 165. Et tandem.*

Succedit Episcopus.

Qui est executor legatorum piorũ.

Et post annum etiam prophanorum.

TESTAMENTVM *Privilegiatum.*

INter Testamenta Privilegiata, numerantur Testamentum ad pias causas, Testamentum tempore pestis, & Testamentum militis.

Testamentum ad pias causas quale.

1. Testamentum ad pias causas censetur, quando hæres est pia causa, aut quando substitutionis via hæreditas devenit ad pias causas. Quod si aliquis alius esset hæres, quamvis ibi plura essent legata pia, non censetur Testamentum ad piam causam. Ita Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 30. diff. 4. num. 2. p. 7. t. 6. res 1.*

Valet sine solemnitatibus turis civilis.

2. In quo quidem Testamento eæ solùm solemnitates requiruntur, quæ sunt juris naturalis gentium, & Divini. Unde licèt de jure Civili Testamentum ad pias causas factum non sit validũ, nisi solemnitates, quæ de jure civili ad Testamentorum ordinationem requirũtur, adhibitæ fuerint, ut tenet Mãtica *de coniect. ult. volunt. l. 6. tit. 3. n. 4.* De jure tamen Canonico contrarium dicendũ est, prout textus sunt expressi, *in c. cum esses: & c. relatum extra, de test.* Atque hoc jus Canonicum, quoad Testamentũ ad pias causas conditum, nõ solùm in terris Ecclesiæ, sed etiam in non subjectis Pontifici valere, solidè probat Tannerus *in defen. Eccl. libert. l. 2. c. 8.* modo adsint duo testes; quos notat Mazuchel. *de cas. reser.*

In toto orbe.

Modò adsint duo testes.

Et factum sine solennitate iuris valet quoad legata pia.

Et factum ad pias causas valet etiam quoad legata prophana.

Licet inceptum, & non finitum.

Relictum alterius arbitrio.

Nutu conditum.

Sine hæredis institutione.

Inscriptione temporis.

Loci.

Eius publi-

disp. 2. c. 20 p. 1. n. 12. exigi à jure Canonico non pro foro conscientiæ, sed pro foro externo: nam in conscientia Testamentum ad pias causas valet, & obligat, dummodò constet de mente tutoris, *p. 7. t. 6. res. 2.* Immò Testamentū, absq; solemnitate juris licèt, in eo nō sit causa pia hæres institutus, valet tamen quoad legata pia in ipso contenta, & ita cum Covarruvia *in c. relatum 11. nu. 3. de test.* & Molina *de iust. tr. 2. disp. 134. col. 3.* tenendum est tā in consulendo, quam judicando; contra Barbosam *de iur. Eccle. li. 3. c. 27. n. 95. ib. rēs. 3.* & cōtra Testamentum ad pias causas, valet etiam quoad legata prophana, etiam si desit juris solemnitas; quia cum principale teneat, & sit validum, trahit ad se accessorium. Et ita docet Barbosa citatus *n 96.* & Gratian. *in discept. Forens. to. 4 c. 605. n. 23. & seq.* Contrarium docuerunt Vasqu. Bonacina, & alii quos citat, & sequitur Lugo *de iust. to. 2. disp. 22. sect. 9. n. 74. ibid. res. 4.*

3 Si moriturus cœpit facere Testamētum, vel codicillum, & morte præventus non absolvit, licèt secundum alia sit irritum, *leg. si is qui. ff. qui test. fac. poss.* valet tamen quoad relicta pia, quæ in sua illa imperfecta dispositione jam expresserat. Quamvis enim voluntatem suam mutare potuerit testator, cum tamen reipsa nullam mutationem significarit, naturali pariter, ac Canonico jure firma manere debet, sicut docet Bar. *l. in Testamento. ff. de fidei comm.* Et hanc sententiam communem dicit Dicastillus *de iust. lib. 2. tr. 29. disp. 1. dub. 10. n. 124. p. 7. t. 6. res. 19.*

4. Valet item Testamentum ad pias causas, relictum alterius arbitrio; Bartol. in *l. 1. n. 64. C. de sacr. Eccles.* & est communis opinio, *p. 7. t. 6. res. 20* Nutu conditum; Glossa *in c. cum tibi, de testa.* & ex communi Covar. *ibid. nu 4. & 5. ib. res. 21.* Vel sine institutione hæredis: Thomas Maulius *tract. de ult. volunt. lib. 1. tit. 12. n. 8. sen. 14. ibid. res. 22.* Nec est necessaria inscriptio temporis, puta anni, mensis, & diei. Tuschus *tom. 8. conclus. 116. num. 19.* Vel loci: Maulius citatus *num. 9. ibid. res. 23. & 24.*

5. Non item necessaria ejus publicatio, modo constet, quod manu testatoris scriptum aut subscriptum fuerit: Tuschus *tom. 8. concl. 116. n. 8.* Secundò, nec quod fiat uno contextu: Vasquius *de success §. 12. n. 1.* Tertiò ad hæredis institutionem in eo non requiruntur perfectæ probationes, sed ea colligi potest ex conjecturis. Menochius *lib. 4. præsumpt. 15. n. 13.* Quartò sufficit quod sit ligatis notis, & abbreviationibus scriptum, modò aliquo pacto intelligi possint. Mantica *de coniect. lib. 9. titul. 3. num. 3. ibid. res. 24. §. Notandum.*

cationē. Non quod fiat uno contextu.

Et institutio hæredis potest ex coniecturis.

6. Testamentum non solemne ad pias causas, revocat prius solemne etiam ad pias causas, Molina *tom. 1. tractat. 2. disp. 153. in principio.* Et est communis; quamvis Fachineus *lib. 4. contr. iur. cap. 6.* negativæ sententiæ adhæreat, *p. 7. t. 6. res. 26.* An verò censeatur habere clausulam derogatoriam subsequentium testamentorum, & sit æquandum hoc in parte testamento condito inter liberos, dissentire inter se Doctores, refert Molina *de iust. tom. 1. tract. 2. disput. 152.* quidam enim, quos refert Greg. Lopez, & Covarruvias, affirmant. Alii, quos idem Covarruvias enumerat, negant. *ib. res. 27.* Statuta autem laicorum non includunt testamentum ad pias causas. Thomas Maulius *tr. de ult. volunt. l. 1. tit. 12. n. 7.* & est communis, *ibid. res. 8.* Nota cum Hunnio *in Encycloped. iur. p. 4. tit. 3. cap. 3. nu. 1. to. 8.* & Tuscho *concl. 116. n. 57.* quod quibus casibus valet testamentum militis, iisdem quoque valet testamentum ad pias causas, *ibid. res. 28. §. Notand.* Idem quibus casibus Testamentum Patris inter liberos, iisdem quoque valet Testamentum ad pias causas factum. Idem Hunnius *citatus num. 3.* Licet contrarium teneat Conradus Rittershusius *in differ. iuris civ. & canon. lib. 4. c. 2. ibid. resol. 33.*

Non solemne revocat prius solemne.

An censeatur continere clausulam derogatoriam.

Non includitur in statutis laicorum.

Simile Testamento militis.

Et Patris inter liberos.

7. De iis, qui testamenta ad pias causas condere possint, hæc tenenda est regula: omnes ad pias causas testamenta condere posse, qui habiles, hoc est, tales sunt, qui alias testari jure communi non prohibentur. Qui verò jure communi testari prohibentur, hi etiam ad pias

Quinam possint condere testamentum ad pias causas.

Filius familias consentiente patre.

ad pias causas testari nequeunt Glossa. *in leg. 1. C. de sacros. Eccles. part. 7. tract. 6. resol. 6.* Primò itaque Filius familias, licèt sine patris consensu testari ad piam causam non possit, etiamsi de bonis adventitiis velit testari, tamen consentiente patre, testari non prohibetur ad pias

Nec impubere.

causas: Cyn. Bald. Angel Salic. Rom. & Alexander *in l. senium C. qui test. fac.* Et est communis opinio. Notandum tamen quod si filius familias in hujusmodi testamento condito ad pias causas faciat aliqua legata aliis personis, talia legata nihil valent, non tamen accrescunt piæ causæ, sed veniunt ad venientes ab intestato, Bald. *in l. Senium, in fin. Cod. qui testam. fac. ibid. resolut. 6.* Secundò, impuberes non possunt ad pias causas testari; favor enim piæ causæ non supplet defectum voluntatis, & intellectus. Et quamvis tutor multa facere possit nomine pupilli non tamen potest testari, *l. Illa institutio,* & aliis. Posset tamen impubes testari ad pias causas permissu Principis. Ita Malderus *de just. tract. 1. c. 11. dub. 4.* Bonacina *disp. 3. quæst. ult. punct. 2. num. 2.* contrarium tenuit. *ibid resol. 7.* Tertiò,

Damnatus ad mortem potest.

Damnatus ad mortem licèt de jure non possit testari ad pias causas, tamen consuetudo est in contrarium; ut testari possit, quando ejus bona non confiscantur. Ma[illegible]erus citatus, *p. 5. t. 3 res. 120. & p. 7. t. 6. resol. 7.* Quintò, de Deportato dubium est: Negant enim Joan. Sichardus *ad rubr. C. qui testa. fac. poss. num. 21.* & Vasquius *de succes. progres. §. 1. nu. 153. & seq.* Affirmant Grassus *tract. de success. §. Testamentum, quæst. 17. n. 9.* & Thomas Maulius *tract. de ult. volun. lib. 1. tit. 12. n. 7. p. 7. tract. 6. resol. 8.* Sextò, Idem de Prodigo: Negant Hunnius, Grassus, Julius Clarus, & Tuschus *tom. 8. concl. 104. n. 115.* qui testatur de communi. Contrarium docet Lessius *lib. 2. c. 19. dub. 7. nu. 83.* & Dicastillus *de just. lib. 2. tract. 19. disp. 1. dub. 11. num. 560. ibid. res. 9.* Septimò, Usurarii dispositiones factas ad pias causas sine testamento, aut codicillo, aut donatione causa mortis, communiter affirmant Doctores invalidas esse, si cautio non processit. Si tamen usurarius, nõ

Nisi ejus bona publicentur.

An deportatus?

An Prodigus?

An usurarius?

potens cautionem præstare, cum signis contritionis decessit; tunc æquitas, & benignitas postulat, ut solutis prius usuris, de quibus constiterit esse debitas, hæredes cogantur implere dispositiones ad pias causas. Ita Molina *de just. tom. 1. disp. 137.* & aliis. Non igitur audiendus Vasquius *opusc. de testam. c. 9 §. 1. dub. 8. n. 31.* cui hoc impertinens videtur *ibid res. 10.* Octavò, Servi, & mancipia nullo modo testari possunt; valet tamen ad pias causas factum testamentum servi, si verè liber erat, quando illud fecit. *ibid. res. 11.* & infra. V. *Testari num. 10.* Nonõ,

An Servus?

An Furiosus?

Furiosus ad pias causas testari non potest. Et quamvis tempore conditi testamenti dilucida intervalla habuerit, & tamen ante ejus perfectionem, & absolutionem furor supervenerit, illud testamentum non valet. Grassus *tract de success. §. Testam. q. 16. num 4.* Difficultas est quando constat habuisse lucida intervalla: & non constat an actus executus fuerit tempore sanæ, vel insanæ mentis. Henriquez *lib. 11. de matr. cap. 4. num. 3.* dicit præsumi factum tempore sanæ mẽtis. At Sanchez cum aliis tempore furoris. Ne deseras videre Lugo *de just. tom. 2. disp. 24. sect. 4. num. 63. ibid. res. 12.* Decimò, mutus, & Surdus, secundùm Hunnium *in Encyclop. jur. p. 4. tit. 3. c. 1. num. 16* & alios, testari non possunt ad pias causas: contrarium docent Dicastillus *lib. 2. tr. 19. dis. 1 dub. 12 n. 134* Molina, & Lugo *ibid. res. 13*

Testes in Testamento ad pias causas duo sufficiũt.

8 Cum in Testamento ad pias causas confecto juris gentium solemnitates observentur, ac solæ solemnitates juris civilis in eo remittantur; idcircò ad testamentum ad pias causas requiritur, ut ad minimum duo testes adhibeantur, qui tamen adhibentur non ad solemnitatem, sed ad probationem, ut observat Corneus *cons. 215. lib. 3.* & alii. Unde sequitur non esse necessarios duos testes, ut tale testamentum sit validum in foro conscientiæ, ut docet Fagundez *de instl. lib 3 cap. 6 n. 2.* Neque requiri de Jure Canonico, cum jus Canonicum non requirat eos, ut dispositio sit valida in foro conscientiæ: sed ut possit probari in foro ex-

externo quantum satis, ut Judex pro ea sententiam ferat, ut colligitur *ex ca. Relatum 1. de testam.* Unde inferas, Primò, quod Testamentum ad pias causas manu propria testatoris scriptum, valet etiam sine testibus, dummodo liquidò constet, quod scriptura sit facta manu defuncti. Joannes de Imola *in l. si quis cum testamentum, n. 5 & 6. ff. de testam.* & alii Dissentit Clarus, *§. Testam. q. 7. n. 2.* Secundò, Testamentum ad pias causas factum, manu testatoris, solum subscriptum, etiam sine testibus vim testamenti obtinet. Tiraq *de pia causa privil. 4.* Tertiò, si is, qui alias erat successurus confitetur, defunctum scripsisse, vel subscripsisse testamentum ad pias causas, sed tamen non adhibuisse testes, & propterea vult testamentum allegare nullum, non est audiendus, quia satis est propria ipsius confessio, Corn. *in consil. 307. num. 7. in 3. volum.* Quartò si is, qui alias erat successurus, sciens hujusmodi testamentum ad pias causas esse factum, sed quia nec scriptura, nec testes de eo reperiuntur hoc non confitetur, & sic relictis ad pias causas non satisfacit, is in conscientia sua peccat. Corn. *cons. 215. in 2. vol. & consil. 307. num. 7. in 3. vol.* Et hæc omnia docet etiam Thomas Maulius *tract. de ult. volunt. lib. 1. tit. 3 num 8. p. 7. tract. 6. ref. 17*

Quamvis non sint idonei.

9. Qui duo testes in testamentis ad pias causas sufficiunt, quamvis non sint idonei, id est, non omnino integri, & omninò exceptione majores. Castrus *consil. 328. n. 2 lib. 1.* Hi enim præsumuntur legitimi, donec cõtrarium probetur. Covarr. *in c. Relatum ei. 1. n. 8 & 9.* Hunnius tamẽ *in Encyclop. iur. p. 4. tit. 3. c. 2, n. 25.* cum aliis, tres testes requirit, quando duo non sunt idonei *p. 7. t. 6. ref. 15* & possunt esse duæ mulieres: Fagundez *de just. lib. 6. c. 3 n. 21. ib. ref 16.* Nec opus est, ut

Et duæ mulieres.

Nec requiritur ut sint rogati.

sint rogati. Fagundez *citatus nu. 23.* Nec eorum subscriptio requiritur. Hunnius *in Encyclop. jur. p. 4. tit 3 cap. 2. n. 5.* Nec ut testator suam schedulam ipsis legerit, in qua dicebat se disponere de rebus suis Dynus *in l. Lucius ff. de testamen. milit.* & est communis. *ibid. ref. 17*

10. Relicta porrò ad pias causas dici possunt quæcumque aliquis reliquit pro anima sua, vel alia opera pia. Unde relictum ad piam causam dicetur. Primò, si quid Ecclesiæ, vel Monasterio relinquatur, vel uni cuipiam Monacho, si fiat intuitu pietatis, non contemplatione sanguinitatis, aut amicitiæ. Bald *in l. 1. vers. circa personam, Cod. de sacros. Eccles.* Secundò, Hospitali, si institutum sit authoritate Episcopi, sive non. Bald. *cons. 5. lib. 3.* Tertiò, relictum fraternitatibus. Panorm. *cons 31. vers.* venio ad secundum, *lib. 1.* Quartò, Pauperibus etiamsi sit consanguineus, vel amicus; modò sit pauper. Relictum enim consanguineo, vel amico diviti, etiamsi adderetur hoc pro anima sua ipsi relictum, non reputabitur tale, sed potius præsumetur factum contemplatione consanguinitatis, amicitiæ, vel alterius non piè causæ. Gloss Bart. Bald. & Castrens. *in l. illud, Cod. de sacros. Eccles.* Quintò, Relicta viduis, & aliis miserabilibus personis: *Specul. in tit. de instrumen edit. §. nunc verò aliqua, vers. & scias quod.* Sextò relictum pupillis: *lib. 1. Cod. quando Imperator inter pupil. & vid.* vel orphanis, si tamen pupillus, & orphanus sint pauperes. Gloss. *in cap. omnis ætas.* Septimò, relictum pro anima: Bart. & Bald. *in lib. 1. Cod. de sacros. Eccles.* Octavò, pro redemptione captivorum. Bart. *citatus.* Nonò, relictum causa alimentorum modo relinquatur pauperibus, aut iis, qui famem patiuntur: Nam si favore amicitiæ diviti relinquatur, & qui non eget alimentis, non dicitur legatum pium. Bart. *in l. alio ff. de aliment. & cibar. legat.* Salicet. tamen, Alexand. Dec. & Alciat. *in leg. 1. in 3. limitat. C. de fideicommiss.* volunt sive pauperi, sive diviti sit relictum, semper habere pietatem annexam; quia semper respicit sustentationem vitæ, etiamsi fiat diviti, potest enim effici pauper. Dives autem hic est intelligendus, qui satis dives est pro ratione suæ conditionis, sive status, & generis. Unde si quis satis bonorum habeat, ut possit vivere non tamen secundum conditionem, & qualitatem suæ personæ, is pro paupere

Relicta ad pias causas, quæ.

Ecclesiæ, vel Monasterio.

Hospitali; Fraternitatibus.

Pauperibus.

Viduis, vel aliis miserabilibus.

Pupillis.

Orphanis.

Pro anima.

Pro redemptione captivorum.

Pro alimentis.

est

est habendus, & quod illi ea consideratione, & causa relinquitur, censetur relictum ad pias causas. Bartol. *in l.1.in2. qu&st.C.de sacros. Eccles.* Item si haberet filias nubiles, & non posset congruè secundum suam dignitatem matrimonio collocare; Surd. *in tr. de aliment.titul.8. privileg.num.*10. Decimò, pia causa est dos, & id quod relinquitur pro maritandis virginibus, & æquiparatur alimentis, *l.cum is,§.si mulier*, ibi *pietatis causa*, & ibi notant Baldus, Angel. & Florian. *ff. de condit. ind.* quod tamen intellige cum limitationibus, quæ dictæ sunt supra in relicto pro alimentis. Undecimò, Relictum causa studii, an sit pium controvertitur. Affirmant Alexand. *in Stichus liber esto. ff. de leg.3 & in l. si cui annum, ff. de ann. leg.* Panormitan. *cons.36.quædam Domina.col.3 & 4.lib.2.* Baldus verò *in leg.1. ff. de legat.2.* negat nisi fit pro studio Sacræ Theologiæ. Et Raph. Cuman, *cons.28 de fundo dato in præmium emancipat.* dicit causam studii non propriè esse piã, & donationem factam ex ea causa indigere insinuatione, si excedat quingentos aureos, æquè ac alias donationes non pias. Duodecimò, Relictum libertatis, censetur relictum ad pias causas. *l.in testamen. ff. de fideicommiss. libert.lib. 1.§.ultim.* & ibi Bald. & alii. Decimotertiò, quidquid relinquitur ad utilitatem publicam, id pium dicitur. Castrens. *consil 194 viso puncto, versic.pro hoc etiam lib.3 per l.1.§.ultim.Codic. de caduc tollend. & l.ad institutionem, Cod. de sacros. Eccles.* Tale est relictum ad constructionem, sive refectionem pontium, & viarum; & pro patriæ fortificatione, velut pro custodia Civitatis, & locorum constructione, sive refectione murorum, fossatum, & cæterorum hujus generis. Ita Speculator *in titul. de instrum. edict.§.nunc verò aliquas, versic. & scias quod inter.* Decimoquartò, relictum ad constructionem monumenti, censetur pium, Bald. & Angel. *in l.hæreditas §.si defuncto. ff. de petit. hæredit.* Tandem dicitur ad piam causam relictum id, quod meretrici est relictum, ut ad frugem melioris vitæ redeat. Bald. *in l. Imperialis in princip.colum. Cod. de nuptiis, p.7.tract.6 resol.29 & 36*

Pro Dote.

An causa studii?

Pro libertate.

Pro publica utilitate.

11. Quod ad executionem testamenti ad pias causas, & legatorum piorum, licèt multi putaverint Ecclesiasticum judicem esse competentem, sive agatur de publicando Testamento Clerici, sive laici, sive de pia causa, sive non pia, quia semper pium est voluntates testantium adjuvare, ut de communi Felin. *in c fin de testam.n.3.* & ibi Imol. & Butr. *de fid. instrum.* tamen verius est, & receptius, quod tantummodo in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus, vel pietatem redolentibus, vel si agatur de ultima voluntate Clerici, insinuatio, publicatio, recognitio Testamenti, seu Codicilli debet vel possunt fieri coram Judice Ecclesiastico; cum enim ille sit competens Judex executionis ipsius, sicut & laicus, ita erit etiam publicationis, licèt secus sit, ubi causa non est pia, quamvis quoque Clericus esset institutus: ita distinguendum videtur putare, Andr. Barb. *in can. si hæredes, n.19* & hæc omnia docet Ciarlinius *in controversia Forensi t.1 c.21.n.10 & seqq. 7 t.6.res.31.* Præterea quilibet de populo potest agere, ut Testamentum ad pias causas, & legata pia executioni mandentur: ita Trullench *in Decal.t.1 lib.7 c.18 dub.4 n.4 ibid.res.52*

Executio testamenti ad causas pias pertinet ad Judicem Ecclesiasticum.

12. Si hæredi satis constet de voluntate testatoris, quod reliquerit aliquid ad piam causam, licèt voce solum, & ita ut in foro externo probari non possit, in conscientiæ foro obligabitur ita præstare, cum in conscientiæ foro de eo, quod constat, non necessaria sit alia probatio: ut docet Fagundez *de just. lib.6 cap.3.n.2* & alii. Unde colligitur eum, qui aliquid occultè accepit à testatore, ut id post mortem ipsius expenderet ad pias causas, vel ut sibi, tamquam pauper, retineret, posse id retinere, etiãm nullus sit testis, aut scriptura (teneretur tamen id expendere modo sibi præscripto:) nisi fortè esset periculum, ut ab aliis haberetur tamquam fur, vel in foro externo cogendus esset tantumdem solvere de suo. Hinc etiam Layman *l.3.tract.5.cap.2 num.5.* docet quid agendum, si Parochus

Relicta ad pias causas solvenda ab hæreditibus in conscientia.

Et quid si schedulæ

post

continens legata pia proferatur à Parocho?

post mortem Parochiani sui producat schedulam, continentem legata quædam ad pias causas, quam hominem illum, antequam decederet, scripsisse, vel dictasse asseverarit; debet ne pro ultima legitima voluntate haberi? Respondet; Si manus testatoris agnoscitur, vel duobus testibus probari potest, pia ejus voluntas executioni mandanda est. Si verò ipsemet Parochus legata annotavit, non creditur ipsi sine alio teste: sufficerent duo testes vel mares, vel fœminæ; vel unus cum Parocho, licèt legatum sit pro Ecclesia sua; nam Rector, aliusve beneficiatus, aut Religiosus non prohibetur esse testis in causa Ecclesiæ suæ. Quod si Testator in Testamento, vel coram testibus voluntatem suam declaravit, quod velit quædam ad pias causas erogari, sicut verbi gratia confessario suo mandaverat: hoc casu Confessarius audiri debet & secundum ejus revelationem executio fieri; modo talia indicia afferat, ut spectatis circumstantiis verisimile esse possit defunctum ea ipsi mandasse. Ita Layman citatus *part. 7. tract. 6. resol. 18.*

Testes in testamento tempore pestis vel quinque, vel duo sufficiunt.

13. Secundum Testamentum Privilegiatum, est Testamentum confectum tempore pestis: In quo septem testes requiri ex Molina, & Vasquez affirmat Lugo *de just. tomo 2. disp. 24. sect. 1. num. 7* & alii. Sed dicendum est sufficere quinque. Ita Emanuel Sà V. *Testamentum n. 12.* & alii. Immo plus addo, & assero in testamento tempore pestis sufficere solemnitates juris gentium, & idcò coram duobus, vel tribus conditum valere. Vt tenet Joannes Molanus *de piis testam. c. 83.* cum quamplurimis aliis, qui etiam asserit testamentum tempore pestis coram duabus mulieribus valere, quando videlicet viri non reperiantur: Alii tamen absolutè tenent fœminas posse esse testes tempore pestis, quia nunc jus gentium solùm observatur. Crotus *in tr. de testam par. 1. num. 21.* Sicut non desunt, qui id negent cum Gamma *decisio. 44.* Confessarii itaque peste infectis deservientes, ad tollendas lites, si copia testium adest, sequantur. Primam sententiam, ut scilicet septem testes adhibeant. Si verò testes sufficientes non adsint, secundam omnino ad praxim deducant, & quinque, vel tribus, vel duobus testibus, etiam fœminis sint contenti. Immò nõdum insigne dictum Joannis Molani *de piis testam. cap. 83.* asserentis, tempore pestis testamentum exceptum à Parocho præsente unico tantùm, qui haberi potuit testis vim habere testamenti, si videlicet uterque ut testis apud Judicis officium deponat, hanc fuisse ægrotantis ultimam voluntatem, & nuncupativum testamentum, quod alter, quia labilis est memoria, scripto excepit; atque in tali casu ex mandato Judicis ab alio Notario de hac re publicum conficiatur instrumentum *part. 7. tract. 6 resolut. 34 & 41.*

Quamvis fœminæ. Vel unus cum Parocho.

14. Notarius, qui Testamentum tempore pestis conscribit in numerum duorum, vel trium testium computatus, & annumerari potest. Mollerius *in comment. ad const. Saxon. p. 3 const. 4 numer. 9 & 10.* & valet, licèt sit receptum à Notario Forensi, vel non matriculato. Rolandus à Valle *cons. 81. num. 21 col. 2.* Advertunt tamen aliqui, testamentum infirmum reddi, etiam tempore pestis si Notarius hæredis instituti consanguineus, vel affinis esset. Menochius *cons. 313 nu. 40 seq ibid. ref. 36.*

Et Notarius ipse potest esse testis.

15. Testes item in testamento pestis, non est necesse ut sint rogati: ita docet novissimè Joannes VVrmserus *in contr. jur. lib. 2 tit. 10 contr. 5 num. 4.* Contrarium omen tenuit Ripa *tract. de peste, c. 2 de privil. ult. volun causa pestis, q. 5 n. 42 p. 7 t. 6. ref. 37* & quamvis Ciarlinius *contro. Forens. cap. 109 num 36.* Testes adhibitos in Testamento tempore pestis teneri videre testatorem, nec sufficere audire, tamen Marchinus *in tract. de peste, par. 8 cap. 2 numero 18.* docet in judicando non esse recedendum à sententia asserente sufficere, si testes audiant vocem testatoris, modo illius vocem notam habeant, nisi cum non obscura fraudis indicia ex Testium depositione apparerent. *ibid. ref. 38.*

Nec est necesse ut sint rogati. Vel ut videat Testatorem.

16. Quod dictum est de testamentis con-

Et idem di-

tendum de codicillis, & donationibus causa mortis.

confectis tempore pestis, procedit quoad Codicilla, & donationes causa mortis, cum in utroque casu eadem militet ratio. Marchinus *de peste, p. 8. c. 1 n. 25.* ubi etiam *numer. 15.* rectè observat ministrantes peste infectis gaudere in testamentis condendis eorum privilegiis *p. 7. t. 6. ref. 40.*

Quæ omnia irrita non sunt, quamvis æger convalescat.

17. Testamentum tempore pestis coram duobus, vel tribus testibus factum, non est irritum, si is qui peste decumbit reconvalescit, & periculum evadit. Ripa *in tr. de peste c. 2. de priv. ult volun. caus.* *Milites nostri peſt. q. 4. n. 28 & 34. 35. ibi. ref. 39.*

temporis sunt privilegiati in condendo testamento.

18. Tertium Testamentum Privilegiatum est Testamentum militis. Et licèt Cynus, & Salicetus *in l. 1 C. de jur. & fact. ignorant.* cum aliis existimaverint, milites nostri temporis non gaudere Privilegio antiquis militibus à jure concesso; Contrarium tamen omninò sustinendum est, ut docuit Anton. Merenda *lib. 6. controv. jur. c. 8. n. 7. & seq pag. 413.* & quamplures alii. Cùm enim hodie in bellis licitis, non minori quam olim, diligentia, assiduitate, vigilantia, ac labore opus sit, & eisdem periculis milites nostrates sint expositi; & dimicent non solùm pro Patria vindicanda, pro laribus, sepulchrisque avitis, (ut Romani consuevere) sed etiam pro sanctissima Religione sanguinem, animamque profundant, cumque in his eadem adsit simplicitas, & ignorantia juris sive nimia imperitia. Merito quoque eodem favore militari digni judicandi sunt. *l. unic. ff. de bonor. poss. ex Testament. mili. part. 7. t. 6. ref. 42*

Requisita ad id.

19. Ut autem miles possit jure militari testari, ut actu sit miles in numerum militum relatus, & in castris, sive expeditione versetur. Bocerus *tr. de Bello l. 1. c. 26. n. 8.* Nota tamen, quod Hunnius *in Encycloped. jur. p. 4. tit. 5. c. 1. n. 7.* limitat hanc regulam. Primò, quando miles testamentum extra castra sine solemnitatibus confectum secum in castra sumit, ibidemque aliquid ei addendo, vel detrahendo illud renovavit, testamentum jure militari valebit. Secundò ut miles in castris sive vulneratus, & ad domum

Et limitationes quædam.

delatus coram duobus testibus jure militari testari possit. Tertiò, ut quando miles adhuc armis vacat, & paratus est pro viribus ad defensionem Reipublicæ, etsi actu in castris non sit, animum tamè habeat mox eum revertendi, valeat testamentum ejus etiam extra castra factum. Quartò, ut quando concessione ducis extra castra aliquo in loco propinquo milites commorantur, forte valetudinis curandæ causa, habeant tamen animum revertendi ad defendendam Rempubl. tunc ex Privilegio militari possint, & hæc ferè omnia habet etiam Bocerus *citatus, p. 7. t. 6. ref. 43*

Gaudeant autem hoc privilegio milites limitanei, & stationarii.

20. Milites limitanei, qui nimirum in hostium finitimis locis ad repentinas eorum incursiones intenti sunt: & stationarii, qui ad tuendam provinciæ alicujus quietem aluntur, privilegiis militum gaudent, ita ut jure militari, omissis juris solemnitatibus testari possint. Bocerus *tr. de Bello lib. 1. c. 28 num. 11 & 12 p. 7 t. 6. ref. 44.* Item miles surdus, & mutus *ex lib. 4. ff. de testam. mili.* ante causariam missionem, quatenus scilicet in numeris maneat, sive in castris degat. *ibid. ref. 48*

Surdus, & mutus.

Miles enim nutu hæredem facere potest, & testamentum condere, *per tex. l. in fraudem 15. §. 1. miles nuda voluntate, ff. de testam. milit.* & tradit Hunnius *in Encyclop jur. part. tit. 5 c. 2 n. 2. ibid. ref. 49.* & miles filius familias, *ibid. ref. 60*

Potest enim testari nutu. Et filiusfamilias.

Non gaudent milites captus ab hostibus.

21. Miles autem captus ab hostibus, ne quidem jure militari testamentum facere potest, *l. facere 10. de testam. milit.* Limita tamen, nisi captus ab hostibus reversus fuerit, nam tunc beneficio postliminii jure militari testari poterit. Reusnerus *tract. de testam. p. 5 c. 7. num. 7.* cum aliis. Qui etiam *num. 4.* notat obsides jure militari testari non posse, & *p. 4. cap. 5 num. 15* neque milites, qui in bello injusto propter rapinam, & nummos bellum sequuntur, *part. 7 t. 6. ref. 50.* Miles item deportatus, vel aliter capite damnatus, jus testamenti faciendi habet, modò ex militari delicto damnatus non fuerit, & sacramenti fides rupta non sit, & de bonis castrensibus testetur, *l. ex militari 12 in prin. ff. de testam. mil.* De aliis, quam

Nec obsides. Nec milites in bello injusto. Nec damnatus ex causa militari.

castrensibus bonis testari non potest, nisi in sententia is, qui condemnavit, potestatem testandi illi permiserit, *leg. siquis filio 6. §. Sed etsi quis, ff. de iniusto rupt. fact. testament.* Bocerus *tract. de Bello lib. 1. cap. 18. num. 21 & 22. ib. resol. 51*

Gaudent omnes castra sequentes, modò sint in loco hostili.

22. Omnes, qui in castris reperiuntur, etiamsi milites non sint, gaudent privilegio militis ad testamenta conficienda, modò in loco hostili sint, secus autem si non sint in loco hostili. Ita habetur *in l. ff. de bon. possess. ex testament. milit.* Molina *de just. tom. 1. tract. 2. disputat. 129.* Unde dicendum competere hoc privilegium etiam mercatoribus castra sequentibus, laniis, & aliis, licèt in matricula scripti non sint, modò in loco hostili versentur. Hunnius *in Encyclop. jur. p. 4 tit. 5. c. 2. n. 7 p. 7. t. 6. res. 59*

Quot testes requirantur.

23. Testamentum militis, ut valeat requirere saltem duos testes, affirmat Molina *de just. to. 1. tr. 2 disp. 129.* & alii Reusnerus verò *in tr. de testa. p. 5 c. 10.* Ité cum aliis contrarium statuendum tenet *ex l. Lucius 40. ff. hoc tit. l. milites. 15 C. eod.* & aliis, quæ satis expresè militum Testamenta, etiam nullo teste firmata, rata habent. At Molfesius, & alii penes ipsum *in sum. tom. 2. t. 13. c. 2. n. 56.* putat distinguendum; Vel enim miles in con

Nota hanc distinctionem

gressu belli, seu in conflictu hostium positus, testamentum facit, & tunc nulla solemnitas in tali testamento requiritur; & posset in clypeo, vel vagina, vel in alia materia proprio sanguine testamentum scribere, nullo teste adhibito; sed solùm verificanda est manus militis duobus Testibus, etiam non rogatis, ut ad litteram habetur *in l. militis, C. de testa. militis.* Et idem intelligendum de omnibus, qui tempore conflictus testamentum facerent in castris, ut eodem gaudeant privilegio, cum eadem sit ratio. Vel facit testamentum in castris, non tamen in hostium cõflictu; ut quia esset, ut vulgo dicitur, *Nel campo, all alloggiamento*, pergẽte scilicet exercitu, vel in tentoriis manentes; & tunc miles non potest solus testamentum facere, absque interventu Testium, sed debet voluntatem suam declarare coram duobus Testibus, specialiter rogatis, *dict. l. miles, C. de testament. milit.* ubi gloss. & omnes Doctores *p. 7. t. 6. resol. 45*

Non est necesse, ut sint rogati.

24. Quamvis quod ad hanc ultimam partem, ut scilicet Testes in testamento militis morientis in castris extra præliũ sint rogati, non possint hanc distinctionem probare: Justinianus enim Imperator generaliter constituit, ut militis testamentum valeat ex sola ejus suprema voluntate, quo quomodo ea inveniatur, *instit. de militar. testament. in princ. vers. quoquo enim modo & §. planè.* ibi, ut quoquomodo facta. Alias rationes lege ibi *res. 46* Præterea testes adhibendi in testamento militis possunt esse Pagani, & Peregrini, & mulieres: non tamẽ possunt esse Pagani, & Peregrini, & mulieres: non tamen possunt adhiberi impuberes, nec cæcus, nec servus. Bocerus *tract. de Bello lib. 1. c. 22 num. 17* & Vasq. *de succes. creat. §. 12 n. 76 & 98.* Nec requiritur ut sint in conspectu testatoris; neque ut toti testamento, ejusque singulis, atque universis interfuerint; Neque eorum subscriptio, aut eorundem signaculorum appositio: Bocerus, & Vasquius *citatis ib. resol. 47*

Nec alias conditiones testium requirunt.

Valet cum breviaturis, & notis.

25. Testamentum militis cum breviaturis, & notis confectum, est validũ: cum etiam notis hæres scribi possit. *l Lucius 4. in princ. ff. de testam. milit.* Bocerus *tr. de Bello lib. 1. c. 18 n. 8. p. 7 t. 6. res. 52.* Nec debet esse unico contextu ordinatum. Bocerus *citat. c. 23. n. 1. & 2. ib. res. 57.* & factum tempore militiæ valet etiam post missionem honestam, seu causariam, non tamen diutius anno, *l. si certarum 17 §. ult* & aliis. Bocerus *citatus c. 24 n. 9. ibid. res. 61.* Si tamen in eo prætermitterentur filii, nec exprimeretur causa prætermissionis esset nullum Hunnius *in Encyclop. jur. p. 4 tit. 5. c. 3. n. 8* & est communis *ib. res. 62.* An verò in militarib. Testamentis cesset lex Falcidia, qua hæres institutus ex legatis, & fideicommissis, & qualiacunque sint, quartam partem detrahere potest, controvertitur inter Doctores. Vide Enenkelium *de privil. militum, lib. 2. privil. 16. n. 87. ibidem resol. 63*

Quãvis non unico contextu ordinatũ.

Et durat post missionem.

Nullum, si filii prætermittantur sine causa.

An lex Falcidia esset in eo.

26. Mili-

Miles potest decedere, & pro parte intestatus.

26. Militem, qui libera voluntate testari potest, de parte bonorum una, aut pluribus testari posse, nec reliquam partem hæredi instituto accrescere, demonstrat Enēkelius *citatus n. 54.* Unde si miles unum ex parte hæredem scripserit, in altera parte nullum: in illa quidem scriptus succedit, in hac verò ab intestato hæredes, *leg. si duobus 37. ff. hoc tit. l. 2. § eodem p. 7. t. 6. res. 53.* In dubio autem, an Judex jure communi, vel jure militari sit testatus, præsumendum est, testatum esse jure militari, Vasquius *tract. de succes. creat. § 24 n. 45 & seqq.* contrarium tenuit Hunnius *in Encycloped jur. par. 4. titul. 5. cap 1 num. 12.* & alii, quorum tamen opinio pluribus modis venit limitanda per ea, quæ adducit Mascardus *de probat. vol. 2. concl 158. ibid. res 54.* & potest facere plura testamenta, & sive simul ea fecerit, sive separatim, utique valebunr. Si tamen utrumq; de tota, & universa hæreditate fecerit, superius tollitur per inferius, nisi expressè caverit, ut utrumque valeat, *l. quærebatur 19. ff. de testa. milit.* Sin de aliis, item rebus posterius fecerit testamentum, licèt non caverit specialiter, ut utrumque valet, in dubio enim credendum est, quod miles jure suo uti voluerit, *l. si miles ff. ad l. Falcidiam*, & aliis. Vide Enenkelium *de Privileg. mil. lib. 1. Privil. 16 t. 50.* & Hunnium in *Encyclop jur. par. 4. tit. 6. c. 3. n. 13 ibid. resol 55.*

In dubio præsumitur jure militari.

Et potest facere plura testamenta.

Et testari ex certo tempore Et ad certum tempus & conditionem.

27. Potest etiam miles ex certo tempore instituere hæredem, ut antequam tempus venerit, pro parte ejus temporis intestatus sit, pertineatque hæreditas ad hæredes legitimos. Item ad certum tempus, aut conditio extiterit, testatus esse desinat, fiatque intestatus, *leg. in fraudem 15. §. miles, ita hæredem, 41. in princ. ff. de test. milit. & l. certi jur. 8 C. eodem titulo.* Miles item his, qui hæredes extiterunt, quamvis extraneis, aut liberis suis puberibus, potest substituere, & ex ea substitutione ipsi substituti consequuntur tantum militum testamentorum bona, non etiam primi hæredis propria bona, *l. miles etiam 5. ff. de testa. milit. l. centurio, 15. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* Et hæc in secundum casum substitutio fieri potest à milite non tantum expressè, veluti: Si Titius filius meus hæres erit, & intra vigesimum quintum ætatis annum moriatur, Sejus hæres esto *dict. leg. centurio 15. ff. dict. tit.* Sed fieri etiam potest verborum compendio, non usque ad certam ætatem ut Titius filio, quandoque is moriatur substituatur *l. precibus 8. C. de impub. & aliis substit.* & hæc omnia docet Enenkelius *de privileg. milit lib. 2 Privileg. 16. n. 60. p. 7. t. 6 res. 56.* Itemque in codicillis suis hæredes directi instituere, & substituere, & hæreditatem adimere potest. Bocerus *tr. de Bello lib. 1. c. 25 n. 5 ibid. res. 58.*

28. Postremo, Doctoribus conveniunt Privilegia militi testanti concessa: cum distinctione tamen, ut illis non conveniat Privilegium testandi sine solemnitatibus, & apicibus juris. Hoc enim conceditur militibus propter simplicitatē, & juris ignorantiam; at hæc legum ignoratio non militat in Doctore, cui turpe est ignorare leges in quibus versatur, *l. 2. §. serv. Sulpitius ff. de orig. jur.* quæ autem Privilegia militibus, non propter juris imperitiam, sed propter dignitatē militiæ, vel utilitatem Reip. conceduntur eadem DD. existimo cōpetere. Quāobrem Doctoris gradu insignitus, etiam damnatis publico judicio, vel filiusfamilias testari, deportatum, vel alium quamvis incapacem hæredem instituere, non tamen concubinæ, de qua turpis est suspicio, relinquere poterit, cum hæc omnia etiam militibus competant. Et ita docet Joannes Halbritterus *in oratione de Privilegiis Doctorum fol. 40 part. 7. t. 6. res. 64*

Doctores gaudent in testādo privilegiis militum.

Et quibus.

TESTARI.

1.† DE jure communi multi testari non possunt. In primis, filiusfamilias, nisi die bonis castrensibus, vel, quasi, & de adventitiis ad pias causas cum licentia patris †. Si autem fiat Clericus, etiam per tonsuram, aut

TESTARI *prohibetur filiusfamilias. Nisi sit miles. Vel Clericus.*

certius per minores Ordines conveniunt omnes, quòd testari possit sine licentia patris de bonis adventitiis, etiam acquisitis ante Clericatum, dummodo ascendentibus, & descendentibus legitimam relinquat, & servet solemnitates juris communis. §. *Sciendum instit. de milit. test.* Malderus *in* 2.2 *t.* 1. *cap.* 11 *dub.* 3. Ubi *dub* 6. docet, secluſa in contrarium consuetudine, Clericum eo ipso, quòd gaudet privilegio fori, gaudere beneficio *cap. Cum esſet de testam.* de testando absque solemnitatibus juris civilis, *p.* 5. *t.* 3. *res* 124

Qui, si est beneficiarius non potest disponere de fructib. beneficii ad usus prophanos.

2. Secundò beneficiarius non potest testari de fructibus beneficii in causas non pias. Consuetudo autem, quòd in certis Regnis hæredes succedant in bonis Ecclesiasticis Clericorum tam ex testamento, quàm ab intestato, procedit solùm in foro externo. Unde ait Villalobos *tom.* 2 *t.* 30 *diff.* 11. *n.* 3. peccare mortaliter beneficiarium, qui partem reddituum Ecclesiasticorum notabilem in prophanos usus legaret, aut testari negligeret, ut in hujusmodi bonis hæredes ab intestato succederent. Quod cum verum sit, limitandum est cum Maldero *dub.* 3. in casu, quo Clericus testaretur in usus prophanos per modum justę remunerationis, sive consanguineis, sive famulis, sive aliis benemeritis, de quibus tamen non creditur ipsis, sed aliter probari debent. *ibid.* § *Notandum, & p.* 10 *t.* 15. *res.* 10

Nisi de licentia Summi Pontificis.

3. Sed quid, si Clerici beneficiari, vel Episcopi, habeant à Summo Pontifice facultatem disponendi de bonis Ecclesiasticis in quoscunque usus voluerint? Respondet Malderus, hanc facultatem intelligendam esse de usu pio, nisi disertè addatur, *etiam in prophanos.* Et quamvis concedat testari cognatis divitibus absque intuitu pietatis, hoc accipiendum esse pro foro tantum exteriori. Sed Molina *tom.* 1 *disp.* 147 *num.* 33. licèt asserat, facultatem testandi intelligi debere pro piis usibus: id tamen verum putat, quando nulla ratio legitima apparet, cõcedendi talem licentiam ad usus prophanos, aut aliunde res est dubia, nam alioqui Summum Pontificem concedere posse beneficiariis, etiam Episcopis facultatem testandi ad usus prophanos, ex justa causa, remunerationis, v. g. pro munere optimè administrato, obsequii Ecclesiæ impensi, vel simili, quia habet plenissimam potestatem; qua Ecclesiam in tali casu non dissiparet, sed ædificaret, *p.* 5 *t.* 3. *res* 125

Expressa.

4. Idem de Cardinalibus habentibus facultatem testandi de bonis galeri, docet Azorius: quia non eis dantur ratione Ecclesiæ, vel Ecclesiastici beneficii, sed ratione muneris, quo apud Summum Pontificem funguntur. Vide V. *Cardinales, num.* 8. ubi *num.* 9 & 10. habebis, quas solemnitates Cardinales adhibere debent in tali casu, & quamdiu duret talis facultas. *Sicut etiam Cardinales.*

ITEM *prohibetur testari Religiosus.*

5. Rursus testari prohibentur Religiosi, non quidem milites, ut dictum est V. *Religiosis milites, num.* 3. sed Regulares; qui tamen possunt aliquid cum licentia donare causa mortis, eligere personas, inter quas distribuendum sit aliquid ipsis relictum, & declarare testamentum factum in sæculo. Vide V. *Regulares, num.* 5.

Damnatus ad mortem.

6. Item prohibetur testari damnatus ad mortem, *l. deportati l. in metallum,* Auth. *bona damnatorum, C. de bon. prascrip.* Quia tamen jus codicis non servatur ubique, attendi debet locorum consuetudo, quam Malderus *dub.* 3. *cit.* dicit esse in contrarium; nam quando bona damnati non publicantur, ferè ubique testari permittitur, & testamẽtum prius conditum firmum manet; & si non testator, successores habet ab intestato. Vide Layman *lib* 3 *sect.* 1. *t.* 5. *n.* 3. Adverte etiam jus codicis procedere in foro externo tantum, unde si coram duobus testibus testetur, hæres hæreditatem in conscientia retinere potest, donec Fisco per judicem restituere compellatur. Valerus V. *Testamentum diff.* 7 *num.* 2. *part.* 5 *t.* 3. *res* 120

Surdus & mutus.

7. Item prohibetur testari mutus, qui nihil loquitur, si simul sit surdus & nihil audiat. Immò juxta *l qui in potestate* 6. §. *surdus. ff. de testam.* etiam solùm surdus, vel

vel solùm mutus, sed *in Instit. quibus non est permissum, &c. §. item surdus*, constitutum esse, ait Pegada *in rep. ad l. inter cetera, ff. de l. & post. p. 1 c. 1. §. 9.* surdum sine ulla distinctione testari posse (sive scribere sciat, sive nesciat, addit Molfesius *tom. 2 tract. 13 c. 2. num. 90* nam satis est, quòd hæredem ore proprio nuncupet, & exprimat, quidquid disponere velit de rebus suis, *l. discretis § sin autem infortunium, C. qui testa. fac. poss.* Si tamen detur casus, quo surdus loquelam habeat: nam surdus à natura regulariter est etiam mutus, & ideò *in dicto § item surdus* dicitur testari non posse. sive id excommunicatione contingat, ut dicunt Medici, sive ex eo, quod loqui discimus per auditum sive ex quocunque alio capite *p. 5 t. 6. res. 24.* Mutum verò testari posse, si sciat scribere nam testamentum nutu factum non valere. Ita Pegada. Sed Rippol. *c. 2 n. 185.* ait, quod si mutus & surdus talis sit, qui signis intelligat, & suos conceptus signis det intelligere, testari potest. Quam doctrinam admittit etiam Molfesius *n. 74.* in militibus, & quibuscunque habentibus privilegium Principis. Item si quis testari velit inter liberos, vel instituere venientes ab intestato, aut tandem testari ad pias causas, *p. 5 t. 6 res. 23 & p. 7 t. 6. res. 13.* An mutus & surdus donare possint, vide V. *Mutus, n. 3* & V. *Surdus n. 2.*

Non tamen cœcus.

8. Cœcus non prohibetur testari, sed ejus testamentum requirit novem conditiones, appositas in *l. hac Consultissima, C. de testam.* Prima est, ut adsint septem testes; secunda ut adsit tabellio; tertia, ut cœcus roget testes, & dicat, quòd ad hoc vocati sunt; quarta, debet exprimere nomen hæredis; quinta, testari debet eodem tempore & unico contextu; sexta tabellio debet testes scribere, ipseque & testes omnes subscribere; septima institutio hæredis debet præcedere legata; octava, si deest tabellio, adhiberi debet octavus testis; nona, testamentum cœci debet semper esse nuncupativum. † ideſt apertum †, nunquam in scriptis † ideſt clausum †. Vasq. *in opusc. de test. c. 1. §. 5 n. 32* & alii, & idem testium numerus adhiberi debet à cœco in codicillis, secundum Baldum *in l. cit.* quamvis gloss. dixerit sufficere quinque. Hinc monet Figuerius *in introd. ult. vol. lib. 3. c. 8.* ut cœcus disponat de rebus suis per donationem causa mortis (quam facere posse diximus V. *Cœcus, n. 3*) aut dicendo quòd ejus testamentum vult valere, tam. quam donationem, causa mortis. Advertetamen, quòd si cœcus testari velit inter liberos, & successores ab intestato, Baldus, & alii dicunt sufficere duo testes, quod procedere etiam ait Molfes. *n. 93 & 94.* si testari velit ad pias causas, *p. 5 tr. 6. res. 26.*

Nec excommunicatus.

9. Excommunicatus non potest testari: sed ejus testamentum non erit irritum. Vide V. *Excommunicationis num. 22 p. 11 tr. 4 res. 20*

Nec servus.

10 Servus item testari non potest, nec si testetur valet illius testamentum, etiamsi postea liber fiat, immò licèt tunc jam ipso ignorante, vel dubitante liber factus esset, testamentum non valet, *l. qui testamento domini, & leg. seq.* valeret tamen illud ad pias causas si vere liber jam erat quando illud fecit, ut probat Molin. *disp. 13.* Captivus etiam bello justo apud hostes, vel obses, qui est loco captivi, in eo statu non potest testari, nihilominus tamen si antea testamentum fecisset valebit, sive mortuo testatore post libertatem jure postliminii, sive etiam in eo statu *§ ult. Instit. quibus non est perm. fac. test.* & alibi *ff. de testam.* Mancipia tamen & Christiani captivi apud Turcas, possunt etiam in eo statu, & in loco captivitatis testari. Molina *disp. 27* & hæc omnia docet etiam Lugo *de just. t. 2 disp. 24 sect 4 n. 65.* Sed Thomas Naulius *tr. de test. tit 2 nu. 44* ponit aliquas exceptiones, & asserit servum posse concedere testamentum: Primo, si hoc ei per aliquod statutum permittatur. Secundo, si Dominus servo id permittat. Tertio si ad pias causas testatur. Quartò, si liber decedat, *p. 7 t. 7 res. 59* An vero possit testari ad pias causas, vide V. *Testam. Privilegiatum, n. 7. §. Octavo.*

Nec captivus bello justo.

Excipe captivos Turcarum.

Et aliquos casus.

TESTATOR.

TESTATOR non tenetur pro hærede nominare.

1. † TEstator, ex dictis V. *Testamentum*, tenetur in testamento nominare hæredem unum, vel plures, qui succedant in omnia bona & jura ipsius, demptis legatis. Debet autem primo loco instituere descendentes,† & in defectu, ascendentes, quia sunt consanguinei in linea recta. Si verò nec habeat ascendentes, instituere potest extraneũ, omissis fratribus, consobrinis, & aliis collateralibus secluſa ipsorum necessitate & scandalo. Nam aliàs nullo jure cogitur ad illos instituendos, Bon. *de cont. disp. 3 quæst. ult. punct. 3. nu.* 13. & alii contra Riccium *decis.* 213. *p.* 6. *t.* 8. *ref.* 85 *& p.* 5. *t.* 3. *ref.* 114.

Collatores.

Immò filiis satis est relinquere legitimam. Et præterea, si aliud quid vult relinquere, non tenetur æqualiter eis dividere.

2. Adde, quòd non tenetur pater filium ultra legitimam hæredem relinquere, & legitimam gravare potest donationibus remuneratoriis etiam supra beneficium acceptum, aut veris contractibus onerosis. Peccaret tamen mortaliter contra charitatem filiis debitam, si illam ex odio, absque causa justa, gratuitis donationibus gravaret. Megala *in p. 2. lib. 2. c. 23. q. 4 n.* 111. quod etiam procedit in matre *p.* 1. *t.* 8. *ref.* 84. *& p.* 5. *t.* 3. *ref.* 114. prope finem. Unde patet, quod si pater velit residuum ex legitima inter filios dividere, non tenetur servare æqualitatem sed potest ad libitum legare plus uni, etiam minus digno, ait Philiarchus *t.* 1 *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 20 præsertim si accedat justa causa, & si id faciat ex affectu inordinato non propterea peccare mortaliter ait ipse, quia non omnis inordinatus est mortalis, *p.* 1. *t.* 8. *r.* 83 *& p.* 5 *t.* 3. *r.* 30.

Spuriis vero nihil relinquere potest.

3. Et hæc procedunt in filiis legitimis: Nam filio spurio pater nihil relinquere potest, *l. licet. § de nat. lib.* ibi. *qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio secluduntur.* Excipe alimenta, quæ sunt de jure naturæ (unde jus canonicũ revocavit auth. *ex complexu C. de incer. nupt.*) *p.* 5. *t.* 3. *r.* 112. *§. Nota verò.* Et relinqui debent congruentia statui, consideratis etiam personis, quas ipse alere debet; videtur enim dissonum rationi, quod filio nobili tribuantur solum panis & olera, ut colligitur ex *l. Sed & si quid, §. sufficienter, ff. de usufr.* Sanchez *in opusc. t.* 2. *lib.* 4 *c.* 3. *dub.* 34. *n.* 2. *&* 3. contra Cassanæum *cons.* 39 *n.* 55. Excipe etiam æqualẽ remunerationẽ pro benemeritis, quia hæc non censetur donatio, sed solutio, sed in hoc casu non veniunt pro benemeritis officia & obsequia, quæ patri ex necessitate, vel legis præcepto debentur, *p.* 5. *t* 3. *r.* 131. Vide etiam *ff. Pater n.* 5. Potest tamen avus instituere nepotem filiũ spuriis si nõ id faciat intuitu & in bonum ipsius. Valq. *in opusc. de rest. c.* 5. *§.* 7. *dub.* 7. *n.* 123 *p.* 3 *t.* 6. *r.* 33.

Præter alimenta. Convenientia statui.

Et remunerationem alicuius benemeriti. Filium tamen spurii nepotẽ avus instituere potest.

4. De matre verò nõ est improbabile, quod possit hæredem instituere filium spurium, si non habeat legitimos; & non illustris, etiamsi habeat. Nam auth. *ex cõplexu* loquitur tãtum de partu, & *l. si qua illustris ad S. C. Orficianum* loquitur de muliere illustri quæ habeat proles legitimas. Lessius *lib.* 2. *c.* 19. *dub.* 5. *n.* 66 *p.* 5. *t.* 3. *ref.* 121. *§. Nota etiam.* An verò instituere possit hæredem filium spurium sub conditione *si capax erit*, sive *si à Principe legitimabitur*, vide Marinum *c.* 254. negantem. *Ibid.*

Et non probabiliter ipsum spurium mater illustris, si non habeat legitimos, Et non illustris, etiamsi habeat.

5. Quod si pater hæredem instituat extraneum ut hæreditatem restituat spurio, hæres ille hæreditatem acceptans cum promissione implendi petitionem, peccat mortaliter, quia talis promissio in lege graviter prohibetur & punitur. Et non tenetur restituere spurio, quia promissio fuit nulla, ut ait Becanus *p.* 3. *to.* 3 *c.* 7. *q.* 6. *num.* 2. neque fisco; nam *l. pen. ff. de iur fisci* non obligat ante sententiã, quòd si à judice de hoc nulla præcedente infamia interrogetur, non tenetur fateri veritatem, ut idem ait *ibid.* Potest autem huiusmodi hæres acceptare hæreditatem absque tali promissione, & retinere sibi tanquam, hæres testamentarius. Et sive promiserit, sive non potest ex liberalitate largiri spurio, & hic illam in conscientia acceptare; quia talis traditio fit à vero domino, nulla lege vetante, *p.* 5. *t.* 3. *ref.* 121.

Quid si pater hæreditatem spurio relinquat sub fidei commisso?

6. Si testator habet onus restituendi, nec

Et quid si te-

stator debeat aliquid restituere.

nec se in testamento, salva reputatione declarare potest, faciat in eo capitulum, quòd hæres dat tantum pecuniam Confessario, vel alicui amico, ut eam ad suum arbitrium expendat, ore, vel scripto ipsi manifestatum. Potest etiam initio testamenti declarare. quod relinquit schedulam apud confessarium vel amicum, propria manu firmatam, quæ habeat vim, si aliquid postea declarandum occurrit, fieri potest schedula ab ipso subscripta, sub olim tempore manifestanda, & hanc schedulam, etiam quoad institutionem hæredis, valere, ait Pegada *repert. ad l inter cetera ff. de lib. & posth. p. 3. §. 6. ex l. hoc art. 29. ff. de har. instit.* & valere, ac si esset codicillus testamento confirmatus. Et nota, quod in tali casu Confessarius vel alius, non tenetur manifestare hæredi personam, cui restitutio facienda est. Figuerius *lib. 2. c. 7. num. 13 p. 5. t. 3. ref. 115.*

An testator revocare possit testamentum iuratũ?

7. Condito autem testamento in vim cum juramento, sic benè disposito, & omni ex parte perfecto, ut nulla occurrat causa justa mutandi, si illud testator revocet, peccabit mortaliter peccato perjurii. Sed revocatio in utroque foro valebit. Si autem justa mutationis causa se offerat, poterit utique revocare: quia aut censetur sibi talem potestatem reservasse in hoc casu, aut juramentum fuit iniquum, & proinde non obligat. Sicut etiam si dispositum esset contra leges justas, in quo casu revocari omninò deberet. Becanus *c. 7. q 8. p. 5. t. 3. ref. 122. & p. 10. t. 15. ref. 11.*

8. An peccet mortaliter & teneatur ad restitutionem, qui impedit testatorem, ne quem hæredem instituat, vel faciat testamentum revocare, & alium hæredem, vel legatarium instituere, dictum est V. *Restituere, n. 4.*

Validum est testamentum patris cum schedula testibus non obsignata.

9. Testamentum patris sine schedula, testibus obsignata, est validum. Fachin. & alii *p. 9. t. 7. ref. 41.* Sic etiam testamentum ad pias causas valet sine testibus in utroque foro. *10. Ibid §. Ex his.*

TESTIS.

TESTIS quid?

1. † TEstis dicitur rei gestæ probator. Non omnes ad testificandũ admittuntur, repelluntur enim excommunicati, ut dictum est V. *Excommunication. 57.* item minores, infames, inimici. Alii è contra sunt privilegiati, & non possunt cogi ad testandum, ut milites, lex agenarii, valetudinarii. *l. inviti ff. de test.* item cõjuncti *l. Iulia ff. eo.* Sed in causa fidei & admittuntur primi, & coguntur secundi. Vide V. *Denunciare, n. 4.* & V. *Inquisitorum iurisdictio quoad tortur.* & *Inquisitorum praxis circa testes*, ubi multa de testibus, deque eorum qualitate, sufficientia, & examine dicta sunt.

Quis ad testandum inhabilis?

Et qui cogi non possit.

2. Servi communiter repelluntur à testificando, *ex leg. quoniam liberi C. de Testam. & in l. pridem C. de q.* Quod tamen limitatur in aliquibus casibus, quos ponit Farinacius *de Test. q. 55. inspect. 2. num. 165.* & præsertim quando veritas haberi non potest, & in criminibus exceptis: Ut notat Mascard. *de Probat. conclus. 1358. n. 18. p. 7. t. 7. ref. 71.*

Quid de servo.

3. Mutus & surdus non repelluntur à testificando super re cadente in sensum non impeditum. Vide V. *Mutus num 2.* & V. *Surdus n. 1.* Testimonium Cardinalis magnam fidem habet, ut dictum est V. *Cardinales à num 21.* An in eorum causis familiares ipsorum sint idonei testes, vide V. *Cardinalium, num. 4.* Quotve ad condemnandos requirantur, V. *Cardinales, num 25.*

Muto.

Surdo.

Cardinali.

4. Testis in judicio non potest jurare, se certò scire aliquid, propterea, quòd *Et eius familiari.* audierit à viro optimæ opinionis & famæ; alioqui omnes testes de auditu efficerentur testes ex certa scientia. Adde quod testis tenetur reddere rationem *TESTIS an possit iurare se certo scire* sui dicti. Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 3. c. 4. quod audinum. 13.* contra Mexiam *in Ireg. Tolet. 23. vit à fide p. 2. num. 32. & 33.* At si quis ita juraret *digno?* extra judicium, in foro conscientiæ non esset periurus. Sanch *ibid. p. 3. t. 5. ref. 66.* in fine & *p. 4. t. 4. ref 77.*

5. † Te-

Et teneatur iudici respondere, & verum dicere, sub onere restitutionis.

5. † Tenetur autem testis juridicè interrogatus à judice verum dicere; sic exigente obedientia, seu justitia legali; non tamen commutativa, unde non tenetur ad restitutionem damni fisco, vel parti illatum ex suo testimonio falso, vel negato, præsertim si suum testimonium non fuisset ex efficacibus, utpotè quod supponeret falsum crimen aliis testibus sufficienter probatum, ut dictum est V. *Restituere, à num.* 16. Quandonam legitimè interrogetur, vide Aret. *in practic. crim. de test. c.* 3. an verò teneatur respondere in dubio, num legitimè interrogetur, vide V. *Reus, num.* 11. † Certè non tenetur respondere, si judex interroget in delicto notorio, sed cujus auctor ignoratur; quia potest sequi opinionem probabilem Cajetani, quod non interrogat legitimè, quamvis hanc opinionem refutaverimus V. *Iudex, n.* 3. *p.* 2 *t.* 15. *res.* 63.

Et quid, si manifestaverit crimen occultum inadvertenter?

6. Si testis non juridicè interrogatus occultum crimen inadvertenter manifestet, tenetur ex charitate se retractare, non tamen sub aliquo onere. *p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 101. in fine. Si tamen fallum juret culpatè in re magni momenti, ex quo mors, vel mutilatio sit inferenda, tunc si speret profectum, tenetur omninò se retractare, etiam cũ periculo æqualis pœnæ: quia in pari causa melior est conditio innocentis, Lessius *lib.* 2. *c.* 30. *dub.* 7. *n.* 53 Immò Stroversdorff *in* 1. 2. *qu.* 70. *art.* 4. *concl.* 3. idem docet, si testis timeat pœnã majorem, & dubitet de profectu, quia tenetur tentari, & experiri quod suum est. Si autem revocatio certò non est profutura, Navar. *li.* 2. *c.* 3. *n* 251. existimat, non teneri revocare, sed solùm resarcire dãna. Et si testis non ex malitia, sed ex ignorantia vel oblivione falsum juravit, puto cum Lessio ad nihil teneri, quamvis Stroversdorff existimet, teneri revocare dictum, & restituere damna: *p.* 3. *t.* 5. *res.* 105. *& p.* 4. *t.* 4. *re.* 99. Sanè si quis acceperit pro veritate dicẽda, tenetur restituere, quia tenetur ex justitia testificari. Secus si acceperit à tertio, quia ipsi non tenebatur, ut diximus de judice V. *Iudex, nu.* 6. *p.* 3. *t.* 6. *res.* 4. † Hinc doctrinæ obstat, quod mox dictum est *n.* 4. testem nõ teneri ex justitia commutativa, sed ex obedientia dicere veritatem: & V. *Restituere n.* 31. accipientem aliquid pro opere debito non ex justitia, sed ex alia virtute, non teneri ad restitutionem faciendam.

An testis pro veritate dicenda possit aliquid accipere?

† Non est contra justitiam nos defendere ab impetu testis iniqui, & injusti contra formam, oppositi ei infamia, etsi mortuus fuerit. Lugo *p.* 9 *t.* 9. *res.* 43.

Possumus nos defendere à teste iniusto cum sua infamia.

7. Laicus ratione juramenti falsi coram judice Ecclesiastico, potest ab ipso puniri, non idem de Clerico coram laico falsum juraute. Covarr. *c.* 11 *n.* 8. *p.* 3. *t.* 1 *res.* 60.

Et crimen periurii pertineat ad forum Ecclesiasticum?

THESAVRVS.

Thesauri definitio.

1. THesaurus est vetus pecuniæ depositio, ut jam dominum non habeat, & cujus memoria non extet, si enim adhuc dominum non habeat, ad alium transferri non potest, in qua definitione verbo pecuniæ non solùm significantur nummi, sed & aliæ opes abditæ, & *c. p.* 9. *tr.* 5 *res.* 1.

Ad quem pertineat.

2. Circa Thesauros jura disponunt quatuor casus ex D. Adriano. Primò, quod Thesaurus casu, aut industria inventus in proprio fundo inventoris sit. Secundò, inventus casu in fundo alieno, inventori, & domino fundi in partes æquales dividatur. Tertio, inventus ex industria in fundo alieno, totus domini fundi, non autem inventoris erit. Quartò, arte inventum magica fiscus habebit. *Ibid.*

Si inveniatur in proprio fundo.

3. Si quis Thesaurus in suo proprio fundo invenit, sive fortuitò, sive data opera licita, totum ad se pertinere probant multi Doctores. *Ibid. resolut.* 2. Invenire in suo loco dicitur, qui Dominus est non tantum solidæ proprietatis, verum & nudæ, alio usumfructum habente, quæ procedunt in Thesauro propriè dicto; quia res domus venditæ parietibus recondita, vel lucri vel metus, vel custodiæ causa sub terra abscondita, & postea per errorem, vel oblivionem ablata

ablata non est, Thesaurus non est, & ideo pecunia illa non ad emptorem, vel inventorem spectat, vel venditori vel alii, qui eam ibi reposuit, restitui debet, *Ibid. §. Notandum.* Unde observat Trullench *in Dec. to. 1. lib. 7. c. 3. dub. 8. num. 2.* quod Thesaurus improdriè dictus non est inventoris, sed totus est ejus, qui illum deposuit vel hæredis, nam adhuc est in bonis alicujus cum habeat dominum. *Ibid § & Ideò.*

Quando non censeatur thesaurus.

4. Si pecunia inventa ea forma sit excusa, ut ex illa constet recentis esse memoriæ aut si non extet memoria, & nunc ex syngraphis vel instrumento simul incluso, constet de eo, qui abscondit, non censebitur Thesaurus, & consequenter non acquiretur emptori, sed hæredibus abscondentis tradetur. Unde pecunia inventa semper præsumitur esse alicuius certi hominis antequam constet de requisitis necessariis ad constituendum Thesaurum; Ideo inventori incumbit onus probandi, non extare memoriam temporis, quo fuit abscondita pecunia; sic Barbosa, Amago, & Gutierez. *Ibid. res. 2. §. Inde.*

Ad adquisitionem Thesauri requiritur inventio & apprehensio.

5. Ad adquisitionem Thesauri requiritur inventio, & apprehensio, ratio est, nam ante apprehensionem inventor magis dicitur scire locum in quo est Thesaurus, quam illum invenisset, & nunc est in eo loco in quo fuit reconditus, adhuc dicitur Thesaurus, & videtur remanere in sua naturali libertate, & sic nullius esse. *Ibid. res. 2. § Sed vim.*

Ad quem si inveniatur in fundo alieno data opera.

6. Thesaurus in fundo alieno casu fortuito, puta arando, &c. inventus, dimidia pars inventori cedit, altera vero dimidia domino fundi. Si verò non casu fortuito, sed data opera licita invenitur, nihil inventori, sed totum domino fundi restituere tenetur. *Ibid. res. 3.*

Cum licentia domini.

7. Si aliquis, petita à domino facultate, Thesaurum in eius fundo quærat, & inveniat, ad summum dimidiam partem domino cedere debet, nisi pactum fecisset sibi plusquam dimidiam partem reddendam, quia lex non prohiber, quod in tali casu dominus sibi consulere possit. *Res. 3. § Verum ego.*

Quid si sine licentia domini.

8. Thesaurus inventus in fundo alieno (etiamsi is fundus Principis fuerit) si quidem fortuito fuerit repertus, ut docet Less. medietas erit inventoris, & medietas domini fundi; si autem de industria quæsitus sine consensu domini, totus erit domini. Prior pars in foro conscientiæ servanda est ante omnem judicis sententiam; Secunda pars ut totus sit domini, si de industria quæsivisti, non videtur obligare in conscientia ante sententiam iudicis, sed sufficit dare dimidiam partem domino fundi, altera dimidia retenta. *ibid. res. 4.*

Ex quid si sint plures domini.

6. Si plures domini eiusdem fundi ex inæqualibus partibus sint, ait Joan. Fab. Instit. de rerum divisione, dictum Thesaurum videri eisdem applicandum pro æqualibus partibus *ibid. §. Sed*

Vel dominus asserat pecuniam absconditam esse à maioribus suis.

10. Si dominus fundi dicat pecuniam inventam, fuisse absconditam à majoribus suis, inventor verò dicat esse Thesaurum, actor debet probare. *Ibi. §. Deinde.*

Quid si inveniatur in fundo feudali vel emphyteutico.

11. Si vassallus vel emphyteuta ipsemet invenerit, totum ei acquiri, sin tertius casu fortuito invenerit, inter inventorem, & vassallum vel emphyteutam dividi debere, quia naturalis æquitas suadet, eum sequi commoda, quem incommoda sequuntur; ita docet Molina, Bursatus, Gutierez, & alii. Sed Henricus Boccerus, Hunnius, Harprechtus, Berlichius tenent in tali casu nihil competere vassallo, vel emphyteutæ, quia certi iuris est, quod Thesaurus in loco alieno non data opera repertus, pro media parte inventori, pro altera domino loci cedat, at vero prædii feudalis, seu emphiteutici dominus est non cliens sive vassallus, aut emphyteuta, sed dominus ipsius feudi; &c. ergo. Auctor verò communi non recedens; docet quod quando fundus duobus dominis subest, dimidium erit inventoris, & alterum dimidium inter illos ex æquo est dividendum, tamquam inter dominos loci, quia idem est inventor, & sic debetur illi dimidium, & est etiam dominus loci ex parte, unde ei debetur altera quarta. *ib. r. 5.*

Varie opiniones.

Auctoris sententia.

Quid si inveniatur in fundo dotali;

12. Thesaurus inventus in fundo dotali pertinet ad virum pro dimidia parte debita inventori, quando sustinet onera matrimonii, cum duos ibi esse debeat, ubi sunt onera matrimonii; pro alia verò dimidia parte pertinet ad uxorem; ita ut soluto matrimonio illi restituatur, sed hoc non habet locum in casu, quo dotalis fundus ita æstimatus marito in dotem datus esset, ut in casu restitutionis dotis, sit in electione illius an velit fundum; vel pretium ejus restituere, nam talis æstimatio facit emptionem; & maritus per illam rei dominium consequitur, ideo pretio ad maritum tanquam ad verum dominum pertinere debet. *ibid. ref. 6.*

Ad quem inventus à filiofamilias.

13. Thesaurus inventus à filiofamilias acquiritur patri de jure Digestorum, qui omnia quæsita per filium exceptis castrensibus vel quasi patri acquirebantur; sed jure Codicis hoc non procedit, quia cum talis inventio videatur facere pecalium adventitium, & non profectitium merito videtur talis Thesaurus quæri pro parte, pro qua filio per inventionem acquiritur, & esse quoad proprietatem ipsius, & quoad usumfructum patris sui, ita ut post mortem patris non teneatur fratribus communicare talem Thesaurum. Ita Guidius, qui docet thesaurum inventum à cane, vel alio animali, domino canis acquiri, quoad eam portionem quæ inventori quæreretur, *ibid. ref. 7.*

A servo pluvium.

Communis servus plurium dominorum si in alieno prædio Thesaurum invenerit, thesauri portio, quæ inventori quæritur, omnibus dominis pro ea parte, pro qua quisque dominus est acquiritur; si verò in fundo unius ex dominis thesaurum invenerit, totus acquiritur illi domino, in cujus fundo thesaurus est inventus; sed si aliquis sit servus, & unus in eo habeat usumfructū, alter proprietatem, si jussu usufructuarii fodiendo in agro usufructuarii thesaurum invenerit, totus erit usufructuarii, si verò non data ad id opera thesaurum invenerit pars una pertinet ad usumfructuarium. *ibid. ref. 8.*

Ab usufructuario.

Ususfructuarius, qui thesaurum reperit fortuito, puta arando, colendo, &c. ad instar extranei, qui Thesaurum in fundo invenit alieno, tenetur illum cum domino proprietatis ex æquo dividere. *ibid. ref. 9.*

A maioratus possessore;

Thesaurus inventus ab ipso Majoratus possessore totus ad eum pertinet partim ratione inventionis, & partim ratione domini, quia pro tunc ille est dominus ipsius fundi, & non habet obligationem illum conservandi, & transmittendi ad successores, quia licet non sit fructus, est tamen emolumentum, & lucrum proveniens domino actuali, quæ lucra non debent ad successores transmitti. Ita Molina, & Lugo. *ibid. ref. 10.*

In loco sacro.

Thesauri inventi in loco sacro Harprechtus docet dimidiam partem ad fiscum pertinere; alii dicunt dimidiam Ecclesiæ adjudicandam esse; Caramuel, & Lessius, quod totus sit inventoris, qui doctè ab auctore refelluntur, & docet cum Lugo, & aliis, hanc dimidiam partem ad Ecclesiam, ejusque Prælatum pertinere cum non sit Ecclesia pejoris conditionis, quàm privatus, & hodie in hac parte Ecclesiæ sunt Prælatorum. *ib. ref. 11.*

Ad quem inventus per artem magicam.

Thesaurus à te arte magica in fundo tuo vel domo tua inventus totus fisco applicatur, quia tunc à te aufertur tamquam ab indigno; si autem hoc modo ab alio inventus fuerit, tunc medietas pertinebit ibi; & hæc est sententia magis communis *ibid. ref. 12.*

Si sit adjudicandus fisco.

Thesaurus malis artibus, pro ea parte, quæ fuisset inventoris, non est adjudicandus fisco ante judicis sententiam; quia hæc lex pœnalis est, ferendæ non latæ sententiæ. *ibid. ref. 13.*

Ad quem inventus in loco publico.

Thesaurus inventus in loco publico, qui dicitur esse nullius, ut in platea effossa, aut in flumine, totus cedit inventori; secus tamen si in loco publico, qui non tantùm quoad jurisdictionem, sed etiam quoad dominii proprietatem pertinet ad Cæsarem aut fiscum, tunc enim fortuito inventus cum illis erit dividen-

videndus ; de industria quæsitus totus erit principis, *ibid. resp.* 14.

Sciens thesaurum latere in aliquo fundo, an illum emere possit pretio currenta. Aliqui negant, aliqui affirmant. Auctoris sententia.

Si quis in fundo latere thesaurum scit, non potest licitè pretio currenti emere illum fundum secundum Hurtadum ex Angelo, Armilla, & Tabiena; sed posse D. Tho. Bannes, Salon, Aragon, & multi alii insignes Doctores affirmant ; sed Auctor noster hunc Thesaurum ex æquitate inter venditorem, & emptorem æqualiter dividendum esse docet ; at si aliquis absolutè vellet opinioni D. Thomæ, & aliorum adhærere, securus esset in conscientia, *ibid. resp.* 15.

Pecunia abscondita, & inventa, quæ thesaurus nõ est, quibus reddenda sit.

Pecunia abscondita, & inventa, quæ propriè thesaurus non est, de cujus possessore adhuc extat memoria illi vel hæredibus, si extant, restituenda est, & si non extant, eo modo quo alia bona incerta, reddendam esse docet Rebellius. Sed noster Diana cum Berlichio ait in templo per ministrum Ecclesiæ, vel publicum præconem, vel libellum inventor proclamari faciat, se invenisse pecuniam, & vero domino redditurum, quo non comparente licitè potest sibi retinere, nec tenetur alteri tradere, licèt dives sit, neque pauperibus erogare, contra doctrinam Sylvii, qui mordicus tenet quod factis promulgationibus, affixis schedulis, & si quid aliud addi possit, non fieri inventoris, sed erogari debere in pauperes, piasve causas. *ibid. resol.* 16.

Venæ auri, &c. ad fiscũ pertinent. Princeps statuere potest, quod thesauri sibi pertineant.

Venæ auri, & argenti, & plumbi hodie ex *l. Regni 2. tit.* 13. *lib.* 6. *recopil.* pertinent ad fiscum, & regiam coronam, deductis expensis, aliqua parte data inventori, & domino agri, ubi plura de hac materia *ibid. resp.* 17.

Potest à Republica, vel Rege constitui lex justa, ut omnis Thesaurus etiam repertus in proprio agro alicujus Civis pertineat ad Regem si necessitas id postulet ; quia licet thesaurus sit primùm occupantis secundùm jus naturæ ; tamen in quantùm communia erunt, possunt appropriari per Principem, prout judicabitur expedire communi bono ; nam quæ in nullius bonis sunt, communitatis sunt, debentque bono communi deservire ; & licèt hoc videatur durum Lessio, ut thesaurus per legem, vel consuetudinem totus applicetur Principi, tamen ipse fatetur hoc non esse improbabile; attamen in quolibet Regno legem receptam, aut legitimam consuetudinem servandam esse consentaneum est. *ibid. resp.* 18.

TVTOR, ET CVRATOR.

TVTOR & Curator qui sint?

1. † TUtor est, qui datur orphano impuberi ad tuendam personam, & secundariò etiam bona : Curator verò, qui datur puberi minori ad servanda bona, & secundariò etiam personam. † Uterque potest facere eleemosynam moderatam de rebus minorum, ut dictum est V. *Eleemosyna, n.* 19.

An uterque possit vota irritare.

2. Cæterùm vota minorum ante pubertatem emissa tutor irritare potest, ut dicemus V. *Voti, num.* 26. De curatore autem dubium est, & Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 6. *nu.* 25. negat; quia gubernatio curatoris est ad bona minoris, non ad personam; *l. in copulandis*, 9. *C. de nupt.* tum, quia conditio implicita in votis impuberum est, *si placuerit patri, & eo defuncto, tutori*: non autem *si placuerit curatori.* Adde, quod Alcocer *in sum. c.* 16. *concl.* 6 & alii docent, neque patrem irritare posse vota filiorum impuberum post pubertatem. Sed ego teneo cum Sãchez *in sum. to.* 1. *l.* 4. *c.* 30 *nu.* 5. & aliis, posse: quia pater irritare potest vota & juramẽta impuberum, etiam post pubertatẽ, ut *ibid.* dicemus : ergò etiam curator, qui filio puberi loco patris substituitur. Nec refert, quòd curator detur primario ad regimen rei familiaris: nam secundariò datur etiam personæ. Advertit etiam Palaus *tom.* 3. *tract.* 15. *disp.* 2 *punct.* 3. § 3. *num.* 7. quòd si mater curatoris officium exerceat, idem de ea, ac de aliis, dici debet. Secus, etiam si puber nullos habeat curatores, vota irritare non posse; quia ut mater est, nullam filiorum puberum curam exercet, *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 12.

Et à quo dari debent Clerico minori?

3. Clerico minori, vel mente capto, tutor, aut curator à judice Ecclesiastico dari debet. Cabedo *in clem. 1. de off. ord. reg. 4 fall. 26.* contra Auserium *p. 1. decis. 80. num. 2.* Nota tamen, quod si Clericus minor litigat coram judice sæculari tamquam actor, is dare ei poterit curatorem : & inventarium Clerici mortui relinquentis pupillos, à judice laico faciendum esse, *p. 1. t. 2. res. 95.*

VASA SACRA.

CALIX & patena.

1.† Vasa sacra sunt Calix, patena, pyxis, & custodia, quæ immediatè tangunt sacram synaxim, Ex his, Calix & patena debent esse consecrata, priusquam in Missa inservire possint.

Si quis in eis celebret, remanent consecrata.

† Sed probabile est & tutum in praxi, quòd si sacerdos semel in eis non consecratis bona fide celebraret, remanerent consecrata : quemadmodum ait Palaus de *leg. 2. disp. penult. c. ult.* remanere reconciliatam Ecclesiam pollutam, si quis in ea celebret. Et ratio est, quia ubi semel tangunt corpus & sanguinem Christi, non possunt esse amplius prophana. Niger *add. ad Ruiz p. 6. animad. 8. num. 4.* Quamvis contra sentiat Eminentiss. Lugo *in 3 p. to 2. disp. 20. sect. 4. n. 91. p. 2. t. 14. res. 69. & p. 5. t. 13. res. 60.*

Et probabile est, quòd si noviter deaurantur, non indigeant nova consecratione.

2. Si calix & patena noviter deaurantur, eo quod aurum antiquum usu consumptum sit, Suarez *in 3 p. tom. 3. disp. 81. sect. 7. &* DD. communiter dicunt, debere iterum consecrari, quia consecratio fit propter contactum, id autem quod in hoc calice proximè tangit, est aurum recens. Contrariam sententiam docuit Coninch *de sacr. qu. 83. art. 3. dub. 3. nu. 246.* Quamvis Reginaldus *tom. 2 lib. 29. c. 9. sect. 6. num. 199.* existimaverit periculosam. ego probabilem existimo cum Layman *lib. 5. tr. 5. cap. 6. n. 7.* quia calix manet idem, ergo manet consecratus, & aurum superadditum per superadditionem consecratum fuit: sicut cum Ecclesia paulatim reficitur, lapides superadditi consecrantur. Nec verum est, quod ait Suarez, aurum superadditum ratione contactus esse partem principalem calicis; nam si ita esset, calix noviter deauratus non esset idem, qui erat; & detracto auro, destrueretur in ratione sacrificii, sicut destruitur quoad consecrationem Ecclesia, si præcipua pars parietis corruit : quæ tamen communiter negantur, *p. 2. t. 15. res. 3.*

An Pyxis benedici debeat?

3. Pyxis non debet necessariò benedici, quia nullum jus id strictè præcipit, (etsi contrarium non sit minus probabile, *p. 10. tract. 11. resolutione 2.* De mappis verò nec omninò certum, an necessario benedici debeant, *ibid. resol. 5.*) in Pontificali verò ejus benedictio ponitur, sicut ponuntur benedictiones campanarum, ornamentorum Altaris, &c. Ita Vasquez *in 3. p. disp. 235. cap. 4. num. 36.* Qui tamen putat, in pyxide poni debere corporale benedictum, in quo immediatè Corpus Christi servetur: quemadmodum servatur in Missa super Altare, ad repræsentandam sacram syndonem. Sed hoc reprobat Nugnus *in 3. p. tom. 1. quæst. 83. artic. 3. dub. 5.* & consuetudo est in contrarium. Nec paritas obstat, quia, plura requirit Sacramenti confectio, quam conservatio, *p. 2. t 15. res. 2.*

Aut in eapone corporale?

Et an sit sacrilegium vasa sacra prophanare.

4. Vasa sacra & vestes, manentes in sua forma, in prophanos usus convertere, est mortiferum sacrilegium *c. ligna distinct. 1.* Si verò mutetur forma non est amplius consecratus; nam calix, v. gr. qui formam amisit, jam non est amplius consecratus; ergo prophanari potest. Ita Palaus *tom. 2. tract. 8. disp. 1. punct. 6. num. 25.* contra Azorium *p. 1. lib. 9. c. 9. quæst. 7.* At decentissimum res semel usui sacro dicatas, numquam prophano usui deservire, *part. 5. tract. 13. res. 76.* Tangere verò vasa, & vestes sacratas, ut calicem, patenam, & corporale, laicis peccatum est, *part. 10. tract. 12. resolut. 2.*

VEN-

VENDERE, VENDITOR.

VENDERE *quid liceat?*

1. AN liceat vendere idolum Gentili, agnum Judæo, & similia indifferentia usuris in malum finem ex castitate, vide V. *Peccato cooperari, à n.* 8. Et an liceat vendere vinum per tabernarium, qui fraudat in mensuris, &c. Vide V. *Scandalum, n.* 20. An Clerici prohiberi possint nè vendant, &c. vide V. *Statutam laicale, à num.* 5

Ex quibus?

Et quo pretio. An pragmatica facta tempore abundantiæ servanda sit tempore sterilitatis?

2. † Res vendi debet justo pretio, & si sit taxatum, eo vendi debet † Et quidem V. *Pretium n* 7. diximus, taxam victualium factam tempore abundantiæ, in annis sterilitatis relaxari debere. Si verò non relaxetur, Salas *de emp. & vend. dub.* 7 *n.* 3. existimat, servandam esse, sub pœna peccati mortalis, & obligatione restituendi. Nam cum multi DD. ita asserant & proinde res sit dubia, obediēdum esse Principi, cui in causis dubiis favendum est. Sed Molina & PP. Societatis communiter apud Ledesmam *to.* 2 *tr.* 8 *c.* 32 *diff.* 19 tenet, pragmaticam factam tempore abundantiæ, non esse servandam in conscientia tempore sterilitatis; Sed tūc frumentum vendi posse secundum pretium cōmune & vulgare: quia talis præsumi debet intentio Principis, aliàs non est rationabilis, nec obligat in conscientia. Ad argumentum supra factum respondetur, Principi esse favendum in dubiis, non quando opinio contra ipsum est manifestè probabilior, ut in casu nostro. Vide Molfesium *tom.* 2 *tract.* 12 *c.* 5. *num.* 85 qui tenet, primam opinionem procedere, quando taxatio fit universaliter, & uniformiter, habita ratione annorum fertilium, & sterilium; secundam verò quando fit singulis annis, *p.* 1. *t.* 8 *res.* 70

Et juxta illā vendi debeāt res etiam excellentissimæ in suo genere?

3 Porrò Salas *dub.* 12 *num.* 9. docet, res cujuscumque bonitatis & excellentiæ sint; vendi debere pretio taxato, quia Princeps potest & vult propter bonum commune rebus valdè inæqualibus æquale pretium imponere, alioqui enim omnes dicerent, res suas esse alienis notabiliter meliores. Quæ doctrina vera est, quando excessus esset modus, quia parum pro nihilo reputatur; nam si res esset notabiliter melior rebus aliorum, quæ pretio taxato communiter vendi solent, probabilior est opinio Molinæ *tom.* 2 *disp.* 364 *num.* 11. † Et novissimè Trullench *in decal. tom.* 2 *lib.* 7 *cap.* 20 *dub.* 2 *num.* 10 † quod vendi possit supra pretium taxatum, nam sicut vendens triticum; v.g. corrosum à vermibus, & notabiliter pejus eo, quod communiter venditur, non potest accipere totum pretium taxatum: ita vendens notabiliter melius, potest aliquid recipere ultra taxam. *p.* 1. *t.* 8. *res.* 52

Nam notabiliter mala nō possunt eo pretio vendi.

Si vitium est occultum venditor non solùm pretiū minuere.

4. Adverte etiam, quòd venditor rei taxatę habentis vitium occultū ob quod fit valdè deterior reliquis, quæ passim venduntur, non solùm debet descendere in pretio pro qualitate defectus, sed etiam secundùm Homobonum *to.* 2 *tr* 9 *c.* 4 *q.* 8. aperire defectum: aliàs si emptor rem illam sit conservaturus, vel alteri venditurus, & ideò damnificatur, venditorem peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem: si verò emptor rem illam brevi sit consumpturus, à restitutione excusari. Turrianus verò *in* 2. 2. *disp.* 58 *dub.* 6 *n.* 1. addit aliam limitationem, nè scilicet sæpius talis venditio fiat nam damnificarentur alii venditores. Vendente enim aliquo vinum dilutum pretio viliori, emptores existimarēt pretium decrevisse, & ab aliis purum eodē pretio emere vellent, *p.* 2 *t.* 8. *res.* 80. Et sub eisdem limitationibus, taceri potest vitium occultum rei non habentis taxam, nam in hac quoq; venditione adest æqualitas inter contrahentes: res enim cum tali vitio supponitur emptori utilis, & pretium non excedit ejus valorem. Salas *dub* 34 *n.* 5. & alii, secus si emptor emat rem illam ad revendēdum, aut explicet se velle emere vitii expertem. nam in primo casu venditio esset iniqua, quia emptor posset revendere majori pretio, quàm cum illo vitio valeret: in secundo autem casu conditio non subsistit. Ex quibus infer primò contra Me-

Sed etiam tenetur revelare defectū.

dinam *lib.1.cap.14 §.25 reg.2.* justam esse venditionem unius rei pro alia, si illa sit æquè bona, vel parum deterior, & sic excusari pharmacopolas dantes unam medicinam pro alia æquali vel ferè, ut docent DD. communiter apud Salas *ubi supra*. Infer secundò, sutorem non teneri emptori manifestare, quòd calcei sint ex corio debiliori: teneri tamen pretium minorare, quod tamen in praxi putat Filliucius servari non posse *tom. 2 tr.35 c.6 n 129.* quia omnes eodem pretio vendi solent. Secus si corium esset adustum. Tertiò, nec mercatorem explicare teneri, si galerus non est consuetæ durationis vel splendoris, sed paulò minoris. Molfesius *tom.2 tract.2 disp.353 num.22.* Et ratio horum omnium est supradicta; quia venditur res utilis pretio justo, & sic talis occultatio vitii non est dolosa, nec facit contractum involuntarium, *p.1 t.8 res.39*

Vnde per locũ à contrario videtur sequi quod vino generosissimo addi possit tantum aquæ quod sufficiat ad æquiparãdum illud ordinario, quod passim venditur.

5. Quòd si quis habeat vinum adeò generosum, ut per magnam aquæ accessionem, vino ordinario, quod passim vẽditur, æquale fiat. Rebellius *part.2 lib.9 num.17* & alii dicunt, ita dilutum pretio taxato vendi non posse: quia pretia imponuntur rebus puris & naturalibus; & qui vendit plus vinum dilutum, vendit plus vini quam habeat, ait Azorius *part.3. lib.8.cap 23 quæst.3* si enim habet tres amphoras, vendit, verbi gratia quatuor. Sed contraria sententia Lessii est probabilior, nam nulla injuria in tali vẽditione irrogatur emptori, cui venditor non tenetur tradere res melioris conditionis iis, quæ passim venduntur: & cum æstimatio rei desumatur per ordinem ad usus humanos, & tale vinum æquè, ac reliqua, humano usui utile sit, eodem cum illis pretio vendi potest. Vide illum *lib.2 cap.21.dub.11 num.82 part.2.titul.8. resol.51*

Et macellarii vendere possint carnes electas pretio cartori.

6 Macellarii vendentes carnes electas pretio majori, & deteriores pretio taxato, peccant, & tenentur ad restitutionem. Et idem dic de venditoribus fructuum &c. si illos separent eodem modo Filliucius *tom.2 tr.35 cap.4 n.88.* Et ratio est, quia taxa facta est pro carnibus, & fructibus permistim, etiam si sit modicus excessus in bonitate. Quod autem ait Molfesius *tom 2 tract. 12 cap.5. num. 89.* excusari ratione damni, quod sustinent in vendendo res deteriores minori pretio: non satisfacit; nam communiter macellarii vendunt carnes residuas pretio taxato, & si aliquando minus vendunt, longè major excessus est pretii carnis electæ, quod percipiunt. Possunt verò aliquid plus accipere ratione gratitudinis pro facilitate, & bona voluntate in vendendo, ut ait Rodriquez *summ. tomo 4 cap.172 num.1.* Sed communiter emptores excessum non dant gratis, sed quia aliter obsonia non haberent. Adverte autem cum Graffio, sic vendentes peccare mortaliter, quia quamvis excessus sit modicus, intentio tamen est accipiendi quantitatem notabilem, *p.1 t.8 resol.35*

Sed negandum est.

Secus dicendum, si quid venditori dẽtur supra pretium ex liberalitate.

7. Contra verò: quia in domibus virorum nobilium ludẽtes dant famulis, seu revera dominis, pecuniam pro chartis, candelis, aqua frigida, &c. scientes valere minus, nec petunt excessum, nec ulla intervenit fraus, &c. censentur excessum liberaliter illis dare. quamquam enim Lessius *lib.2 cap.21 dub.4. num.37* & alii dicant, non præsumi donationem, nisi inter vendentes & ementes aliqua conjunctio sanguinis intercedat; tales nihilominus sunt amici dominorum, quorum servis, vel quibus per servos excessum dimittunt, & præterà nobiles, ac proinde naturaliter munifici & liberales. Sà V. *venditio*, & aliis *part. 5. tr 14 res.39*

8. Consuetudinem seu privilegium populi Panormitani de vendendo vinum è suis vineis recollectum supra taxam, benè moderavit Illustriss. Senatus Vide V. *Privilegium n.8.*

Si quis sciat, diminuendã esse taxam alicujus rei, posset illam vendere.

9. Senatus civitatis, vel consiliarii Regis scientes brevi diminuendam esse taxam alicujus rei, non possunt secundùm Molinam *tom.2.tr.2 disp. 354.* rei talis, quam apud se habent, venditionem anticipare, quia non possunt uti suo munere in damnum exterorum: cum ratione officii eorum utilitati consulere debeant.

beant. Sed Turrianus in 2. 2. *tom* 2. *disp.* 19. *dub.* 3. *n.* 7. probabiliter docet, posse, (dummodo absque ulla fraude venditioni exponant, nec legis publicationem malitiosè differant, ut interim vendant omnes suas merces) quia & vendūt pretio communi, & ratione officii non obligantur ad non vendendum eo tempore pretio communi, aut manifestandum futuram legis promulgationem ante tempus, *p.* 1. *t.* 8. *res.* 42

Sive sit persona publica.

Sive privata | *Quæ nec tenetur id interroganti-bus asserere.*

10. Ex quibus satis liquet, posse id facere personas privatas, si eis futuram taxæ diminutionem scire contingat; non solùm si sciant, emptorem emere, ut statim consumat, ut ait Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 20. *punct.* 5. *ad* 3. sed etiam contra ipsum, si sciant emere, ut servet & revendat; quia utuntur jure suo. Turrianus *numero* 5. *part.* 1. *tit.* 8. *resol.* 40 & 45. §. *Et ratio.*

11. Immò venditor, rogatus de futura copia mercium, de tritici vel monetæ diminutione, discessu Proregis, &c. potest sine mortali, & onere restitutionis dicere, se nescire, vel negativè respondere, ut suas merces carius vendat sine mortali: quia non tenetur ex justitia veritatem manifestare & ideò tale mendacium est officiosum, non perniciosum; cum præsertim ipse non vendat res suas pluris, quàm pretio currenti. Et licèt utatur malo medio, scilicet mendacio, non tamen peccat contra justitiam, sed contra veritatem, & aliquando contra charitatem, si emptorem in extremam vel gravem necessitatem, quæ sibi non imminet, prævideat incursurum, id tamen rariùs accidit. Salas *dub.* 23. *num.* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *res.* 46

Et vendere ante taxam pretio statuto inter partes, non est illicitum.

12. Licitum est, vendere res anticipatè certo pretio inter contrahentes statuto, vel pretio currente tempore contractus, quando dubium est num taxa imponenda erit major, vel minor; nam sic venditor, & emptor sunt paris conditionis, quia uterque lucrari potest, & perdere. Azorius *p.* 3. *lib.* 8. *c.* 9. *q.* 4. Nec obstant in nostro Regno Pragmaticæ 1. 2. 3 & 4. *t.* 1. *tit.* 81. id prohibentes; quia fundantur in præsumptione fraudis, quæ si cessat, non urgent, *p.* 3 *t.* 5 *res.* 115

13. Quando res non habent pretium legale, vēdi debent pretio naturali, quod crescit & decrescit ex multis capitibus, ut diximus V. *Pretium.* Et inter alia ex modo vendendi. Et sic sub hasta vendi possunt res pluris, quàm aliàs valerent, & secundùm aliquos, toto eo pretio, quod, seclusis fraudibus, extorqueri potest. Vide ibi *n.* 5.

Res, quæ non taxantur vēdi debent pretio naturali.

14. Quando pretium rerum crescit ex monopolio aliorum, nec ipsi monopolæ, nec alii eo pretio vendere possunt, quia non potest idem pretium simul, & semel esse injustum pro auctoribus monopolii, ac justum pro aliis. Rebell. *part.* 2 *lib.* 9 *quæst.* 7 *num.* 5. Sed contrarium etiam probabiliter docuit Reginald. *tom.* 2 *lib.* 25 *cap.* 22 *num.* 330. quia mercator, qui non fuit auctor monopolii, vendit pretio communi, quod proinde justum est, quamvis creverit fraudibus aliorum *p.* 1. *t.* 8 *res.* 24

Non tamen alterato ex monopolio.

15. Probabile est, vendentem domum vel feudum pretio credito, non posse sibi fructus reservare, quousque pretii complementum obtineat; nam dum transfertur dominium rei, res debet fructificare domino suo; cujus periculo subsistit. Adde, quòd in hoc casu venditor aliquid acciperet ratione dilatæ solutionis, quod est usura. Sylvest. V. *usur.* *q.* 11. & alii canonistæ; & PP. Societatis Pœnitentiarii apud S. Petrum, teste Antonuccio *lib.* 5. *c.* 21. Sed contrarium quoque est probabile, illudque docent Sanchez *opus. tom.* 1 *lib.* 1. *c.* 7 *dub.* 21. *n.* 3. Medin. *in leg. Toleti p.* 2 *fund.* 2 *n.* 12. & alii, quia tales fructus non sumuntur ut lucrum pretii non soluti, sed ad servandam æqualitatem inter emptorem, & venditorem: nam cum venditor non teneatur tradere rem pretio non soluto, potest compensationem accipere ejus, quod justè sibi competebat: ut sicut ipse implevit tradendo rem, ita emptor impleat tradendo pretium, vel fructus rei receptæ *p.* 4. *t.* 4. *res.* 139

An venditor domus possit sibi reservare fructus, donec sibi solvatur pretium?

16. Potest quis rem credito vendens, aliquid plus accipere ratione periculi, si

Et ratione periculi alicujus

quid plus accipere?

sit verum & grave. Vide V. *Mutuum, num.*15

Vt cum venditur aliquid soluto, solvendum, cũ primum uxorem duxerit?

17. Hinc ait Megala *cons.*70. licitum esse vendere equum, torquem aureum, vel aliquid aliud supra justum pretium, cum hoc, quod solvendum sit, cùm primum emptor uxorem duxerit. Licere inquam, ratione periculi, quod in eo maximè consistit, quòd conditio adimplẽda pro solvẽdo pretio, in simplici emptoris voluntate sit posita. Ait tamẽ, ad hunc contractum quinq; conditiones requiri. Prima, ut periculum sit reale, non imaginarium. Secunda, ut sit grave. Tertia, ut fiat sine scandalo ob suspicionem palliandi usuram. Quarta, ut manifestetur emptori, quòd ipse emit supra justum pretium propter periculum. Quinta, ut excessus pretii sit proportionatus periculo, *p.*1 *t.*8. *res.*38

Vel etiam secluso periculo, ratione lucri cessantis, & damni emergentis?

18. Merces verò, quæ pretio credito communiter pluris venduntur, etiam secluso periculo pluris vendi possent; tum ratione lucri cessantis, seu damni emergentis; tum quia in tali venditione illud est justum pretium ex communi mentium, & vendentium consuetudine. Sà V. *Venditio, num.*7 & alii, *p.*1. *t.*8. *res.*21. Adde etiam, quia eo modo plures emptores incurruntur, *part.*10 *tom.* 12. *res.*28

Venditor non tradens emptori rem statuto tempore, ad quid tenetur?

19. Venditor, qui non tradit emptori rem venditam tempore determinato, in foro externo tenetur solùm de damno emergente intrinseco, ut si res deterior sit facta, vel minoris pretii, & sic non tradens frumentum venditum tempore statuto, tenetur restituere excessum pretii, quo decrevit à die, quo obligatur usque ad diem consignationis, ut ait Megala *in* 2.2. *lib.*2. *c.* 6. *quæst.*1. *n.*37. *ex l. sterilis, §. cum per vendit. ff. de action. empt.* At in foro conscientiæ tenetur eam de damno extrinseco, & accidentali, ut si ex defectu illius rei, mortua sint sibi mancipia, &c. Nam venditor est causa, damni, ob injustam retentionem, si culpabiliter tradere omisit; & si adest pactum, etiamsi sine culpa. Ita Less. *lib.*2. *c* 21. *dub.* 13 *n.*102. contra Molin. *to.*2. *t.*2 *disp.* 368 *n.*10 *p.*3. *t.*5. *res.*113

20. Similiter, si emens pretio credito, statuto, tempore culpabiliter non solvit tenetur in conscientia ad lucrum cessans & damnum emergens, fructus autẽ pretii non potest venditor ab eo exigere: nã hoc esset usura, quæ est intrinsecè mala. Less. *lib.*2. *c.*21 *dub.*13. *n.* 109. Quamvis Rebell. *p.*2. *lib.*9 *q.*16. *sect.*1. *n.*11. probabiliter etiam doceat, exigere posse, in pœnam culpabilis moræ, cum proportione, &c *ex l. ult. ff. de peric. & l. curab ff. de act. empt.* quę talem actionem concedere potuerunt venditori, ad vitandam negligentiam emptoris. Sed is non tenetur in conscientia ante sententiam judicis, *p.*3. *t.*5. *res.*114

Et ad quid emptor tenetur si statuto non solvens.

Officia secularia possunt vendi.

21. Petes hic: An officia sæcularia vendi possint? Turrian. *disp.* 23 *dub.*2. *num.*5 & alii negativè respondent, quia Principi jus est, ad distribuenda officia dignioribus, vel dignis, non ad vendenda. Sic enim præsumitur jus accepisse à Republica. Et sanè sic practicari deberet; quia plerumque venduntur indignis, qui ut pretium recuperent, non administrant ut debent, sed multa injustè extorquent. Accedit, quod ex tali venditione homines magis provocantur ad acquirendas pecunias, quam ad studia litterarum & probitatis. Posse tamen talis venditio aliquando justificari ob Reip. necessitatem, vel utilitatem, quando videlicet summa confianda esset, quæ aliunde haberi posset; dummodo vendantur personis saltem dignis, & pretio moderato. Lessius *lib.* 2. *cap.*32. *dub.*4. *numero* 9. & plerique alii. Azorius *tom.* 3. *lib.* 8 *cap.* 7 *quæstion.* 3. videtur non damnare talem venditionem, etiam extra necessitatem & regulariter, si vendantur dignis, probabiliter benè ministraturis, pretio moderato, taxenturque pretia pro laboribus, & operibus; nam sic metu amittendi officium simul, & pretium bene ministrabunt, & Princeps poterit eos delinquentes facilius amovere, quam si gratis dedisset *p.*3. *t.*5. *resolut* 108. Adde, quod Rex potest licitè vendere aliquem Statum cum administratione justitiæ, sicut quelibet Respublica, ex quo bene infertur quod ven-

vendere possit officia *p. 6 t. 6. ref. 3 §. Dico secundo.*

Sed non ab eo, qui habet facultatem ea conferendi delegatam.

22 Porrò non statim ac (ait Maldenrus *in 2. 2. tr. 9 c. 1 dub 5.*) quis habet à Rege facultatem officia transferendi potest illa vendere, sed debet accedere expressa: vel tacita licentia vendendi, quam censeretur habere is, qui vendere solet; aut patet, cui concederetur facultas transferendi officium in unum ex suis, qui sibi placuerit. nam nunc videretur reservare posse aliis filiis pensionem. Item, si Rex (inquit Azorius q. 6.) officia traderet fœminis, aut viris nobilibus, quos scit non obturos per se. Sed si quis absque ulla Regis facultate vendendi, vendat officia, quæ transferre potest, absque detrimento Reipublicæ, Sotus apud Salonium *in 2. 2 tom. 1 q 63 art. 2. contr. 8. concl. 4* sentit, peccare tantùm venialiter. Et quidquid sit de peccato, certè non tenetur ad restitutionem pretii. Ledesma *tom. 2 t. 7. c. 1. concl. 25. p. 3 t. 5. ref. 109.*† Sed peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri, docet novissimè de Proregibus *in p. 6.* Vide in V. *Prorex, num. 4.*†

23 Petes iterum: An liceat vendere Agnus Dei? Respondeo, Vide V. *Agnus Dei.* Pensiones sine licentia Summi Pontificis vendi non possunt *p. 10 t. 16. ref 94 § Sed quid.*

VESTES SACERDOTALES

Vestium sacerdotalium numerus,

1† VEstes Sacerdotales pro celebrando sunt Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Casula†. Et quidem Amictus, & Alba esse debent ex lino: cætera indumenta esse possunt ex quacumque materia.

Materia, Color, Figura

Nec multum refert, cuius sint coloris ordinatio enim Missalis est directiva, non præceptiva. Homob. *p. 1. t. 14 c. 15. q. 144* Rursus, Stola servire potest pro Manipulo, & è converso, quia talia indumenta non habent determinatam figuram Villalobos *p. 1 t. 8. dub. 28. num. 3 p 2. t. 14 ref 57. § Nota verò, & Nota etiam.*

Benedictio.

2 Debent autem sacræ vestes esse benedictæ. Sed Casula, Manipulum, & Stola ex una parte benedictæ, possunt servire ex utraque. Nec consecrationis formam amittunt, si pars aliqua non; sacrata illis cum filo profano suatur, vel scindantur aliquantò, nisi ad proprium usum fiant ineptæ. Azor. *p. 1. lib. 10 c. 28 q. 9. 10 ibi. §. Nota quarto.*

An Cingulũ fractum necti possit, & usurpari.

3 Cingulum non amittit benedictionem, si frangitur in duas partes ad cingendum sufficientes *p. 2. t. 14 ref 57. §. Nota tertio.* Et si neutra sufficiat, possunt necti, & usurpari. Marchantius *t 4. qq. Pastor c. 4. quæst 2* qui testatur de praxi, quamvis contrarium doceat Eminentissimus Lugo *de sacr Euch disp. 20 sect. 4 n. 100 ibid & t. 15. ref. 4 p. 5. t. 13 ref 92.*

Et an usurpari possit non benedictum?

4 Deficiente benedicto, usurpari potest Cingulum non benedictum, si sacerdos pauper velit celebrare pro eleemosyna, vel ad superandas tentationes, aut ex fervore devotionis, vel alia suppetat iusta causa, *p. 2 t. 14. ref. 68.* in fine In necessitate verò, ut adimplendum præceptum in die festo, secundum Llamp. *3 c. 5. § 16.* Sacerdos semel, vel bis celebrare potest absque Stola, Manipulo, vel alio quovis indumento non benedicto. Extra prædictos casus omnes fatentur fieri non posse sine mortali. Vide Nugnum *in 3 p. to. 1. q. 83. ar. 3 dub. vlt. in fine p 2. t 14 ref. 53.* Nihilominus probabilis est sententia Enriquez *lib 9 c. 29. num 5. ingl lit. A & B.* quod uti Cingulo non benedicto extra necessitatem, sit solum veniale, ex parvitate materiæ, quia Cingulum non est indumentum, sed ligamen indumentorum. Nec obstat, quòd in Missali posita sit Cinguli benedictio; nam ibi etiam ponitur benedictio Missalis, & aliorum librorum Ecclesiasticorum, & tamen non est mortale, celebrare cum Missali non benedicto *p 2 t. 14 ref. 68 & p 5 t. 5. ref 62.*

Saltem in necessitate.

5. Celebrare omnino sine aliqua ve-

ste sacra, ut sine Manipulo, aut Stola extra necessitatem, est mortale. Et Filiucius *tom.* 1 *tract.* 5 *c.* 5 *num.* 149. non admittit parvitatem materiæ. Sed ego puto, non esse mortale celebrare sine Cingulo, dummodo aliquid aliud eius vicem gerat. Et hoc ex parvitate materiæ. Non licere, sine omni veste, aut cum vestibus nimium sordidis, in aliquo casu celebrare, etiam ob periculum mortis, saltem si immineat in contemptum fidei, docuimus V. *Metus n* 3. *p.* 2. *t.* 14 *res* 57. & *p.* 5 *t.* 5 *res.* 26.

Aut celebrare sine aliqua omnino veste. Vel omnibus.

6 Vestes sacræ, amissa forma, possunt sine mortali in prophanos usus converti, sed decet non convertere. Vide supra V. *Vasa sacra, n* 5.

VICARIVS EPISCOPI

VICARIUS *Episcopi An significet Vicarium omnis habentis iurisdictionem Episcopalem*

1 PEr Vicarium Episcopi intelligit Ochagavia *in sacram. t.* 4 *q.* 11. *nu.* 23 Vicarium habentis jurisdictionem Episcopalem, quales sunt quidam Abbates. Item Vicarium Episcopi electi & confirmati, sed nondum consecrati, & Vicarium Capituli sede vacante: quos proinde omnes cognoscere posse de causis delegatis Vicario generali Episcopi, & exequi dispensationes in matrimonii impedimentis, & litteris in forma *dignum*, quæ Vicario Episcopi committi solent. Sed de hoc vide *n.* 4 *p* 5 *t.* 12. *res.* 29.

Et dispensare possit in denunciationibus matrimonii?

2 Vicarius Episcopi, secundum Sanchez *de matrim. tom* 1. *lib* 3 *disp.* 7. *n.* 11. dispensare potest, ut denunciationes matrimonii ex iusta causa omittantur, nisi sibi hanc facultatem Episcopus reservaverit: quia hæc potestas à Tridentino conceditur Ordinario, qualis est Vicarius. Sed contrarium tenendum est cum Pontio *lib.* 5. *cap.* 31. quod declaravit sacra Congregatio apud Enriquez *lib.* 11 *c.* 5 *n.* 5. Et certe si Tridentinum hanc facultatem commisisset Vicario, nec ei posset impediri ab Episcopo, ut ait Sanchez *part.* 3 *t.* 4. *resol.* 238. Non potest dispensare in casibus Papalibus, in quibus potest Episcopus; nisi de speciali commissione, nec per Bullam Cruciatæ, quod jam prohibitum est Regularibus. Diana, & alii *p.* 9 *t.* 6 *res.* 56.

Vicarius non potest sine licentia specialis Episcopi.

3 Vicariatus Episcopi non est beneficium, & ideò in illius emptione & venditione non incurruntur pœnæ simoniæ, de quibus V. *Simonia, num.* 2. & 4.

4 An vero Vicarius Generalis comprehendatur sub nomine Episcopi in Decreto Concil Trid *cap.* 6. *sess* 24. *de reform.* videtur affirmare Sayrus *de cens. libr.* 4. *cap* 17. *numero.* 19. & Victorellus *in Notis ad Toletum libro* 1. *c.* 46. Sed hoc refellit ex sacra Congregatione P. Thesaurus *in praxi de pœnit. p.* 1 *c.* 24 *vers. Respondeo* 3 in fine, nisi specialiter ab Episcopo facultas committatur *part* 7. *t.* 2 *resolut.* 5. § *An vero.*

Et comprehendatur sub nomine Episcopi in Decreto Conc. Trid.

5 An item Vicarius præcedat Archidiaconum, controversa est quæstio, & non desunt pro utraque parte argumenta; Sed tamen communis sententia stat pro Vicario, quam tuetur Valenzuela *tom.* 2 *cons.* 101. *n.* 30 & *seqq.* & alii Immò Sbrozzius *lib* 2. *quæst.* 23. *n.* 7. ampliat, etiamsi Archidiaconus haberet Privilegium obtinendi primam sedem pòst Episcopum, & *num.* 4. ampliat, ut non solum debeat precedere Archidiaconum, verùm etiam Abbates, Archipresbyteros, Canonicos, & alios Prælatos Episcopo inferiores: & *n.* 11. Quod præcedit Canonicos, etiam Episcopos, in sedendo; & ambulando, & in processionibus, cum præsente Episcopo, nisi esset Canonicus, quia tunc sedebit in loco suo, *nu.* 17, & quod Gubernatorem, vulgò Capitaneum, in functionibus Ecclesiasticis Vicarius Episcopi præcedat, tenet Aloys Ric. *in praxi for Eccles. decis.* 580. *in prima edit.* & *res.* 555. *in secunda edit.* Sed de materia præcedentiæ lege allegationes Io Baptistæ Laurea, Allegat. 51 & 52 *p.* 7. *t.* 10. *res.* 21.

De eius præcedentia varia.

* Vicarii Episcopalis potestas est ordinaria, ideoque venit nomine ordinarii

rii in his, quæ veniunt ex generali commissione vicariatus. *part.* 10. *tom.* 15. *resp.* 31. § *Verum.* Probabile autem est non posse amoveri ad libitum, nec amotum censeri per creationem secundi Vicarii. *p.* 10. *t.* 15. *resp.* 24.

Vicarius Episcopi non potest facere concursum ad beneficia sine speciali mandato *p.* 10. *t.* 15 *resp.* 23 Potest tamen ei committi potestas conferendi beneficia, etiamsi sit tantum Vicarius in spiritualibus *Ibid.* § *Sed si quis.*

VICARIVS CAPITVLI.

An Vicarius Capituli succedat in omni iurisdictione Vicarii Episcopi?

VIcarius Capituli sede vacante secundum Ochagaviam *de sacr. tr* 4. *q.* 11. *n.* 23. succedit in omni jurisdictione ordinaria Vicarii Episcopi, ac proinde exequi potest dispensationes in impedimentis matrimonii, & litteras in forma *Dignum*, quæ Vicario Episcopi committi solent. Contrarium docet Garzias *de benefic to* 2 *part* 6, *c.* 2, *à num.* 45. quia usus Curiæ, & Cancellariæ habet, sede Episcopali vacante, non dirigere litteras in forma *Dignum*, Vicario Capituli, quia non confidit de illo, sed Vicario Episcopi vicinioris, Et sic sacra Congregatio die 24. Maij 1521 declaravit, dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & ejus Vicario generali. si sedes vacare contingat, non posse per Vicarium capitularem expediri. Et iterum die 2. Augusti 1631 censuit; Capitulum, seu ejus Vicarium, non posse exequi commissiones Apostolicas in forma *Dignum*, & alias directas Episcopo, vel ejus Vicario generali, intuitu officij, vel sub nomine dignitatis. Et hæc omnia docet Barb. *de iur. Eccl lib* 1. *c* 32 *n.* 47. Quamquam observet Gavantus *Enchir. v. Capitulum sede vacante, num.* 55. sacram Congregationem Episcoporum die 5. Febr. 1601. declarasse, Vicarium Capituli posse exequi litteras directas ad Vicarium Episcopi sub nomine Vicarii. Et die 10. Aprilis 1655. Vicarium Capituli posse exequi litteras Congregationis directas Episcopo defuncto, & ab eo non executas *p.* 5. *t.* 14 *resp.* 29. Non posse autem punire Regulares prædicantes in Ecclesiis sine licentia, & benedictione, docet Pater de Bellis *in Alleg. Hispano idiomate conscripta*, § 1. *num* 3. quia non succedit in jurisdictione delegata Episcopi *p.* 7 *t.* 12 *resp.* 26. Nec potest suspendere, & ordinare, ne aliquis Regularis amplius prædicet. Idem Pater de Bellis *citat. par.* 1 *asser.* 1. *num.* 5. *& seqq.* & Dordon. *in consil. Regul resp* 36. *num* 14. *ibi resol* 27. Nec item potest visitare Monasterium Monialium exemptarum, & Sedi Apostolicæ subjectarum Steph. Bav. *in Theol mor. p.* 1. *t.* 11 *q* 24. Non enim succedit Episcopo in his, quæ illi competunt tanquam sedis Apostolicæ delegato *ibid. resp.* 28. Nec etiam degradare potest. Etsi ferre possit sententiam degradationis, *p.* 10. *t.* 11. *resp.* 51.

Et in omni iurisdictione Capituli absque speciali commissione?

7 Succedit etiam, secundum Genuensem, quem citat & sequitur Garzias *de benef. tomo* 1. *p.* 5 *c.* 7. *num* 25. in omni jurisdictione Capituli absque speciali mandato, aut commissione, etiam quoad ea, quæ ad Vicarium Episcopi absque commissione non transeunt. Nam cum Tridentinum arctet Capitulum ad constituendum Vicarium, qui totam jurisdictionem administret; eo ipso, quod in Vicarium eligitur totam Capituli jurisdictionem recipit, à quo proinde nec ulla causa alteri delegari potest. Sed alij censent, jurisdictionem Vicarij esse cumulativam, quoad Capitulum: nam ita erat de jure antiquo, quemadmodum potestas Vicarii Episcopi, cui in jurisdictione succedit Capitulum jure ordinario, exceptis certis casibus: nec Tridentinum in hoc aliquid innovavit, sed solum arctavit Capitulum ad eligendum Vicarium infra octiduum, quo elapso potestas eligendi devolvatur ad Metropolitanum. Ex quibus sequitur, posse Capitulum aliquas causas delegare, & in eius Vicarium non transire majorem potestatem, quam quæ inest Vicario Episcopi, ac proinde non posse sine

sine speciali mandato dispensare in casibus, in quibus dispensat Episcopus. Et denique Capitulum restringere posse jurisdictionem Vicarii, quandocunque sibi libuerit. Merol *to. 3. di p. 7. dub. 25. à num. 252. part 6. tractat. 7. res.* 41.

Nec à Capitulo revocari possit absque iusta causa?

8 Verum, Capitulum secundum Zipæum *lib. 3 tit Ne sede vacante, nu. 4.* non potest ad libitum, & absque justa causa Vicarium revocare. Et sic aiunt, rescripsisse sacram Congregationem; quia revocare aliquem ab officio, maxima pœna est, *l. 2 de offic procur.* Sed affirmativam sententiam tenet Azorius *tom. 2 lib. 3 cap. 38. quæst.* 18. & Galletus *M. S. v Vicarius num. 3.* testatur, ita declarasse sacram Congregationem. Sed in hoc casu teneretur Capitulum alium Vicarium intra octo dies instituere, aliàs jus instituendi devolveretur ad Metropolitanum, vel si ipsum sit Metropolitanus, ad Episcopum antiquiorem, *part. 3 t. 6 res 27.*

rius Conveniat priv. t. 1 const. 4. Sixti V. § 6 num 16. tus possit dare facultatem reservatorũ?

naturalem, potest secundum Peyrinum concedere facultatem absolvendi reservata: quia est absolutus Superior, ac proinde habere debet omnia necessaria ad administrationem, & sic potestatem spiritualem. Neque enim diu Religiosus in malo statu detinendus est. Sed hæc opinio non procedit, si superior eodem die sit reversurus, aut si subditus de industria Confessionem sine causa distulisset ad illum diem, vel denique in ea Religione, ubi contrarium statutum sit, *p. 3 t. 1. res.* 28.

Et Confessarium extra Religionem eligere.

11 Potest etiam ipse Vicarius in tali casu Confessarium extra Religionem eligere, ex privileg. cap *ne pro dilatione*, ut dictum est V *Prælati.* Minimè verò superiore præsente, nam tunc non potest verè dici Prælatus exemptus. Contra Pasqualigum *decis.* 103. *num* 2 Immò Bordonus *res.* 34 *n.* 50. nec absente superiore; tali privilegio frui eum posse permittit *p. 6 t. 8 res.* 15.

VICARIUS Cardinalis.

Quid de Vicario Cardinalis,

9 SI Cardinalis suo Vicario generali dederit facultatem conferendi beneficia, hic potest secundum Germonium *de Indulgen. § Tibi n* 85. illa conferre extra diœcesim. Sed Massobrius *praxi 26. dub. 5. nu 6* id verum putat, si Cardinalis reperiatur in Curia Romana, aut absit à Curia & diœcesi cum licentia Papæ, minimè verò si absit sine licentia: quia tunc ipse Cardinalis conferre non posset, & nemo dat quod non habet Canon. *Diabetum 1. q 7.* facit *c. nemo 79. de reg iur. in 6 p 5. t. 2 r. 43.*

VICARIUS & Conventus.

QUANDONAM *Vicarius* 10 VIcarius domus Religiosæ, absente superiore per unum diem

VIDUA.

Vidua quæ dicatur?

1† VIdua dicitur non solùm, quæ nupta esse desiit, sed etiam quæ numquam nupta fuit, vel maritum habet inhabilem, ita damnatum ad perpetuum carcerem. Et sic Baldus *C ad l. fla. de pla per quam no.* tener, privilegiis viduæ gaudere inutiliter nuptam†. *p 11 tr 3 res* 8.

Et quæ habeat privilegia.

2 Inter alia viduæ privilegia illud est, quod potest convenire laicum coram judice Ecclesiastico, quod etiam habet pupillus, orphanus, & omnes personæ miserabiles, ex *c super quibusdam. de verb. signif.* Cenedus *qq. can q.* 14 *n* 4. & alii. sed hoc conceditur viduæ & pupillo pauperibus, non autem divitibus *p. 4 t. 1 res* 90.

3 An ex Monialibus vidua eligi possit in Abbatissam, vide V. *Abbatissa*

4 An viduæ licitum sit delectari de copula matrimoniali præterita, Vide V *Delectatio moresa, n.* 8.

5 Vi-

5. Viduæ Comitissæ, Marchionissæ, Ducissæ, & Principissæ an teneantur pro sumenda Bulla Cruciatæ solvere decem tarenos, vide V. *Bulla Cruciatæ, num. 83.*

VITAM exponere.

VITAM exponere tenentur homo

† VErbo *Occidere semetipsum* dictum est, nemini & in nullo casu licere, directè, seipsum occidere, quamvis in aliquo casu possit quis permittere sibi mortem inferri ex iusta causa. Nunc videndum, an ex aliqua causa quis periculo vitam exponere possit, aut etiam debeat.

Pro salute temporali reipublicæ.

1 Igitur primò, potest & tenetur homo propriam vitam exponere pro salute Reipublicæ & bono communi. Et sic innocens, si peteretur ab hostibus obsidentibus civitatem, teneretur se prodere, & vitam exponere pro civitatis salute. Vide V. *Occidere, num. 30.* †.

Et spirituali proximi. In extrema necessitate.

2 Secundò tenetur homo vitam naturalem exponere pro sublevanda extrema necessitate spirituali proximi, nisi ipse timeat amittere Dei gratiam & amicitiam, terrore videlicet cruciatuum, aut nisi quis teneatur strictiori vinculo aliis proximis, qui, illo vita functo, magnum forent subituri discrimen. Villalobos *tom. 3 tract. 3. diff. 7 n. 7. p. 5 t. 13. ref. 23.*

Quæ non urget quando proximus potest sibi opem ferre saltem physicè.

3 Cæterùm Valentia *tom. 3 disput. 3. q. 4. punct. 3.* extremam necessitatem spiritualem proximi urgere putat, quoties aliquis non potest, nisi cum gravi difficultate, vitare mortem æternam, quamvis physicè possit *p. 4 t. 13. ref. 24.* Ut si quis (ait ipse *punctò post 5. concl.*) seducatur ab hæretico, sed vincibiliter veritatem ignoret, aut quis exerceat aliquem contractum injustum ignorantia vincibili, & nemo sit, à quo veritatem edoceatur; item si quis velit filiam prostituere, unde illa ex circumstantiis videatur, moraliter loquendo, spiritualiter peritura, in his inquam casibus teneri hominem subvenire, etiam cum detrimento propriæ vitæ *part 3 t. 5. ref. 51.* Sed contrarium tenet Mendoza *in 2. 2. disp. 144. sect. 3 § 28* scilicet extremam necessitatem spiritualem esse, quando Petro, v. gr. salus physicè est impossibilis, si ego non succurram. Nam si potest sibi cum Dei gratia providere, quâvis ægrè & difficillimè, ejus vitio tribuitur, si id negligat. Non enim teneor subvenire proximo cum meo dispendio quando ipse sibi sufficit. Et sic injustum mei aggressorem possum occidere, quamvis videam esse damnandum, quia potest sibi, ab aggressione abstinendo, providere, & non vult *p. 5 t. 13 ref. 24 § Sed contrariam.* Itaque in casibus Valentiæ non urget extrema necessitas, quia illæ personæ laborantes ignorantia vincibili, possunt se juvare, & illa filio potest resistere defloranti, & non peccare. Ita Coninch *de fide, disp. 25 dub 3. n 91. usque ad 95.* Qui tamen in casu de hæretico subvertente docet, occurrendum esse cum vitæ discrimine, sed ex alio capite *part 3 t. 5 ref. 51. § Sed omnino.* Deducit etiam ex dictis Mendoza, me non teneri per se lege charitatis ad commorandum in urbe purganda aut defendenda ab hæresi, ob salutem privatam huius, vel illius hominis; quia hæresim nemo contrahit, nisi suo vitio, *p. 5. t. 13 resolut. 24. § Ex quibus.* Contra verò (ait Sylvius *in 2. 2. quæst. 26 art. 5* contra Sa *v. charitas, num 4.*) si infans moribundus nondum sit baptizatus, & quis me impedit ab illo baptizando, si non est aliud remedium, teneor illum baptizare, & permittere meo occidi; quia ille non potest sibi succurrere. Nec refert, quod talis necessitas sit ab extrinseco; immò magis urget, quia minus voluntaria, *part 3 t. 51 § Notandum* Ita etiam (ait Coninch *ubi supra num. 89.*) Confessarius tenetur cum vitæ discrimine confessionem moribundi audire, si in peccato mortali existens, ignorat omninò esse sibi necessariam contritionem extra sacramentum, aut quid sit contritio, & quomodo

posit ad illã se excitare Secus si ille possit sibi per contritionem providere *p. 3. t. 5 ref. 50.*

Sed, si quis teneatur ex officio, vel à Capite, tenetur etiam in necessitate mortaliter à proximo insublevabili.

4 Porrò supradicta doctrina procedit per se, & ex vi solius præcepti charitatis. Nam secus dicendum est, si adest obligatio ex voto aut officio; Episcopus enim non potest fugere vim hæreticorum, si adsit spes fructus, quia *bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis* Et idem est de Parochis & beneficiatis, quoad administrationem sacramentorum. Vide V. *Parochus, à num. 5.* At milites Ordinum militarium non tenentur hoc onere, quia eis beneficia dantur ob bellum. Tenentur tamen eorum Capellani, & ipsi obligati sunt defendere armis eos, à quibus beneficium habent. *part. 5. t. 13. ref. 24.* in calce.

Sed quid si in tali casu suffragaturus sit in statu peccati.

5 Petes hic primò. Quid faciendum, si quando urget extrema necessitas subveniendi saluti proximi cum periculo vitæ, ipse inveniatur in statu peccati mortalis? Respondet Mendoza *in 2 2. disput. 144 sect. 3. § 25.* duo genera periculorum distinguens. Primùm, quod imminet ab omnibus in odium fidei, aut pietatis. Secundum, quod imminet à rebus inanimatis, vel ab omnibus, non in odium Dei, sed privatum, ut si, v. gr. debeam moribundum paptizare, transeundo per flumen periculosum, vel per viam ab inimico obsessam, ut me occidat. In primo casu teneri me subvenire proximo; qua vel tunc paterer martyrium, cum quo vel sufficit attritio supernaturalis, quæ est facilis, vel si contritio requiritur in facto tam heroico, Deus de ea providebit. In secundo verò, si possum facilè exercere amorem Dei super omnia; & validè probabiliter me putare in gratia, sicut putare possum post Confessionem, teneri subire periculum. At si quis peccatis assuetus, & ad contritionem perdifficilis esset, & nixus illam exercere, adhuc prudenter timet, non teneri se exponere: quia in periculo æquali unusquisque tenetur prius sibi, quam alteri. At Bannez *in 2. 2. quæst. 23. art. 5. concl. 2.* absolutè respondet ad dubium, hominem iustum teneri: ex quo omnem peccatorem excusare videtur. *p. 5. t. 13. ref. 23.*

Et an, qui administrasset invalidè Sacramenta, teneretur se exponere pro vitando periculo spirituali proximi.

6 Petes secundò. An qui administravit Sacramentum Baptismi vel Ordinis invalidè, teneatur hunc defectum manifestare cum periculo vitæ, aut honoris? Quoad Baptismum vide V. *Baptismi, n. 54.* Quoad Ordinem teneo contra Ochagaviam, quòd si sit sermo de Ordinibus minoribus, vel etiam Subdiaconatu, & Diaconatu, & successerit validus Presbyteratus, non teneatur. Nam omnes hi Ordines continentur virtualiter in Sacerdotio; atque adeò mala, quæ timet Ochagavia, non imminent. Secus vero, si invalidè quis contulisset Ordinem Sacerdotalem, vel Episcopalem: quia ex his invalidè susceptis sequuntur multa incommoda; propter quæ diximus V Ordinis *n. 4 & 5.* Episcopatum & Presbyteratum receptos cum probabili opinione de validitate, & invaliditate, iteranDos esse sub conditione, minimè verò Diaconatum, & alios inferiores *p. 5. t. 13 ref. 55.*

LICITUM *est vitam exponere pro conservanda vita proximi.*

7 Petes tertiò. An liceat vitam propriam exponere pro conservanda vita, honore, vel facultatibus, alterius? Respondeo, pro conservanda vita Principis, aut personæ necessariæ Reipublicæ licere; (immò adesse obligationem. Vide V. *Occidere, num. 55.*) unde potest quis se objicere telo ad conservandam vitam Principis. *part. 5. tom 4. resolut. 31. § 1.* post medium. At pro servanda vita privati, Scotus *in 3 dist. 29 arg. ad oppositum* ait non licere, quia dilectio sui est mensura dilectionis proximi, dicente Domino *Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Sed mensura est perfectior mensurato, ergo non licet magis diligere proximum, quam se ipsum. Azorius *tom 3. libr. 2. cap. 3 quæst. 1.* & alii dicunt, licere. quia ordo charitatis incipiens à se ipso, staturus est in bonis gloriæ, vel virtutis; non autem in naturalibus. Faber *in 4. dist.*

4. dist. 15. q. 3. disp. 52. c. 1. num. 41. distinguit, & non licere inquit, exponere vitam propriam pro salvanda solùm vita corporali proximi; licere tamen pro salvanda vita cum aliqua virtute, saltem amicitiæ, quæ, si non est virtus, est tamen virtuti coniuncta. Paulò aliter distinguit Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 26. *art* 5. *sect* 3. *disp.* 28. *memb* 3. *num.* 65. dum ait, non licere exponere vitam pro conservanda vita extranei (esset enim imprudentia) licere tamen pro servanda vita patris, matris, vel etiam amici, cum quo intercedat magna & honesta amicitia. Sed secunda sententia est probabilis. *part.* 5. *tract* 4. *resol* 28.

Vt in pari necessitate relinquere illi cibum unicū.

8 Igitur probabile est, licere constituto in extrema necessitate relinquere cibum unicum, & necessarium ut sumat alius paris necessitatis: item occurrere hostibus, vel bestiæ furenti, ut amicus evadat: item, non se defendere, occidendo invasorem, cum possit: item, tradere equum alteri, ut fugiat, & in manibus hostium remanere: item in maximo frigore dare alteri vestem unicam. Vide Bovium *part.* 2. *lib.* 12. *cap* 4. *quæst* 4. *Ibid* § *Eodem* Item potes servire infectis peste, etiamsi putes te moriturum. *part* 5. *t.* 4. *res* 31. §. 2. propè finem. Item, probabiliter docuit Malderus *in* 2. 2. *tr.* 3. *c.* 1. *dub.* 19 contra Sotum *lib.* 5. *quæst.* 1 *art.* 6 licere naufrago habenti tabulam, ut se super aquas detineat, dare illam alteri, & evidenti, seu certo periculo se exponere: nam id non est directè se occidere, sed solum non se tueri, cum possit alioquin enim neque id liceret pro vita Regis. Advertè hic obiter, te non teneri ad tabulam in nauf. gio præoccupatam alteri admittere, si non sufficit utrique: at sit uterque simul occupatis, sponte quis potest alteri cedere, aliàs lis fortè dirimenda. *p.* 5. *t.* 4. *resol* 28. § *Sed quia*, & *res.* 42.

Occurrere bestiæ furenti ut proximus evadat.

Servire infectis peste.

Præbere alteri tabulam unicam in naufragio

9 Pro servando proximi honore, vel facultatibus, ait Lorca *in* 2. 2. *sect.* 2. *disp* 28. *mem.* 3. *num.* 60 posse quem negligere vitam, v. g. ne alius illam tueatur cum suo dedecore, vel dispendio bonæ partis suarum facultatum? minimè verò se offerre evidenti mortis periculo, objicere se, v. g. latronibus, bona alterius diripientibus ut illi contra se occupati essent à furto. Nam in primo casu ille solùm non conservat suam vitam; at in secundo voluntariè perdit. Sed Sot *lib.* 5 *q.* 1 *a* 6. absolutè, licere, inquit, vitam exponere pro tuendo honore vel facultatibus amici, sicut pro tuendis honore, vel facultatibus probriis. *p.* 5. *t.* 4. *res* 29.

Et aliqui dicunt, licere vitam exponere, pro conservando honore proximi, aut facultatibus.

12 Petes quartò. An licitum sit, ad experiendam virtutem theriacæ, sumere venenum? Negativè respondet Mald. *in* 2. 2. *t.* 3 *cap.* 1. *dub.* 9 Rodriq; verò *in sum. to.* 1. *c* 221. *n.* 3. distinguit, si auctor theriacæ sit valdè peritus, & qui illam sumpturus certus sit de illius virtute, facta prius experientia, cum bruto, posse venenum sumere. Si verò adest periculum vitæ, non posse *part.* 5. *t.* 4. *res* 38.

An liceat sumere venenū ad experiendam virtutē theriacæ.

VITAM *Abbreviare.*

11 Dediti mortificationibus, & pœnitentiis non sunt multum scrupulosi (ait Granado *in* 2. 2 *contr.* 3. *tr.* 6. *disp.* 2. *sect.* 3. *n.* 12) in eo, quod nimiis pœnitentiis sibi vitam abbreviant, rarò enim, aut potius nunquam, damnandus esset in hoc quis peccati mortalis. Vnde ait Victoria; quod si medicus dicat, ne bibendo vinum, protrahere posse vitam ad decennium, adhuc potes ab illo abstinere. Alii se extendunt ad annos duodecim. Item non teneri inquit, pretiosum pharmacum emere, vel civitatem salubriorem inquirere ad protrahendam vitam. Neque dicas, quod non potest homo, cui unicus vitæ superest dies, se occidere; ergo non potest abstinentiis vitam sibi ad aliquot annos abbreviare. Nego enim consequentiam, siquidem in primo casu peccatum com-

Nimiis mortificationibus vitam sibi breviorem reddere.

committitur propter homicidium, non propter detractionem dici illius vitæ; in secundò autem solam gubernat homo vitam modo debito circa divina obsequia, quæ plerumque consistunt in rebus vitæ corporalis contrariis. Adde, quòd cum incertum sit, quantum vitæ unicuique supersit, juvenibus, & robustis plerumque senes superstites relinquentibus, qui carnem spiritui subiicit, opera exercens, vitæ conservationi minus accommodata, non agit contra rationem. Ita ille. Sed in hoc optimum consilium erit, nihil facere sine consilio prudentis confessarij, & Superioris *part 5 t. 4. resol 33.*

Et vino nive, adhibere?

12 Excusant etiam eos aliqui apud Bonac. *t. 2. disp. 2 q. ult sect. 1 p. 7. num. 9.* à mortali, qui ad tollendum vini calorem adhibent nivem, etiamsi inde prævideant fore, ut citius pereant: quia hæc videtur ad mortem levis, & indirecta cooperatio *p. 5 t. 4. resol. 27.* An damnatus mori per famem, possit cibum clam oblatum, & infirmus medicamentum respuere, vide V. *Occidere, n 37. & 38.*

VOTI NATVRA.

Votum est deliberata.

1 † VOtum est deliberata, & voluntaria promissio facta Deo de meliori bono. Explicatur definitio. Dictum est primò, *Deliberata*, requiritur enim ad votum ea deliberatio, quæ sufficit ad peccatum mortale, unde votum emissum in primo motu, in quo nulla est deliberatio, & libertas, vel etiam in secundo primo, in quo est deliberatio imperfecta, sufficiens solùm ad committendum veniale, nullum est. Dictum est secundò *Voluntaria*. Ad voluntarium duo requiruntur: Scientia objecti, circa quòd versatur & libertas. Actus factus ex ignorantia, vel per vim, & metum, non est voluntarius, nec esse potest votum. Hinc vota infantium sunt invalida, quia non habent discursum †. Quod si dubium sit de deliberatione perfecta, quia fuit aliqua animi perturbatio, ex morbo, v. g. Suarez *de Relig. tom. 2 lib. 3 c. 6 num. 10* docet votum obligare; quia rarò contingit in his casibus deliberationem esse imperfectam, & ideò ex communiter accidentibus præsumi fuisse perfectam. Et idem in dubio circa ætatem, respondet Turrianus *opusc 10 disp 1 dub 2* Sed contrarium docet Sotus *lib. 7 quæst. 3. art. 2. decima.* & probabiliter Sanchez *in summ, tom. 1 lib 4 c. 1, num. 14.* distinguit, & si erat completum septennium, obligare; si non erat completum, non obligare; quia post septennium præsumitur usus rationis adesse, antea non item. Si verò dubium sit, an completum fuerit vel ne; in favorem voti præsumendum. Sed, stando in hac sententia, advertit Suarez, præsumptionem discursus post septennium posse ex contrariis conjecturis deficere, vel minui, & à contraria æquari, & tunc votum non obligare *p. 3 t. 6. res 50 § Notandum, & part 4. tract 4. res. 11*

Et voluntaria,

2 † Tertium, in voto necessarium est, *Promissio*, nam quamvis aliquis proponat ex toto animo aliquid facere, adhuc non tenetur, nisi promittat. Itaque in tantum obligat votum, in quantum accessit promissio: & eo modo obligat, quo obligare se voluit promittendo. Sed circa hoc sunt multa dubia †. *Pro*

3 Primum est An teneatur ad votum dubius an illud emiserit? Affirmativè *Certo* respondet Vasquez *in part. 2. quæst. 19. art 7. disput. 65 c. 3.* si voti adimpletio non sit multum incommoda, quia in dubiis tutior pars eligi debet. Sed contrarium tenendum est cum Maldero *in 1. 2. quæst. 19. art. 5. disp. 87.* Sive votum sit positivum de faciendo aliquid, sive negativum de non faciendo, contra Garziam. Quia in tali dubio possessio stat pro libertate, & in dubiis melior est conditio possidentis *part. 2. tom. 17. resolut. 45. & part. 4 t. 3. res 10.* Contra verò, si quis certus est se voluisse dubitat verò, an habuerit animum se obligandi; nam tunc possessio stat pro voto *part. 3, t 6 resolut. 50 §. & tandem,*

& part

& par. 4 t.3.resp.10 §. *Notandum*. Et 11.§. *Notandum*. Et quamvis Rebellius *part.* 2 *lib.*1.*quæst.*2 *sect.*2. contrarium doceat, in casu, quo dubium non esset æquale, sed magis propensum in partem affirmativam: & in hoc casu obligari ad partem voti pro ratione majoris propensionis, docuerit Sanchez *de matrimon. tom.*1 *lib.*2.*dis.* 41 *num.* 34. tamen nostra conclusio ad hunc etiam casum extendenda est, quia possessio libertatis præponderat majori probabilitati contrariæ partis: nec vinci potest, nisi per rationes efficaces, quòd votum emissum sit. Et ita docuit postea Sanchez *in Decal.tom.*1.*lib.*1 *cap.*10 *num.* 36. & post ipsum Paul.*t.*3.*dis.*3.*punct.*9 *num.*2 & alii,*p.*2.*t.*15 *res.*9.*p.*3.*t.*6. *res* 50. § *Nota etiam*,&*p.*4.*t.*3.*res.*12

Dubia circa voventem Religionem absolutè.

4. Secundum dubium. Vovens Religionem absolutè. ad quid tenetur? Respondet Cajetanus *in* 2.2. *quæst. ult. art.* 4.*dub.*3 teneri illam ingredi, & si in anno probationis invenit omnia grata, profiteri; quia hæc est communis intentio voventium Religionem. Sed Navarrus *lib.* 5 *cons.* 19 & *in* 2. *edit. cons.* 25. putat, tale votum intelligi de ingressu ad experiendum cum omnimoda libertate ad profitendum, eo scilicet modo, quo annus probationis in jure conceditur, *cap.* 1. & 2. *de Regul. in* 6. Adverte autem, quod stando in prima sententia, causa legitima egrediendi è Religione est sola displicentia Religionis, & invenire eam sibi incommodam. Quam displicentiam ait Sanchez *in summ tom.*1.*lib.*4.*cap.*16.*numer.* 100. debere esse cum passione, anxietate, & tristitia animi, sive ex naturali causa, sive ex Dæmonis tentatione proveniat, quæ duret per mensem & expelli non possit. Et si sit valdè magna, excusare posse in primo congressu. Quod si quis bona fide ingressus, sua postea culpa expellatur, remanet obligatus, ac si ingressus non fuisset, quia hoc votum includit conditionem; *si detineatur*, & cujus culpa conditio non impletur, tenetur voto; ac si impleta fuisset. Toletus *lib.*4 *cap.*17 *num.* 12. Contrarium tenet Azorius, *p.*1.*lib.* 11.*cap.* 21 *quæst.*9 & amplecti potest in casu, quo quis mediocri diligentia adhibita ad se corrigendum, ex infirmitate tamen, aut prava indole, vel habitibus, in culpas lapsus est, *part.*4 *tract.*4 *resolut.*25 §. Sed hæc doctrina non videtur congruere cum responsione ad dubium tertium, nec cum doctrina *num.*18.† Si autem determinatam vovens Religionem, ingressum tentans, repulsam haberet absolutam, cessaret obligatio, ita quòd, etiamsi à Superioribus postea invitaretur, non teneretur amplius ingredi: quia non censetur se obligasse ad voti executionem per totam vitam; (nimis enim gravis esset hæc obligatio) seu infra annum, v. g. in quo si diligentiam adhibeat ut acceptetur, jam votum adimplet, vel dic, illud votum esse conditionatum, *si facta petitione acceptetur*: unde si non acceptetur, obligationem extingui. Secus si Prælatus repulisset ob falsam informationem, qua postea cognita, vellet admittere. Lessius *lib.*2 *c.*41 *dub.*5.*n.* 44. contra Sanchez *num.*71.*part.*6 *t.*7 *res.*52

An etiam professionem.

5. Dubium tertium, Quid, si, qui vovit Religionem, promisit etiam profiteri? vel de hoc dubitat? Respondeo, in primo casu Sanchez teneri putat *in Decal.tom.*1.*lib.*4.*cap.*16. *num.* 81. ad professionem; quia cum promiserit duo, id est ingredi, & profiteri, utrumque implere debet. Sed Reginaldus *tom.*2.*lib.*18 *cap.*25.*num.*383. probabiliter docet, hoc etiam votum intelligendum esse secundum Canones, concedentes annum probationis ad probandum, an Religio placet. Unde Tridentinum *session.* 25. *cap.* 15 & 16. irritat professionem emissam ante annum, & suspendit omnes renunciationes in tempus professionis, ut Novitius omninò liber sit toto anno ad exeundum, si Religio displiceat; & votum supra factum intelligitur conditionaliter, *si bona fide Religio placere deprehendatur part.* 2. *tractat.*7.*resol.*17. Quod à fortiori procederet, si quis Religionem ingressus, & perseverare volens, ex justa causa, licèt tem-

temporanea, expelleretur; cessante enim causa, non teneretur redire; quia non est verisimile, voluisse se obligare ad superandas difficultates profitenti in omnibus probationibus possibilibus. Suarez *de relig. tom. 3. lib. 4 cap. 4. numer. 15.* contra Sanchez *ubi suprà numer. 82. tract. 7. resolut. 53 & 24. §. Notandum.* In secundo casu vovens non teneretur in Religione perseverare; quia votum in dubio obligat ad id, quod minus est, dum possessio non stat pro verbis voti, quorum vovens non recordatur. Sanchez *in sum. ubi suprà, cap. 13 num. 17. part. 4 tract. 3. resolut. 10 §. Ex his*, post medium, & *resolut. 36.* Qui bene addit, quòd si quis dubitat, an voverit, castitatem independenter à Religione, si recordetur verborum voti, judicandum est secundùm communem illorum intellectum, ut si expressa sit castitas & Religio, utrumque obliget principaliter, itaut si è Religione egrediatur, teneatur castitatem servare; si verò sola Religio expressa sit; & dubitetur de intentione voventis, vel ipse recordetur se voluisse obligare ad castitatem, at dubitet an dependenter, vel independenter à Religione, castitas obligabit dependenter à Religione, nam possessio stat potius pro libertate etiam in secundo casu, cùm sola expressa sit, qui enim utrumque principaliter promittit, solet utrumque exprimere, *part. 4 tract. 3. resolut. 42.* Ex dictis generaliter ad

De incerta quantitate.

6. Quartum dubium: Certus de voto quoad substantiam, & dubius quoad quantitatem, vel qualitatem, ad quid tenetur? Respondeo teneri ad minus, quia ubi agitur de obligatione inducenda, interpretatio debet esse mitis, *cap. 1. de jurejur. lib. 6 & l. quidquid astringenda, ff. de verb oblig. part. 3. tract 6 res. 50.* Igitur primò, vovens Religionem in communi, non specificans hanc vel illam, vel dubitans quam specificaverit, satisfacit ingrediendo laxiorem. Sanchez *cap. 13. num. 17.* contra Azorium *tom. 1. lib. 11. c. 13 quæst. 9. p. 4. t. 3. res. 10. §. Ex his, & res. 36.* in fine. Immò probabile est satisfacere, si fiat miles S. Joannis Hierosolymitani; Nam hæc est vera Religio, ut dictum est V. *Religiosi.* Aragonius *in 2. 2. quæst. 88. art. 11.* contra Sotum *lib. 7. qu. 5. articul. 3.* & Pontius *de imp. causa 27 quæst. 2. §. 4.* satisfacere putat, si suscipiat Ordinem D. Jacobi, & profiteatur in illo juxtà præscriptum Alexandri III. non aliorum Pontificum, qui illud ex parte immutaverunt. *part. 2. tract. 16. resolut. 36*

7. Secundò, qui vovit castitatem, & dubitat an promiserit omnimodam, an tantùm conjugalem; perpetuam, an ad tempus, tenetur solùm ad conjugalem, & temporaneam. Sanchez *sum. tom. 1. lib. 4. c. 13. n. 16 & 17 p. 3. t 6. res. 50. §. 1. circa medium, & p. 4. t 3. res. 36. §. Verùm*, post initium.

8. Tertiò, qui vovit dicere Rosarium, & dubitat an promiserit totum, vel tantùm tertiam ejus partem, obligatur solùm ad tertiam partem; quia tertia pars Rosarii Rosarium etiam appellatur. Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. c 8. n 5 p. 3. t. 6. res. 50.* initio, & *p. 4. t. 3. res. 10. §. Ex his*, in fine.

9. Quartò, qui vovit dare alicui Ecclesiæ triticum, vel nummos, & dubitat an de majoribus nummis, & mensuris promiserit, vel de minoribus, tenetur de minoribus: nisi aliqua ratio verisimilior fundet præsumptionem in contrarium. Rebellius *p. 1. lib. 2. q. 14 sect. 2. num. 10. res. 50 cit. in fine §. 1.*

Vel qualitate

10. Quintò, Promittens aliquem calicem Ecclesiæ, nihil explicans de materia, non tenetur dare aureum, sed argentum, immò nec totum argenteum, sed solùm quoad cuppam, quia talis est etiam aptus divino cultui, Merolla *to. 1. disp. 3. c. 3 n. 109. Ib. d. §. Unde, & p. 4. t. 3. res. 48. §. Infertur primò.*

11. Sextò; vovens dare vinum ad usum Sacrificii; satisfacit dando decens pro tali usu, licèt non optimum. Et vovens dare panem pauperibus, satisfacit dando panem pauperibus usitatum, etiamsi non sit ex puro tritico, secundùm Merollam *ibid. n. 110.* Et universaliter in dubiis satis est quæcumque quantitas,

citas, vel qualitas, qua censeatur promissio verè compleri, etiamsi infima sit §. *Vnde* in fine, & *part.* 4. *tract.* 3. *res.* 48. *in fine*. An vovens singulis, v. g. sabbatis jejunare, aut non comedere ova, &c. possit comedere carnes in Vigilia Nativitatis ea die occurrente, Vide V. *Iejunium, num.* 10. Ubi etiam, *n.* 57. habebis, an vovens jejunare extra Quadragesimam, possit comedere lacticinia. Vovens quotannis communicare in festo Annunciationis, non tenetur communicare eo anno, in quo dictum incideret in feria sexta Parasceves, licèt eo die non sit prohibitum communicare, ut dictum V. *Communionis, num.* 59. *p.* 6. *t.* 6. *resol.* 19.

Facta Deo.

12.† Quarta particula definitionis voti est, *facta Deo*, & nomine Dei intellige etiam Sanctos, quatenus peculiari modo sunt Deo conjuncti.

De meliori bono.

Id est de re possibili.

13. Quinta est, *de meliori bono*, & hæc determinat materiam voti, ut primò sit possibilis. Votum enim de re impossibili nullum est. Hinc si quis vovit jejunare tali die, & in eo est legitimè impeditus, non tenetur.† Et si promissio alligata fuit illi diei ob speciale motivum, non tenetur jejunare in crastino; tenetur verò, si promisit principaliter jejunium, & deinde secundariò in tali die, ut dicunt aliqui. Quod, si de hoc dubitet, Sanchez *cap.* 14. *num.* 31. putat teneri; quia possessio stat pro voto. Sed mihi placet negativa sententia Cajetani *in* 2. 2. *quæst.* 88. *a.* 12. *in fine*: quia ex dictis, in dubio circa obligationem stricta fieri debet interpretatio. Neque possessio stat pro voto, quia dubium est an emissum sit cum dependentia ad talem diem. *part.* 3. *tit.* 5. *resolut.* 26. Item ex defectu possibilitatis, qui vovit jejunare aliquo die in pane & aqua, sed non potest, nisi sumendo partem vini, aut obsonii in quantitate notabili, non tenetur jejunare: quia res promissa in individuo, quod est jejunium in pane & aqua, est impossibilis. Similiter, qui vovit recitare septem Psalmos, & nec librum habeat, nec memoriæ teneat nisi unum, non tenetur illum septies repetere, maximè si est ex majoribus, sed ad nihil tenetur. Sanchez *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 3. contra Sancium *p.* 3. *t.* 5. *resol.* 61. Rursus, qui vovit aliquo die jejunare, ubi fregit jejunium, bis comedendo, non tenetur amplius ad jejunium illius diei: sicut si vovit jejunare in pane & aqua, postquam fregit jejunium bibendo vinum, non iterum peccat, si iterum bibat. Vide V. *Iejunium, num.* 7. Virgo etiam, quæ vovit solùm integritatem signaculi, ubi semel virginitatem amittit, potest nubere, quia virginitatem quam vovit, amplius servare non potest. Sed, si dubitat an voverit solam integritatem, tenetur servare perpetuam castitatem, quia tale votum censetur votum continentiæ absolutum, *part.* 2. *tract.* 31. *resol.* 60

Bona.

14.† Secundò, materia voti debet esse bona: nam si sit mala, vel indifferens, votum non tenet †. In dubio verò, an sit bona vel mala, non potest vovens contra id votum operari sine legitima dispensatione, vel interpretatione Pontificis, qui declaret, an sit bona, & consequenter an Deus tale votum acceptaverit: nam quod voluerit obligari, certus est, & dubium non est ex parte sui promittentis, sed ex parte Dei acceptantis Suerez *de Relig. to.* 2. *lib.* 4. *c.* 6. *num.* 12. Sed Sanchez *in sum. to.* 1. *lib* 4 *c.* 6. *numer.* 6. probabiliter docet, tale votum non obligare, & si circa hanc bonitatem, & malitiam sint opiniones probabiles, utramlibet sequi posse, etiam minus probabilem. *p.* 4. *tr.* 3 *resol.* 13

Et cum quæ majus bonum non sit incompossibile.

15.† Tertiò, debet esse de bono meliori, id est cum quo majus bonum non sit incompossibile. Hinc votum nubendi non tenet, quia matrimonium impedit cœlibatum, quod est majus bonum. Posset tamen esse validum, si cui ob proclivitatem in venerem cœlibatus esset moraliter impossibilis.† Sed an votum castitatis, vel non nubendi factum à proclivi in venerem valeat? Homobonus *vol.* 1. *p.* 2. *resp.* 28. probabile putat, non valere, nam huic, ob lapsum in libidines, matrimonium esse salubrius. Sed tu cogita. Nam ego existimo, debere petere dispensationem ab Episcopo

part.4 t.4.resol.102. & iterum *p.10. t.11. res.47*

Ex quo ultimò capite non est invalidũ votum de nõ acceptando Episcopatum.

16. Peres hic: An votum de non acceptando Episcopatum teneat? Sylvester non tenere inquit *v.juramentum 4 n.1.* quia, *qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*: est enim status perfectionis: Ergo ejus negatio non est bona. Sed illa propositio procedit in eo, qui *irreprehensibilis* esset, qualitates ab Apostolo *Tit.1.* requisitas haberet: Episcopatus enim in tantum est status perfectionis, in quantum perfectionem in subjecto requirit: quam perfectionem, etiam qui haberet, de se non præsumere, ad heroicum humilitatis gradum pertineret. Ad quem cum pervenissent DD. Augustinus, Gregorius, Ambrosius, ne Episcopi crearentur, magnopere restiterunt, & Patres Societatis hoc votum emittunt approbantibus Pontificibus. Et ita tale votum tenere, tenet D. Thomas *2.2.quæst.185. art.2.* quem sequitur Suarez *de Relig. tom.2. lib.2. de juram.cap.13 num.13. & lib.2 de voto cap.11 num.10 & 11.* Quæ doctrina procedit etiam in voto respuendi officia sæcularia, *num.6 tract.7 resolut.17.* Et hinc sequitur, votum Religionis non posse propria auctoritate in Episcopatum commutari, quia Episcopatus ideò est perfectior religione, quia majorem perfectionem requirit: non quia ad illam magis conducat. Et ita tenet mordicus Palaus *tom.3 tract.13 disp.1.punct.16.num.2.* & determinatum videtur *in cap. penult. de voto.* Quanquam contrarium asserat Vivald. *p.1 tit.de imped. matr. num.89.* & ad citatum textum respondeat, *p.6.t.6. resol.62.*

Vel officia sæcularia.

VOTI SPECIES.

VOTUM *aliud simplex, aliud solemne.*

17.† VOtum imprimis aliud est simplex, aliud solemne. Primum consistit in sola promissione voventis. Secundum addit acceptationem per superiorem, vel ab eo substitutum ex parte Dei. Votum solemne est in professione religiosa, de qua vide V. *Professio*, & in voto castitatis adnexio Sacris Ordinibus. Reliqua sunt simplicia. Secundò, votum dividitur in personale, & reale. Primum est, quod impleri debet per personam, ut votum castitatis, peregrinationis, &c. Secundum, quod implendum est per aliam rem, ut votum de eleëmosyna, &c. quod potest impleri per alium.

Aliud personale, aliud reale.

18. Tertiò, dividitur in absolutum, conditionale, & pœnale. Votum absolutum est, quod emittitur ex affectu rei, quæ vovetur, sine ulla conditione, aut pœna. Conditionale, quando aliquid promittitur, si ponatur talis conditio. Pœnale, cum aliquid promittitur in pœnam: v.g. *si lusero, voveo solvere tantam pecuniam.* Inter hæc vota est magnum discrimen quoad dispensationem, & commutationem, ut infra dicemus. Est etiam discrimen essentiale, quod votum absolutum statim obligat positis circumstantiis, pro quibus fit. Conditionatum non obligat, nisi ponatur conditio †. Et quidem probabile est non obligare, etiamsi conditio ex culpa voventis non ponatur; nam vovens non censetur se voluisse obligare, nisi posita tali conditione: quocumque ergo ex capite non ponatur: votum non obligabit. Et sic ait Suarez *de Relig.tom.2.lib.4 cap.17. num.21.* quòd si quis vovit Religionem, *si per annum à fornicatione abstineret*, non abstinens posteà, sive ex malitia, sive ex prava intentione, non tenetur ad Religionem, quamvis fortasse peccet contra votum. Et probabiliter etiam dicendum est, quod qui vovit sub conditione, si sanitatem recuperet infra mensem, & posteà ex intemperantia nõ obtinet, non tenetur ad votum: quamvis contrarium etiam probabiliter docuerit Sanchez *in sum.tom.1 l.4 cap.23 numer.46* & deinceps *part.4 t.4. resolut.101.*

Aliud absolutum.

Aliud conditionale.

†. Sed hæc doctrina non videtur congruere cum doctrina *resolut.25.* tradita à nobis *n.4.*

19. Votum pœnale tunc obligat ad pœnam, quando scienter & culpabiliter violatur. Qui enim vovit verbi gratia

Aliud pœnale.

non

non ludere sub pœna centum aureorum, & posteà voti immemor, vel etiam memor voti, sed immemor pœnæ, ludit, non tenetur ad pœnam, quia naturalis oblivio æquiparatur ignorantiæ invincibili, quæ excusat à pœna, etiam si sit ignorantia solius pœnæ, ut dictum est suo loco. Sanchez *cap.* 22. *num.* 18. & 19. *p.* 3. *tract.* 9. *resolut.* 41. §. *Notandum*, qui ait, pœnam solvendam esse, quoties votum culpabiliter violatur; quia pœna est accessoria actui, pro quo vovetur: unde quemadmodum vovens non ludere: quoties ludit, toties frangit votum: ita vovens solvere tantum, si ludat, obligat se solvere; quoties ludit. Sed si, pensatis omnibus circumstantiis dubium sit vovens, an promiserit solvere talem pœnam quoties votum solvet, probabiliter docuit Layman *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 4. obligare solùm pro prima vice; quia in dubiis de obligatione voti benignior pars est amplectenda. Et Sanchez suam opinionem limitat, ut non habeat locum in pœnis gravissimis, & quæ itirari non solent; ut si quis voverit non ludere sub pœna peregrinationis Jerusalem, Religionis, vel exorbitantis eleemosynæ *p.* 4. *t.* 4. *res.* 181. & *p.* 7. *tract.* 9 *resol.* 60.

VOTI OBLIGATIO.

VOTVM.

20. AD quid obliget votum, dictum est supra, cum de natura. Hic videndum superest, quanta sit voti obligatio, seu sub qua culpa obliget votum. Sed prius.

Non obligat intentionem, sed solum ad præstandum opus promissum.

21. Adverte, quòd Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 8. docet, votum obligare ad præstandum opus promissum cum intentione satisfaciendi voto, unde si audias Missam animo non satisfaciendi voto, ad quod teneris, sed audiendi posteà aliam pro voto, tacitè te prorogare votum, vel novum votum facere, & sic teneri aliam Missam audire. Sed ego contrarium teneo cum Sanchez *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 18. jam enim præstitisti quod voveras, & falsum est, quòd voluntas satisfaciendi per aliam Missam fuerit nova Missæ promissio, *part* 5. *titul.* 6. *resol.* 77. Idque à fortiori procedit, si non habuisti voluntatem expressam non satisfaciendi, sed Missam audisti ex devotione, immemor, quòd ad id tenebaris ex voto, *pag.* 5. *titul.* 13. *resol.* 94. in fine. Adverte etiam, quod promittens v. g. recitare aliquo die tertiam partem Rosarii, satisfacit recitando interruptè, id est partem manè, & reliquum vesperi, etiamsi incipiat cum intentione interrumpendi, sicut diximus de interruptione Horæ Canonicæ. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* . *dub.* 19. *numer.* 5. *p* 4. *tract.* 4. *resolut.* 17. His positis, & si quis vovit ingredi Religionem, si Deus illum conservaverit ab aliquo peccato, non teneri ad votum, si ex quacumque negligentia illius peccati tentationi succumbat, sed solum quando data opera, ut voti obligationem effugiat. Sanchez, & alii *p.* 9. *t. act.* 8. *res.* 4.

Peccat si data opera.

Sub mortali si sit grave.

22. Votum regulariter obligat sub peccato mortali. Et si violetur totaliter, peccatum mortale esse, ait Caietanus in 2. 2. *quæst.* 89. *artic.* 7. *dub.* 1. sive materia voti magna sit, sive parva: quia talis transgressio est actus perfectus contra Religionem. Ego verò teneo cum Enriquez *lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 4. *gloss. litt. M.* in transgressione voti parvitatem materiæ excusare à peccato mortali, sive materia sit totalis, sive partialis: nam si promissio rei levis non obligat sub mortali, si fiat homini, multò minus obligabit, si fiat Deo, qui est mitior suarum promissionum exactor. Deindè, gravitas peccati non est sumenda ex quantitate & necessitate objecti, sed ex magnitudine vel parvitate materiæ, ut patet in furto. Et tandem, votum est quædam lex, quam sibi homo imponit: proindè non debet obligare plusquam lex divina & Ecclesiastica: sed hæ leges in parva materia non obligant sub mortali: Ergo, *p.* 5. *tract.* 5. *resol.* 36. Si vovit jejunare certo die, debet votum observare secundum formam jejunii Ecclesiastici, & si comedit

Non tenetur de cætero continere.

dit carnes pluries de cætero se continere non tenetur ; & idem dicendum est de jejunio impositio per pœnitentiam. Sanchez *part. 3. tract. 8. resolut. 5.* & vovens recitare Rosarium, potest illud recitare cum socio; ita vovens jejunare in Vigilia Beat. Virg. & incidit in Dominica, potest Sabbatho jejunare; & si vovit jejunare feriis sextis, si in illo die incidit Dies Natalis Domini , non tenetur contra Palaum. Trull. *part. 9. tractat. 2. resolutione 6. §. Sed quia;* & vovens jejunare per mensem non tenetur in Die Dominico, *ib.* vovens recitare officium alicujus sancti in die non tenetur duo officia recitare, *part. 9. tract. 9. resolut. 15.* & Canonicus obligatus recitare horas Canonicas, non habens Breviarium Romanum , recitet cum Breviario brevi, *ibid. §. Nota.*

Vide aliqua curiosa.

Etiamsi sint plura parva opera, quæ constituant unum grave.

23. Sic igitur , in voto non bibendi vinum; & non ludendi, sicut & in juramento, parvitas materiæ excusat à mortali, ut dictum est V. *iuramentum, num. 16. 17.* Advertе autem , quod plures parvæ materiæ in voto aliquando coeunt in unam gravem cujus transgressio sit mortifera, Vide V. *Materia levis, num. 4.*

Nisi se ad opus grave obligare intendisset sub veniali.

24. Peres hic. An possit vovens obligare se ad materiam levem sub mortal ? Respondeo cum Sanchez *in summ. tom. 1. cap. 4. numer. 4. & tom. 1 de matrim. disput. 9. numer. 6.* contra Fagundez *pr. 2. lib. 9. cap. 3. numer. 15.* negativè; quia id non potest legislator , & dum Fagundez, & alii dicunt, intentionem legislatoris, & voventis sufficere ad obligationem mortalem ; respondendum est , id verum esse de intentione rationabili, ut intelligitur dictum *l. 1. ff. de const. Princip. Quod Principi placuit , legis habet vigorem* , non est autem rationebile, imponere obligationem mortalem materiæ incapaci talis obligationis, *p. 3. t. 5. res. 24. circ. medium, & p. 5. t. 3. res. 50.* Potest tamen vovens materiam gravem , se obligare solùm ad veniale, ut dictum est V. *lex, num. 35.*

Vovens non ludere ludo licito.

25. Qui vovit, vel juravit non ludere, potest adhuc ludere ludo licito , qui recreationis gratia suscipitur , nec ludendo facit contra votum, aut juramentum de non ludendo; votum enim intelligitur de ludo illicito , nisi aliter conjiciatur de jurantis , aut vouentis intentione. Si enim constet se voluisse obligare ad abstinendum etiam à ludo licito ; tenebitur ex vi voti, & juramenti abstinere. Navarrus *lib. 3. cons. titul. de voto, consil. 16.* & Sanchez *in sum tom. 1. lib. 3. cap. 18. numer. 2. & 3. part. 7. tract. 9. resolutione 50.* Sicut etiam potest ludere per alios , tradendo eis nummos, & eos ludentes aspicere , & sponsiones in ludo facere. Sanchez *citatus, numer. 7.* & Bonacina *in Decal. disp. 4. quæst 1. punct. 16. num 5. ibid. res. 57.* qui etiam Bonacina *num. 5.* putat eum qui vouit non ludere, non posse ludere nomine alterius: Sed ego cum Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 3. c. 56. numer. 6.* existimo posse vouentem nomine alterius ludere, quando non constet ex conjecturis, an votum, vel juramentum non ludendi , obliget jurantem ad non ludendum per semetipsum nomine alterius, *ib. resol. 58.* Nota tamen, quod si aliquis voueret non ludere cum determinata persona , vel propter nimiam peritiam, vel propter fraudes, quibus utitur, vel ad tollendas rixas; si ludat cum aliis licitum est ludere cum illa, nullo respectu illius, utrinque ludo reportato, & ut vulgò dicitur : *Non sit: rando tra loro. ibid. §. Nota.* Senex sexagenarius obligatus ad votum Religionis potest ab Episcopo petere dispensationem. Sayr. & alii *p. 9. c. 9. res. 2.*

Et ludere per alios.

Et pro aliis.

Episcopus potest dispensare cum sene sexagenario.

26. Vouens virginitatem, in dubio intentionis tenetur ad perpetuam , *p. 10. t. 15. res. 47.* Vouens jejunare per totam vitam, soluitur ab obligatione post annos 60. vouens jejunium menstruum, non censetur comprehendisse dies dominicos. Secus verò vouens non edere carnes per annum, obligatur etiam diebus dominicis, *p. 10. t 16. res. 50.*

Vota qualiter interpretanda.

27. Vouens abstinere à carnibus certa die, peccat toties quoties. Secus si vouit ieiunare , & datur paruitas materiæ, *p. 10. t. 13. res. 32.* Dubium autem est, an officium vel missa ex voto, aut pœnitentia

tia impleatur sine attentione, ut probabiliter aliqui docent de præcepto Ecclesiæ, *p.*10.*t.*13.*res.*35.

28. Vouens mittere calicem aureum ad sacram domum Lauretanam, non iterum tenetur mittere, si semel missum latrones in via interceperint, *p.*10.*tract.*13.*res.*97.

VOTI RELAXATIO.

VOTA subditorum.

29. † VOta relaxantur per irritationem, dispensationem, & commutationem. Votum irritare est illud annullare: ut non sit amplius votum. Dispensare est relaxare voti obligationem, in totum, vel in partem. Commutare est materiam voti in aliam mutare.

Irritari possunt ab eo, qui habet potestatem dominativam.

30. Irritari possunt vota servi à domino, uxoris à viro, & è contra: filii impuberis à patre, pupilli à tutore, Religiosi à Prælato, & omnis inferioris à superiore, absque necessaria causa. (an etiam minoris à curatore, præsertim si sit mater; vide V.*Tutor*, *num.*2.) Dum tamen durat subiectio. † Nam Prælatus Regularis non potest irritare vota sui Religiosi, postquam ad Episcopatum, vel Cardinalatum assumptus est; quia à potestate ipsius dominativa iam est exemptus, Palaus *tom.*3.*tract.*15.*disp.*2.*punct.*3.§ 3.*n.*3.*p.*6 *tr.*7.*res.*26. Nihilominus pater irritare potest votum filii impuberis, etiam post pubertatem, dummodo post pubertatem non ratificauerit. Cassianus *in* 2.2.*q.*89.*art.*5.*p.*6.*t.*7.*res.*22. §.*Ex his.* Sed in hac re sunt multa dubia: idem dicendum est de curatore, Suarez *p.*9.*tr.*8.*res.*14.

Durante subiectione.

Etiam in dubio; an emissa sint tempore subiectionis.

31. Primum est: An in dubio, num vota emissa sint à subdito tempore subiectionis, vel libertatis, irritari possint à superiore? Negativè respondet Salas *in* 1.2.*quæst.*21 *tract.*8.*disp.un.sect.*25.*n.*261. & 262. quia votum emissum esse certum est; unde eius obligatio debet præponderare dubiæ superioris potestati. Adde, quod dubitans, an tempore contractus minor fuerit, nō habet ius rescindēdi cō-

tractum, nisi probet se fuisse minorem. Sed contrarium tenendum cum Sancio *disp.*43.*n.* 9. quia licèt votum quodammodo possideat respectu vouentis, at nō possidet respectu superioris, sed potius hic est in possessione, qui habet potestatem irritandi vota tempore subiectionis, qua priuari non debet, nisi constet de exemptione vouentis ab eius dominio per lapsum ætatis, &c. Itaque pater potest irritare vota personalia, & realia filii, in dubio an illa emissa sint ante 14. annum, hæc ante 25. Item tutores, viri, & domini, in dubio an vota emissa sint à pupillo, & minore tempore sui iuris, ab uxore tempore matrimonii, & à seruo tempore libertatis, *p.*4.*t.*3.*res.*37.

Sed cum confirmata sint, tempore libertatis.

32. Sed quid, si dubium sit, an impuber votum confirmauerit post pubertatem? Respondeo, à patre nihilominus irritari posse, siue dubium sit, an confirmauerit, siue constet de hoc, & dubium sit an confirmauerit ante, vel post pubertatem, Sanch. *sum.to.*1.*l.*4.*c* 32.*n.*7. & *p.*6.*tr.*7.*res.*22.§.*Ex his.*

Etiamsi implenda sint tempore, libertatis.

33. Secundum dubium: An Superiores Prælati irritare possint vota subditorum emissa tempore subiectionis, sed implenda tempore libertatis: Caietan. *in* 2.2.*quæst.*88.*a.*8.*dub.penul ad tertium*: absolutè negat, quia vota huiusmodi referuntur in tempus, quo nulla est eorum potestas. Sanchez *cap.*29. *numer.*31. distinguit, & loquendo de personis, quæ sunt plene subditi suo superiori quoad voluntatem, quales sunt Religiosi respectu Prælatorum, & filii impuberes respectu Patrum & tutorum, concedit irritare posse; de aliis, qui sunt subditi solum quoad aliqua obsequia, ut uxores, serui, & filii puberes, negat. At Ledesma *tom.*2.*tr.* 10. *cap.*7.*dub.* vlt. *dist.*10. de omnibus habentibus facultatem dominatiuam absolutè affirmat: quia, cum votum emissum est, voluntas erat subiecta: unde non poterat vouere, & deliberare sine licentia, nec ad executionem futuram tempore libertatis quidem, *p.*4.*t.*4.*res.*29.

Et sic vir irritare potest

34. Igitur probabiliter docuit Sanch. *ubi sup.c.*34. virum irritare posse votum

uxoris

votū uxoris, de non transeundo ad secundas nuptias.

uxoris de ingredienda religione post ejus obitum, vel de non transeundo ad secundas nuptias. Quod etiam tenet Præpositus *in 3.p.q.6,dub.20.n.54.part.4.tr.4.resol.110.* Constant. verò *p.3.t.4.res.220.§. Et hanc.*

Etiamsi emissum sit ante subiectionem.

35. Dubium tertium. An superior irritare possit vota inferioris ante subjectionem emissa? Respondet Sanchez apud Præpositum, votum uxoris ante matrimonium emissum, irritari non posse à viro, posse tamen ejus executionem suspendi. Sed Præposito *ubi suprà* id videtur parum conformiter dictum; nam si vir per matrimonium sit superior uxoris, ut propter muliebrem levitatem possit ejus voluntatem dirigere, & gubernare, illius vota non solum suspendere, sed etiam irritare potest, sicut (ait ipse) potest Prælatus vota sui Religiosi irritare emissa ante professionem. (Sed hoc negat Portell. V. *Dispensare,num.13.* quia superior non habet potestatem dominativam in novitios, *part.3.tract.2.resolut.71.* in fine) Et hæc doctrina procedit etiam de votis emissis tempore primi matrimonii quoad secundum maritum, *part.3.t.4.resol.220.* in fine, *& part.4.t.4.resol.110 §. Nota.*

Et superior irritare potest omnia vota sui subditi.

36. Dubium quartum. An superior possit irritare omnia vota sui inferioris? Pontius *lib.10.cap.17.num.3.* & alii respondent, virum non posse irritare omnia vota uxoris, sed illa tantùm, quæ, & quatenus juri suo præjudicant, & sic non posse irritare vota de præceptis, & rebus necessariis, ut de servanda castitate conjugali, de non mentiendo, de recitanda aliqua oratione certis diebus, &c. Sed Villalobos *tom.2.tract.34.dub.21* tenet, virum irritare posse omnia uxoris vota, sicut irritare possunt Prælatus, & pater vota Religiosi, & filii impuberis. Et sic, ut ait Sanchez, irritare posse votum non petendi debitum (*p.3.tract.4.resol.220.*) etiamsi emissum sit de licentia viri; nam hic, dum concedit facultatem vovendi, non adimit sibi potestatem irritandi. Advertit tamen Sanchez, quòd si uterque conjux continentiam voveat, & juri debitum petendi renuntiet, hoc votum

Etiam suo juri non præiudicantia.

Etiam de eius licentia emissa.

à viro irritari non potest. Quod verum putat Præpositus *in 3 part. quæst.6.dub.20.* si sensus sit, quod non possit licitè; minimè verò, si sit sensus, quod non possit validè, *part.4.tract.4.resol.110. à §. Nota etiam.*

Quæ vota servi Dominus irritari possit.

37. Dubium quintum: Cum servus nullum votum reale possit validè emittere; cum quidquid habet servus domini sit, sive ad personam, sive ad operas, sive ad res pertineat: Villalobos *in summ.tom.2.tract.34.diffic.16.n.2.* & alii communiter, *p.7.tract.7.res.25.* quæritur quæ vota servorum possint à Dominis irritari. Respondeo ea sola, quæ eorum obsequio, & servitio obstiterint. Sanchez pluribus relatis *lib.4.cap.36.num.2.* quapropter vota, quorum executionem servi remiserint in tempus solutæ servitutis, irritari non possunt: ut docet Lessius *tom.1.de iust.lib.2.cap.40.dub.10.num 82.* quamvis contrarium etiam sit probabile, quod tenet Sylvester *verb.Votum 4. quæst.2.§. quintum.ibid.resol.26.* De votis verò ante servitutem emissis, suspendi eorum executio potest, si præjudicantia fuerint, & idem est dicendum, de votis observandi præcepta divina, audiendi Missam, jejunandi, communicandi. Sanchez *d.c.36.num.6.* quod à fortiori procedit in votis ad consilium pertinentium, ut recitandi aliquas moderatas orationes, præstandive aliquam moderatam abstinentiam. Votum verò castitatis nullatenus irritari, neque suspendi potest. Et idem est de votis realibus, si fortè servi aliqua bona habeant propria, ut docuit Suarez *lib.6.c.3.n.5.* Secus verò, si ex bonis dominorum sint: nam eo ipso sunt eorum dispositioni subjecta *p.7.t.7.r.27.* Domini possunt irritare vota servorum: parentes filiorum, & viri uxorum, *p.9.tr.7.res.15.*

Vota cõmutari, & dispensari possunt ab Episcopo.

38. DISPENSARE, & COMMUTARE est Episcopi respectu suorum subditorum: præter quinque, quæ sunt reservata Papæ, nimirum castitatis perpetuæ, Religionis, & tria peregrinationis, Jerusalem, Romam, & Compostellam. Vide V. *Episcopi iurisdictio in vota.* Et auctoritatem Episcopi quoad hoc habet

Excipe quinque reservata Pontifici.

hoc habet simplex Confessarius per Bullam Cruciatæ, ut dictum est V. *Bulla Cruciata quoad vota*, & per Jubilæum, ut dictum est etiam V. *Iubilæum quoad vota*. Nota hic, Episcopum dispensare posse votum reservatum conditionale, etiãsi post impletam conditionem confirmatũ sit: nam talis confirmatio cadit super votum prius emissum, nec tollit, quin maneat conditionatum. Trullench *in decal. tom.1.lib.2.c.2.dub.40.num.5.part.6.tr.8.resolut.19.* In gravi autem necessitate, si non pateat ad summum Pontificem aditus, Episcopus etiam in voto absoluto castitatis, aut Religionis dispensare potest. Sanch. *lib.8.de matr. disput.9.nu.22.* & alii communiter. Quod tamen, contra Crousers *in reg. S.Franc. cap.7. lect.29.* non possunt Regulares per privilegia: nam illis concessa est jurisdictio in ea vota, quæ ordinariæ Episcoporum potestati subjiciuntur, non quæ ex sola juris interpretatione, & per accidens, ut est de quo loquimur: nam hæc non dicuntur verè Episcopalia. Fagundez *in dec.tom.1.lib.2.cap.45.n.15 part.6. tract. 6.resol.50.*

Prælatus Regularis irritare, Dispensare.

39. Prælatus Regularis non solùm potest dispensare, & commutare omnia vota suorum subditorum non reservata, sicut Episcopi suorum, sed etiam irritare, ut dictum est suprà *à numer. 27.* Et potest commutare ac dispensare vota novitiorum: quia quamvis in illos nõ habeat potestatem dominativam, habet tamen Ecclesiasticam. Lessius *lib.2.cap.40. dub.13.num.80.* contra Azorium *part.1.l.11. cap.19.quæst.21.part.3. tractat.2. resol.71.* Item & Tertiariarum, secundum Stratium. Vide *verb. Tertiaria.* Et secundum Rodriq. *comp.resolut 123.num.80.* dispensare potest votum professi de transeundo ad Religionem strictiorem; quia hoc non est simpliciter votum Religionis reservatũ, sed tantùm qualitatis Religionis, *part.3.tractat.2. resolut. 41.* Immò secundum Mirandam *tom.1. quæst.9.artic.6.concl.1.&3.* dispensare potest in quarto voto vitæ quadragesimalis Minorum, Redemptionis Mercenariorum, &c. saltem Generalis quia

Et commutare potest omnia vota non reservata suorum subditorum, etiam novitiorum.

Tridentinum *sess 25.cap.1.* distinguit inter tria vota essentialia, & alias observantias & præcepta regulæ, & in illis tantùm inquit, dispensari non posse; quia si illa, quæ Religionis basis sunt, non observentur exactè, totum necesse est corruat ædificium: quæ ratio non militat in quarto voto, sine quo vita Regularis in multis Religionibus subsistit. Sed contrarium tenendum est cum Suarez *de Relig.tom.4.lib.2.cap.12. à num.28.* & Bordono *resolut.14.num.24.* quia tale votum & ejus materia, ex quo per constitutiones à Papa approbatas statui religioso adnexa sunt, sunt extra jurisdictionem & dominium Prælati *part.6. tract.8.resol.34.*

An dispensatio Papalis censenda sit data pro una vice tantùm?

40. Quando dispensandum est in voto reseruato, & adiri potest Papa, adipsum recurrendum est. An verò dispensatio ipsius sit interpretanda pro uno tantùm actu contra votum, an verò omninò votum tollere vide *verb. dispensatio, num.31.*

Votum commutare in bonum æquale potest quilibet Confessarius.

41. Simplex Confessarius, secundum Suarez *de Relig.tom.2.lib.6.c 19.n.6.* non potest commutare votum in bonum æquale; quia commutatio voti pertinet ad forum externum, in quo ipse non est superior. Sed Lessius *dub.16.n.105.* docet, posse, *p.1.tr.11.res.36* Et ego existimo cũ Sancio *disp 14.n.3.* quod possit sibi commutare ipse pœnitens, cõtra Tannerum *in 2.2.disp.5.q.4.dub.5.n.81.* & alios. Sed debet materia subrogata esse euidenter æqualis. Nam in dubio, an sit minor, votum possidet, *p.1.tr.11. resol.48.p.2.tr 16. resol 7.& p.3.tract.5.resol.25.§. Primò.* Et stando in contraria sententia, si pœnitẽs sibi votum commutet in æquale, vel minus, commutatio non est irrita, sed satis est, quod vouens suppleat quod commutationi defuit, ad hoc ut sit in euidenter melius, *tract.6.resol.7.§. Notandum.*

Immò etiam ipse vovens.

Sine justa causa.

42. Qui commutat suum votum in melius, vel æquale propria auctoritate, non eget justa causa. Villalobos *tom.2. tractat.35.diff.31.num.8.* contra Layman *lib.4.tract.4.cap.8. num.22.par.3.tract.5. resol.25.§. Tertiò.* Potest autem vouens, vel jurans aliquid dare pauperi, vel Ec-

eleſiæ, etiam determinatè, ante acceptationem votum illud, aut juramentum propria auctoritate in melius commutare; quia probabilius eſt, jus à paupere, vel Eccleſia non acquiri, donec votum acceptetur. Et Deus, cujus intuitu vota & juramenta pia emittuntur, gratius habet, quod melius eſt. Uvigers *tr.8.cap.4.dub.20.num.123.* contra Azor. *to.1.lib.11.cap.19.qu.12.* At poſt acceptationem non poteſt, quia per eam votum tranſit in contractum; & acceptans acquirit ius, quo invitus privari non poteſt. Sanchez *in ſum.tom.1.lib.4.cap.41.numero 13.* Pagundez verò *in Decal.tom.1. libr.2. cap.49.numero 11.* etiam poſt acceptationem id fieri permittit: quia vota pia, ut dictũ eſt, ultimate diriguntur in Deum, tamquàm in finem cujus, & ideò ipſius habenda eſt ratio, quia maius bonum ſemper gratius habet; *par.6.t.6.r.61.* Quando vota commutat Confeſſarius per Bullam, aut Jubilæum, ſufficit præſtare eleemoſynam pro bello, & opera in Jubilæo præſcripta. Suarez *num.5. par.2. tractat.16.reſ.8* §. *Nota verò.* Quando verò commutat auctoritate ordinaria, requiritur juſta cauſa; ſine qua ait Sanchez *cap.51. num.15.* contra la Torre *in 2.2. tom.1. qu.88.art.12.diſp.5.num.7.* votum pœnitenti commutans, peccaret ſolum venialiter, quia abuteretur poteſtate in re leviſſima, Juſta verò cauſa ſecundum Leſſiũ *dub.11.num.96.* erit, ſi res ſubrogata hilarius acceptetur, implenda, & ſecundum Sanchez *cap.50.nu.23.* ſi pœnitens petit, *par.2.tract.16.reſ.8.* Adverte etiam, quòd ſi Confeſſarius inveniat, alium commutaſſe votum in minus æquale, ſi ille eſt doctus, poteſt acquieſcere, exiſtimans, conſideraſſe aliquam circunſtantiam melius, quam ipſe: ſi verò eſt ignarus, & ipſe ſperat facere fructum, moneat pœnitentem; ſin verò, relinquat illum in bona fide, *par.3.tr.5 reſ.25.* §. *Septimò.*

At in ſimplici Confeſſario requiritur juſta cauſa.

Quæ eſſe poteſt hilarior acceptatio, vel etiam petitio pœnitentis.

Delegatus ad diſpenſandũ vota, poteſt etiam illa commutare.

43. Quicunque poteſt diſpenſare vota ex poteſtate delegata, poteſt etiam illa commutare, quia qui poteſt plus, poteſt minus. Ita Layman *l.4.tr.4.c.8.num.20.* quamvis Sanchez probabiliter contrarium doceat *tom.2.lib.8.diſp.2.num.15.* Et qui habet poteſtatem commutandi, & diſpenſandi vota, poteſt etiam juramenta pia, quia arctius eſt vinculum voti, quam juramenti: & privilegia in favorem animarum ampliari debent. Tannerus *num.36 & 37.* contra Navarrum *cap.27.num.275. ibid.* §. *Secundò.*

Diſpenſare vota, poteſt etiam iuramenta pia.

44. Peteſt primò. An commutatio, & diſpenſatio votorum facienda ſit neceſſario in Confeſſione Sacramentali? Reſpondeo per Bullam, & Jubilæum commutationem fieri poſſe extra Confeſſionem ſacramentalem. Nec obſtat hic Panormi decretum ſynodale, *par.2.cap.4.numero 12.* Nam dici poteſt, illud non continere præceptum; quia utitur verbis imperativis, ex doctrina Cajetani *in 2.2. quæſt.166. art.9. ad 2.* Vel melius, quia materia non eſt gravis. Nam Pontifex *in Clement. Exivi, de verb. ſign.* §. *Item quia*, præceptum colligendum eſſe, inquit ex illis verbis. *Nos itaque ex materiæ gravitate.* Quæ doctrina à fortiori procedit quoad Regulares, qui non tenentur ſtatutis Epiſcoporum, *p.5. tr.12. reſ.36.* Et ſi ipſi diſpenſant vota virtute privilegiorum, poſſunt etiam id facere extra confeſſionem. Nam, quamvis in conceſſione Pauli III. ponatur clauſula *Confeſſionibus diligenter auditis*: ea tamen non refertur ad commutationem votorum, ſed ad abſolutionem peccatorum; quando enim non currit eadem ratio, clauſula, quæ apponitur initio alicujus diſpoſitionis, non refertur ad totum cõtextum. Villalobos *diff.29.num.7.* contra Peregrinum *Schol. ad privil. Theat. titul. commutatio,* §.3. *part.3. tract.2. reſol.9. & tract.5. reſol.25.* §. *Quartò, & par.4. tr.4. reſolut.8.*

Diſpenſatio, & commutatio voti auctoritate propria, per Iubilæum aut Bullam.

Vel per privilegia Regularium.

Fieri poteſt extra confeſſionem.

45. Item docuerat probabiliter Sanchez *de matrim.lib.8.diſp.34.n.29.* cõtra Reginaldum *t.2.lib.31.c.28.n.216.* de cõmutatione, ſeu diſpenſatione facienda virtute literarum Apoſtolicarum: quia Pontifex in illis non dicebat, diſpoſitionem expediendam eſſe in foro pœnitentiæ, ſed in foro conſcientiæ, quod ſolum requirit ſecretum, & forum animæ, non autem confeſſionem, ſicut abſolutio cẽſurarum. Verùm hæc opinio hodie ſuſtineri

Minimè verò, ſi fiat virtute litterarum Apoſtolicarum.

neri non potest: quia in dictis litteris apponitur clausula, *Audita confessione, non aliter, nec alio modo.* Filliucius, *p. 2. c. 10. n. 355. p. 4. t. 4. res. 71.* adverte, quod in hoc sufficit confessio invalida ex defectu propositi, vel integritatis, quoad aliam, dummodo sit integra circa ea, de quibus petitur dispensatio. Suarez *to. 4. disp. 31. sect. 4. n. 9. Ibidem, §. Cùm igitur.* At confessarius debet esse proprius illius pœnitentis, id est, qui sit approbatus, pro illo, unde non sufficit approbatus, limitatè, v.g. pro mulieribus, pro alio oppido, &c. ut docuit Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 8. disp. 34 n. 16* Nam, cum debeat præmitti confessio, ille solus potest talis pœnitentis vota dispensare, qui potest eius confessionem audire. Pontius *lib. 8. c. 21. §. 1. n. 13 Ibid. §. Sed deveniendo.*

Quamvis ad hanc sufficiat confessio invalida.

Dummodo confessarius sit proprius pœnitentis.

46. Adverte etiam ad ornatum dictarum, quòd delegatus debet esse Doctor Juris Canonici, vel sacræ Theologiæ in aliqua Academia, & non sufficit esse Doctorem Juris civilis, licentiatum, aut Professorem dictarum facultatum in aliqua Academia, nec Magistrũ in Theologia, secundùm institutum Regularium (nisi quòd Regulares, quibus Superiores permiserint, habeant privilegium expediendi has literas, etiamsi non sint Doctores vel magistri *Ibid. §. Notandum*) Deinde, dispensans debet præmittere cognitionem causæ, alias dispensatio est nulla. In hac autẽ cognitione potest credere dicto pœnitentis, etiam non jurato; sed si vult, potest petere juramentum. Quod si causa sit notoria, nullum est opus examinis: sicut, si aliũde cognoscat causam esse falsam, nõ debet credere pœnitenti. Monita verò ut lator dicat veritatem, manifestando ei quãtum interfit, ne dispensatio frustretur, non sunt adeò necessaria, ita ut dispensans sine illis peccet & dispẽsatio sit nulla. *Ibid. §. sed quia.* Si autem iudicat, literas esse subreptitias, vel dispẽsationem invalidam, potest posteà mutare sententiam; vel pœnitens ad alium ire, qui sibi videatur validam iudicaturus; quia non tenetur acquiescere dicto unius Confessarii. Secus verò, si delegatus in foro externo iudicet dispensationem esse subreptitiam: quia reus in foro externo tenetur stare sententiæ iudicis. Pontius *ibid. num 14. Ibidem §. Notandum.* Circa tertiam clausulam adverte, quod opera, quæ præscribuntur in litteris, apponuntur pro forma, unde non est in potestate dispensantis illa omittere; potest tamen moderari, si sibi videbitur, dummodo sint super erogatoria, unde Confessio præscribi potest bimestris, sed non ita, ut ei satisfiat per aliam debitam ex voto, vel pœnitentia. Quarta clausula, quòd literæ dilanientur, solum requirit, ne illæ literæ in foro externo suffragentur. Quod attinet ad illam clausulam, ut nihil occasione talis dispensationis accipiatur, vide V. *dispensatio, n. 15. & 16, part 4. res. 71 §. sed quia.*

Et sit Doctor Theologiæ, vel iuris Canonici in aliqua Academia.

Et præmittat cognitionem causæ.

Et alia præstet, quæ in litteris præscribuntur.

47. Petes secundò: An is, cui votum commutatum fuit, possit redire ad prius votum, etiamsi commutatio facta fuerit in melius? Negat Filliucius *cap. 10. numer. 288.* quia commutatio in melius habet vim voti, & votum propria auctoritate non potest commutari in minus. Sed ego affirmo cum Sanchez *de matr. to. 2. li. 8. disp. 9. n. 21.* quia commutatio fit in favorem voventis, & sic potest illi renunciare; intelligitur enim facta sub conditione, si vovens nolit votum implere. Hinc infert Lessius *lib 2. cap. 40. dub. 11. num. 47.* quod si pluries facta sit commutatio, potest vovens eligere quam maluerit. (Et postquam elegit unam, & renunciavit aliis, potest iterum ad prius votum, vel aliam commutationem redire, ut probabiliter docuit Villalobos, *to. 1. tr. 27. claus. 9. n. 34.* contra Trullench *in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 14. nu. 10. part. 3. in Add. secund. res. 18.*) Limita tamen nisi vovens acceptasset, aut consulto elegisset commutationẽ in melius bonum ad maiorem Dei cultũ nam tunc cõmutatio facta esset in Dei favorẽ. Si autem dubium esset, an cõmutatio in melius facta esset in Dei favorem, aut commutatio facta esset in æquale, adhuc redire posset ad prius votum. Ad argumentum Filliucii respondetur, mutationem non habere vim voti independenter à priori, sed cum dependentia, & sub con-

Is, cui votum commutatũ est, etiam in melius, potest sponte ad prius votum redire.

Etiamsi pluries facta fuerit commutatio.

Et facta fuerit electio unius materiæ.

Non tamen in Dei favorem.

conditione, nisi vovens ad prius votum, vel aliam commutationem redire velit, *part. 2. tract. 16. res. 6. & part. 3 tr. 5 res. 25. §. Sextò.*

An in dispensando vota requiratur causa vera?

48. Petes tertiò: An dispensatio in voto ab eo, qui existimat adesse causam, cum revera non adsit, sit valida? Affirmativè respondeo cum Lessio *dub. 17. numero 119.* contra Paulum *tom. 3 tract. 15 disput. 2 punct. 9. numero 4.* quia sic exigit recta Ecclesiæ administratio. Vide etiam V. *Dispensatio, part. 6. tract. 7. res. 23*

Et sufficiat levitas in emittendo?

Est autem sufficiens causa dispensandi, si votum non ex plena deliberatione, sed ex levitate, aut vehementi passione emissum sit: sicut etiamsi fuerit metu extortum; etiamsi non sit exequendo difficile: nam obstaculum executionis requiritur pro dispensandis votis plenè voluntariis, & ita docet Sanchez *de matrim. tom. 2 lib. 8. disp 20 n 12.* contra Valentiam *tom. 3 disp. 7. q. 6. punct. 7 part. 6. tract. 7. resol. 24*

Qui vovit non ludere potest dispensari ab habente potestatem dispensandi.

49. Petes quartò: An qui habet potestatem dispensandi in votis, possit dispensare cum habente votum non ludendi? Lopez *part. 2 cap. 35. quæst. 7.* observat Pium V. consultum noluisse super tali casu dispensare, quia nulla videtur causa dispensandi: Sed ego affirmativæ sententiæ adhæreo, quia cum possit in aliis votis dispensare, poterit etiam in hoc. Requiritur quidem justa causa; qualis videtur subtractio occasionis peccandi mortaliter in eo, qui assuetus est mortaliter peccare ludendo contra votum. Magna tamen hac in re opus est prudentia, ut colligi potest ex facto Pii V. & ita hanc sententiam docet Bonacina *de restit. disp. 2. q. 3. punct. 2. nu. 20.* Nota, quod hujusmodi votum, vel juramentum non potest dispensari hac sola ratione, quia vovens, vel jurans magnum desiderium, & tentationem patitur ludendi, quia ista non est causa justa ut dispensentur, & sine justa causa juramentum justum, vel votum de re gravi dispensari non potest; & ita docet Faustus *in Specul. Confes. disput. 31 quæst. 16 num. 2.* Qui tamen addit, quod tale votum, vel juramentum potest in rem meliorem, vel æquè bonam, ac Deo gratam per Episcopum, sive per alium habentem ex privilegio auctoritatem commutandi, commutari, licet malitia illiciti ludi per hoc non tollatur, *p. 6 t. 9. res. 55.*

Et commutari ejus votum.

50. Petes quintò: An qui vovit non ludere sub pœna, ut non possit dispensari nisi à Summo Pontif. possit adhuc ab Episcopo absolvi? Resp. affirmativè cum Trullench *in Decal. tom. 1. lib. 2 cap. 11. dub. 5. num. 2.* quia hujusmodi votum non est reservandis Pontifici, & sic non auferet Jurisdictionem Episcopis, & sic videtur esse de re impossibili, *part. 7 t. 9. res. 59.*

Etiamsi se subjecerit tantum Summo Pontifici.

De conjugibus quæ habenda ratio.

51. Conjuges ex communi consensu votum Religionis emittentes post contractum matrimonium secundum Texedam *tom. 2. l. 4. tract. 1 contr 12 nu. 109.* non peccant mortaliter prima vice consummando: nam possunt matrimonio consummato votum implere transeundo ad Religionem, sicut antea: sed mihi placet sententia Coninch *de Sacram. disp. 34 dub. 7. num. 87.* cum distinctione loquentis: si unusquisque voveat Religionem dependenter ab ingressu alterius, non peccant matrimonium consummando, quia nemo obligatus fuit ingredi Religionem, nisi alio ingrediente. Si uterque nolit ingredi, uterque liber est ab obligatione, defectu conditionis. At si unusquisque voveat Religionem; non quidem dependenter ab alterius ingressu, sed dependēter ab ejus voto, eo quod promiserit ingredi Religionem; si alius similem præstiterit promissionem, promissione ab utroque facta quilibet tenetur Religionem ingredi, licet alius non ingrediatur: quia apposita fuit conditio: & in hoc casu uterque peccat mortaliter matrimonium consummando: Nam exponitur evidenti periculo votum non exequendi: vel quia alter nolens Religionem ingredi cogit alium ad cohabitationem: vel quia ex copula habita redduntur impotentes ad ingressum, si fortè filius concipiatur. Ast si consummato matrimonio, Religionem ingredi ex mutuo consensu voveant, nemo tenetur ingredi Religionem, alio non ingrediēte,

te, nisi uxor senex sit, & de incontinentiæ periculo non suspecta: quo casu solùm peccat ille, per quem stat non impletio voti, alius impotentia excusatur. At si nolens ingredi moriatur, vel occasionem divortii dederit, alter obligatur ingredi, si Religioni aptus sit. Quamdiu non ingrediuntur, copulæ vacare possunt, nisi periculum sit concipiendi, quo impediatur Religionis ingressus ita Coninch. Insuper qui castitatem vouit, diuortio legitime facto, potest secundum Sanchez conjugi adulteræ reconciliari, & illi debitum reddere: eo quod votum fuerit non de non reddendo, sed de non petendo. Sed hæc sententia mihi non placet. Vide Coninch, *disp. 34. dub 9. n. 50. p. 9 tract. 7. resol. 2.*

Vota omnia in solemni professione Religiosi commutantur in vota essentialia.

42. Nota hic in fine hujus materiæ, omnia vota commutari, & extingui per votum solemne Religionis, ut dictum est V. *Professio n. 17.*

V S V R A.

Vsura quid?

1. † USura est lucrum rei pecunia æstimabilis, principaliter proueniens ex mutuo. Triplex est: mentalis, exterior explicita', & exterior palliata. Prima contingit, cùm quis dat mutuum animo recipiendi lucrum, sed hunc animum non manifestat exterius. Secunda, cùm manifestat per pactum expressum. Tertia, cùm manifestat per pactum implicitum seu palliatum. Igitur ad usuram semper requiritur mutuum, quod tamen aliquando palliatur sub nomine venditionis, emptionis, solutionis, &c. Quando ergo contractus sit usurarius, Vide V. *Contractus*, V. *Debitor*, V. *Emere*, V. *Vendere*, V. *Cambium*.

Quotuplex.

Et quale peccatum sit? A peccato mortali usuræ excusat parvitas materiæ.

2. Est peccatum mortale †; & secundùm Leonem *p. 1. res. 7. n. 37.* nō admittit paruitatem materiæ; nam quidquid sori accidit usura est; dictio enim *quidquid*, etiā minutissima cōprehendit. Sed tu cogita, nam alii DD. hanc quęstionem non tangunt. Et mihi non videtur usura in quauis materia idem habere judicium, ut hæresis, magia, &c. Et si in simonia datur paruitas materiæ, cur non etiam in usura? *p. 5. tr. 5. res. 39.*

Et bonam fides.

3. Videtur etiam excusare bona fides, qua quis mutuum daret, existimans, posse aliquod lucrum accipere, cùm, alioqui non dedisset, sed contractum lucratorium legitimum celebrasset. Vide V. *Mutuum.*

Mutuum sub usuris an liceat petere?

4. Petere mutuum expresè sub usuris animo inducendi usurarium ad peccandum, est peccatum scandali. At sine hoc animo mutuum petens ab usurario parato, non peccat: idque probabiliter, etiamsi expresè petat sub usuris. Vide V. *Scandalum, n. 8. & 18.*

Vsura an sit crimen mixti fori?

5 Usuras solvere non est peccatum. Vide V. *Peccato cooperari, n. 16.*

6. Usura, secundum Sà, est crimen mixti fori, & pertinet ad utrunque judicem Ecclesiasticum, & laicum: sive quæstio sit de facto, ut an contractus celebratus sit, vel ne; sive de jure, ut an contractus celebratus sit usurarius, vel nè. Sed meritò docuit Bonacina *de contr. q. 3. punct. ult. num. 2.* quod, quando quæstio est de jure, ad solum Ecclesiasticum pertinet cognoscere, & punire, *part. 1. tract. 2. res. 78.*

Principes non possunt concedere, ut Iudæi usurā committant absque licentia Papæ.

7. Principes sæculares ex justa causa possunt dare Judæis positivam licentiā, exercendi usuras absque Papæ authoritate, ita cum Navarr. & aliis Vvadingus, *tract. de contr. disp. 6 dub. 13. num. 1.* nam permittere usuras non est intrinsecè malum: alias nec Papa in suo statu posset eas permittere, nec aliis dare facultatem permittendi: ergo solùm obstat prohibitio Ecclesiæ, vel quod sit contra Canones, qui secundùm Campensem non obligant Principes supremos, cum magno Reipublicæ incommodo, ut si Reges plurimum indigerent mutuis, possent permittere usuras, sicut & meretrices ad conservandam castitatem matronarum, & Virginum; sed opposita sententia est communior. Vide Card. de Lugo *de Iust. tom. 2. disp. 25. sect. 11. n. 214.*

8. Crimen usuratum secundum Covarruviā, *lib. 3. Var. cap. 3.* merè seculare est, sicut homicidium, furtum, &c. & ita

videntur sentire plures apud Vvadingum *tract. de contr. disp. 6 dub. 14. §. 1.* qui concludit quod quando non agitur de pœnis Ecclesiasticis incurrendis, judicem Laicum, hic se interponere posse, quando verò controversia est de sepultura Ecclesiastica, & similibus spectantibus ad Ecclesiam, judicem Laicum nō se debere interponere : sed hæc opinio est rursus rejicienda, & contrariatur immunitati Ecclesiasticæ. Et ego puto esse crimen mixti fori, quādo agitur de quęstione juris, pertinere ad solum judicem Ecclesiasticum, hoc est quando agitur de jure obscuro non de jure claro, quod videlicet apertè fuerit contractus, qui ut usurarius damnatur. Ita Fragoso, *de Republica Christian. tom. 1. lib. 2. disp. 4. §. 22.* & alii. Sed ego de hoc alibi. *Par 9. tract. 9. res. 15.*

VSVS, CONSVETVDO.

Vsus.

†CIrca consuetudinem multa sunt V. *Consuetudo.* Nunc verò, quoniam Auctor in sexta parte, quæ serò ad manus pervenit, integrum de ea tractatum instituit, hoc loco illum subtexi-mus†.

Abrogat legem.

1. Primò ergo quoad Effectus consuetudinis, sciendum est, per eam abrogari legem *cap. fin. de consuet.* si tamen habeat conditiones, de quibus infra *num. 8* & potest abrogare legem, tam quoad culpam & pœnam simul, quam quoad alterutrum, nam de facto multæ leges olim obligantes ad utrumque, hodie obligant ad solam culpam ; vel solam pœnam. Olim namque filii Clericorum in pœnam paternæ incontinentiæ nascebantur servi, ex c. *cum multis distinct. 15.* quæ tamen pœna hodie per dissuetudinem exolevit, manente obligatione ad culpam, & fortasse multæ leges civiles exactionem imponentes, vel prohibentes venari, & similes, initio directivæ, usu deinde evadunt merè pœnales. Si tamen pœna supponit intrinsecè culpam, ut sunt censuræ, tunc usus non potest abrogare culpam, remanente solùm pœna. Et hæc omnia docet Vvigers, & alii apud ipsum *in p. 2. q. 97. art. 3. à n. 35 p. 6. tr. 5 resol. 19. & 20.*

Quoad utrũque forum.

Et quoad alterutrum.

Sed quid, si lex prohibeat contrariam consuetudinem?

2. Sed quid, si lex prohibeat contrariam consuetudinem? Suarez, *lib. 7. cap. 7 num. 2.* distinguit : aut lex prohibet consuetudinem introduci, aut illam improbat, si primum, abrogari posse consuetudinem, si secundum, non ita, quia consuetudo prohibita potest esse rationabilis, improbata non potest. Et pro hac sententia facit etiam Vvigers *ubi supra num. 43.* qui *num. 12.* addit, quod consuetudo non potest abrogare legem improbantem consuetudinem, quamdiu manent eædem circumstantiæ, in quibus nimirum talis consuetudo declaratur esse corruptela. Si autem mutentur circumstantiæ, secus esse; quia non semper consuetudo improbatur, quòd sit contraria juri naturali, aut divino ; sed aliquando etiam propter notabilem aliquam indecentiam, pericula, vel incommoda communitatis, quibus proinde cessantibus, consuetudo desinit esse improbata, fitque rationalis. Addè quod Palaus *tract. 3. disput. 3. punct. 4. §. 2. num. 7* consuetudinem inquit semper ob id reprobari, ac proinde eandem esse rationem de lege prohibente, ac de probante consuetudinem, *part. 6 tract. 5. resolut. 21* Adverte hic, quòd Suarez existimat cōtra Sanchez *tom. 2. lib. 7 disput. 4. num. 13* per verba illa solita in lege apponi, *non obstante contraria consuetudine*, revocari solùm consuetudinem præteritam, non etiam & futuram : quia talis improbatio est odiosa, & ideò restringenda ; cum præsertim consuetudo futura clarioribus verbis soleat improbari. Addè, quòd consuetudo futura non est contraria, quia nondum est. Quod etiam tenet Villalobos *tom. 1. tractat. 2. diff. 39 numer. 8.* observans, quòd si lex aliquam consuetudinem reprobaret tanquam iniquam, tunc etiam de futura interpretanda foret, quia est eadem ratio de utraque, *p. 6 tr. 5. res. 23*

Deinde consuetudo in-

3. Sciendū secundò, consuetudinē habere etiam vim interpretādi legē, ut docet

Interpretatur legem.

cet Montesinus *in p. 2 tom. 2. disp. 23. quæst. 73. num. 226.* & Sacra Rota *in una Romana pensionis, die 14. Februar.* 1583. non solùm, quatenus ex consuetudine servandi legem colligitur verus, & germanus sensus legislatoris, juxta quòd dicunt Doctores, legem interpretandam esse secundum consuetudinem loci, etiamsi oporteat verba minus propriè exponere. (Vide Gloss. *in c. nonnulli, de rescript.*) Sed etiam quatenus esse potest causa introducendi, & stabiliendi aliquem sensum legis, qui forsitan cum prima mente legislatoris minus congruat. Unde, licèt aliquando ex legis verbis & materia dubium sit, utrum obliget sub mortali, quæ proindè obligare nō deberet, secundùm benigniorem interpretationem: si tamen constat, eam usu receptam esse sub obligatione mortali, sic obligare censenda est Sylvester *verb. præceptum num. 2. par. 6. tr. 5 resol. 24.*

Sed particularis prævalet generali.

4. Secundum tertiò, concurrente consuetudine generali, totius Episcopatus, v. g. cum particulari unius loci, hanc prævalere, & ad illam recurri in subsidium, ista deficiente, *cap. super eo, de con.* Paris. *cons. 25. numer. 42. lib. 4.* & Sacra Rota *in una Calaritana decimarū die 19. Martii, 1610.* & aliàs pluries apud Guerilios Venetos *decis. 169. numer. 9.* Item consuetudinem non extendi de loco ad locum, aut de persona ad personam, *lib. 3. §. si quis hoc interdicto.* & ibi Bart. *de init. actuque priv.* ex *l. jus singulare, & l. quod verò, contra ff. de leg.* ubi consuetudo in specie probari debet. Graveta *cons. 96. num. 4.* & Rota *in una Burgensi de Cudeio die 3. Iunii 1599.* coram Mantica *decis. 284. num. 6.* Et quamquam Salas *de leg. disp. 19. sect. 14. numer. 10.* quoad interpretandam aliquam legem, vel judicandum in causa, deficiente statuto, dicat, consuetudinem rationabilem extendi posse de una civitate in aliam, juxta cap. *cum eo, de cens.* & cap. *cum olim, de consuetud. part. 6. tractat. 5. resolut. 31.* Id tamen intelligendum est de convenientia, & æquitate, non de obligatione. Nam sicuti lex unius Civitatis nō obligat alias, ita est de consuetudine.

Et non extenditur de loco ad locum, aut de persona ad personam.

Quod adeò verum est, ut consuetudo Episcopatus Romani, quatenus est particularis Ecclesia, non obliget alias, ut notat Panorm. *ad cap fin. de fer.* In cap. verò *super eo, de cognit. spir.* ubi præcipitur Episcopo inquirere consensum Ecclesiæ Metropolitanæ, vel aliarum circumjacentium, supponitur abesse consuetudo in tota provincia; quæ tamen in eo Episcopatu non fuerit nota; quia forsitan à multis annis non acciderat. casus Vvigers *diff. 4 n. 30 p. 7 tr. 5 ref. 17*

Sed an credendum sit Doctori testanti adesse consuetudinem?

5. De consuetudine autem in foro interno, ait Granado *in part. 2 controv. 7. tract. 3. part. 2. disput. 16. sect. 1. numer. 12* credi posse testimonio unius Doctoris, donec contrarium clarè probetur: nam unius Doctoris auctoritas facit opinionem probabilem; quamdiu oppositum apertè non constat. At in foro externo auctoritas unius Doctoris probat solùm præsumptivè, non concludenter, ut decidit Rota *in una Romana Thesaur. die 3. Iulii 1606.* apud Durandum *decis. 137. num. 27 part. 6 tractat. 8. resol. 28*

Consuetudo obligat subditos.

6. Secundò quoad personas subjectas consuetudini, dicendum est, eam instar legis obligare solùm subditos, in territorio, in quo introducta est. Unde, si est universalis totius Ecclesiæ, obligat omnes Christianos, si unius Regni, aut Episcopatus, illius Regni & Episcopatus incolas obligabit, &c. An consuetudo obliget Principem, vel Senatum supremum, an forenses, vel cives extra territorium, &c. eodem modo philosophandum, ac de lege humana, de qua nonnulla à nobis V. *Lex* dicta sunt. Sic Suarez *lib. 7. cap. 16. num. 8. part 6 tract. 5 resol. 17*

An laicorum obliget Clericos?

7. Petes: An consuetudo laicorum obliget Clericos? V. *Consuetudo, numer. 6.* negativè respondimus. At Sylvius *in part. 3. quæst. 97. art. 2 concl. 10.* & Vvigers *ibidem artic. 3. num. 31.* dicunt, quòd si materia consuetudinis sit mixta, pertinens ad politiam tam civilem, quam Ecclesiasticam, & ab utrisque servetur, obligat etiam Clericos, vigore consensus superioris Ecclesiastici.

Et

Et si materia sit spiritualis, ut jejunium, observatio alicujus festi, & similia: tunc majori eos ratione obligare; quatenus tota ejus vis dependet à consensu superioris Ecclesiastici, qui generalem in laicos & Ecclesiasticos potestatem habet, non tanquam in tales & tales, sed tanquam in Christianos, *part. 6. tract. 5. ref* 16.

Consuetudo debet esse rationabilis.

8. Tertiò, quoad requisita. Consuetudo non est valida, nisi primo sit rationabilis. Quænam autem sit rationabilis. Abbas *in cap. fin de consuetud.* relinquendum inquit arbitrio judicis, considerantis num ejus finis sit bonus, vel malus. Gerson. Navarr. & alii dicunt, omnem consuetudinem, quæ juri divino, aut naturali non adversetur, esse rationabilem. Sanè, non propterea consuetudo dici debet irrationabilis, quia evertit legem aliquam positivam: si aliàs secluſa lege, quam evertit, nullam contra legem naturalem, aut rationis æquitatem, deformitatem contineat: alioqui enim omnis consuetudo legem evertens esset irrationabilis. Unde non est necesse (quod ait Bartol. *in l. de quibus num.* 11) ut in introducenda consuetudine concurrat principium rationabile; non enim attenditur principium consuetudinis, quod quamvis sit irrationabile, & actus primi consuetudinem introducentes, iniqui; consuetudo tamen legitimè per illos actus præscripta, æqua esse potest, ut Cajetanus *in* 1. 2. *quæst.* 97. *art.* 3. & DD. communiter, cum præsertim principium in rebus vetustis ignorari plerumque oporteat, *l. si arbiter*, 28. *ff. de prob.* Non est autem necesse, quòd primi actus consuetudinem legi positivæ adversam introducentes, semper mali sint, ut docuit Suarez *cap.* 12. nam fieri possunt in illis circumstantiis, in quibus alioquin Princeps legem obligare non vellet, si ita populus consultius judicaret. Et sic docet D. Thomas *l.* 1. *qd* 2. & Doctores communiter. Vide Rotam *in una Hispalen. voti, die* 28. *Aprilis* 1597. *apud posthumas Farinac. tom.* 1. *decis.* 28. *num.* 1. In dubio autem, num consuetudo sit rationabilis necne, in favorem ipsius judicari debet, ut tradit Suarez *cap.* 6. *n.* 15. Et posteri servantes consuetudinem, excusantur à culpa; quia præsumere debent in favorem ipsius, nec de ejus justitia investigare tenentur. Palaus *tom.* 1. *tr.* 3. *disp.* 3. *punct.* 2. §. 1. *num.* 5. Verùm, si consuetudo à lege reprobata sit, tunc in dubio de ejus rationabilitate, iudicandum est in favorem legis, quia reprobatio est certa, & propterea non debet vinci ab honestate dubia. Ita etiam Palaus, & alii, *c.* 3. *de eo, qui mittitur in possessionem* ibi: *si laudabilem esse constiterit p. c. tr.* 5. *ref.* 1. *&* 9. *à* § *Notandum.*

9 In specie verò, non esset rationabilis consuetudo firmandi testamentum testibus paucioribus, quam septem, quam ideò validam esse, tradit Bartol. *in l. omnium, C. de testament.* nam hoc induci potest per statutum (*idem in* §. *testamentum quæst.* 25. *num.* 23.) cui æquiparatur consuetudo, *l. omnis populi ibi, legibus, vel moribus.* Et regulare est, quod quoad actus solemnitatem consuetudo regionis inspicitur, *l.* 2. *in fin. ff. de ventr. inspic.* Præterquam, quòd talis consuetudo non est omninò contra ius; quia de iure Canonico testamentum coram duobus testibus, & Parocho, sustinetur, *cap. relatum, cap. cum esset de testament.* & DD dicunt, præsentiam Parochi suppleri per alios duos testes. Quæ omnia firmavit Rota *in una Leodien. dominii die* 4. *Martii* 1619. coram Caualerio *decis.* 497. *in num.* 1. *part.* 6 *tract.* 5. *resol.* 30. Nec similiter irrationabilis, & invalida esset consuetudo, introducens præcedentiam abhorrentem à depositione iuris communis, ut determinavit Rota *in una Pampilonen. præeminentiarum die* 29. *Octobr.* 1593 coram Mantica *decis.* 44. *n.* 2. & aliàs multoties, quod tamen procedit in aliquo casu particulari; nam consuetudo, quæ absolutè, & in omnibus casibus digniori minus dignum præferret, esset irrationabilis, ut ait Rota *in una Segunt. præced.* 23. *Iunii* 1609. Unde licèt de iure Archidiaconus sit maior Archipresbytero *cap. ad hæc de offic. Archid. & cap.* 2. *de offic. Archipresb.* consuetudo tamen Ecclesiarum, præferendi Archidia-

(Corollaria.)

diacono Archipresbyterum, vel aliâ dignitatem, potest esse rationabilis propter diversas causas, vel officia singulis dignitatibus attributa. Tuschus *lit. A concl. 482 n. 22. p. 6. tr. 5. res. 29.*

Introducta à majori parte.

10. Irrationabilis verò est omnis consuetudo contra libertatem & immunitatem Ecclesiasticam; tum quia illa, si non est à iure divino, est illi multum conformis, & sic contraria consuetudo irrationabilis: tum quia omnis talis consuetudo damnatur, & reprobatur à sacris Canonibus. Vide verbo *Consuetudo, num. 2.* & V. *Immunitas Ecclesiarum, n. 16.*

Saltem secundum qualitatem.

11. Deinde, consuetudo, ut sit legitima, debet esse introducta à maiori parte communitatis, ut tradit Villalobos *tom. 1. tractat. 2. diff. 38. numer. 4.* ubi advertit, communitatem Clericorum sufficere ad introducendam consuetudinem contra ius Canonicum: imò etiam populum laicum absque Clericis introducere posse consuetudinem circa legem Ecclesiasticam ieiunii, ver. gr. vel festi servandi; quia id non efficitur absque consensu Prælati Ecclesiastici. Ad revocandam autem legem sufficit minor pars seniorum prudentiorum, ac præcipuorum civium, si Princeps conniveat, ut infra dicemus: quia hi, licèt sint minor pars quoad numerum, sunt tamen maior quoad qualitatem. Montesinus *in part. 2. tom. 2. disputat. 23. quæst. 13 num. 222. part. 6 tractat. 5. resol. 14* Ob contrariam rationem, pueri, ebrii, amentes, & alii huiusmodi, non sunt habiles ad præstandum consensum in consuetudinem, ita quòd maior pars, istis computatis, sufficiat. Mulieres verò possunt ipsæ quoque consuetudinem introducere obligantem ipsas: ut si in aliquo loco esset consuetudo, quòd mulieres audirent Sacrum in Sabbato, vel ieiunarent sexta feria, &c. Montesin. *ibid. numer. 220. Ibid. resolut. 15.* Id quod Villalobos ex Bartolo & Suarez affirmat de Monasterio Monialium, quas nos V. *Horæ Canonicæ* diximus fuisse habiles ad introducendam consuetudinem obligantem ad Horas Canonicas extra Chorum. Vide ibi, *num. 12. Ibid. resol. 14*

Etiam à mulieribus pro seipsis.

12. Tertiò, consuetudo debet esse legitimè & sufficienter præscripta, et iam pro foro conscientiæ: ait novissimè Bassens *in Flor. Theol. pract. v. Consuetudo, num. 16.* & recitanter diximus V. *Consuetudo, numer. 1, part. 6. tractat. 5 resolut. 5.* Præscripta verò sufficienter censetur contra ius civile per decennium, quòd in iure civili est longum tempus, *toto tit. C. de præscript.* & longum tempus requiri ad inducendam consuetudinem, habetur ex *lib. 1. C. quæ sit longa consuetudo, & l. sed ea quæ ff. de leg.* & ita tenet Tannerus *tom. 2. disput. 5 quæst. 7. dub. 1. num. 8. (part 6. tract. 5. resol. 2.)* ubi contra Suarez tenet, quòd si Princeps sit absens, consuetudo non præscribitur, nisi per vicennium: quæ opinio probari potest; quia longum tempus inter absentes est vicennium, *l. ult. C. de præscript. long. temp.* Sed ego sentio cum Suarez, quem sequitur Vvigers, & testatur de communi *concluſ. 3. num. 26.* etiam inter absentes sufficere decennium: quia ad legis inductionem expedit communi bono: quòd rationabiles consuetudines, sufficienti usu probatæ, robur obtineant. Et, cum robur habeant ex potestate legislatoris per ius commune applicata, hic non censetur involuntarius, & consequenter præiudicium pati, ut in aliarum rerum præscriptionibus contingit *part. 6 tractat 5. resolut. 2.* Contra autem ius Canonicum, probabilis est opinio Granadi, quòd sufficiat etiam decennium, ut diximus V. *Consuetudo num. 1.* Sed probabilior nunc videtur sententia Suarez, & Tanneri *ubi suprà*, quàm canonizavit Rota *in una Gerunden. administrationi 13. Maii 1630.* apud Gucvilios Venetos *decis. 375. numer. 10.* requiri nimirum spatium quadraginta annorum, ut probat ex Aut. *quas actiones, Cod. de sacrosan. Eccles. part. 6 tr. 5 resol. 2. §. Sed quidquid ego.* Unde consuetudo, quòd Archipresbyter præcedat Archidiaconum: vel similis, cum sit contra ius Canonicum, si non sit præscripta per quadraginta annos, non revelat,

Item debet esse præscripta. (In civilibus per decennium.

Etiam inter absentes.

In Ecclesiasticis per annos quadraginta.)

ut docet Barbosa de *Canon. cap. 5. n. 40.* contra Beloraminum *decis. 124. n. 4. ibid. resol. 29*

Per actus voluntarios.

13. Verùm nota primò, ad stabiliendam consuetudinem actus præscribentes debere esse voluntarios : nam actus ex errore, ignorantia, aut metu procedentes, etiam per longum tempus, non sufficiunt. Rota *in una Giennen. portionis, die 13. Novemb. 1613.* coram Burato *part. 1 decis. 19 numer. 11.* & Granado *in part. 2. contr. 7 tractat. 3 part. 2. disput. 16. sect. 2. num. 14* affert duo exempla. Primum : Si populus induxerit consuetudinem celebrandi festum talis Sancti in alio oppido, putans in eo corpus illius esse sepultum, constito deinde, hanc esse deceptionem cessat consuetudinis obligatio. Secundum : Si propterea consuetudo aliqua inducta esset, quia credebatur tale, vel tale opus non esse à jure prohibitum ; eo ipso quòd constaret esse prohibitum, non obligaret, Consuetudo, *part. 2. tractat. 5. resolutione 9*

Elicitos cum intentione se obligandi, ut obliget.

14. Nota secundò, ad inducendam consuetudinem obligatoriam opus esse, quòd primi actus præscribentes fiant cum intentione inducendi obligationem; nam si fiant ob devotionem, verbi gr. non orietur obligatio, sicut si quis solet ex liberalitate & urbanitate aliquod donum elargiri, etiam per longum tempus alicui, hæc urbanitas non transit in obligationem, ut ait Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 5 casu 394. numer. 4.* Hinc est, quòd consuetudines salutandi Deiparam ad signum campanæ, jejunandi in vigiliis Sanctorum extra præceptum, sumendi aquam lustralem in Ecclesiæ ingressu, cinerem benedictum Feria IV. cinerum, ramum in Dominica Palmarum, & similes, quas plena manu congerit Bellarmin. *lib. 4 de Rom. Pontif. cap. 18.* non obligant. Et sic decidit Rota *in una Giennen. supr. cit. part 6. tract. 5 resolut. 10.* Quomodo autem constare potest, consuetudinem introductam esse animo inducendi obligationem. Respondet Suarez *cap. 15. num. 13.* si consuetudo sit de re gravi, & communiter servetur : si viri timorati de contraventoribus malè sentiant, & populus communiter scandalizetur : si Prælati & Superiores eos puniant : & si materia consuetudinis ejusque obligatio multum conferat Reipublicæ. Quælibet enim ex his regulis seorsim sumpta, sufficit ad tale judicium faciendum, *part. 6. tractat. 5. resolut. 11.* In dubio autem, num eo animo introducta fuerit, cæteris paribus, non est habenda pro obligatoria, quia in dubiis semper præsumitur pro libertate. Vvigers *numer. 29.* & alii. *Ibid. resolut. 12*

Et frequentes.

15. Nota tertiò, ad quamlibet consuetudinem præscribendam requiri frequentiam actuum : circa quam ait Duvallius *de leg. quæstion. 7. articul. 2. & 3.* in causis criminalibus duos actus 25. *quæstion. ult. can. final.* in civilibus quatuor, sufficere, *extra de caus. possess. cum Ecclesia* : immò etiam in civilibus sufficere duos judiciarios & notorios, ut ait Emmanuel V. *Consuetudo* : & ex Sylvestro V. *Consuetudo numer. 4.* sufficere etiam unum, si effectum habeat diuturnum ; & sic contra jus Principis de pontibus non construendis, unam pontis publici ædificationem absque consensu Principis præscribere, si diu permaneat : ubi verò materia consuetudinis non est de rarissimè contingentibus, duos actus per longum tempus, puta decennium, distantes, non concurrere ad consuetudinem introducendam. Lessius *lib. 2. cap. 6. dub. 24. numer. 10.* ut dicatur esse consuetudo contraria, ait sufficere, quòd bis, vel ter contra actum fit, Principe sciente & dissimulante. At Lorca *in part. 2. tom. 2. disputat. 29 memb. 1.* putat, id procedere stante Principis consensu, qui solus legem statuere potest : vel etiamsi duo, vel tres actus fiant à majore parte populi simul, ad resistendum legi noviter latæ : ad inducendam verò novam legem, aut veterem antiquandam; nec tres, vel plures sufficere ; nam tres actiones non possunt efficere, ut quod fit, de communi populi consensu factum,

Non tamen judiciales.

factum censeatur. Ego verò cum Pontio *lib. 6. cap. 6. numer.* 1. existimo, id relinquendum esse arbitrio judicis (*part. 6. tractat 5. resolut. 7.*) Non tamen esse necessarium, ut concurrant aliqui actus judiciales, ita ut decreto & sententia judicis in favorem consuetudinis pronuntiatum fuerit, nam rerum judicatarum auctoritas consuetudinem non inducit, sed probat: unde *lib. 38. de leg.* consuetudo à rerum judicatarum auctoritate secernitur per particulam *aut*, & Principis populique consensus, qui est vera consuetudinis causa, æquè extrajudicialibus, ac judicialibus actibus declaratur. Ita cum aliis multis Præpositus *in part. 2. quæstion. 97. dub. 1. numer. 8.* contra Sylvestrum *v. consuetudo quæstion. 4 part. 6 tractat. 5. resolut. 8.* Cæterùm, non usus non potest introducere consuetudinem vim legis habentem: si autem involvat contrarium usum, potest legem abrogare, ut si lex præceptum statuat affirmativum, & non usus ejus prævaleat, qui quidam usus est. Debet autem usus legis cessare, occurrente occasione & materia legis: nam non usus non potest prævalere contra legem statuentem, quod hermaphroditus, ver. gr. deputetur sexui prævalenti; quia materia hujus legis raro contingit. Lorca *in part. 2. tom. 2. disp. 29. memb. 3. ibid. res. 18.* Denique consuetudo per supradictum tempus non præscribitur, nisi continuetur: si enim mille actus stent pro consuetudine, & probetur unicus contra illam, satis est ad illam infringendam. Rota *in una Viterbien. decursus aquar. 15. Martii* 1604 & docet Basseus *num* 11. *ibid. resolut. 4*

Quid de non usu?

Et quid si consuetudo interponitur?

Ad inducendam consuetudinem non est opus consensus Principis.

16. Nota quartò, secundùm Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 4 num.* 11. ad inducendam consuetudinem non requiri consensum Principis tacitum, vel expressum: sed sufficere consensum cap. *fin. de consuetudine*, ubi conceditur, legem consuetudine statui posse & abrogari. Idque procedere etiam contra Summum Pontificem. Lorca verò *ubi supra num. 2.* consensum utriusque Principis requirit cum aliis multis; nam actus Principis occulti non possunt consuetudinem introducere: Et requirit scientiam Principis supremi; nam rectorum & magistratuum licentia non sufficit, nisi circa ea, quæ ipsorum dispensationi commissa sunt. Sæpè tamen istorum consensum arguere consensum supremi Principis, sine cujus beneplacito tolerare quod agitur, præsumi aliquando non debent. Et hanc sententiam quo ad jus canonicum omninò tenendam existimo, quam decidit Rota *in una Treveren. Abbatiæ S. Maximi, die 24. Ianuar. 1625* aitque: requiri expressum Papæ consensum, quia Summus Pontifex non habet potestatem à populo, sed immediate à Deo; & ideò non populi, sed Papæ permittentis auctoritas consuetudinem introducit. Abbas *in cap. final. numer. 8. in fin. de consuetud.* Adde, quòd jus canonicum, cum a potestate spirituali institutum sit, in laicos cadere minimè potest. Si ergo Papa hanc consuetudinem introducit, requiritur ejus scientia absque errore, & animus inducendi consuetudinem, *lib. 1. C. quæ sit longa consuetudo*, & consequenter expressus consensus: nec enim sufficit tolerantia, ut dictum est. *v. Consuetudo numer. 4.* Et quamvis Lorca ad utranque consuetudinem sufficere dicat consensum Principis tacitum; nam hic est verus, & voluntarius consensus: ego tamen ob reverentiam Rotæ debitam, ab ejus sententia non discedo, *part. 6. tract. 5. resol 13.* Multò autem potiori jure irrita erit consuetudo, cui Princeps resistit. *Ibidem §. Notandum, & tractat. 6 resolut. 3. ad id.* Quia tamen propter pacem reipublicæ, & ad vitanda majora incommoda, oportet quandoque cedere multitudini, consuetudinem etiam contra legem injustè introducēti: etiamsi Princeps actus tandem, tacitè vel expressè consentiat, consuetudo erit legitima. *§. Notandum citat.* Sicut etiamsi Princeps ob desidiam vel ineptiam injustè, vel absque causa in consuetudinem contra legem consentiat; dummodo soli

Est autem opus consensu Papæ.

legi positiuæ contraria sit. Lorca *ubi supra resolut.13.cit.* in fine.

Et si adest consensus Principis, non requiritur decennium.

17. Nota denique, secundum Vvigers *n.28.* stante Principis conniuentia, in lege abroganda non requiri decennium, sed sufficere tempus breuius; non tamen generaliter determinabile, sed determinandum juxta diuersas coniecturas, quæ quandoque frequentius, quandoque rarius contingentes, in breuiori, aut longiori tempore diuersas consuetudines personaliter approbatas esse significant, prudentum arbitrio, *part.6.tract. 5. resolutione 6.*

Consuetudo derogatur per legem contrariam.

18. Quarto, quoad abrogationem consuetudinis, lex abrogare potest consuetudinem, *cap.1.de const. & cap. cum consuetudine, de consuet.* Et Episcopus sicut suam legem tollere, ita & propriam suæ diœcesis consuetudinem abrogare potest. Granado *in part. 2. controv. 7. part.2.disput.16.sect.3. numer.18. part 6. tract.5.resolut.25.* Numquam tamen abrogata censenda est, nisi lex è diametro illi opponatur: nam æquiparatur legi, cujus correctio vitanda est pro posse. Abrogatur verò consuetudo generalis per legem æquè generalem oppositam, etiamsi de ea in lege non fiat mentio. At per legem generalem non abrogatur consuetudo peculiaris alicujus loci, nisi de ea fiat expressa & explicita mentio, vel apponatur clausula derogatoria cuiuscumque consuetudinis, nam alioqui Princeps peculiares consuetudines ignorare censetur. Et probabile est, nec legem specialem factam pro aliqua Ciuitate, vel prouincia absque clausula derogatoria, derogare consuetudinem illius loci: nam etiam de hac præsumi potest ignorantia Principis. Suarez *lib. 1. cap. 20. numer. 7. resolut. citat. à §. Nota Secundò, & ref.22.*

At particularis non reuocatur per legem generalem nisi ad sit clausula derogatoria.

Etiam si nõdum præscripta sit, ait Suarez.

19. Censet autem Suarez *numer.12.* etiam non præscriptam consuetudinem ad sui abrogationem clausulam requirere derogatoriam: si sit rationabilis & honesta, & tam publico usu, & tanto tempore firmata, quòd si Princeps eam sciret, verisimiliter in illam consensurus foret, quia in hanc quoque consuetudinem verba, & oratio, *c.1.cit.* optimè cadunt. Verùm Castrus Palaus *tom. 1.tract.3.disput.3.punct.5.§.1.num.8.* probabilius tenet regulam *cap. 1.citat.* procedere solùm de consuetudine præscripta, quæ nimirum sola prævalet aduersus legem latam, & facultatem tribuit illa utendi, cum non præscripta nullum tribuat ius, quòd derogari debeat, & cum consuetudo sit stricti juris, strictè venit interpretanda, ut tradit Rota *in nouiss.p.2.* apud Farinac. *decis. 112.num. 4. par.6.tr.5.ref.26.*

Et consuetudo immemorabilis debet derogari specialiter.

20. Aduerte autem, consuetudinem immemorabilem non derogari per clausulam generalem reuocantem omnem consuetudinem. Gordon. *tom. 1. lib. 2. quæst. 14. cap. 8. numero 27.* & determinauit sacra Congreg *sub die 4. Maii 1573.* teste Bellarmin. *in Trid. sess. 22. cap. 7. lit. S.* & alias multoties apud Narbonam *lib. 2. titul. 4. leg. 59. gloss. 1. num. 240.* Et ratio est, quia pro consuetudine immemorabili præsumitur justus titulus, habetque vim priuilegii, quod non derogatur per clausulam generalem reuocantem consuetudinem. Excipe tamen, nisi consuetudo esset iniqua, & irrationabilis. Rota *in una Cracovien. Iuris legendi die 21. Maii 1627.* apud Gueril. Venet. *decis. 71. num. 3. & 7. par. 6. tr. 4. ref 32.*

Derogatur etiam consuetudo per superuenientem consuetudinem contrariam præscriptam.

In ciuilibus per decennium.

In canonicis per quadragennium.

21. Aduerte etiam, unam consuetudinem derogari posse per aliam contrariam superuenientem; seruata tamen proportione, ut generalis per generalem, particularis abrogetur per particularem in eodem loco uniuersalis per particularem unius loci, pro eodem loco, & particularis per generalem, nam consuetudines æquiparantur legibus. Quæ autem antiquiorem deroget consuetudinem contra ius canonicum non omninò reuocatum; si consuetudo fuit particularis, satis est decem annorum, quia hæc non est contra jus, sed imò regressus ad ius. Si autem generalis, & ius omnino antiquauit, debet esse quadragenaria, quia debet tollere ius commune per illam inductum. Id quod potiori iure

jure procedit, si prior consuetudo non fuit contra, sed præter jus: nam illa condidit jus, cui posterior est contraria. Et huic opinioni standum est, quidquid contra asserat Palaus *tom. 1. tractat. 3. disput 3 §. 2. punct. 5. numer. 5. par. 6. tr. 5. resol. 27.*

22. Consuetudo 40. annorum contra Regulam Religiosorum, si non sit contra ea quæ ad tria vota substantialia pertinent, sufficiens est, ut excuset ab observatione rei oppositæ per consuetudinum introductæ. Imò & decem annorum consuetudinem sufficere ad abrogandam legem dicit Pelliz. in Manual. Regul. *to. 2. tract. 4. c. 2. n. 3.* cum Bonacina ab illo citato, & Palao *tom. 2. disp. unic. punct 4. num. 1.* Idem admittit Suar. adhuc respectu legis canonicæ *de leg. l. 7. c. 8. num. 9.* & Less. *lib 2. dub. 4 cap. 6.*

23. De consuetudinario periuro, aut blasphemo, an teneantur consuetudinem in confessione explicare. Vide verbo *Confessarius quoad examen.* An teneantur acceptare aliquam pœnitentiam præservativam, vide *v. Pœnitentiam n. 9.*

VVLNERANS.

Vulnerans ad quid teneatur?

VUlnerans tenetur ad damna vulnerato secuta. Vide *v. Restitui, à num.* 11. Et si secuta est mutilatio, aut mors, fit irregularis. Vide *v. Irregularitas ex homicidio, & mutilatione.*

Et quando fit irregularis?

1. Unum hic nota, quòd quando in subita rixa multi aliquem percutiunt, sed ille moritur uno tantum recepto vulnere, solus ille fit irregularis, qui lethale vulnus inflixit, si quidem certus est; reliqui verò non tenentur de homicidio, sed solùm de percussione. *l. item Mela, §. Sed si servum. ff. ad leg. Aquil. & l. si rixa. ff. de sicar.* & Sayrus *lib. 7. cap. 14. nu.* 13. Quamvis Suarez *in 3 p. tom. 5. disp. 45. sect. 3. n. 11.* Probabiliter etiam doceat, omnes irregulares fieri, de homicidio teneri, *part. 1. tr. 15. res. 18.*

Et quid, si quis vulneretur unico vulnere in subita multorum rixa?

VXOR.

Vxor.

QUoad matrimonium, impedimenta, copulam, & debitum. Vide *verb. Matrimonium, Impedimenta, Copula, Debitum, & Tactus.*

Non peccat, copulam habendo in die Cõmunionis post illam.

1. Nota hic primò contra Beiam *part. 1. cas. 8.* nullum peccatum esse conjugatis, copulam habere post Communionem eodem die: nam nullibi prohibitum reperitur, nec ulla fit injuria Sacramento, dum species Sacramentales corruptæ sunt. Est autem dispar ratio de copula præcedente Communionem, de qua diximus *verb. Communionis, num. 56.* nam abstinentia à copula requiritur tanquam dispositio ad receptionem Corporis Christi. Reginald. *tom. 2. lib. 29. c. 7. quæst. 7. numer. 117. part. 6. tract. 6. resol. 14.*

Non tenetur reddere debitum cum morbi periculo.

2. Nota secundò, conjugem non teneri debitum reddere cum notabili corporalis salutis detrimento, etiamsi in conjugi adsit periculum incontinentiæ. Nam nec conjux est prælatus, qui propriam salutem corpoream spirituali alterius postponere debeat: nec periculum incontinentiæ illum inevitabiliter urget, cum aliis mediis præverti possit. Maior *in 4. dist. 32 q. 1. argum. 1. contra v. 3. concl.* contra Gabr. *ibid. art. 2. part. 6. tr. 7. res. 64.*

Aut viro amenti, ebrio, furioso.

3. Nota tertiò, secundum Fagundez *in dec. tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 50.* non esse necessariò reddendum debitum conjugi amenti, ebrio, aut furioso, dum tales sunt, etiamsi periculum sit effudendi foras semen dum sanæ menti restituuntur. Idque ob ingentem molestiam: nec enim cum tanto incommodo solvendum est illud debitum, quod in eo casu est solius charitatis, ad vitandum peccatum alterius, *ibi §. Sed hic obiter.* Quid, si vir in fine copulæ membrum foras extrahit, & semen emittit? potestne conjux ab hoc dissentiens, debitum reddere? Pontius affirmat: Banny novissimè *part. 1 tract. 12. quæst. 4.* negat, & cum ipso sentiunt

Aut coeunti cum peccato mortali.

tiunt aliqui viri docti, *part. 6.tract.7.resolut.7.*

Possunt inceptam opulam consummare.

4. Secluso periculo pollutionis possunt coniugati semel inceptam copulam non consummare. Sic Martin. de S. Joseph *in Monti.to.1.lib.1. tr.51. de Matrim. num.10.part.10.tract.13.resol.42.* V. Nota etiam *& tract.14.resol.55.eiusdem part.10* Quia copula absque liminatione reputatur inter tactus pudendorum, qui liciti sunt inter conjugatos, cessante pollutionis periculo. Sic etiam tenet Leand. *to.2. tract.9. disp. 25. quæst.42.* citans Caiet. Palud. & Tabien.

5. P. Fagund. in Decal. *tract.2.lib.6. cap.3. num.* 10. dixit immerito contra communem licere uxori post copulam semen emittere iusta de causa, ne concipiat: dixi immerito: quia impedire generationem de se est intrinsece malum.

6. An possit coniugatus delectari, v. g. in pictura, ut possit coire cum uxore, dictum est, *verbo circunstantia.*

7. Etiam cum periculo aborsus dixit Bauccius in Miscell *tom.2.opusc.1. q.* 10. posse uxori non sanæ mentis reddi debitum à marito: & citat pro se Sanch. *lib.* 8. *de matr. dub.102.num.8.* asserentem posse ad invicem reddi debitum inter coniugatos, etiamsi cognoscant prolem non edi vivam. Sed contrarium ego sequor cum pluribus & communi. *part.10. tract. 13.resol.41.* nisi esset uxor sterilis.

8. Coniugatum ignorata pœna imposita incestui, non incurrere in illam, & sic non ligari, ut repetat debitum probabilius esse dicit Martin. de S. Joseph in Monit. *tom.lib.1.tract.52.de matrim.* *De incestu.*

9. Bimestre posse expectare à coniuge, ne reddat debitum, etsi nolit Religionem ingredi, docent plures apud Sanch. quibus adhæreo, licet oppositum doceat Bord. *in Miscell.decis.244.* Et tandem maritus debet expectare, donec uxor professionem emittat, etiamsi in illa tardet, scilicet, si ingressa est Religionem duodennis, *part.10.tract.14.resol.22.*

10. Quas eleemosynas efficere possit uxor, vide V. *eleemosyna, num.19.* Uxores Religiosorum Equitum D. Jacobi, Alcantaræ, &c. gaudent foro. Vide V. *Immunitas Ecclesiastica, num.23.*

11. Uxor communicare potest cum viro excommunicato non tolerato. Vide V. *Excommunicationis. numer.32.* Tenetur tamen denuntiare maritum hæreticum. Vide V. *Denunciare, numer.* 4. Et post declaratum hæreticum, non tenetur cum illo cohabitare, etiamsi reconcilietur. Vide V. *Ingredi Religionem, num.9.*

12. An procurare possit abortum, aut sumere poculum sterilitatis ex iusta causa. Vide V. *Abortus.* Circa uxorem adulteram, vide Verbo *Adulterium.*

FINIS.

Coloniæ Agrippinæ Typis Viduæ Hartgeri Woringen. Anno 1656.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN